UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA G I 35 ALESSANDRINA
ROMA

SECVNDVS TOMVS VITARVM SANCTORVM PRISCORVM PATRVM NVMERO DVCENTVM ET VIGINTIQVINQVE, PER GRAuiſsimos & probatiſsimos Authores deſcriptarum.

883

ET NVPER PER R. P. D. ALOYSIVM Lipomanum Epiſcopum Veronenſem in unum uolumen redactæ.

CVM SCHOLIIS EIVSDEM OMNIVM præſentium hæreticorum blaſphemias & delyramenta profligantibus.

LEGE PIAE LECTOR, QVIA MVLTA *uidebis ex Græcorum theſauris deprompta, quæ nunquam hactenus ad manus tuas peruenerunt.*

1.91
34

& non reſpexit

Beatus uir cuius eſt Dominus ſpes eius,



in uanitates & inſanias falſas.

VENETIIS IN VICO SANCTAE
Mariæ Formoſæ, Adſignum Spei.
M D LIII.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO DOMINO NOSTRO D. IVLIO PAPAE III. ALOYSIVS *Lipomanus Epiſcopus Veronenſis indignus æternam fœlicitatem* D.

CVM ALIAS *mecum ipſe conſiderarem pater beatiſsime Eccleſiam Dei per uniuerſum terrarum orbem innumerabilium pene ſanctorum Martyrum, confeſſorum atque Virginum ſolennia colere, & eorum orationibus ſeſe obnixe commendare, deſideraremq́; eorum uitas & geſta perlegere, ut ad eorum imitationem memetipſum erudirem, et per quas ſemitas ipſi ad regnum cœlorum peruenerunt, per eaſdem & ego incedere poſſem, paucas ex multis certe reperi, quibus plena & indubitata fides adhiberi poſſet. Id an ex tot perſequutionibus quas retro paſſa eſt eccleſia, an ex ſcriptorum in curia, uel temporis antiquitate prouenerit, diffinire difficile admodum eſt, ſed ſi ex his omnibus ſimul iunctis id eueniſſe dixerimus, haud profecto errabimus. Et licet plerique uitas ſanctorum noſtro etiam tempore deſcribere aggreſsi ſint, & libris eorum plena ſint omnia, ac uera plurima, & fortaſſe omnia illos dixiſſe crediderim (de ſanctis enim domini, de amicis Dei, de ſeruis Ieſu Chriſti omnia facile credi poſſunt, cum mirabilis Deus in ſanctis ſuis legatur, & timentium ſe uoluntatem facere) attamen quando id quod legitur nullum certum habet authorem, præcipue cum de re antiqua agitur, uel ſi habet, de recentiorum numero eſt, non ita pleno, iucundoque animo ſuſcipitur, (noſtra præſertim hac ætate, qua a ſciolis quibuſdã, etiam quæ diuinitus conſcripta ſunt, temerarie in controuerſiam uocantur) ac ſi ab aliquo antiquo patre uirtutibus & doctrina conſpicuo deſcriberetur. Maximæ enim authoritatis in huiuſmodi eſt uetuſtas & uinum uetus iucundius ac libentius bibitur quã nouum. Propterea uolens ego meipſum, nonnulloſque amicos meos ſuper hoc ſolatos, & in conſcientia tutos reddere, Tomum primum uitarum ſanctorum anno ſuperiori ædidi, quæ non a nobis, ſed ab aliquo ex antiquis patribus, & magni in eccleſia nominis uiro eſſent deſcriptæ, ut hoc in genere adeſſet nobis liber, qui hilari facie & ſecura mente, uel ipſis eccleſiæ inimicis teſtibus, legi poſſet. Adieci deinde ſcholia quædam in paginarum marginibus contra noſtri temporis hæreticos, quibus praua eorum dogmata ſanctorum dictis uel geſtis confodiuntur, ut quilibet facile uidere poſſet, eadem ſemper fidei dogmata, ſemper eaſdem patrum Traditiones in Dei eccleſia uiguiſſe. Poſt cuius libri æditionem ſubſtiti parumper, ut uiderem quo is animo a uiris doctis acciperetur, & ſcire poſſem an ulterius in hoc negotio mihi eſſet progrediendũ (oſtium enim latiſsimum aperiri, & campus ampliſsimus, et ſpacioſiſsimus patere mihi uidebatur) an uero quieſcendum, & pes ſenſim retrahendus. Sed cum poſtea intellexerim et Pariſienſem, et Salamantinam ac Louanienſem facultates, nec non uiros omnes doctos laborem hunc meum & induſtriam commendaſſe, nec non in concilio Tridentino nuperrime celebrato, cui tuo munere pater Sanctiſsime unà cum alijs duobus Reuerendiſsimis Dñis meis collegis indignus præerã, librum hunc pro aſſertione eorum, quæ dicebantur in medium aſſerri ipſe ego frequentiſsime proprijs auribus hauſerim, amicorum*

etiam literis ſæpius interpellatus fuerim, ne a ſuſcepto ſemel negocio deſiſterem; facil adduci potui, ut crederem conatum hunc noſtrum probis ac literatis uiris non diſplicere. Ac propterea his omnibus animatus, uela iterum laxaui, & ingenioli mei debilem cymbam rurſus in uaſtiſsimum pelagus duxi, alterumq; Tomum uitarum ſanctorum in lucem nunc protuli, quem ex pluribus quam primum illum, ſanctorum patrum uoluminibus, quæ uarijs in locis humiliter delitescebant, hauſimus, multis in eo etiam appoſitis ſanctorum uitis a nobiliſsimis pariterq; doctiſsimis Græcis patribus deſcriptis, uarijſque bibliothecis etiam ex inſigni Vaticana ſanctis tuæ deſumptis, quæ partim ab amicis in noſtri gratiam, partim noſtra induſtria in latinam linguam nunc primum uerſæ ſunt. Cum autem in terris neminem habeam cui pluſq; ſancti tuæ debeam pater Beatiſsime, quem magis obſeruem, & admirer, etiam antequam illuc eueheæreris, quo Dei benignitas, quæ profunda cordis tui, & ſecretiora illa eximiæ charitatis & pietatis tuæ uiſcera ſcrutans, te tanquam alterum Dauid ex multis Iſai filijs euexit, ut in Petri throno ſederes, & labantem penè Dei Eccleſiam tuis humeris quaſi fulcires, & firmam ac ſolidam redderes, librum hunc, (Tomum inquam ſecundum Vitarum ſanctorum) Benedictioni tuæ humiliter dico, ac nuncupo, animi mei, & ſingularis erga ſanctitatem tuam deuotionis æternum pignus & monumentum; Quem pro tua in omnes manſnetudine & clementia, rogo ea charitate ſuſcipere digneris qua tibi Chriſti Vicario, & ſummo Apoſtolico per ſeruum tuum licet inutilem offertur. Qui ſi a T. ſanctitate benigno, ut credimus, animo ſuſcipietur, ſi uita comes fuerit, & Deo placuerit, tres alios ſimiles Tomos in lucem nos miſſuros propediem pollicerim non dubitamus. Gratiæ te regis æterni, & in longiora tempora regnantem, ad noſtram omnium pacem, & totius Eccleſiæ Dei tranquillitatem cuſtodiat incollumem ſanctiſsime in Chriſto Pater.

ALOYSIVS LIPOMANVS EPISCOPVS VERONENSIS SINCERO Lectori ſalutem.

ANTEQVAM ad ſecundum hunc Tomum accedas candide lector, aliqua prius tibi indicanda ſunt, quo ſecurius eius lectioni intendere ualeas. Viri quidam docti, & noſtri peramantes, diebus ſuperioribus pie admodum nos admonuere, ut in huius ſecundi Tomi æditione a quibuſdam obiectis nos expurgaremus, quod in primo iam excuſo Tomo, nonnulla reperiebantur quæ non ita piorum auribus ſatis facere uidebantur Ea autem quæ ſint mox tibi ſubijcio.

Hiſtoriam in primis Tripartitam dicunt me ſub nomine Caſsiodori citaſſe, cum nihil in ea prorſus aliud egerit Caſsiodorus, quàm quod tres uiros illos Socratem, Sozomenum, & Theodoretum in ea loquentes induxerit. Propter quod unum duntaxat minime obtinere debuiſſe, ut eiuſmodi Hiſtoria ſub eius nomine nuncuparetur. Denique ſi quid eſt quod Caſsiodori dici poſsit, id nil eſt aliud niſi breuicula præfatio in ipſius Hiſtoriæ frontiſpicio appoſita. Hoc quidem primum eſt quod nobis uitio uertitur. Cui paucis occurrimus. Tripartitam, Caſsiodori Hiſtoriam ideo a nobis appellatam eſſe, quia ab eo per Epiphanium Scolaſticum, ut ipſe ait, latino condita eloquio, & trium uirorum dictis effloratis, ac in unius ſtyli tractum ductis, unaque facta oratione in lucem latinis ædita ſit, ſicut & Thomæ Aquinatis Cathena in quatuor Euāgelia eius dicitur, quia ipſe ſanctorum patrum dicta ex eorum libris diligenter excerpſit, & in unū ordinem ita prudenter redegit, ut magno legentium fructu cohærere ſibi ac reſpondere uideantur. Sed qui hac de re offenduntur, alia ex parte gaudeant, quòd dum aliquid ex dicta Hiſtoria deſumptum ponitur, ſemper cuius trium hiſtoricorum illud ſit, ante ſignatur, puta Sozomenus, uel alter ex ſocijs eius.

Secundum, quod nobis obijciunt, illud eſt, quod de D. Gregorio Epiſcopo Neocæſarienſe ex Hiſtoria eccleſiaſtica Euſebij deſumptum poſuimus. Aiunt enim in Græco codice ſcriptum haud inueniri, quod in Latino de eodem poſitum eſt ſed a Ruffino preſbytero Aquileienſe additum fuiſſe, id quod omnibus qui Græcos fontes conſulere uoluerint apertiſsime oſtenditur Huic obiectioni commode nos ſatisfacturos putamus, ſi dixerimus nos hanc non ſumpſiſſe prouinciam, ut Euſebius ex Græco in latinam linguam rurſus uerteretur, ſed iam trita Ruffini uerſione uſos fuiſſe. Cum ergo in ueteri translatione, quæ uulgo circunfertur, ea quæ de magno illo Gregorio dicuntur ſcripta ſint, non putamus uitio nobis dari poſſe, ſi ea quæ ſimpliciter in eo codice legimus, ſimplicisſimo etiam animo, noſtro libro inſeruerimus. Eoque magis quod Ruffinus ipſe in proœmio Hiſtoriæ eiuſdem libros tantum duos, nempe decimum & undecimum, nil autem aliud de ſuo ſe addidiſſe teſtatur. Sed ſi hæc ſatisfactio non eis undecunque plena uidetur, legant qui hoc nobis obijciunt, ſecundum hunc Tomum, & cum ſanctiſsimi huius Gregorij integram uitam a Gregorio Nyſſeno ſcriptam appoſitam uiderint, ueraque omnia quæ in primo Tomo ſiue ab Euſebio ſcripta, ſiue a Ruffino addita repererint, ulterius non carpent, ſcio, quod pio ſanctoque zelo poſitum, nullam in.

ſeſe potuit malitiæ continere prauitatem.

Tertium de quo queruntur, & in quo etiam uehementer urgent, eſt, quod Vitam beati Ambroſij Paulino Nolano Epiſcopo aſcripſerimus, cum tamen non Paulinus Epiſcopus, ſed Pontius Paulinus presbyter quidam (Iſidoro & Crinito etiam teſtibus) fuerit qui uitam illam conſcripſerit. Cui etiam opinioni plerique alij uiri docti hoc tempore aſtipulantur. Sed ſi æqua lance, quæ ſumus dicturi, ponderauerint, unũ tantum, & non duos fuiſſe Paulinos luce meridiana clarius cognoſcent.

Paulinum uirum fuiſſe ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, autor eſt D. Ambroſius libro Epiſtolarum. 6. Epiſtola. 36. ad Sabinum ſcripta, qui cum eſſet coniugatus, & ampliſsimis honoribus functus, ac diuitijs pollens, uenditis tam ſuis quàm uxoris bonis omnibus, & in pauperes collatis, ſecretum Nolanæ urbis elegit, in quo Deo cum uxore ſeruiens, ipſe pauper ex diuite factus eſt. Huius etiã rei teſtis eſt ipſemet Paulinus Epiſtola. 31. quam unà cum Theraſia fortè coniuge ſua, ad D. Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum ſcribit. Item ipſe Auguſtinus in Epiſtola. 32. ad eundem Paulinum. Amicum autem hunc intimum fuiſſe Auſonij Poetæ. Pontiumque dictum affirmat Auſonius ipſe, qui in principio Epiſtolæ tertiæ ad eundem Paulinum ita ait; Agnoſceſne tuam Ponti dulciſsime culpam? Itemque, Paulinum Auſoniumq; uiros, quos ſacra Quirini purpura, & auratus trabeæ uelauit amictus. Paulinus itaque poſtquam inſpirante Deo ad Chriſtianam pietatem penitus cõuerſus eſt, Nolamque uenit, Auguſtino, & Ambroſio uſus eſt præceptoribus, atque eorum hortatu Hiſpaniam adiuit, Barcinonæq; ſacerdos factus eſt. Quod ne mihi negari poſsit, uerba quæ ipſemet ad Alypium in. 35. Epiſtolarum D. Auguſtini ſcribit, adducam. Ait enim. Quod indicaſti iam de humilitatis noſtræ nomine apud Mediolanum te didiciſſe, cum illic initiareris, fateor curioſius me uelle condiſcere, ut ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, ſi a ſuſpiciendo mihi patre noſtro Ambroſio, uel ad fidẽ inuitatus es, uel ad ſacerdotium conſecratus, ut eundem ambo habere uideamur authorem. Nam ego & ſi a Delphino Burdegaliæ baptizatus, a lampo apud Barcinonam in Hiſpania per uim inflammatæ ſubito plebis ſacratus ſim, tamen Ambroſii ſemper, & dilectione ad fidem nutritus ſum, & nunc in ſacerdotij ordine confoueor. Denique ſuo me clero uendicare uoluit, ut & ſi diuerſis locis degam, ipſius presbyter cenſear. Hæc ille. Idem ipſe in primo & ſecundo Natali ſancti Felicis metrica arte conſcriptis (poeta enim etiam egregius erat, ut multa eius carmina ad diuerſos ſcripta declarant, Auſonijq; ad ipſum) oſtendit ſe in Hiſpaniam fuiſſe profectum. Primus enim dictorum nataliũ, ut ex ipſius lectione conſtat, in Hiſpania conditus eſt, ſecundus Nolæ, poſtquã inde reuerſus illuc eſt. Vbi etiam aperte dicit ſe prius fuiſſe Nolæ, uota que Felici martyri fudiſſe, poſtea diſceſsiſſe, diu que abfuiſſe, demum Nolam reuerſum. Qui etiam in principio Natalis. iiij. dicit ſe pro diuitijs, pro nobilibus titulis, pro uanis honoribus, recepiſſe omnia in ſancto Felice. Ad hunc nuper a mundi illecebris conuerſum, ſcribit etiam D. Hieronymus Epiſtolam illam toto orbe decantatam, cuius initium eſt. Frater Ambroſius, Et alteram quæ incipit; Bonus homo; In qua inter cætera ait. Quoniã ſanctæ ſororis tuæ ligatus es uinculo, & non penitus expedito pergis gradu, ſiue hic, ſiue ibi, multitudines hominum, & officia, & ſalutationes, & conuiuia, ueluti quaſdam

cathenas deuita. Sit uilis & ueſpertinus cibus, olera & legumina, interdumque piſciculos, pro ſummis ducas delitijs. In huius etiam Epiſtolæ fine, & de ſolertia ingenij, de puritate & facilitate latini eloquij, & alijs plurimis ſanctum hunc uirum commendat, quæ ſingula recenſere longum eſſet. Quod demum is idem Paulinus fuerit poſtmodum Nolanæ ecclesiæ Epiſcopus, oſtendit ipſe primum in Epiſtola 31. deinde in Epiſtola. 35. ad Auguſtinum, in quibus dicit Dei munere in eius ſorte & officio cum principibus populi ſui fuiſſe numeratum. Ex quibus omnibus liquet, unum eundemq; Paulinum, primo in partibus Aquitaniæ ſecularibus honoribus claruiſſe, poſtea uenditis omnibus ſuis Nolam cum uxore ſeceſsiſſe fidei parentem Ambroſium habuiſſe, Barcinonæ factum ſacerdotem, poſtea Nolam reuerſum, ibidem Epiſcopum Nolanum ordinatum, maximaq; ſemper Ambroſio familiaritate iunctum, ob quod poſtea rogatu D. Auguſtini uitam eius deſcripſerit.

At dices, qui uitam deſcribit Ambroſii, presbyter appellatur ab aliquibus, non Epiſcopus, & ſtylo rudiuſculo, & ineleganti ſatis rem illam agit, adeo ut Nolani Epiſcopi nullo pacto eſſe uideatur. Quaſi uero fieri non potuerit ut Paulinus Nolanus Epiſcopus multo tempore presbyter, monachusq; permanſerit, & ſub huiuſmodi titulo uitam illam deſcribere ualuerit, uel epiſcopi ipſi non ſe interdum & ſacerdotes & preſbyteros appellauerint? Nonne & Diuus Petrus presbyteros obſecrat, & ipſe compreſbyter? Sed nec ſtyli demiſsio ab hac nos opinione remouet; hoc enim & Auguſtino & Hieronymo, & alijs ſanctis patribus, quinimo & ipſi Paulo Apoſtolo contigiſſe quandoque reperimus, ut pro locorum, temporum, & perſonarum qualitate, modo altius, modo demiſsius loquantur. Quanuis & alius ſtylus deceat ſacris initiatum uirũ, alius prophanis adhuc deditum, ut ipſe met Auſonius eidem dicit, inquiens: Quid abdicatas in meam curam pater redire Muſas præcipis? Negant Camoenis, nec patent Apollini dicata Chriſto pectora. Quod ſi qui ſunt, qui alium dicant Paulinum presbyterum, & alium Paulinum Nolanum Epiſcopum, proferant in medium quis fuerit ille alius preſbiter, quo loco natus, ubi conuerſatus, ubi denique mortuus & tunc nos quoque manibus & pedibus in eorum ſententiam fortaſſe ibimus, quod ſi oſtendere non poterunt, ipſi ſaltem ratione uicti in noſtram benigne deſcendant, quæ non noſtra tantum, ſed & Io. Tritemij, et Badij aſcenſiani, aliorumque plurium uirorum doctorum ſententia eſt.

Reliquum eſt quod ad ſuperiorem Tomum attinet, quod Tridenti a noſtri ordinis uiro docto dictum fuiſſe, mihi a fide dignis relatum eſt, nempe Epiſcopus Veronenſis in cœlo ponit quos uult ſanctos, & quos uult detrahit. Nationum uel Prouinciarum ſanctos non curat. ſed tantum qui placent ei, in ſanctorum catalogum recenſentur. Bone Deus quam iniuſta fuit contra me hæc querela? Inſpexiſſet ſaltem bonus pater quid in principio illius Tomi profeſſus ſim, & ad illa certe proferenda uerba nunquam properaſſet. Cum uiderem ego ſanctorum uitis totum mundum ſcatere, libroſq; plurimos in hac materia fuiſſe æditos, ſtatui in corde meo illos duntaxat ſanctos in meo codice ponere, quorum uitæ a grauibus & priſcis patribus eſſent deſcriptæ, non autem quæ ſine certo authore legerentur, atque apocrypharum nota cenſerentur. Hi ſunt ſancti mei quos in cœlo poſui; Vbi obſecro cœlorum regnum ego certo alicui ſanctorum numero aſtrinxi, ultra quem dixerim nullos ibi ſanctos reperiri? Adduxiſſet mihi Præ

latus ille nationis ſuæ ſanctos aliquos, quorum uitas per uirum doctum & nominis ali cuius in eccleſia deſcriptas exhibuiſſet; Vidiſſet ille ſi huiuſmodi ſanctorum uitæ in Tomo illo fuiſſent per me poſitæ, & ſancti ſui in cœlo collocati, atque hoc pacto nullus calumniandi locus et relictus fuiſſet. Mens mea fuit ſemper, atque eſt, quam denuo teſtificor, ut melius a cunctis percipiatur, nolle me in his Tomis onerare lectorem alicuius ſancti lectione, cuius uita ſcriptorem non habeat certum atque probatum, ne incerta pro certis immedium aſſeramus, & nos etiam de illorum numero ſimus, qui omnia conſarcinant, & dum dubijs tanq; claris fidem adhiberi uolunt, etiam quæ clariſsima ſunt nutare faciunt.

Illud quoque minime ſilendum ducimus, de quo a Reuerendo patre D. Epiſcopo Calagurritano uiro docto & pio, mihiq; amiciſsimo ſui admonitus, ne in uita D. Euſebij Vercellenſis Epiſcopi in Scholijs ibi appoſitis dixiſſe duos illos ſermones (teſte Genadio) eſſe D. Maximi Epiſcopi, cum reuera ſint D. Ambroſij, & illi qui ſunt a D. Maximo conſcripti præſenti Tomo inſerantur. Id fateor, per incuriam factum, erat enim mens illos ponere, quos D. Maximus ædiderat, ſed neſcio quomodo euenerit, ut unum uolumen ſermonum pro alio ueniret in manus, ſed hoc fragilitatis humanæ uitiũ eſt, ſicut & alia plurima.

Expedito de his quæ ad primum Tomum faciunt, pauca dicenda ſunt de his quæ ad præſentem, quem in manibus habemus attinent. Primum ne mireris rogo ſi in hoc etiã aliquas uitas eorundem ſanctorum legeris, quæ in primo Tomo deſcriptæ fuerunt, ab eiſdem forſan, uel alijs authoribus deſumptas, nam tum illæ nobis occurrerunt, modo autem iſtæ, quas utique Chriſti fidelibus legendas exhibere operæpretium uiſum eſt, ut & eiuſdem ſancti clarior notitia habeatur, & legentis mens multiplici ſpiritualis eruditionis fructu cumuletur.

Quia uero ſcholia noſtra certos numeros habent, ſi forte inuenies aliqua ex eis nõ numeros, ſed alphabeticas literas habere, ſcias id factum, quia ſcholium illud poſt alia confectum fuit, & ne ordo numeralis totus inuerteretur, ſatius uiſum eſt illud huiuſmodi literis deſignare, quam uel eundem numerum bis repetere, aut numeros omnes delere, & in alios commutare.

Ordinem uero, quem in ſuperiori Tomo tenuimus, et hic plene obſeruamus, ut omnium uitarum, quas poſuimus. loca & capita librorum ubi ſitæ ſunt, in principio earũ ex latere marginali tranſuerſo aſsignauerimus, ut cuicunque uolenti locum originariũ inuenire. facile occurrere poſsit.

Pari quoque modo tabulam locorum communium contra præſentis temporis hæreticos in frontiſpicio totius operis poſuimus, ut quilibet dignoſcere poſsit eadem fidei dogmata, eaſdemq; patrum Traditiones, & conſuetudines ſemper in Dei Eccleſia a ſua primæua origine uſque in hanc diem fuiſſe. Et qui hoc calamitoſo tempore his contraria docent, eos ab eius gremio recedere conſtantiſsime affirmamus, & inter contumaces & rebelles Eccleſiæ filios annumerandos. Sed iam qui ſint authores, qui ſanctorum hic poſitorum uitas ſcripſerint, tibi manifeſtandi ſunt.

1. Beata Maria Virgo.
2 Martialis Apoſtolus.
3 Philo Iudæus.
4 Ignatius Epiſcopus Antiochenus.
5 Dionyſius Areopagita Epiſcopus Athenienſis.
6 Zeno Epiſcopus Veronenſis.
7 Baſilius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ.
8 Gregorius Epiſcopus Nyſſenus.
9 Ephraem Ediſſenæ Eccleſiæ Diaconus.
10 Ambroſius Epiſcopus Mediolananſis.
11 Epiphanius Conſtantiæ Cypri Epiſcopus.
12 Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis.
13 Paulinus Nolanus Epiſcopus.
14 Euſebius Epiſcopus Vercellenſis.
15 Ioannes Chryſoſtomus Epiſcopus Conſtantinopolitanus.
16 Hieronymus presbiter Stridonenſis.
17 Palladius Epiſcopus Helenopolitanus.
18 Theodoretus Epiſcopus Cyrrhenſis.
19 Damaſus Romanus Pontifex.
20 Gaudentius Epiſcopus Brixienſis.
21 Euſebius Epiſcopus Emiſenus.
22 Leo Papa.
23 Maximus Epiſcopus Taurinenſis.
24 Amphilochius Epiſcopus Iconienſis.
25 Leontius Epiſcopus Neapoleos Cyrrhorum.
26 Gregorius Romanus Pontifex.
27 Alchimus Auitus Archiepiſcopus Viennenſis.
28 Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus.
29 Fulgentius Epiſcopus Carthaginenſis.
30 Iſidorus Epiſcopus Iſpalenſis.
31 Petrus Chryſologus Archiepiſcopus Rauenæ.
32 Prudentius Poeta Hiſpanus.
33 Beda Venerabilis presbyter.
34 Paulus diaconus Hiſtoricus.
35 Ceſarius Epiſcopus Arelatenſis.
36 Iacobus Diaconus Helipoleos.
37 Daniel monachus.
38 Ioannes diaconus ſancti Ianuarij.
39 Paulus Oroſius Hiſtoricus.
40 Bernardus Abbas clareuallenſis.

SANCTORVM VITÆ QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR, ALPHABETICO ORDINE DIGESTAE.

A

Vita Adam ſol. 1
Abel. 1
Abraham patriarchæ 2
Aſer patriar. 5 Aaron 6
Achiæ ſelonitæ 9
Azariæ prophetæ 9
Abdo prophetæ 9
Amos prophetæ 23
Abdiæ prophetæ 23
Aggæi prophetæ 26
Andreæ apoſtoli 71
Apolinaris Epiſ. & mar. 88
Agnetis uir. & mar. 148
Albani mar. 161
Archadij mar. 162
Aphraatis monachi 212
Acepſime monachi 221
Abraamis Epiſ. 222
Aſclepij monachi 231
Antonij abbatis 238
Agapiti Papæ 360
Abrahæ eremitæ 391
Adelphi Epiſcopi 404
Auguſtini, meliti, Iuſti et Laurẽtij diſcipuli D. Greg. 411
Adumani ſer. Dei. 463
Accæ Epiſcopi 477

35. 36. [illegible] 34

B

Beniamin patriarchæ 6
Bartholomei apoſtoli 75
Barnabæ apoſtoli 77
Babyle Epiſco. & mar. 104
Blandinæ mar. 178
Baradati ſerui Dei 234
Baſilij magni Epiſco. 289
Bedæ uene. preſbit. 403

C

Chriſtianorũ ĩ Alexãdria ſub diſciplina D. mar. Euan. 77
Clementis papæ & mar. 83
Cypriani Epiſcopi 152
Caſsiani mart. 177
Carpi ſacerdotis 237
Cornelij Epiſco. 404
Cedd Epiſco. 438
Clericorum ſacerdotum & Epiſcoporum tempore Oſiuu regis, 440
Ceaddæ Epiſco. 444
Cudberecti 464
Ceadualle Reg. 469

D

Dám patriarchæ 5
Debboræ prophetiſſe 7
Dauidis prophetæ 8
Danielis prophetæ 18
Domnenæ 236

E

Enoch. 1
Ephraim patriarchæ 6
Eliſei proph. 11 Eſther 15
Eſaiæ prophetæ 16
Ezechielis prophetæ 17
Eſdræ 27
Ephraem è Diſcenæ Eccleſiæ diaco. 28
Ephipodij & Alexãdri 143
Euſebij Epiſ. & mar. & Dioni. Epiſ. 187
Eulaliæ uirginis 192
Emiterij et Chaledonij m. 193
Euſebij monachi 206
Euſebij alterius monachi 223
Ephrem ſyri 274
Exuperij Epiſco. 335
Eartongotæ 436
Ecberecti 443
Earcanualdi Epiſco. 452
Eddi & Adhelmi 475

F

Felicis mar. 110
Felicitatis mar. 151
Fructuoſi epi. et m. cũ alijs 182
Fuſcine Virginis 365
Furſei ſer. Dei 436

G

Gad patriarchæ 5
Gedeonis 8
Geruaſij & Protaſij 104
Geneſij mar. 147
Gregorij Thaumaturgij 248
Gregorij Elibertani 374
Germani & lupi 409
Gregorij Papæ 419

H

Heliæ prophete 9
Habute Iezraelitæ 12
Hieremiæ prophetæ, 16
Habacuc prophe. 26
Helene 32
Hippoliti mar. 179
Honorij Epiſco. 427
Hildæ Abbatiſſe 460

I

Iſaac 4
Iacob patriarchæ 4
Iudæ patriarchæ 4
Iſachar patriarchæ 5
Ioſeph patriarchæ 5
Ioſue 7 Iepte 8
Ioam prophe. 9 Iob 12
Iudith. 14
Iohelis prophete 22
Ionæ prophetæ 24
Dñi noſtri Ieſu Chriſti 29
Inuentio ſante crucis 32
Ioannis Baptiſtæ 37

Iacobi maioris apoſt. 75
Ioannis apoſtoli et euãg. 75
Iacobi minoris apoſt. epi. 76
Iude apoſto. 77
Ignatij epiſcopi. 84
Innocentum 85
Ioannis papæ 146
Iacobi epiſco. Niſibẽſis 197
Iuliani ſabæ 199
Iacobi alterius monachi. 224
Ioannis monachi 229
Iulianæ uiduæ 284
Ioannis Chryſoſtomi. 300
Ioannis eleemoſynarij 342
Ioannis Damaſceni 374
Ioannis climaci 401
Ioãnis Aguſtaldẽ. epiſ. 467.

L

Loth 4
Leui patriarchæ 4
Latronis ſancti 57
Lucæ euang. 77
Laurentij mart. 95
Limnæi monachi 228
Laurẽtij diſci. D. Greg. 411

M

Melchiſedech 1
Manaſſe patriarchæ 6
Moyſi 6
Michææ prophetæ 25
Malachiæ prophetæ 27
Beate Marie uirginis 34
Matthæi apoſtoli 76
Mathiæ apoſtoli 77
Marci euange. 77
Marciani monachi 203
Macedonij monachi 218
Maeſimæ monachi 220
Maronis monachi 221
Maris monachi 224
Maranæ & Cyræ 235
Macrinæ uirg. 266
Miletij Archiepiſcopi 280
Mulieris Vercellenſis 222
Marcellinæ uirginis 287
Monicæ mater D. Aug. 335
Maximi epiſcopi 382
Mariæ Aegyptiacæ 384
Malachie epiſco. 406
Monachorum primitiuæ eccleſiæ 450
Mõachorũ tẽp. d. Baſilij 480
Monachorum. tempore. D. Ioan. chriſoſt. 483
monachorũ inſulæ Lirinẽ 485
Mõacho. tẽp. D. Bernar. 486

N

Noe 1 Neptalin patriar. 5
Nathan prophe. 8
Nahum prophe. 25
Nazarij & Celſi 103
Nicolai epiſcopi 238

O

Oſee prophetæ 22
Octauij & Aduenticij 150
Oſuualdi regis 428

P

Phinees ſacer. 7
Petri & Pauli apo. 59. 60
Philippi apoſt. 75
Pelagiæ uirg. & mar. 176
Publij monachi 208
Paladij monachi 211
Petri monachi 214
Polychronij monachi 230
Pulcheriæ puellæ 261
Placillæ 263
Paulini epiſc. Nolani 361
Pelagiæ Nonnæ 398
Paulini alte. epi. Eboracẽ. 421

Q

Quirini mar. 186

R

Ruben patriar. 4
Romani mart. 163
Romani monachi 237

S

Simeon patriar. 4
Sampſonis 8 Samuelis 8
Suſannæ 20
Sophoniæ prophe. 26
Simeon prophe. 28
Stephani protomar. 47
Simonis apoſtoli 77
Septẽ fratrũ machabæorũ 89
Sanctorũ. 40. mart. 98
Sanctorũ mar. cãtianorũ 144
Soteris uirg. & mar. 148.
Siſini, Martini, & Alex. 151
Sanctorum decem & octo cæſaraguſtanorum 159
Simeonis maioris 210
Salamanis monachi 224
Simeonis alte. monachi 231

T

Tobiæ 14 Triũ puerorũ 19
Tomæ apoſtoli 76
Timothei 83 Titi 83
Teclæ 88
Theodori mart. 184
Theodoſii monachi 216
Thaleleæi monachi 235
Theodori epiſco. 446

V

Viduæ ſareptanæ 10
Valeriæ uirgi. 88
Vincentij mar. 106
Victoris conſe. 404
Vilfridi epiſco. 454
Vilbrod ſer. Dei 470
Virginum Bononienſiũ 487

Z

Zabulon patriar. 5
Zachariæ prophe. 26
Zorobabel 27
Zachariæ pat. Io. Bapti. 27
Zenonis mona. 217
Zebene monachi 229

FINIS.

CATALOGVS EARVM RERVM, QVÆ IN ſequentibus ſanctorum vitis contra hæreticos noſtri temporis pro catholicorum dogmatum ueritate aſtruuntur, & ueluti robuſtiſsimis propugnaculis fulciuntur.

Baptiſmus.

1 Ritus qui ex conſuetudine eccleſiæ in Baptiſmo adhiberi ſolet, puta exorciſmũ, & cathechiſmum, obſeruandos eſſe.
In uita Pelagiæ Nonnæ. fol.398, ſchol 4
In uita Paulini alterius epi. fo.421, ſcho.6
In uita Oſuualdi Regis. fo.428, ſcho.1,12
In uita Ioannis epi. fo 197, ſcho.8

2 Baptizatos mos erat etiam olim inungi ſacro Chriſmate, & tradi illis, ſi eẽnt adulti, corpus Chriſti.
In uita ſancti Baſilij epi. fol.289, ſcho.12,23
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo.398, ſcho.4

Euchariſtia.

1 In Euchariſtia rite cõſecrata uerũ Chriſti corpus & ſanguinem contineri.
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo 300, ſcho 10
In uita ſancti Exuperij epi. fo.335, ſcho.1
In uita ſanctæ Monicæ. fo.335, ſcho.2,12
In uita ſancti Malachiæ epi fo.406, ſcho.5
In uita Accæ epi. fo.477, ſcho.12

2 Communionem ſub utraq; ſpecie non eſſe neceſſariam, ut aiunt hæretici.
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289, ſcho.15
In uita ſancti Agapiti Papæ. fo.360, ſch.2
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384, ſcho.25
In uita Vilfridi epi. fo 454, ſcho.4,10
In uita Hildæ Abbatiſſæ. fo.460, ſcho 9

3 Sanctis uiris ſemper mos fuit obitum ſuũ Dominici corporis & ſanguinis perceptione munire. Et etiam antiquitus ſacra Euchariſtia ad infirmos deferebatur.
In uita ſancti Baſilij epi. fo 289, ſcho.25
In uita ſancti Exuperij epi. fo 335, ſcho.1.
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384, ſcho 34
In uita Ceaddæ epi. fo.444, ſcho.3
In uita Vilfridi epi fo 454, ſcho.4
In uita Hildæ abbatiſſæ &c. fo.460, ſch.10
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470, ſcho.16

4 Melchiſedech Rex & ſacerdos uero Deo ſacrificium obtulit, & non tantũ Abrahę panem & uinum.
In uita Melchiſedech. fo.1, ſcho 1

5 Sacram Euchariſtiam appellari uiuifica, atq; diuina myſteria, & alijs huiuſce generis præclaris nominibus.
In uita ſancti Ioã Eleem oſy. fo 342, ſcho.8
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384, ſch.26,30

Pœnitentia.

1 Confeſsio ſacerdotalis antiquis patribus fuit in uſu. Et circa eius ſigillum miracula quædam contigerunt.
In uita ſancti Baſilij epi. fo 289, ſcho.20
In uita ſancti Ioã. eleemoſy. fo.342, ſcho.33
In uita Adumani ſerui Dei. fo.463, ſcho.2
In uita Cudberechti epi. fo.464, ſcho.3

2 Operis ſatisfactio requiritur ad ſalutẽ peccatoris, nec prodeſt ſola Chriſti paſsio, aut credere culpam ſibi remitti.
In uita ſancti Ioãnis Baptiſtæ. f.37. ſc.15,17
In uita Aplõr. Petri & Pauli. fo.59, ſc.9,10
In uita ſancti Andreæ Apl̃i. fo.71, ſcho.18
In uita Euſebij monachi. fo 206, ſcho.2
In uita Simeonis maioris. fo.210, ſcho.3
In uita ſancti Ioã. eleemoſy. fo 342, ſcho.3
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391, ſc.30,32,33
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo.398, ſcho.1
In uita Adumani ſerui Dei. fo.463, ſc.3,4,8
In uita Cudberechti epi. fo 464, ſcho.3

3 Veram pœnitentiam nõ eſſe duntaxat nouam uitam, ſed cum ea dolorem de peccatis cõmiſsis, & firmum propoſitũ de non cõmittendis in futurum.
In præfatione Theodoreti fo.195, ſcho.1
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391, ſcho.32

4 Ciliciũ, & cinis, olim erãt inſignia pniũ.
In uita ſancti Ioã. Baptiſtæ. fo.37, ſcho.16
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391, ſcho.32
In uita Pelagiæ Nonnę. fo.398, ſcho.7

Ordo ſacer.

1 Epiſcopi ſemper ordinauerunt presbyteros, & reliquos inferiores gradus, non autem Magiſtratus de cõſenſu plebis.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.21
In uita Macedonij monachi. fo 218,ſcho.2
In uita beatæ Macrinæ. fo.266,ſcho.6
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.31
In uita Ioannis Damaſceni. fo 374,ſcho.16
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho.7,14
In uita Cedd epi. fo.438,ſcho.4
In uita Vilfridi epi. fo 454,ſcho.26

2 Inter Miſſarum ſolẽnia ordines ſacri, quos maiores uocant, conferuntur.
In uita beatæ Macrinę. fo.266,ſcho.6

3 In ordine eccleſiaſtico diuerſos eſſe gradus, quibus Laici debent eſſe ſubiecti.
In uita dñi noſtri Ieſu Chriſti fo.29,ſcho.5
In uita ſanctorũ Siſinij &c. fo.151,ſcho.1,4

4 Epiſcopalis dignitas ſuper omnes gradus eccleſiæ. Et epiſcopos apoſtolorũ, preſbyteros ſeptuagintaduorum diſcipulorum ſucceſſores eſſe.
In uita dñi noſtri Ieſu Chriſti.fo.29,ſcho.3
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.22
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo.300,ſcho.36
In uita ſancti Paulini epi. fo.361,ſcho.A

5 Epiſcopos & ſacerdotes eſſe Regibus & Principibus ſuperiores. Et in his, quæ ad ſalutem ſpectant animarum, magis eis diuina authoritate collatam eſſe eorum, quæ in terra fiunt, curam, quàm ſecularibus principibus.
In uita ſanctæ Soteris uirg. fo.148,ſcho.2
In uita Cedd epi. fo.438,ſcho.5

6 Non omnes fideles ex æquo eſſe ſacerdotes, ut quidam nunc mentiuntur.
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſcho.3
In uita ſancti Theodori mar. fo.184.ſch.1
In uita beatæ Macrinæ. fo.266,ſcho.6
In uita ſancti Ioãnis Chryſ. fo.300,ſcho.3
In uita ſancti Ioã eleemoſy. fo 342,ſcho.7
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſcho.16

7 Bigami ad ſacros ordines non promouentur.
In uita ſancti Euſebij epi & m̃ fo.187,ſc.4
In uita ſancti Ioã eleemoſy. fo.342,ſcho.4

8 Antiquus eccleſiæ in ordinandis clericis mos fuit, ut ſuper eorũ moribus, & meritis, clerus & populus prius ferret teſtimonium, deinde cum ieiunio, prece, & timore promouerentur.
In uita ſancti Cypriani epi. fo 152,ſcho.A
In uita ſancti Ioã. Chryſo.fo.300,ſcho.40

9 Diſtinctio debet eſſe inter populum & ſacerdotem, nec iiſdem utrunq; aſtringi legibus. Et uitam ſacerdotis pręponderare, ſicut præponderat gratia.
In uita ſancti Euſebij epi,& m̃ fo.187,ſch.5

10 Epiſcopos & ſacerdotes non eſſe unum & idem, nec eadem munera conuenire utriſq;, licet qñq; in noie conuenerint.
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo.300,ſch.4,26

11 Semper eps ab uno epo, duobus alijs aſtãtibus epiſcopis, ordinatus fuit.
In uita Cedd epiſcopi. fo.438,ſcho.2
In uita Ceaddæ epi. fo.444,ſcho.1
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.27

12 Olim epiſcopi etiam monaſteria gubernabant, & iuuentutem ſtudio abſtinẽtiæ, & norma integritatis aſtringebant, ac uerſantes intra urbes, uſu urbium & cõuerſatione abdicabant.
In uita ſancti Euſebij epi & m̃. fo.187,ſch.6

13 Diaconi, presbyteri, & epiſcopi ſemper ordinati ſunt cum impoſitione manuũ. Et in ordinatione huiuſmodi conferri gratiam ſpirituſſancti.
In uita Aceſimæ monachi. fo.221,ſc.3,4
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſcho.7
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.29
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſcho.11
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho 7

14 Clericalis & monaſticæ tonſuræ ratio unde proceſſerit.
In uita Accæ epiſcopi. fo.477,ſcho.15

Matrimonium.

1 Filij etiam in poteſtate parentũ cõſtituti, ſine eorum, aut ſi ſint mortui, curatorũ conſenſu contrahere poſſunt, nec ex naturali aut diuino iure irrita erunt, aut nulla eorum matrimonia.
In uita uirginũ Bononienſiũ. fo.487,ſch.1

2 Epiſcopos & ſacerdotes non debere eſſe coniugatos, nec fœminarum habere conſortia.
In uita beatæ uirg. Mariæ. fo 34, ſcho. 4
In uita ſancti Ioānis euāge. fo. 75, ſcho. 1
In uita ſancti Nicolai epi. fo. 238, ſcho. 9
In uita ſancti Ioā. Chryſo. fo. 300, ſcho. A

3 Matrimonio per copulam non conſumato, licere uni ex ſponſis religionem ingredi ſine alterius conſenſu.
In uita ſanctæ Valeriæ uirg. fo. 88, ſcho. 6
In uita beati Antonij abbatis. fo. 238. ſc. 2
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391, ſcho 3

4 Mulieres ſanctæ, & Deo plenæ, olim matrimonium unum natura eſſe exiſtimabant, quemadmodū unus ortus, & una mors. Et ideo cum earum uiri præmoriebantur, non confugiebant ad ſecundas nuptias, quia non eos mortuos eſſe arbitrabantur, ſed ſpe reſurrectionis Deo uiuere. Non quòd ſecundæ & tertiæ nuptiæ, & quartæ, & quintæ dānentur, ſed quo ſciatur, quid ſanctæ Priſci illius temporis facere conſueſcerent.
In uita beatæ Macrinæ. fo. 266, ſcho. 2

5 Nunquam in Occidentali eccleſia aliquis ad ſacerdotiū ꝓmotus eſt, quin prius habitæ coniugi renūciauerit, & illa pariter profeſſa fuerit uelle in cōtinentia uiuere: Quod & in Orientali quoq; eccleſia quādoq; factitatum legimus, ſed non ſemper: uſus enim apud eam fuit perſeuerare in matrimonio iam contracto ante ſacerdotiū. At nullibi unquā inuentum eſt, quòd iam promotus ſacerdos nuptias contraheret.
In uita ſancti Cypriani epi. fo. 152, ſcho. 4
In uita ſancti Ioā. Chryſo. fo. 300, ſcho. 38
In uita ſancti Ioā. Eleemoſy. fo 342. ſch. 26

Gratia & liberum arbitrium.

1 Gratia ſpirituſſancti datur quærentibus, petentibus, pulſantibus: & qui eam nō quærit, non inuenit, qui non petit, nō accipit, qui non pulſat, non conſequitur. Nec tā ea ob id gratia dari dicitur ex meritis, uel ex naturę noſtrę uirib⁹.
In uita ſancti Andreæ Apl'i. fo 71, ſcho. A
In uita ſctōꝝ ſeptē Machabęoꝝ. fo. 89, ſc. 4
In uita ſancti Euſebij epi, & m̄. fo. 187, ſc. 9

2 Non ſufficit eligentis gratia, niſi inuigilet collaborantis induſtria. Nec debet qs eſſe de ſola Dei electione ſecurus, niſi & ieiuniorum agonibus, & laboribus abſtinentiæ & iuſtitiæ diuina in ſe uota ſeruere contendat.
In uita ſancti Ioā. Baptiſtæ. fo. 37, ſcho. 13
In uita ſancti Laurentij mar. fo. 93, ſcho. 23
In uita ſanctę Fuſcinæ uirg. fo. 365, ſcho 8

3 Voluntas noſtra ſequitur, non præuenit gratiam Dei. Et ideo ſi non ſequitur uocantem nequaquam perueniet ad gratiam iuſtificantem.
In uita ſancti Latronis. fo. 57, ſcho. 15
In uita ſancti Laurentij mar. fo. 93, ſcho. 24

4 Dei præcepta & conſilia tandiu impoſsibilia iudicantur, quandiu humanis uiribus obtineri poſſe putantur. Cum uero à Deo obtineri, & per eius gratiam impleri poſſe creduntur, nec dura, nec laborioſa, ſed leuia & ſuauia cōprobantur, iuxta illud Domini, iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.
In uita Monachoꝝ Lirinenſiū. fo. 485, ſc. 4

Fides & Opera.

1 Non ſufficere ſolam fidem ad ſalutem, ſed etiam bona opera requiri.
In uita Abraham patriarchæ. fo. 2, ſcho. 1
In uita beatæ uirg. Mariæ. fo 34, ſcho. 1
In uita ſancti Ioā. Baptiſtæ. fo 37, ſcho 6
In uita ſancti Latronis. fo. 57, ſcho. 12, 17, 19
In uita ſancti Andreæ apl'i. fo. 71, ſcho. 6, 15
In uita ſanctoꝝ Innocentū. fo. 85, ſcho. 5
In uita ſctōꝝ ſeptē Machabęoꝝ fo. 89, ſc. 2
In uita ſancti Laurentij mar. fo. 93, ſcho. 21
In uita ſancti Felicis mar. fo. 110, ſcho. 63
In uita ſanctorum Ephipodij & Alexandri. fo. 143, ſcho. 7
In uita ſancti Geneſij mar. fo. 147, ſcho. 8, 9
In uita Maranæ & Cyræ. fo. 235, ſcho. 6
In uita Placillæ. fo. 263. ſcho. 3
In uita beati Ephrem Syri. fo. 274 ſcho. 1, 2
In uita ſancti Baſilij epi. fo. 289, ſcho. 3, 22
In uita ſancti Exuperij epi. fo. 335, ſcho. 4
In uita ſancti Ioā. Eleemoſy. fo. 342, ſc. 23. 35
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo. 365, ſc. 6, A
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391, ſcho. 18, 36
In uita ſancti Victoris cōfeſſo. fo. 404, ſc. 3
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo. 411, ſcho. 10, 13

In uita Paulini alterius epi. fo.421,ſc.3,7
In uita Honorij epi. fo.427,ſcho.2
In uita Cedd epi. fo.438,ſcho.1
In uita Thodori epi. fo.446,ſcho.5
In uita Ercanualdi epi &c. fo.452,ſcho.7
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſcho.2
In uita monachoꝝ tempore Ioãnis Chryſoſtomi. fo.483,ſcho.2

2 Fides qua quis firmiter credit, & certò ſtatuit ſibi remiſſa eſſe peccata per Chriſtum, uel regnum cœlorum per illum ſe conſequuturum, ad quam moderni hęretici fingunt omnes chriſtianos teneri, improbatur ex ſcripturis, eſto ꝙ firma & certa ſpe expectare debeamus, & hic per ſacramentũ baptiſmi, & pœnitentiæ, ritè ſuſceptum peccatorũ remiſsionem, & in futuro ſeculo uitam æternam Et ideo quandiu hic ſumus, nulla eſt nobis ſecuritas, ſed cum timore & tremore noſtram ſalutem operari debemus.

In uita dñi nr̃i Ieſu Chriſti. fo.29,ſcho.8
In uita ſancti Andreæ Apl̃i. fo.71,ſc 13,16
In uita ſancti Felicis m̃. fo.110,ſcho.27

3 Ea fides tenẽda, quæ à ſeculo prædicatur, & quã ſancti pręcedentes profeſsi ſunt, omnesq́ in toto mundo conſtitutæ ſeruant eccleſiæ, & non quæ à paucis. Et ne unam quidem ſyllabam de diuinis dogmatibus corrumpi patiendum eſt.

In uita ſanctoꝝ Nazarij & Celſi. fo.103,ſc.2
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Protha. fo 104,ſcho.18
In uita Hippoliti m̃. fo 179,ſcho 1
In uita beatæ Placillæ. fo.263,ſcho.4

4 Valere etiam illa opera ad coronam, quæ ſimul fiunt & intuitu Dei, & æternæ beatitudinis reſpectu.

In uita ſancti Stephani. fo.47,ſcho 4
In uita ſanctæ Valeriæ uir. fo 88,ſcho.5
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſc.6,7
In uita Macedonij monachi. fo 218,ſc.3
In uita Euſebij alterius mona. fo 223,ſc.3
In uita Maranæ & Cyræ. fo.235,ſcho.2
In uita ſancti Ioan. Eleemoſy. fo.342,ſc.11
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo 411,ſcho 8
In uita Adumani ſerui Dei. fo.463,ſc.5

5 Validiora ſunt exempla quã uerba, & plenius eſt opere docere, quã uoce, & inſtruere populum factis excellentiſsimũ eſt genus doctrinæ.

In uita ſancti Laurentij m̃. fo 93,ſcho.4
In uita ſancti Ioan. Chryſo. fo.300,ſc.1
In uita ſanctæ Fuſcinæ uir. fo.365,ſc.15
In uita ſancti Gregorij Papæ. fo 419,ſc.7
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſcho.9,34
In uita Cleri ſacerdotũ &c fol 440,ſc 15
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſcho.4

6 Non ſufficit bona uoluntas, ubi adeſt facultas operandi. Sufficit autem, ubi non adeſt.

In uita ſanctoꝝ Innocentũ. fo 85,ſcho.4
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho.3

7 Nõ ſufficere nobis ad ſalutem dominum Ieſum fuiſſe pro nobis crucifixum, niſi etiã nos Cruci eius inhæreamus. Quod fit, mala omnia pro eius amore patienter tolerando, uitijs reſiſtendo, de peccatis pœnitentiam agendo, & uirtutes omnes amplectendo.

In uita ſancti Andreæ Apl̃i. fo.71,ſcho.17

8 Maximum mendacium, iuſtum in omni opere bono peccare.

In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho.1
In uita Monachoꝝ Lirinenſiũ. fo.485,ſc.2

9 Non pertinet ad mulieres, de rebus fidei in conuentu uirorum, aut fœminarum diſſerere.

In uita sãctę Marcellinę uirg. fo 287,ſc.6,7
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo 365,ſcho.7

Meritum.

1 Sanctos, & omnes fideles, qui Dei mandata ritè ſeruauerint, meritũ habere apud Deum omnipotentem, & reddi illis, tãquam iuſtam mercedem, uitam æternam. Et hoc eſſe, cum ex parte diuinæ promiſsionis, tum ex ſpiritus ſancti gratia, bonorum illorum operum radice.

In uita Abrahã Patriarchæ. fo.2,ſc.2,3.4,5
In uita Iacob Patriarchæ. fo.4,ſcho.1
In uita Viduæ Sareptanæ. fo.10,ſcho.1
In uita Suſannæ. fo 20,ſcho.1
In prefatione Theodoreti. fo.195,ſcho.2
In uita dñi nr̃i Ieſu Chriſti. fo 29,ſcho.6
In uita ſancti Ioãnis Baptiſtæ. fo.37,ſc.14

In uita

In uita ſancti Stephani. fo.47,ſc.6,9,10,11
In uita ſcti Latronis. fo.57,ſc 1,3,8,9,10,16
In uita Apſtoꝝ Petri & Pauli. fo 59,ſc.B.46
In uita ſancti Andreæ Apſti. fo 71,ſcho 2
In uita ſcti Clemẽtis Papę & mar. f 83.ſc.2
In uita ſanctoꝝ Innocentum. fo.85,ſcho.3
In uita ſancti Laurentij mart. fo 93,ſc 20
In uita ſancti Felicis mar. fo.11c,ſcho.24 42.62,65,68,72,73,99
In uita ſanctorum Ephipodij & Alexandri. fo.143 ſcho.1
In uita ſancti Geneſij mar. fo 147,ſcho.4
In uita ſanctæ Felicitatis mar. fo.151,ſc.1
In uita ſancti Cypriani epi. fo 152,ſcho 8
In uita ſcti Euſebij epi & mar.f.187,ſc.12,16
In uita beatæ Placillæ. fo.263,ſcho 2
In uita ſcti Ioãnis Chryſo. fo.300,ſc.44
In uita ſancti exuperij epi. fo 335,ſcho.2,3
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo.365,ſcho.4 9,10,16,17
In uita ſancti Maximi epi. fo.382,ſcho.5,6
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391,ſcho.12
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo.398,ſcho 2
In uita Ioannis Climaci. fo.401,ſcho.2
In uita ſancti Victoris cõfeſſ. fo.404,ſc.8
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho.2,28
In uita ſancti Gregorij Papæ. fo.419,ſc.8
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſcho.25
In uita Ercanualdi epi &c. fo.452,ſcho.8
In uita Hildæ Abbatiſſæ &c. fo.460,ſc.1,2
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſcho.7
In uita Ioannis epi, fo.467,ſcho.6
In uita monachorum tempore D. Baſilij. fo.289,ſcho.2
In uita monachoꝝ Lirinenſiũ. fo.485,ſc.1

2 Ideo merita habemus apud Deum, quia opera noſtra bona ſunt dona eius: Nec poteſt niſi gloria eſſe Chriſti cuiuſlibet meritum Chriſtiani.
In uita ſcti Clemẽtis papæ & m̃. fo 83,ſc.1
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſcho.22
In uita ſanctæ Monicæ. fo.335,ſcho.11

Miſſa.

1 Miſſæ uocabulum non eſſe nouitium inuentum, ut mentiuntur hæretici.
In uita Carpi ſacerdotis. fo.237,ſcho.1
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.24
In uita ſancti Agapiti papæ. fo.360,ſcho.1
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſcho 5
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho.6,22

In uita ſancti Gregorij papæ. fo 419,ſc.4
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.3,9

2 Miſſam eſſe ſacrificium, & ſacroſancta ac uenerãda myſteria, alijsq; excelſis huiuſmodi nominibus à Patribus nuncupari
In uita Melchiſedech. fo 1,ſcho.2
In uita ſancti Iob. fo.12,ſcho.1
In uita ſanctę Blandinæ mar. fo.178,ſc.3
In uita ſcti Iacobi epi Niſibẽſis. fo.197,ſc.9
In uita Macedonij monachi. fo.218,ſc.5
In uita Maris monachi. fo.224,ſcho.5
In uita Iacobi alterius monac. fo.224,ſc.11
In uita ſancti Baſilij epi. fo 289,ſcho 16,17
In uita ſcti Ioãnis Chryſo. fo 300,ſcho.39
In uita ſanctæ Monicæ. fo.335.ſcho 10
In uita ſancti Ioan. eleemoſy. fo 342,ſc.6
In uita ſancti Agapiti papæ. fo.360,ſcho.1
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſcho.5
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho 30
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.19
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſcho.5
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho.4

3 Eleuare ſanctum panem in Miſſa, rem eſſe uetuſtiſsimam.
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.14

4 Miſſam prodeſſe animabus defunctoꝝ.
In uita ſanctę Monicæ. fo 335,ſc.8,10,12,13
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.18
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.8

5 Miſſę oblationem ualere ad redemptionẽ animæ & corporis ſempiternam.
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.19

6 Miſſam ualere ad remiſsionem pctoꝝ, & ad alia beneficia à Deo obtinenda.
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.17

7 Miſſas priuatas antiquo tpe fuiſſe in uſu.
In uita ſãcti Ioã. eleemoſy. fo 342,ſc.22,24

8 Miſſam, quo ad ſubſtantialia, quæ ſunt conſecratio, oblatio, & communio, inſtitutam eſſe à Chriſto: quantum uerò ad ea, quę pertinent ad ornatum, & decentiam, ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus.
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.13
In uita ſancti Gregorij papæ. fo.419,ſc.5

Eccleſia catholica.

1 Eccleſiam poſſe facere cōſtitutiones obligatorias in conſcientia, etiam extra caſum ſcandali.
In uita Cleric. ſacerdotū &c. fo 440, ſc. 12

2 Regula eccleſiaſtica eſt, nō oportere præter Romani Pontificis ſententiam concilia celebrari.
In uita Vilſridi epi. fo 454, ſcho. 29

3 Canones eccleſiaſtici apud antiquos Patres erant in obſeruatione.
In uita ſancti Nicolai epi. fo. 238, ſcho. 5
In uita ſancti Ioannis Chryſoſto. fo. 300 ſcho 6, 7, 9, 22
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo 398, ſcho. 3
In uita Theodori epi. fo. 446, ſcho. 10, 12

4 Concilij generalis authoritas.
In uita ſancti Ioannis Chryſoſto. fo. 300 ſcho. 17, 22, 23
In uita Theodori epi. fo 446, ſcho. 14.

5 Quæ in uno concilio ſtatuta ſunt, nō debere in alio mutari, aut retractari.
In uita Theodori epi. fo. 446, ſcho. 11.

6 Præter inuiſibilem, quæ eſt in cœlo, eſſe in terris uiſibilem eccleſiam, quæ bonis maliſq; permixta ſit uſque ad diem iudicij.
In uita dñi nři Ieſu Chriſti. fo. 29, ſc. 2, 4.
In uita Apľoꝝ Petri & Pauli. fo. 59, ſcho. 44.
In uita ſcti Clemētis papæ & m̄. fo. 83, ſc. 3.
In uita ſcti Apollinaris epi & m̄. fo. 88, ſc. 1.
In uita ſctoꝝ Nazarij & Celſi. fo. 103, ſc. 3.
In uita ſanctorum Ephipodij & Alexandri. fo. 143, ſcho. 3.
In uita ſancti Theodori m̄. fo. 184, ſc. 23.
In uita ſancti Euſebij epi & m̄. fo. 187, ſc. 3.

7 Eccleſia ſemper paulatim creuit, & de imperfecto pedetentim ad perfectum progreſſa eſt: & mentibus nouis, ac duris, non ſimul omnia abſcidit, non ſimul omnia patefecit.
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo. 411, ſcho. 12.

8 Græci poſteriores multa in eccleſiam contra ueritatem introduxerunt.
In uita Theodori epi. fo. 446, ſcho. 6.

9 Aliquorum hominū paucitas uno de angulo mundi, ſeu una prouincia, uniuerſali, quæ per orbem eſt, Chriſti eccleſię nequaquam eſt præferenda, nec unus, aut alter epiſcopus beatiſsimo Apoſtolorum Principi, cui dictum eſt à Domino: Tu es Petrus, & cætera.
In uita Honorij epi. fo. 427, ſcho. 5
In uita Cleric. ſacerdotū &c. fo 440, ſc. 13
In uita Accæ epi. fo. 477, ſcho. 16

10 Omnes per orbem eccleſiæ unam catholicam faciunt.
In uita Accæ epi. fo. 477, ſcho. 11.

Excommunicatio.

1 Fuiſſe antiquis Patribus excōmunicationes in uſu: Et hi quibus infligebantur, ſummopere illas timebant.
In uita ſancti Ioā. Eleemoſy fo. 242, ſc. 5
In uita Cedd epi. fo. 438, ſcho. 6.

Papatus.

1 Romanam eccleſiam propter ſedem beati Petri, iuriſdictionem & curam habere ſuper omnes eccleſias mundi. Et quod dicitur de Romana eccleſia, intelligitur de ſummo Pontifice.
In uita ſancti Ioannis Chryſoſto. fo. 300 ſcho 5, 8, 12. 13, 15.
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo. 411, ſcho 1, 20
In uita ſancti Gregorij Papæ. fo. 419, ſc. 9.
In uita Paulini alterius epi. fo. 421, ſcho 9
In uita Honorij epi. fo. 427, ſcho. 1, 3.
In uita Theodori epi. fo. 446, ſcho. 2
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo. 470, ſcho. 8.

2 Romana eſt uerè catholica & Apoſtolica eccleſia, & omnis ritus eccleſiaſtici & monachalis magiſtra.
In uita ſancti Ioan. Chryſo. fo. 300, ſc. 24
In uita Theodori epi. fo. 446, ſcho 1
In uita Vilſridi epi. fo. 454 ſcho. 24
In uita Accæ epi. fo. 477, ſcho. 6, 7, 9

3 Romam eſſe tutiſsimum Chriſtianę communionis portum.
In uita ſancti Ioan. Chryſo. fo. 300, ſc. 14
In uita Vilſridi epi. fo. 454, ſcho. 28. 30 31.

4 Petrum Romæ fuiſſe, & ibi martyrio coronatum.

In uita Apoſtolorum Petri & Pauli. fo.59 ſcho 2,14,21
In uita Cleri.ſacerdotũ &c.fo 440,ſc.9,10
In uita Ceaduallæ Regis. fo.469,ſcho.4

5 Petrum fuiſſe primum Apoſtolũ,non uocationis ordine, ſed dignitatis prærogatiua.
In uita Apſtoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſcho.1
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.12

6 Liberium Romanũ Pontificem uirũ fuiſſe ſanctiſsimum,& Chriſtianiſsimum.
In uita ſanctę Marcellinę uir. fo.287,ſc.1,8

7 Petrum fuiſſe eccleſiæ fundamentũ,& petram,ſuper quã illa fundata eſt.Et nulli alij epiſcoporum data eſt tãta poteſtas, quanta Petro.
In uita Apſtoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſc.A,22
In uita ſancti Gregorij papę fo.415,ſcho 2
In uita Clericoꝝ,ſacerdotũ,&c.f 440,ſc.14

Sacra ſcriptura.

1 Librum Tobiæ ab eccleſia fuiſſe receptũ, & inter Canonicos libros adnumeratum:ſimiliter & librũ Iudith,ac Eſdræ, & Machabæorum.
In uita Iudith. fo 14,ſcho.1
In uita Ionæ prophetæ. fo 24,ſcho.1
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo.365,ſc.12,13

2 Epiſtolam ad Hebræos eſſe Apoſtoli Pauli,& ab eccleſia uniuerſali fuiſſe pro tali receptam.
In uita ſancti Ioã.Chryſo. fo.300,ſcho.49

3 Epiſtolam ſecundam, & tertiam Ioannis Apoſtoli illius eſſe.
In uita ſancti Ioã.Chryſo. fo.300,ſcho.47

4 Epiſtolam Iacobi Apoſtoli illius eſſe: ſimiliter & Iudæ.
In uita ſanctę Fuſcinæ uirg. fo.365,ſcho.14

5 Studium liberalium artium,& diſciplinarum,non eſſe Chriſtianis inutile, aut à ſcholis explodendum, ſicut garriunt hæretici.
In uita beati Gregorij Thaumaturgi. folio 248,ſcho.1
In uita beati Ephrem ſyri. fo 274,ſcho.4
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.8
In uita ſancti Ioã.Chryſo. fo.300,ſc.18 41
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſc.3,4,5
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.7

6 Ad Romanum Pontificem,& ſanctam eccleſiam,id eſt generalia Concilia,pertinere, & nõ ad unumquenq;,cenſere de ſanctis ſcripturis: & eas ſolas in Canonem Eccleſiaſticorum librorũ admittendas,quas ipſi iudicauerint.
In uita Iudith. fo.14,ſcho.1

Traditiones Patrum.

1 Eccleſiæ fidem & inſtituta à ſanctis Apoſtolis tradita fuiſſe.
In uita Accæ epi. fo.477,ſcho.10,13

2 Patrum antiquorum traditiones ſeruãdas eſſe:Nec paucoꝝ traditiones uniuerſis, quæ per orbem ſibi in Chriſto concordant,eccleſijs præferendas.
In uita ſanctorum Auguſtini, Mellitì &c. fo 411,ſcho.16
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.3,13

Ceremoniæ.

1 Oratio, & uigiliæ: & quomodo res ſunt Deo placentes,ac hominibus utiles,nõ ſuperfluæ,& ſine fructu, necnon ualentes omnia impetrare à Deo.
In uita Heliæ prophetæ. fo.9,ſcho.1
In uita Eſaiæ prophetæ. fo.16,ſcho.1
In uita Danielis prophetæ. fo.18,ſcho.1
In uita ſancti Stephani. fo.47,ſcho.7
In uita apſtoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſch 6,12
In uita ſanctorum Eccleſiæ primitiuæ. fo.480,ſcho.3 14
In uita ſanctæ Valeriæ uirg. fo.88,ſcho 2
In uita ſanctorum Quadraginta martyrum. fo.98,ſcho.2
In uita ſanctoꝝ Nazarij & Celſi. f 103,ſc.6
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.29 46,60,64,69
In uita ſctõꝝ Cantianoꝝ m̃.fo.144,ſcho.1
In uita ſanctæ Agnetis uirg. fo.148,ſcho.5
In uita ſancti Albani mar. fo.161,ſcho.2,3
In uita ſancti Euſebij epi,& m̃. fo.187,ſc.2
In uita ſancti Iacobi epi Niſibenſis fo.197 ſcho.3,7,8,10
In uita Iuliani Sabæ. fo.199,ſcho.8
In uita Euſebij monachi. fo.206 ſcho.1
In uita Petri monachi. fo.214,ſcho.7

In uita Theodoſij monachi. fo.216,ſcho.2
In uita Zenonis monachi. fo.217,ſcho.4
In uita Maeſimæ monachi. fo.220,ſcho.2
In uita Abrahami epi. fo 221,ſcho.4
In uita Iacobi alterius mona. f.224,ſc.9,12
In uita Limnæi monachi. fo.228,ſcho.2,3
In uita Simeonis alterius mona. f.231,ſc.12
In uita Maranæ & Cyræ. fo.235,ſcho 1
In uita Carpi ſacerdotis. fo.237,ſcho 2
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſcho.8
In uita beati Gregorij Thaumaturgi. folio 248,ſcho.2
In uita beatæ Marcellinæ uir. fo.287,ſc.12
In uita ſancti Baſilij epi. fo 289,ſcho 18,30
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo.300,ſc.19,20
In uita ſanctæ Monicæ. fo 335,ſcho.4
In uita ſancti Ioã. Eleemo. fo.342,ſcho.18
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391,ſc 4,20,25
In uita Ioãnis Climaci. fo.401,ſcho 4,5
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho 23,27
In uita Oſuualdi Regis. fo 428,ſcho.23
In uita beati Furſei. fo 436,ſcho.1
In uita Cedd epi. fo.438,ſcho 8,10
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.5,18
In uita Adumani ſerui Dei. fo.463,ſcho.6
In uita Ioannis epi. fo.467,ſcho.7

2 Horę Canonicæ nocturnæ, & diurnæ etiã apud ueteres frequentatæ.
In uita Martiani monachi. fo 203,ſcho.6
In uita Euſebij monachi. fo.206,ſcho 3
In uita Iacobi alterius mona. fo.224,ſc.5
In uita beatæ Domnenæ. fo.236,ſcho.2
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſcho.29
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſcho 8
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſc.15,16,17
In uita Ercanualdi epi &c. fo.452,ſcho.3
In uita Hildæ Abbatiſſæ. fo.460,ſcho.11
In uita Adumani ſerui Dei. fo.463,ſcho 7
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho 2,3
In uita Monachorum tempore Ioã. Chryſoſto. fo.483,ſcho.6

3 Humi cubitationes antiquis ſanctis i uſu fuiſſe, & ualere ad obtinendũ aliquid à Deo.
In uita beati Ephrem Syri. fo.274,ſcho.5

4 Cantus in eccleſijs antiquitus fuit in uſu, pſalmodia, & hymnorum recitatio.
In uita apſtoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſcho.17
In uita ſanctorum Eccleſiæ primitiuę folio 480,ſcho.4,12.

In uita ſanctorum Siſinij &c. fo.151,ſcho.2
In uita Abrahami epi. fo.221,ſcho.2
In uita Iacobi alterius mona. fo.224,ſc.7
In uita beatæ Macrinæ fo.266,ſcho.8
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo.300,ſcho.21
In uita ſanctæ Monicæ. fo.335,ſcho 3,5
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho.11
In uita Venerabilis Bedæ. fo 403,ſcho.1
In uita ſancti Malachiæ epi. fo.406,ſcho 3
In uita Paulini alterius epi. fo.421,ſcho.12
In uita Ecgberecht uiri ſancti. fo 443.ſc.2
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho 8,15
In uita Ercanualdi epi. fo 452,ſcho.4
In uita Hildæ Abbatiſſæ. fo.460,ſcho 7
In uita Accæ epi. fo.477,ſcho.5

5 Campanarum uſus, quarũ ſonitu ad orationes, ſeu ad conueniendũ in eccleſia excitari fideles cõſueuere, antiquus eſt.
In uita Hildę abbatiſſæ &c. fo.460,ſcho.5

6 Orare cum genuflexione, & capitis detectione, ſiue totius corporis proſtratione, necnon cum lachrymis.
In uita ſanctorum Quadraginta Martyrum. fo 98,ſcho.3
In uita ſancti Felicis m̃. fo 110,ſcho 46,64
In uita ſancti Caſsiani mar. fo 177,ſcho.1
In uita Iuliani Sabæ. fo 199,ſcho.5,10
In uita Simeonis maioris. fo 210,ſcho.7
In uita Petri monachi. fo 214,ſcho.5
In uita Simeonis alterius mona fo.23 ,ſc.9
In uita beati Antonij abbatis. fo.238,ſc.1
In uita beatæ Macrinæ. fo.266,ſcho.9
In uita beatæ Marcellinæ uirg. fo.287,ſc.9
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho. 5
In uita ſancti Ioã. Chryſo fo.300,ſcho 16
In uita ſancti Ioã. Eleemo fo.342,ſcho 19
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſc.27,31
In uita Abrahæ eremi. f 391,ſc.9,10,19,25,27
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo 411,ſcho 17
In uita Oſuualdi Regis. fo 428 ſcho. 3
In uita Ceaddæ epi. fo 444,ſcho.5
In uita Ercanualdi epi &c. fo 452,ſcho 9
In uita Cudberechti epi. fo 464,ſcho 13

7 Litaniarũ in Eccleſia antiquus uſus, ſimiliter & Antiphonarũ decantatio.
In uita ſancti Ioã. Chryſo fo 300 ſcho 43
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho.4

8 Orare cum manuum extenſione, & oculorum

lorum ad cœlum eleuatione.
In uita ſancti Nicolai epi. fo 238,ſcho.28
In uita beati Gregorij Thaumaturgi. folio 248,ſcho.4
In uita ſancti Baſilij epi. fo 289,ſcho.19
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſc.12,31
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſcho.31

9 Orare ante cibum Chriſtianus mos. Idem & poſt. Cum etiam cubitum imus, & cum ex lecto ſurgimus.
In uita ſanctorum Eccleſiæ primitiuę folio 480,ſcho.13
In uita ſanctæ Marcellinæ uir. fo.287,ſc.13

10 Benedictiones rerum, & conſecrationes, licitas eſſe, & antiquis patribus in uſu fuiſſe. Similiter & dedicationes eccleſiarum cum reliquijs ſanctorum, & cemiteriorum benedictiones.
In inuentione ſanctæ Crucis. fo.32,ſcho.2
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo.104,ſcho.1
In uita ſancti Ioãnis Papæ. fo.146,ſcho.1
In uita Aphraatis monachi. fo.212,ſc.3,4
In uita Iacobi alterius mona. fo.224,ſc.3,4
In uita Simeonis alterius mona. fo.231,ſc.8
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſcho.23
In uita ſanctæ Iulianæ uiduæ. fo.284,ſc.1
In uita ſctõꝝ Germani & Lupi. fo 409,ſc.1
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho.11.15,25
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſc.11,27,30
In uita Cleric. ſacerdotũ &c. fo.440,ſc.7
In uita Ioannis epi. fo.197,ſcho.3,4
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho.9
In uita Accæ epi. fo.477,ſcho.3

11 Signare ſe, uel alias creaturas ſigno Crucis, & fidem habere ad dominum, murus eſt inexpugnabilis, quo etiam dæmones effugantur, etiam magna miracula patrantur.
In uita ſancti Iacobi epiſcopi Niſibenſis. fo 197,ſcho.4
In uita Iuliani ſabæ. fo.199,ſcho.4
In uita Martiani monachi. fo 203,ſcho.5
In uita Aphraatis monachi. fo.212,ſcho.2
In uita Petri monachi. fo.214,ſcho.3
In uita Macedonij monachi. fo 218,ſc 8
In uita Limnæi monachi. fo.228,ſcho.2,3
In uita beati Gregorij Thaumaturgi. folio 248,ſcho.5,6
In uita ſancti Ioã. Eleemoſy. fo.342,ſcho.2

In uita ſanctæ Mariæ ægyptiacæ. fo.384 ſcho 9,13,28,32,35
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho.13
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo 398,ſcho.6
In uita Ioannis epi. fo.197,ſcho.1

12 Accẽdere in die luminaria, & habere etiã in nocte in eccleſijs, & ante ſanctorum tumulos, antiquus mos fuit.
In uita ſancti Felicis m̃. fo.110,ſc.14,33

13 Epiſcopos & presbyteros ſolere alijs benedicere, & ad eorum benedictionem uiſibilia quandoque gratiarum munera præſtari à Deo.
In uita Salamanis monachi. fo.224,ſc.1
In uita Simeonis alterius mona. fo.231,ſc.7
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc.11
In uita beatæ Macrinæ. fo 266,ſc.7
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſc.10
In uita Oſuualdi Regis. fo 428,ſc.29
In uita Ioannis epi. fo.467,ſc.2,5

14 Pallium antiquis Archiepiſcopis per ſedẽ Apoſtolicam ſolere conced., & fuiſſe in magna ueneratione, quo tantũ in miſſarum ſolennijs utebantur.
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho.9,29
In uita Honorij epi. fo.427,ſcho.4

15 Velare uirgines antiquus mos eſt in eccleſia, & munus hoc ad ſolos epiſcopos ſpectat.
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.15

Habitus, & uictus.

1 Veſtitus ſimplicitas, uilitas, & aſperitas, antiquis ſanctis fuit in uſu: quod eorum ſanctitatis, & uitæ excellentiæ ſignum fuit.
In uita Eſaiæ prophetæ. fo.16,ſcho.3
In uita ſancti Ioã. Bapti. fo.37,ſc.1.8,23,25
In uita ſctõꝝ eccſię primitiuę. fo.480,ſc.6
In uita ſancti Felicis m̃. fo.110,ſc.28
In uita ſancti Euſebij epi & m̃. fo.187,ſc.7
In uita ſancti Iacobi epiſcopi Niſibenſis. fo.197,ſcho.2,5
In uita Publij monachi. fo.208,ſcho 5
In uita Simeonis maioris. fo.210,ſc.2,4
In uita Theodoſij monachi. fo.216,ſc.1
In uita Zenonis monachi. fo.217,ſc.1
In uita Polichronij monachi. fo.230,ſc.4

In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc.10
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſc.23

2 Victus tenuitas,& parcitas,ac delitioſorũ ciboꝝ abſtinentia illis etiam cordi fuit.
In uita ſancti Ioã. Baptiſtę. fo.37,ſc.1,23,25
In uita ſanctorum eccleſiæ primitiuæ. folio 480,ſcho.5,11
In uita ſancti Euſebij epi & m̃ fo.187,ſc.7
In uita ſancti Iacobi epiſcopi Niſibenſis. fo.197,ſcho.1
In uita Iuliani ſabæ. fo.199,ſc.1,3,6
In uita Martiani monachi. fo.203,ſc.3,14
In uita Publij monachi. fo.208,ſc.5
In uita Simeonis maioris. fo.210,ſc.1,5
In uita Aphraatis monachi. fo.212,ſc.1
In uita Petri monachi. fo.214,ſc 2
In uita Romani monachi. fo.277,ſc.1,2
In uita Zenonis monachi. fo.217,ſc.2
In uita Acepſimæ monachi. fo.221,ſc.1
In uita Abrahami epi. fo.222,ſcho.5
In uita Euſebij alterius mona. fo.223,ſc.1
In uita Maris monachi. fo.224,ſc.4
In uita Iacobi alterius mona. fo.224,ſc.2
In uita Polichronij monachi. fo.230,ſc.5
In uita Simeonis alterius mona.fo 231,ſc.4
In uita beatæ Domnenæ. fo 236,ſc 5
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſc.9
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384.ſc.23
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo.398,ſc.5
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſc.13

3 Cilicium,& cinis habitus multorum ſanctorum.
In uita Iuliani ſabæ. fo.199,ſcho.10
In uita Abrahami epi. fo.222,ſcho 6
In uita beatæ Domnenæ. fo.236,ſcho.1

4 Multi ex ſanctis ueteribus uino ſunt uſi in potu, ſed tantum aqua uel frigida uel calida.
In uita ſanctorum primitiuæ eccleſiæ. folio 480,ſcho.10
In uita Petri monachi. fo 214,ſcho.2
In uita Romani monachi. fo.277,ſcho.1
In uita Zenonis monachi. fo 217,ſcho.2
In uita Acepſimæ monachi. fo.221,ſc.1
In uita Pelagiæ Nonnæ. fo.398,ſcho.5
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho.13

Ieiunia.

1 Ieiunium non eſſe humanam traditionẽ, non rem ſuperſtitioſam, non inutilem ad promerendum aliquid à Deo, ut dicunt quidam hoc tempore.
In uita Iudith. fo.14,ſcho.2
In uita Danielis prophetæ. fo.18,ſcho.5
In uita ſancti Andreæ. fo.71,ſcho.5
In uita ſancti Felicis m̃. fo 110,ſcho 25
In uita ſancti Romani m̃. fo.163,ſcho 4
In uita ſancti Iacobi epiſcopi Niſibenſis. fo.197,ſcho.8

2 Ieiunia ualere ad refrenandam carnis laſciuiam.
In præfatione Theodoreti, fo.195,ſc.1
In uita ſanctæ Marcellinæ uir. fo.287,ſc.4

3 Ieiunia faciunt ad impetrandam ueniam peccatorum,& alia etiam beneficia.
In uita Danielis prophetæ, fo.18,ſc.2
In uita ſancti Latronis, fo.57,ſcho.2
In uita Iuliani ſabæ, fo.199,ſcho.12
In uita ſancti Nicolai epi, fo 238,ſcho.6

4 Ieiunia ad libitum cum abſtinentia,& ciborum delectu, antiquis ſanctis frequentiſsima.
In uita Danielis prophetæ, fo 18,ſc.2
In uita ſanctoꝝ Siſinij &c. fo.151,ſc.3
In uita ſancti Iacobi epiſcopi Niſibenſis, fo.197,ſcho 5
In uita Publij monachi, fo 208,ſc.7
In uita Simeonis maioris, fo.210,ſc.7
In uita Theodoſij monachi, fo.216,ſc 1
In uita Macedonij monachi, fo.218,ſc.2
In uita Abrahami epiſcopi, fo.222,ſc.1,4
In uita Iacobi alterius mona.fo.224,ſc.1,10
In uita Simeonis alterius monachi,fo.231, ſcho.2,3,10
In uita Maranæ,& Cyræ, fo.235,ſc.3,5
In uita ſancti Nicolai epi, fo 238,ſc.27
In uita ſanctę Marcellinæ uir. fo.287,ſc.5,9
In uita ſancti Baſilij epi, fo.289,ſc.4,7
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo 300,ſc 32,33
In uita Mariæ ægyptiacæ, fo.384,ſc.1
In uita Abrahæ Eremitæ, fo.391,ſc 20,25
In uita Pelagiæ Nonnæ, fo 398,ſc.9
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc 8
In uita Ecgberecht uiri ſancti, fo.443,ſc.2
In uita Vilfridi epi. fo.454.ſc.5,18
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo 470,ſc.14

5 Ieiunium quadrageſimæ ſemper fuit in maxima obſeruantia.
In uita ſctoꝝ eccl'ię primitiuę. fo.480,ſc.7
In uita ſctoꝝ Quadraginta m̃ fo.98,ſc.4

In uita Publij monachi. fo.208,ſc.8
In uita Euſebij alterius mona. fo.223,ſc.2
In uita ſanctæ Marcellinæ uir. fo 287,ſc.11
In uita ſancti Ioan. Chryſo. fo 300,ſc.25
In uita ſctõꝝ Germani & Lupi, f.409,ſc A.
In uita beatæ Eartongotę uir. fo.436,ſc.1
In uita Cedd epi. fo 438,ſc.7
In uita Clericoꝝ,ſacerdotũ &c.fo 440,ſc 8
In uita Ecgberecht uiri ſancti. fo.443,ſc 4
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſc 1.

6 Ieiunium quartæ & ſextæ feriæ antiquiſsimum in Eccleſia: Quod etiam ad Nonam uſq; horam protelari ſolebat.
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc 4.
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſc 9.

7 Vnica refectio in die ieiunij requirit, præſertim in Quadrageſima.
In uita Cedd epi, fo.438,ſc.7
In uita Ecgberecht uiri ſancti. fo.443,ſc.3.

Feſti dies.

1 Non omnes dies æquales eſſe, ſed aliũ alio celebriorem, & ſanctiorem eſſe.
In uita ſancti Felicis m̃. fo.110,ſc.82.

2 Dies Dominicus iam in initio Eccleſiæ primitiuæ obſeruabatur.
In uita ſctõꝝ Eccľię primitiuę: f.480,ſc.A.
In Inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij, fo.104,ſcho 12
In uita Macedonij monachi, fo 218,ſc.6.

3 Vltra diem Dominicũ antiqui Patres etiã alia feſta celebrabant.
In uita ſancti Felicis m̃. fo.110,ſc.81
In uita Zebenæ monachi, fo.229,ſc.4.
In uita beati Gregorij Thaumaturgi. folio 248,ſcho.7
In uita Theodori epi, fo.446,ſc.16.

4 Dominica in ramis palmarũ celebris.
In uita Mariæ ægyptiacæ, fo.384,ſc.7

5 Sacratiſsima cœna Dñica ualde celebris.
In uita Mariæ ægyptiacæ, fo.384,ſc.24.

6 Paſsionis Dñicę ſolẽnitas & ipſa inſignis.
In uita ſancti Latronis, fo.57,ſc.13

7 Sabbatum ſanctum, ideſt uigilia Dñicæ reſurrectionis magna ſolennitas.
In uita ſancti Ioannis Chryſoſto. fo.300 ſcho.11,27,28,29
In uita Ceaduallæ Regis, fo.469,ſc.2
In uita Accæ epi, fo.477,ſc.14

8 Paſchæ antiquiſsima ſolennitas, & maximæ uirtutis.
In uita ſancti Felicis m̃. fo. 110,ſc.78
In uita ſctõꝝ Germani & Lupi, fo 409,ſc.4
In uita Paulini alterius epi, fo 421,ſc 4
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc.10
In uita Clericorum, ſacerdotum &c. folio 440, ſcho.A,11
In uita Vilfridi epi, fo.454,ſc.17

9 Natalis Domini cum duabus ſequẽtibus ſolennitatibus.
In uita ſanctoꝝ Innocentum, fo.85,ſc.2
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc, 76

10 Pentecoſte ſolennitas.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.79
In uita Paulini alterius epi, fo.421,ſc.1
In uita Vilfridi epi, fo.454,ſc.17

11 Epiphania.
In uita ſancti Felicis mar. fo 110,ſc.77
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.28
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.17

12 Aſcenſio Domini.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.80

13 Feſtum Natiuitatis ſancti Ioã. Baptiſtæ.
In uita eiuſdem, fo 37,ſc.11,22

14 Feſtum ſanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli:
In uita eorundem, fo.59,ſc.4,20,31,35,40

15 Feſtum conuerſionis ſancti Pauli Apľi:
In uita Apľoꝝ Petri & Pauli, fo 59,ſc.42

16 Feſtum ſancti Petri ad uincula,
In uita Apľoꝝ Petri & Pauli, fo.59,ſc.42

17 Feſtum ſancti Andreæ Apoſtoli:
In uita eiuſdem, fo.71,ſcho.7

18 Feſtum ſancti Clementis Papæ & mar.
In uita eiuſdem, fo.83,ſc.1

19 Feſtum ſancti Laurentij martyris:
In uita eiuſdem, fo.93,ſc.5,19

20 Feſtum ſanctorum Quadraginta martyrū.
In uita eorundem, fo.98,ſc.1

21 Feſtum ſanctorum Nazarij & Celſi martyrū.
In uita eorundem, fo.103,ſc.4,8

22 Feſtum ſancti Vincentij martyris.
In uita eiuſdem, fo 106,ſc.1,6

23 Feſtū ſancti Felicis Nolani martyris.
In uita eiuſdem, fo.110,ſc.8,16,18,59

24 Feſtum ſanctorum martyrum Cantianorum.
In uita eorundem, fo.144,ſc.4

25 Feſtum ſancti Geneſij martyris.
In uita eiuſdem, fo.147,ſc.1

26 Feſtum ſancti Romani martyris.
In uita eiuſdem, fo.163,ſc.1

27 Feſtum ſanctæ Blandinæ martyris.
In uita eiuſdem, fo.178,ſc.1

28 Feſtum ſancti Hippoliti martyris.
In uita eiuſdem, fo 179,ſc.8

29 Feſtum ſancti Cypriani, Chelidonij, & Eulaliæ.
In uita ſancti Hippoliti m̄. fo 179,ſc.9

30 Feſtum ſancti Theodori martyris.
In uita eiuſdem, fo.184,ſc.12

31 Feſtum ſancti Euſebij epi Vercellenſis.
In uita eiuſdem, fo.187,ſc.13

32 Feſtum ſanctorum Emiterij,& Chaledonij.
In uita eorundem. fo.193,ſc.6

33 Feſtum ſancti Nicolai epiſcopi.
In uita eiuſdem. fo.238,ſc.13,15

34 Feſtum ſancti Baſilij epiſcopi.
In uita eiuſdem. fo.289,ſcho.1,2,5

35 Feſtum exaltationis ſanctæ Crucis.
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſc.14,15

36 Feſtum Mariæ ægyptiacæ.
In uita eiuſdem. fo.384,ſcho.38

37 Feſtum ſanctorum duorum martyrum Heuuold.
In uita Vilbrod ſerui Dei, & eorundem. fo.470,ſcho.6

38 Feſtū ſanctæ Ceciliæ uirginis & martyris.
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſc.10

39 Vigiliæ ſanctorum cum ieiunio antiquitus obſeruabantur, & hymni in nocte ob celebritatē ſequentē canebantur.
In uita apl'orum Petri & Pauli. fo.59,ſc.28
In uita ſancti Andreæ apl'. fo.71,ſc.3,4,8
In Inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo 104,ſcho.4
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.52,86
In uita beatæ Macrinæ. fo.266,ſc.10

Sancti.

1 Sanctiſsimæ Dei genitricis ſemper adeſſe auxilium eam deuotè & cum fiducia inuocantibus.
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſc.9
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſc.20,22
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſc.32

2 Sanctos poſt mortem recipi in cœlo,uidere Deum,& orare pro nobis,ac exhibere nobis beneficia.
In uita Eſaiæ prophetæ. fo.16,ſc.2
In uita beatæ uirginis Mariæ. fo.34,ſc.6
In uita ſancti Ioānis Baptiſtæ. fo.37,ſc.19
In uita ſancti Stephani, fo.47,ſc.1,5,8
In uita ſancti Latronis. fo.57,ſc.4,7,8,11
In uita apl'orum Petri & Pauli. fo.59,ſc.8 24,30,32,33,47
In uita ſanctorum Innocentū. fo 85,ſc.1
In uita ſanctæ Valeriæ uirg. fo.88,ſc.3
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſc.6,16
In Inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo.104,ſcho.7
In uita ſancti Vincētij mar. fo 106,ſc.2,3,5
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.4 15,30,31,36,41,67,103
In uita ſanctorum Cantianorum m̄. fo.144,ſc.3
In uita ſancti Geneſij mar. fo.147,ſc.2,3
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſc.9
In uita ſanctorum.18. Cæſarauguſtanorum mar. fo.159,ſcho.2
In uita ſancti Albani mar. fo.161,ſc.4
In uita ſancti Romani m̄. fo.163,ſc.2,7,8,9
In uita ſancti Caſsiani mar. fo.177,ſc.3
In uita ſancti Fructuoſi epi. fo 182,ſc.1
In uita ſancti Quirini epi & m̄. fo.186,ſc.2
In uita ſancti Euſebij epi & m̄. fo 187,ſc.15

In uita ſanctę Eulalię uirg. & m. fo.192,ſc.3
In uita ſanctoꝝ Emiterij &c. fo.193,ſc.2
In uita Martiani monachi. fo.203,ſc.1,11
In uita Publij monachi. fo 208,ſc.6
In uita Theodoſij monachi. fo 216,ſc.3
In uita Romani monachi. fo.277,ſc.3
In uita Zenonis monachi. fo.217,ſc.6
In uita Maronis monachi. fo 221,ſc.1
In uita Maris monachi. fo.224,ſc.6
In uita Iacobi alterius mona. fo.224.ſc 6
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc.1,20
In uita Pulcheriæ puellæ. fo.261,ſc.2
In uita beati Ephrem. fo 274,ſc.10,12
In uita Ioãnis Damaſceni. fo 374,ſc.17
In uita Ioannis Climaci. fo 401,ſc.1
In uita ſancti Ioã. Confeſſ. fo. ſc.7,9,10
In uita ſancti Malachiæ epi. fo.406,ſc 8
In uita ſctī Auguſ. Melliti &c. fo 411,ſc.26,31
In uita ſancti Gregorij papæ. fo 419,ſc 1
In uita Paulini alterius epi. fo.421,ſc 8,11
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſc.22
In uita beatæ Eartungotæ uir. fo.436,ſc.3
In uita Ceaddæ epi. fo.444,ſc.4,6
In uita Ercanualdi epi &c. fo.451,ſc.6
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſc.2,6,7,36
In uita Hildæ Abbatiſſę. fo 460,ſc.13
In uita Cudberechti epi. fo 464,ſc 6
In uita Ioãnis epi fo.467,ſc 9
In uita Ceaduallæ Regis. fo.469,ſc.3
In uita Accæ epi. fo 477,ſc.17

3 Sanctos inuocandos, & antiquos Patres eos inuocaſſe, nec ob eorum inuocationem obtenebrari Dei neceſſariam inuocationem.
In uita ſancti Andreæ apoſtoli. fo.71,ſc.9
In uita ſctoꝝ Nazarij & Celſi. fo.103,ſc.5
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.1 7,16,47,53,66,70,74,83 91
In uita ſanctorum Ephipodij & Alexandri. fo. 43,ſcho.6
In uita ſanctæ Agnetis uirg. fo.148,ſc.6
In uita ſancti Romani mar. fo.163,ſc.3
In uita ſancti Theodori m̄ fo.184,ſc.10,15
In uita ſanctoꝝ Emiterij &c. fo.193,ſc.2
In præfatione Theodoreti. fo.195,ſc.3 11
In uita Iuliani Sabæ. fo.199,ſc.13
In uita Martiani monachi. fo.203,ſc.15
In uita Simeonis maioris. fo.210,ſc.8
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc.16,26
In uita beati Ephraem Syri. fo.274,ſc 11,12
In uita Ioannis Damaſceni. fo 374,ſc.19
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſc.37
In uita ſancti Victoris cõfeſſ. fo.404,ſc.11

4 Ante pręcipua ſanctorum feſta etiam antiquitus celebrabãtur uigiliæ, & ieiunia, & cur eorum ſolennitates in Eccleſia celebrentur.
In uita ſancti Geneſij mar. fo.147,ſc 1
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſc.13

5 Etſi Deus ſit ubique, ex eius tamen ſapientiſsimo conſilio, quod perſcrutari non poſſumus, quędam miracula facit in loco aliquo, & apud aliquem ſanctum, quæ alibi non facit.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.94

6 Miracula, quę ad ſanctorum inuocationẽ fiunt, Dominus Ieſus Chriſtus gerit in illis, ſiue per illos, ut uerã fidem in nobis confirmet, & per aperta documẽta doceat, in illis nobis adeſſe Deum, reſq́ ac mentes hominum paterno ſtudio curare.
In Inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo.104,ſcho.17
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.51
In uita ſancti Hippolyti mar. fo.179,ſc.4

7 Sanctos in Dei & Chriſti lumine ſcire quę circa nos aguntur.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.5 48,54,96 97
In uita ſancti Cypriani epi. fo 152,ſc.9
In uita ſancti Theodori m̄. fo 184,ſc.19
In uita ſanctæ Eulaliæ uir. & m̄. fo 192,ſc.3

8 Sanctos magnam habere poteſtatem poſt mortem.
In uita Hieremiæ prophetæ. fo.16,ſc.1,3
In uita apl'oꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſc.29,41
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſc.17
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.10,16,55
In uita ſancti Geneſij mar. fo.147,ſc 7
In uita ſanctæ Agnetis uirg. fo 148,ſc.3
In uita ſancti Cypriani mar. fo 152,ſc.9
In uita ſancti Theodori mar. fo.184,ſc.3
In uita Petri monachi. fo.214,ſc 9
In uita ſancti Baſilij epi. fol.289,ſcho.21
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo 300,ſcho.45
In uita ſancti Ioã. Eleemoſy. fo 342,ſch.32
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſcho.15

9 Sanctos non rectè dici emortuos, ſed dormientes.
In uita ſancti Ioã. Baptiſtæ. fo.37,ſc.5,18
In uita ſancti Stephani. fo 47,ſcho 5
In uita apl'oꝝ Petri & Pauli. f.59,ſc.7,41,43
In uita ſancti Andreæ Apl'i. fo.71,ſc 1
In uita ſancti Apollinaris epi & m̄. f 88 ſc.2

In uita Eleazari ſacerd. & Machabæorum. fo.89,ſcho,1
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſcho 8,35,58
In uita ſancti Geneſij mar. fo.147,ſcho.1
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſc.9,12
In uita ſancti Theodori m̄. fo.84,ſcho.10
In uita Aphraatis monachi. fo 212,ſc.5
In uita Euſebij alterius mona. fo 223,ſc.4
In uita ſancti Nicolai epi. fo 238,ſcho.30
In uita beatæ Placillæ. fo.263,ſcho 1
In uita ſancti Meletij epi. fo.280,ſc.1
In uita ſancti Baſilij epi. fo 289,ſcho.27
In uita ſancti Ioã.eleemoſy. fo.342,ſcho.34
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391,ſcho.34,35
In uita ſancti Malachiæ epi fo.27,ſcho.6,7
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo 411,ſcho 24
In uita Cudberechti epi. fo 464,ſcho.8
In uita monachoꝝ tpe Ioã.chry.f.483,ſc.11

10 Sanctorum reliquias uenerandas eſſe, & ſanctas dici, necnõ eorum res exteras, quæ etiam interdum gratiarum beneficia præſtare ſolent.
In Inuentione ſanctę Crucis, fo.32,ſcho.1
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij, fo.104,ſcho.6,8,10,11,16
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.44
In uita ſanctorum Ephipodij & Alexandri, fo.143,ſcho 4
In uita ſcõꝝ.18.Cæſaraguſtanoꝝ,f.159,ſc.1
In uita ſanctæ Blandinæ m̄.fo.178,ſc.4,5,7
In uita sãcti Theodori m̄. fo.184,ſc.8,9,18
In uita sãctę Eulaliæ uir.& m̄. fo.192,ſc.2.3
In uita sãctoꝝ Emiterij &c. fo.193,ſcho.1
In uita Martiani monachi. fo.203,ſcho.13
In uita Petri monachi. fo.214,ſcho.8
In uita Abrahami epi. fo.222,ſcho.8
In uita Iacobi alterius mona. fo.224,ſc.8
In uita Thallelæi monachi. fo.235,ſcho.2
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſcho.21,22
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho 33
In uita Pelagiæ Nonnæ fo.398,ſcho.11
In uita ſancti Malachiæ epi. fo.406,ſc.4,9
In uita ſcõꝝ Germani & Lupi.fo.409,ſc.2,3
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſcho.16 17,18,20,26,33
In uita Ceaddæ epi. fo.438,ſcho.8
In uita Theodori epi. fo 446,ſcho.4
In uita Ercanualdi epi. fo.452,ſcho.1
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.19
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſcho.11,12
In uita ſctõꝝ Eddi & Adhelmi. fo.475,ſc.2

11 Peregrinandũ ad eos, & ad loca ſancta, & patrib⁹ has peregrinationes fuiſſe i uſu.
In Inuentione ſanctæ Crucis. fo.32,ſc 5
In uita ſancti Felicis m̄ fo.110,ſc.73,86,93
In uita ſancti Euſebij epi, fo.187,ſc.1
In uita Petri monachi. fo.214,ſc.1
In uita Maranæ & Cyræ. fo.235,ſcho.4
In uita beatæ Macrinę. fo.266,ſcho.1
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.10,11
In uita ſancti Ioã.Eleemoſy. fo 342,ſch.10
In uita ſancti Paulini epi. fo.361,ſcho.5
In uita Ioannis Damaſceni. fo 374,ſcho 12
In uita Pelagiæ Nonnæ. fol.398,ſcho 8
In uita Vilfridi epi. fo 454,ſcho 25
In uita Ceaduallæ Regis. fo.469,ſc.1,5
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho.1

12 Confugientes ad eorum pignora & ſepulchra adiuuari, apud quæ etiã mos erat pernoctare.
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo.104,ſcho.13
In uita ſancti Felicis m̄. fo 110,ſc.3,45,73,86
In uita ſancti Geneſij mar. fo.147,ſcho.6
In uita ſanctæ Agnetis uir. fo.148,ſcho.4
In uita ſanctoꝝ Siſinij &c. fo.151,ſcho.5
In uita ſcõꝝ.18.Cęſaraguſtanoꝝ.fo.159,ſc.3
In uita ſancti Caſsiani mar. fo.177.ſcho.2
In uita ſanctoꝝ Emiterij &c. fo.193,ſc.2,5
In uita ſanctæ Monicæ. fo.335,ſcho.6
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſcho.10

13 Non inferri dño Ieſu Chriſto iniuriam, ſi ad ſanctos quis prius confugiat.
In uita beati Ephraem Syri. fo.274,ſcho.11

14 Sanctos poſſe dici interceſſores, legatos, aduocatos, & mediatores ad Deũ, citra Redẽptoris noſtri contumeliam.
In uita beatæ uirg.Mariæ. fo.34,ſcho.7
In uita apſtoꝝ Petri & Pauli. f.59,ſc.34,36,37
In uita ſancti Laurentij m̄. fo.93,ſcho.18
In uita ſancti Theodori m̄.fo.184, ſc.10,17
In uita ſcti Victoris cõfeſſ. fo.404,ſc.5,6,13
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſc.24

15 Sanctos qui honorant, honorare Deum, & dominum Ieſum Chriſtum.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.34
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſcho.10

16 Sancti orantes pro nobis exaudiuntur à Deo, & propugnatores noſtri ſunt.
In uita ſancti Stephani. fo.47,ſc.2
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij, fo.104,ſcho.9
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.6,16
In uita ſancti Theodori m̄.fo.184,ſcho.20

In uita Aphraatis monachi. fo.212,ſcho.6
In uita beati Nicolai epi. fo.238,ſcho.3
In uita ſctōꝝ Germani & Lupi. fo.409,ſc 5

17 Solum Deum adoratione Latriæ colimus, & adoramus, ſanctos autem & ueros Dei ſeruos, & amicos ueneramur, ac diligimus.
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſcho.2,88
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſc.14,16
In uita ſancti Victoris cōfeſſ. fo.404,ſc.12

18 Antiquus eccleſiæ mos fuit, in die paſſionis ſanctoꝝ martyrū, ſolēnes cōuentus apud illos agere, hymnos i honorē eoꝝ canere, & in illoꝝ ſolēnitatib⁹ gaudere: necnon tēpla & altaria eoꝝ diuerſimodi exornare, uiſitare, uariaꝗ illic donaria, & uota offerre, ſicut & modo fit.
In uita apſoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſc.5,27
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſc.11,12
In uita ſanctoꝝ Quadraginta m̄. fo.98,ſc.1
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij, fo 104,ſcho.5
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſc.11,32,75
In uita ſancti Geneſij mar. fo.147,ſc 6
In uita ſancti Cypriani epi. fo 152,ſcho.11
In uita ſancti Hippoliti m̄. fo.179,ſcho.6
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſc.2,13
In uita ſancti Euſebij epi & m̄. fo.187,ſc.11
In uita Maris monachi. fo.224,ſcho.2

19 Non eſſe attendendum cinerem ſanctoꝝ corpoꝝ, nec fauillam reliquiarū carnis, oſſa ue tēpore conſumpta, ſed diuinam uirtutem, & ſpirituſſancti gratiam i eis radiantem, & coruſcantem.
In uita Eliſei prophetæ. fo.11,ſcho.3
In uita ſanctoꝝ Nazarij & Celſi. fo.103,ſc.7
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſcho.43,85
In uita ſancti Hippoliti m̄. fo 179,ſcho.2
In uita ſancti Fructuoſi epi. fo.182,ſc.3

20 Sanctis multo gratius eſt, atꝗ iucundius, ſi ibi potiſſimū celebrentur & excolantur, ubi in Dei ſacrificiū occubuerunt: & ibi maximè ꝓſtat Deus petita ſuffragia, ubi adſunt ſanctoꝝ memoriæ.
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſcho.100
In uita ſanctorum Ephipodij & Alexandri. fo.143,ſcho.5
In uita ſ.ōꝝ Eddi & Adhelmi. fo.475,ſc.1

21 Sancti nouis meritis augentur, & gloriæ illis currit incrementum.
In uita ſancti Stephani. fo.47.ſc.3

22 Sanctos alios ſanctos ſecum adhibere, ut ſimul pro nobis ad Deum intercedant.
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſc.21

23 Sanctoꝝ ſepulchra in ueneratione haberi antiquus mos fuit, ubi uirtutes magnas interdū ꝑ eos ꝓſtari ſolitas, etiā dæmones ipſi, uel inuiti fateri cōpelluntur.
In uita Hieremiæ prophetæ. fo.16,ſc.4
In uita Ezechielis prophetæ. fo.17,ſcho.1
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſcho.14
In inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo.104,ſcho,3
In uita ſancti Felicis m̄. fo 110,ſc.38,95,102
In uita ſancti Hippoliti m̄. fo 179,ſcho.3,5
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſc.11
In uita ſanctoꝝ Emiterij &c. fo.193,ſc.4
In uita Zebenæ monachi. fo 229,ſc.3
In uita ſancti Ioannis Eleemo. fo.342,ſc.36
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſcho.28

24 Ex ſanctorum memoria, & oſſium illorū tactu, ſanctificationē acquiri, ſed & ex eoꝝ ſepulchris ciuitates ſanctificari, ac illuſtrari ſanguine urbes.
In uita ſancti Laurentij m̄. fo 93,ſcho.15
In uita ſancti Geneſij m̄. fo.147,ſcho.5
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſcho.7
In uita ſanctę Eulaliæ uir.& m̄. fo.192,ſc.8

25 Multorum ſanctoꝝ preces, nationū & populorum crimina diluunt.
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſcho.29

26 Sancti noſtri memoriam habent, & nobis peccatorum ueniam impetrant.
In uita beati Ephraem. fo.274,ſcho 12
In uita ſancti Miletij epi. fo.280,ſc.1

27 Sancti carnis cōcupiſcentiam robuſto, & integro ſanctimoniæ, & continentię rigore calcabant.
In uita ſancti Ioā. Baptiſtæ. fo.37,ſc.9,24
In uita ſancti Euſebij epi & m̄. fo.187,ſc.14

28 Etiam irrationabilibus creaturis, & imaniſsimis beſtijs, ſancti in uirtute Dei imperant.
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſcho.36

29 Miracula quæ poſt ſanctorū obitū fiunt, ſplendorē uitæ illoꝝ aperte cōfitentur.
In uita Palladij Monachi. fo.211,ſc.2
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc.14,24,25
In uita ſancti Furſei. fo.436,ſcho.2
In uita Ceaddæ epi. fo.444,ſcho.4,7

In uita Cudberechti epī. fo.464,ſc 9
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſc.5

Imagines.

1 Imaginum uſum in Eccleſia licitum eſſe, & antiquum.
In uita ſancti Felicis mar. fo 110,ſc 8 ,90
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſc.5
In uita Simeonis alterius mona fo.231,ſc.6
In uita ſancti Nicolai epi, fo 238,ſcho 17
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſc.2

2 Imagines uenerandas eſſe,recurrendo mē te ad prototypum,ideſt imaginatū.
In uita Ioā.Damaſce. fo.374,ſc 1,7,8,10,15

3 Genuflectere ante imagines, orando eos, quos repræſentant, opus eſſe bonum, ac pium.
In uita Ioānis Damaſceni. fo 374,ſcho.9
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſc.16,19

4 Crucis ſignaculum murū eſſe inexpugna bilem,ac miræ uirtutis, & antiquitus crucem in omnibus materijs pingi, atq; inſculpi,& adorari ſolitam.
In inuentione ſanctæ Crucis. fo.32.ſcho 4
In uita ſancti Felicis m̄. fo 110,ſc.61,92
In uita ſancti Romani m̄. fo.163,ſcho 6
In uita ſancti Ioan. Chryſo. fo.300,ſc.43
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo 411,ſcho.4
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc.2,5

Purgatorium.

1 Eſſe locū Purgatorium, in quo poſt mortem animæ luant pœnas peccatorum.
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſc.A

2 Opera noſtra, & orationes proſunt anima bus defunctorum.
In uita monac.tipe D.Bernardi. fo.486,ſc.2

Vota.

1 Vota antiquis Patribus fuiſſe ī uſu,& poſt emiſsionem ab illis fuiſſe impleta.
In uita beatæ uirg.Mariæ. fo 34,ſc.2
In uita Macedonij monachi. fo.218,ſc.9
In uita ſancti Nicolai epi. fo.238,ſc 27
In uita Iulianæ uiduæ. fo.284,ſc.2,13 14
In uita Mariæ ægyptiacæ, fo.384,ſc.18,21
In uita Paulini alterius epi, fo 421,ſc 2
In uita Clerico.ſacerdotū &c. fo.440,ſc.1
In uita Ecgberecht uiri ſancti, fo.443,ſc.1
In uita Vilfridi epi. fo 454,ſcho 13

2 Votum uirginitatis eſſe licitū,& Deo maxime gratum,ac perſolui poſſe : & q̄ olim eam uouerant, ſpeciali habitu impoſito,Deo conſecrabantur.
In uita beatæ uirginis Mariæ. fo 34,ſc 5
In uita ſanctæ Valeriæ uirg. fo.88,ſcho 1
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo.365,ſc.1,3
In uita Clerico ſacerdotū &c. fo 440,ſc.2,3

Cœlibatus.

1 Virginitatem ſeruare non eſſe impoſsibile, & hoc inſtitutum ex Dei genitrice proceſsiſſe.
In uita ſancti Ioā Baptiſtę. fo.37,ſc.20
In uita ſctōr. Eccl'ę primitiuę. fo.480,ſc.8
In uita ſancti Timothei, fo.83,ſcho.1
In uita ſanctæ Valeriæ uirg. fo.88,ſcho.1
In uita ſanctæ Sotheris uirg fo.148,ſc.1
In uita ſanctæ Agnetis uirg. fo.148,ſc 1,2
In uita Maris monachi. fo 224,ſcho.1
In uita ſanctæ Iulianæ uiduæ. fo.284,ſc.5
In uita ſancti Ioā Chry. fo 300,ſc.2,34,46
In uita ſancti Ioā.Eleemoſy. fo.342,ſcho.9
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo.365,ſcho.3
In uita beatæ Eartongotæ uir. fo.436,ſc.5
In uita Cleric ſacerdotū &c. fo 440,ſc.4
In uita Vilfridi epi fo 454,ſcho 14
In uita Hildæ Abbatiſſæ. fo.460,ſcho.4
In uita uirginū Bononienſiū. fo.487,ſch.2

2 Virginitatis cōmendatio,& ſtatū eius ualde eſſe Deo charum, & qui illam ſeruat, tēplum Dei effici, & uas ſanctificatum.
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſcho.10
In uita ſancti Fructuoſi epi. fo.182,ſc 2
In uita beatæ Domnenæ. fo 236.ſcho.7
In uita beatæ Macrinæ. fo 266,ſcho.4
In uita beatæ Iulianæ uiduæ. fo 284,ſc.4 6,9,10
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391.ſc.2,26
In uita uirginū Bononienſiū. fo.487,ſc.4

3 Virginitas nobilior, & ſublimior,uiduitate,& coniugio.
In uita ſāctę Iulianæ uiduę. f.284,ſc.8,11,12

4 Virginitas habitum ſuū,& cultū habet.
In uita ſancti Cypriani epi. fo 152,ſcho.5
In uita ſanctæ Marcellinæ uir. fo.287,ſc.2
In uita ſanctæ Fuſcinæ uirg. fo.365,ſcho.2
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho 16
In uita Hildæ Abbatiſſæ &c. fo.460,ſc.3

5 Peccatum

5 Peccatum eſſe maximū, Deo ſacratas Virgines nuptiali thoro uiolare, ſimiliter & profeſſos monachos.
In uita beatæ uirginis Mariæ. fo.34,ſc.3
In uita ſancti Ioan. Eleemoſy. fo.342,ſc.30
In uita ſanctę Fulcinæ uirg. fo.365,ſcho.5

6 Virginitas etiam in ſanctis ueteris Teſtamenti reperitur.
In uita Hieremiæ prophetæ. fo.16,ſc.2,5
In uita Danielis prophetæ, fo.18,ſc.4

7 Ad ſeruandam perpetuam uirginitatem hortabantur priſci Patres puellas,& nō ad contrahēda matrimonia, ut faciunt moderni dogmatiſtæ.
In uita ſanctæ Agnetis uirg. fo.148,ſcho.1
In uita ſanctæ Iulianæ uiduæ, fo 284,ſc.3
In uita Virginū Bononienſiū. fo.487,ſc 5

8 Veteranæ uirginis uita nūc alimonijs mediocribus, nunc ieiunijs parcioribus, ſemper tamen lectione, opere,prece,debet eſſe ornata.
In uita ſanctę Marcellinæ uir. fo.287,ſc.10

9 Apoſtolus Paulus non fuit coniugatus, ſed uirgo.
In uita ſanctæ Iulianæ uiduę. fo.284,ſc 7

Templorum cultus.

1 Templorū cultus & oblationes fidelium in eis,ab antiquo in uſu fuiſſe.
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſc.13
In uita ſancti Theodori m̄. fo.184,ſcho 6
In uita beatæ Domnenæ. fo.236,ſcho.4
In uita ſctōꝝ Germani & Lupi,fo 409,ſc.B

2 Locus Deo ſacer cæteris omnibus locis antecellit.
In uita beatæ Domnenæ. fo 236,ſc 3

3 Templa magnifica & monaſteria antiqui Principes,epiſcopi, ac populi in honorem Dei ædificabāt, & illud primū erat chriſtianæ fidei indicium : Quæ etiam diuerſis donis, territorijs,ac poſſeſſionibus ditabant.Vnde eſt opus Deo gratum,& acceptum, non autem malum, ut Hæretici mentiuntur.
In uita Zerobabel. fo.27,ſcho.1
In inuentione ſanctę Crucis. fo.32.ſc.3.6
In uita Apſtoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſcho 26
In uita ſanctę Valeriæ uir. fo.88,ſc.4
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſc.84,89
In uita ſancti Theodori mar. fo.184,ſc.4
In uita Iuliani ſabæ, fo.192,ſcho.7
In uita Publij monachi, fo.208,ſc.4
In uita Abrahami epiſcopi, fo.212,ſc 3
In uita Zebenæ monachi. fo.229.ſc 3
In uita beati Gregorij Thaumaturgi. folio 248,ſcho.3
In uita ſancti Ioā. Chryſo. fo 300,ſc.37
In uita Abrahę Eremitę, fo.391,ſcho.8
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo 411,ſcho 14,18,25
In uita Oſuualdi Regis. fo.428,ſc 6,13
In uita Cedd epi. fo 428,ſc.3
In uita Ercanuald epiſcopi &c.fo 452,ſc.2
In uita Vilfridi epi, fo.454,ſc.34
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho.11

4 Candelabra, Cruces,thuribula, clericorū indumēta,& alia omnia ſacra uaſa, quibus in Eccleſijs Deo decenter deſeruitur,ei placere,& grata eſſe: Et q his abuſi ſunt,punitos grauiter fuiſſe. Quæ tamen pro neceſſitatibus pauperū,& pro redemptione captiuorū, ubi aliter eis ſubueniri non poteſt,eroganda ſunt.
In uita Apſtoꝝ Petri & Pauli. fo.59,ſc.15
In uita ſancti Laurentij mar. fo.93,ſc.1,3
In uita ſancti Nicolai epi., fo.238 ſcho.12
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411.ſcho 7
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470 ſcho 4
In uita Accæ epi. fo.477,ſcho.4

5 Eccleſiam non tantū pro auditione uerbi dei,& ſacramentorum perceptione,ſed etiam pro loco orationis fuiſſe inſtitutam,& ad adorandum Deum.
In uita ſancti Ioan. eleemoſy. fo 342,ſc.25
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo.411,ſcho 5
In uita Cleric.ſacerdotū &c. fo.440,ſc.16
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſcho.15

6 In nomine ſanctorum antiquitus ædificabantur Eccleſię,ac altaria,ut in eorum honorem conſecrabantur.
In uita ſancti Felicis mar. fo.110,ſcho.71
In uita ſancti Hippoliti mar. fo.179,ſc.7
In uita Maronis monachi. fo.221,ſc.2
In uita Thallelæi monachi, fo.235,ſc.1
In uita ſancti Nicolai epi,fo.238,ſc.18,19.23
In uita ſancti Ioā.eleemoſy. fo 342,ſc.28
In uita ſanctorum Auguſtini, Melliti &c. fo 411,ſcho.19
In uita Paulini alterius epi. fo.421,ſcho.5
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.34

In uita Vilbrod ſerui Dei, fo.470,ſc.9
In uita Accæ epi. fo.477,ſcho.2,8

Mors & mortui.

1 Chriſtiani quomodo moriantur.
In uita ſancti Ioā.Chryſo. fo 300,ſcho.30
In uita Ceaddæ epi, fo.444,ſc.2
In uita Hildæ Abbatiſſæ. fo.460,ſc.11,14

2 Conſuetudo lauandi corpora defunctorum ſtatim poſt mortem, antiqua eſt.
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc.19

3 Defunctorum animæ uigilijs, pſalmis, orationibus, eleemoſynisq; uiuorum adiuuantur, necnon ſalutaris uictimæ oblatione.
In uita ſācti Iacobi epi Niſibēſis, f.197.ſc.6
In uita ſanctæ Monicæ, fo,335,ſc.14
In uita ſancti Ioan.Eleemoſy. fo.342,ſc.17
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc.4,28
In uita Cleric.ſacerdotū &c fol.440,ſc.6
In uita Hildæ abbatiſſæ &c. fo.460,ſcho.6
In uita Vilbrod ſerui Dei, fo.470,ſc.12,17
In uita Monac.tpe D.Bernardi, fo 486,ſc.2

4 Generalis Eccleſię conſuetudo fuit, & eſt, ſemel in anno fideliū omnium defunctorum generalem memoriam facere.
In uita ſancti Malachiæ epi, fo.406,ſc.1

Sepultura.

1 Sepelire mortuos pietatis opus eſſe, & Deo placere.
In uita Moyſi, fo.6,ſcho.1
In uita Nathan prophetæ, fo.8,ſc.1
In uita Acepſimæ monachi. fo.221,ſc.5
In uita beati Ephraem, fo.274,ſc.7
In uita ſanctæ Monicæ, fo.335,ſc.7

3 Chriſtiana traditio eſt, hymnos, & pſalmos, in defunctorum fidelium ſepultura decantare, & tumulos ſuper eorum corpora componere.
In uita Pulcheriæ puellæ, fo.261,ſc.1
In uita beatæ Macrinæ. fo.166,ſcho.11
In uita beati Baſilij epi, fo.289,ſc.26
In uita ſanctæ Monicæ, fo.335,ſc.9
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſcho.33
In uita Monac.tpe Ioā.Chryſo. f.483,ſc.10

4 De more catholicæ Eccleſiæ eſſe, Chriſtianorum corpora cū ſacerdotibus tumulari, necnō cum lampadibus, & cereis, atq; apud ſanctorum oratoria.
In uita Theodoſij monachi. fo.216,ſc.4
In uita Macedonij monachi. fo.218,ſc.10
In uita Pulcheriæ puellæ, fo.261,ſc.1
In uita beatæ Macrinæ. fo.266,ſcho.11
In uita ſancti Baſilij epi. fo.289,ſcho.26
In uita ſancti Ioā. Chryſo. fo.300,ſcho.31
In uita ſancti Ioā.eleemoſy. fo 342,ſc.20,31
In uita Pelagiæ Nonnę. fo 398,ſc.10
In uita ſancti Gregorij papæ, fo.419,ſc.6
In uita Paulini alterius epi. fo.421,ſc.10
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc.14,32
In uita beatæ Eartongotæ uir. fo.436,ſc.4
In uita Cedd epiſcopi. fo.438,ſcho.9
In uita Cleric.ſacerdotū &c. fo 440,ſc.5
In uita Ercanualdi epi. fo.452,ſcho.12
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſc.20,21,33
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſc.14
In uita Ceadual]æ Regis, fo.469 ſc.4
In uita Accæ epiſcopi. fo.477,ſcho.1

5 Exequias etiam ſolennes antiquæ Eccleſiæ fuiſſe in uſu.
In uita Nathan prophetæ, fo.8,ſc.2
In uita Tobiæ, fo.14,ſcho.1
In uita Danielis prophetæ, fo.18,ſc.3
In uita Habacuc prophetæ, fo.26,ſc.1
In uita Aggæi prophetæ, fo 26,ſcho.1
In uita ſancti Felicis m̄. fo.110,ſc.40
In uita ſanctorum Cantianorum m̄ fo.144,ſc.2
In uita Theodoſij monachi, fo 216,ſc.4
In uita Macedonij monachi, fo.218,ſc.10
In uita Abrahami epi, fo.222,ſcho.7
In uita beatæ Macrinæ. fo.266,ſcho.11
In uita ſancti Miletij epi. fo.280,ſc.2
In uita ſancti Baſilij epi, fo.289,ſc.26
In uita ſancti Ioā.eleemoſy. fo.342,ſc.21,31
In uita Vilbrod ſerui Dei, fo.470,ſc.7

6 Intereſſe aliquid in uno loco magis quā in alio ſepeliri.
In uita beatæ Macrinæ, fo.266,ſc.5

7 Sacra cemiteria, ubi defunctorū Chriſtianorum corpora ſepeliuntur, placere Deo, unde eius reuelatione quandoque fuerunt deſignata.
In uita ſancti Malachiæ epi. fo.406,ſc.2
In uita Ercanualdi epi, fo.452,ſc.5,10

Monachatus.

1 Monachiſmum nō eſſe nouitium, ſed antiquiſſimum inſtitutum.
In uita ſancti Paulini epi, fo 361,ſc.6
In uita monac. tpe D. Baſilij, fo.480,ſc.1

2 Monachatus, & Virginitas, ſtatus magis

propinqui ſunt & uia compendioſa & facilis, per quam in hoc corpore quis Angelicā ducere poteſt conuerſationē.
In uita Polychronij monachi, fo.230,ſc.2

3 Licet monachatu noſtro tēpore quidam ſint abuſi, non ob id tamen ille contēnendus, aut de terra tollendus.
In uita ſancti Ioā. Eleemoſy. f 342,ſc.16,27
In uita monac. tpe Ioā. Chryſo. fo 483,ſc.4

4 Non debere monachum à religione deficere, & inſtitutum ſuum deſerere.
In uita Apſtoꝝ Petri & Pauli, fo.59,ſc.39

5 Monachoꝝ cōmendatio à ſanctis. Et quō olim ob uitę puritatē qlibet clericus & monachus erat in magna ueneratione.
In uita ſācti Ioā. Eleemoſy. fo.342,ſc.12,14
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſcho.2
In uita ſancti Gregorij papæ, fo. 419,ſc.3
In uita Oſuualdi Regis, fo.428,ſc.7
In uita Cleric. ſacerdotū &c. fo.440,ſc.18
In uita Adumani ſerui Dei. fo.463,ſcho.1
In uita monachorum primitiuæ Eccleſię, fo.480,ſcho.1
In uita monac. tpe Ioā. Chryſo. fo.483,ſc.1
In uita monachoꝝ Lirinenſiū, fo.485,ſc.3
In uita monac. tpe D. Bernardi, fo.486,ſc.1

6 Antiqui monachi ueram beatitudinē in cultura dei, & legum eius obſeruatione conſtituebant. Et eoꝝ propoſitū erat, modis omnibus ſeipſos mūdo crucifigere, ac uitiorum concupiſcentias radicitus de animo euellere.
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſc.15
In uita Ioannis Climaci, fo.401,ſc.3
In uita monac. tpe D. Baſilij, fo.480,ſc.3

7 Etiam antiqui monachi habuerunt regulas, & conſtitutiones.
In uita Martiani monachi. fo.203,ſcho.7
In uita Ioannis monachi. fo.229,ſcho.1
In uita Aſclepij monachi. fo.231,ſc.1
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo.384,ſcho.4
In uita Theodori epi. fo.446,ſcho.9
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſcho.35

8 Pſalmodiæ uſus, hymnorū, & cantus, antiquis monachis frequentiſsimus tam in die, quàm in nocte.
In uita Iuliani Sabæ. fo.199,ſcho.3
In uita Martiani monachi. fo.203,ſc.2,4,8
In uita Publij monachi. fo 208,ſc.2,3,4
In uita Limnæi monachi. fo.228,ſcho.4
In uita Ioānis Damaſceni. fo 374,ſcho.14
In uita Vilbrod ſerui Dei. fo.470,ſc.4
In uita monac. tpe Ioā. Chry. fo.483,ſc.3,5

9 Monachi ſeruabant obedientiam, perpetuum cœlibatū, abſtinentiam cū ciborum delectu, longa ieiunia, humi cubitationes, & uarias corporis afflictiones.
In uita ſancti Andreæ apli. fo.71,ſcho.12
In uita beati Ephraem. fo 274,ſcho.5,9
In uita ſancti Paulini epi. fo.361,ſcho 7
In uita Mariæ ægyptiacæ. fo 384,ſc 3,6
In uita Abrahæ eremitæ. fo.391,ſcho.28,29
In uita Vilfridi epi. fo.454,ſc.22,23
In uita monac. tpe D. Baſilij. fo 480,ſc.6,7
In uita mona. tpe Ioā. Chryſo. fo.483,ſc.8,9

10 Scandalum erat antiquitus, monachum habere ſecum mulierem, & circūducere eam per ciuitates.
In uita ſancti Ioā. Eleemoſy. fo.342,ſc.13,15

11 Vtebantur monachi antiquitus ueſtimētorum uilitate, & aſperitate, & ut in pluribus cilicio: nam uilitas ueſtis ſignum eſt mundi contēptus, & qui monachus fiebat, nouū induebat habitum, & de cuculla.
In uita Petri monachi. fo.214,ſcho.4
In uita Romani monachi. fo.277,ſc.2
In uita Maeſimæ monachi, fo 220,ſc.1
In uita Euſebij alterius mona. fo.223,ſc.1
In uita Maris monachi. fo.224,ſc.4
In uita Polichronij monachi. fo.230,ſc.1
In uita Simeonis alterius mona. fo.231,ſc.11
In uita Paulini epi. fo.361,ſcho 2,9
In uita Abrahæ Eremitæ, fo.391,ſc.6,22,24
In uita Ercanualdi epi &c. fo.452,ſcho.11
In uita Hildæ abbatiſſæ. fo.460,ſcho.8
In uita Cudberechti epi. fo.464,ſc.1

12 Vtebantur etiam frequentibus orationibus, uigilijs, ſilentio, ſeceſsione, & cella perpetua.
In uita Martiani monachi. fo.203,ſc.2
In uita Macedonij monachi, fo.218,ſc.1
In uita Limnæi monachi. fo.228,ſc.1,2
In uita Zebenæ monachi, fo.229,ſc.1,2
In uita Polychronij monachi. fo.230,ſc.3
In uita Simeonis alterius mona. fo 231,ſc.5
In uita ſancti Paulini epi. fo.361,ſc.8
In uita Abrahæ eremitæ. fo 391,ſcho.22
In uita monac. tpe D. Baſilij. fo.480,ſcho.8
In uita mona tpe Ioā. Chry. fo.483,ſcho.7

13 Paupertatem euāgelicam eſſe rerū omniū

actualem, & uoluntariam, non autem inuitam deſertionem. Et hanc antiqui monachi ita profitebantur, ut nihil in priuato haberent proprij.

In uita ſancti Ioannis Euãge. fo 75,ſcho.2
In uita ſcõꝝ Eccleſiæ primitiuę. f.480,ſc.2
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſc.2
In uita Publij monachi. fo.208,ſcho 1
In uita Zenonis monachi. fo.217,ſc.1,3
In uita beati Ephrem. fo.274,ſcho.6
In uita beati Paulini epi. fo.361,ſc.1,4
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſc.11
In uita ſancti Maximi epi. fo.382,ſc.2
In uita Abrahæ Eremitæ. fo.391,ſcho 5,23
In uita monac.tpe D Baſilij, fo.480,ſc.4,5

14 Paupertatem Euangelicam habere mãdatum Dei uolentibus eſſe perfectis.

In uita Zenonis monachi. fo.217,ſcho.5
In uita Ioannis Damaſceni. fo.374,ſc.11

15 Etiam tempore Hieronymi, & ante, fuiſſe monaſteria Virginum.

In uita Petri monachi. fo.214,ſcho.6
In uita beatæ Macrinæ fo.266,ſcho.3
In uita monac.tpe D. Baſilij. fo 480,ſc.9
In uita Virg.Bononienſiũ. fo.487,ſcho.3

16 Ad monaſteria ſanctimonialium fęminarum antiqui Patres filias ſuas erudiendas, ac ſponſo cœleſti copulandas, mittere ſolebant.

In uita beatę Eartongotæ uirg. fo.436,ſc.2

Hæretici.

1 Non eſſe cum hæreticis cõmunicandum, ſed ab eis fugiendum.

In uita dñi noſtri Ieſu Chriſti.fo 29,ſcho.1
In uita Martiani monachi. fo.203,ſc.10
In uita ſancti Ioã Eleemoſy. fo.342,ſc.29

2 Hæretici ſimiles ſunt gentilibus, Eccleſias uaſtando, aras ſacras euertendo, & prophanando, oblationem, & thymiama auferendo, nullum diuinę rei locum dimittẽdo, Clericos, & Virgines male tractando, Monachos etiam ſimiliter.

In uita ſancti Albani mar. fo.161,ſcho.1

3 Hæretici hortantur Virgines, ut nubant, cum ſancti econtrario ut ſeruent caſtitatem.

In uita ſanctæ Theclæ, fo 88,ſcho.1
In uita Virg Bononienſiũ. fo.487,ſcho.5

4 Hæretici ſicut & infideles, odio ꝑſequuntur ſanctoꝝ celebritates, & negant martyrum merita, ac miracula, quorũ opera etiam dæmones confitentur.

In Inuentione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. fo.104,ſcho.14,15,19

5 Hęretici nullas uolunt pati tribulationes, nullos labores ſuſtinere, ut Regnũ cœlorum acquirãt, nec Crucem ſuam tollere, & poſt dominum ſaluatorem ire, tantum fide ſua illa inani in Chriſtum credentes.

In uita ſancti Ioã Baptiſtæ. fo.37,ſc.7
In uita Apſoꝝ Petri & Pauli, fo 59,ſc.18
In uita ſancti Andreæ Apſi. fo 71,ſcho.14
In uita ſancti Romani m̃. fo 163,ſc.5
In uita ſancti Euſebij epi, & m̃. fo.187,ſc.8
In uita Euſebij monachi. fo.206,ſcho.4
In uita beatæ Domnenæ. fo.236,ſcho.6

6 Hæreticorum eſt ſacris ſcripturis in ſuorũ dogmatũ aſſertione uti ſed perperam ex ſuo cerebro interpretatis, & aliquando truncatim adductis, ſicut & olim Domino diabolus fecit.

In uita ſancti Laurentij mart. fo 93,ſc.9

7 Hęreticos omnes ſancti uiri & Deo dilecti ſemper auerſati ſunt, & eis uerbis, ſcriptis, & factis ſemper reſtiterunt. Quos etiam defendere, magnũ peccatũ eſt.

In uita beati Ephraem. fo 274,ſcho.3,8
In uita ſancti Ioã Eleemoſy. fo.342,ſc.29
In uita Abrahæ Eremitæ. fo.391,ſc.37

8 Hęretici noſtri tẽporis ſemper inter fœminas uiuunt, præcipueq́ eoꝝ ſacerdotes.

In uita ſancti Ioã. Baptiſtæ. fo.37,ſcho.11
In uita ſancti Cypriani epi. fo.152,ſcho.1
In uita ſancti Ioã. Chryſo. fo.300,ſc.42

9 Apoſtatarũ poſt agnitam ueritatis uiam perpauci ſunt qui redeant in gradum priſtinum, ſed magis in ſordibus poſiti ſordeſcunt adhuc.

In uita Apſoꝝ Petri & Pauli. fo 59,ſc.45

F I N I S.

DE ORTV, VITA, ET OBITV SANCTORVM PATRVM, QVI IN VETERI TESTAMENTO VIRTVTIBVS CLARVERVNT, DIVI ISIDORI Epiſcopi Iſpalenſis Præfatio.

Habetūr in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

*

QVORVNDAM Sanctorum, nobiliſſimorumq́ꝫ uirorum ortus uel geſta cum genealogijs ſuis in hoc libello indita ſunt. Dignitas quoqꝫ & mors eorum, atqꝫ ſepulchra ſententiali breuitate ſociata. Quæ quamuis omnibus nota ſint, qui per amplitudinem ſcripturarum percurrunt, facilius tamen ad memoriam redeunt, dum breui ſermone leguntur.

VITA ADAM PROTOPLASTI PER D. ISIDORVM EPISCOPVM ISPALENSEM SCRIPTA.

Habetūr in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

ADAM Protoplaſtus & colonus paradiſi, princeps generis & delicti, ad imaginem Dei factus, uniuerſitati prælatus, qui creaturis nomina dedit, atqꝫ in eis dominatus poteſtatem accepit. Hic nanqꝫ in delitijs fluentis paradiſi cōſtitutus inter redolentes aromatum ſyluas, ac uernantia florentis arui, rudis habitator nouæ uitæ gaudia peragebat. Vbi tellus fœcunda uiret perpetuo. Vbi fons decurrens quadrifluo labitur amne. Sed poſtquam ſerpentis dolo lingua pollutus fœminæ, per tactum ligni loci beatitudinem prophanauit a paradiſo proiectus eſt, terram ſentibus ſqualentem operarius gemens incoluit. Amiſſaq́ꝫ imortalitate, in puluerem, unde carnis ſumpſerat ortum, poſt curſum nongentorum triginta annoꝝ redijt. Hic iam poſteritas in crimine huius parentis expulſi è paradiſi gaudijs, mortis labori ſubacta ingemuit. Sepultus eſt aūt in loco Arbee, q locus nomen ex numero ſumpſit, hoc eſt quatuor, pro eo ꝙ tres Patriarchę ibidem ſunt ſepulti: & hic quartus Adam. Hæc eſt Hebron metropolis urbs Allophiloꝝ, in qua fertur fuiſſe quædam habitatio Gigantum, ubi etiam & Eliu poſtea eſt unctus in regno. Eſt autem ciuitas fortis Iudę, ſacerdotibus ſeparata, diſtans ad Auſtralem plagam milibus uigintiduobus procul ab Hieruſalem.

VITA ABEL IVSTI PER D. ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetūr in opere eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

ABEL Filius Adam, & paſtor ouium, in uita innocens, in morte patiens, poſt mortem nobilis, in martyrio primus, in obedientia ſummus, in ſacrificijs Deo placens, in meritis fratri diſplicens.

Quem Cain impius, & parricida nouus, ira ſtimulante inuidiæ, innocuũ ferro nondum facto, ſanguine maculatum proſternit, cum adhuc innocens ferrum cruoris humani facinus non auderet.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA ENOCH PER D. ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

ENOCH Filius Iareth ſeptimus ab Adam placens Deo, malorum neſcius, mortis ignarus. Qui ſceleratorum non ferens inſaniã, a pernitioſis mundi contractibus ſubtractus, meruit in eo loco trãſferri, unde fuerat protoplaſtus expulſus. Sublatus eſt autem annorum trecentorũ ſexagintaquinq;. Manet autem hactenus in corpore, in conſummatione mundi reſtituturus cum Elia mortalis uitæ conditionem.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA NOE PER D. ISIDORVM EPIſcopum Iſpalenſem ſcripta.

NOE Filius Lamech, decimus ab Adam, ſecũdi reparator orbis, iuſtitia inſignis, longanimis in ſpe, ſapiens in opere, & iuſtus, Arcam condidit, & admonitus introiuit, nec horruit turbulentum diluuij fluctum, nec fragores uentorum, uel murmur cœli expauit. Geſtatur procellis, nec mergitur; ſerpentibus ſociatur & beſtijs, nec terretur. Cui feræ colla ſubmittunt, alites famulantur; nanq; auem miſit, redeuntem ſuſtinuit; ſed perfidia & fraude corui decipitur. Merito columbæ geſtantis ramum ore paciferum educitur, reſeratiſq; foribus arcæ, beſtias cunctaq; animantia per ſeptem dies exire permittit. Ipſe poſtmodum egreſſus cum liberis Deum collaudat, electas uictimas immolat. Cuius Arcam ueteres ſediſſe teſtantur in Armenia ſuper montem Ararath. Hic nongenteſimo quinquageſimo ætatis ſuæ anno mortuus eſt.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA MELCHISEDECH PER D. ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

1 Videſne hæretice quomodo Melchiſedech uero Deo obtulit ſacrificium, & non tantum Abrahæ panem, ut impie garris?

2 Si Melchiſedech in typo Xp̃i ſacrificium de pane & uino deo obtulit, ergo Saluator noſter in ueritate corpus et ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus

MELCHISEDECH Rex Salem, ſacerdos Dei altiſſimi, primus 1 ueri oblator ſacrificij, cuius origo ſecreta. Hũc eſſe aiunt Hæbrei Sem primogenitum Noe, tritauum Abrahæ. Ipſe eſt pater patrum, prophetarum & apoſtolorũ origo. Ipſe eſt qui paternæ pietatis benedictione, dominus fratrum eſſe meruit. Qui uerſis incedens ueſtigijs, patris genitalia texit, & nec deriſit ebrium, ut procax reprobus filius, ſed uelauit ut uerecundus. Vnde accidit in lege Iudæorum, parentes a filijs nunq̃ uideri nudatos. Hic Abrahæ reuertenti poſt uictoriam benedixit, 2 & in typo Chriſti ſacrificium de frugibus terræ, primũ panẽ et uinum Deo hoſtiam obtulit. Quia ſacerdotiũ & regnũ iure primogenito debebatur, antequam Aaron ſacerdotio fungeretur. Hic etiam prior omnibus poſt diluuium, urbem Salem condidit, in qua etiam & regnauit, quæ poſtea Iebus ſiue Solyma dicta eſt, & nunc deriuatiuo uocabulo Hieroſolyma uocatur. Vixit autem annos ſexcentos, & perdurauit uſq; ad ſeptuageſimum annum ætatis Iſaac. Mortuus eſt autem, & ſe-

pultus in ciuitate ſua Hieruſalem.

panis & uini in noctæ cœnæ æterno patri obtulit. Ergo & miſſa noſtra, quæ & illius cœnæ & paſsionis in cruce peractæ commemoratio eſt, uerum eſt ſacrificium.

VITA ABRAHAM PATRIARCHÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ABRAHAM Pater gentium, filius Thare, de ſtirpe Sem, natione Chaldæus, fide primus, exul ſpontaneus, obediens in præceptis, credulus in promiſſis, pauper in patria, in peregrinatione locuples, in prælijs uictorioſus, in uictoria non auarus. Reges quinque ſuperauit, ſpolijs exuit, captiuoſq́; parentes reduxit. Eo ſummus, ut trinitatem in typo uideret, & uirtutem in myſterio uenerareturː Eo fidelis, ut in promiſſo germine contra ſpem naturæ, Deo crederet. Eo iuſtus atq; deuotus, ut indulgentiam unici pignoris diuinitati non præponeret, ſed incunctanter præcepto parens, ad immolandum filium religioſus parricida gladio dexteram armaret. Qui dum diſtrinxit ferrum contra unicū pignus in uictimam oblatum, nec natum perdidit, & hoſtiam non amiſit: filium enim in ſacrificio obtulit, & arietem pro filio īmolauit. Obijt centum ſeptuagintaquinque annorum, ſepultuſq́; eſt in agro Ephron in ſpelunca duplici. In cuius interiori parte ſepultum ferunt Adam, in exteriori uero Abraham. Diſtat autem hic locus, ut Ioſephus docet, ſeptimo ab urbe Hebron ſtadio; ibiq; aſſerit Abraham & filium eius monumentum habere pulcherrimum, inſtructum marmore, & opere elegantiſſimo. Illic etiam & Therebyntum arborem magnam a conſtitutione mundi fuiſſe aſſerunt. Hanc Hieronymus uſq; ad Conſtantij Regis imperium perduraſſe deſcribit. Et ipſa eſt quercus Mambræ Amorrei, qui fuit amicus Abrahæ. Quæ apud Gentiles in tanta extitit ueneratione, ut eam muri ambitu circunſcriptam ſolenni ſacratione colerent.

ITEM DE BEATO ABRAHAM ex Diuo Auguſtino.

Eſt ſermo. 68. D. Auguſtini inter ſermones de tempore.

CRedidit Abrahā Deo, & deputatum eſt illi ad iuſtitiā. Ecce 1 ſine opere iuſtificatur ex fide, & quicquid illi legali poſſet obſeruatione conferri, totum credulitas ſola donauit. Ipſe ſibi fuerat lex, qui legem non acceperat, natura tamen quicquid legis fuerat obſeruabat. Abrahā pater noſter radicem fidei nominiſq́; Chriſtiani habebat, qui cum ex ꝓprietate genuina ad incerta atq; peregrina iuberetur exire, tota deuotione compleuit: cui in re tam dura nulla dubitatio fuit, ſed ſententiam dei tāquam qui optare uideretur accepit. Exi, inquit, dñs, de terra tua & de cognatione tua, & ueni in terram quā demonſtrauero tibi.

1 Non credat hæreticus ex hoc loco conuincere quod fides ſine operibus iuſtificet, et ſufficiat ad ſalutem. Nā quod ea ſola non iuſtificet hominē, oſtendit diuus Iacobus, ſi mens eūdem de quo hic loquimur, Abraham in exemplum, ita inquiens, Vis autē ſcire o homo inanis

Nouum probationis genus, habenti propria, exilia indicere peregrina, ingerere laborem itineris quieſcenti, imperare penuriam poſſidenti, & tantarum facultatum domino, neceſſitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduum uidebatur incredulis. Cui non eſt magis dulce proprium tugurium quam palacia peregrina,

quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & operibus fides cõſummata eſt? Intellige ergo Auguſtinum hic loqui de operibus legis ſcriptæ, ſine quib' Abraham iuſtificatus eſt, Iacobum autem de opibus fidei quæ per dilectionẽ operatur, quæ ſi nõ adſint, nequaquã homo ad conſummatam iuſtificationem poterit peruenire.

& uoluntaria caſa, quam digeſta prætoria? Leue cuiquam non eſt, dimittere propria, & ſectari aliena incerta, dimittere quod ſcias, quærere quod ignoras. Quis enim propria ſine dolore deſeruit, aut ſine lachrymis dereliquit? Qui non eſt durum illos conſcios natalium parietes, dulcia illa limina atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipſius infantiæ rudimenta commendant: ubi cunabula illa noui & mox orientis hominis famulabantur, ubi ſecura alludens infantia inter lucis primordia, aut pueriles anni ſimplicitate fœlices, quos ſibi inter laſciuos atque ipſius ætatis luſus uernaculo genuina ſolo neceſſitas exhibebat? Inter hæc ergo tam blanda, tam dulcia, quæ omni fuerant difficultate relinquenda. Exi ait de terra tua.

Quis hoc ſine fidei uiribus libenter audiret? Leuius probaretur, ſi uel nomen loci quo perrexiſſet audiret. Proficiſcitur, pergit, ſocia ſcilicet credulitate, coniuge comite it ſecurus, it fretus, promiſſum ſibi fidei laboribus exacturus, plus ſperans de incerto, quam fuerat ſecurus de proprio. It ergo per deſertas ſolitudines, per inuias ſedes, per naturæ ſecreta, ubi hominis ueſtigium nec dum rudis terra cognouerat: & inter illa omnia quæ dei imperio dereliquerat, non tuguriũ, non caſam, ſed inter ipſa camporum ſileſcentium formidoloſa ſecreta hoſpes tantũmodo cœli terręq́ nullum ſuffugium quo diuerteret inueniebat. Excepit tamen Abraham peregrinum quercus arbor humana, quæ uenietẽm Abraham atq́ æſtiuo ſole decoctum, amœnitatis ſuæ umbraculo refoueret: cuius ſyluęſcentis nemoris comata luxuries, in ęſtiuum tempus diem, & urentis ſolis uaporiferos radios ramorum frequentia ſuſpendebat, ut quicquid iniuria temporis irrogabat, omne auferret et ramorum et foliorum denſitas. Ingreditur ergo lucum arboris Abraham, ſub qua conſtruitur qualecunq́ ſuffugium, anguſtum quidem homini, ſed ſufficiens maieſtati. Dignum tamen Deo palatium fides deuota pingebat, in quo fuiſſet maieſtas ſuperna pranſura.

Cum ergo illi poſitus curioſis oculis cœlum intẽtaret, ecce ſubito in trium uirorum perſona maieſtas incorporea deſcendit. Accurrit, properat, manus ſupplices tendit, & tranſeuntium genua oſculatur, Domine, ait, ſi inueni gratiam coram te, ne tranſietis puerum tuum. Videtis, Abraham tribus occurrit, & unum adorat. Trina unitas, & una trinitas. Sumatur aqua, lauentur pedes ueſtri, & refrigerate ſub arbore iſta, & afferam panem, & manducabitis, & poſtea tranſibitis in uiam ueſtram. Et dixerunt ei, Fac ut dixiſti. Seruat ſemper in bonis tenorem ſui perfecta iuſtitia, offert peregrinis hoſpitium qui non habet tectũ, et cum ſit omni domicilio uiduatus, domicilium quale neceſſitas procurabat, exhibuit tranſeuntibus. Et licet illa minora fuerint quæ offerebantur, locorum anguſtiis magnitudinem dederat fides, quæ contemni non meruit a Deo. Diuertunt ad arboris hoſpitium, quod Abraham Deo iam fecerat dignum. Interea conſpergitur ſimilago, fiunt encriphiæ, mactatur & uitulus. Et ſi illis diuinitas non eguit, iuſtitia tamen quod optabat impendit.

Ecce ad humanam menſam cœleſtis ſublimitas recumbebat, cibus capitur, pranſitatur, & contubernali colloquio inter hominem & Deum familiaria uerba miſcentur. Et quia apud Deum infructuoſa hoſpitalitas eſſe non potuit, [2] ſtatim precium mercedis accepit. Datur filius ſeni, datur poſteritas

2 *Ecce meritum bono-*

tur poſteritas deſperanti, accepit ſenectus, quod minime potuit habere iuuentus. Ad hoc, inquit, tempus ueniam, & erit Saræ filius. Cumq́ſeniles anni, & emortua Saræ uiſcera hoc poſſe fieri denegarent, dedit tamen diuinæ promiſsioni credulitas fidem. Patrem, inquit, multarum gentium poſui te. Repletus eſt bonis, quia quod ei promiſit impleuit. Ecce in ipſo uitæ margine ſenectutis nondum prolatis legibus recitatiſq́, aſſerimus Abrahã quod fuerit religioſus, & qui fuerat in cultura iuſtior, fuerit in credulitate probatior.

rum operũ apud deũ, pro quibus precium mercedis accipitur, contra nouos hæreticos qui nullum penitus noſtris operibus deberi premium contendunt.

Ecce enim ſenex ille maritus, qui adhuc unum non habebat, in uno tamen Deus innumerabiles promittebat. Ecce exhauſtis uiſceribus dixit Deus ad Abraham, ſuſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſic erit ſemen tuum. Et credidit Abraham Deo, & deputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Defecerunt Saræ uenire muliebria, quia iam laſſa defecerant membra. Totum corpus ſulcatur in rugas, fit perarata fronte, & exhauſta ſenectute. Deficiẽte ſanguine in uenis, triſtis ſenectus delaſſatur, ſed diuino iudicio ætatis feruor accenditur. Meliorem facit diuina ꝓmiſſio matrem, quam ætas non fecerat generare. Accepit genitrix nomen, quod ei ſterilitas temporis ſubtraxerat, Longe deficientibus membris, Iſaac concipitur, ſubito inanes ac marceſcentes uenæ rediuiuo ſanguine ferbuerunt, & emortua ſeni uiſcera calefacto ſanguine uaporata, uſque ad partum inquilinis ſunt caloribus animata. Iuuenilis ætas incaluit, & calefacto ſanguine uaporauit. Fit anus fœta, fit ſenex grauida, creſcit uenter per dies ſingulos, & conualeſcente partu, tumeſcentis uteri capax ſinus extenditur. Fit ſarcina, & deſideratus affectus ex uiſceribus laſſis, onus nimium exoptata poſteritas. Portabat uterũ grauem talis mater, quæ inanis ambulare uix poſſet. Sed quia credulitatis fuerant quæ acceperat, defecta uiſcera fides ualidior animabat. Marcidæ mammæ, quas in uacuos folles ſubducti ſucci detrimenta laxauerant, lactei fontis ubertate tenduntur. Fit mater in pectore, fit mater in partu, fit, inquam, mater, quæ auia fuerat per ætatem. Dedit fides uetuſtis nouos uiſceribus ignes. Sic Iſaac credulitate naſcitur, ut eorum fides in ꝓgenie enarretur in ſecula. Amen.

ITEM DE SANCTO ABRAHAM EX diuo Zenone Epiſcopo Veronenſe.

Abraham fratres dilectiſſimi, quale diuinæ pietatis munus acceperit, uetuſtæ legis geſta teſtantur: Sarra uxor eius non inferior, uitæ longæ tranſactis curſibus, qualem filium ediderit, partus effuſione percipitur. Sed quia utriſq́ ætas ademerat ſpem ſobolis, pignus ſuccidaneum meruerunt. Sic meruit fides quod ademerat tempus, extorſit credulitas, quod natura denegauerat. Abrahã patriarcha noſter exploratus a deo, in ſenectute ſuſcepit unicum filium, nihil tamen ſolicitũ patri, cuius ætas annis uergentibus, in occaſus ſui termino uerſabatur, & quem educationis tempus anguſtum, & ſenectuti exitus iam uicinus fatigabat.

Eſt ſermo quintus in libro ſecundo ſermonum eiuſdem.

Ecce prima deuotio, libenter excipere quod ſero datur, & in triſtiſſima ſenectute ſuſcepta ſollicitudinis mole gaudere. Nã & riſit Sarra munus iuuentutis ſubiens in ſenecta, unde nomen accepit infans, qui poſt hæc. Abraham ſacratam Deo approbat mentem. Vnicus ille filius ſolli-

cidi ſenis adhuc paruulus, cui pietas & miſeratio maior debetur, poſtula tur ad uictimam, cui ſi per humanam fragilitatem aliqua in corpore infir mitas naſceretur, aut humanus exitus contingeret, uix in eius caſibus pa ter uiuere potuiſſet, ſi annis teneris moreretur.

Hic igitur infans ē cuius uita paternus affectus, & maternus pēdebat, ad explorationem fidei ſuæ, diuina uoce poſtulatur ad uictimam. Volo dixit Deus, mihi fieri ſacrificium Abraham tuis manibus in monte de fi lio tuo. Hæc mihi uictima placet, hoc me ſanguine deplacabis, iſte meis ſacris debetur. Vnde immolari iam iubeo. Non contriſtat frontem deuo tiſſimus Abraham, nec dolor patri lachrymas perſuaſit, ſed exultat & gaudet, nec timuit ne paricidium ei imputaretur, ſed magis ut deuotione pareret lætabatur, hoc iuſſiſſe Deum de filio, hoſtia parabatur feſtina. Denique implere ſacrificium ne mora faciat peccatum, neceſſarijs ſacra mentis protinus præparatur.

Aſcenditur in montem, omni myſterio ſacrificioq́; diſpoſito, ductus filius gaudens, gaudente patre patris dextera feriendus. Qui antequam ueniret in montem, cum de patre quæreret, ubi eſſet uictima quam diſpo neret & immolaret, ſecurus de fide generis ſui pater, filio de quo non du bitabat patefecit, quia ſe dominus poſtulaſſet, & quid ipſe domino pro miſiſſet oſtendit. Lætatus eſt puer patre fidele ipſe quoq; fidelior, nec re cuſabat mortem, quā Deus qui uitam dederat imparabat. Lætatur pa ter filio quoq; gaudēte, & cū gaudio unici pignoris alligat manus quas ille uinciendas libentius offert pedes quoq; conſtringit, ne in exitu mor tis concitata uictima calcitraret. Securus enim pater optimus timuit ne dolori aliquid liceret in mortem.

O' fratres ſecura deuotio. O' pater ſpiritum captans, corpus uero mor temq; contemnens. O' qui ſeruum domini ita ſe eſſe meminerat, ut patrē ſe eſſe neſciret. Quid eſt pater? Ecce ſub oculis iacet filius uinculis aſtri ctus; ubi ſunt lachrymæ, ubi dolor qui in humanis ſenſibus uerſari cōſue uit? In tantis filij caſibus lætatur & gaudet, & ſe dominum promeruiſſe triumphat. 3 Accepit iam prǽmia quǽ meretur diuina, etenim exploratio nis temptamina porriguntur.

3 Accepit iam præmia quæ meretur diuina. Vide & hic meritū.

Exerit equidem ferrum, & armata dextera ſubleuat manum. Sed uox eius qui eam uictimā poſtulauerat cōtradicit. Reſpice retro dixit Deus, & antequam reſpicias, parce. Ecce 4 & meritum principale, diuinam in dulgentiam meruiſſe ſub caſibus. Nam retro reſpiciēs Abraham, inuenit uictimam quam innocens imolaret, eo ferro mactauit arietem, quo filiū percutere iam parabat. A filio ad agnum tranſtulit dexteram, ſemper læ tatus & gaudens, nec mutatus eſt uultus eius, cum eſſet uictima cōmu tata. Cum tanta lætitia arietem obtulit, cum quāta obtulerat & filium. Vbi enim fides fuit, non erat dolor. In illo ſacrificio ſolus Deus doluit, q̄a aliam uictimam procurauit. Nam Abraham cū filio ſic probatus adeo eſt, ut non poſtulans, 5. miſericordiam mereretur.

4 Quoties inculcat uo cem meriti?

5 Mereretur miſericor diam. Et hoc nota.

Videamus fratres dilectiſſimi legis archana, & intellectum alium pro feramus. Abraham ſub lege nō erat, ſed legem ſolus impleuit. Et qui nul lo iure legis tenebatur, omne ius diuinum præcipue cuſtodiuit, cuius im molatione ille quoq; gauderet, qui ad uictimam parabatur. Aries hære bat in uepre, implicitus ſpinis, capite obligatus, hic eſt qui pro Iſaac im-

molatus eſt Deo, hunc obtulit Abraham, hũc iuſſus eſt immolare.

VITA SANCTI LOTH PER D. ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

LOTH filius Aram, cõſanguineus Abrahæ, pater Moab & Amon, apud Caldæos natus, homo iuſtus & hoſpitalis. In Sodomis piè caſtèq; inter naufragam gentem conuerſatus. Qui per ſolum hoſpitalitatis officium, etiam ſuſceptor effectus eſt Angelorum. Sulphureum exitiũ euaſit in urbe ſegor, quæ eſt iuxta mare mortuum, ubi balſamum gignitur, & copioſa poma palmarum.

VITA SANCTI ISAAC PER D. ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ISaac filius Abrahæ ex promiſſione in terra Chanaam genitus, ſemen æternum uocatur. Coniugalis uitæ caſtimonia clarus, promptus ad gratiam, ad ignoſcendum paratus. Qui obſtruentes puteos non armis, ſed patiẽtia uicit: Qui pœnitentes cum benignitate recepit: qui per timorem Dei eouſq; detulit honorẽ patri, ut Aram ſponte ſacrificandus aſcẽderet, atq; in figura Chriſti, mortem non recuſaret. Obijt centum octoginta annorum, ſepultusq; eſt iuxta patrem ſuum.

VITA IACOB PATRIARCHÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

IAcob filius Iſaac, natus in terra Canaam, dilectus matri, ſupplantator fratris, humilis quoq; & ſimplex, & innocenter habitans domi. Qui peregre perfectus, dum conſortium exigeret hominum, comitatum meruit Angelorum. Hic poſtq̃ primogeniti benedictionem præripuit, matri obedluit, & fraternæ iracundiæ patienter ceſſit, patriam & parentes relinquens, exul effectus ſeruitutem longam ſuſtinuit, laborem famis & frigoris pertulit, ſeruiuit ſocero, ut paſtor mercenarius pauit gregem expectans non de diuiſione, ſed de gregibus lucrum. Hic autem cum Domino colluctatus, ſpiritu præualuit. Hic facie ad faciem Deum uidit. Idem famis inopia pulſus, cum præclara progenie ingreſſus eſt Ægyptum: expletisq; centum quadraginta ſeptem annis, naturæ reddidit debitum.

ITEM DE SANCTO IACOB PER D. AMbroſium Mediolanenſem.

Habetur in libro ſecundo eiuſdem de Iacob & uita beata. Cap. 1.

QVid horum quę ad 1 meritum beatitudinis ſpectant, defuit ſancto Iacob, qui tãtum abfuit a perfidorum conſortijs, ut ex eo fidelis populus nomen acciperet, Iſrael dictus, eo quod Deum mentis internæ oculis intueretur, peccati abſtinens, a luxuriæ oĩs ebrietate ſobrius, ut dura labore abſorbuerit, ocĳ ſecura neglexerit?

1 Vides quod beatitudo datur ex merito, contra nonnullorum garrulitatem.

Nonne pulchre & uere de hoc dictum eſt, quod & fructum dabit in tempore ſuo, de quo ſcriptum eſt, ecce odor filĳ mei tanquam odor agri

pleni. Erat enim perfectus in omni flore uirtutum, & ſacræ benedictionis atq; cœleſtis redolebat gratiā. Ipſe eſt enim ager quē benedixit dñs.

In hoc agro uua illa reperitur, quæ expreſſa, ſanguinem fudit, & mundum diluit, In hoc agro eſt ficus illa, ſub qua ſancti requieſcent ſpiritalis gratiæ ſuauitate recreati, In hoc agro eſt oliua illa fructifera, dominicæ fluens pacis unguētum. In hoc agro florent malogranata, quæ plurimos fructus uno fidei munimine tegunt, & quodā fouent charitatis amplexu. Hos igitur fructus redolebat Iacob, qui Deum per pericula ſequebatur, & tutum ſe eius ubique deductione credebat. Nàm licet dulcis & ſuauis odor ſit agri, quia eſt odor naturæ, tamen in ſancto patriarcha uirtutum ſpirabat gratia.

Quam continens erat parſimonia, qui cibum ſibi paratum non expetiuit, ſed petenti ſine dilatione conceſſit, a quo primatus benedictionis accepit. Quam pius erga parentes, ut præferri germano ſeniori materno affectu mereretur, & paternæ benedictionis munere ſacraretur, Quam religioſus, ut fratrem recuſaret lædere, Quam uerecūdus, ut patrem timeret fallere, Quam honorificus, ut matri quod iubeat non poſſet negare.

Habetur in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

VITA IVDÆ PATRIARCHÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

IVdas ſucceſſionis proſapia, cui ducatus bellorum ex Iſrael traditur, & regnum. Qui nomen genti ex nomine ſuo dedit. Præpotens ut leo in Regni uirtute, & clarus in ſplendore potentiæ. Cuius quidem imperij poſteritas non ceſſauit, quoaduſque Chriſtus quaſi catulus leonis, ex germine eius ortus aſcenderet, & ad ſpem gentium ex uirginali procedens utero coruſcaret.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

VITA RVBEN PATRIARCHÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

RVBEN primitiuus filius Iſrael, ætate fratribus maior, ſed poſteritatis numero minor, paternum thorum polluit, atque ordinem primogenitæ dignitatis amiſit.

Habetur in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

VITA SIMEON PATRIARCHÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

SIMEON Princeps ſcribarum, & uiolatæ pudicitiæ uindex, non habens hæreditatē, ſed manet in tribu Iuda particeps in poſſeſſione.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

VITA LEVI PATRIARCHÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

LEVI ſacerdotalis auctor originis, cum tribu Iuda permixtione generis iunctus, ſed in Iſrael totus diuiſus, carens propriæ ſortis funiculo, & habitans in uniuerſis ſceptris fratrum.

VITA ZABVLON PATRIARCHÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

ZABVLON poſſeſſor maris magni, & littorũ, ac dominans cunctis urbibus ſydonum.

VITA ISACHAR PATRIARCHÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

ISACHAR ſtudioſus in laboribus terræ, poſſidens Galileam, & benedictionis fructus donans porrigit regibus.

VITA DAN PATRIARCHAE PER D. ISIDORUM Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

DAN cuius ex germine Sampſon ortus eſt, ſceptrum tenens in Iſrael, fortis Nazaræus, & triumphator in hoſtibus; obſidens in more ſerpentis Philiſtinorum, ſemitas & equitatum eorum ut regulus ſpiritu oris ſui depopulans.

VITA GAD PATRIARCHAE PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

GAD in præcinctis præliatur expeditus pro filijs Iſrael trans Iordanem relictis, aduerſum gentes pro hoſpitibus dimicat, & forti brachio ipſe uictor triumphat.

VITA ASER PATRIARCHAE PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

ASER diuitijs inſignis, repletus delitijs principum.

VITA NEPTALIN PATRIARCHAE PER Diuum Iſidorum Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

NEPTALIN pinguedine terræ ubertimus, doctrinæ legis abundans.

VITA PATRIARCHÆ IOSEPH PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de Patribus ueteris teſtamenti.

IOSEPH Princeps Ægypti, filius Iacob, ex Rachel ortus in terra Chanaam, benedictus in primogenito ab Iſrael, & accipiens primatum Rubem, dilectus patri, & ſolus præ cæteris heres paternæ poſſeſſionis. Hic zelo ſublatus a fratribus in lacum mittitur, ab his inuidia uenditur, factus humilis uſq; ad ſeruitutem, patiens uſq; ad carcerem, pudicus uſq; ad paſſionem. Fit deinde ſomniorũ interpretator ſapiens, in conſilio prudens, in regno particeps, in fœcunditate ordinatus, prouidus in

ſame diſpenſator, iuſtus ad reddenda bona pro malis, & ad retributionem gratiæ promptus, dum iniuriam fratribus elatus non rependit, ſed fa mis depulſa neceſſitate benignus indulget. Principatur in Ægypto annis octoginta; exactisq́; ætatis centum decem in longiſſima quiete, diem ultimum clauſit, ſepultusq́; eſt in Ægypto. Cuius oſſa tranſtulerunt filij Iſrael in Sichem, in ciuitatẽ patris ſui Iacob, quæ nunc tam Latinè q̃ Græcæ Syccima uocat̃. Ipſa eſt aũt, quæ nunc appellat̃ Neapolis, urbs Samaritanoꝶ; ubi & ſepulchrum eius uſque in hodiernũ diem cernitur.

Ex libro primo Diui Zenonis ſermone. 7.

ITEM DE BEATO IOSEPH EX Diuo Zenone Epiſcopo Veronenſe.

IOSEPH Hebræus adoleſcens, clarus genere, clarior pulchritudine, morum quoq; clariſſimus probitate: fuit inter filios Iacob ætate minor: ſed ſpiritu maior. Hic inuidæ germanitatis in pulſu in Ægyptum eſt delatus, atq; diſtractus a fratribus: quem domini ſui uxor peius amare cœperat, quam oderant fratres. Nam cum medullitus mulier ardoris inſani conflagraret incendio, inſuadelam ſacrilegam argumentis uehementer armata, captat ſolitudinem: ſecretum captat & locum: in quali etiã non irritata adoleſcẽtia: inuitis fœminis ſępe uiolentia eſſe cõſueuit.

At ubi in deſtinata prorumpens: neq; blandimenta: neq; promiſſa ſibimet prodeſſe cognoſcit: conſerta manu, in uerſa uice, adorſa eſt in ſuũ ſomitem adoleſcentis ignem totis uiribus deriuare. At ille in repugnatione ueſtem ſibi uiolenter extortam reliquens, ex impudicitiæ fouea nudus aufugit, ſed pudicitiæ ſplendore ueſtitus: poſt calumnioſam damnationem & liberatus a Deo eſt, & honoratus. Deniq; rex iure ſecundus factus eſt regni, qui inſignis rex erat ante pudoris.

Habetur in libro eiuſdẽ de Ioſeph patriarcha Cap. I.

ADHVC DE SANCTO IOSEPH ex D. Ambroſio Epiſcopo.

SANCTORVM Vita cæteris norma uiuendi eſt, Ideoq́; digeſtam plenius accipimus ſeriem ſcripturarum, ut dum Abrahã, Iſaac, & Iacob, cæteroſq́; iuſtos legendo cognoſcimus, uelut quędam nobis innocentiæ tramitem uirtute eorum reſeratum imitantibus ueſtigijs proſequamur, De quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie ſancti Ioſeph hiſtoria occurrit, In quo cum plurima fuerint genera uirtutum, præcipue inſigne effulſit caſtimoniæ.

Iuſtum eſt igitur, ut cum in Abraham didiceritis impigram fidei deuotionem, in Iſaac ſyncere mentis puritatem, in Iacob ſingularem animi, laborumq; patientiam, ex illa generalitate uirtutum in ipſas ſpecies diſciplinarum intendatis animum. Nam licet illa ſint diffuſiora, tamen iſta expreſſiora ſunt, eoq́; facilius mentem penetrant, quo magis circumſcripta ac determinata ſunt.

Sic igitur nobis præpoſitus ſanctus Ioſeph, tanquam ſpeculum caſtitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, ex quidam ſplendet caſtimonię comes, nitor gratiæ? Vnde etiam a parentibus plus quam cæteri filij diligebatur. Sed ea res inuidiæ fuit, quod ſilentio præ-

tereundum non fuit. Hinc argumentum totius hiſtoriæ proceſſit, ſimul ut cognoſcamus perfectum uirum non mouendum ulciſcendæ dolore inuidiæ, nec malorum rependere uicem. Vnde & Dauid ait: Si reddidi retribuentibus mihi mala.

Quid autem eſſet quod præferri Ioſeph mereretur cæteris, ſi aut lædẽtes læſiſſet, aut diligentes dilexiſſet? Hoc enim pleriq; faciunt. Sed illud mirabile, ſi diligas inimicum tuum, quod Saluator docet. Iure ergo mirãdus qui hoc fecit ante Euangelium, ut læſus parceret, appetitus ignoſceret, uenditus non referret iniuriam, ſed gratiam pro cõtumelia ſolueret, quod poſt euangelium omnes didicimus, & ſeruare 1 non poſſumus. Diſcamus ergo & ſanctoꝝ inuidiam, ut imitemur patientiam, & cognoſcamus illos non naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſeruationis: nec uitia neſciſſe, ſed emendaſſe. Quod ſi inuidia etiam ſanctos adhuſſit, quanto magis cauendum eſt ne inflammet peccatores?

1 *Quod hic dicit Ambroſius non poſſe nos ſeruare poſt Euangelium quod omnes didicimus, non intelligas eo quod præcepta Euangelica ſint impoſſibilia, ut dixere nonnulli, ſed communi modo loquendi non poſſumus dixit, pro nolumus. Sicut & Marcus Euangeliſta dixit dominum Ieſum non potuiſſe facere ullam uirtutem apud ſuos. Quemadmodum enim omnia poterat dominus, quia Deus & homo, ſic & nos Dei gratia adiuuante, omnia præcepta ſeruare ualemus, iuxta Apoſtoli ſententiam, Omnia poſſum in eo qui me confortat. Anathema ſiquidem eſt, qui dicit Deum impoſſibilia præcepiſſe. Eundem loquendi modum habes Ioan. 12. ubi dicitur, Propterea non poterant credere, id eſt nolebant, ut Auguſtinus & Cyrillus exponunt.*

VITA BENIAMIN PATRIARCHÆ PER Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

BENIAMIN Iacet inter fratres ortu poſterior, Imperio prior, cuius natiuitatis proceſſus matri dedit obitũ. Ipſe lupus uorans & ſanguinarius, qui ſuper baſem ſortis ſuæ mane hoſtiam ſanguinis fudit, & ad ueſperum eſcas principibus, & ſacerdotibus diuidit.

VITA EPHRAIM PATRIARCHÆ PER Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

EPHRAIM Semen Ioſeph, et adoptiuus filius Iſrael, in numero Patriarcharum benedictionis teſtamento relictus, minor ætate fratris, ſed maiori prælatus gratia. In benedictionibus cunctis tribubus fortior, & inter fratres dominator inuictus. Hic partem tribus leuitarum accepit.

VITA MANASSE PATRIARCHÆ PER Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus ueteris teſtamenti.

MANASSES Dilatatus in milibus, unà cum Ioſeph patre ſuo myſticè poſſedit tribũ. Hi omnes patres Apoſtolorum, et principes populi Iudæoꝝ, tribus Iacob, et præclara progenies Iſrael. Quibus pater moriẽs pro diuitiarum copia ſanctificationis gratiam dereliquit. Qui regnante Ioſeph, in Ægypto regnauerunt; ibiq; etiam poſt longæ uitæ quietem occubuerunt; ibiq; ſepulti ſunt.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA MOYSI PER DIVVM ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

MOYSES Filius Arã,ex tribu Leui,Dux & Propheta in Iſrael, filiæ Regis adoptiuus,Dei amicus,Pharaonis dominus, in rubo flammante,et non urente,uocibus angelicis euocatus.Quem ut exemplo formaret Deus,inſinuatam eius manum iuſſit mori, & rurſum retractæ uigorem,per motum reddidit,& calorem.Cuius facies ſpe futuræ gloriæ illuminabatur. Humilis in recuſando miniſterium,ſubditus in ſuſcipiendo,in conſeruando fidelis,in exequendo peruigil,in regendo populum uigilans,in corrigendo uehemens,in amando ardens, in ſuſtinendo patiens. Qui pro ſubiectis Deo ſe interpoſuit,conſulentiq́ poſuit modũ iraſcendi. Hic pro populi libertate propriũ obiecit ſalutẽ. Regis ſeuiſſimi minas nõ trepidauit. Quinetiã extulit cõtra draconẽ eius uirgã, ac per manũ Dei oppũgnatũ, decem plagis eius imperium uerberauit. Primũ in crucem uertit puteos,& flumina. Dehinc ranarum multitudine urbes,muſcarũ aera cõpleuit. Mortẽ intulit iumentorum. Percuſſit ulcere homines. Vaſtauit grandine terrã,obduxit tenebris cœlum. Poſthæc ſpoliauit Ægyptios; eductoq́ populo,eremi pandit iter, flãmea præcedẽte columna. Nec motu tranſijt,diuiditq́ hinc inde frenata æquarũ cumula. Pergenti Populo uiam ſicco ueſtigio prębuit. Hoſtes dehinc cooperiuntur fluctibus. Atq; amaras aquas per tactum ligni in ſuauitatem conuertit. Qui etiã eſurienti Iſrael cœleſte præbuit pabulum, uolucrumq́ eſcis repleuit locum caſtrorum: Percuſſit petram, aquæ in exemplo copioſe fluenta manauerunt. Aſcendit quoq; uerticem Sinai montis; faciem Dei contemplatur. Ibi quadraginta dierum ieiunia pertulit. Deſcendens legem acceptam a Deo,populo tradidit,ritumq́ religionis inſtituit. Inter hæc quoq; bella geſſit,uictorijs claruit. Virgam in manu tenens percuſſit hoſtem,quos non tetigit,ſuperauit. Lætiferos aſpidum morſus ærei ſerpentis aſpectu ſanauit. Datham et Abyron,terrę compagibus ruptis, in profundi hiatum deiecit. Ad extremum conſcendit montem nebo,terramq́ repromiſſionis,demonſtrante Domino,aſpicit. Mortuus eſt autem,iubente Domino, in monte Abarin: 1 ſepultuſq́ eſt a Domino in ualle Moab,quæ eſt in Arabia. Rexit autem populum Dei in eremo annis quadraginta: Obijtq́ annorum centum uiginti. Quidam autem eum uiuere teſtantur,pro eo quód ſepulchrum eius non reperitur; Et quia apparuit Domino in monte cum Elia. Mortuum autem illum, & non raptum,certiſſimè ſacra ſcriptura teſtatur.

1 *Dum Moyſes a domino ſepelitur,docemur ſepelire mortuos opus eſſe pietatis, ac Deo placere,necnon ſepulturam curãdam eſſe, & non negligendã.*

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA AARON PER DIVVM ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

AARON Frater Moyſi,& in ſignis miraculorum ſocius,atq; in lege Domini ſacerdos primus.Cuius uirga ſorte electa, frõde & germine floruit. Quiq; thuribulum in dextra geſtans, furenti ſe flammę appoſuit;atq; ſtãs inter uiuos & Mortuos, obiectu corporis ſui tranſire ignem ad agmen uiuentium non permiſit.Hic per hoſtiam uictimarum, & ſacrificium ſanguinis, futuram Chriſti paſſionem expreſſit.

Hic ius

Hic ius principatus ſacerdotij per ordinẽ generis & ſucceſsionem tranſmiſit. Anno autem quadrageſimo egreſsionis filiorum Iſrael de terra Ægypti, cum eſſet annorum centum uigintitrium, mortuus eſt iuxta præceptum Domini, in monte Hor, qui eſt iuxta petram, inſignem Arabię urbem. Ibi ſepulta iacet ſoror eius Maria: ubi etiam & nunc uſque oſtenditur rupes, qua percuſſa Moyſes aquam populo præbuit. Eſt autem hic locus in extremis finibus Idumæorum.

VITA PHINEES SACERDOTIS PER D. Iſidorum Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

PHINEES ſacerdos filius Eleazar, zelo agens Domini, coeuntem impudicum ſimul cum Madianitide telo percuſſit, ac perpetuo ſacerdotij infulas, præmium uictimarum in generationibus ſeculi meruit, pro eo quod zelo accẽtus diuini amoris, irã Dei feriẽdo placauit.

VITA IOSVE PER DIVVM ISIDORVM Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

IOSVE filius Num, ex tribu Ephraim in Aegypto natus, Moyſi diſcipulus, et in poteſtate ſucceſſor, nouicꝫ prælij triũphator. Qui quouſcꝫ expediret uictoriam, ut Sol ſtaret, cœlo imperauit. Iordanis etiã curſum tranſitu ſuo ſuſpendit. Hierico inexpugnabiles muros clangentium tubarum ſono deiecit. Chananæorum euertit regna, reges extinxit, ac populum Dei ſolus in terram repromiſſionis induxit, eamcꝫ ei ſorte diſtribuit. Viginti & ſeptem annis præfuit in Iſrael. Occubuit centum & decem annorum, atcꝫ ſepultus eſt in Thamnathſare ciuitate ſua, quæ ſita eſt in latere montis Gaas contra Aquilonem: ibicꝫ hodie inſigne monumentum eius oſtenditur. Eſt autem hic in tribu Dan.

VITA DEBBORAE PROPHETISSAE PER D. Ambroſium Epiſcopum ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de uiduis.

NE una uidua Iudith tantum opus imitabile alijs uideatur impleſſe, plures alias uel pariles uel proximæ fuiſſe uirtutis, nequacꝫ dubitandum uidetur. Bona enim ſeges plurimas ſpicas fructu refertas ferre conſueuit. Ne dubites illam ueterum ſegetem temporum in cõplurium fœminarum moribus fœcundaſſe. Sed quia prolixum eſt complecti omnes, cognoſſite aliquas, & præcipue Debboram, cuius nobis prodidit ſcriptura uirtutem.

Hæc enim docuit non ſolum uiri auxilio uiduas non egere, uerum etiã uiris poſſe eſſe ſubſidio, quæ nec ſexus infirmitate reuocata, munia uirorum obeunda ſuſcedit, & ſuſcepta cumulauit. Denicꝫ cum iudæi iudicũ regerentur arbitrio, qui uirili non poterant, uel æquitate regi, uel uirtute defendi, bellis hinc inde ardentibus, Debboram ſibi cuius regerentur iudicio, cooptarunt. Itacꝫ multa milia uirorum una uidua, & in pace rexit, & ab hoſte defendit.

Multi iudices i Iſrael, ſed nulla ante iudex fœmina: Multi iudices poſt

Ieſum,ſed nullus propheta. Et ideo lectum iſtius puto eſſe iudicium, & geſta eius arbitror eſſe deſcripta,ne mulieres a uirtutis officio muliebris ſexus infirmitate reuocētur. Vidua populos regit,uidua ducit exercitus, uidua duces eligit,uidua bella diſponit, mandat triumphos. Non ergo natura rea eſt culpæ,nec infirmitati obnoxia. Strenuos enim non ſexus, ſed uirtus facit,& in pace quidem nulla querimonia,nullus error mulieris inuenitur,cum plerique non mediocrium peccatorum autores populo ſuo iudices extitiſſet. Vbi uero Chananæa gens ferox prælio,& affluētium copiarum opima ſucceſſu, hoſtiles in poplum iudæorum animos extulerunt,uidua præ cæteris bellicos inſtruit apparatus.

Et ut diſcas non publicis copijs domeſticas neceſſitates fuiſſe ſubnixas ſed domeſticis diſciplinis munus publicum gubernatū,domo ꝓpria filium ducem producit exercitus,ut agnoſcatis quod poſſit inſtruere uidua bellatorem. Quem quaſi mater erudijt,quaſi iudex propoſuit, quaſi fortis inſtituit,quaſi prophetes uictoriæ certa tranſmiſit. denique in mulieris manu ſummam fuiſſe uictoriæ,docet Barach filius, dicens. Niſi tu ueneris mecum,non ibo,quia non noui diem in qua dirigit dominus angelum ſuum mecum. Quanta ergo fœminæ iſtius uirtus,cui dux dicit exercitus: Niſi tu ueneris non ibo? Quanta,inquam,uiduæ fortitudo, quæ a periculis filiū nec materno reuocat affectu, immo ad uictoriam filium ſtudio matris hortatur dicens. Quod in manu mulieris ſit ſūma uictorię.

Debbora ergo prælij probauit euentum,Barach iuſſus produxit exercitum,Hialech cœpit triumphum. Huic enim prophetia Debboræ militauit. Quæ myſtice nobis ortum ſurrecturæ ex gentibus eccleſiæ reuelauit,cui triumphus de Siſara ſpiritali,hoc eſt de aduerſarijs poteſtatibus quæreretur. Nobis igitur prophetarum oracula dimicarunt, nobis illa prophetarum iudicia & arma uicerunt. Et ideo non populus iudæorum, ſed etiam Hialech uictoriam de hoſte quæſiuit.

Infelix ergo populus qui hoſtem quem fugauit, perſequi fidei uirtute non potuit. Itaque illorum delicto ſalus gentibus,illorum deſidia nobis ſeruata uictoria eſt. Hialech ergo proſtrauit,Siſaram,quem tamen coruſco duce,hoc enim ſignificat interpretatio Barach, manus ueterum fuga uerat iudæorum. Frequēter enim ut legimus,orationibus & meritis prophetarum cœleſtia patribus affuere ſubſidia. Sed his iam tunc de nequitijs ſpiritalibus uictoria parabatur,quibus dicitur in Euangelio: uenite benedicti patris mei,poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mūdi. Ergo principium uictorię a maioribus,finis in eccleſia. Eccleſia autem non armis ſecularibus uincit aduerſarias poteſtates, ſed armis ſpiritualibus,quę ſunt fortia deo ad deſtruendas munitiones, & altitudinem nequitiæ ſpiritualis. Et ideo Siſarę ſitis, lactis poculo reſtinguitur,quia oratione ſuperatur. Quod enim nobis ſalutare ad eſcam,hoc aduerſariæ poteſtati letale ad infirmitatem. 1 Arma eccleſiæ fides,arma eccleſiæ oratio eſt,quæ aduerſarium uincit.

1 *Arma eccleſiæ fides & oratio.*

Ergo ſecundum hiſtoriam ad prouocandos animos fœminarꝫ,fœmina iudicauit,fœmina diſpoſuit,fœmina prophetauit, fœmina triumphauit,& præliantibus intermixta copijs,imperio uiros docuit militare fœmineo. Secundum myſterium ueræ fidei, militia eccleſiæ uictoria eſt. Non ergo habetis quod per naturam uos excuſetis fœminæ. Non habetis ui-

duæ quod ad infirmitatem ſexus, ad amiſſionem ſubſidij maritalis, mobilitatem ueſtram referre poſſitis. Satis unicuiq; præſidij eſt, ſi uirtus animi non deſit. Et ipſe in uiduis frequens proceſſus ætatis, munimen pudoris eſt, & ipſe amiſſi coniugis dolor, uſus operis, domus cura, ſollicitudo liberorum, noxiam pudori ſolet arcere laſciuiam. Atque ipſe lugubris habitus, pompa funebris, fletus aſſiduus, & mœſtæ fronti inarantibus rugis impreſſa triſtitia, petulãtium premit oculos, reſtinguit libidines, procaces auertit aſpectus: bonus cuſtos pudoris, pietatis dolor, non obrepit culpa, ſi cura non deſit. Didiciſtis igitur uiduæ ſubſidio uos non egere naturæ, & poſſe ſalubritatem tenere conſilij, nec domeſtico indigere præſidio, quæ etiam publicæ poteſtis apicem potentiæ uendicare.

VITA GEDEONIS PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

GEDEON Filius Ioas, ex tribu Manaſſe, genitus in ſolitudine, liberator populi, & multorum pater filiorum, potentiamq; Dei explorans in uellere. Hic cum trecentis uiris aquam lingua lambentibus, non tela dextris ſed tubas, non lauacripyum ſed hydrias præferentibus, hoſtẽ terrore perculit, ac uictor de Madian et Amalech fortiter triumphauit. Iudicauit Iſrael annis quadraginta: mortuuſq; eſt ſenex, & ſepultus in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Ezdri.

VITA IEPTE PER D. ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

IEPTE Ortus ex tribu Gad, felix in prælijs, fidelis in promiſſis, affectum pietatis exuperans tolerantia mentis. Hic uouerat Deo, ut ſiqs illi poſt uictoriam reuertenti primus occurreret, immolaret. Nam rediẽs ab hoſtibus Ammonitarum triumphator, ne pollueretur labe periurij, pollicitam ſponſionem compleuit, ac filiam, quæ prima poſt uictoriam illi occurrit, ĩmolauit. Iudicauit aũt Iſrael annis ſex. Mortuus eſt, & ſepultus in ciuitate ſua Galaad, quæ eſt in dimidia tribu Manaſſe.

VITA SAMPSONIS PER D. ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

SAMPSON Filius promiſſionis, genitus patre Manue, ex tribu Dan, Nazaręus uocatus, liberator Iſrael, & omnium fortiſſimus. Iſte rugientem necauit leonem, fauumq; ab ore mortui tulit. Seras quoq; portarum in humeris tollens in uertice mõtis impoſuit. Vulpium caudis igne iunctis Philiſtinorum totam regionem ſuccendit. Vinctus etiam reſticis funibus in maxilla aſini mille uiros peremit. Poſthæc auaritia illecebroſæ mulieris deceptus, detonſis crinibus, uim uirtutis amiſit. Effoſſis oculis, colũnam domus cõcutiens, a ruina oppſſus, pariter cũ hoſtibus defecit. Qui iudicauit Iſrael annis uiginti, et poſitus eſt in ſepulchro patris ſui, in ciuitate Eſthaol, in tribu Dan, decimo ꝓcul lapide ab Eleuthero poleo, cõtra ſeptẽtrionis plagã, iuxta uiã q̃ ducit Nicopolim.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA SAMVELIS PER DIVVM ISIDORVM Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

SAMVEL propheta filius Elchanæ de Ramathaim Sophim, de tribu Ephraim, cognominatus cum Moyſe in ſacerdotibus Dei, ab ipſis cunabulis Domino conſecratus. Sedulus in miniſterio, in gēte princeps, in templo uates. Cuius uerbo obtemperauerunt cœli, occurrerunt nubila, effuſi ſunt imbres. Hic triumphator ex hoſtibus, adiutorĳ lapidem poſuit. Hic primus principem in regno unxit. Sepultus eſt autem in uiculo ſuo Rama, quæ eſt ſecus Bethlehem.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA DAVID PER D. ISIDORVM Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

DAVID Rex & propheta, ortus de germine Iuda, filius Ieſſe, natus in Bethlehem, puer paſtor inter fratres ætate iunior, mente præſtantior, a Domino in Regno uocatus, a propheta unctus in Regem, belliger iuuenis, in certamine ſingularis, in triumpho glorioſus, uincendo ueteranus, patiens in aduerſis, prudens in periculis, in peccato proprio dolens, in alieno funere lugens, pronus ad pœnitentiam, uelox ad ueniam, in cōuitĳs mitis, ad miſericordiam facilis. Qui inimico Regi, dum poſſet, non nocuit: nec tantum reſeruauit traditum, ſed & uindicauit occiſum. Hic Leonem & Vrſum ſine gladio interfecit. Citharæ ſuauitate immundum ſpiritum depulit, gigantes expugnauit. Igitur quadrageſimo Regni, ac ſeptuageſimo ætatis anno diem uitæ ſupremum cōſumauit. Sepultus eſt in ciuitate ſua Bethlehem, quæ uocatur Ephrata. Ibi etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt natus. Ibi & Rachel cum Beniamin peperiſſet, occubuit. Ibi etiam & ſepulchrum patris Dauid oſtenditur. Eſt autē hic locus in tribu iuda, ſexto ab Hieruſalem miliario contra meridiem, itinere quo pergitur contra Hebron.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS NATHAN PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum ſcripta.

NATHAN eiuſdem ferè temporibus, quibus Dauid, in lucem æditus, propheta, ex proſapia Thoch, popularis autē urbis Galilææ Gabath, in lege Domini Dauidem inſtituit. Præſciebat autem Nathan ille propheta, quòd Rex Dauid in Berſabeæ ardore plus æquo tranſgrederetur. Curriculo igitur, Gabath relicta, Hieroſolymam contendit, quo eundem à tanto facinore Regem abſtraheret. Sed ecce impedimento fuit Beliat illi: Nam cum exanimem eum in itinere, tam nudum, ꝙ̄ ex matre, reperiſſet, tantiſper cunctatus eſt, 1 quòd terræ mandaret, ne indignis admodum modis corpus hominis ab animalibus brutis, ac beluis dilaniaretur. Eadem tum nocte Nathan agnoſcebat, quòd Dauid Rex flagitium ſeſe planè indignum iampridem deſignauerat. Quare mœrens, magnaꝗ́ lamentatione reuerſus, Gabath repetit.

1 Habes & ex hoc loco ſepelire mortuos eſſe opus pietatis, & ſepulturam non eſſe neglıgendam.

Vbi uerò Vrias Berſabeæ maritus a Dauide peremptus eſt, legauit Deus ad eum Nathan, ut grauiter Regē de piaculo corriperet, & caſtigaret,

ret. Tunc demum Dauid in ſeſe deſcendens, ingenti formidine percuſſus in Dominum uehemẽtius ſperauit, quod illi nunc manifeſte perpetratum ſcelus diſplicere animaduerterat. Sentiebatque Dauid Rex, ſpiritu Dei ſancto Nathan afflatum eſſe prophetã. Honorabat itaque & uenerabatur hominem, tanquam numen aut ſanctum Dei. Ipſe uero Propheta ſenio cõfectus deceſſit, & in Gabath ſuo tumulatus eſt agro.

ITEM VITA NATHAN PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

NATHAN Propheta ex Gabaonitis, qui legem Dei Dauid Regem docuit, & peccatũ, quod eſſet in Berſabeę præuaricatus, manifeſtauit. Hic etiam, quod non ædificaret Dauid templum Domino, prædixit. Hic Salomonem unxit, & principem conſecrauit. Obijt autem ſenex in terra ſua, 2 ſepultuſque eſt cum magna dignitate.

2 Ecce & hic ſepulturam ſolennem.

VITA ET MORS ACHIÆ SELONITÆ per Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

ACHIAS Selonites è Selon oriundus, ex tribu habebatur Iuda, priſcum ubi contueri illud erat arcæ tabernaculum, ex Armethen, Heli ſacerdotis oppido. Hic eſt ille propheta, qui ſuper Salomone Dauidis filio loquutus eſt, quod futurus eſſet aliquando Dei aduerſarius. Quique increpauit Hieroboam, quod ſuſcepto olim principatu, dolo & fraudulenter foret acturus cum Domino, Viſum nanque ſuis apparuit oculis, Par boum peſſundare populum, in quem ſacerdotes impetum facere uidebatur. Cæterum uaticinatus eſt Salomoni, futurum ut muliebre genus alienaret ipſum a Domino. Item ingenuè dixit ad Hieroboam: Te par buccularum auertet olim a Domino, & erit in ſeruitutem tua propago. Vitam porrò Achias in mortem commutauit, & haud procul a quercu ea, quę in Selon exiſtit, poſtremum honorem, & monumentum ſortitus eſt.

ITEM VITA ACHIÆ PER D. ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ACHIAS Selonites de ciuitate Salomonis Regis, prædixit, quod per mulierem a mandatis Domini declinaret. Mortuus eſt Achias, & ſepultus iuxta quercum in Silo.

VITA ET MORS AZARIÆ PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri epiſcopum deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

AZARIAS Propheta domo quidem & genere de Symphata fuit. Is eſt qui precibus ſuis auertit captiuitatem, quam Iuda machinabatur in Hieruſalem. Cæterum ſuper aduentu Domini uaticinatus eſt haud pauca. Obdormiuit in Domino, & in patria ſua humatus eſt.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ITEM VITA AZARIÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

AZARIAS In terra oritur Sabbatha. Mortuus eſt atque ſepultus in agello ſuo.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS IOAM PROPHETÆ per Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

IOAM Propheta oriundus è Samaria, cõtuſus in uia a leone, fato eſt functus. Is eſt ille, qui Hieroboam, ꝓpter aureas, quas erexit, iuuencas, corripuit; quiq; eiuſdem hoſtias, ſacrificiumq; è medio ſuſtulit, & abrogauit. Cum autẽ ob hoc Hieroboam eum pulſare conaretur, ſublata in prophetam dextera, confeſtim arida eius facta eſt manus. Poſt hæc Ioam prophetę falſò propheta impoſuit. Nam cum eſſe panem, tum undam potare impulerit, & egredientem perſundedit, et contudit eum, (in quem inciderat) leo; aſinam autem ſuam nulla affecit iniuria. Solo autem redditus eſt in Bethel iuxta pſeudoprophetam. Cum uerò paucis poſt diebus animam pſeudo quoq; ꝓpheta ageret, iurauit ſacerdotibus, ꝙ unà cum Ioam propheta ſepeliri affectaret, eo ꝙ illi uerba dediſſet, & in reſurrectione iuſtitia ab unoquoq; exigatur. Ita uterq; in eodem ſunt monumento cõditi.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA ABDO PROPHETÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Si hic ille idem ꝓpheta eſt cum ſuperiori, fuit binominis.

ABDO In Samaria natus. Hic eſt, qui ad Hieroboam immolantẽ uitulos miſſus, in ſermone Domini uenit, eumq; arguit immolantẽ. Hunc ad propria reuertentem leo in uia ſtrangulauit. Sepultuſq; eſt in Bethel, & propheta ille, qui eum fefellerat.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS HELIÆ PROPHETÆ, per Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

HELIAS Propheta ex Thesbis exiſtebat, è continente Arabum, de tribu Aaron Leuita. Morabatur autem in Galaad, quoniam Thesbis erant ædes ſacerdotibus conſecratæ ac deſtinatæ. Quem cum eniteretur parẽs eius, eiuſmodi Sobac patri uiſio apparuit. Viri uineũ quendam prę ſeferentes habitum puſionem ſalutabant, matriſq; uberibus in ignem euellebant, quin et flammam ignis cibi loco miniſtrabant. Profectus eſt itaq; in Hieruſalem genitor, uiſaq; ad ſacerdotes retulit. Reſpondit autem illi Crematiſmus, hoc eſt oraculum, ſiue reſponſor; Caue manifeſtum facias; Erit quippe lumen filij huius domicilium, ſermoq; eius demonſtratio ac ſententia, & iudicabit Iſrael, cum in igne, tum romphea. Hic eſt ille Helias, qui ter ignem è cœlo deduxit, quiq; imbrem ſua lingua geſtauit, mortuos item ſuſcitauit, & in cœlum denique nimbo, ſeu turbine ignis aſſumptus eſt.

ITEM VITA HELIÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patrib. ueteris teſtamenti.

HELIAS, Qui iterpretatur Dominus Deus, Thesbites, ſacerdos magnus, atq; propheta, habitator ſolitudinis, fide plenus, deuotione ſummus, in laboribus fortis, in induſtria ſolers, excellenti ingenio prœditus, in exercitatione diſtrictus, in diſciplinæ ſanctæ meditatione aſſiduus, metuq́; mortis intrepidus. Verberauit tyrannos, ſacrilegos interfecit, multiſq́; ſignis uirtutum effulſit. Triennio ſiccitate clauſit imbribus cœlum. Orauit 1 rurſum, & cœlum dedit pluuias. Mortuum mulieris filium ſuſcitauit. Cuius uirtute hydria farinæ non defecit, & uas olei perpetuo ſōte manauit. Cuius uerbo ſuper ſacrificia ignis de cœlo uenit. Duos quinquagenarios cum militibus cœleſti igne combuſſit. Iordanem tranſiens, tactu melotis obrupit aquas. Poſt hæc igneo curru in cœlum raptus aſcendit, uenturus, iuxta Malachiam prophetam, in fine mundi, præceſſurus Chriſtum, annunciaturus ultimum eius aduentum, cum magnis uirtutibus prodigijſq́; ſignorum, ita ut bellum gerat Antichriſtus aduerſus eum et Enoch, qui cum eo uenturus eſt, & occidet eos. Cadauera uerò eorum tribus diebus & ſex horis in plateis inſepulta iacebunt. Dehinc ſuſcitati a Domino regnum antichriſti plaga magna percutient. Poſt hæc ueniet Dn̄s, & interficiet antichriſtum gladio oris ſui, & eos qui adorauerunt eum; Et regnabit Dominus cum omnibus ſanctis ſuis in æternum.

1 *Vide quomodo oratio omnia impetret a Deo.*

VITA VIDVÆ SAREPTANÆ QVÆ Heliam prophetam pauit, per D. Ambroſium ſcripta.

Excerpta eſt ex libro eiuſdē de uiduis circa principium.

TEmporibus illis quibus fames omne genus urgebat humanum, Helias ad uiduam deſtinatus eſt. Et uide quemadmodum propria ſingulis gratia reſeruetur. Angelus ad Virginē, propheta ad uiduam. Adde quod Gabriel ille, hic Helias, ut ex angelorum & prophetarum numero præſtantiſſimi principes uideantur electi. Sed non ſimplex uiduitatis laus eſt, niſi uirtus etiam uiduitatis accedat. Nam utiq; multæ uiduæ, ſed una omnibus antefertur. In qua non tam cæteræ reuocantur abſtudio quam uirtutis prouocantur exemplo.

Sollicitas igitur aures præſagio facit, quamuis ſimplicitas intellectus ipſa moralis ſit, quæ ad uirtutis exemplum uiduas cohortetur, quia non profeſſione, ſed merito uidetur unaquæq; præſtare, & hoſpitalitatis apud Deum gratiam non perire, qui potum aquæ frigidæ, ſicut in Euāgelio ipſe memorauit, præmio 1 æternitatis remuneret ampliſſimo, & farinæ breuis oleiq́; menſuram, indeficienti affluentium copiarum ubertate compenſet. Nam ſiquis de gentilibus dixit, communia omnia amicorum eſſe debere; quāto magis debent eſſe cōmunia cognatorum. Cognati enim ſumus, qui in unam ſeriem corporis copulamur. Sed tamen non præſcripto quodam hoſpitalitatis fine concludimur. Cur enim proprium id quod in ſeculo eſt putes, cum cōmune ſit ſeculum? Aut cur priuatos terræ deputes fructus, cum terra cōmunis ſit? Reſpicite, inquit, uolatilia cœli, quoniam non ſerunt neq; metunt, Etenim quibus nihil eſt proprium, nihil deeſt. Et ſententiæ ſuæ Deus arbiter nouit ſeruare promiſſum.

1 *Si deus remunerat qui potum aquæ frigidæ dederit ampliſſimo æternitatis præmio, ergo opera noſtra regnum cœlorū merentur. Quod utique uerum eſt, cum ex parte diuinæ promiſſionis, tum ex ra*

dice operum ipſorum qua pceſſerunt, nempe ſpirituſſancti gratiæ.

Denique aues non congregant & redundant, quia pater cœleſtis paſcit illas. Nos autem generalis monimēta ſententiæ ad uſus proprios deriuantes: Omne, inquit, lignum quod habet in ſe fructus ſeminis ſatiui, erit uobis in eſcam, & omnibus beſtijs, & omnibus auibus, & omnibus ſerpētibus ſuper terram, congregando egemus, & congregando euacuamur. Non poſſumus enim ſperare promiſſum, qui non ſeruamus oraculum. Salubre eſt igitur præceptum quoq; hoſpitalitatis aduertere, ut hoſpitibus deferamus, quia nos quoq; ſumus hoſpites mundi.

Quam uero ſancta uidua, quæ cum fame urgeretur extrema, uenerationem Deo debitam reſeruabat. Nec ſolum ſibi uſurpabat alimēta, ſed cum filio diuidebat, ne caro pignori ſuperuiueret. Magnum pietatis officium, ſed religionis uberius. Nam ſicut neminē filio oportuit anteferri, ita propheta Dei, & filio præferri debuit & ſaluti. Cur non exiguum uictum, ſed uitæ ſuæ omne ſubſidium exiſtimanda eſt detuliſſe, quæ nihil reliquit ſibi, tam hoſpitalis ut totum daret, tam fidelis, ut cito crederet.

Habetur in ſermone decollationis ſancti Ioan. Baptiſtæ. To. 1. fol. 342.

ITEM VITA MVLIERIS SAREPTANAE, VIduæ quæ Heliam Prophetam pauit, per D. Ioannem Chryſoſtomum Epm̄ Conſtantinopolitanum ſcripta.

MVlier bona & hoſpitalis fuit beata Sunamitis, quæ uirum ſuum deprecata, manſionem ædificauit Eliſeo, ut præteriens & diuertens ad eos, quod facere conſueuerat, ſecretum haberet refectionis locum: poſuit ergo ei lecticam, ut ſcriptura declarat, & lucernam, & menſam. Lectum uero non utiq; uacuum tegumentis, ſed habentē competentia ſtrato indumenta. Et lucernam non ſine oleo, ſed cum ſtuppa, & oleo habentem lumen. Et menſam non ſine panibus, ſed ornatam cibis neceſſarijs. Quid autem? Digne dicimus & beatam illam uiduam, quæ ſuſcepit prophetā Heliam, quam in nullo impediuit rerum inopia, diuitem bona uoluntate, cui non erat neque frumentum, neq; uinum, neq; pulmentarium, neq; aliud ullum terreſtris alimoniæ genus, ad paupertatis exhauſtæ conſolationem. Non ager illi frugifer ſemen panis præbebat, non uinea prædulci fluentibus uuam racemis de uite uberem miniſtrabat, non arbor fructum pomi ſuauiſſimum ramis felicibus afferebat, non ei palmo terræ ad arandum locus proprius erat, neq; uel cubiti ſpatium adminiculabatur: ſed ſemper in tempore meſſis procedens in campos, & lento incuruata progreſſu, raras ſegetis abſciſſæ reliquias ſcrutabatur, & reſiduas uel caducas progreſſis meſſoribus ſpicas, breui gremio colligebat, in quo uelut dimiſſa ſibi æſtimatione numeratam, pro anni ſpacio reponebat annonam.

Ad hanc igitur uenit Helias in tempore famis, quando totus in defectu, ſiccitate pluuiarum pene aruerat mundus, & inopia ingentis tabefactis animantibus uictum negabat: quando cœlum aſtiuo igne exaruerat, terra & craſſus aēr nebuloſis uaporibus caligabat, ſubductisq; imbribus nubila refrenata pendebant: quando non herbe, non flores, neq; ulla germina pullulabant, quando flumina tenuata hyemis algore, aluei breuitas agebat, & fontium uberatos riuos ſol diuturno ardore reſtinxerat. Tunc ergo Helias uir cui totus erat mundus inferior, ad illam inopem uiduam uenit. Noſtis fratres ſolitas uiduarum anguſtias, & omiſſis propheta diuitibus,

qui etiam in tempore famis ſolent panibus abundare deſcendens ad iſtam pauperem uenit.

Quare ergo uir ille, qui in uerbo ad ignem de cœlo eduxerat, non ſimiliter ipſe ſibi panes depoſuit? Nunquid non poterat? Vtiq; poterat. Sed non hoc facit, ne præparata ad bonum opus uidua, hoſpitalitatis mercedibus priuaretur, ut ad illam modicum pugillum farinæ, & ſtillicidium olei more prophetæ ſuſcepti uiduæ domus multiplicata benedictione rependeret: non enim pro ſua tantum requie ad eam miſſus eſt propheta, ut ab inope paſceretur: quantum ut egentem paſceret, & ut manifeſtaret occultum in corde bonæ illius uoluntatis affectum.

Hoc fecit etiam ipſe dominus, qui poteſt ſanctos ſuos omnes qui ſunt in hoc mundo per ſemetipſum ſufficienter alere, continet tamen manũ ſuã ab impendio miniſtrandi, ut ad bonum promptas mentes in tempore neceſſitatis de fructibus humanitatis oſtẽdat, & animarum affectiones, operũ qualitate diſcernat. Quod ſi non fuerint digni, aut uolentes, qui ſanctos dei ſuſcipiant, tunc eos dominus, aut ſicut Heliam per aues paſcit in monte ſecretum, aut per prophetam aliunde tranſmiſſum, ſicut Danielem in lacu leonum, aut per maritimum animal, ſicut Ionam per cetum: aut ipſe per ſemetipſum deus paſtor alimenta præſtat, ſicut patribus noſtris in deſerto. Cum enim non eſſet in ſolitudine qui ſuſciperent filios Iſrael, de cœlo manna eſurientibus dominus miniſtrabat, & de petra aquam ſitientibus educebat. Cum ergo in hoc mundo iuſti & iniuſti permixti uerſantur, nũc interim ſanctos ſuos tribulationem, & inopiam adeo ferre permittit: quatenus uolentibus opera pietatis, & humanitatis exercere, gratiam non abneget dominus, & per præſentia & terrena beneficia theſaurizent, ſibi æterna & cœleſtia.

Abijt ergo beatus Helias ad illam uiduam præſentibus facultatibus inopem, non ampliusquam pugillum farinæ habẽtem. Quo ſumpto, eſſet ſine dubio fame cogente cum filijs ſuis moritura: ad quem ait propheta, Affer mihi, ut bibam modicum aquæ in uaſculo. At illa mox abeunte poſt tergũ eius iterum clamans, ait, Affer mihi & ponam in manu tua. Illa ſimpliciter quod habebat confeſſa eſt, dicens, Viuit dominus ſi eſt in repoſitione, niſi hoc modicum farinæ, & exiguum olei. O rem laudabilem, quod in tanta eſcarum penuria, ipſum modicum, quod ei reſiduum erat, non denegauit: o deteſtanda & inſatiabilis hominum auaritia. Quanti uero nunc, qui aurum, & argentum uelut lutum habent, cum rogantur, ut indigentibus opem præſtent, uel ad tempus pro neceſſitate cõmodent, renuunt, & non habere ſe iurant: aut ſi quando per multas obſecrationes flectantur, ut præſtent, ſcripturas & cautiones ordinant, & præiudicia quædam ferro duriora confingunt. Et illis mutuantibus, manum primum callidis conſcriptionibus ligant, inſuper fideiuſſores, & interuentores fœnoris cõmodati accipiunt. Illa autem paupercula noſtra ab una uoce quod poſtulata eſt, habere non negauit, palmulam illam farinæ.

Et quid ad illam propheta reſpondit? Feſtina, inquit, & fac ſubcinericium panem, primum mihi, & poſtea tibi & filijs tuis. Tentatio erat uerbum prophetæ, probatio cordis, examinatio uoluntatis. Et erat ſicut in libra poſitũ prophetæ, & beatæ uiduæ cor. Quod in prophetici ſermonis imperio, quaſi quæſtionis tormentorum interrogabatur, & anceps in

utrunq; pendebat,qua urget uoluntatem,ſi ſibi potius & filiȷs conſuleret, an prophetę imperio obediret. Verum illa elegit ſe potius & filios ſuos an guſtare,quam dei prophetam remere, atq; illi potius de inopiæ ſuæ reſidua refectione parare. Et illa quidem necdum Chriſtum loquentē, ut nos monentem, audierat, ita dicentem, qui ſuſceperit prophetam in nomine prophetæ,mercedem prophetæ accipiet: Et,qui potauerit ſitientem calice aquæ frigidę in noie diſcipuli,amen dico uobis,nō perdet mercedē ſuā.

Quid eſt autem quod propheta ait,Feſtina?nunquid tantum eſuriebat, ut indifferenter feſtinatione mulieris indigeret?Non utiq;. Sed doceri illā uoluit,prompto animo, & feruenti ſpiritu, & hilarem, & manu paratam ad boni operis effectum,non es triſtitia,& tāquam ex neceſſitate præbentem. Hilarem enim datorem diligit Deus. Feſtina,inquit,& fac primum mihi. Sicut Abraham in angelorum aduentu ad boues feſtinauit,& uitulum ad eorum prandium detulit: & ſicut Sara feſtinauit ad panes ſubcinericios faciendos, ut acciperet illum in cœlis abſconditum panem, feſtina, & fac ſicut Abraham hoſtias Deo. Non primum tibi,& poſtea mihi:non Sicut Cain,& Ophni,& Phinees,filiȷ Heli ſacerdotis:qui deſpiciebant honorem Dei,primum ſibi ſacrificiorum primitias eligentes ex omnibus donis,quæ Deo offerebantur.

Illa ergo uidua quod imperatum eſt ei a propheta, feſtinanter effecit, & fructum ſuum feſtinanter impleuit, prouidens locupletem eſſe fructū operantibus in Deo repoſitum. Propheta uero præparationem uiduæ ſuſcepit,guſtauit,locutus eſt,& domum eius omnibus bonis repleuit. Hęc,inquit,dicit ſpirituſſanctus. Non deficiet farina hydriæ, & oleum de capſace,donec det Dn̄s pluuiam ſuper terram. Et quare uſq; illud temporis finem benedictionis dedit. Neceſſario utiq;. Oportebat enim nouam gratiam ſicut pluuiam ſuperuenire in terram,& ueterem legem accipere terminum,& conſequens eſt opus uerbo. Videtis ergo quomodo hoſpitalitatis mercedes benedicta uidua conſequenter recepit. Bonorũ enim laborum fructus glorioſus eſt apud Deum,& inconcuſſa radix prudentiæ.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS ELISEI PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

ELISEVS Propheta erat ex Abelmuth, de ſolo Rubim, quo ſuper huiuſmodi cōtigit miraculum: Quod ſimulatq; ſatus eſt in Galgalis, Bos illa aurea in Selon clamore tam acuto uociferata eſt, ut auribus acciperetur Hieroſolymis. Expoſuit tunc prodigium ſacerdos: Hæc,inquit,argumento ſunt,prophetam hodie in lucem eſſe editum,qui cōminuet ſculptilia,& confringere,& euertet conflatilia. Prodigia porrò innumera Deus per manum Eliſei deſignauit. Cæterum carnis debitum ſoluens,in Sebaſtopoli Samariæ,ſupremo honore affectus eſt. Vaticinatus eſt autem de aduentu Chriſti:& aquas in Hierico ſteriles,quę amaræ ſunt admodum,medendo dulcorauit,addens: Hæc,inquit Dominus,ſanabo aquas iſtas: confeſtimq; ſanatæ ſunt in hanc uſq; lucem hodiernam. Quin & exanimatis etiam uitam reſtituit. Leproſum item Naaman Syrū a lepra uindicauit. Giezi contra puerum ſuum leproſum reddidit. Et ubi iam efflaſſet animam,extinctum tanquam ab orco reuocauit.

ITEM VITA ELISEI PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de P tribus ueteris teſtamenti.

ELISEVS Heliæ diſcipulus ex Anathot oppido, ex tribu Ruben. In cuius ortu aurea uitula in Galgalis mugitum dedit, eiuſq; uox in Hieruſalem pertonuit. Tunc quidam paraſagus uates dixit: Hodie in Hieruſalem natus eſt propheta, qui cuncta eorum deſtrueret idola. Hic gemino Heliæ glorificatus ſpiritu, plurimis atq; magnis uirtutum ſignis emicuit. Iordanis trãſitu ſuo diuiſus, refrenatis undis, retro cõuertit aquas. Hierico ſterilem, dimiſſo uaſculo, ad fœcunditatem perduxit. Pueros inſultantes ſibi uerbo, beſtijs credidit repente uoratum. Sanguineas aquas in necem hoſtium decurrere fecit. Item ſterilem conceptione uerbo fœcundauit, eiuſq; filium mortuum ſuſcitauit. Ciborum temperauit amaritudinem. Deniq; ex decem panibus plebem ſaturans, reliquias collegit. Naaman a lepræ ſtigmatibus lauacro Iordanis purgauit. Lepra quoq; maledictum aſperſit diſcipulum. Ferrum ſecuris in Iordanem merſum, ligno in aquam miſſo, ſupernatare cœpit. Hoſtes Syriæ cæcitate percuſſit. Mortem incredulo prædicauit. Flagrorem quadrigarum fugauit. Hoſtiũ obſidionem diſperſit. Famem repulit. Poſtremo 1 poſt mortẽ exanimi cadaueri uitã dedit. Cuius ſepulchrum uſq; hodie in Sebaſtia ciuitate oſtenditur, honore ſatis dignum, & digna habitum ueneratione.

1 Si Eliſeus mortuus mortuum ſuſcitauit, non attendas hæretice ſanctorũ cineres, fauillas, oſſaue tempore conſumpta, ſed diuinã uirtutem, & ſpiritusſancti gratiã in eis radiantem & coruſcantem.

VITA HABVTHÆ IEZRACLITÆ PER DIVVM Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

Habetur in libro tertio officiorum eius Cap. 9.

QVÆ Sancto Habuthæ fuit cauſa mortis, niſi honeſtatis contẽplatio? Nam cum ab eo uineam Rex poſceret, pecuniam daturũ ſe pollicens, indecorum precium pro paterna recuſauit hæreditatæ, maluitq; morte declinare huiuſmodi turpitudinẽ. Non mihi (inquit) fiat a Dño, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum. Hoc eſt, tantum mihi opprobrium non fiat, non permittat Deus tantum extorqueri flagitiũ. Non utiq; de uitibus dicit, Neq; enim de uitibus curu eſt Deo, neq; de terreno ſpacio, ſed de iure loquitur patrum. Potuit utiq; & aliam uineam de uineis regis accipere, & in amicis eſſe, in quo non mediocris ſeculi huius utilitas æſtimari ſolet, ſed quod turpe erat, iudicauit non uideri utile, maluitq; periculum cum honeſtate, quam utilitatem cum opprobrio. Vulgarem utilitatem loquor, non illam in qua etiam honeſtatis gratia eſt.

Deniq; & ipſe Rex potuit extorquere, ſed impudens arbitrabatur, ſed occiſum doluit. Dñs quoq; mulieris immanitatem, quæ honeſtatis immemor, turpe antetulit lucrum, Congruo ſupplicio plectendam annunciauit. Turpis eſt itaq; omnis fraus.

ITEM DE EODEM PER EVNDEMMET Diuum Ambroſium Epiſcopum.

Eſt caput primum libri eiuſdem de Habuthu Iezraelita.

HABVTÆ Hiſtoria tempore ueteris eſt, uſu quotidiana. Quis enim diuitum nõ quotidie concupiſcit aliena? Quis opulentiſſimorum non exturbare cõtendit agellulo ſuo pauperem, atq; inopem

auiti ruris eliminare finibus? Quis contenſus eſt ſuo? Cuius nō inflammat diuitis animum uicina poſſeſſio? Non igitur unus Achab nauis eſt. Sed quod peius eſt, quotidie Achab naſcitur, & nunquā huic ſeculo moritur. Si unus occidat, aſſurgunt plurimi, plures qui diripiant quam qui amittāt. Non unus Nabuthę pauper occiſus eſt: quotidie Nabutę ſternitur, quoti die pauper occiditur.

Hoc metu percitum humanum genus cedit iam ſuis terris, migrat cum paruulis pauper onuſtus pignore ſuo, ſequitur uxor illachrymans, tanquā ad buſtum proſequatur maritum. Minus tamen deplorat illa, quæ deflet ſuorum funera, quia & ſi amiſit coniugis præſidium, ſepulchrū patet, & ſi filios non tenet, tamen exules non dolet, non ingemit grauiora funeribus teneræ prolis iniuria.

Quouſque extenditis diuites inſanas cupiditates? Nunqd ſoli habitabitis ſuper terram? Cur edicitis conſortem naturæ, & uindicatis poſſeſſionem naturæ? In cōmune omnibus diuitibus atque pauperibus terra fundata eſt, Cur uobis ius proprium ſoli diuites arrogantis? Neſcit natura diuites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum ueſtimentis naſcimur, nec cum auro argentoque generamur, Nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo, nudos recipit terra, quos ædidit, neſcit fines poſſeſſionū ſepulchro includere, ceſpes anguſtus æque & pauperi abundat & diuiti, & terra quæ uiuentis non cœpit affectum, iam diuitem capit, Neſcit ergo natura diſcernere quando naſcimur, neſcit quando deficimus. Omnes ſimiles creat, omnes ſimiles gremio claudit ſepulchri.

Quis diſcernat ſpecies mortuorum? Redaperi terram, & ſi potes diuitem deprehende, Eruderato paulopoſt tumulum, & Si cognoſcis egentē argue, niſi forte hoc ſolum quod cum diuite plura pereunt. Sericæ ueſtes & auro in texta uelamina, quibus diuitis corpus ambitur, damna uiuentium, non ſubſidia defunctorum ſunt, Vnguentum accipis diues, poſt mortuus es, & fœtidus es, perdis alienam gratiā, nec acquiris tuam. Hæredes relinquis qui litigent cum hæredibus, relinquis depoſitum magis hęreditarium, quam cōmodum uoluntarium, qui quod relictum eſt minuere ac uiolare formident, Si frugi hęredes ſunt, cuſtodiunt, ſi luxurioſi exhauriūt. Itaque aut bonos hęredes perpetua condemnas ſollicitudine, aut malos di mittis, quo tua facta condemnent.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA IOB PER D. ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

IOB filius Zare de Boſra, Rex Idumeorum quartus poſt Eſau, ſucceſſor Bale filiј Beor, homo gentilis, fidelis, ſtabilis, humilitate ſummus hoſpitalitate pręcipuus, in diſciplina māſuetus, in eleemoſynis largus, diues in cenſu, exemplum factus egenis, locuples in liberis.

Quibus repente orbatus, tentationi traditur, ſed contra tentationē fide religionis armatus, fit glorioſus in certamine, æquanimis in dolore, damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporiſque uulnera patienter excepit, et inter ſupplicia ſemper deum glorificauit, mala ſua ſapienter ſuſtinuit, coniugis uerba & amicorum ratione ſuperauit. Pro tanta uirtute ſapientiæ, duplici in fine ſubleuat remuneratione, & poſt rerum caſum mul-

tiplici claritate donorum. Nã poſt noctis triſtitiam diem genuit. Poſt fœtorem ulcerum caſſiæ odore fragrauit: ſed & poſt abiectionem eorum in unctione Regni promeruit, & ſtibium in acceptum laudis aſſumpſit. Vixit autem poſt plagam centũ ſeptuaginta & octo annis, & mortuus eſt, atq; ſepultus in regione ſua. Hunc uero Hebræi aſſerunt non fuiſſe de genere Eſau, ſed de Nachor fratris Abrahæ deſcendiſſe ſtirpe, & fuiſſe eum temporibus Patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius ſtirpe Iob creditur generatus, ſecundum quod in exordio uoluminis eius notatur, inquiens: Vir erat in terra Hus, nomine Iob.

VITA SANCTI IOB PER D. ZENONEM Epiſcopum Veronenſem ſcripta.

Eſt ſermo. 16. libri ſecũdi ſermonũ eius.

SACRÆ hiſtoriæ, fratres dilectiſſimi, ad hoc nobis eſt tradita legenda narratio, ut maiorum, ſi fieri poteſt, ſaltem aliqua ex parte mores imitemur, ſi non poſſumus imitari uirtutes. Tanta enim probitate uixerunt, ut pars felicitatis ſit noſſe quid fecerint.

Igitur Iob uir fuit iuſtus & uerax, ab uniuerſis cõcupiſcentijs huius mũdi ſegregatus: conuerſatione lipidus, mente limpidior, uſq; adeo circunſpectus, atq; irreprehenſibilis, ut dei ſit teſtimonio collaudatus. Vnde non immerito beatus beata uita fruebatur. Nanque erat illi ſplẽdidiſſima domus, diues cenſus, diues quoq; numerus liberorum, et quod eſt parentibus gratum utriuſq; ſexus, & inuicem ſe amantium: 1 quorum pro numero deo diuturnas hoſtias offerebat. Tanto autem puritatis & fidei erat muro munitus, ut non auderet eum attentare diabolus, niſi a deo iuſſus.

1 Ecce in lege naturæ ſacrificiũ. Quare ergo lex gratiæ nullũ habebit ſacrificium? Habet profecto, & illud eſt Miſſa, cum cætera oĩa ſpiritualia & in æterna ſacrificia cõmunia ſint omni legi & tempori.

Iam hic cõſiderate, fratres, quẽadmodum ſæuierit incitatus, qui ferri nõ poteſt blandus. Igitur famigerabile committitur prælium, illinc diabolus horrendum totis intonans armis, miniſtriſq; inſuper ſuis in auxilium concitatis, terribili increpans tuba prædonum, quæ corda face furiali ſuccenſa, impetibus crebris paſſim totas hominis dei facultates inuadit. Subito rapina, igne, ferroq; uniuerſa uno momento diſperdit. Hinc Iob alta fidei radice robuſtus, tot nuncijs lugubribus tunditur, nec mouetur, ſed tantum benedicit deum, facultateſq; ſuas contemnendo cuſtodit.

At ubi diabolus aggreſſuris tantis nihil te profeciſſe cognoſcit, omnem impietatis ſuæ rabiem in filios eius effundit. Nam cum ſolito more unanimes unà epularentur in domo, ſubito concuſſis toto nixu quatuor angulis eius, in confuſam molem parietibus tectiſq; labentibus, illam ſanctiſſimam fratrum cohortem ſepelit anteq; iugulet. Taleq; eſt cõmentus impietatis excidium, ut in illa unius funeris turba, paternus dolor non ſufficeret orbitati. Cum neſcit quem primum plangat, quem priorem inueniat, cui primum iuſtitiam crudi funeris ſoluat. Quo nuncio accepto, dei ſeruus ſcidit ueſtimenta ſua, non ut deo inuidiam faceret, ſed ut expeditius cum hoſte pugnaret. Contempſit deniq; in perditis facultatibus diuitem, diſſimulauit in amiſſis liberis patrem, in pœna ſui corporis iuſtum. Nanq; ſummo capitis a uertice uſq; ad imos ungues pedum, plaga inimici percuſſus, populeſis ulceribus non diſtinctum, ſed totus unum uulnus eſt factus.

Verumtamen in his omnibus nihil aduerſus deum improbe loquitur. Nõ uxori illicita ſuadenti ſuccumbit. Non amicis inſultantibus cedit, ſed

uictor crudelitatis & impietatis,in ſterquilinio fœtido ſcaturiente uermibus ſedet,quaſi nihil paſſus,ſed ſolo dei timore contentus.O' felix uir, qui mira patientia deum promeruit,diabolum uicit, ſanitatem recepit,facultates liberosq; ſuos non perdidit,ſed mutauit.Iob,quantum intelligi datur,fratres chariſſimi,Chriſti imaginem præferebat.Denique co nparatio inducat ueritatem.

Iob iuſtus dictus a deo eſt; ipſe iuſtitia,de cuius fonte omnes qui beati ſunt guſtarit.Ecce enim de ipſo dictum eſt,Orietur uobis ſol iuſtitię.Iob uerax eſt appellatus. Adeſt uera ueritas dominus, qui ait in Euangelio, Ego ſum uia et ueritas.Iob diues fuit.Et qd ditius domino,cuius ſunt omnes diuites ſerui,cuius eſt orbis totus, omniſq; natura, beatiſſimo Dauid dicente:Domini eſt terra,& plenitudo eius,orbis terrarũ, & uniuerſi qui habitant in eo.Iob diabolus ter temptauit.Similiter Euãgeliſta perhibente,& dominũ ter eſt tentare conatus. Iob facultates quas habuit, amiſit: & dominus cœleſtia ſua bona,amore noſtro neglexit; pauperemq; ſe fecit,ut nos diuites faceret. Iob filios furens diabolus interemit; & domini filios prophetas inſanus populus phariſæus occidit.Iob ulceribus maculatus eſt,& dominus ſumendo carnem, totius humani generis peccatorũ eſt ſordibus obſoletatus.

Iob uxor ſua hortatur,ut peccet,& dominum, ut corruptelam ſeniorũ ſequatur,ſynagoga compellit.Iob amici ſui inſultaſſe perhibentur, & domino ſui ſacerdotes,ſui inſultauere cultores.Iob in ſterquilinio pleno uermibus ſedet; dominus quoq; in uero ſterquilinio,id eſt,in huius mundi cęno uerſatus eſt,inter ebullientes diuerſis ſceleribus ac libidinibus homines qui ueri ſunt uermes.Iob & ſanitatem recepit & facultatem, & dominus reſurgens non ſanitatem tantum,ſed immortalitatem in ſe credentibus præſtitit,dominiumq; totius naturæ recuperauit,ſicut eſt ipſe teſtatus dicens,omnia mihi tradita ſunt a patre meo.Iob uicarios filios genuit,dominus quoq; poſt prophetas filios,ſanctos apoſtolos procreauit. Iob beatus quieuit in pace,dominus autẽ manet benedictus in æternum ante ſecula,& a ſeculis,& in cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

Ex libro primo offi ciorum eius.Cap.19.

ITEM DE SANCTO IOB PER DIVVM Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem.

QVID Sancto Iob,uel in uirtute defuit,uel in uitio obrepſit?Quomodo laborem ægritudinis,frigoris,famis,pertulit? Quomodo deſpexit ſalutis periculum?Nunquid rapinis diuitiæ coaceruatæ, de quibus tanta inopibus affluebant? Nunquid auaritia, cenſus, aut uoluptatis ſtudia,cupiditateſq; excitauit?Nunquid trium regum iniurioſa contentio,uel ſeruorum contumelia in iram excuſſit? Nunquid gloria ſicut leuem extulit,qui imprecabatur gratia ſibi,ſi unquam uel non uoluntariam celauiſſet culpam,uel reueritus eſſet multitudinem plebis, quo minus annunciaret eam in conſpectu omnium? Neq; enim conſentaneæ ſunt uitijs uirtutes,ſed ſibi conſtant. Quis igitur tam fortis, quam ſanctus Iob?Cui ſecundus adiudicari poteſt,qui parem uix reperit?

VITA TOBIÆ PER D. ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in lib. eius de patribus ueteteris teſtamenti.

TOBIAS filius Annaniæ ex tribu Neptalin de ciuitate ciciel, quæ eſt in regione Galileę. Hic captiuus ductus eſt ad Salmanaſar Regẽ Aſſyriorum in Nininem. Vir in timore Dei ſummus, in opere ma gnificus, in 1 exequiarum curis deuotus. Qui dum mortuos ſepeliret, & & inopes paſceret, cæcitatem luminis incurrit, & poſt tenebras reſeratis oculis, lumen claritatis promeruit. Iacet in Niniue ſepultus in pace.

1 Si commendatur ſanctus Tobias de curis exequiarum & ſepultura mortuorum, Quare hæc damnantur hoc tempore a nouis hæreticis?

ITEM DE SANCTO TOBIA EX D. Ambroſio Epiſcopo.

Eſt caput primum libri eiuſdem de Tobia.

LECTO prophetico libro, qui inſcribitur Tobias, quamuis plene uobis uirtutes ſancti Prophetæ ſcriptura inſinuauerit, tamen compẽdiario mihi ſermone de eius meritis recenſendis & operibus apud uos utendum arbitror, ut ea quæ ſcriptura hiſtorico more digeſſit latius, nos ſtrictius comprehendamus, uirtutum eius genera uelut quodam breuiario colligentes.

Fuit uir iuſtus, miſericors, hoſpitalis, & ob uirtutes qbus præditus fuerat, ſubijt erumnam Captiuitatis quam ferebat humiliter atq; patienter, cõmunem magis iniuriam, quam priuatam dolens. Nec ſibi uirtutum ſuffragia nihil profuiſſe deplorans, ſed magis eam cõtumeliam minorem peccatorum ſuorum precio illatam arbitratus, meruit edictum, ne quem ex filijs captiuitatis mortuum ſepultum daret. At ille interdicto non reuocabatur magis quam incitabatur, ne deſerere officium pietatis, mortis metu uideretur. Erat miſericordiæ precium, mortis pœna. Talis flagitij deprehenſus reus, uix tandẽ per amicum potuit direpto patrimonio egenus & exul reſtitui ſuis. Iterum in his uerſabatur officijs, ſi quid alimenti foret peregrinum cum quo cibum ſumeret quærens.

Itaque cum a ſepulturæ feſſus reuerteretur munere, appoſitis ſibi edendis ſubſidijs, miſſo filio quærebat conſortem conuiuij. Dum conuiua accerſitur, nunciatis inſepulti corporis reliquijs, deſerebat, nec putabat piũ ut ipſe cibum ſumeret, cum in publico corpus iaceret examine, Hoc illi quotidianum opus, & magnum quidem. Nam ſi uiuentes operire nudos præcipit, quanto magis debemus operire defunctorum corpora? Si uiantes ad longiora deducere ſolemus, quanto magis in illam æternam domũ profectos unde iam non reuertentur? Ego, inquit. Iob ſuper omnem infirmũ fleui. Quis infirmior defuncto, de quo dicit ſcriptura alibi: Super mortuum plora? Eccleſiaſtes autem ait. Cor ſapientum in domo luctus, cor autem ſtultorum in domo epularum. Nihil hoc officio præſtantius, ei conferre qui tibi Iiam non poſſit reddere, uindicare a uolatilibus, uindicare a beſtijs conſortem naturæ. Feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detuliſſe produntur, homines denegabunt?

Tam Sancto feſſus officio Propheta dum requieſcit in cubiculo ſuo, cadenti de paſſerum nido albugine, cœcitatem incidit, nec conqueſtus ingemuit, nec dixit: Hæc merces laborum meorum. Fraudari magis ſe doluit obſequiorum quam oculorum munere, nec cœcitatem pœnam, ſed

impedimentum putabat. Et cum uictum mercede leuaret cõiugis, ne quid furtiuum domum ſuam intraret cauebat, uxor hœdum pro mercede acceperat. At ille plus honeſtati quam pietati conſulens cui ſua deerant, alimoniam cõmendauerat proximo ſuo, quã toto uitæ ſuæ tempore in tanta indigentia non popoſcit. Vix ubi ſe feſſum uidit & depoſitum ſenectute, inſinuauit filio, non tam cupiens cõmendatum repoſcere, quam ſollicitus ne fraudaret hæredem.

Quod igitur cõmendauit pecuniam, & non fœnerauit, iuſti ſeruauit officium. Malum eſt enim fœnus quo quæruntur uſuræ, ſed non illud fœnus malum, de quo ſcriptum eſt: Fœnera proximo tuo in tempore neceſſitatis illius. Nam Dauid ait: Iuſtus miſeretur & cõmodat, aliud illud fœnus iure execrabile, dare in uſuram pecuniam, quod lex prohibet. Sed Tobias hoc refugiebat qui monebat filium in præceptum domini prǽteriret, ut ex ſubſtantia ſua eleemoſynam faceret, non pecuniam fœneraret, non auerteret faciem ſuam ab ullo paupere, Hæc qui monet, condemnat uſuras fœnoris, ex quo multi quæſtum fecerunt, & multis cõmendare pecunias negocio fuit. Et quidem eam prohibuerunt ſancti: Quo grauius malum fœnus eſt, eo laudabilior qui illud refugit, Da pecuniam ſi habes, proſit alij quæ tibi ocioſa eſt, Da quaſi non recepturus, ut lucro cedat, ſi redditta fuerit. Qui non reddit pecuniam, reddet gratiam, ſi fraudaris pecuniam, acquires iuſtitiam. Iuſtus eſt enim qui miſeretur & cõmodat. Si amittitur pecunia, comparatur miſericordia. Scriptũ eſt enim: Qui facit miſericordiam, fœnerat proximo.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA IVDITH PER D. ISIDORVM Epiſcopum iſpalenſem ſcripta.

IVDITH Filia Merari de tribu Simeõ, magnanimis in gloria uirorum. Hæc pro ſalute populi morti ſe obtulit, nec trepidauit furorem Regũ. Nam dormitantem necauit principem ſuum, ſaluoq; pudore, ſuis ciuibus triumphalem uictoriam reportauit. Vixit annis centum & quinque. Sepulta eſt in Spelunca ſui uiri Manaſſe in ciuitate Bague, quæ eſt in tribu Iudà, inter Dothain & Balmoñ.

Eſt præfatio eius in eundem librum.

ITEM DE EADEM PER DIVVM Hieronymum Presbyterum ſtridonenſem.

APVD Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius autoritas ad roboranda illa quæ in cõtentionem ueniunt minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen ſermone conſcriptus inter hiſtorias computatur.

1 Ecce quõmodo ſacta œcumenica ſynodus eſt illa, quæ ſacros libros inter canonicas ſcripturas computat. Non poſſum me cohibere

Sed quia 1 hunc librum ſynodus Nicena in numero ſanctorum ſcripturarum legitur computaſſe: acquieui poſtulationi ueſtræ imò exactioni, & ſepoſitis occupationibus quibus uehementer artabar: huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum è ſenſu, quam ex uerbo uerbum tranſferens. Multorum codicum uarietatem uitioſiſſimam amputaui: ſola ea quæ intelligentia integra in uerbis Chaldæis inueniri potui, latinis expſſi: Accipite Iudith uiduam, caſtitatis exemplum: et triumphali laude, perpetuis

petuis eam præconiis declarate. Hanc enim non ſolum fœminis, ſed & uiris imitabilem dedit: qui caſtitatis eius remunerator, uirtutem ei talem tribuit, ut inuictũ omnibus hominibus uinceret, & inſuperabilem ſuperaret.

bere lector, quin ſtiuolam hic Eraſmi cẽſuram tibi indicem. Ait enim, Non affirmat Hiero. approbatum hunc librum in ſynodo Nicena, Sed ait, legitur computaſſe. O argutum Sophiſtam. Et quid eſt Synodum computaſſe librum in numero ſanctarum ſcripturarum, niſi illam approbaſſe, inter canonicos admiſiſſe, atque eccleſiis legendum ſua autoritate præſtitiſſe? Sicine bone uir piis lectoribus illuditur? Quod ſi Nicenæ ſynodi deliberatio non te permouit, quare non adhæſiſti uel Carthaginenſi Concilio. 3. Canone. 47. & Florentino ſub Eugenio quarto celebrato, necnon Innocentio primo, ubi hic liber in Canone ſanctarum ſcripturarum recenſetur? An forte parua tibi uiſa eſt tanti uiri autoritas, etiam ſi dicat tantummodo legitur?

ITEM DE SANCTA IVDITH PER D. Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem.

Habetur lib. 3. officiorũ diui Ambro. ca. 13.

ECce Tibi Iudith ſe offert mirabilis, quæ formidatum populis uirum Holofernem adiit, Aſſyriorum triumphale ſeptrum caterua. Quem primo formæ gratia & uultus decore perculit, deinde ſermonis circumſcripſit elegantia. Primus triumphus eius, quod integrum pudorem tabernaculo hoſtis reuexit. Secundus, q̃ fœmina de uiro reportauit uictoriam, fugauit populos conſilio ſuo. Horruerunt Perſæ audaciam eius. Vtiq; (quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) non expauit mortis periculum, ſed nec pudoris, quod eſt grauius bonis fœminis: non unius ictũ carnificis, ſed nec totius exercitus tela trepidauit.

Stetit inter cuneos bellatorum fœmina, inter uictricia arma, ſecura mortis. Quantum ad molem ſpectat periculi, moritura proceſſit, quantum ad fidem, dimicatura. Honeſtatem igitur ſecuta eſt Iudith, & dum eã ſequitur, utilitatem inuenit. Honeſtatis enim fuit prohibere, ne populus Dei ſe prophanis dederet, ne ritus patrios & ſacramenta proderet, ne ſacris uirgines, uiduas graues, pudicas matronas, Barbaricæ ſubiiceret impuritati, ne obſidionem deditione ſolueret; Honeſtatis fuit ſe malle pro omnibus periclitari, ut omnes eximeret periculo. Quanta honeſtatis auctoritas, ut conſilium de ſummis rebus fœmina ſibi uendicaret, nec principibus populi cõmitteret? Quanta honeſtatis auctoritas, ut Deum adiutorem præſumeret? quanta gratia, ut inueniret?

ADHVC DE SANCTA IVDITH PER eundem Diuum Ambroſium Epiſcopum.

Habetur in libro eius de uiduis.

SEd nec fortitudo bonæ uiduæ deeſſe conſueuit. Hæc enim uera eſt fortitudo, quæ naturæ uſum, ſexus infirmitatem, mentis deuotionem trãſgreditur. Qualis in illa fuit, cui nomen Iudith, quæ uiros obſidione fractos, perculſos metu, tabidos fame, ſola potuit a colluuione reuocare, ab hoſte defendere.

Etenim ut legimus, cum Holophernes ſucceſſu multorũ terribilis præliorum, intra muros innumera uirorum milia coegiſſet, armatis pauentibus, & de extrema iam ſorte tractantibus, extra murum proceſſit, & illo præſtantior exercitu quem liberauit, & eo fortior quem fugauit. Sed ut diſcas maturæ uiduitatis affectum, ſeriem ipſam proſequere ſcripturarum.

Ædibus enim uiri ſui quibus ille defunctus eſt,ueſtem iocunditatis depoſuit, mœroris aſſumpſit, per omnes dies intenta ieiunio, ſabbato tantũ & dominica,ſacratarumq́; temporibus feriarum non refectioni indulgẽs, ſed religioni deferens. Hoc eſt enim ſiue manducatis ſiue bibitis,in nomine domini Ieſu Chriſti agenda eſſe omnia,ut etiam ipſa refectio corporalis ſacro religionis cultui deferretur.

2 Diuturnis igitur mœroribus & quotidianis 2 roborata ieiunijs ſancta Iudith,quæ ſeculi oblectamenta non quæreret,periculi negligẽs, mortiſq́; contemptu fortior,ut cõmento strueret dolum,ueſtem illam iocunditatis,quam uiuẽte uiro ueſtiri ſolebat,ſe induit,quaſi placitura uiro ſi patriam liberaret. Sed utrum aliũ uidebat,cui placere quærebat. Illum utiq; de quo dictum eſt: Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt. Et bene coniugales pugnatura reſumpſit ornatus, quia monimenta coniugij arma ſunt caſtitatis. Neq; enim uidua alijs aut placere poſſet aut uincere.

Diuturnis mœroribus, & quotidianis roborata ieiunijs.

Quid cætera proſequamur,quod inter tot milia hoſtium caſta permãſit? Quid eius ſapientiam prędicemus,quod huiuſcemodi eſt cõmenta cõſilium,ut dum potentem elicit intemperantia,a ſe inferiores arceret,occaſionem pararet uictoriæ,abſtinentiæ meritum,pudicitiæ gratiam referuaret. Nec cibo enim ut legimus maculata nec adultero, non minus ſeruatæ caſtitatis ex hoſtibus reuexit trophæum,quam patriæ liberatæ.

Quid ſobrietatem loquamur? Temperantia enim uirtus eſt fœminarũ. Inebriatis uino uiris,et ſomno ſepultis,abſtulit uidua gladium,exeruit manum,bellatoris abſcidit caput,per medias hoſtium acies intemerata proceſſit. Aduertatis igitur quantum nocere mulieribus poſſit ebrietas,quando uiros uina ſic ſoluunt,ut uincantur a fœminis. Eſto igitur uidua temperans, caſta primũ a uino,ut caſta poſſis eſſe ab adultero. Nequaquam te ille tentabit,ſi uina non tentent. Nam ſi Iudith bibiſſet, dormiſſet cũ adultero. Sed quia non bibit,haud difficile ebrios exercitus unius ſobrietas & uincere potuit & eludere.

Nec dexteræ tantum hoc opus,ſed maiora trophęa ſapiẽtiæ. Nam manu ſolum Holophernem uiciſſet,cõſilio autem omniũ hoſtium uicit exercitum. Suſpenſo enim Holophernis capite, quod uirorum conſilio non potuit excogitari,ſuorum erexit animos,hoſtium fregit,ſuos pudore excitãs, hoſtes quoq; terrore percellens,eo quod cęſi ſunt & fatigati. Ita unius uiduæ temperantia atq; ſobrietas, non ſolum naturam ſuam uicit, ſed quod eſt amplius,fecit uiros etiam fortiores.

Nec his clara ſucceſſibus, cui utiq; gaudere & exultare licebat iure uictoriæ,uiduitatis reliquit officiũ, ſed contẽptis omnibus qui eius nuptias ambiebant,ueſtem iocunditatis depoſuit,uiduitatis reſumpſit,nec triumphorum ſuorum amauit ornatus. Illos exiſtimans eſſe meliores, quibus uitia corporis,quam quibus hoſtium arma uincuntur.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA ESTHER PER DIVVM ISIDOrum Epiſcopum Iſpalẽnſem ſcripta.

ESTHER Regina filia fratris Mardochæi, de ſtirpe Beniamin,captiua de Hieruſalem in urbe ſuſis tranſlata,atq; ob aſpectum formę perſpicuę uirginitatiſq́; excellentiam, Regis Perſarum connubijs co

pulata eſt. Hæc, ut populum ſuum a periculo liberaret, morti ſe obtulit, amicumq; Regis aduerſum populum Dei nepharia perſuadentem cruci tradendum perſuaſit, gentemq; liberam ab excidio eruit, & a ſeruitute eripuit. Iacet ſepulta in Suſis urbe Medorum, in qua etiam & regnauit.

VITA ET MORS ESAIÆ PROPHETHÆ per D. Epiphaniū Cōſtantię Cypri epiſcopum deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

ESAIAS Propheta quidem in Hieruſalem de tribu Iuda ortus eſt: ſub Manaſſe uerò Rege Iuda ſectus in duas partes, occubuit. Tumulatus eſt ſub quercu Reges iuxta tranſitum aquarum, quas olim Ezechias Rex obſtruxerat, cum eas undas peruias efficeret. Fontem quippe Deus Seloam cauſa prophetæ abſoluit, quod priuſquam moreretur, puſillum precatus 1 eſt, uti undas illic effingere dignaretur. Et cōfeſtim demiſit illi cœlitus aquam uiuentem, unde ſortitus eſt locus ille appellationem Siloam, quod, ſiquis interpretetur, ſonat demiſſum. Sub Ezechia quoq; Rege, antequam ſtagnum piſcinaſq; fabricaſſet, precibus Eſaiæ effectum, ut exigua lympha ſcaturiret, quod populus in obſidione hoſtium teneretur, & ne ipſa periret undis deſtituta ciuitas.

1 Vide efficaciam orationis Eſaiæ.

Milites igitur perſcrutabantur undique, ubi nam ſedare ſitim daretur; ignorabant etenim. Vrbe quippe iam potiti, obſidebant Seloam. Quandocunque itaque Iudæi aquatum uenerāt, ſcaturiebat eis unda, & aquabant: exterarum uero nationum homines reperire neſciebant, latex nanq; aufugiebat. Eoq; ad hodiernum uſq; diem eructatur clanculum, quò ſignificet myſterium. Cæterum quandoquidem Eſaiæ prophetæ iſtuc acceptū referunt, in perennem eius rei memoriam, populus accurate prophetam iſtic ſolo reddidit cum gloria, & honorificè, ut 2 per eiuſdem interceſſiones in conſummationem uſque ſeculi, aquæ eiuſmodi fructus impetretur, cui ſcilicet uſum referebant acceptum. Extat autem monumentum Eſaiæ finitimum ſepulturæ principum poſt ſepulchra ſacerdotum, uerſus Notum partemq; Meridionalem. Salomon enim Hieroſolymā conſtituens, Regum excitauit Mauſolea, pro ut illa Dauid deſcripſerat. Exiſtit autē Orientem uerſus Sion, quæ introitum a Gabaoth poſſidet, quæq; ab oppido uiginti diſtat ſtadijs. Foueam præterea fecit illic incomprehenſibilem, magnæ etiam dum parti mortalium incompertam.

2 Ergo ſancti poſt mortem orant pro nobis, & impetrant exhiberi nobis a Deo beneficia?

ITEM VITA ESAIÆ PER D. ISIDORUM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ESAIAS filius Amos, non illius prophetæ, ſed alterius, qui ſimili nuncupatus eſt nomine. Ille ex genere paſtorum fuit, oppido Thecue: hic autem genere nobili ortus in Hieruſalem. Quem etiā aiunt Hebræi ſocerum fuiſſe Manaſſe. 3 In quo tanta fuit ſanctitas, & uitæ excellentia, ut unam tantum dicatur habuiſſe tunicam cilicinam. Quanquā etiam poſtmodum pro delictis populi abijt, & ſacco membra cooperuit; ſed & hoc ad extremum depoſito, iuxta imperium Domini, nudo corpore, nudoq; ueſtigio in cōuentu populorum uerſatus eſt. Sicq; æſtiuum feruorem, hyemiſq; pruinas, atq; imbrium tempeſtates ſuſtinuit, ut Dei præ-

3 Aduertis quō ex uilitate ueſtimenti arguat uitæ ſanctitatē & excellentiā? Cur ergo reprehēdūt modo Hæretici in ſeruis Dei ueſtium aſperi-

tatem et uilitatem? Nonne & Præcurſor domini uilijs & aſperis indumētis uſus eſt? et ꝓpterea etiā ab ipſo Saluatore ſū-mopere laudatus?

ceptis obediret,& deploraret populi delicta. Hic quindecim gradibus recedentē umbram retrò aſcendere iuſſit. Cuius oraculo Rex Ezechias mortis dilationem promeruit. Quem Manaſſes extenſum a uertice per mediū Serra ſecuit, atrociq́ſupplitio & cruciatu extinxit. Tradunt autē Hebræi duabus de cauſis occiſum fuiſſe Eſaiam: Vnā, quòd eos appellauerit principes ſodomorum, & populum Gomorræ; Alteram, quòd teſtante Domino ad Moyſen: Nemo poteſt uidere faciem meam, & uiuet; iſte auſus eſt exclamare: uidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum; Non arbitrantes cæcati mente Iudæi, quod in ſequentibus faciem & pedes Dei Seraphin texiſſe nouerat, ac mediam tantum eius uidiſſe ſpeciem. Sub quercu Rogel requieſcit iuxta decurſus aquarū, quas Ezechias Rex Iuda molem conſtruendo terræ expoſuerat.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum,

VITA ET MORS HIEREMIÆ PROPHETAE PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

1

Quid hic dicis Hæretice, qui ſanctos uocas emortuos, & nil poſt mortē poſſe nugaris? Vides hic quot beneficia cōferantur Aegyptijs ad interceſſionem ſancti prophetæ apud eos ſepulti?

HIEREMIAS propheta Anāthothides apud Taphnas in Ægypto, a plebe lapidibus obrutus occubuit. Iacet uero in eo loco ſepultus, quo dudum Pharao Rex habitauerat, quoniam Ægyptij poſtea magna cum religione colebāt, 1 ubi pluribus ſe officijs ab illo adiuuari cognouerunt. Aſpides enim, & undarum beluæ, quas Hephod appellitant Aegyptij, Græci uero τοὺς κροκοδίλους, eos interimētes, poſtulationis Hieremiæ beneficio, ex illis finibus ſunt profligati; nec eam aſpidū furor, quàm ex flumine ratione pari beſtiarum inſidiæ. Quiq; uel hodie adhuc fideles comperiuntur, eodem in loco ſupplicare conſueuerunt, & ſumpto puluere morſiunculis aſcidum medentur: Feræ quoq; aquatiles hinc fugam dedere. Idem propheta ſacerdotibus Aegypti notam exhibuit dicens: oportere olim cuncta eorum ſimulachra concidere, ſimul undiq; manufacta præcipitari, ubi ægyptum aſcēderit cum ſuo infante uirgo enixa, Deo equidem perquam amœna. Id quod tandem uſu uenit illis.

Hic eſt ille propheta, qui ante mutationem templi Arculam apprehendit quoq; fuere in ea ſingula, & curauit ea abſorberi in ſaxum. Et loquutus eſt ſacerdotibus plebis, & quicunq; aderant maioribus: Profectus Dominus è Sina in cœlos; ſed reuertetur in maieſtate, & uirtute diuina. Et hoc aduentus ipſius indicium erit: Quādo gentes uniuerſæ ligno ſupplicabūt. Addidit præterea: Arcam hanc nec quiſquam reſerabit unquam, neq; ſacerdotum, neque prophetarū, excepto Moſe electo Dei. Tabulas, quas continet ipſa, nullus explicabit, præter Aaron. Cæterum in Reſurrectione primū Arca reſurget, & prodibit è ſaxo, inq; ſine monte locabitur; & omnes ſancti ad eam confluent, ut illic ſuſcipiant Dominum, & fugent inimicum ſeu aduerſarium, qui perdere illos affectabat. Tunc ſaxum ſigillauit digito, inſcribens nomē Domini: & factus eſt typus inſtar ſepulturæ ferri, & nubes petram cooperuit; & eum ſanè locum uix quiſquam nouerit. Quin ne nomen quidem uſq; in hunc diem nec uſq; in conſumationem ſeculi datur legere. Lapis deinceps ille habetur in ſolitudine, ubi primitus fabricata eſt arca, in medio montium, in quibus iacent Moſes & Aaron ſepulti. In noctibus porro nubecula nitet modo ignis eodem loci, pro typo qui erat ab initio, quoniā minime gētiū ceſſabit maieſtas Dei a lege eius.

ITEM VITA HIEREMIAE PER D. ISIDORUM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

HIEREMIAS ex tribu ſacerdotali, ortus in uico Anathot, qui eſt tribus milibus procul ab Hieruſalem, ſacerdos in Iudea poſitus, propheta in gentibus conſecratus, antequam plaſmaretur agnitus, antequam procederet ſanctificatus, 2 & ut uirgo permaneret admonitus. Hic prædicare puer cœpit, arguens populum ob delicta, & ſæpius cohortans ad pœnitentiam. Sed plebis perfide ſæuientis crudelitate afficitur, atque ſæpe ligatur in carcerem, & mittitur in lacum. Ad ultimũ autẽ apud Taphnas in Ægypto a populo lapidatur. Sepultus eſt in eo loco, ubi Pharao rex ægypti, habitauit. Veruntamen 3 precibus ſuis ſerpentibus ab eo loco fugatis, Aegyptios a noxio aſpidum morſu eripuit. Inſigni autem ueneratione, ampliſſimoque honore eundem ægyptij colunt. 4 Sepulchrumque eius inſigni cultu hactenus uenerantur.

2 *Vides ne q̃uo etiã in Sanctis ueteris teſtamenti reperitur Virginitas?*

3 *Precibus Sancti Hieremiæ poſt mortem eius Serpẽtes ab Aegyptijs fugati ſunt. Quid ergo dicũt Nouatores noſtri tẽporis Sanctos poſt mortem non eſſe inuocandos? Et Sanctos nihil poſſe.*

4 *Nota ex hoc loco antiquum morem fuiſſe, Sanctorum ſepulchra in ueneratione haberi.*

ITEM ADHVC DE HIEREMIA PER D. Hieronymum presbyterum Stridonenſem.

Eſt præfatio eiuſdẽ in Hieremiam prophetam.

HIEREMIAS propheta cui hic prologus ſcribitur, Sermone quidem apud Hebræos Eſaiæ & Oſeæ, & quibuſdam alijs prophetis uidetur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodẽ ſpiritu prophetauerit. Porro ſimplicitas eloquij, a loco ei in quo natus eſt, accidit. Fuit enim Anathotites, qui eſt uſque hodie uiculus, tribus ab Hieroſolymis diſtans milibus. Sacerdos ex ſacerdotibus, & in matris utero ſanctificatus, 5 uirginitate ſua euangelicum uirum Chriſti eccleſię dedicans.

5 *Hieremias uirgo.*

Hic uaticinari exorſus eſt puer, & captiuitatem urbis atque iudææ non ſolum ſpiritu, ſed oculis carnis intuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Medos tranſtulerant: iam terras earum coloniæ gentium poſſidebant. Vnde in Iuda tantum & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto quod nos mẽſura metri, uerſibusque reddidimus. Præterea ordinem uiſionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus.

Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prętermiſimus, pro his omnibus maledicta ab æmulis pręſtolantes, quibus me neceſſe eſt, per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior, quia uos me cogitis. Cæterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum, ſilentio meo ponere, quam quotidie noui aliquid ſcriptitantem, inuidorum inſaniam prouocare.

VITA ET MORS EZECHIELIS PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

Habetur in lib. eius de uitis prophetarum.

EZECHIEL Propheta e terra ſarera de filijs Pontificum genus duxiſſe aſſeritur. Fato functus eſt tempore captiuitatis in regione

Chaldæorum. Plurima ille ſuper reuerſione populi prophetauit, deq; reditu filiorum Iſrael; necnon & de Aduentu Domini. Occidit autē illum dux populi, cum una ſecum incola foret in Babylone, ſugillatus ab eo de cultibus idolorum. Quare in agro Maur funerauerunt eum, in monumento Sem & Arphaxad progenitorum Abrahæ. Et ſepultura iſtæc ad noſtra uſq; tempora ſpecus eſt duplex. Etenim Abrahā excitauit ad huius inſtar, Saræ coniugis ſuæ monumentū in Chebron: quod quia defoſſum ſit atq; latens, duplex perhibet, è planicie, & in terra tabulatū, petraq; ſuſpēſum.

Iſte quidem propheta populo obiecit prodigium, cū peccatus eſſet ad amnem Chobar; q uidelicet cum deficerent undæ fluminis eius, falcem deſolationis ſperare deberent in finibus terræ; & quando exundaret fluuius ille, id ſignum eſſe reditus in Hieruſalem. Et contigit illud. Etenim in terra ſpyriorum uir plus ille ſepultus iacet; multiq; ad monumentum eius confluunt ad præcationem & obſequium. Sanè 1 quando tanta eò frequentia una ad monumentum eius conueniunt, formidant Chaldæi, ac metuunt, ne illum auferant; quapropter egredientem comitantur, & deducunt. Effecit uerò propheta conſiſtere hic fluminis undas, quò terga darent filij Iſrael trans ripam. Cæterum Chaldæorum aliquot audaciores populū ponè perſequi tentabant, qui quidem ad unum oēs ſubmerſi ſunt.

1 *Conſluitur ad ſepulchrum Prophetæ, ut ibi fundantur preces, & exhibeatur obſequium. Contra id qđ garriūt Hæretici præſentis temporis.*

Iſte quoq; propheta ſpontinis orationibus filijs Iſrael uberrimum piſcium impetrauit commeatum, ut qui inedia tantū non perijſſent, piſcium eſu reficerentur. Plurimis etiam illorum, qui aura uitali iam ueſci deſierant, uitam recuperauit. Is eſt quoq; uates ille, qui plebe iam depreſſa ac peſſundata ab hoſtibus, ſtetit cōtra faciem ducum illorum, & confundebāt eos portentis & miraculis, ita ut milites territi manum tollerent de tabula. Tunc populo ſuo Ezechiel dixit: Propterea quod parum conuenit inter uos, ſpes ueſtra interijt. Nunc in prodigijs per oſſa mortuorum fecit illos, quoniam eſt ſpes Iſrael cum præſente, tum ætate futura. Hic eſt, inquam, propheta, qui quanq; eſſet in regione Chaldæorum, pleraq; tamen populo, quæcunq; in Hieroſolymis, inq; templo fiebant, aperuit.

Iſte quoq; propheta eduxit eos de finibus Chaldæorum, & reduxit in Hieruſalem ad redargutionem impiorum, & infidelium. Hic Ezechiel per Moſen contemplatus eſt ſitum templi, murumq; eius ſpecioſum, prout loquutus eſt etiam Daniel, uti olim cōderetur. Hic in Babylone iudicauit tribum Dan & Gad, q impiè egiſſent aduerſus Dominum, perſequendo eos qui legi fidem ſuam aſtrinxerant. Obtulit autem illis inſigne prodigium ſiue oſtentum; qm̄ angues deuorauerunt infantes eorum, & omnia iumenta ipſorum. Prędixitq; quòd culpa eorum nequeat populus regredi Hieroſolymam, quin in Media permanerent, quoad reſipiſcerent, & in uiam, quod aiunt, redirent. Erat ſanè unus illorum qui eum interemit; oppoſitus enim erat illi, uſq; in diem obitus ſui.

Habetūr in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ITEM VITA EZECHIELIS PER D. ISIDOrum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

EZECHIEL Sacerdos filius Buzi, genitus in terra Sariara, in typo Chriſti filius hominis uocatus. Hic captiuus cum Ioachin in Babylonia ductus eſt, & ad captiuos prophetauit, corripiens eorum offenſiones:

& zelo Dei motus, cuncta eorum crimina & turpitudines arguit. Quem dux populi Iſrael interfecit, pro eo quod auctoritate pontificali corripitur ab eo ob impietatem ſacrilegij. Sepultus eſt autem a populo in Agro Maurim, & Arphaxat.

ITEM DE EZECHIELE PER D. Hieronymum Presbyterum.

EZECHIEL Propheta cum Ioachin rege iuda captiuus ductus eſt in Babylonem, ibique his qui cum eo capti fuerant, prophetauit, poenitentibus quod ad Hieremiæ uaticinium ſe ultro aduerſarijs tradidiſſent, & uiderent adhuc urbẽ Hieroſolymã ſtare, quã ille caſurã eſſe prędixerat. *Eſt præfatio eiuſdẽ in Ezechielem.*

Trigeſimo autem ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto, exorſus eſt ad cõcaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior, hic in Chaldęa, Hieremias in iudæa prophetauerunt.

Sermo eius nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt, ſed ex utroque medie temperatus. Sacerdos & ipſe fuit, ſicut Hieremias, principia uoluminis & finẽ magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Sed & uulgata eius æditio non multum diſtat ab Hebraico. Vnde ſatis miror, quid cauſæ extiterit, ut ſi eoſdem in uniuerſis libris habemus interpretes, in alijs eadem, in alijs diuerſa tranſtulerint.

VITA ET MORS DANIELIS PROPHETAE PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis Prophetarum.

DANIEL propheta è tribu quidem fuerat Iuda, genere patritius, optimatumúe regię adminiſtrationis filius, adhuc admodũ infans puſio è Iudæa in Babylona perductus eſt. Prognatus autẽ in Bethebero ſupiore non porrò ab Hieroſolymis. Et ea ſemper fuit uir ille modeſtia ac probitate, ut Eunuchum putarent eum eſſe Iudæi. Magno mœrore eiulauit urbem Hieroſolymã: ita porrò a cunabulis Genio nihil indulſit, ut ab omne genus cupedijs facilè temperarit. Vir idea quidem ſiue aſpectu aridiſſimus, atqui in fauore Domini per quàm ſpecioſus. Plurimas fudit preces pro Rege Nabuchodonoſor, cum factus eſſet brutum, ac pecus, ſiue iumentum, quò non perderetur. Præferebat enim anteriore parte, pariter & capite bouem, pedibus uerò & poſterioribus leonem. His quippe optimates eorum plerique omnes in iuuentute ſunt præditi, ut inſtar bouis de iugo naſcantur Beliar uoluptatis, deſideriorum gratia. Deinde beſtiæ tandem fiunt, nempe prædones, uaſtatores, percuſſores. Cognouit itaque Daniel uir ſanctus, quod more bouis fœno ueſceretur, & deſtinatus eſt illi inhumanæ naturę cibus. Quacirca Nabuchodonoſor a flagello ſibi hoc miſſo, retinens etiam dum in corde ſuo humanũ ſenſum, ingenti luctu percul-ſus eiulauit: ſupplicabatque Deo dieſque noctesque quadragies, implorans Beemon, quod eſt, Deum Iſrael, præſto nanque erat illi ſpiritus Satan, & celabat eum, quod natus fuerat homo. Linguaque eius ligata hæſerat, ne uerba faceret, & uox bruti dedicata eſt ei. Et reddita ſunt perinde ac caro à continuo eiulatu: plerique uero ſummi magiſtratus, ſimul & ciues uiſum eum urbem egrediebantur. Solus Daniel illum uiſere detrectabat.

Proinde ubi Nabuchodonoſor transformatus eſt, aſſidue precationibus uacabat nomine eius: Dixitq; fore, ut iterum hominis formam indueret, principatusq; ſui gubernacula reſumat. Neq; quicquã Danieli fidem habere ambigebat. Septem porrò annos, quæ illi ſeptem tempora Daniel prædixit, ſupplicationibus ipſe ſuis ſuper eo ad Dñm, in totidem menſes cõmutauit. Myſterium certe ſeptem temporum, ſuper illo conſummatum eſt, quod mediator ſeptem reſtituit. Sic 1 itaq; annos & totidẽ menſes ſupplex precatus eſt dñm Deum, & confeſſus eſt impietatem ſuam, a remiſsione ſceleris ſui, principatum illi Deus reſtituit.

1 Quid nõ impetret a Deo humilis oratio?

2 Vide abſtinentiã & ciborũ delectum indictum a Daniele Nabuchodonoſor, hisq; deum propitiari.

Ex eo igitur tempore neq; 2 carnibus ueſci, neq; temeto potari unq̃ uoluit, confitens uſq; Deo, eò quod Daniel ſibi mandauit, in leguminibus uiridibúſue, aut irriguis Dñi poſſe ꝓpitiari. Proinde Nabuchodonoſor indidit prophetæ appellationẽ Baltaſar, iuxta nomenclaturam unigeniti filij ſui. Volebat ad hęc Danielem cohęredem cõſtituere pignoribus ſuis. At pius ille uir inquit. Arbitrare me maiorum hæreditatem repudiare, & non circumciſorum hæreditati adhærere? Deſignauit complura præterea inter reges Perſarum miracula, quæ hoccine quidem uolumine annotata non ſunt. Cæterum in libro Danielis prodita ſcriptis comperiuntur.

3 Etiam antiquis patribus mos fuit cum honore magno & ſolennibus exequijs tumulare corpora mortuorum.

Ille propheta in celſis montibus Babylonis monſtrua annunciauit, ut exhibuit, dicens: Vbi cernetis montem ex parte Boreæ fumo denigratũ, pro foribus Babylonis terminus imminebit. Quando uerò iſtunc flagrantem igne uidebitis, aderit totius orbis terrarum finis. Sed cum ad meridiẽ mons aquas propellet, remeabit populus in patrium ſolum: & condetur Hieruſalem latè campóq; capaciori, perinde atq; factum eſt etiam per Ierum pontificem, pariter & Zorobabel natum Salatiel. Quòd ſi deniq; mons iſte cruẽtus ſanguine manat, ſtragem portendit ipſius Beliar in uniuerſo terrarum orbe. Aderit autem Dñs humana natura indutus. Tunc igitur in Babylone ex hac uita diſceſſit Daniel uir ſanctus ĩ pace. Et 3 humatus eſt honoribus magnis in auguſta cauerna. Extat monumentum ipſius uſq; ad hoc ſeculum noſtrum, lippis & tonſoribus notũ in Babylone.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ITEM VITA DANIELIS PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

4 Cũ Daniel nec uxorem, nec filios habuiſſe, nec mulieri alicui cõmixtus legatur, et caſtus fuiſſe corpore ꝓbibeatur fateri debemus ꝓbabiliter ſaltẽ eũ fuiſſe uirginẽ.

5 Ieiunijs & orationibus meruit Daniel futura prænoſcere ſacramenta.

DANIEL de tribu Iuda genere nobili, princeps omniũ Chaldęorum, ſacerdotum regumq; proſapia, & florens patriæ nobilitate. Hic ſub Ioachin rege Iuda poſt exitiũ Hieruſalem cum tribus pueris admodum puer in Babyloniam translatus eſt. Vir glorioſus, et aſpectu decorus, mẽte humilis, & corpore 4 caſtus, et ꝑfectus in fide, egregius in opę, in uirtute ſummus, in ꝓdigijs clarus, terribilis in ſignis, cognitor ſecretorꝫ, uiſionũ interpres. Qui 5 continuatis ieiunijs, ipſa orõnis conſtantia, futura pręnoſcere meruit ſacr̃a. Hic iter cętera uiſionũ myſteria, his uirtutibus atq; ſignis effulſit. Trium hebdomadarꝫ diebus exorãs, pro pp̃lo ieiunauit. Simulachrum Beli diuinæ inſpirationis argumentis eliſit. Draconem Babyloniæ (nomen eius ingens, oſſa piſcis cum adipe, & capillis confecta, diuinę mentis inſtinctu incredibili admiratione dirupit. In lacum miſſus, rabiem mitigauit ferarum, atq; uirtute animi fortis, inter fremẽtes ſecurus epulatur leones. Hunc Darius, poſtq; Babyloniam ſubuertit, im-

perĳ honore maximus,ſecum tulit,& in Mediam adduxit.Qui etiam fertur dediſſe ei ſignum in montibus ſuper Babyloniam,dicens: Dum montes a Borea fumauerint,finem inſtabit Babyloniæ:dum uiſi fuerint incendio conflagrare,finis erit mundi totius.Item dum ad partem non defluxerit Tigris,regreſſio erit populi Iſrael. Vixit autem uſq; ad tempus Darĳ regis Perſarum annis centum decem:ſepultuſq; eſt iam ſenex in ſpelunca regia,ſolus in captiuitate cum gloria.

VITA TRIVM PVERORVM PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de Patribus ueteris teſtamenti.

TRes pueri ſtirpe regia clari,memoria glorioſi, ſcietia eruditi,fide patres,deuotione ſtabiles,incorrupti 1 corpore, ſobrĳ mente, iudices prouinciarum,& regionum principes,paternarum quoq; memores legum,& a cibis gentilium uel immolatitĳs nequaq; polluti,leguminibus uitam degentes,& oleribus. Hi uigore uirtutis contempſerunt mortem,et idolum non adorauerunt.Regem ſæuiſſimum fidei uirtute uicerunt.Extinxerunt quoq; caminum flagrantis incendĳ, & inter horrendas ſpiſſæ caliginis flammas,hymnum apertis uocibus cecinerunt.Iacent in Babylonia pariter ſub uno ſpecu poſiti,& magna 2 cum ueneratione ſepulti.

1 Vide & in his ſanctis uirginitatem.

2 Cum magna ueneratione ſepulti.

ITEM VITA TRIVM PVERORVM HEBRÆOrum per D. Zenonem Epiſcopum Veronenſem ſcripta.

Habetur in libro. 2. Sermonum eius Sermo.29.

MArtyrĳ quodammodo pars eſt, fratres dilectiſſimi, martyris non horruiſſe ſupplicium. Quantum etenim multiformis crudelitas,et lugubris contemplatio retrahit a corona,tantum generoſa ac perfecta fides,quicq; illi fuerit cruciatus,ſua complicent uota.Deniq; tres pueri in illo ſacro certamine,præ oculis Deum ſibi propoſuere non flammas, præmium futurum non pœnam. Sicque inter tetros undantis incendĳ globos triumphantes,Barbarum Regem,minas omnes, ipſum quoq; ſupplicium,docuerunt ignes ſanctis hominibus non eſſe fortiores.

ITEM DE EISDEM.

Ibidem Sermo. 30.

TRium puerorum martyrium qui credit interritus, poteſt etiam ipſe adipiſci martyrium. Tanta enim uis certaminis fuit,ut eā ipſe quoque ignis horruerit. Nam a Barbaro Rege nimia crudelitate tribus pueris conſulente, fornacis ultra quàm ſolet, ſeptenario pabulo ignis armatus eſt.Credo diuina prouidentia ſacramento trinitatis ſpiritalem quoque numerum conuenire.Denique nec irrorati camini eis baptiſmatis defuit gratia. O' admirabile incendium, ò uere ſpectaculum Deo dignum. Qui audiunt,timent: qui incenderant, ardent: qui incenſi ſunt, ſanctificati & incolumes de camino procedunt.

ITEM DE EISDEM.

Vbi ſupra Sermo. 31.

Ingens ſupplicium aliquotiens ingentior' proſequitur gloria, maxime in

rebus diuinis, in quibus felices obnixa deuotione, ſuam religionem cuſto-diunt potius quam ſalutem. Igitur cum audio tres pueros incenſos, prius uehementer horreſco. Mox deinde eorum particeps optauerim fieri, cum cognoſco inter flammas roſculêtos hymnum Deo ceciniſſe ſecuros. Tanta eſt enim fidei uirtus, tantaq́ꝫ poteſtas, ut cultoribus ſuis etiam ipſa elementa contra ſuam naturam famulari compellat. Vnde fratres atrociſſimæ rei non uos terreat contemplatio. Non enim ulla eſt metuēda iam pœna, cum incenſorum ſuperſtes inſultet ignibus uita.

Vbi ſupra Serm. 32.

ITEM DE EISDEM.

MIrum fratres dilectiſſimi, ac delectabile certamen Deo hiſtoria ſancta prodidit, nobis ignis ac fidei. Et enim duo diſcordantia, deuotione dominica in unam concordiam conuenere. Namque tribus in pueris fides puniri non timuit, imiſſis camino ignis exæſtuans detulit, ut eos unius uirtutis eſſe perſentit. Deniq́ꝫ arſit incendium incendentibus, non incenſis. O admirabilis ratio. O inæſtimabilis gloria Dei. Sacramento trinitatis tam potentis elementi ſubacta natura eſt. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incenſi.

Vbi ſupra Serm. 33.

ITEM DE EISDEM.

CRedulo percipe corde rem miram chriſtianę, omniq́ꝫ uirtutū exemplo famigerabilem. Hebræi uere tres pueri, ſenum conſtantia maiores, iuuenū uirtute fortiores, ſibi pares, trinitatis ſacramento præmuniti, unitatis una fide ſolidi, æqualitate pares, paſſionis uictoria glorioſi. Hos barbarus Rex quod eius ſtatuam adorare contempſerint, incendi præcepit. Qui ubi iactati ſunt in fornacem ignis ardentis, hos deuote cupidus ignis excepit. Lambunt roſidos flammę blandientes. Mira res, opacitas intus, incendium foris eſt. Intus hymnus canitur, foris ululatus auditur. O magna potentia Dei. Incenſores incendio concremati ſunt, & qui incenſi ſunt, incendio ſuo ſuperſtites, triumphantes de camino ꝓcedunt, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto.

Vbi ſupra Serm. 34.

ITEM DE EISDEM.

EXulta chriſtianę, et fortiter Deum time, diaboli ſi uis incendia non timere. Ecce pueri ſacramento muniti, tres numero, ſed una uirtute, hanelantibus flammis, camino rugiente non læduntur, incenſi hymnum canunt, barbarum Regem fidei tenacitate confundunt. Vindicantur de incenſoribus ſuis, Deum uident, mors tranſit in uitam, metus in gloriā. Sic quis non optet ardere?

Vbi ſupra Serm. 35.

ITEM DE EISDEM.

TRes Hebræi uenerabilis numeri ſacramēto muniti, ætate teneri, ſed fidei ſoliditate robuſti, ſupplicio ſuffragante glorioſi, amore diuinæ religionis Regis adorare imaginē contempſerunt, ut pote qui ipſum

contempſerunt Regem. Qui ira ſufflatus, ſolito ſepties amplius caminum iuſſit incendi, ac ne quid immanitati ſæuientis deeſſe uideretur, pice & ſtupa armatum citatur incendium, æſtuantibus globis, rubeſcit quoq; ipſum alienis ignibus cœlum. Illo præcipitãtur inſontes, ibidemq; propter quem præcipitantur inueniunt. Deniq; excipiuntur, non flamma ſed rore, Dei dignatione, non pœna. O' felix ſupplicium, quod incolumitate ſuperãte, immortalitas, proſequitur & corona.

ITEM DE EISDEM.

Vbi ſupra Serm. 36.

EVigila Chriſtianæ, omniq; ſecularis ſomni torpore diſcuſſo, apertis auribus cordis, a pueris diſce uirtutẽ. Sed uide ne æſtimes falſum quod eis ceſsit incendium. Veritatem ratio proteſtatur. Qui nunc in ſe credentes baptizat ſpiritu ſancto & igni, ipſe tunc quoque numero ſuæ affuit trinitatis. Denique rem ſacramento geſtam eſſe cognoſce, In caminum miſsi ut ſubmerſi ſunt flammis, ſtatim inuiſibili rore incendia temperantur, mors refugiens mutat officium, incenſores cremant, incenſis hymnum cantantibus flamma blanditur, deus a creatura benedicitur uniuerſa. In tribus una mens, una uirtus, unus triumphus exultat. Melioratur uita ſupplicio, Rex non inuiderat pueris, ſi non eos præcepiſſet ardere.

ITEM ADHVC DE TRIBVS PVERIS PER Diuum Ioannem Chryſoſtomum Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

Eſt Homelia. 8. in ope. 45. homiliarum eius Tom. 2.

TRium puerorum Sermo tractabitur, quorum fides, quali laude intonet gloriæ, ſalutis flammæ teſtantur. Ecce in tribus pueris non anni faciunt ſapientiam, non membra colligunt uires, habentes talem ſcilicet in ſacrario pectoris fortitudinem, quam armatus Rex exhorruit, & ignis expauit, quorum infantiam fidei conſtantia glorioſam decurſa libri paginula paucis exponam.

Anno octauodecimo Nabuchodonoſor fecit imaginem auream, altã cubitis ſexaginta, & latam cubitis ſex, & ſtatuit eam in regione Babylonis. Singula exponenda ſunt, ſingulis reſpondendo, poſtea ad fortiora ueniamus. Fecit, inquit, imaginem auream. Qualis Deus nouo honore monſtratus, quem abſtruſa metalla generarũt? Quid ergo dicemus? Durus foſſor ſudauit, palluit, laborauit, ne minus fortia cupidus Deus membra. Suſciperet. Alta, inquit, cubitis ſexaginta. Hæc uero omnia ridiculis tranſigẽda. Et ſtabat in conſpectu imaginis præco fortiter clamans: Qualis Deus, qui ut diſci poſsit, publice præconatur, & tanquam nouæ religionis indicium. Aureum poſtea ponitur, quem cultum fore gentibus monſtrat inſanus uates, quem contremenda ſpecies delectet, aut terrent.

In fornacem ligna iniiciuntur interea, quaſi ad conſumenda corpora cõtemptorum, creſcit captiuis conſtantia, & amplius furit tyrannus, cũ de gloria plus miratur. Pueri ergo iactãtur in flammam, ibat circa innocuos pedes nouo libramine temperatus artifex ignis, et tot circumuolans paſtus, ſola conſumere uincula laborauit, circa damnatos ſuos innocẽs pœna blanditur. Et ſtans Azarias precatus eſt, et aperiens os ſuum in medio

ignis, dixit: Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum. Et aperuit os ſuum. Non audet ignis inuocantis Deum fauces irrumpere, nec nubilo ductu uaporans eloquentis ora conturbat: innocentis oratione prolata, & quaſi facto impetu ſermonis tremula flamma ſubducitur. Et diffundebatur inquit, flamma ſuper fornacem cubitis ſexaginta et nouem. O Dei potentia clarius luce monſtrata. Furatur paſtus alienos incendio, nam cõſumpſit quos prope inuenit, quia ieiunat in ſuis. Cuſtodiam ſuam uehementer horreſcens, ne iam faciat uel ipſo fumo ſanctis quos tuetur iniuriam, foris tãtum ducit urere: Bene conſtanti uindicta innocentia defenditur, liberantur incluſi, & pereunt ſpectatores. Mira etenim ratiore ius horridum commutatur in ſolo loco, ubi incenditur, illic refrigerat, aut tepeſcit, ut eodem loco ſcriptura teſtatur.

Angelus autẽ Dñi ſimul deſcendit cũ illis, qui erant in fornace, cũ Azaria, & diſcuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, ut ſpiritum roris ſibilantem. Incedebant ergo pueri per medium fornacis cum Angelo, & murmure fugitiuo replicabatur incendiũ, ac uelut amicus ignis ſanctis uiris prębebat obſequium. Rex autem cum audiret eos benedicentes, & laudãtes Dominum, miratus eſt, & ſurrexit in feſtinatione, & dixit principibus ſuis. Nonne tres uiros miſimus in medio ignis uinctos? Ecce uideo uiros quatuor ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & corruptio nulla eſt in eis, & aſpectus quarti ſimilis eſt filio Dei. Ecce, inquit, uideo uiros quatuor, Exclude ſi potes adhuc demens eum, qui creſcit ad numerũ. Non poteris iam tuos finire damnatos, qui ſoli eſſe non poſſunt, mala tibi ratione creuit quæſtio, fortior eſt quem claudis.

O quibus te incorrupta fides triumphis extendis, Adeſt tibi amica maieſtas, ut innocentia liberetur. Patitur ſe Deus cum pueris in ſupplicio numerari, & poteſt Dominum uidere ſacrilegus, ſed non permittitur noſſe, ut creſcat gloria puerorum, inſana enim mens in ſuis flammis parum crederet fortaſſe, ſi talem non diſceret defenſorem. Tunc exijt Rex ad oſtium fornacis ignis ardentis, nec cum prope fuerit poſitus flamma contingitur. Neceſſario enim ab ipſo igne cognoſcitur, quia Dominum cœperit confiteri, pro hoc, & dixit: Benedictus Deus Sidrach, Miſach, & Abdenago, qui liberauit pueros ſuos.

O magna miſericordia deitatis, quod exultabile dictum eſt. Sanantur rei, & redimitur qui torquebat. Inter hæc quid tale potuit inanis imago monſtrare? Ecce Dominus non in auro lucet, ſed in flammis oſtenditur. Sed quibus flammis? Quæ illuminant, non quæ incendunt. Vnde nos fratres chariſſimi, omni fide Dominũ Chriſtum uenerari debemus altiſſimũ, ut poſſimus indubitanter ad Regna cœleſtia peruenire.

VITA SANCTAE SVSANNAE VXORIS IOAchim, per D. Zenonem Epiſcopum Veronenſem ſcripta.

Ex ſermone 7. libri primi Diui Zenonis epiſcopi Veronẽſis de pudicitiæ laudibus.

SVSANNAM columen matronatus inaffectatæ formę, pulchrius ſuæ pulchritudinis ornamentum, inſigne pudicitiæ teſtimonium, è ſenioribus duo, ſed uno incenſi prodigio, ſecus quàm decuerat deperire ceperant. Quam cum aduerterent muro caſtitatis (quæ certe uera eſt & æterna formoſitas) in paradiſi ſolitudine ubi Euam ab auctore operis

ui meminerant eſſe decepta..., e..cumcingi,hac re ipſa nacto conſilio, ca ſpere dolo aggrediuntur,ac niſi culpæ ſuccumbat, ueluti adulteræ deprehenſæ magnum minitantur exitium. At illa non Euæ ancipiti quidem metu contemplatione præcluſa,cuius aut pudor eſſet iugulandus,aut anima, conſcientiæ ſuæ conſcium ſolum conteſtans Deum,honeſtam potius elegit mortem, quam uitam turpem,melius credens hominibus ſe ream præbere debere,quam Deo.

Interea inſtant illi ex amatoribus accuſatores effecti,crimenq́ſ ſuum in ſimplicitatem circumuentæ transfuſum,artificioſe dum exaggerant,exinde iam priores ſeipſi condemnant. Verum proh nephas,creditur ætati,creditur auctoritati,exultant adulteri,damnatur integritas.

Iam iamq́ſ Suſanna ad ſupplicium immerens trahebatur,iam totus populus in eius ſanguine tumeſcebat,iam ſui quoq́ſ familiares nouæ rei atrocitate perculſi miſerabiliter ingemiſcentes,dimiſſis capitibus omne ſtudiũ defenſionis abiecerant,iam etiam ipſa pudoris compendio mortis oderat moras;omnibus diſplicens, ſed ſoli ſuæ conſcientiæ placens, cum ſubito quauis uerſutia qui fallitur nunquam, confeſtim adeſt in Daniele puero Deus. Omnem repente malitiæ ſcenam diripuit,proditium crimen propere recluditur,ſed ſcelus ſuos redit in auctores,purgaturque per innocentiã pudor. Sicque Suſannam quam impudicitia mentiente in publicum traxerant,probatam & uindicatam ad mariti thalamos cum ingenti triumpho uictrix pudicitia reportauit.

Sed ô quantum es miranda pudicitia,quæ aliter laudari te non uis, quã ut cuſtodiaris,ſolo bonæ conſcientiæ ornamento contenta. Tu in uirginibus fœlix,in uiduis fortis,in coniugijs fidelis,in ſacerdotibus pũra,in martyribus glorioſa,in angelis clara,in omnibus uero regina. Tu nũquam carni,nunquam ulli ſubiaces legi. De uoluntate naſceris, ſed bono puritatis uoluntatem ipſa paris, quia uoluntas fit uoluptas poſtmodum tua, cum per eã quotidie tricenos,ſexagenos,centenoſq́ſ colligis fructus. Tu in pauperibus diues,in diuitibus ditior,æqualis in omnibus cõſumaris. Tu es honor corporum,tu theſaurus animarum,tu fundamentum, culmen, ac fructus omnium coequarum. Tu tui propoſiti inſolubilis nodus & æternus. Per te legitima ieiunia celebrantur, per te allegatæ priuſquam formentur, acceptantur preces. Tu es ſacrificium Deo carum, tu legitimum Dei templum, ſacrarium pudoris. Te corruptio intrare non nouit, per te ſeculum uincitur,concupiſcentia omnis eliditur,diabolus ſubiugatur. Antichriſtus non timetur,ſpiritus ſanctus inducitur, glorificatur Chriſtus, Deus pater omnipotens propitiatur. Poſtremo ille felix in futurum regnabit, qui tecum illo peruenerit. Amen.

ADHVC DE BEATA SVSANNA PER D. Ambroſium Epiſcopum.

Habetur in libro eius de fuga ſeculi cap. 9.

FVgiamus hinc ſicut fugit de patria ſanctus Iacob. Sciebat enim ueram patriam eſſe ſuperiorem. Fugiamus ſicut cerui ad fontes aquarum,quos ſitiebat Dauid. Sitiat & anima noſtra. Quis eſt ille fons? Audi dicentem: Quoniam apud te eſt fons uitæ. Huic fonti dicat anima mea. Quando ueniam,& parebo ante faciem tuam? Fons enim Deus eſt.

Sed qui hunc fontem deſiderat, effundat ſuper ſe animam ſuā, ut nihil poſſeſſioni carnis relinquat, ſed ubiq; anima ſuperfluat.

Pulchre eam effudit Suſanna, ut euaporare in ea non poſſent incendia corporis, mortis formidines, uitæ cupiditates. Effuſa ſuper ipſa anima, omne reſtinxit carnale deſiderium, ſeculare ſtudium. Quæ etiam prodigioſorum ſenum & imprudētium presbyterorum potuit flammas reſtinguere, niſi in his libidinis profluuium redundaſſet. A quibus cum intenderetur calumnia, ſi aſſenſus negaretur adulterio, ingemuit Suſanna, & dixit, Anguſtiæ mihi aſſunt undique: ſi enim hoc fecero, morte æterna peribo, ſi autem non fecero, non effugiam manus ueſtras. Melius tamen iudicauit crimen potius fugere, quam periculum.

Plorauit itaque cum crimen obijceretur, plorauit cum ſibi de pudica & caſta, adulteri iudicium uendicarent, non mortem deplorans, ſed caſtitatis calūniam. Religionis iniuriam plorauit, & effudit ſup ſe, nō corpus, ſed animam. Effudiſſet enim corpus, ſi carnalibus acquieuiſſet. Denique cum morte damnaretur, exclamauit quaſi iudex reorum, arbitra calūniantium: & innocentis conſcientiæ autoritate, diuinam ſibi in iudicium accerſiuit cognitionē, nō timore mortis percita, ſed arguētis cenſuræ ptāte precelſa.

Suſanna ergo fugit ſeculum, & ſe deo credidit, ad illam arcem ciuitatis æternæ fugiēs, quæ totum mundum complectitur, quoniam intra deum ſunt omnia.

Habetur lib. 1. ſermonum eiuſdem ſermo. 37.

VITA ADHVC SANCTAE SVSANNAE per D. Zenonem Epiſcopum Veronenſem ſcripta.

Quotienſcunq; in hoc peruerſo ſeculo cōtra laudabiles uiros multiformes tenduntur inſidiæ, & diuerſis calumciarum generibus factioſæ emerſerint cauſæ, quid homo peſtilens excogitet, uel qđ diabolus machinetur, non metuat iuſtus, quia cum illo eſt Deus. Inde Suſanna illuſtris Hæbræa ueræ decus pudicitiæ, docuit fœminas ſuæ caſtitatis exemplo.

Stabat Suſanna in iuditio perditorum, falſorum teſtium oppreſſa mendacijs, conſcientiæ tamen bonis contenta ſecretis, non tam rea ſuſceptura ſententiam, quàm dicata deo pro caſtitate fortiter moritura. Et quàm iudicantium ſententia praua deiecerat, illuſtris conſcientiæ integritas erigebat. Sufficit ergo pudicitiæ conſcientia, teſtis eſt deus.

Non reſpexit caſtitas quid falſi dicerent teſtes, aut qualiter iudices circumuenti damnarent. Non denique qualiter diabolus infamaret, qui non potuit pudoris fundamenta ſubuertere. Ibat ad ſupplicium nō adulterum corpus, in quod extrema libido ſenilis exarſerat, ſed quod infammauerat diabolus, & quod protexerat uirtus, & ornabat pudor illæſus.

Tunc in puero ſancto Daniele ſpiritus ſanctus ingreſſus ait, cum illa ad ſupplicium duceretur, Reuertimini ad iudicium, falſum enim iſti conteſtati ſunt de ea. Stupet populus quod a ſupplicio ad iudicium repetēdum reuocaretur addicta, Falſos teſtes pauor inuadit, tremit diabolus, quòd ipſius commēta nudentur, gaudent angeli, quòd oppreſſa uarietas tandem defendatur in terris.

Triumphat maritus quòd cauſam inuenerit coniugem, lætatur familia

omnis,quód in ea nihil inueniat fama,quod feriat. Cruciatur diabolus, q̄ nulla ex parte ſuam perfecerit uoluntatem. Nec adulterium enim quod fa ctum diffamabat exercuit,nec homicidium quod procurabat,inuenit.

ITEM DE SANCTA SVSANNA PER D. IOANnem Chryſoſtomum epiſcopum Conſtantinopolitanum.

Eſt Homelia.9.in opere.45.Homeliarum eius .To.2.

Diuinæ lectiones,& ſancta oracula Dei,quæ inſonuerunt auribus ueſtris,nidum faciant in mentibus noſtris.Non uolent, & tranſeant, aut ſedeant,& deſcendant Nam ſi paſſer inuenit ſibi domum, aut turtur nidum,ubi ponat pullos ſuos quanto magis paſſer uerbum Dei?

Audiuimus de Suſanna lectionem.Aedificetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur,muroq; uallетur,ut & inſidiantes repellat,& falſos teſtes conuincat. Remanſerat caſta mulier moritura,niſi adeſſet, qui uidebat, quod iudicantes latebat. Conſcripta ſunt uerba eius: O anguſtię mihi ſunt undiq;,ſi enim hoc fecero,mors mihi eſt, ſi autem nō fecero,non effugiam manus ueſtras,melius eſt autem mihi manus ueſtras non euadere,quam me peccare in conſpectu Dei. Contemnebat quod audiebat,quia timebat eum,quem nihil latebat:Ait ergo: Anguſtiæ mihi undique. Sed expectabat eum, qui ſaluam faceret a puſillanimi tempeſtate falſorum teſtium,tanquam uentum malorum. In illis tamen uentis & fluctibus naufragium caſtitas nō fecit,quia Dominus gubernauit,affuit precanti, exaudiuit quam nouerat, nec deſeruit, ne moreretur, cui ſubuenit, ne adulteraretur.

Excitauit Deus Spiritum ſanctum Danielis,adhuc nouelli ætate,ſed robuſti fide.Et quia erat in eo propheticus Spiritus, continuo nequiſſimorum ſeniorum uidit fallaciam.Sed quod ille intuebatur,prouidendū erat quomodo cæteris monſtreretur. Falſi, inquit, teſtes ſunt, redite in iuditium. Quid pluribus?Apparuit falſitas.Suſanna ergo religioſa mulier,& pudica coniux,erat utique quandoq; moritura?& ipſa quandoq;. Et ſi tunc eſſet mortua,pudicitiæ quid obeſſet,dum caro conderetur ſepulchro,& caſtitas redderetur Deo?putaſtis enim fratres tanquam ad magnum meritum pertinere,ſi falſi teſtes non præualeant ſuper innocentem.Non eſt magnū meritum,ſi non præualeat falſum teſtimonium aduerſus innocentem,ſi aduerſus Dominum non præualeret,Ipſe dominus noſter Chriſtus per linguam falſorum teſtium eſt crucifixus. Sed etiam ipſi quidē falſi teſtes ad horam præualuerunt,reſurrecturo quid nocuerunt? Demonſtrauit ergo ſeruis exemplum,ne falſos teſtes perhorreſcant,& cum creduntur, non timeant. Poſſunt enim facere malam famam,nam non poſſunt interficere conſcientiam.

Liberati ſunt tres uiri de camino ignis ardentis,affuit Deus eorum, & in ipſa deambulatione laudes dixerūt Deo,affuit Deus eorum. Nunquid defuit Deus eorum?illi euaſerunt,iſti mox arſerunt,utrique tentati.Hi carne conſumpti, illi carne illæſi,ſed utrique coronati.Qui ergo liberauit Suſannam mulierem caſtam,coniugem fidelem a falſo teſtimonio ſeniorum, ipſe liberauit & uirginem Mariam a falſa ſuſpitione.

Inuenta eſt ergo & uirgo illa prægnans,ad quam uir nō acceſſerat, uterus quidem fœtu tumuerat,& uirginalis integritas manſerat. Seminatorē

ſidei fide conceperat, Dñm in ſuum corpus aſſumpſerat non eius corpus uiolari permiſerat. Merito tamen tanquam homini uenit in ſuſpitionem. Aliunde eſſe credebat, quod de ſe non eſſe ſciebat, et ipſum alium de adulterio ſuſpicabatur. Quare dignus fuit ab Angelo corrigi, quia nonnulla erat maleuola ſuſpitio. Maleuolæ ſuſpitiones ſunt calumniantium, beneuolæ ſuſpitiones ſunt gubernantium. Licuit cuiquam de filio male ſuſpicari, ſed filio non licet calumniari. Vtiq; ſuſpicaris malum, ſed optas inuenire bonum. Qui beneuole ſuſpicatur, uinci cupit. Tunc enim bene lætatur, qñ falſum inuentum fuerit, quod male ſuſpicabatur.

Talis erat Ioſeph circa coniugem ſuam, cui corpore nõ erat mixtus, ſed tamen iam fide fuerat copulatus. Venit ergo & uirgo in falſam ſuſpitionem, ſed ſicut pro Suſanna affuit in Daniele ſpiritus, ſic pro Maria domini fuit Angelus. Ad Ioſeph, inquit, Angelus, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim de illa natum fuerit, de ſpiritu ſancto eſt. Gaudebant pauloante cõiugate ad Suſannam, gaudent uirgines ad Mariam, utræq; teneant charitatem; illæ coniugalem, iſtæ uirginalem: utraq; enim caſtitas 1 habet apud Dñm meritũ. Ergo unuſquiſq; fratres mei pro dono, quod accepit, certet in hoc ſeculo, ut uincat in futuro. Per Chriſtũ dominum noſtrum, qui uiuit & regnat cum patre & ſpiritu ſancto, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

1 *Caſtitas habet meritum apud dominũ.*

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS OSEE PROPHETÆ per Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

OSEE Propheta filius Beeri, & in Belomoth de ꝓſapia tribúq; Iſachar progenitus, ſignum dedit & prodigium; Dñm ſcilicet uenturum cœlitus in terram: cæterum hanc fore notam ſeu coniecturam aduentus eius, ſi quercus illa in Selon findatur a ſeipſa in portiones biſſenas, & fierent totidem quercus. Et accidit ita. Cæterum de fornicatione, & ſtupro gentis ſuæ uaticinatus eſt haud parum. Vitam cum poſuiſſet in pace, propria certa humatus eſt.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ITEM VITA OSEE PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

OSEE De tribu Iſachar, ortus in Betmoth; hic pronuncians dedit ſignum: ueniet Dominus in terram, ſi quercus, quæ eſt in Silo, in ſemetipſa in duodecim diuiſa fuerit partibus, totidemq; quercus effecerit. Hic in terra ſua ſepultus, placita quiete dormiuit.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS IOHELIS PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

IOel propheta ex agro Bethor, de terra Rubin oriundus, per multa quoq; ſuper Hieruſalem prophetauit, & de conſummatione gentium. Hic quoque animã efflauit ac deſijt uiuere. Eſtq; cum honore & gloria humatus in Bethor.

ITEM VITA IOELIS PROPHETÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

IOEL Hic fuit de tribu Ruben,natus etiam in Agro Betheton, ubi in pace mortuus eſt,atq; ſepultus.

VITA ET MORS AMOS PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

Habetur eius de uitis prophetarum.

AMOS Propheta è Thecue de terra Zabulon oriundus, parens fuit Eſaiæ prophetæ. Ab Amaſia autem ſacerdote Bethel iugiter uapulans, inſidijs & conuitijs notatus eſt. Poſtremo uerò filius Amaſiæ eum clauo ſeu fuſte feriendo ſecũdum tempora,occidit;q; ipſum ſuper inſidijs duarum buccularum ex auro,ſuggellaſſet. Cæterum adhuc ſpirans in patriam terrã profectus, & inibi fato functus, cum maioribus ſuis unà ſepultus eſt.

Non tenet Hieronymus hunc fuiſſe patrem Eſaiæ, ut infra uidebis.

VITA AMOS PROPHETÆ PER Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de Patribus ueteris teſtamenti.

AMOS Paſtor,& ruſticus,ac ſicomoros uellicans, propheta non genere ſed gratia uocationis. Hic autem fuit ex oppido Thecue, quod diſtat ab auſtrali plaga ſex milibus contra Bethleem. Vltra autem nulla eſt habitatio, ſed ſola eremi diffuſa uaſtitas patens uſq; ad mare rubrum, atq; a mari rubro uſq; ad Indorum fines ſolis tantum paſtoribus conceſſa,& latè uagãtibus pecoribus exacta paſtorali regione. Fuit Amos unus de numero paſtorum,quem Dñs ablatum miſit ad populos Iſrael,præcipiens ei ut Samariam pergeret,& ibi quę uentura erant prophetaret. Quē Amaſias ſacerdos frequenter plagis afflixit,& nouiſſimè Ozias filius eius uecte per tempora transfixo, crudeli morte necauit. Poſt hæc ſemiuiuus uectus eſt in terram ſuam; & poſt aliquot dies dolore nimiò uulneris animam cunctatim efflauit. Sepultus eſt cum patribus ſuis.

VITA ET MORS ABDIÆ PROPHETÆ PER Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

ABDIAS Propheta oriũdus erat ex Sichen,agroq; Beththachamar. Hic eſt uates ille qui tertius ſemicenturionem egit, cuiq; pepercit Helias Thesbites. Deſcendit ut conueniret Regem: poſthęc uerò Regiæ ordinationis deſertor adhæſit diuinatori Heliæ,& factus eſt diſcipulus eius,cuius gratia plurima ſuſtinēs,ſeruatus eſt. Suum autem diē obiens ille,in agro Beththachamar, cũ patribus ſuis capulũ obtinuit.

ITEM VITA ABDIÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ABDIAS De terra Sichem, ortus in agro Bethagaram; iſte eſt ille dux,cui pepercit Helias. Qui poſtmodum relicto Oziæ Regis mini-

ſterio factus eſt Heliæ diſcipulus,& prophetauit,qui etiam morte propria obijt, ſepultuſq́ eſt cum patribus ſuis in Sebaſtia ciuitate, ubi & Eliſeus propheta,& Baptiſta Ioannes uenerabiliter requieſcunt.

Habetur in libro cōmentariorum eiuſdē ſuper eundem ꝓphetam in principio.

ITEM ALIA ADHVC VITA ABDIÆ per D. Hieronymum presbyterum ſcripta.

Aiunt Hebræi Adiam eſſe qui ſub Rege Samariæ Achab & impijſſima Iezabel pauit centum prophetas in ſpecubus: qui non curuauerūt genu Baal & de ſeptem milibus erant quos Helias arguitur ignoraſſe: ſepulchrumq́ eius uſq; hodie cum Mauſoleo Heliſęi prophetæ & Baptiſte Ioannis in Sebaſte uenerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes Rex Iudææ Antipatri filius in honorē Auguſti Cæſaris Græco ſermone uocauit Auguſtam.

Hic igitur, quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus, fit dux eccleſiæ. Tunc in Samaria paruum gregē pauerat: nunc in toto orbe, Chriſti paſcit eccleſias, et φερωνόμως, ſicut in Actis Apoſtolorū Stephanus martyrio coronatus, ita & hic ſeruus appellatus eſt domini.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum,

VITA ET MORS IONÆ PROPHETÆ per Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

IONAS Propheta, patria fuit ex terra Cariatamaum, haud porrò ab Azoto urbe Græcorum mari uicina. Ea ætate Helias propheta redargoebat Achab principem Samariæ. Is ubi pluuiam ſuper terram uocaſſet, corripuit ſe in ſolitudinē, ubi a coruis altus, de torrentis unda Sitim ſedauit; & quando torrens exaruit, eſuriebat, migrauitq́ in Seraphtha Sidoniæ ad fœminam tenuem quandam uiduam, genitricem Ionæ, ingreſſuſq́ eſt ædes ipſius. Mulier autem nihil reliqui fecit in his, quæ ei mandauit. Manducauit etiam, & benedixit tam in frumento, quàm in oleo. Et cōmoratus eſt cum ea: nam cum incircuncifis conſuetudinem habere nequibat. Cum autem poſthæc filius uiduæ eius fato functus eſſet Ionas, reſuſcitauit eum Deus per Heliam, reſtituitq́ ipſum iuuenem ſuæ genitrici uiuentem, propter hoſpitalitatem.

Vbi igitur ad iuſtam prouectus eſſet ætatem Ionas, ablegatus eſt in Niniue ad Aſſyrios: cumq́ ſtuderet effugere Dn̄m, abſorptus eſt a ceto in itinere, profecturus in Tharſos. Egreſſus uerò rurſus Balænam, prædicauit in Niniue. Tum reſipuere Niniuitæ coram Deo, & reddiderunt Deum ſibi propitium. Mœrore autem affectus Ionas, natale ſolum repetit, neque domi permanendum ducebat, uerum aſſumpta parente ſua, in Sur peregrinatus eſt, regionem alienigenarū. Inquit enim: Ne forte exprobretur, uanam exiſtere meam prophetiam contra Niniue. Cum frequentaret itaq; terram Saar, uita ibidem functus, in ſpecu Ceneſæi iudicis humatus eſt. Prophetauit autem uates ille: Quod ubi conſpicerent olim in Hieruſalem innumeras gentes ab occaſu, tunc radicitus popularetur ea ciuitas, et euerteretur funditus.

ITEM VITA IONÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueter.s teſtamenti.

IONAS Colūba,uel dolēs,filius Amathi,q̃fuit de Geth,quę eſt in Offer,gentium præco mittitur,miſſus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit,propter quem periclitatur nauis,ſed ſors latentem reperit. Cetus obiectum uoratum orātem reuomuit. Reiectus prædicauit ſubuerſionem Niniue: Sed contriſtatur in pœnitentia urbis, & ſalutem inuidit. Gaudet etiā ederæ uirentis umbraculo, & dolet ſubito areſcenti. Tradunt Hebræi hunc eſſe filiū uiduæ, quē a mortuis ſuſcitauit Helias. Sepulchrum eius in quodam urbium Geth uiculo demonſtratur, quod eſt in ſecundo miliario Sephorim, itinere, quo pergitur Tyberiadem.

ITEM VITA ALIA EIVSDEM PROPHETE Per Diuum Hieronymum presbiterum ſcripta.

Habetur in proæmio eiuſdem Hiero. in librum Cōmentariorum ſup eodem propheta.

QVerimus Ionas propheta excepto uolumine ſuo, et euāgelijs, hoc eſt domini de eo teſtimonio: ubi alibi in ſcripturis ſanctis lectus ſit? Et ni fallor in regū uolumine de eo ita ſcriptū eſt, anno q̃ntodecimo Amaſiæ filij Ioas, regis Iuda: regnauit Hieroboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria, quadraginta annis & uno, Fecitque malum coram domino, & non receſſit ab uniuerſis peccatis Hieroboam filij Nabath: qui peccare fecit Iſrael. Ipſe conuertit fines Iſraelis in Samaria ab introitu Hemath, uſque ad mare ſolitudinis: iuxta uerbum domini dei Iſrael, quod locutus eſt in manu ſerui ſui Ionę filij Amathi ꝓphetæ: qui fuit de Geth: quæ eſt in Opher.

Tradunt autem Hebræi hunc eſſe filium uiduæ Sareptanæ, quem Helias propheta mortuum ſuſcitauit: matre poſtea dicente ad eum: Nunc cognoui quia uir Dei es tu: et uerbum dei in ore tuo eſt ueritas: et ob hāc cauſam etiam ipſum puerum ſic uocatum. Amathi enim in noſtra lingua ueritatem ſonat: et ex eo quod uerum Helias locutus eſt, ille q ſuſcitatus eſt, filius eſſe dicitur ueritatis.

Porro Geth in ſecūdo Sephorim miliario: quę hodie appellatur Diocęſaria euntibus Tyberiadem, haud grandis eſt uiculus, ubi & ſepulchrum eius oſtenditur. Quanquam alij iuxta Dioſpolim, id eſt Liddam, eum & natum & conditum uelint: non intelligentes hoc quod additur, Opher: ad diſtinctionem aliarū Geth urbium pertinere: quę iuxta Eleutheropolim, ſiue Dioſpolim hodie quoque monſtrantur.

Liber quoque 1 Tobiæ licet non habeatur in canone: tamē quia uſurpatur ab eccleſiaſticis uiris, tale quid memorat: dicente Tobia ad filium ſuū: Fili ecce ſenui, et in eo ſum, ut reuertar de uita mea. Tolle filios tuos, & uade in Mediam fili: ſcio enim quæ locutus eſt Ionas propheta de Niniue, quoniam ſubuertetur. Et reuera quantum ad hiſtorias tam Hebræas quam Græcas pertinet, & maxime Herodotum, legimus Niniuem, regnāte apud Hebræos Ioſia, et Aſtiage rege Medorū, fuiſſe ſubuerſam. Ex quo intelligimus primo tempore ad Ionæ prædicationem acta pœnitentia, Niniuitas ueniam conſecutos: poſtea uero in priſtinis uitijs perſeuerantes, dei in ſe prouocaſſe ſentētiam. Traduntq; Hebræi, Oſee, & Amos, & Eſaiam

1 Quod dicit hic Hieronymus librum Tobie non haberi in Canone, intellige ab Hebræis. Nam eo ipſo teſte in præfatione eiuſdem libri ad Chromatium & Heliodorum, Hebræi eum de

mans,incolumis inde reſpuitur.

Ionas ad æque Propheta ad inuitas miſſus a Deo eſt, eorum ut immine re ciuitati interitum nunciaret. In gentibus enim peccatorum ſarcinis premebantur. At ille alio deflexus itinere, nauē Tharſos petiturus aſcendit. Cum ſubito compugnantium uentorum flatu uiolento laceſſitum fremit mare,ſollicitiq; gurgitis præruptorum montium canis uoluminibus,repugnantium litorum ſpumantia ora contundens, minatur per momenta naufragium, procellæ crebreſcentes inſaniunt, horrendum ſibilant funes,gemunt cedentibus uelis antennæ,retunſa undiq; iter non inuenit prora. Trepidant nautæ,feſtinant in caſſum iactura uaſorum nauem leuare ponderibus,quæ Prophetæ pondere premebatur.

Tum Ionas quem ſolū expectabat bona illa tempeſtas, ſorte eductus, naufragus redditur,imo aligino ad nauigium uitale transfertur.Qui ut eſt dimiſſus in altum,ferinæq; uoraginis eſt receptus hoſpitio, uigilat in ceto, qui ſtertebat in naui. Mira res. Poſt naufragium,poſt natatile ſepulchrū, incolumis tertio poſt die Niniuitas illuſtrat,terribilibus oraculis,ſalutē ciuitati credulæ præſtaturus.

Quantum datur intelligi fratres, nauis typus eſt ſynagogæ, eius proretam ſacerdotale corpus accipimus,nautas,ſcribas & phariſæos,iacturam uaſorum,repudiationem prophetarum omniumq; ſanctorum quos ſynagoga pulſos Iudæi in damna ſalutis ſuæ, indignis cædibus mactauerunt. Venti ſæuientes,diuerſi ſunt reges,qui Iudæam lugubri clangore tubarum armorumq; fragore terribili,inſtantibus undique præliorum procellis,miſerabiliter per totum orbem diſperſere terrarum.

Ionas in naui dormiens, ſacrameti dominici imaginem præferebat. Etenim ſignificabat nauis materia crucem, ſomnus uero paſſionem. Mare autem mundus eſt iſte tumidus, fluctus eius,Iudæorum populum & gentes accipimus,qui aduerſus Deum inaniter fremuerunt. Sors Ionam præcipitandum prodidit,prophetia paſſurum dominum prædicauit, utroſq; uolentes,illum conditione, dominum pietate. Cetum eſſe non dubitatur infernum. Sicut enim Ionas tribus diebus & tribus noctibus fuit in uētre ceti,euomitusq; Niniue ſe intulit ciuitati,ita dominus poſtridie ab inferno reſurgens,ſe ciuitati Hieruſalem intulit antequam cœlo.

At uero Niniue imaginem portat Eccleſiæ, in qua gētium iam inde noſter populus morabatur,quæ nō in caſſum a Deo magna ciuitas dicta eſt. Erat enim futurum,ut omnium nationum in Chriſto credentibus populis totus orbis Deo una ciuitas redderetur.Deniq; comparationem ſalutaria geſta confirmant,quæ & in nobis manent.

Vt eſt fratres Niniuitis nuntiatus interitus,credunt & timent.Et quāto ſciunt Dominum non eſſe mendacem, tāto propenſius eius de pietate pręſumunt. Statimq; actus ueteris uitæ damnantes,pro ſalute redimenda non ſolito more ad ſtupide ſimulachre concurrunt, non aris fætentibus funeſtos excitant ignes,non thure cremant, non merum profundunt,nec pecudum inexpectata morte rapti iecoris ſpirantis conſulunt fibras, nec per uarios auium uolatus coniecturis manibus, ſtatum plumeæ ſalutis inquirūt, ſed a ſuo corde remedium ſalutare depoſcunt, ſpiritumq; ſuum tota humilitate contribulatum ambitioſe ſacrificant. Sicq; legitime celebrate pœnitentia,Deum ſibi propicium reddiderunt. Quod & nos,& fecimus, &

facere plerunq; debemus, ut & præſentis temporis tentationes, & futuri iudicij euadere mereamur. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS MICHÆÆ PROPHETÆ per D. Ephiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

MICHÆAS Marathides propheta, de tribu Ephraiu oriundus, cum plurima deſignaſſet Achab Regi Iuda, ab eiuſdem filio, cui nomen Ioram, præcipitatus, occubuit: eò quòd de iniquitatibus ſuis, progenitorumq; ſuorum, quas perpetrauerant, redarguiſſet. Is mortis carcere liberatus, in Marathi, propria terra deſolatus ac ſolitarius ſarcophagum ſortitus eſt, iuxta Polyandrum. Eſt quidem monumentum ipſius uſque ad hodiernum tempus nobiliſſimum.

Habetur in libro eius de patribus ueteris Teſtamenti.

ITEM VITA MICHÆÆ PER D. ISIdorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

MICHÆAS de tribu Ephrain in Moraſti ortus. Hic quoniã peccantem Achab ſępius arguebat, ſub Ioram filio eius de pręcipitio ualde porrecto iactus occubuit. Sepultus eſt in terra ſua iuxta Polyandrum, prope Naim.

Habetur in libro eius de uitis Prophetarum.

VITA ET MORS NAHVM PROPHETÆ PER D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

NAHVM Propheta natus erat ab Helkeſitrãs Iordanẽ fluuiũ uerſus Begabar, de tribu Simeon. Hic eſt Propheta ille, qui poſt Ionam oſtẽtum dedit ſuper Niniue: Quòd ab aquis dulcibus, igneq; terreno olim uaſtaretur. Id quod tandem factum eſt, & contigit. Quippe eam ex terræmotu igne undiq; ambiente, mox etiam aqua de ereno ſuper ueniens, ſublimiores etiam omnes urbis locos, ſeu partes occupauit. Expirauit autem Nahum animam in pace, & in Begabar ſedibus ille ſuis placidis in morte quieſcit.

Habetur in libro eius de patribus ueteris Teſtamenti.

ITEM VITA NAHVM PER D. ISIdorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

NAHVM de tribu Simeon in Helkeſi trans Bethaberim natus eſt; ibique mortuus ſuo iacet in tumulo.

ADHVC DE EODEM EX DIVO HIER.

Habetur in proœmio eiuſdẽ ad Paulam & Euſtochium.

PORRO quod dicitur Nahum Helkeſei, quidam putant Helkeſęum patrem eſſe Nahum, & ſecundum Hebręam traditionem etiam ipſum Prophetam fuiſſe, cum Helkeſi uſque hodie in Galilæa uiculus ſit, paruus quidem, & uix minis ueterum ædificiorũ indicans ueſtigia, ſed tamen notus Iudæis, & mihi quoque a circunducente monſtratus.

VITA ET MORS HABACVC PROPHETÆ per D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epm deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

HABACVC Propheta ex agro Bexzochar, è tribu Simeon oriūdus, cum ante expugnationem proſpiceret captiuitatem Hieroſolymæ, eàm, ut qui maxime, luxit, cū ſuper ciuitatem, tum ſuper populum eius, Appropinquante autem Nabuchodonoſor Hieroſolymis, ut diſſiparet eas, fugam dedit ille in Oſtracinam, & manebat illic incola in terra Iſmael. Aſt ubi Chaldæi Hieroſolymis ſoluentes, remearent in patriā ſuam cum exuuijs atque captiuis, & reliquiæ urbis Hieroſolymæ in Aegyptum deſcenderent, Antiſtes ille reuerſus in patriam, miniſtrauit meſſoribus ſui agelli: ſeminauerat enim ordea. Cæterum ſtatim ut eſculenta præparauerat, uaticinatus eſt ſuis, dicens: Proficiſcas ipſe in longinquam terrā & reuertar ocyus: ueruntamē ſi cunctauero diutius, apponite noſtris meſſoribus, quod manducent. Et translatus repente in Babylonem, exhibuit prandium Danieli, qui erat in cauea cum leonibus. Deinde regreſſus, aſtitit meſſoribus, dum iam cœnarent, neque communicauit cuiquam uel tātillum de eo quod contigerat.

Annunciauit præterea Habacuc paucis poſt diebus, poſtliminio ex Babylone Hieroſolymam populum remeaturum. Obiecit porrò oſtentum ijs qui Iudæam habitant: Quòd ſcilicet uiſuri eſſent in templo grande lumen lucide micans, & ita contemplarentur gloriam Dei. Prædixit item de conſummatione templi, quòd a populo Occidentali foret deuaſtatio eius Gieroſolymis: Tum carbaſus, inquit, Bair in duas findetur particulas: geminarum item columnarū capitella ſeu epiſtelia è medio auferentur. Neq; quiſquam cognouerit, ubi ſint, quo'ue peruenerint: ſed in deſertum inferētur ab Angelis, ubi nuper compactum erat martyrij tabernaculum. Et in illis cognoſcet in conſummatione Dominus, quòd illuminabunt, perſequutos a ſerpente tanquam ab initio. Et ſeruabit eos Dominus ab umbra mortis, eruntq; in tabernaculo ſancto. Hic Propheta de aduentu Domini non pauca uaticinatus eſt. Atque ante biennium quàm populus a Babylone redijſſet, mors prophetam occupauit, & magnis 1 honoribus in agro ſuo ſepultus eſt.

1 Vide ſolemnes exequies etiam apud patres ueteris Teſtamenti.

ITEM VITA HABACVC PER D. ISIdorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

HABACVC de tribu Simeon in agro Bizachar ortus eſt. Hic ante biennium reuerſionis filiorum Iſrael de captiuitate, in agro Sabbaritha uita deceſſit.

VITA ET MORS SOPHONIÆ PROPHETÆ per D. Epiphanium Conſtantię Cypri Epm deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis Prophetarum.

SOPHONIAS quidem Propheta Sarabathides, ſiue a monte Sarabatha, è tribu ac proſapia erat Simeon. Is quoque de Hieroſolyma ciuitate prophetauit: Nempe quòd multò foret ſatius, ſi in longum latumq; ædificaretur. Super conſummatione etiam gētium, necnon & ſu-

pe. confuſione impiorum: deque aduentu Domini. Vitam morte commutauit in Apocalypſi Domini: & ſolitarius in aruo ſuo funeratus eſt.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ITEM VITA SOPHONIÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

SOPHONIAS de tribu Simeon filius Chuſi, in agro Sabba ortus, & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe progenitus, prophetauit. Mortuus eſt, atque ſepultus in agro ſuo.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS AGGÆI PROPHETÆ PER Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

AGGÆVS Propheta, etiam dum iuuenis admodum, ex Babylone profectus eſt Hieroſolymam, et ingenuè de reditione populi uaticinatus eſt. Et oculis ſtructuram templi Hieruſalem hauſit. Idem ibidem omnium primus cecinit Alleluia, quod eſt, laudibus efferemus uiuentem Deum. Amen, quod fiat, fiat, interpretatur. Eodem igitur loci diſceſſit, & humo prope ſacerdotes, cum 1 honore & gloria conditus eſt. Proinde etiam dum hodie pſallimus, Alleluia, qui hymnus Aggæi, & Zachariæ perhibetur.

1 Ecce & hic quoque ſolemnes exequias.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ITEM VITA AGGÆI PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

AGGÆVS natus in Babylonia, iuuenculus in Hieruſalem uenit, ædificationem templi ex parte aſpexit. Hic iuxta ſacerdotum monumenta glorioſe ſepultus quieſcit.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS ZACHARIÆ PROPHETÆ per D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

ZACHARIAS Propheta natus Barachia, 1 è terra Chaldæorum ſoluit, & inter proficiſcendum per multa populo uaticinatus eſt, demonſtrationis cauſa, ſiue ad oſtentationem. Plurima quoque deſignauit miracula. Hic eſt, qui in os annunciauit Ioſedech: Naſcetur ex te filius, qui ſacris initiatus Hieroſolymis ſacrificabit Domino. Hic etiam benedixit Salathiel in filio, dicens: Procreabit filium, & indet nomen illi Zorobabel.

De Cyro quoque Rege Perſarum Zacharias oſtentatum dedit, idque ad uictoriam. Signum item ſuper Crœſo Lydorum Tyranno obiecit: necnō & ſuper rege Medorum Aſtyage. Deque publico miniſterio, quod Cyrus Rex deſignaturus eſſet Hieroſolymis uaticinatus eſt, laudibuſque euexit illum, nec uulgariter benedixit. In uaticinio porrò, quam prophetiam uocāt, propriè locutus eſt de Hieruſalem, de conſummationeque gentium, & de tēpli Hieroſolymitani ædificatione. De ocio denique & deſidia tam prophetarū, quam ſacerdotum, nōnulla duplici quadam criſi expoſuit. Deceſſit in ultima ſenectute in Iudæa, & proxime cum Aggæo propheta humatus eſt.

1 Hic etiam dictus eſt filius Addo, ut habes in Zacharia cap. 1. Nec ambigitur ſecū dum Hiero. num iuxta Paralipomenon librum, ipſe ſit Addo, qui miſſus ē ad Hieroboā filiū Nabath, ſub quo altare diuiſum eſt, & manus eius aruit, rurſumque ad preces illius reſtituta eſt.

ITEM

ITEM VITA ZACHARIÆ PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

ZACHARIAS de regione Chaldęorum ualde ſenex in terra ſua reuerſus eſt, in qua & mortuus eſt, & iuxta Aggæum humatus.

VITA ET MORS MALACHIÆ PROPHEtæ per diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

Habetur in libro eius de uitis Prophetarum.

MALACHIAS Propheta è tribu Zabulon emicuit. Hic poſt reditum populi de Babylone, natus perhibetur in Sopha, in terra nempe Zabulon. Is ab ineunte ætate, dumq́ iuuenis eſſet, uitam inculpatam egiſſe fertur. Super aduentu Domini, deq́ uita functorum iudicio nõnulla ab eo uaticinata ſunt. Quodq́ ritus cum legibus Moyſi terminabuntur, ſeu conſummabuntur, & emendabuntur.

Cæterum cum populus eum uniuerſus, ut uirum non minore ſanctimonia quàm manſuetudine præditum, coleret, indiderunt illi nomen Malachi; quod, ſi quis interpretamentum requirat, ſonat angelus. Erat quippe forma oppidò quàm præſtanti. Quæcunq; præterea in prophetia dixit Malachias, uiſus eſt angelus ſe in dies inſtituere & declarare, perinde ac factum temporibus quoq; proditur Anarchiæ, cum principatus exiſteret adhuc nullius, quemadmodum traditũ eſt in Sepher ſopthim, quod eſt, in uolumine iudicum. Ante diem uerò cum admodũ iuuenis eſſet, ꝓpheta ille fato eſt functus, iuxtaq́ maiores ſuos in ꝓprio agello repoſitus eſt.

ITEM VITA MALACHIÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

MALACHIAS poſt regreſſionem populi in Sophi eſt genitus, uir iuſtus, & aſpectu decorus. Quem Iudæi Malachiam, id eſt angelum Domini, ideo aſſerunt uocitatum, quia quæcunq; pręclicabat, confeſtim angelo de cœlis adueniente, confirmabantur. Hic autẽ admodum iuuenis moritur, atq; in agro proprio ſepelitur.

ITEM ADHVC DE MALACHIA per D. Hieronymum presbyterum.

Ex proœmio eiuſdem in Commentarios ad Minerium & Alexãdrum monachos.

VLtimum duodecim prophetarum Malachi interpretari uolumus, cuius nomen ſeptuaginta tranſtulerunt τῶ ἀγγέλου αὐτῶ, id eſt, angelus eius, dicẽtes: Aſſumptio uerbi domini ſuꝑ Iſrael in manu angeli eius, pro quo in Hebræo legitur מלאכי quod rectius & expreſſius dicitur, angelus, id eſt nuncius meus.

Nec putandum eſt iuxta quorundam opinionem angelum ueniſſe de cœlo, & aſſumpſiſſe corpus humanum: ut Iſraeli quæ a domino ſunt mandata loqueretur. Si enim interpretanda ſunt nomina, & ex nominibus nõ ſpiritualis intelligentia, ſed hiſtorię ordo texendus eſt: ergo & Oſee qui ſaluator dicitur: & Iohel qui interpretatur, dominus Deus, ſiue incipiens, &

cæteri prophetæ non erunt homines:ſed uel angeli, uel dominus atq; ſaluator, quia hoc eorum nomina reſonant. Denique exceptis ſeptuaginta, alij interpretes nomen Malachi, ita ut in hebræo legitur, tranſtulerunt.

Malachi aũt hebræi Eſdrã exiſtimant ſacerdotem, qa oĩa quæ in libro illius continenť, etiam, hic ꝓpheta cõmemorat, dicẽs. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiã, & legẽ reqrent ex ore eius, qa angelus dñi exercituũ eſt. Tẽpus quoq; tituluſq; conueniũt, qđ et in pſalmis diximus, qui titulos nõ habent, eoꝝ eſſe credendos, quoꝝ priores pſalmi noĩbus prænotati ſunt.

Igitur & Malachi, id eſt, Eſdras, poſt Aggæũ, & Zachariã, qui ſub Dario ꝓphetauerũt, fuiſſe credendus eſt. Et ppea titulũ non hr̃e, qa liber eius ꝓ titulo ſit: in quo diſcimus, qđ in regno Artaxerſis regis Perſaꝝ, Eſdras filius Saraię, & cæteroꝝ, uſq; ad eum locum ubi dicit, filius Phinees, filius Eleazar, filius Aaron ſacerdotis, ab initio aſcenderit de Babylone, & dederit ei rex ſecundũ manum dñi Dei ſui oẽm petitionẽ eius: aſcenderintq; cum illo de Iſrael, & de filijs ſacerdotum, & de filijs leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de nathinneis in Hieruſalem, anno ſeptimo Artaxerſis regis, & uenerint in Hieruſalem menſe quinto: ipſe eſt annus ſeptimus regis, quia in primo die menſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo menſis quinti uenit in Hieruſalem.

Scripſit ĩ hũc librũ Origenes tria uolumina, ſed hiſtoriã oĩno nõ tetigit, & more ſuo totius in allegorię interpretatione uerſatus eſt, nullã Eſdræ faciens mentionem: ſed angelum putans fuiſſe qui ſcripſit: ſcđm illud qđ de Ioãne legimus: Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam. Qđ nos oĩno non recipimus: ne animarum de cœlo ruinas ſuſcipere cõpellamur.

Habetur in libro eius de patribus ueteris teſtamenti.

VITA ESDRÆ PER DIVVM ISIDORVM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

ESDRAS ſacræ ſcriptor hiſtoriæ, atq; alter lator legis poſt moyſem. Hic poſt captiuitatẽ, legẽ incenſam a gentibus, renouauit, hebraicarũq; literaꝝ elementa inuenit. Hic reduxit Iſrael, et reædificare fecit tẽplũ in Hieruſalẽ. Mortuus eſt autem, et ſepultus cum patribus ſuis in Hieruſalem.

Habetur in libro eius de Patribus ueteris teſtamenti.

VITA ZOROBABEL PER DIVVM ISIDORum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

ZOROBABEL, & Neemias ex tribu Iuda, ſub Dario rege tẽplum 1 Dñi ædificant, & muros Hierl'm conſtruunt, atque Iſrael ad priſtinum ſtatum reducunt. Cultum quoque religionis, iuſque ſacerdotum uel leuitarum reſtituunt. Item & ipſi in Hieruſalem ſepulti quieſcunt.

1 Tẽplum domini ædificãt, ergo non eſt malum eccleſias in honorem Dei fabricare. Quinimmo ſanctiſſimum opus eſt & Deo acceptum, cum Iudæi Centurionem quoq; Saluatori noſtro commendantes dixerint: Diligit enim gentem noſtram & Synagogam nobis ædificauit.

Habetur in libro eius de uitis prophetarum.

VITA ET MORS ZACHARIÆ PATRIS IOANNIS Baptiſtę per D. Epiphaniũ Conſtantiæ Cypri Epm deſcripta.

ZACHARIAS adhuc alius fuit cum ꝓpheta, tum ſacerdos, Iodae

ſacerdote prognatus, Ioãnis Babtiſtę parens, quem Herodes ille Tyranus iuxta aram, domumq́ Dei occidit. Effuſusq́ eſt ſanguis eius in ueſtibulo templi Domini. Is natione Hieroſolimitanus erat, de familia Dauid, officialis in domo Domini. Inter cætera, quæ uaticinatus eſt ille, de origine quoq; & natiuitate Chriſti nõnulla prophetauit. Eo igitur in loco propheta, cum in domo, tum a templo haud procul humatus eſt. Ex eo ſane facta ſunt in delubro illo, ſeu templo, & oſtenta, & ſtupenda miracula, phantaſiæ nempe, hoc eſt uiſiones. Cęterum ſacerdotes nequibant amplius neq; angelorum uiſa oculis uſurpare, neq; oracula, ſiue reſpõſa populo ex Dabir reddere. Neque etiam poterant in Ephod per ſigna & portenta reſpõdere, quemadmodum prius ſoliti fuerant, uſq; ad tempus hodiernum.

ITEM DE HOC EODEM ZACHARIA
Per Diuum Baſilium Epiſcopum.

Ex homilia eiuſdem de humana Chriſti generatione.

QVod autem Maria perpetuo uirgo remanſerit, etiam, Zachariæ declarat hiſtoria quædam, quæ ex traditione ad nos uſque peruenit. Zacharias enim Mariam poſt domini conceptionem in uirginum loco conſtituens, a Iudęis inter templum, et altare interfectus eſt. A populo nanque accuſatus, quod rem prodigioſam inauditamq́ prædicaret, uirginem uidelicet parientem citra uirginitatis corruptionem.

ITEM DE ZACHARIA PATRE IOANNIS
Baptiſtæ ex Diuo Gregorio Epiſcopo Nyſſeno.

Habetũr in oratione eius habita in die natiuitatis Domini, nu per per Petrum Franciſcum Zinum Veronenſem latine reddita.

NOn erit intempeſtiuum, ſi incorruptę matris teſtem eum, qui inter templum & altare fuit occiſus, proferamus. Hic eſt ſacerdos Zacharias, non ſacerdos ſolum, uerumetiam propheta. Ac prophetiæ quidem poteſtas in Euãgeliŋ libro declaratur. cũ uiam hominibus muniẽs diuina gratia, ne Virginis partus incredibilis putaretur minoribus miraculis fidelium aſſenſum ſic exercuit, ut fœmina ſterilis, & uir iam ętate confectus, filium ſuſciperent. Hoc mirandi uirginis partus, prœmium fuit. Etenim ſicut Eliſabeth quæ ſterilis ad ſenectutem peruenerat, non poteſtate naturæ fit mater, ſed ei diuino conſilio filius naſcitur, ſic quod in uirgineo partu non credendum uidetur, ſi referatur ad Deum, credibile eſt.

Quoniam igitur ex uirginitate prouenientem præcedit nuntius ſterilis, qui ad uocem illius, quæ Dominum utero gerebat, antequam in lucem ꝓdiret, in aluo matris exiliuit, ſimul ac natus eſt præcurſor uerbi, ꝓphetico ſpiritu Zachariæ ſilentium ſoluitur. Quæcunque autem diſeruit Zacharias propheta, ad futurum ſpectabat.

Hic igitur diuino numine ad ſocculto℞ cognitionem ductus, cum uirginitatis myſterium in partu incorrupto non ignoraret, in ſacro templo uirginem matrem a loco uirginibus per legem aſſignato non ſemouit, Iudęosque docuit naturam humanam una cum reliquis omnibus rerum omnium effectori & Regi ita ſubiectam eſſe, ut arbitratu ſuo eam ipſe regeret, non autem ab ea regeretur. Itaque in manu ipſius eſſe, nouam ortus rationem moliri, quæ matrem eſſe uirginem non impediret. quamobrem eam ſe a uirginum loco nõ excluſiſſe. locus autem ille erat ſpatium quod-

dam inter templum et altare.

Cum igitur audiuiſſent Iudæi rerum oīum Regem in uitam humanam diuino ordine prodijſſe, metuentes, ne Regi ſubderētur, ſacerdotem, qui hæc de ipſo partu teſtificabāt, ad ipſum altare ſacrificantem interfecerūt.

Habetur in libro eius de Patribus ueteris teſtamenti.

VITA ET MORS SIMEONIS PROPHETÆ per D. Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epm̄ deſcripta.

SIMEON ſacerdos é tribu Aaron emicuit. Hic quippe eſt is, qui oraculum accepit a ſpiritu ſancto: Neutiquam, uiturum eſſe mortem, quo uſque Chriſtum Domini incarnatum cerneret. Hic eſt, inquam, ille, qui geſtauit Dominum in ulnis ſuis, & glorificauit eum, referens: Viderūt oculi mei ſalutare tuum: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum uerbum tuū in pace. Fato functus eſt Simeon iſte pluribus quidem annis obſitus, & ætate multa confectus, nec porrò a ſacerdotibus poſtremum conſequutus honorem, humatus eſt.

Eſt ſermo eiuſdem ſecundus in uolumine ſermonum eius.

DIVI EPHRAEM E' DISSENAE ECCLEſiæ Diaconi in ſecundum librum Vitarum ſanctorum Proemium.

LEgentes, non agnoſcimus, & audientes, nec quicquam auribus noſtris percipimus. Si aliquis conficiens iter, homicidiū perpetratum repente agnouerit, uultus eius ilico immutatur, & cor eius pauore concutitur. Nos autem Prophetas & Apoſtolos legimus interfectos & lapidatos, & riſus proferimus. Et qd dico Prophetas & Apoſtolos? ipſum dominum uerbum carnem factum pependiſſe in ligno, & propter peccata noſtra peremptum eſſe audiuimus & legimus, & elata ſeruice contemnimus & ridemus? Sol non potuit ferre Domini noſtri contumeliam, ſed claritatem luminis ſui conuertit in tenebras, nos autem a tenebris malitiæ noſtræ cōuerti nolumus. Velum templi quod nihil deliquerat, a ſemetipſo ſciſſum eſt, nos autem propter peccata noſtra ut cor noſtrum compungatur, ſtudere nolumus. Terra tremiſſens a faciæ Domini, ſub pedibus noſtris commouetur, ut nobis metum incutiat, & nec ſic ob noſtram duritiam formidamus. Vrbes abſorptæ ſunt, & loca ab ira Domini deſolata ſunt, & nec ſic trepidamus. Sol ſemel & iterū meridianis oris ſuper nos obſcuratus eſt, & nec ſic corde pauemus. Bella Perſarum ac diuerſarum gentium Barbararum commota ſunt, & regiones noſtræ deſolauerunt, ut nos metuentes Deum pœnitentiam ageremus, cum indigeamus utique pœnitentia, non dierum aut menſium, ſed temporum plurimorum, & nec ſic conuerti uolumus.

Pœnitentiam itaq; agamus fratres, ut peccatorum noſtrorum propiciatorem Deum habere poſſimus. 1 Deprecemur eum, quia exacerbauimus eum. Humiliemus nos, ut nos exaltet. Defleamus, ut lætificet & conſoletur nos. Proijciamus a nobis conſuetudinem malam, & quaſi ueſtimētum uirtutem animi induamus.

1 Vide ſi pœnitentia quam ſanctus pater requirit, eſt tantummodo noua uita, ut noſtri Heretici garriunt.

Quod ſi unuſquiſq; non ſe emundauerit ab omni re iniqua, & a ſordidis quoque cordis cogitationibus concupiſcentiarum quoque malarum, nec-

non & ab ira furoris atque inuidia, a ſuperbia quoque ac uana gloria, odio & detractione, contradictione ac uerboſitate & inordinatis actibus. Et quid cuncta nunc per partes enumero? niſi ab omnibus quæ odit Dominus, auertat ſemetipſum, ac procul faciat, nequaquam in eo habitat Deus.

Dicito mihi. Si quis te in lacum cœni proijceret, & ibi ſemper te eſſe cuperet, libenter hoc faceres? Si tu cum ſiſcinis & uermis, hoc ſuſtinere non potes, quō uis impollutum Deum, qui cum ſit ſanctus, & in ſanctis requieſcat, ut in te, cum ſis totus fœtidus, & cœnoſo horrore repletus, inhabitet?

Vnde dilectiſſimi, mundemus nosmetipſos ab omni delicto, ut in nobis habitet Deus, & promiſſa a eius cœleſtia conſequi mereamur. Nec eius nomini Sancto, quod inuocatum eſt ſuper nos, inferamus iniuriam, ne propter nos nomen Domini noſtri a perfidis blaſphemetur. Parcamus nobis metipſis, & intelligamus, quia in nomine eius noſtrum quoque conſonat nomē, eo quod ipſe Chriſtus uocetur, & nos nihilominus chriſtiani. Deus noſter ſpiritus eſt. Efficiamur ergo & nos ſpirituales. Vbi enim eſt ſpiritus Domini, ibi libertas. Feſtinemus ergo libertatis huius conſequi bonitatē.

a *Et promiſſa eius cœleſtia conſequi mereamur.*

FRAGMENTVM VITAE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti, mundi redemptoris per D. Ignatium Epiſcopum Antiochenum ſcripta.

Eſt pars epiſtolæ eius. 5. ad Trallianos ex Smyrna ſcripta.

OBturate fratres aures ueſtras, quādo uobis quis ſine Ieſu Chriſto filio Dei loquitur, qui factus eſt per Mariam ex ſemine Dauid, qui uere natus ex Deo, & ex Virgine, quia hoc ipſum eſt, quod et Deus, ſuſcepit enim uere corpus. Verbum, inquit, caro factum eſt, & habitauit in nobis, ſine peccato, quis enim ex uobis arguet me de peccato? Mā ducauit enim uere & bibit, & crucifixus eſt, & mortuus ſub pontio Pilato ſed & ſecundum placitum uoluntatis ſuæ uere crucifixus eſt, & uere mortuus, uidentibus cœleſtibus, & terreſtribus, & infernis, Cœleſtibus quidē tanquam incorporalibus creaturis, terreſtribus uero, ut Iudæis & Romanis, & cæteris hominibus, qui tunc eodem tempore præſto erant, quando crucifixus eſt Dominus. Infernis autem, ut multitudine eorum qui cum domino reſurrexerunt. Multa, inquit, ſanctorum corpora dormiētium reſurrexerunt de monumentis patefactis. Deſcendit autem in infernum ſolus, aſcendit uero cum multitudine, & dirupit maceriam, quæ erat a ſeculo, & medium parietem eius diſſoluit, & reſurrexit tertia die, & reſuſcitante eum patre, & poſt dies quibus conuerſatus eſt Apoſtolis, aſſumptus eſt ad patrem, & ſedet ad dexteram eius, expectans donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius.

Die ergo paraſceues tertia hora accepit ſententiam a Pilato permittente patre, ſexta uero crucifixus eſt, nona autem emiſit ſpiritum. Ante uero ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt. & ſepultus in monumēto nouo, Sabbato uero manſit ſub terra in ſepulchro, quo poſuit eum Ioſeph ab Arimathia. Dominica autem die, reſurrexit a mortuis, ſecundum quod dictum eſt ab eo, ſicut fuit Ionas in uentre Ceti tribus diebus & tribus noctibus. Continet autem dies paraſceue paſsionem eius. Sabbatum uero ſepulturam & requiem, Dominica autem reſurrectionem.

Quidam autem tanquam ſine Deo increduli & infideles, dicunt eum

putatiue tantum fuiſſe hominem,& non uerum corpus ſuſcepiſſe,atq; putatiue paſſum & mortuum. Ego uero pro paſſione & morte Domini mei uinctus ſum,& opto ad beſtias pugnare. Si enim putatiue,& nõ uere paſſus eſt,& mortuus, ergo ego gratis moriturus ſum, mendaciam de cruce Domini confingens, ſed & Propheta ſuperflue dixit. Videbunt in quem compunxerunt,& plangent inter ſeipſos tanquam ſuper dilectum,& dolebunt dolore tanquam ſuper primogenitum. Ergo infideles illi, & increduli non minus ſunt,quam illi qui eum crucifixerunt.

Ego ſic deuoui ſpem habere in eum, qui pro me uere mortuus eſt, quia alienum eſt ab eo mendacium. Vere etenim peperit Maria corpus,Deo in eo habitante,& uere natus eſt Deus uerbum ex uergine,corpus ſine nobis paſſibile abſq; peccato induens, uere conceptus eſt in utero,& factus eſt in utero,formans & faciens ſibi corpus ex Vergine, ſine ſemine ſcilicet,& collocutione uiri,portatuſq; in utero,ſicut & nos tempore portati ſumus, & lactatus, & nutritus eſt,ſicut & nos,& cibo & potu ſicuti & nos uſus eſt,& triginta annos agens,baptizatus eſt a Ioanne in ueritate & non in phantaſmate,& tribus annis prędicauit Euãgelium,& fecit ſigna & prodigia coram falſis Iudæis,& a Pilato præſide iudex iudicatus eſt,flagellatus eſt,colaphis cęſus eſt,conſputus eſt, ſpineam coronam purpureamq; ueſtem portauit,condemnatuſq;, crucifixus eſt uere, uoluntarie complacens non imaginarie,neque fallaciter mortuus eſt,ſed uere & ſepultus eſt, & reſurrexit a mortuis ſicut ipſe alicubi orans patrem dicebat:Tu autem Domine reſuſcita me,& reddam illis. Et pater qui ſemper eum exaudit, reſpondens,ait,Exurge Deus,iudica terram,quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Qui ergo reſuſcitauit eum pater,ipſe etiam nos per eum reſuſcitaturus eſt, non ſine uera uita,hoc eſt,non ſine ipſo qui ait:Ego ſum uita,qui credit in me,non morietur in æternum.

Fugite illas ſine Deo hæreſes, diaboli enim ſunt adinuentio, ſerpentis authoris malorũ, qui per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri. Fugite 1 uero & malas ſoboles eius. Simonẽ dico primogenitum generis ipſius,& Menandrum & Baſilidem & totam collectionem malignitatis ipſius,& illos hominis cultores Hebionitas,quos maledicos eſſe Hieremias propheta aſſeruit. Fugite quoq; & illos immundiſſimos Nicolaitas,amatores libidinis,malos calumniatores,nam talis fuit Apoſtolorum miniſter Nicolaus. Fugite etiam ipſius nequiſſimi nepotes: Theodotum ſcilicet & Cleobolum, qui generant fructum mortiferum, de quo ſi quis deguſtauerit,ſtatim morietur,non morte temporali,ſed æternam.

1 Ex hoc loco habes nõ eſſe cũ hæreticis communicandum ſed ab eis longe fugiẽdum. Id etiam præcipiunt Apoſtoli Paulus & Ioannes.

Hi autem omnes non ſunt plantatio Dei patris,ſed progenies maledicti. Omnis autem plantatio (inquit Deus) quam non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur. Quod ſi fuiſſent rami patris,nõ utique eſſent inimici crucis Chriſti,ſed ſunt rami illorum,qui occiderunt Dominum glorię, nũc autem crucem negantes, & paſſionem erubeſcentes, operantur Iudæorũ iniquitates,illorum ſcilicet,qui & Deo rebelles extiterunt, & Dominum occiderunt. Patrum eſt enim eos dicere prophetarum eſſe interfectores.

2 Vide Hæretice num Eccleſia Dei ſit inuiſibilis,ut falſo aſſeris cũ Ignatius ſalutet Trallianos cum præſentibus Eccleſijs, quæ & præſentes ut id faceret eum requiſierunt.

Vos ergo inuitat Chriſtus ad ſuam incorruptionem,per paſſionẽ ſuam & reſurrectionem,qui eſtis membra eius. Saluto uos ex Smyrna unà cum præſentibus 2 mihi eccleſijs Dei,quæ & præſentes me id requiſierunt in omni carne & ſpiritu. Poſtulãt uos uincula mea,quæ propter Ieſum Chri

3 Collige ex hoc quod mandat Epiſcopum

ſtum'porto, rogans Deum, ut mereamini in ſenſu & oratione in inuicem permanere. Decet enim unumquenque ueſtrum bene obſequi presbyteris, Epiſcopum 3 in honorem Dei patris, & in honorem Ieſu Chriſti atque Apoſtolorum uenerari.

adeo uenerari, & piſcopalem dignitatem eſſe ſuper omnes gradus Eccleſiæ.

Deprecor uos ex affectu audire me, ut non ſit in teſtimonium quod uobis ſcripſi, & eo orate pro me indigente miſericordia Dei nec ueſtra charitate, ut merear conſequi ſortem cui ſubiaceo, ne reprobus inueniar.

4 *Si ſalutat eos eccleſia quæ eſt in Syria, ergo Eccleſia quæ eſt in Syria eſt uiſibilis.*

Salutat uos dilectio Smyrneorum, & Epheſiorum memores ueſtri, Eccleſiaque 4 quæ eſt in Syria, unde non ſum dignus dici ultimus eorum qui ibi ſunt. Incolumes eſtote in Chriſto Ieſu, 5 ſubiecti eſtote Epiſcopo, ſimiliter & presbyteris & diaconis, omnes inuicem corde inſeparabili. Caſtificet uos ſpiritus meus, non ſolum nunc, ſed & quando deum 6 me ruero adipiſci. Adhuc enim in periculo ſum, ſed fidelis eſt pater Ieſu Chriſti adimplere petitionem meam & ueſtram in qua inueniamur immaculati, & acquiſiſti in Domino. Amen.

5 *Habes hic diuerſos gradus in ordine Eccleſiaſtico, quibus laici debent eſſe ſubiecti.* 6 *Videri quõ ſancti mereantur Deũ adipiſci?*

ITEM DE DOMINO NOSTRO IESV Chriſto per Paulum Oroſium Hiſtoricum.

Habetur lib. 6. hiſtoriæ eius cap. 10

ANno ab urbe condita. D. CC. XXV. ipſo imperatore Cæſare Auguſto quinquies, & Luci Apuleio cõſulibus, Cæſar uictor ab oriente rediens, octauo idus Ianuarij urbem triplici triumpho ingreſſus eſt: ac tum primum ipſe iani portas, ſopitis omnibus finitiſque bellis ciuilibus, clauſit: Hoc die primum Auguſtus conſalutatus eſt. Quod nomen cunctis antea inuiolatum, & hucuſque cæteris inauſum dominis, tãtum orbis licite uſurpatum apicem declarat imperij: atque ex eodem die ſumma rerum ac poteſtatum penes unum cœpit eſſe, & manſit, quod Græci monarchiam uocant. Porro autem hunc eundem eſſe diem, hoc eſt, octauum idus Ianuarias, quo nos 7 Epiphania, hoc eſt apparitionem ſiue manifeſtationem dominici ſacramenti obſeruamus, nemo credentium, ſiue etiam fidei contradicentium neſcit. De quo noſtræ ipſius fideliſſimæ obſeruationis ſacramento huberius nunc dicere, nec ratio, nec locus flagitat: ut et quærentibus reſeruaſſe, & negligentibus non ingeſſiſſe uideamur.

7 *Non te ſcandalizet quod Natiuitatẽ domini Epiphaniam appellet, nam ueteres patres hoc loquendi modo uſi plerunque ſunt. Etenim & eo die legimus, Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei.*

Hoc autem fideliter commemoraſſe ideo par fuit, ut per omnia uenturi Chriſti gratia præparatum Cæſaris imperium comprobetur. Nam cum primum Caio Cæſare auunculo ſuo interfecto, ex Apollonia rediens urbem ingrederetur hora circiter tertia, repente liquido ac puro ſereno circulus ad ſpeciem cœleſtis arcus orbem ſolis ambijt, quaſi unũ eum ac potentiſſimum in hoc mundo, ſolumque clariſſimum in orbem monſtraret, cuius tempore uenturus eſſet, qui ipſum ſolem ſolus, mundumque totum & feciſſet, & regeret.

Deinde cum ſecundo in Sicilia receptis a Pompeio & Læpido legionibus, triginta ſeruorum milia dominis reſtituiſſet, & quadragintaquatuor legiones ſolus imperio ſuo ad tutamen orbis terrarũ diſtribuiſſet, ouãſque urbem ingreſſus, omnia ſuperiora populi Romani Imperatori debita donanda, literarum etiam monimentis abolitis, cenſuiſſet: in diebus ipſius fons olei largiſſimus, ſicut ſuperius expreſſi, de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo ſigno quid euidentius quam in diebus Cæſaris toto

orbe regnantis, futuræ Chriſti natiuitas declarata eſt: Chriſtus enim lingua gentis eius, in qua & ex qua natus eſt, unctus interpretatur.

Itaq; cum eo tempore, quo Cæſari perpetua tribunitia poteſtas decreta eſt, Romæ fons olei per totũ diem defluxit: ſub principatu Romani imperij per totum diem, hoc eſt, per omne Romani tempus imperij Chriſtũ, & ex eo Chriſtianos, id eſt, unctum, atq; ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc eſt, de hoſpita largaq; eccleſia affluenter atq; inceſſabiliter proceſſuros, reſtituendosq; per Cæſarem omnes ſeruos, qui tamen cognoſcerẽt dominum ſuum, cæterosq; qui ſine domino inuenirent, morti ſupplicioq; delendos, remittendaq; ſub Cæſare debita peccatorũ in ea urbe, in qua ſpontaneum fluxit oleum, euidentiſſima his qui prophetarũ uoces non audiebant, ſigna in cœlo, & in terra prodigia prodiderunt.

Tertio autem, cum urbem triumphans quintum conſul ingreſſus eſt, eo ſcilicet die, quem ſupra nominauimus, cum & Ianũ poſt ducentos annos primum ipſe clauſit, & clariſſimum illud Auguſti nomen aſſumpſit, quid fidelius ac uerius credi, aut cognoſci poteſt concurrentibus ad tantam manifeſtationem, pace, nomine, die, quam hunc occulte quidem geſtorum ordine, ad obſequium præparationis eius prædeſtinatum fuiſſe: qui eo die, quo ille manifeſtandus mundo poſt paululum erat, & pacis ſignum prætulit, & poteſtatis nomen aſſumpſit?

Vbi ſupra Cap. 22. Anno uero ab urbe condita. 752. Cæſar Auguſtus ab Oriente in Occidentem, a Septentrione in Meridiem, atq; per totum Oceani circulũ cunctis gentibus una pace cõpoſitis, Iani portas tertio ipſe tunc clauſit. Quas ex eo per duodecim ferè annos quietiſſimo ſemper obſeratas ocio, ipſa ẽt rubigo conſignauit: nec prius unquam, niſi ſub extrema ſenectute Auguſti pulſatæ, & Athenienſium ſeditione, & dacorum cõmotione patuerũt.

Clauſis igitur Iani portis, rempublicam quam bello quæſiuerat, pace enutrire atq; amplificare ſtudens, leges plurimas ſtatuit, per quas humanum genus libera reuerẽtia diſciplinæ morem gereret. Dñi appellationẽ, ut homo declinauit. Nam cum eodem ſpectante ludos, pronunciatũ eſſet a quodam mimo, O dominum æquum & bonum: Vniuerſiq;, quaſi de ipſo dictum eſſe exultãtes approbauiſſent, ſtatim quidem manu uultuq; indecoras adulationes repreſſit, & in ſequenti die grauiſſimo corripuit edicto, dominumq; ſe poſt hac appellari ne a liberis quidem, aut nepotibus ſuis, uel ſerio, uel ioco paſſus eſt.

Igitur eo tempore, id eſt eo anno, quo firmiſſimam ueriſſimamq; pacẽ ordinatione Dei Cæſar compoſuit, natus eſt Chriſtus: cuius aduẽtui pax iſta famulata eſt, in cuius ortu audientibus hominibus exultantes angeli cecinerunt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Eodemq; tempore, hic, ad quem rerum omnium ſumma conceſſerat, dñm ſe hominum appellari non paſſus eſt: imò nõ auſus, quo uerus dominus totius generis humani, inter homines natus eſt.

Eodem quidem anno, tunc primum idem Cæſar, quem his tantis myſterijs prædeſtinauerat Deus, cenſum agi ſingularũ ubiq; prouinciarum, & cenſeri omnes homines iuſſit, quando & Deus homo uideri, & eſſe dignatus eſt. Tunc igiť natus eſt Chriſtus, Romano cenſui ſtatim aſcriptus, ut natus eſt. Hæc eſt prima illa clariſſimaq; profeſſio, quæ Cæſarem oĩum principem, Romanosq; dominos rerum in cunctorum hominum edicta

aſcriptione

aſcriptione ſignauit, in qua ſe, & ipſe, qui cũctos homines fecit, inueniri hominem, aſcribiq́ inter homines uoluit. Quod nunquam penitus ab orbe condito, atque ab exordio generis humani in hunc modum, ne Babylonio quidem uel Macedonico, ut non dicã minori cuiquàm regno conceſſum fuit. Nec dubium, quin omniũ cognitioni, fidei, inſpectioniq́ pateat, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus hanc urbem nutu ſuo auctum defenſamq́, in hunc rerum apicem prouexerit, cuius potiſſime uoluit eſſe, quum uenit, dicendus utique ciuis Romanus, cenſus profeſſione Romani.

Poſtquam igitur Ninus Beli filius in Babylone regnare cœperat anno quadrageſimotertio natus eſt ſanctus ille Abraham, cui dictæ ſunt repromiſſiones, ex cuius ſemine promiſſus eſt Chriſtus: deinde nũc primi iſtius imperatorum omnium Auguſti Cæſaris, quamuis & pater eius Cæſar metator imperij potius, quam Imperator extiterit, iſtius (inquam) Cæſaris poſteaque imperare cœpit, emenſo propemodum anno quodrageſimo ſecundo natus eſt Chriſtus, qui Abrahæ ſub Nino primo Rege fuerat repromiſſus. Natus eſt autem octauo calendas Ianuarij, quãdo primum incrementa omnia anni uenientis incipiunt. Ita factum eſt, ut cum Abraham. 43. natus ſit anno, ſub fine. 42. natiuitas Chriſti cõueniret, ut iam non ipſe in parte tertij anni, ſed in ipſo potius tertius annus oriretur. *Vbi ſup. li. IX. ca. 2.*

Qui annus quantis, quam nouis, quamq́ inuſitatis bonis abundauerit, ſatis & iam me non proferente compertum haberi arbitror. Toto terrarum orbe una pax omnium non ceſſatione, ſed abolitione bellorum, clauſæ Iani gemini portæ, extirpatis bellorum radicibus, non repreſſis, cẽſus ille primus & maximus fuit, cum in hoc unum Cæſaris nomen uniuerſa magnarum gentium creatura iurauit, ſimulq́ per communionem cenſus, unius ſocietatis effecta eſt.

Igitur anno ab urbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecũdo natus eſt Chriſtus, ſalutarem mundo afferens fidem, petra medio rerum poſita ubi cõminueretur, qui offenderet, qui crederet, ſaluaretur: uere ignis ardens, quem qui ſequitur, illuminatur: qui tentat, exuritur. Ipſe eſt Chriſtus, Chriſtianorum caput, Saluator bonorum, malorum punitor, iudex omnium qui formam ſubſecuturis uerbo & opere ſtatuens, quo magis doceret patientes in perſecutionibus quas pro uita æterna exciperent eſſe oportere, mox ut uirginis partu æditus mundo apparuit, de paſſionibus ſuis cœpit. *Ibidem cap. 3*

Nanque cum Rex Iudæ Herodes ſimul ut natum comperit, necare decreuit, plurimos tuncq́ paruulos, dum unum inſectatur, occidit. Hinc malignis improbe incurrentibus, digna punitio eſt. Hinc inquantum tranquille agitur mundus, credentium gratia: inquantum pernicioſe inquietatur, blaſphemantium pœna eſt, 8 ſecuris per oĩa Chriſtianis fidelibus, quibus aut æternæ uitæ requies in tuto, aut etiam huius in lucro eſt.

Cæterum & tunc capta euerſaq́ urbe Hieroſolymorum, ſicut prophetæ prænunciauerunt, extinctiſq́ Iudæis, Titus, qui ad uindicandum domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguinem, iudicio Dei fuerat ordinatus, uictor triumphans cum Veſpaſiano patre Ianum clauſit.

Igitur & ſi ſub extremis Cæſaris temporibus apertus eſt Ianus, tamen permulta ex eo tempora, quamuis in procinctu eſſet exercitus, nulla bella ſonuerunt. Vnde etiam ipſe dominus Ieſus Chriſtus in euangelijs, cum

8 Intellige hanc ſecuritatem promitti fidelibus, ſi opera bona fidei conſona ſubſequuta fuerint, alioquin fides ſine operibus nõ prodeſt ad ſalutem Iacobo teſte.

temporibus illis in ſumma tranquillitate uniuerſus mundus ageret, cunctaſq; gentes pax una uallaret, & a diſcipulis ſuis interrogatus eſſet de conditione temporum ſubſequentium, inter cætera ſic ait: Audituri autem eſtis prælia, & opiniones præliorum, uidete ne turbemini Oportet enim hęc primũ fieri, ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens contra gẽtem & regnum in regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terręmotus per loca. Hęc autem omnia initia ſunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem, & occidet uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Hoc autem diuina prouidentia docens, & credentes præmonendo firmauit, & incredulos prædicendo confudit.

Vbi ſupra cap. 4

Anno igitur Tiberij Decimo ſeptimo cum dominus Ieſus Chriſtus uoluntarie qdem ſe tradidit paſſioni, ſed impie a Iudæis apprehenſus, & patibulo ſuffixus eſt, maximo terręmotu p orbẽ facto, ſaxa in montibus ſciſſa ſunt, maximarũq; urbiũ plurimæ partes plus ſolita cõcuſſione ceciderũt.

Eadem quoque die ad horam diei ſextam, Sol in totum obſcuratus, tetraque nox ſubito obducta terris eſt, & ſicut dictum eſt, impiáque æternam timuerunt ſecula noctem. Vſqueadeo autem neque Lunam lumini Solis, neque nubes obſtitiſſe manifeſtum eſt, ut decimaquarta Luna ea die tota cœli regione interiecta, longiſſime a conſpectu Solis abfuiſſe, & ſtellas tunc diurnis horis, uel potius in illa horrenda nocte, toto cœlo fulſiſſe referatur. Quod non ſolum ſanctorum euangeliorum fides, ſed etiam aliquanti Græcorum libri atteſtantur.

Iam hinc poſt paſsionem domini, quem Iudęi quãtum in ipſis fuit perſecuti ſunt, continue clades Iudęorum, donec exinaniti diſperſiq; deficiãt, inceſſabiliter perſtrepunt. Tiberius ſiquidem iuuentutem eorum per ſpeciem ſacramẽti, in prouincias grauioris cœli relegauit, reliquos gẽtis eiuſdem, uel ſimilia ſectantes, urbe ſubmouit, ſub pœna perpetue ſeruitutis, ni ſi obtemperaſſent. Sane Aſiæ ciuitates illo terręmotu dirutas, tributo dimiſſo, propria etiam libertate donauit.

Poſtq; uero paſſus eſt dominus Chriſtus, atque a mortuis reſurrexit & diſcipulos ſuos ad prædicandum dimiſit, Pilatus pręſes Paleſtinæ prouincię, ad Tiberium imperatorẽ atq; ad ſenatum retulit de paſſione & reſurrectione Chriſti, conſequentibuſq; uirtutibus, quæ uel per ipſum palàm facta fuerant, uel per diſcipulos ipſius in nomine eius fiebant, et de eo qđ certatim creſcente plurimorum fide deus crederetur. Tiberius cum ſuffragio magni fauoris retulit ad ſenatum, ut Chriſtus deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non ſibi prius ſecundũ morem delatum eſſet, ut de ſuſcipiendo cultu prius ipſe decerneret, conſecrationem Chriſti recuſauit edictoq; conſtituit exterminandos eſſe urbe Chriſtianos: pręcipue cum et Seianus præfectus Tiberij, ſuſcipẽdæ religioni obſtinatiſſime contradiceret. Tiberius tamen edicto accuſatoribus Chriſtianorum mortem cõminatus eſt. Itaque paulatim immulata eſt illa Tiberij Cęſaris laudatiſſima modeſtia in pœnam contradictoris ſenatus.

ITEM DE EODEM EX EVTROPIO.

Habetur in ſeptimo libro rerum Romana-

DE Terręmotu ueró, qui in die Dominicæ paſſionis fuit, ſcribens inter cæteros & Phlegon, qui olympiadas enumerat, in tertiodecimo ſer

mone eiſdem uerbis aſſerit hæc. Porro quarto anno ducenteſimæ ſecundæ Olympiadis facta eſt defectio Solis maxima, et nox hora ſexta diei facta eſt, ita ut etiam ſtellæ in cœlo apparerent. Terræmotus etiã magnus in Bithynia factus, plurimam Niceæ partem urbis ſubuertit. *rum in tractatu de Tiberio Cæſare.*

ET INFRA.

PILATVS autem præſes, qui ſententiam damnationis in chriſtum dixerat, poſtquam plurimas ſeditiones Hieroſolymis excepit ac fecit, tantis irrogante Caio, angoribus coarctatus eſt, ut ſua ſe trãſuerberans manu, malorum compendium mortis celeritate quæſierit. *Ibidem in tractatu de Cæſare Caligula.*

ITEM DE EODEM EX DIVO Dionyſio Areopagita.

SEd forte dicturus Apollophanes eſt, hæc uera non eſſe, Ac iſtud quidem Perſarum ſacerdotum monumentis reſeruata hiſtoria continet magisq; nunc, uſque triplicis mitri, id eſt ſolis memoriam celebrant. Verum liceat illi ſane his per ignorantiam, ſiue per heſitationem fidem nõ accommodare. Age itaq; illũ rurſus aggredere. Quid de illo qui tempore crucis dominicæ factus eſt ſolis defectu, dicturus? *Habetur in epiſtola eiuſdem ad ſapientẽ Polycarpum cõtra Apollophanem ſcripta.*

Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboq; ſimul inſidentem mirabiliter ſoli, lunæ globum notabamus, non enim eiuſce coniunctionis tunc aderat tempus. Ipſamq; rurſus ac hora nona ad ueſperam ad ſolis diametrum ſupra naturę uires reſtitutam. In memoriam autem illius reuoca & aliud quiddam. Nempe enim ut ipſe non ignorat, eam lunæ incidentiam ab oriente cepiſſe, et uſque ad ſolaris corporis finem perueniſſe, actum demum reſiliſſe notauimus. Neque uero eadem ex parte ut aſſolet & incidẽtia illa et repurgatio facta eſt, ſed ex aduerſo diametri.

Hęc ſunt quę tunc temporis contigere naturam profecto ſuperantia, ac ſoli Chriſto poſſibilia, qui auctor eſt omnium, facitq; magna et ſtupenda, quorum non eſt numerus. Iſta illi ſi licuerit dicito. Ea ſi potes Apollophanes argue. Nempe enim pręſens una tecũ affui, unaq; aſpexi, ac diiudicaui omnia, dignaque ſum admiratione proſecutus. Denique tunc neſcio quo afflatu ſpiritu ad diuinationem quoque prorupit Apollophanes, atque ad me conuerſus, Hę, inquit, o pręclare Dionyſi diuinarum ſunt uiciſſitudines rerum.

HISTORIA QVOMODO SANCTA HELENA dominicam crucem inuenerit, per Diuum Paulinum Nolanum. Epiſcopum ſcripta.

Eſt epiſtola eius. xj. ad Seuerum.

SEVERO FRATRI VNANIMO PAVLINVS.

FRater Victor inter alias operum tuorum & uotorum narrationes retulit nobis, deſiderare te ad baſilicam quam modo apud Primuliacum noſtrum, maiorem priore condideris de 1 ſacris ſanctorum reliquijs benedictionem, qua adornetur domeſtica tua eccleſia, ut fide & *1 Vides quod uiri pij deſiderãt benedictionem habere in eccle-*

fijs de ſacris ſanctorum reliquijs? Non ergo ſunt cineres mortui ſicut iactant Hæretici.

gratia tua dignum eſt. Teſtis eſt autem dominus, quod ſi uel ſcripulum ſacri cineris habuiſſemus ſuper quam nobis ad baſilicam quæ proxime in nomine Domini conſummabitur dedicandam neceſſarium erat, miſiſſemus unanimitati tuæ, ſed quia nos non habuimus huius muneris copiam, & illeſe ſpem eiuſdem gratiæ copioſam habere dixit, a ſancta Siluia quæ illi de multorum ex oriente martyrum reliquijs ſpopondiſſet, inuenimus quod digne & ad 2 baſilicæ ſanctificationē uobis, & ad ſanctorum cinerum cumulandam benedictionem mitteremus, partem particulę de ligno diuinæ crucis, quod nobis bonum benedicta Melania ab Hieruſalem munere ſancti inde epiſcopi Ioannis attulit, hoc ſpecialiter ſorori noſtræ uenerabili Baſſulæ miſit conſerua communis, ſed quod alteri ueſtrum datur, utriuſque ueſtrum eſt, quia in utroque ueſtrum una ratio manet, & ſexum euacuat fides, qua in uirum perfectum ambo concurritis.

2 Ecce antiquum morem conſecrandi Eccleſias cum ſanctorū reliquijs.

Accipite ergo ab unanimis fratribus in omni bono ueſtrum ſibi conſortium cupientibus, accipite magnum in modico munus, & in ſegmento pene atomo baſtulæ breuis, ſumite munimentum pręſentis & pignus ęternæ ſalutis. Non anguſtetur fides ueſtra carnalibus oculis parua cernentibus, ſed interna acie totam in hoc minimo uim crucis uideat, dum uidere uos cogitatis lignum illud quo ſalus noſtra, quo Dominus maieſtatis adfixus, tremente mundo pependerit, exultetis cum tremore, recordemur, et petras ſiſſas ad huius aſpectum crucis, & ſaltem ſaxorum æmulatione pręcordia noſtra ſcindamus timore diuino. Reputemus, & uelum templi eodem crucis myſterio ſciſſum, & intelligamus illius ueli ſciſſuram eo fuiſſe pętentam, ut audientes uocem Domini, & myſterium pietatis immēſæ, non obduremus corda noſtra, ſed a carnalibus diuidamur, & ſcindamus infidelitatis uelamen, ut reuelata cordis facie ſalutarium Dei munerum ſacramenta uideamus.

Non autem uobis & hoc ſcribimus, ut imitemini compoſitionem iſtam qua tubello aureolo rem tantæ benedictionis incluſimus, magis enim nos tali paratu fidem ueſtram imitati ſumus, ut ueſtram uobis formulam mitteremus in ſpecie auri, quia ſcimus nos ut aurum ignitum intra uos habere regnum Dei. Hoc eſt fidem crucis qua regnum cœlorum inuaditur. Si enim inquit compatiamur, & conregnabimus. Et ideo non ad fidei firmamentum, quia uiſionem fide præueniſtis, ſed propter meritum fidei quam auditu receptam, factu probatis, miſimus uobis in domino ligni ſalutaris donum, ut crucem, & corpore poſſideretis quam tenetis ſpiritu & propoſiti uirtute portatis.

Sed quia idipſum fides uidetur poſtulare, non alienum puto quia cognitu dignum eſt, enarrare ſpecialem poſt tempora paſſionis hiſtoriam reuerſatæ, & inuentæ crucis, quæ, ſi ignoretur, facile eſt perſpici qua difficultate approbetur dominicæ crucis eſſe lignum hoc, quod certum eſt ſi in manus Iudæorum ueniſſet, omnia contra fidem Chriſti præcauentium conterendum, & exurendum fuiſſe, neque enim in cruce abolenda negligentes fuiſſent, qui ſignauerunt Sepulchrum, nec ferre potuiſſent, ut in cruce ſuperſtite paſſio illius coleretur, cuius reſurrectionem uacuato diſcuſſis ſignaculis ſuis monumento probatam, coli ferre non poſſunt. Quid ergo nunc quæritur ubi fuerit abdita, quia niſi latuiſſet, illis præſertim perſecutionem temporibus, Iudaicam conſecutis inuidiam, & pene ſupergreſſis ſęuitiam 3

mani

manifeſtum eſt abolendam fuiſſe? Facile enim aſſequi coniectura poſſumus, qua ui excidiſſent crucem ſi extare uidiſſent, qui & crucis locum per ſecuti ſunt.

Nam Hadrianus Imperator exiſtimans ſe fidem chriſtianam loci iniuria perempturum, in loco paſsionis ſimulachrum Iouis conſecrauit, & Bethleem Adolis fano prophanata eſt, ut quaſi radix & fundamentum eccleſiæ tolleretur, ſi in his locis idola colerentur, in quibus Chriſtus natus eſt ut pateretur paſſus eſt ut reſurgeret, ſurrexit ut regnaret, iudicatus ut iudicaret. Me miſerum, etiam iſta pro nobis Dominus omnipotẽs perpeti nõ recuſauit, ut ubi pro ſalute generis humani crucifixus pependerat, ibi hominum ſacrilegio ſperneretur, & ſuper crucem ad quam orbe concuſſo, et ſole refugo, & diſſilientibus mortuorum excitatione monumentis, rerum natura nutauerat, ſtabat ſimulachrũ dæmonis, & ara ſimulacri pecudum buſta fumabat, & Dei nomen deferebatur ſtatuis mortuorum, cum ipſe uiuorum Deus qui & reſurrectio mortuorum eſt, non ſolum mortui, ſed & crucifixi hominis blaſpemaretur obprobrio.

In Bethleem quoque ubi agnouerat bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, ibi principes hominum inficiati ſaluatorem Deum in fames hominum amores morteſq; coluerunt. Prodita nouo ſidere Regis æterni, ubi cunabula ſupplices cum ſuis opibus adorauerunt Chaldæi, ibi barbaras libidines ſacrauerunt Romani. Vbi natum ſaluatorem cũ exercitu angelorum concinẽtes cœleſti gaudio ſalutauerant illuſtrata nocte paſtores, ibi ueneris amaſium mixtæ ſemiuiris planxere meretrices. Pro dolor quæ pietas hominum hanc impietatem compenſare poterit, ubi ſacra nati Saluatoris infantia uagierat, illic Veneris lamenta fingentium laſciuis luctibus infamis ritus ululabat, & ubi uirgo pepererat adulteri colebantur.

Manſit hoc ſeculi prioris nefas in tempora noſtris proxima Conſtantini, qui princeps eſſe principibus chriſtianis, non magis ſua, quam matris Helenę fide meruit, quæ diuino ut exitus docuit inſpirata cõſilio, cũ Hieroſolymam agnoſceret, nomine conregnabat, ut ſibi facultatem daret cũcta illic loca dominicis impreſſa ueſtigijs, & diuinorum erga nos operum ſignata monimentis purgare, deſtructis templis, & idolis ab omni prophanæ impietatis contagio, & religioni ſuæ redderet, ut eccleſia tandem in terra originis ſuæ celebraretur. Itaq; prompto filij Imperatoris adſenſu mater Auguſta, patefactis ad opera ſancta theſauris, tota abuſa fiſco eſt, quã toq; ſumptu atque cultu regina poterat, & religio ſuadebat, ædificatis baſilicis contexit omnes & excoluit locos, in quibus ſalutaria nobis myſteria pietatis ſuæ, incarnationis, & paſsionis, & reſurrectionis atque aſcenſionis ſacramentis dominus redemptor impleuerat. Mirum uero inter hęc quod in baſilica aſcenſionis locus ille tantum de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captiuam in ſua carne ducens captiuitatem noſtram, ita ſacratus diuinis ueſtigijs dicitur, ut nũquam tegi marmore aut pauiri receperit, ſem per excuſſis ſolo reſpuente quę manus adorãdi ſtudio tentauit apponere. Itaq; in toto baſilicæ ſpatio ſolus in ſui ceſpitis ſpecie uirens permanet, et impreſſam diuinorum pedum uenerationẽ, calcati Deo pulueris perſpicua ſimul & adtigua uenerantibus arena conſeruat, ut uere dici poſſit, adorauimus ubi ſteterunt pedes eius.

Sed in hiſtoria crucis accipite magnum & uere diuinum miraculum. Regina illa uenerabilis ut uenit Hieroſolymam diligenter & pie locis illis & circa, omnibus diuinorum curioſa inſignium, & oculis haurire geſtiẽs fidem quam pijs auribus literisq́ perceperat, crucem Domini ſtudioſiſſime inquirere adorſa eſt. Sed quæ uia uel ratio inueniendi ſubeſſet, cũ index idoneus nemo inueniri poſſet. Vbi memoriam & curam religioſæ cõſciẽtiæ uel obſeruantiæ: & antiquitas æui, & ſuperſtitionis impiæ diuturnitas aboleuiſſet: Verum ipſo omnium, & terris & animis opertorum conſcio, & teſte Deo, fidelis mulier ſanctum ſpiritum per affectum pium meruit, quo aſpirante, cum rem ab humana cõſcientia diuinitus remotam fruſtra diligens requiſijſſet, de loco tantum paſſionis certior fieri ſtuduit. Itaque non ſolum de Chriſtianis doctrina & ſanctitate plenos uiros, ſed & de Iudæis peritisſimos ut propriæ (qua miſeri & gloriãtur) impietatis indices exquiſiuit, & accitos in Hieroſolymam cõgregauit, tum omnium una de loco teſtificatione confirmata, iuſſit ilico urgente ſine dubio conceptæ reuelationis inſtinctu, in ipſum locum operam foſsionis accingi, parataque mox ciuium pariter & militari manu, breui laborem iſtius molitionis hauſit, & contra ſpem omnium, ſed ſecundum ipſius tantum Reginæ fidem, alta egeſtione reſeratis terræ finibus, abditæ crucis arcana patuerunt.

Sed cum tres pariter cruces ut quondã fixæ domino & latronibus ſteterant, repertæ fuiſſent gratulatio repertarum cœpit anxia dubitatione cõfundi, iuſto piorum metu, ne forſitam aut pro cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut ſalutare lignum pro ſtipite latronis abijciendo uiolarent. Reſpexit pias fideliter æſtuantium curas dominus, & ipſi potisſimũ quæ tam piæ ſollicitudinis princeps erat, huius conſilij lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri & inferri iuberet. Nec mora, uerbum factum, cadauer illatum eſt, deponitur, iacenti una de crucibus admouetur, ſed eorum ligna mors ſpreuit. Poſtremo dominicam crucem prodit reſurrectio, & ad ſalutaris ligni tactum, morte profuga funus excuſſum, & corpus erectum eſt, tremefactisq́ uiuentibus ſtetit mortuus, & funeribus ut lazarus quondam uinculis expeditus, ilico inter expectatores ſuos rediuiuus inceſſit.

Ergo crux Domini tot operta ætatibus, & Iudæis in tempore paſſionis abſcondita, neque gentibus in ædificatione fani terrã ſine dubio ad ipſam fabricam egerentibus, reuelata eſt, nonne diuina manu latuit, ut nunc inueniretur, cum religioſe quæreretur: Ita ut crucem Chriſti decuit, experimẽto reſurrectionis inuẽta, & probata crux Chriſti eſt, dignoq́ mox ambitu conſecratur, condita in paſſionis loco baſilica quæ 3 auratis coruſca laquearibus, & aureis diues altaribus arcano poſitam ſacrario crucem ſeruat, quam Epiſcopus urbis eius quotannis cum Paſcha Domini agitur, adorandam 4 populo princeps ipſe uenerantium promit.

Quid dicent hic Hæretici qui tantopere templorum cultui detrahũt, cum uiderint baſilicam auratis coruſcam laquearibus, & aureis diuitem altaribus, a ſancta regina in honorem dominicæ crucis fuiſſe extructam?

Neque præter hanc diem qua crucis ipſius myſteriũ celebratur, ipſaq́ ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacræ ſolemnitatis inſigne profertur, niſi interdum religioſisſimi poſtulẽt, qui ea tantum cauſa illo 5 peregrinati aduenerint, ut ſibi eius reuelatio quaſi in pretium longinq́ peregrinationis deferatur, quod ſolum Epiſcopi beneficio obtineri ferũt, cuius & tantum munere de eadem cruce hæc minuta ſacri ligni ad magnam fidei & benedictionis gratiam haberi datur. Quæquidem crux in materia

inſenſata uim uiuam tenens, ita ex illo tempore immuneris pene quotidie hominum uotis lignum ſuum cõmodat, ut detrimenta nõ ſentiat, & quaſi intacta permaneat, quotidie diuiduam ſumentibus, & ſemper totam ucre rantibus, ſed iſtam imputribilem uirtutem & indetribilem ſoliditatem de illius profecto carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem, non uidit cor ruptionem. 4 *Adoratur, & uere a cuncto populo adorari debet lignum dominicæ Crucis.*

Speramus autem & uobis non ſolum benedictionis monimento, ſed et incorruptionis ſeminario futurum, ut eius inſpectio fidem ueſtram etiam de recordatione beati illius latronis accendat, qui bene uerſo latrocinio, longas in magnis laboribus ſanctorum uias, de momẽti fide, & mom ẽto confesſionis anticipans, non immerito ante ipſos apoſtolos & martyres, præparatum ipſis ab initio (ut ait) regnũ primus inuaſit, & pius cœli præ do diripuit, quia Chriſtum crucifixum ſimilitudine ſuæ pœnæ uideris in eo ſtatu, de quo etiam diſcipulorum fides turbata nutauerat, dominum tamẽ maieſtatis (ut erat) confeſſus eſt, & petens in regno Dei memoriã ſui fieri, gloriam reſurrectionis ante ipſam reſurrectionem credidit, quã Apoſtoli poſteaquam facta eſt, non tantum uidendo, ſed experiendo crediderunt. Nec ipſi tamen de reſurrectione carnis potiuſquam de reſurrectionis qualitate dubitantes, quia uidelicet in orbem terrarum mittendi forent ad omnium gentium informationem, non auribus tantum, ſed & oculis prædicandam fidem capere debebant, ut quod firmius didiciſſent, conſtantius edocerent. 5 *Cur damnantur nũc peregrinationes ad loca ſancta, cũ etiam ſanctorum priſcorum patrum tẽpore religioſe aſſumerentur?*

ITEM DE S. HELENA ET QVOMODO crucem Dñi inuenit, per Eutropium Hiſtoricum.

Habetur lib. eius. 11. Rerum Romanarum in flauio Cõſtantino.

MAter Conſtantini Imperatoris Helena nomine, in ſomnis admonita, Hieroſolymam properauit, & ſepulchrum Chriſti, licet diſficilime, tamen inuenit, ſordibus coopertum, & deſuper templum Veneris ædificatum, ubi uirgineis cantibus inſultabant: pr͙ecepitq; deſtrui ſceleratisſimum, ipſumq; puluerem funeſtis ſacrificijs uiolatũ ejci, & procul a ciuitate diſpergi. Exin locum purgari præcipiente, ſtatim palàm monumentum Domini apparuit. Apparuerunt & circa illud ſuffoſſæ tres cruces & claui, ſimul & titulus literis, Græcis & Latinis cõſcriptus, Ieſus Nazaræus Rex Iudæorum. Dicitur autem quia etiam mortuus crucis tactu ſurrexit. De hoc ligno Sybilla dixit apud Riganos. O'ter beatum lignum in quo Deus extenſus eſt.

Tunc ergo quæ crux Domini eſſet, quæ latronum, dubitare cœperunt. Proinde Macarius ciuitatis præſul, huiuſmodi tractatu dubitationẽ ſoluit. Mulieri nanque nobilitate claræ longa ægritudine fatigatæ, unam illarum crucum cum oratione promptisſima adhibens, uirtutem Saluatoris agnouit. Mox enim ut mulierem attigit crux, pasſionem ſæuisſimæ ægritudinis effugauit, & fœminæ ſalutem reſtituit.

De clauis quidem, quibus manus Chriſti fuerant perforatæ, alios in galeam miſit Imperatoris, filij capitis prouidentiam gerens, ut iacula belica ſubmoueret: alios freno equino permiſcuit, & cautelã imperatoris agens, & ueterem philoſophiam adimplens. Olim Zacharias propheta clamauerat dicens, Et erit quod in freno eſt ſanctum domino omnipotenti Sal-

6 uatoris uero crucis partem quidem aliquam diſtribuit, quam Conſtantinus ſuſcipiens, & credens ſaluari ciuitatem, ubi hæc particula ſeruantur, in ſua ſtatua, ſicut fertur, in foro Conſtantini poſitam ſuper columnã porphyreticam deuote cõdidit. Reliquam partẽ in argentea theca clauſam, Macario Sacerdoti ciuitatis, reliquit, & undique congregans artifices 6 maximas illic, ornatasq; eccleſias ædificauit.

Si laudatur ſancta Helena quod maximas eccleſias Hieroſolymis edificauit & exornauit, cur quæſo datur uitio qui hoc idem noſtro tempore faciunt?

FRAGMENTVM VITÆ BEATISSIMÆ VIRginis Mariæ matris Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti, per diuum Ignatium Epiſcopum Antiochenum ſcripta.

Eſt Epiſtola prima eiusdem.

IOANNI SANCTO SENIORI SVO Ignatius, & qui cum eo ſunt.

FRater de tua mora dolemus grauiter, alloquutionibus & cõſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia protendatur, multos de noſtris deſtituet. Properes igitur uenire, quia credimus expedire.

Sunt & hic multæ de mulieribus noſtris Mariam Ieſu uidere cupiẽtes, & quotidie à nobis ad uos diſcurrere uolentes, ut eam contingant, & hubera eius tractent, quæ dominũ Ieſum aluerunt, & quædam eius ſecretiora percunctentur ipſam Mariam Ieſu. Eſt & Salome, quam diligis filia, anno Hieroſolymis & quinq; menſibus apud eam cõmorans, & q̃dam forte notificauere eandem matrem Dei omnium gratiarum abundantem, & omnium uirtutum more uirginis, uirtutis & gratiæ fœcundam, quæ (ut dicunt, in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris, in penurijs & indigentijs non querula. Iniuriantibus grata, & moleſta re lætatur: Miſeris & afflictis condolet coafflicta: & ſubuenire non pigreſcit, contra uitiorũ autem peſtiferos conflictus in pugna fidei diſceptans eniteſcit. Noſtræ nouæ religionis & pœnitentiæ eſt magiſtra, & apud fideles omnium operum pietatis miniſtra. Humilibus quidem eſt deuota, & deuotius deuotis humiliatur, & mirum ab oĩbus magnificatur, cũ a ſcribis & phariſæis ei detrahãt.

Præterea multi multa referunt de eadem, tamen omnibus p omnia non audemus fidẽ concedere, nec tibi referre. Sed ſicut nobis a fide dignis narratur, in Maria Ieſu humanæ naturę, natura ſanctitatis angelicæ ſociatur. Et hæc talia excitauerunt uiſcera noſtra, & cogunt ualde deſiderare aſpectum huius ſi fas ſit fari, cœleſtis prodigij, & ſacratiſſimi monſtri. Tu autẽ diligenti modo diſponas cum deſiderio noſtro, & ualeas. Amen.

AD EVNDEM.

Epiſtola ſecunda.

IOANNI SANCTO SENIORI SVVS IGNATIVS.

SI licitum eſt mihi apud te ad Hieroſolymę partes uolo aſcendere, & uidere fideles ſanctos, qui ibi ſunt. Præcipue Mariam Ieſu, quam dicunt uniuerſis admirandam, & cunctis deſiderabilem. Quẽ enim nõ delectet uidere eam & alloqui, quę uerum Deum de ſe peperit, ſi noſtrę ſit fidei, & religionis amicus?

Similiter

Similiter & illum uenerabilem Iacobũ, qui cognominatur iuſtus, quẽ referunt Chriſto Ieſu ſimilimum facie, et uita, & modo conuerſationis, ac ſi eiuſdem uteri frater eſſet gemellus. Quem dicunt, uideo ſi uidero, ipſum Ieſum Chriſtum, Secundum omnia corporis eius liniamenta. Præterea cæteros ſanctos, & ſanctas, heu quid moror? Cur detineor? bone præceptor properaræ me iubeas et ualeas.

AD BEATAM MARIAM VIRGINEM matrem domini noſtri Ieſu Chriſti.

CHRISTIFERE MARIE SVVS IGNATIVS.

Epiſtola tertia.

ME neophytum Ioannis tui diſcipulũ/ cõfortare & conſolari debueras: De Ieſu enim tuo pcepi innumera dictu, et ſtupefactus ſum ex auditu. A te autem quę ſemper ei fuiſti familiaris coniuncta, & ſecretorum eius conſcia, deſidero animo fieri certior de auditis. Scripſi tibi etiam alias, et rogaui de eiſdem. Valeas, & Neophyti qui mecum ſunt ex te, & per te, & in te, confortentur.

MARIÆ VIRGINIS Ad IGNATIVM EPIſcopum & martyrem Epiſtola.

IGNATIO DILECTO DISCIPVLO HVmilis ancilla Chriſti Ieſu.

Vbi ſupra.

DE Ieſu quæ a Ioanne audiſti & didiciſti, uera ſunt, Illa credas: illis inhæreas, & chriſtianitatis uotũ firmiter teneas, & mores 1 & uitam uoto conformes. Veniam autem unà cum Ioanne, te & qui tecum ſunt uidere. Sta & in fide uiriliter age, nec te commoueat perſecutionis auſteritas, ſed ualeat, & exultet ſpũs tuus in Deo ſalutari tuo. Amen.

1 Vide hæretice qui adeo de illa tua quali quali fide ſoli gloriaris quid doceat beatum martyrem ſanctiſsima Dei genitrix, nempe quod uotum chriſtianitatis firmiter teneat, & cum hoc mores & uitam uoto conformes: Ergo ex hoc loco ꝓbabiliter habetur, qđ ſola fides non ſufficit ad ſalutem, ſed etiam bona opera requiruntur.

ITEM DE SANCTISSIMA DEI GENItrice ex Diuo Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi.

Ex epiſtola eiuſdem lxxxij. libri decimi ad Vercelenſem Eccleſiam ſcripta prope finem.

MAtres ablactate filios, diligite eos, & orate pro ijs, ut longæui ſuper terram ſint, non in terra, ſed ſuper terram. Nihil enim longæuũ in hac terra, & qđ eſt diu, breue eſt, & magis lubricũ. Monete eos ut magis crucem domini tollant, quam hanc uitam diligant, Maria mater domini ante crucẽ filij ſtabat. Nullus me hoc docuit, niſi ſanctus Ioannes euangeliſta. Mundum alij concuſſum in paſſione domini cõſcripſerunt, cœlum, tenebris obductum, refugiſſe ſolem, in paradiſum latronẽ, ſed poſt piam confeſsionem: receptum. Ioannes docuit quod alij non docuerunt, quemadmodum in cruce poſitus matrem appellauerit. Pluris putatur quod uictor ſuppliciorum, pietatis officia matri exhibeat, quã quod regnum cœleſte donabat uitæ æternæ, Nam ſi religioſum eſt quod latro

ni donatur uenia,multo uberioris pietatis eſt quod a filio mater tanto affectu honoratur.Ecce mater tua,Teſtabať de cruce Chriſtus,& inter matrem atque diſcipulum diuidebat pietatis officia.Condebat dominus nō ſolum publicum ſed etiam domeſticum teſtamentum,& hoc eius teſtamē tum ſignabat Ioannes,dignus tanto teſtatore teſtis.

Bonum teſtamentum, non pecuniæ, ſed uitæ æternæ, quod non atramento ſcriptum eſt, ſed ſpiritu Dei uiui, qui ait, lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis. Sed Maria nec minor quam matrem Chriſti decebat,fugientibus apoſtolis ante crucem ſtabat, & piis ſpectabat oculis filii uulnera,quia expectabat non pignoris mortem(ſed mundi ſalutem. Aut fortaſſe quia cognouerat per filii mortem mūdi redemptionem) aula regalis,etiam ſua morte putabat ſe aliquid publico additurам muneri.Sed Ieſus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes ſine adiutore ſeruauit.Vnde & dicit:factus ſum ſicut homo ſine adiutorio,inter mortuo liber,ſuſcepit quidem affectum parentis,ſed non quæſiuit alterius auxilium.Hanc imitamini matres ſanctæ,quæ in unico filio dilectiſſimo tantum maternæ uirtutis exemplum ædidit. Neque enim uos dulciores liberos habetis,neque illud uirgo quærebat ſolatium,quod aliū poſſet generare filium.

Habetur in Epiſtola lxxix.lib.x. Epiſtolarum eiuſdem.

DE EADEM ADHVC SANCTISSIMA Dei genitrice,ex eodem Ambroſio.

SAne non poſſumus negare de Mariæ filijs iure reprehenſum,meritoqꝫ ueſtram ſanctitatem abhorruiſſe,quod ex eodem utero uirginali, ex quo ſecundum carnem Chriſtus natus eſt,alius partus effuſus ſit. Neque enim elegiſſet Dominus Ieſus naſci per uirginem, ſi eam iudicaſſet tā incontinentem fore,ut illud genitale dominici corporis,illam aulam regis æterni,concubitus humani ſemine coinquinaret. Qui enim hoc aſtruit, nihil aliud niſi perfidiam Iudæorum aſtruit, qui dicunt eum non potuiſſe naſci ex uirgine, Nam ſi hanc accipiant à ſacerdotibus autoritatem, & uideatur Maria partus fudiſſe plurimos, maiore ſtudio ueritatem,fidei expugnare contendent.Et ubi eſt illud quod ſcriptum eſt, dicente domino ad matrem de Ioanne euangeliſta:Mulier ecce filius tuus,& rurſus ad Ioannem de Maria:Ecce mater tua.

Quid ſibi iſtud uult,quod cum in cruce Dominus poſitus peccatū mundi tolleret,pronunciauit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur,niſi ut claudat ſua ora perfidia, obmuteſcat, ne matrem domini aliquo audeat temerare conuitio? Teſtis eſt ergo idem arbiter,idem materni pudoris aſſertor,quod deſponſata fuerit uiro,tantummodo Ioſeph,nulla tamen coniugalis coitus conſuetudine thori iura cognouerit. Neque enim eam ſuſcepturam ex Ioſeph filios,à uiri conſortio ſeparare uoluiſſet. Sed ſi hoc parum eſt,addidit teſtimonium Euangeliſta dicens,quod ſuſcepit eam diſcipulus in ſuam.Nunquid ergo diuortium fecit? nunquid à uiro abduxit atque abſtulit? Ergo qui hoc legit in Euangelio, quomodo quaſi naufragus titubat & fluctuat.

Hoc ergo teſtamentum filij eſt de matris integritate, hæc Mariæ locuples integri pudoris hæreditas,hic totius finis conſummationis, Denique

hoc dixit, Et emiſit ſpiritum, conſummans omne myſterium bono fine pietatis.

ITEM DE SANCTISSIMA DEI GENITRICE per. D. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum.

Ex oratione eiuſdem in die Natiuitatis Domini habita. Petro franciſco Zino. Veroneſe interprete.

AVſcultemus quid de hac ſanctiſſima Virgine memoriæ proditum ſit. Virginis pater (ut ex hiſtoria quadam incerti authoris accepi) fuit inſignis quidam ciuis, obſeruantia legis, & uitæ probitate in primis nobilis, qui ſine filijs ad ſenectutem peruenerat, cum minus idoneā ad gignendum uxorem haberet. Habebatur autem matribus ex lege honor quidam, quo carebant, fœminæ, quæ liberos nullos ſuſceperant. Qua propter & hæc imitata id, quod de matre Samuelis ſcriptum eſt, in ſanctum ſanctorum ingreditur, & .2. ſupplex Deum orat, ne ſe legis benedictione ſinat excidere, cum nihil unquam admiſerit contra legem. Quod ſi mater euaſerit, ſe, quodcunque pepererit, ei dedicaturam. Quamobrem cum uoti compos effecta filiam ſuſcepiſſet, eam uocauit Mariam, ut ipſo etiam nomine teſtaretur acceptum munus à Deo.

2 Heus tu qui uota dānas, et ex Eccleſia ea tollere moliris, uides ne ut etiam antiquis patribus fuerint in uſu, & quomodo poſt emiſſionē illa adimpleuerint?

Illam igitur, cum iam grandiuſcula eſſet, nec ubere matris amplius indigeret, ducens ad templum Deo reddidit, & ſtudioſe promiſſum exoluit. Sacerdotes autem quandiu paruula fuit, ad Samuelis ſimilitudinem, in ſanctis ædibus educarunt, ſed cum iam adoleſceret, conſulebant, quidnam agerent de ſacro illo corpore, ne Deum offenderent 3 Etenim naturæ legi illam ſubiicere, ut cuipiam in matrimonio collocata ſeruiret, abſurdiſſimum uidebatur. Inſtar enim ſacrilegii fuiſſet, ſi muneris Deo ſacrati, Dominus homo fieret. Legibus enim erat conſtitutum, ut maritus dominaretur uxori 4 Mulierem rurſus inter ſacerdotes in templo uerſari, atque in ſanctis ædibus conſpici, nec lex, nec grauitas permittebat.

3 Notent qui deo ſacratas uirgines ſub prætextu Matrimonij hominibus copulant ad abutendum eis, quod peccatum maximum committunt.

4 Quid dicis tu qui ſacerdotem agis, & fœminarum conſortia apud ſanctas ædes ſemper habere uis?

Deliberantes igitur, in hanc ſententiam diuinitus conuenerunt, ut eam connubii nomine cuipiam deſponderent, qui tamen ad cuſtodiam eius dūtaxat eſſet idoneus. Ad hoc autem munus aptiſſimus inuentus eſt Ioſeph ex eadem tribu & patria, qua erat uirgo. Sacerdotum ergo conſilio Ioſeph puellam ſponſam accipit. Quæ tamen coniunctio ſponſalia non eſt egreſſa.

Tunc ad uirginem miſſus eſt Gabriel, qui ei diuinæ uoluntatis arcanū aperiret. His autem fauſtiſſimis uerbis uſus eſt. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum. Contraria hæc eſt oratio illis uocibus, quas prima mulier audiuit. Tunc enim illa doloribus propter peccatum damnata eſt. Nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur. In illa moleſtiæ partum præceſſerunt, Huic partum lætitia prænuntiat. Ne timeas, inquit, Quoniam omnibus mulieribus timorem affert partus expectatio, dulcis partus promiſſione timor eximitur. In utero, inquit, concipies, & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

Quid autem Maria? Audi pudicam uirginis uocem. Quomodo erit iſtud, quoniam uirum non cognoſco? Angelus partum nuntiat. At illa uirginitati inhæret, & integritatem angelicæ demonſtrationi anteponendam iudicat. Nec Angelo fidem non habet, nec à propoſito recedit ſuo.

Interdixi,inquit,mihi conſuetudinem uiri.Quomodo iſtud erit mihi, quoniam uirum non cognoſco?

Hæc Mariæ uox declarat ea,quæ ex hiſtoria incerti authoris,commemoraui,non eſſe penitus abſurda.Si enim liberorum cauſa ducta fuiſſet à Ioſeph,quomodo parituram,Angelo prænuntianti,ſe rem nouam & alienam audire præſetuliſſet,cum ipſa quoque ſeſe obſtrinxiſſet naturæ lege ut aliquando mater eſſet? Verum 5 quia carnem Deo conſecratam, tanquam ſanctum aliquod oblatum munus,oportebat intactam, integramque præſtare,iccirco licet,inquit,Angelus ſis,licet è cœlo uenias, licet id, quod oſtenditur,naturam ſuperet humanam,tamen me uirum cognoſcere nephas eſt. Quomodo ſine uiro mater ero? Ioſeph enim ſponſum noui, ſed uirum non cognoſco.

5 Vetũ hoc uirginitatis beatiſſimæ dei genitricis licitum fuit, deoq; maxime gratũ. Quod niſi extitiſſet, filius Dei nunquam humanam carnem de ea ſumpſiſſet.

Quid ad hæc auſpex Gabriel? Quem thalamum ſtatuit puro impolluto'q; connubio? Spirituſſanctus,inquit,ſuperueniet in te,& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.O beatum uterum illum,qui bonitatis præſtantia ad ſe traxit animi bona.In reliquis enim omnibus,uir animus purus ſpirituſſancti præſtantiam capit,hic autem caro fit ſpiritus receptaculum.Sed & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quid ſignificat arcanus hic ſermo? Chriſtus Dei uirtus eſt & ſapientia,ut ait Apoſtolus. Virtus igitur altiſſimi, quæ Chriſtus eſt,per aduentum ſpirituſſancti formatur in uirgine.Quemadmodum,enim umbra ad precedentium figuram effingitur,ſic forma & iudicium diuinitatis Dei in uirtute ipſius,qui pariter oſtendetur, & imago,& ſignum,& adumbratio,& ſplendor exemplaris, per admirabilem rerum effectionem demoſtrabitur.

ITEM DE EADEM SANCTISSIMA DEI genitrice per.D. Bernardum Abbatem.

Iſt ſermo primũs eiuſdem habitus in die aſſumptionis Beatæ Virginis.

6 Virgo glorioſa hodie cœlos aſcendens. Ergo ante diem iudicij ſanctorum animæ cœlum ingrediuntur,& deũ vident.

VIrgo hodie glorioſa cœlos 6 aſcendens, ſupernorum gaudia ciuium,copioſis ſine dubio cumulauit augmentis.Hæc enim eſt cuius ſalutationis uox & ipſos exultare facit in gaudio,quos materna adhuc uiſcera claudunt.Quod ſi paruuli necdum nati anima liquefacta eſt ut maria locuta eſt,quid putamus quænam illa fuerit cœleſtium exultatio,cum & uocem audire,& uidere faciem, & beata eius frui præſentia meruererunt?

Nobis uero chariſſimi, quæ in eius aſſumptione ſolennitatis occaſio, quæ cauſa lætitiæ,quæ materia gaudiorum? Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis,adeo ut & ipſa iam cœleſtis patria clarius rutilet uirgineæ lampadis irradiata fulgore.Merito proinde reſonat in excelſis gratiarum actio & uox laudis,ſed plangendum nobis quam plaudendum eſſe uidetur.Quantum enim de eius præſentia cœlum exultat,nunquid non conſequens eſt ut tantum lugeat hic noſter inferior mundus, eius abſentiam.

Ceſſet tamen quærela noſtra,quia nec nobis hic manens eſt ciuitas,ſed eam inquirimus ad quam hodiæ Maria benedicta peruenit,in quam ſi cõſcripti ciues ſumus,dignum profecto eſt etiam in exilio,etiam ſuper flumina Babylonis eius nos recordari,eius nos communicare gaudijs,eius participare lætitiam,maximeq; eam,quæ tam copioſo impetu lætificat hodie ciuitatem Dei,ut ſentiamus & ipſi ſtillicidia, ſtillantia ſuper terram.

Præceſſit nos Regina noſtra, præceſſit, & tam glorioſe ſuſcepta eſt, ut fiducialiter ſequantur Dominam ſeruuli clamãtes, trahe nos poſt te, in odore unguentorum tuorum curremus. Aduocatam 7 præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tanquam iudicis mater, & mater miſericordiæ ſupplicirer & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit. Precioſum hodie munus terra noſtra direxit in cœlum, ut dando & accipiendo, felici amicitiarum fœdere copulentur humana diuinis, terrena cœleſtibus, ima ſummis. Illo enim aſcendit fructus terræ ſublimis, unde data optima & dona perfecta deſcendunt,

7 *Audis ſanctã dei genitricẽ dici aduocatã noſtrã, & ideo cælos aſcendiſſe ut ibi pro nobis huiuſmodi fungeretur officio. Nec propter hoc tã pius et catholicus pater domino noſtro Ieſu Chriſto aliquam intuliſſe iniuram putauit, cũ ipſe ſit ſummus & præcipuus aduocatus: eius uero genitrix primum poſt eum locum obtineat.*

Aſcendens ergo in altum uirgo beata, dabit ipſa quoque dona hominibus. Quid ni daret? Siquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec uoluntas. Regina cœlorum eſt, miſericors eſt denique mater eſt unigeniti filij Dei. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis eius ſeu pietatis magnitudinem commendare, niſi forte aut non creditur Dei filius honorare matrem, aut dubitare quis poteſt omnino in affectum charitatis tranſiſſe Mariæ uiſcera, in quibus ipſa quæ ex Deo eſt charitas, nouem menſibus corporaliter requieuit. Et hæc quidem propter nos dixerim fratres, ſciens difficile eſſe ut in tanta inopia charitas illa perfecta non quærens quæ ſua ſunt, ualeat inueniri. Vt tamen interim ſileam beneficia quæ pro illius glorificatione cõſequimur, ſi eam diligimus, gaudebimus utique, quia uadit ad filium, planè inquam congratulabimur ei, niſi forte, quod abſit, inuentrici gratiæ omnimodis inueniamur ingrati. Quem enim in caſtellum mundi huius intrantem prius ipſa ſuſceperat, ab eo ſuſcipitur hodie ſanctam ingrediens ciuitatem.

Sed cum quanto putas honore, cum quanta putas exultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior uteri uirginalis templo: in quo filium Dei Maria ſuſcepit, nec in cœlis Regali ſolio, in quo Mariam hodie Mariæ filius ſublimauit. Felix nimium utraque ſuſceptio, ineffabilis utraque, quia utraque inexcogitabilis eſt. Vt quid enim ea hodie in Eccleſiis Chriſti Euangelica lectio recitatur, in qua mulier benedicta in mulieribus, excepiſſe intelligitur Saluatorem? Credo ut hęc quam celebramus, ex illa ſuſceptione aliquatenus æſtimetur, imo ut iuxta illius inæſtimabilẽ gloriam, inæſtimabilis cognoſcatur & iſta.

Quis enim ſi etiam linguis hominum Angelorumq; loquatur, explicare queat quemadmodum ſuperueniente ſpiritu, obumbrantè uirtute altiſſimi caro factum ſit uerbum Dei, per quod facta ſunt omnia, & Dominus maieſtatis quem non capit uniuerſitas creaturę, intra uirginea ſeſe clauſerit uiſcera factus homo? Sed & illud quis cogitare ſufficiat, quam glorioſa hodie mundi Regina proceſſerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum cœleſtium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum gloriæ canticis ſit deducta, quam placido uultu, quam ſerenà facie, quam diuinis amplexibus ſuſcepta à filio, & ſuper omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria quæ tantum decuit filium.

Filicia prorſus oſcula labijs impreſſa lactentis, cui uirgineo mater applaudebat in gremio. Verum nunquid non feliciora cenſebimus quæ ab ore ſedentis in dextera patris hodie in beata ſalutatione ſuſcepit, cum aſcẽderet ad thronum gloriæ epithalamium canens & dicens, Oſculetur me oſculo oris ſui? Chriſti generationem & Mariæ aſſumptionem quis enar

8 rabit? Quantum 8 enim gratiæ in terris adepta eſt præ cæteris, tantum & in cœlis obtinet gloriæ ſingularis. Quod ſi oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe, quod præparauit gignenti ſe, & quod omnibus eſt certum diligenti præ omnibus, quis loquatur? Felix planè Maria, & multipliciter felix, ſiue cũ excipit Saluatorem, ſiue cum à Saluatore excipitur, utroque mira dignitas uirginitas matris, utrobique amplectenda dignatio maieſtatis. Intrauit, inquit, Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier quædam excepit illum in domum ſuam. Sed laudibus magis uacandum eſt, quod feſtiuis præconijs hęc dies debeatur.

8 Beata uirgo quãtum gratiæ in terris adepta eſt præ cæteris, tantum et in cœlis obtinet gloriæ ſingularis.

Quia uero copioſam nobis materiam lectionis huius uerba miniſtrãt, cras quoque conuenientibus nobis in unum communicandum erit ſine inuidia, quod fuerit deſuper datum, ut in memoria tantæ uirginis non modo affectus deuotionis excitetur, ſed & mores ædificentur ad prouectum conuerſationis, in laudem & gloriam filij eius Domini noſtri, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

Habetur in libro eius de uitis prophetarũ.

VITA ET MORS DIVI IOANNIS BAptiſtę per Diuum Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum deſcripta.

IOannes Babtiſta Zacharia natus & Elizabeth, è tribu leui emicuit. Is eſt, qui tanquam digito oſtendit nobis Agnum Dei patris filium, qui tollit errata mundi. Hic mortalibus uiam præſtruxit, & fores patefecit Regni Dei. Nemo ſanè inter natos mulierum maior Ioanne Babtiſta. Functus eſt autem uita decollatus ab Herode Tyranno propter Herodiadẽ fratriam, puta Philippi fratris ſui maritam.

Habetur in libro eiuſdẽ de patribus noui teſtamenti.

ITEM VITA D. IOANNIS BAPTIſtę per D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

IOannes Baptiſta filius Zachariæ ex tribu leui in Hieruſalem ortus, Angelo nunciante conceptus, prænuncius Chriſti, pręco iudicis, propheta altiſſimi, uox uerbi, amicus ſponſi, teſtis Domini, lucerna luminis, terminus prophetarum, Baptiſmatis initium. Qui prænuntiatus parentis uocem abſtulit, genitus officium linguæ reſoluit. Qui necdum ęditus Chriſtum prophetauit, ſalutauit ex utero, in columba agnouit, in deſerto monſtrauit: Cuius 1 ueſtimentum lanugo fuit camelorum, habitatio eremus, uictus mellis & locuſtarum cibus. Hic dum Herodem prohiberet fraternum uiolare connubium, carceralibus tenebris mancipatur. Cuius caput filia regis ludens à patre præmium poſtulauit. At ille defectum male poſcenti filiæ ebrius inter pocula dedit. Sepultus eſt in Sebaſtia oppido Paleſtinæ, quæ olim ſamaria uocabatur. Quam Herodes Rex Iudęæ Antipatris filius, ob honorem Cæſaris Auguſti Latino ſermone Auguſtam uocauit.

1 Vide quomodo ueſtitus aſperitas & uilitas, nec non uictus tenuitas & parcitas antiquis Sanctis cordi fuerit.

ALIA VITA SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ præcurſoris Domini per D. Ambroſium Epiſcopum ſcripta. *Eſt ſermo eius .lxxij. in ordine ſermonum.*

IN ſancti ac beatiſsimi Ioannis baptiſtę laudibus, cuius natalem hodie celebramus, quid potiſsimum prædicem neſcio, utrum quod mirabiliter natus ſit, an quod mirabilius ſit occiſus? Natus enim eſt in prophetia, in ueritate peremptus eſt: naſcendo annunciauit Saluatoris aduentum, moriendo condemnauit Herodis inceſtum. Vir enim ſanctus & iuſtus, & qui præter communem hominum natiuitatem ex repromiſsione generatus fuerat, hoc 2 eſt de Deo meruit, ne communi cum cæteris de ſeculo 2 morte diſcederet, ſed corpus quod domino donāte ſuſceperat, dominum *Vir ſanctus et iuſtus hoc de Deo meruit.* confitendo deponeret. Ergo Ioannes per omnia uoluntatem domini fecit, quia propter opus domini & natus eſt & defunctus.

Nam ut natiuitatis eius ſeriem breuiter repetamus, Cum eſſent pater eius Zacharias & mater eius Helizabeth ætatis ſenectute defeſsi, & nulla filiorum prole gauderent, procreandi etiam illis liberos tempus florentiſsimum prætеriſſet, ita ut de ſuſcipienda iam ſobole, ipſa etiam eos uota deficerent, ſubita per angelum repromiſsione donantur, & naſci Ioānem Gabriel ſanctus annūciat dicens: Ne timeas Zacharia, ecce exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua Helizabeth concipiet & pariet filium. Exaudita eſt, inquit, oratio tua, unde intelligimus quod Ioannem Zachariæ iuſtitia magis orando genuerit; ꝙ Helizabeth ſenectus procurādo ſuſceperit. Hinc inquam intelligimus quod Ioānem obſecratio 3 creauerit, non uoluptas. 3 Cum enim materni uteri uiſcera ætatis ſenectute frigeſcerent, & *Ioannem oratio creauit non uoluptas.* feſsi corporis membra fœcunditatis gratiam perdidiſſent, cōtra impoſsibilitatem corporis, contra ſterilitatem uiſcerum, Zachariæ precibus, Helizabeth uterus intumeſcit, & concipit Ioannem, non natum ſed gratia. Vnde neceſſe erat ſanctum naſci filium, qui non tam complexibus, quàm orationibus gigneretur.

Minus autem mirari debemus, quod tantam Ioannem gratiam in naſcendo meruerit, debuit enim præcurſor & pręuius Chriſti aliud ſimile habere natiuitati domini Saluatoris. Siquidem dominus de uirgine gignitur, Ioannes de ſterili procreatur. Ille de adoleſcentula, iſte de iam feſſa generatur. Habet ergo & huius natiuitas aliquid gloriæ atque miraculi. Quāuis enim uilior partus mulieris uideatur eſſe quàm uirginis, tamen ſicut Mariam ſuſpicimus quod uirgo peperit, ita in Helizabeth miramur quod anicula procreauerit.

Quod quidem factum, myſterium aliquod arbitror continere, ut Ioannes qui ueteris teſtamenti figuram gerebat, ſenis mulierculæ frigido ſanguine naſceretur. Dominus autem qui regni cœleſtis euangelium prædicaret, feruentis iuuenculæ flore progrederetur. Maria enim conſcia uirginitatis, miratur fœtum uiſceribus inuolutum, Helizabeth autem conſcia ſenectutis, erubeſcit partum utero prægrauato. Dicit enim Euangeliſta: Occultabat ſe menſibus quinque.

Illud autem quàm mirandum quod idem Gabriel archāgelus utriuſque natiuitatis officium repræſentat, Zachariam ſolatur incredulum, cōfidentem Mariam cohortatur. Ille cur dubitauerit uocem perdidit, hæc quaſtim credidit, uerbum ſalutare concepit.

Hoc etiam in laudibus Ioannis minime tacendum uidetur, quod nondum natus etiam prophetat,& adhuc in materni uteri finibus cõſtitutus, aduentum Chriſti,quia uoce non poterat,gaudijs confitetur. Dicit enim Helizabeth ad ſanctam Mariam: ſimul ut facta eſt uox ſalutationis tuæ, exultauit in gaudio infans in utero meo. Exultat enim Ioannes antequam naſcatur, & prius quam mundi oculis habitum recognoſcat, iam ſpiritu mundi dominum recognoſcit. In quo arbitror propheticam conuenire ſententiam,quæ dicit: Priuſquam te formarem in utero noui te, & priuſquã exires de uulua ſanctificaui te. Vnde mirari non debemus quod ab Herode miſſus in carcerem, clauſus Chriſtum ſemper ſuis diſcipulis intimaret, cum etiam clauſus in utero eundem dominum geſtibus prædicauit.

Eſt ſermo eius.lxiiij. in ordine ſermonum.

ITEM DE EODEM SANCTO IOANNE Baptiſta per D. Ambroſium Epiſcopum.

SAncti Ioannis Baptiſtæ natalem hodie proſecuturus, tacere uellem, & laborem atq; imperitiam meam ſilentio coercere,ſed enim ipſa uis nominis minime me ſilere permittit.Nam nũcupatio uocabuli ipſius, pectoris noſtri urget ſecreta, ſilentij noſtri reſoluit arcana, & quod diſsimulatione reticetur, admiratione compellitur. Si enim pater Zacharias eum nominauit, uocem recepit, quanto magis nos cum laudamus illum, eloquium promeremur: & ſi illius os cum in ſeculo naſceret aperuit,quanto magis cum pro Chriſto patitur ora noſtra fœcundat.

Cum enim Zacharias pater eius propter incredulitatem natiuitatis illius ab Angelo Gabriele ſilentij eſſet taciturnitate mulctatus,etiã diu mutus uerborum diſpendio mentis ſecreta uelaret, ſubito nato Ioanne filio, cum apud proximos eſſet intentio quo nomine uocaretur, offeruntur patri tabulæ,ut uocabulum eius pro ſui arbitrio ipſe deſcriberet,& quod ſermone non poterat,literis loqueretur,tunc mirum in modum acceptis pugillaribus ut ſtilum figeret,linguam reſoluit, ac literas ſermone præuenit, & Ioannem non teſtatus eſt,ſed locutus. Videte igitur ſancti Baptiſtę me-
4 ritum, 4 uocem patri reddidit,ſacerdoti eloquentiam reparauit. Videte inquam meritum,os quod angelus,alligauerat Ioannes abſoluit,quod Gabriel obſtruxerat,paruulus reſerauit, quamq; & ipſe ſit angelus, ſicut ſcriptum eſt de eo,Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam.

Videte ſancti Baptiſtæ meritum.

Reſpicite igitur Ioannem, quanta uis ſit eius uocabuli, cuius nuncupatio reddidit muto uocem,patri pietatem, populo ſacerdotem. Prius enim erat tacens lingua,ſterilis filio,priuatus officio,at ubi Ioannes naſcitur, fit repente pater propheta uel põtifex,loquela uſum recipit,prolem affectio ſuſcipit,ſacerdotem functio recognoſcit. Cum ergo tanta uis ſit eius uocabuli,dicturi de eo,& ſi tacere uolumus, ſilere non poſſumus. Ipſe enim Ioannes uox clamantis dicitur. Quis igitur qui uocem laudet & taceat,clamorem admiretur,& mutus ſit? Ait enim ipſe de ſe: Ego ſum uox,clamãtis in deſerto. Videte quid dixerit. Non enim ait tantum: Ego ſum uox, ſed et clamantis uox,ſcilicet ut ad fidem conſequendam,uox aures penetret, clamor corda concutiat,uox regnum prædicet,clamor iudicium cõminet. Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator teſtimoniũ perhibet dicens: Inter natos mulierum maior non eſt Ioanne Baptiſta.

Præcellit cunctis, eminet uniuerſis, antecedit prophetas, ſupergreditur patriarchas, & quiſquis de muliere, inferior eſt Ioanne.

Sed debemus diligenter inquirere, cur ita dominus dixerit, hoc eſt, Inter natos mulierum, & non potius dixerit inter filios uirorum, non eſt maior Ioanne, cum utiq; mulieres natos ſine uiris habere non poſsint? Hoc autem dixit, quia numeroſior eſt proles mulierum quam uirorũ. Eſt enim mulieris filius, qui uiri filius non eſt. Deniq; ſancta Maria genuit filiũ qui patrem hominem non haberet. Dominus enim eſt mulieris filius, & uiri filius non eſt, ſicut dicit Apoſtolus: Natum de muliere, factum ſub lege ut qui matrem in terris habet, patrem haberet in cœlis. Ergo in laudem, Ioannis fœcundioris ſexus generatio ponitur, ut nullius ab eo natiuitas ſeperaretur. Dicit foret aliquis, ſi inter natos mulierum maior eſt Ioannes, nunquid etiam maior eſt Saluatore? Abſit. Ioãnes enim natus mulieris. Chriſtus autem uirginis natus eſt. Ille corruptibilis uteri finibus effuſus eſt, iſte impollutæ uuluæ flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra ueritatem uideretur eſſe conditionis humanæ.

ADHVC DE B. IOANNE BAPTISTA PER eundem Diuum Ambroſium Epiſcopum.

Eſt ſermo eius. lxy. in ordine ſermonum eius.

DIximus ſuperiore dominica cum ſilentij noſtri ueniam peteremus, quod pro ſalute communi ſacerdotibus etiam tacentibus doctrina euangelica non taceat, & quod ſilentium eorum ſuppleret diuina ſententia. Semper enim diuina ſcriptura loquitur & clamat, ſicut ſcriptum eſt de Ioanne. Ego ſum uox clamantis in deſerto. Non enim tãtum in illo tempore clamauit Ioannes, quo phariſæis annuncians dominum Saluatorem, dixit: Parate uiam domini, rectas facite ſemitas domini Dei noſtri, ſed & hodie clamat in nobis, & uocis ſuæ tonitruo deſerta noſtrorum concutit peccatorum.

Ac licet ſancta martyrij morte 5 dormierit, uox tamen eius uiuit, dicit enim & nobis hodie. Parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Semper enim ſcriptura diuina clamat & loqtur. Vnde & ad Cain dicit Deus, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Nulla utique ſanguini uox eſt, ſed clamare dicitur ſanguis qui innocens effuſus eſt, non tam uere, quàm cauſa, & interpellare dominum, non proſecutione eloquij, ſed indignatione commiſsi, ac reatum ſuum non tam uerborũ accuſaret ſermonibus, quàm conſcientia ipſius criminatione cõſtringere. Quamuis enim malum factũ ſi in uerba producatur, excuſationem fortaſſe recipit, niſi conſcientia reuocetur, non poteſt excuſari. Cõſcientia enim reatum ſuum ſemper tacita ſine contradictione conuincit, & iudicat. Hodieq; ergo Ioannes clamat & dicit: Parate uiã domini, rectas facite ſemitas eius. Parate ergo iubemur uiam domini, ſcilicet non eggerem itineris, ſed fidei puritatem. Dominus enim non terrenam ſemitam carpit, ſed ſecreta mẽtis incidit. Siquid igitur in hac uia fuerit moribus aſperum, crudelitate durum, conuerſatione pollutum, iubemur 6 mundare, exæquare, componere, ut ſuperueniens dominus non offendat in nobis, ſed magis reperiat uiam caſtitate puram, procliuem fide, eleemoſynis eminentem. Quod autem tali itinere incedere ſo-

5 Si ſancta martyrij morte dormiunt ſancti, non ergo recte uocãtur emortui a quibuſdam.

6 Vide ſi ſufficiat ſola fides ad dandam ſalutem, ut Haeretici nu-

leat dominus, propheta deſcribit dicens: Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen eſt ei.

Sed uideamus ipſe Ioãnes qui parare uiam domino iubet, quam 7 ipſe uiam parauerit Saluatori. Per omnia planè adueniente Chriſto tramitem uiæ ſuæ compoſuit et direxit. Nam fuit utiq; ieiunus, humilis, parcus & uirgo. Omnes enim has uirtutes eius, euangeliſta deſcribens ait: Ipſe autem Ioãnes, ueſtitum habebat de pilis camelorum & zona pellicea circa lumbos eius. Eſca autem eius erant locuſtæ & mel ſylueſtre. Quæ igitur maior cauſa humilitatis in propheta, quàm contemptis mollibus ueſtimẽtis, pilorum aſperitate ueſtiri? Quæ deuotior fides, quàm præcinctum zona paratum eſſe ſemper ad omne ſeruitutis obſequium? Quę præclarior abſtinentia quàm ſpretis uitæ huius delitijs, ſtridulis ueſci locuſtis ac melle ſylueſtri? Quæ omnia hæc quoniam prophetæ uſui erant, arbitror in his ipſis prophetiam fuiſſe.

Nam utiq; cum prænuncius Chriſti ueſtimentum habebat camelorũ aſperitate 8 contextum, quid aliud ſignificat, niſi quod ipſe Chriſtus adueniens, uſurus eſſet indumento humani corporis, quod erat peccatorum aſperitate denſatum, & quod uelut immundiſsimæ beſtiæ, quod eſt gentilis populi circundatus exuuijs, deformitatem eius ipſe geſtaret? Zona uero pellicea quid aliud demonſtrat, niſi hanc 9 fragilem carnem noſtrã quæ ante aduentum Chriſti dominabatur ad uitia, poſt aduẽtum eius reſtrictam eſſe ad uirtutem, & quæ ante luxuriando dilatabatur in pinguedinem, nunc abſtinendo attenuaretur in pelle?

Exitum uero eius quàm beatum legimus? ſcilicet quod pſaltria regis filia poſt illam inimicam uoluptatem caput eius petierit. Quid mirum ſi pſaltria occidit prophetam, quia luxuria ſemper eſt inimica iuſtitiæ, & quod iniquitas ſine ceſſatione perſequitur ueritatem. In quo facto grande myſterium continetur. Nam utiq; ipſa pſaltria ſynagogæ eſt comparãda, Quæ Chriſtum dum luxuriatur occidit. Quod autem ipſa pſaltria ſynagoga ſit, dicit dominus ad Iudæos: Cantauimus uobis & non ſaltaſtis. Cur autem a Ioannis corpore caput ablatum ſit, manifeſta res eſt. Ioannes (ſicut ſcripturis aſtruitur) typum legis gerebat. De domino autem legimus, quia uiri caput Chriſtus eſt. Ergo cum a Ioannis corpore caput eius aufertur, Chriſtus quodamodo a Iudæis legis cultoribus ſeparatur. Remanſit enim illis ſine Saluatore lex exanimis & truncata. Nam ex eo utiq; Iudæi diuina non ſapiunt, ex quo ſine capite eſſe cœperunt.

Iter igitur facit domino, qui inter cæteras continentiæ uirtutes, matrimonij limitem non excedit, nec coniugij præſcriptum terminum adulterina permixtione cõmaculat. Sicut enim nõnulli qui cum legibus uxores duxerint, contra diuinitatis legem ſibi ſociant concubinas, non intelligentes quid contrahendo matrimonia proprijs uinculis cõſtrinxerunt. Qui enim legibus ducit uxorem, profitetur ſe contra legem non eſſe factuũ. Reum ergo ipſe ſe ſtatuit, qui adhibendo ſibi adulteram, ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis, uxorem non habeo, ideo mihi ancillam ſociaui. Audit quid dicat ſcriptura ad Abraham, Eijce ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius hæres non eſt, ergo nec filius eſt. Cur autem quæritur tale coniugium, de quo ſuſceptus filius, nec ſucceſsionis poſsit hæres eſſe, nec ſanguinis? Nec enim

g.utur, in carne et et uirtutum oper.i, et uitiorum exurpationes requirantur?

7 *O heretice, cogita num uia quam tu paras ſaluatori, ſimilis ſit ei quam parauit Ioannes. Lege quid hic dicat Ambroſius. Ioannes fuit ieiunus, humilis, parcus & uirgo. Tu crapuloſus & ebrius, ſuperbus, delitijs affluens, & mulierculanum amplexibus conſtrictus. Elige prudens lector, quem magis imitari debeas.*

8 *Veſtitus Ioannis aſperitas.*

9 *Ecce quõ poſt aduentum Domini carnis concupiſcentia a ſanctis robuſto continentiæ rigore frenatur.*

habere poteſt hæreditatis conſortium,qui non habet originis priuilegiũ. Cur inquam quæritur tale contubernium,de quo nati,non filij ſunt matrimonij,ſed teſtes ſint adulterij? Cur huiuſmodi ſuſcipiuntur adulteri, qui patri pudori ſint,non honori? Dicit ſcriptura, Adulterorum filij in conſummatione erunt,& ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Mulier igitur tua ſi talibus moribus prædita eſt,ut mereatur conſortium,mereatur & nomen uxoris,præſta concubinæ tuæ libertatem & nomen uxoris,ne tu adulter ſis potius quàm maritus. Sed & ille iter facit domino Chriſtianus,qui profeſſionis ſuæ exhibet ei fidele ſeruitium,& caſtitatem quam promiſit,cuſtodit,tam mente quàm corpore.

Sunt enim pleriq́;,qui ſingularem uitam proponentes,ſinguli eſſe non poſſunt,ſed quærunt ſibi conturbenia, atque utinam fratrum. Inueniſti Chriſtianum monachum,cui cum fratre non conuenit, & libentius ei cõuenit cum ſorore,qui non ſequitur ſeniorem utilia commonentem, & ſequitur adoleſcentulam 10 incongrua cachinnantem, eius & ſi ſyncere corpus,ſit,anima non poteſt eſſe ſynceris.

10 *Hoc multum placet nouis noſtris Magiſtris,uidelicet non recedere a latere ſororum, præſertim iuuencularum.*

Sed & ille clericus iter domino facit,qui ſecundum Euangelium uiuit,& per omnia obtemperat ſacerdoti. Aliqui enim cum ſint minus ſubditi,moleſte ferunt cum à ſenioribus arguuntur Dicunt,grauiter iraſcitur Epiſcopus,patientior eſſe deberet. Audi ergo optime clerice, ſacerdotis exigis patientiam,& tui non exigis diſciplinam? Neſcis quia mihi ſalutis cauſa arguere aliquando permiſſum eſt, tibi nunquam peccare conceſum eſt. Dicit enim Apoſtolus, increpa oportune,importune argue. Eſto ergo in omnibus ſubditus ſacerdoti,ſi uis eum eſſe manſuetum.

Habetur lib. eius. iij. de Virginibus.

MORS EIVSDEM SANCTISSIMI PRÆCVRſoris domini,per D. Ambroſium Epiſcopum ſcripta.

QVoniam Ioannis Babtiſtę talis uiri non ſtrictim prętereunda eſt recordatio,intereſt,ut quis,& a quibus,& quã ob cauſam, quomodo,& quo tempore ſit occiſus,aduertere debeamus. Ab adulteris iuſtus occiditur,& a reis in iudicem capitalis ſceleris pœna conuertitur. Deinde ſaltatricis pręmium,mors eſt prophetę. Poſtremo quod,horrere conſuerunt,inter epulas atque conuiuia conſummandæ crudelitatis profertur edictum. Et a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagitij circunfertur obſequium.

Quanta in uno facinore ſunt crimina? Extruitur regifico luxu ferale cõuiuium,& explorato quando maior ſolito turba conuenerit,reginæ filia intimis mandata ſecretis,in cõſpectum uirorum ſaltatura producitur. Quid enim potuit filia de adultera matre dicere,niſi damnum pudoris? An quicquam eſt tam pronum ad libidines, quam in conditis motibus ea quæ uel natura abſcondit,uel diſciplina uelauit, membrorum operta nudare inde oculis rotare ceruicem,comam ſpargere? Merito inde in iniuriam diuinitatis proceditur. Quid enim ibi uerecundiæ poteſt eſſe, ubi ſaltatur, ſtrepitur,concrepatur?

Tunc rex,inquit,delectatus,puellæ ut peteret de rege quod uellet. Dein deiurauit,quod uel dimidium regni ſi petiſſet,concederet. Vide quemadmodum ſeculares ipſi de ſecularibus ſuis iudicẽt poteſtatibus,ut pro ſalta

tione etiam regna donentur. Puella autem admonita a matre ſua, popoſcit afferri ſibi in diſco caput Ioannis.

Quod dicit: Rex contriſtatus eſt, non pœnitentia regis, ſed confeſſio iniquitatis eſt, quam diuinæ habet conſuetudo ſententiæ, ut qui geſſerunt impia, ipſi propria confeſſione ſe damnent. Sed propter diſcumbētes inquit, Quid indignius, quam ut homicidium fieri iuberet, ne diſcumbentibus diſpliceret? Et propter ius, inquit, iurandum. O religionem nouam. Tolerabilius peieraſſet. Vnde non immerito dominus in Euangelio iubet non eſſe iurandum, ne ſit cauſa periurĳ, ne ſit neceſſitas delinquendi. Itaque ne iuſiurandum uiolaretur, percutitur innocens.

Quid prius horreſcam neſcio. Tolerabiliora periuria, quam ſacramenta ſunt tyrannorum. Quis non e conuiuio ad carcerem curſari uideret, putaret prophetam iuſſum eſſe dimitti? Quis inquam, cum audiſſet natalem eſſe Herodis, ſolenne conuiuium, puellæ optionem eligendi quod uellet datam, miſſum ad Ioannem ob ſolutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delitĳs, quid cum funeribus uoluptati? Rapitur ad pœnam propheta conuiuiali tempore, conuiuiali præcepto, quo non cuperet uel abſolui: perimitur gladio, caput eius affertur in diſco. Hoc crudelitati ferculū debebatur, quo inſatiata epulis feritas ueſceretur.

Intuere Rex acerbiſſime tuo ſpectacula digna conuiuio. Porrige dexteram, ne quid ſæuitiæ tuæ deſit, ut inter digitos tuos riui defluant ſacri cruoris. Et quoniam non exaturari epulis fames, non reſtingui poculis potuit inauditæ ſæuitiæ ſitis, bibe ſanguinem ſcaturientibus adhuc uenis executi capitis profluentem. Cerne oculos in ipſa morte ſceleris tui teſtes, auerſantes conſpectum delitiarum. Clauduntur lumina, non tam mortis neceſſitate, quam horrore luxuriæ. Os aureum illud exangue, cuius ſententiam ferre non poteras, conticeſcit & adhuc timetur. Lingua tamen, quæ ſolet etiam poſt mortem officium ſeruare uiuentis, palpitante licet motu damnabat inceſtum. Portatur hoc caput ad Herodiadem, lætatur, exultat, quaſi crimen euaſerit, quia Iudicem trucidauit.

Quid dicitis uos ſanctæ fœminæ? Videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? Saltet, ſed adulteræ filia: Quæ uero pudica eſt, quę caſta eſt, filias ſuas religionem doceat, non ſaltationem. Vos autem graues & prudentes uiri, diſcite deteſtabilium hominum epulas euitare. Talia ſunt conuiuia, qualia iudicia perfidorum.

Eſt Homelia prima de eodē beato Ioāne, poſita in libro Homeliarum eiuſdem Euſebii, folio. lxxviij.

ITEM VITA SANCTI IOANNIS BAPTIſtæ per D. Euſebium Emiſenum conſcripta.

HOdie dilectiſſimi fratres, Ioannis qui domini præcurrit aduentum, natalem diem celebramus, quod nulli ſanctorum meminimus attributum: Hodie, inquam, eius II natalem diem unica ac ſingulari celebritate ueneramur. Vnde quia eum digne extollere non ualemus humanæ uocis officio, prædicemus eum dominicæ atteſtationis oraculo, proloquente Chriſto, quia inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Ipſe hoc dicit, & ideo agnoſce magnificentiam laudis, ex dignitate laudantis. Ac ſic dum nemo illo eſſe maior aſſeritur inter natos mulierū, datur intelligi quod Ioānes humanorum fugit menſurā meritoꝝ.

II *Veneramur Natalē diē Ioannis, unica & ſingulari celebritate*

Iuxta

Iuxta hæc in huiuſmodi eius præconijs fortaſſe cogitas, & dicis: Quid eſt hoc, quod dominus Ioannem Baptiſtam principi Apoſtolorum Petro, quod Ioanni Apoſtolo, qui ſupra pectus domini recumbebat, antepo nendum eſſe iudicauit? Non ita eſt. Nam dicens, inter natos mulierum nõ eſt maior Ioanne Baptiſta, non eum ſummis priorem, ſed primis pronunciauit æqualem. Comparauit itaque eum perfectis tali laudatione, non prætulit. Sed aduerte quia cum dicitur inter natos mulierum, ſolus ab hoc uirginis natus excipitur. Merito ergo inter conſeruos nulli ſecundus eſſe creditur, cui ſolus dominus anteſertur. Quæ cum ita ſint, cui nullum prę poſuit in præconio, uide ſi ei ullum ſit prælaturus in præmio.

Hic itaque in tantum luce ſanctitatis effulſit, ut non tam Chriſti nuncius putaretur eſſe, quàm Chriſtus: & ideo interrogantibus utrum ipſe eſſet Chriſtus, humili confeſſione reſpondit: Ego uox clamantis in deſerto. Hoc eſt dicere: Non cum ego uerbum, quod erat in principio deus apud deum, ſed uox potius, id eſt miniſter ſum uerbi, ut per me ad auditus hominum ſenſumque perueniat. Vnde beatus Baptiſta pari humilitate pronunciat: Illum oportet creſcere, me autem minui. Vide uocis ſonum pertranſeuntem, & uerbi gloriam permanentem. Illum oportet creſcere, quia cum homo putaretur, deus erat: me autem minui, quia cum deus crederetur, homo erat. Illum oportet creſcere, quia per omnem mundum Chriſti euangelium dilatatur, me autem minui, quia Ioannis prophetia finitur. Prophetia finem accepit, quia is, qui prophetabatur aduenit.

Ioannes ergo formam uenturi domini, natiuitate & conuerſatione, ſignauit, Ioannes naſcitur de patre ſene, Chriſtus ex matre, mundi ſeneſcẽtis ætate, ætate, inquam, illa, quę erat fide & operibus infœcunda. Ioannes uenit deſperata generatione per ſterilem, & Chriſtus natura obſtupeſcente per uirginem Ille ſalutem prędicauit, hic contulit, ille baptizauit in pœnitentiam, iſte generauit in gratiam. Ille pilis camelorum, id eſt cilicio ueſtitus inceſſit, & ſaluator quodammodo pilis camelornm ſe induit, quã do in ſe deformitatis noſtræ fœde atque diſtortæ peccata ſuſcepit, incluſum graui onere exonerans mundum, & in ſe transferrens humanorum põdera delictorum.

Conſequenter ait ex p̃ſenti ſermo diuinus: Et Zona pellicea circa lumbos eius, Zona erat pellicea circa lumbos eius, quia in eo nihil carnale remanſerat, quia in eo fluentes lacunæ ſenſus, carnis mortificatio præcingebat, quia in lumbis eius luxuriæ blandimenta rigidæ crucis contritio caſtigabat. Merito in eo locum contagio mundana non habuit, de quo angelus p̃teſtatur: Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ. Fœlix qui uenturus in huius mundi labores, prius gratiam ſuſcipere, quam uitam, prius benedictionem meruit 12 haurire quam lucem. Quid mirum ſi in eo culpa aditum non inuenit, cuius animã ſibi Deus in ipſis exordijs occupauit? Et ſpiritu, inquit, ſancto replebitur. Magnum eſt ſpiritu ſancto illuſtrari, ſed multo eſt maius impleri. Et ideo ſicut uas plenum balſamo, admixtionem liquoris alterius expuit & penitus excludit, ita in eum nil ſecularis maculæ introire iam poterat, in quo ſanctificationis plenitudo regnabat.

12 *Meruit haurire benedictionem.*

Hic ergo ſecundum præſentis ſeriem lectionis, locuſtas & mel ſylueſtre edebat. Nihil pene in ſermone Dei myſterijs uacat. Quod ſectabatur

agmina locuſtarum,hoc erat,quod congregabat populos nationum. Populus,inquam,tanquam locuſta ſine intellectu infructuoſus,ſine lege uagus,ſine duce diſperſus,incompoſita libertate laſciuus. Mel autem ſylueſtre edebat,qui in deſertum gentium fidei dulcedinem requirebat. Mel ſylueſtre erat, peregrina & rudis illa congregationis eccleſiaſticæ fides,quę a cognitione unius Dei fera atq; ſyluatica,nec intra aluearium legis reperta,nec de examine patrum uel benedictione Iudaicæ plebis aſſumpta,ſed extra domeſticum Dei populum in profundis ignorantię ſyluis manebat, & in campis diffuſæ per omnem mundum paganitatis errabat. Vnde & propheta cōmemorat:Inuenimus eam in campis ſyluæ. In ſylueſtri itaq; melle ſignificat populum extra domum Dei,nulla fide ac diuinæ agnitionis gratia manſuetum factum atque conditum,nulla ſpiritalis intellectus amœnitate compoſitum.

Hic eſt ille qui flagitium regis Herodis, quod uxorem uiuentis fratris inuaſerat,publica auctoritate condemnans,propter iuſtitiam perdidit uitam,ſed lucratus eſt gloriam.Et nos interdum pro gratia hominum uel timore offenſionum, præferimus adulationem,& uendimus ueritatem.Vnde euangelico beatus ipſe Ioannes alloquio,corda noſtra ſalutifero pulſat oraculo, dicens: Ego uox clamantis in deſerto, parate uiam domini. Et nos rectas faciemus ſemitas Dei noſtri,ſi teneamus in nobis uerbum ueritatis,affectum iuſtitiæ,patientiæ,miſericordiæ,pacis,beneuolentiæ. Hæc eſt illa uia, per quam Chriſtus incedere delectatur: Hæc eſt illa uia, per quam humanum pectus ingreditur.Ideo autem dicit:Ego uox clamantis, ideſt, ut uox tangat aurem,clamor penetret mentem. Ego uox clamantis,uox præconis iudicem loquitur clamor iudicium cōminatur. Et conſequenter annunciat:Omnis uallis implebitur,& omnis mons & collis humiliabitur. Hoc eſt quod alijs uerbis Euangeliſta cōmemorat: Qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.

Hoc totum ſpiritualiter implere ſtudeamus in cordibus noſtris, ut qđ ſuperbiæ tumidum,elatumque reddiderat,humilitate & mãſuetudine cõplanetur.Et erunt inquit,praua indirectum,ideſt quod iniquitas deprauauerat,directione iuſtitiæ corrigatur,quod malitia exaſperauerat, bonitatis gratia temperetur. Inter hæc ſtudia inueniat in nobis Chriſtus dominus uiam per quam nos perducat ad patriam,ut et de nobis dicere dignetur:Et inambulabo & inhabitabo in eis, & ero illorum Deus. Et ſi in iſto ſeculo ambulauerit in nobis,in illo habitabit in nobis.

Eſt homil. ij. ubi ſupra. folio. lxxx.

ITEM ALIA PRAECVRSORIS DOMINI uita per eundem Euſebium Epiſcopum Emiſcenũ ſcripta.

Beatus Ioannes a ſancto ſpiritu etiam in maiorum ſuorum titulis prędicatur,non tam de ueteribus cõſecuturus laudem, quàm ut magis in exemplũ creſceret,dum nouis uirtutibus antiquorum ſuperat dignitatem. Fœlix parentum meritis, fœlicior ſuis.

De huius itaq; parentibus eloquia diuina teſtantur,de Zacharia ſacerdote grandæuo,& Elizabeth matre eius,quæ ſterilis conſenuerat: Erant autem iuſti ambo ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis domini ſine querela,& non erat eis filius,eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & am-

bo proceſſerant in diebus ſuis.

Cum autem angelus Zachariæ apparuiſſet in templo, ſtans a dextris altaris incenſi, turbatus eſt Zacharias uidens, & timor irruit ſuper eũ. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt oratio tua, & uxor tua Elizabeth concipiet, & reliqua. Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ.

Quis eſt iſte, qui cum nondum naſceretur, iam in utero ſanctificatur? Benedictionem prius quam lucem percipit, gratiam conſequitur antequã uitam, & quod maximũ eſt, angelo nũciante promittitur. Non immerito ſic honoratur, qui cœlorum dominum terris erat renunciaturus præconio, & monſtraturus aſpectu, ut eum expectantium populorum, & ſenſibus prędicaret, & oculis præſentaret.

Ita ergo ad Zachariam patrem eius angelus loquitur: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt oratio tua, & uxor tua concipiet, & pariet filium. Nunquid credendum eſt qđ in templo, tanti populi ſacerdos hoc petierit, ut ei filius naſceretur? Nunquid credendum eſt quod ſenex iuuentutis uota præſumpſerit? Nunquid credendum eſt quod pro hoc tantopere inuigilarit publici interceſſoris oratio, ut intermiſsis ſuorum neceſſitatibus, donari ſibi a Deo poſceret deſperatum nomen parẽtis, & alienæ munus ętatis? Non ita eſt, ſed dum ille ſollicitus pro ſalute populi ſupplicat, promiſſus eſt ei talis filius, per quem populus ſaluaretur. Dumq; ille non pro ſe, ſed pro omnibus precem fudit, meruerunt profuturæ fructum poſteritatis pia deſideria ſacerdotis. Ergo angelus dum pro incolumitate Iſraelis expectatum reddit oraculum, nõ tam ſeni ſobolem, quam pontifici promiſit hæredem. Quia dum tanto prophetæ præparatur ſucceſſor generis, plebi proſpicitur ſpes ſalutis? Propterea de eo in Euangelio memoratur, & multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum Deum ipſorum. Erit (inquit) magnus coram domino, & uinum & ſiceram nõ bibet. Abſtinentiæ merita, ac uirtutum, & iter arduum militiæ ſpiritalis humano generi inſinuare curauit. Sciuit 13 quod non ſufficeret eligentis gratia, niſi inuigilaret collaborantis induſtria, ſanctificatus eſt, & nondum tamen de ſola Dei electione ſecurus, ſed nihilominus agonibus ieiuniorum, & laboribus abſtinentiæ atq; iuſtitię, diuina in ſe uota ſeruare contendit.

13 *Videſne hic hæretice, quod non ſufficit Dei eligentis gratia, niſi etiã inuigilet collaborãtis induſtria? Et quid agere habeat homo, ut diuina in ſe uota conſeruet.*

Quod autem Euãgeliſta cõmemorat, & uxor tua Elizabeth cõcipiet: hinc non ſolum ſuſcipere miraculum, ſed myſterium debemus agnoſcere. Nam dum ſterili naſcitur filius, de Eccleſia quę ante ſterilis erat, gentium populus intelligitur procreandus. Et ideo propheta quodam loco ad Eccleſiam loquitur: Lætare ſterilis quæ non paris, exulta & clama quę non parturis, quia plures filij deſertæ magis, quàm eius quæ habet uirum. Synagoga nanq; legis uinculis, quaſi uiri iugo ſubdita, per ſenſum male fœcunda carnalem, in domini paſsione, filios ſuos perdidit, Eccleſia totum mundum fructu ſacræ generationis impleuit. Sicut Ioannes aduentu ſuo gratiam domini Saluatoris, ita Elizabeth mater eius partu ſuo fœlicitatem Eccleſiæ prædicat.

Zacharias autem ſacerdos in tantum ut diximus, non pro ſuſcipiendo filio orauit in templo, ut hoc fieri poſſe angelo promittente non crederet, & ideo pro condennatione incredulitatis obmutuit; ita nanque de eo Euangeliſta confirmat: Erat Zacharias pater tacens, et permanſit mutus.

Quod utique & fidem rei præſentis expreſsit, et myſterium figurauit. Sub tempore deficientis ſynagogæ, & naſcentis Eccleſiæ, ſacerdos conticuit, ceſſauerunt apud Iudæos ritus ſacrificiorum, ceſſauerunt in lege officia ſacerdotum, & impletus eſt ſermo propheticus de Iudæis, dicens: Et nō eſt in hoc tempore princeps & propheta & dux, neq; Solocauſtomata, neq; ſacrificium, neq; oblatio, neq; incenſum, propheta conticuit, prophetia ceſſauit. Merito tacuerunt prophetæ, quia is de quo prophetauerunt, uenit, & impletum eſt quod dixerat dominus: lex & prophetæ uſque ad Ioannem prophetauerunt.

Quid ergo opus eſt iam prophetis, cum ille præſens ſit, qui propheticis promittebatur oraculis? Quis autem adhuc quaſi in obſcuro requirat lucernam, cum diſruptis iam tenebris ſucceſſerit dies? Quis tenui luce ſtellæ micantis indigeat, cum ſe iam per totum mundum ſolis ſplendor infuderit? Quid ergo dicturi ſunt infœlices Iudæi? Alterutrum faciant, aut Chriſtum ueniſſe conſentiant, aut ſi renuunt, dent prophetas, qui annuncient Chriſtum eſſe uenturum. Sed non opus eſt nunciȷs, quando ſeipſa ueritas nunciauit.

Merito itaque obmuteſcant Iudæi, quia uerbū ſalutis qui Chriſtus eſt, perdiderunt. Loquatur Ioannes & dicat: Ego uox clamantis in deſerto. Vox erat, quia uerbi Dei ſpiritu replebatur. Quia ſicut ſermo uocis quodāmodo myſterio ac uehiculo ad audientem a loquente tranſmittitur, Ita ille Chriſtum ſonans, uerbi erat miniſter & portitor, qui ad Herodem clamabat: Non licet tibi uxorem uiuentis accipere fratris. Iam uox iſta contra perſecutores, & contra diabolum dirigebatur: Quid, inquit, inſectaris Eccleſiam? Quid eam tibi ius addicere, & tuam facere, cui Chriſtus ſanguinis ſui dote coniunctus eſt? Non licet tibi uxorē uiuentis accipere: Beatus Ioannes maluit mortem ſuam urgere, quàm tacere.

Eſt ſermo. 167. in opere homiliarum eius.

VITA ADHVC ALIA SANCTI IOANNIS Baptiſtæ per beatum Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

OPportune nobis Ioannes beatiſsimus ieiunȷ tempore pœnitentiæ doctor aduenit, doctor dicto, factoq; magiſter uerus; quod uerbo aſſerit, demonſtrat exemplo. Magiſterium ſtat de ſcientia, ſed magiſterȷ authoritas conſtat ex uita; docenda faciens, obedientem perficit auditorem.

Docere factis ſola eſt norma doctrinę: doctrina in dictis ſcientia eſt, in factis uirtus. Scientia ergo illa uera eſt, quę fuerit mixta uirtuti: illa, illa diuina eſt, non humana, Euāgeliſta probante, cum dicit, Quę cœpit facere, & docere. Pręceptor cum docenda facit, & auditu inſtruit, & informat exemplo.

In diebus (inquit) illis, uenit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudęæ, & dicens: pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorū. Pœnitentiam agite, quare non magis gaudete? gaudete magis, quia ſuccedūt humanis diuina, cœleſtia terrenis, temporalibus ſempiterna, malis bona, ſecura anxȷs, ærumnis beata, manſura perituris. Pœnitētiam agite. Pœniteat plane, pœniteat, qui diuinis prætulit humana, qui ſeruire uoluit mūdo, & dominationem mundi cum mundi domino non habere. Pœniteat,

qui

qui maluit perire cum diabolo,quàm regnare cum Chriſto. Pœniteat,qui uirtutum libertatem fugiens,captiuus uoluit eſſe uitiorum.Pœniteat,& ſatis pœniteat,qui ne uitam teneret,manus tradidit morti.Appropinquauit enim regnum cœlorum.Regnum cœlorum eſt præmium 14 iuſtorum,iudicium peccatorum,impijs pœna.

14 *Si regnum cœlorum eſt præmium iuſtorū, ergo datur ex merito.*

Beatus ergo Ioannes,qui pœnitentia iudicium uoluit præueniri; peccatores non iudicium uoluit habere,ſed præmium;impios uoluit regnum intrare,non pœnam.Et tunc Ioannes uicinum cecinit regnum cœlorum, quando adhuc puer mundus ætatum conquirebat augmēta. Modo cœlorum regnum quàm proximum iam ſcimus,quando mūdus ſenectute feſſus extrema,uacuatur uiribus,membra deponit,amittit ſenſus, doloribus urgetur,curam reſpuit,uitæ moritur,uiuit morbis, defectum clamat, teſtatur finem. Nos ergo duriores Iudæi,qui fugientem ſequimur mundum,qui futurorum temporum obliuiſcimur, præſentibus inhiamus, qui in ipſo poſiti iam iudicio,non timemus,qui uenienti iam domino non occurrimus, qui uolumus manere mortem,reſurrectionem uolumus mortuorum;qui ſeruire uolumus, nolumus regnare, ut tantum regnum noſtro domino differamus.Vbi eſt illud:Cum orabitis dicite,ueniat regnum tuum?

Maiori ergo pœnitentia opus eſt nobis,& pro modo uulneris, modus adhibendus eſt medicinæ.Pœniteamus fratres,pœniteamus cito,quia nobis ſpatium temporis iam negatur:iam nobis ipſa hora concluditur, iudicij præſentia iam nobis ſatisfactionis locum excludit. Currat pœnitentia, ſententia ne præcurrat:quia dominus quod non uenit adhuc, quod adhuc expectat,quod moras facit,nos ſibi redire deſiderat,non perire, quos pietate tali ſemper eſt alloquutus:Nolo mortem peccatoris. Sed ut reuertatur impius a uia ſua & uiuat.Pœnitentes ergo reuertamur fratres,& ne de arcto temporis pertimeſcamus;quia auctor temporis neſcit arctari. Probat hoc euangelicus latro, qui in cruce & in hora mortis rapuit ueniam, inuaſit uitam,effregit paradiſum,penetrauit ad regnum.

Et nos fratres,qui de uoluntate meritum non quæſiuimus,acquiramus uel de neceſsitate uirtutem:ne iudicemur,iudices noſtri ſimus: pœnitentiā debemus nobis,ut poſsimus nobis auferre ſentētiam. Prima eſt fœlicitas, perpetua innocentiæ ſecuritate gaudere,inuiolatam ſeruare mētis & corporis ſanctitatem,nulla imunda mundi inquinamenta ſentire, reatus conſcientiam non habere, uulnera neſcire peccati, gratiam ſemper poſsidere uirtutum,ſemper ſub ſpe uiuere cœleſtium præmiorum:Sed 15 ſi quo forte noſtra mens fuerit iaculo confixa peccati,ſi caro tumeſcat ex crimine,ſi uitiorum ſanie fragilitas humana corrumpatur;tunc ægris illa, quæ non ſanis,pœnitentiæ medicina ſuccurrat,ferrum compunctionis accedat,apponatur aduſtio tunc doloris,adhibeantur ſuſpiriorum tunc fomēta,tumentis conſcientiæ feruor euaporet: tunc reatus ulcera lachrymis abluantur, immunditiam corporis cilicia 16 tunc detegant.

15 *Vides quod ad ſalutē peccatoris requiritur etiam operis ſatisfactio, nec prodeſt ſola Chriſti paſsio, aut credere culpam ſibi remitti.*

Ferat,ferat amaram pœnitentiæ curam,qui ſeruare debitam uoluit ſanitatem. Cui uita ſua chara eſt,dura nulla eſt cura: medicus nō ſit ingratus, qui per dolorem reuocat ad ſalutem. Qui innocentiæ creditum ſeruat, pœnitentiæ non ſoluit uſuram,dominus hoc aperit dicendo. Non eſt opus ſanis medicus,ſed male habentibus. Et qui male haberent patefecit,iterum dicens. Non ueni uocare iuſtos,ſed peccatores. Reuocat per pœnitētiam

16 *Cilicium habitus pœnitentium.*

Ioãnes, Chriſtus per gratiam uocat. Hinc eſt quod Ioannes ueſtitu, uictu, loco, totus pœnitentia formatus incedit. Venit(inquit) Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudęę; Pœnitentiam agite.

Per deſerta Iudęę pœnitentiam clamat Ioannes, quę legis cultum, prophetarum laborem, fœcũditatem patrum, frugem Dei ſua ſterilitate perdebat: unde ad pœnitentiam meritò uocantur diſciplinarum deſerta, non hominum, non locorum: uacat clamor, ubi non aſsiſtit auditor.

Ipſe autem Ioannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum. Poſuit de caprarum, ſed cilicio opus non erat: ſed accepit tortuoſiſsimi pilos animantis, nihil habentis recti, nihil gratiæ, nihil decoris; quem natura dedit labori duro, addixit magno ponderi, extremę tradidit ſeruituti. Tali pœnitentiæ magiſter indui debuit ueſtimento: ut qui a recti detorſerant diſciplina, & deformes ſe totos formis reddiderant peccatorũ, magnis pœnitẽtiæ ſarcinis ſubderenť, addicerentur duris ſanctificationis 17 angoribus, ſuſpiria compunctionis laborioſa portarent, ut directi & attenuati in modum acus per anguſtum pœnitentię foramen ampla remiſsionis intrarẽt, & impleretur dñicum dictum, Camelum per foramen acus poſſe trãſire.

17 *Ecce quomodo ad ueram pœnitentiam requiruntur duri angores ſatisfactionis.*

Eſca autem eius erant locuſtæ, & mel ſylueſtre. Locuſta eſt caſtigãdis peccatoribus attributa, merito' pœnitentiæ figuratur in paſtum, ut de peccati loco exiliens, in pœnitentiæ locum ad cœlum poſsit pẽnis ueniæ peruolare. Hoc propheta ſenſerat, qui dicebat, Sicut umbra cum declinat, ſublatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſtę; genua mea infirmata ſunt præ ieiunio, & caro mea ĩmutata eſt propter miſericordiam. Audiſtis quemadmodum de peccato in pœnitentiam excuſſus eſt ut locuſta, & curauit genua, ut pœnitentiæ pondera baiularet: & adijcitur mellis cibus, ut amara pœnitentię, dulcis miſericordia temperaret.

Eſt ſermo.clxxiiij.in opere homiliarũ eius.

ITEM VITA ET MORS DIVI IOANNIS Baptiſtę pręcurſoris Domini per eundem Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

HERODIANAE cœnæ cruentas epulas, conuiuium ſic ferale, tunc terra, tunc cœlum, hodie mecum ueſter horruit & expauit auditus. Herodes(inquit) natalis ſui cœnam fecit. Bene cœnam, quia nõ luci, ſed tenebris addictus eſt hic natalis, in quo noctis filius natus eſt, non diei. Natalis ſui(inquit) cœnam fecit principibus, tribunis, & primis Galileę. Quid egit incauta, & cęca ſemper impietas? Om̃nes euocat poteſtates, ut non tam multos conuiuij ſui ſocios, quam innumeros criminis ſibi teſtes aſſumat; & tot habeat facinoris ſui arbitros, quot habuit præſides diſciplinæ.

Cumq́ intraſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet (inquit) & placuiſſet Herodi. Reſpondit ſuo turpis generi, dum patri complacet turpiori: de adulterio nanq́ non niſi turpis debuit procreari: quæ fractis greſsibus, corpore diſſoluto, diſiuncta compage membrorũ, fluentibus ex arte uiſceribus, tota patri fieret deformitate formoſior. Et reuera ſuam credidit tunc Herodes, cum talem uidit: nam putaſſet alienam, ſi pudicam uel aliquantulum peruidiſſet. Serpens tunc latebat in fœmina, quæ reptans greſsibus flexuoſis letale toto corpore uirus effudit, ut diſcumbẽtium mentes furor,

uenenum corpora ſauciaret,homines uerterentur in beſtias,nec uino iam tales,ſed ſanguine potarētur,nec pane rabidi,ſed carnibus ueſcerentur humanis. Tales utiq;, tales reddidit, quibus adhuc fumante ſanguine caput intulit tunc Ioannis:ut illud pſalmiſtę canticum probaretur,Dederunt carnes ſanctorū tuorum beſtiis terræ:effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam.Ecce quid pariunt totis noctibus protracta conuiuia:ecce quid generat quod cum menſura emitur,& ſine mēſura bibitur uinum: Ecce quō præcipitatur caro,cum ad luxuriæ facinus uoluptatis inflammatur incendiis.Rogo, quid tantis cuneis arctatur? Sufficit infelix caro ſibi ſuis caſibus ad ruinam,atteſtante propheta,cum dicit: Vt quid irruitis in hominē, interficitis uniuerſi uos tanquam parieti inclinato,& maceriæ impulſę? Iacebat in Herode caro oppreſſa crapulis, ebrietate captiua , quæ titillante luxuria,& nō tam ludente,quàm illudente laſciuia,promitteret, quicquid turpitudo peteret ſe daturam.

Pete à me quod uis(inquit) & dabo tibi:& iurauit illi.Iurat miſer, dum quicquid honeſtatis eſt & uirtutis abiurat.Pete a me quod uis.Quid peteret luxuria,niſi caſtitatis interitum,pudicitiæ necem,mortem ſibi ſemper contrariæ ſanctitatis? Volo,ut des mihi in diſco caput Ioannis . Si caput uiri eſt,iuxta Apoſtolum , Chriſtus , iam tunc nouello ore antiquiſſimus ſerpens Chriſti domini tendebat ad mortem . Volo , ut des mihi in diſco caput Ioannis.Iam tunc auidus draco in ſerui capite , domini deguſtabat ſitiens paſſionem . Volo,ut des mihi in diſco . Cur in diſco? cur pretioſe geſtas,quem uiliter occidis,niſi quia preciosa in conſpectu domini mors ſanctorum eius? Hoc ipſum,quod uis , non agis quomodo ipſa uis,quia agit te ſuperna ratio aliter quàm uis.In illo quidem tunc ferali antro , non aula Regis,rabies tunc fera paſtum ſuum credidit , cum caput martyris uidit:totum ſuum ſenſit,cum liquorem ſacri ſanguinis ſitiens,aſpexit: ferculum crudelitatis ſuæ toto ore,totis faucibus contendit , & conatur abſorbere.Sed Ioannes uenit in ſublimi poſitus , ut lucerna ſuper candelabrum,tenebras ut fugaret,dicente domino,Ille erat lucerna ardens & lucens.Venit Ioannes,ut iudex in tribunali reſplendens,ut qui arguit adulterum,exponeret & damnaret homicidam,& qui pie uiuens incæſtum uocarat ad pænitentiam,reſeruauerat ad ueniam,homicidium etiam damnaret occiſus .

Quam quæſo meretur ueniam,qui in morte Ioannis ipſam pænitentiā tam crudeliter interemit? Gratis cucurriſtis Herodes,Herodias , nomina non affectione ſociata,ſed crimine:quæ uocem intercipi poſſe ſtultiſſime credidiſtis.Ego ſum(inquit)uox clamantis in deſerto.Vox occidi non poteſt,ſed magis clamat anguſtiis corporis abſoluta.Sic uox Abel in ſuo iam effuſa ſanguine magis ſonat,magis penetrat,magis pertendit ad cœlum . Sic nunc Ioannes toto orbe clamat,totis ſæculis facinus ueſtrum cunctis refert,& oſtentat in gentibus.Ecce Ioannes Chriſti capite gloriatur , qui capiti putabatur addictus.Ecce odie,quo tu finiſti tuum,illi ſibi natalem cælitus conquiſiuit : quia quando tuus ortus merſit in finem,tunc illius finis ortus eſt in natalem.Iuſtus enim tunc inchoat 18 uiuere,cū pro Chriſto meretur occidi:transfertur iſta morte uita martyris,non aufertur: morte magis claruit,qui ob hoc mortuus eſt,ut uiueret in æternum.

18 *Quā ergo impie ſancti martyres ab Hæreticis noſtris uocantur*

Ecce tu iaces in morte,Ioannes uiuit occiſus.Tu fucatam murice purpu

ram perdidiſti, Ioannes cruore ſuo fulgenti purpura ſemper gloriatur indutus. Tui conuiuæ 19 nunc participes efficiuntur in pœnis, Ioannes cœleſti menſa cum choris ueſcitur Angelorum. Ille audit iugiter cœleſtem ſymphoniam, tu audis inferni ſemper gemitum, & ſtridorem. Illi meretricis tuæ, ſaltatricis tuæ addictus in precium, nunc regno, nunc præmijs cœleſtibus honoratur; tu mercedem ſententiæ tuæ cum tua filia in tartaro percepiſti.

Veſtimentum Ioſeph, cum adulteram fugeret dereliquit, Ioannes ne uideret adulteram, ipſum proiecit & corpus. Ioſeph, ne adulterium faceret, libens carcerem ſuſcepit, Ioannes ut argueret adulterium, eremum carcere commutauit. Ioſeph ſomnia dum reuelat, euaſit ex morte, Ioannes ut dei filium reuelaret, ſuſcepit & mortem. Ioſeph dum panem præparat tẽporalem, ex auro torquem meruit, & honorem; Ioannes, ut oſtenderet cœleſtem credentibus panem, martyrij torquem meruit ex cruore.

Meritò in natis mulierum cunctis maior eſt hic Ioannes, qui non ſolum adulteras arguit, ſed & licita mulierum conſortia uirginitatis 20 amore calcauit. Et ſi Ioannes tantus, Ioannes talis, tanta eremo ſeparatus à fœminis, fœminarum pericula non euaſit, quis 21 eſt qui inter fœminas uiuẽs, euaſurum ſe ſine labore maximo, maxima ſine cautione confidit, niſi is qui ſancto alitur ſpiritu? Qui cum genitore, natoq; unà cuncta diſponit ſæcula per æui omnia ſpatia.

ITEM ALIA VITA SANCTI IOANNIS Baptiſtæ per D. Bernardum Abbatem ſcripta.

SIt procul ab his conuentibus fratres increpatio illa prophetæ iudaica reprobantis conuenticula & dicentis, Iniqui ſunt cætus ueſtri. Hi nimirum cœtus non iniqui, ſed plane ſancti: ſed religioſi: ſed pleni gratia, digni benedictione. Conuenitis ſiquidem ad audiendum deum, conuenitis ad laudandum & orandum: & adorandum. Sacer eſt conuentus uterque: placens deo: angelis familiaris. State ergo in reuerentia fratres, ſtate in ſolicitudine & deuotione mentis, maximeq; in loco orationis: & in hac ſchola Chriſti & auditorio ſpiritali.

Nolite conſiderare dilectiſſimi quæ uidentur, & temporalia ſunt: ſed magis quæ non uidentur æterna. Secundum fidem, non ſecundum faciem iudicate. Terribiliter ſiquidem metuendus eſt locus uterque: nec maior eſſe credendus eſt numerus hominum, quam angelorum. Patet utrobiq; ſine dubio porta cœli: ſchola illa erecta eſt: aſcendunt & deſcendunt angeli ſuper filium hominis. Gigas nanque eſt iſte filius hominis: cœlum ei ſedes eſt: terra ſcabellum pedum eius. Et eleuata eſt magnificentia eius ſuper cœlos: manet tamen nobiſcum uſque ad ſeculi conſummationẽ. Aſcendunt itaque & deſcendunt ad deum angeli ſancti: quia caput & corpus unus eſt Chriſtus. Nec tamen ubi caput, ſed ubicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ: licet non poſſit caput a corpore ſeparari. Denique & ipſe ait. Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo: in medio eorum ſum.

Sed forte quis dicat. Vbi eſt modo Chriſtus? Oſtende nobis Chriſtũ, & ſufficit nobis. Quid curioſos circunducitis oculos? Num ad uidendum

emortui, cũ maxime nunc uiuãt, & morte huiuſmodi transferatur eorum uita, nõ auferatur?

19 *Vide quomodo etiam ante uniuerſale iudicium animæ Sanctorum ſunt in cælo, & reproborũ in inferno.*

20 *Ioannes Virgo.*

21 *Notent hæc Heretici noſtri tpis, qui ſemp inter fœminas uiuũt, præcipueque eorũ ſacerdotes.*

Eſt ſermo habitus p eundem in Natiuitate ſancti Io. Baptiſtæ.

& non magis ad audiendum conuenitis? Dominus deus aperuit mihi aurem, ait, propheta. Aurem meam aperuit ut audiam quid loquatur: non oculum (ut uideam) uultum eius illuminauit. Aut certe ſuam mihi aperuit aurem, non faciem reuelauit. Poſt parietem ſtat: audit, & auditur: ſed nec dum apparet. Audit orantes: erudit audientes. An experimentum eius quęritis qui in me loquitur Chriſtus? Ego, inquit, qui loquor iuſtitiam. Quid ni loquatur ore: quod ipſe plaſmauit? Quid ni ſuo utatur ut libet, artifex inſtrumento? Non tantum aures eorum, ſed & labia mea aperi domine: ego enim labia mea non prohibebo, domine tu ſciſti. Bene enim omnia facis: & ſurdos facis audire, & mutos loqui.

Audite ergo fratres quid de Ioanne loquatur: cuius ſolennis 22 hodie natiuitas celebratur. Ipſe, inquit, erat lucerna ardens & lucens. Magnũ teſtimonium fratres mei. Magnus enim eſt cui perhibetur: ſed maior eſt ipſe qui perhibet. Ille (inquit) erat lucerna ardens & lucens. Eſt enim tantum lucere uanum: tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum. Audi quid dicat ſcriptura, ſapiens permanet ut ſol: ſtultus autem ut luna mutatur. Quia enim ſplendet luna ſine feruore: modo plena, modo exigua: modo nulla uidetur. Mutuatum ſiquidem lumen nunquam in eodem permanet ſtatu: ſed creſcit, deficit, extenuatur, annihilatus: & penitus non cõparet. Sic ſic qui conſcientias ſuas in alienis labijs poſuerunt: modo magni, modo parui ſunt: modo nulli: ſecundum quod adulantium linguis, uel uituperare placuerit, uel laudare. At uero ſolis ſplendor igneus eſt: & cum feruet acrius: etiam oculis lucidior exhibetur. Sic ſapientis ardor internus, foris lucet: & ſi non ei datur utrunque, curat ſemper ardere magis: ut pater ſuus qui uidet in abſconſo reddat ei. Væ uobis fratres, ſi lux erimus tantũ. Nam lucemus quidem, & magnificamur ab hominibus, ſed mihi pro minimo eſt ut ab humano iudicer die. Qui enim iudicat me: dominus eſt: qui feruorem ab omnibus exigit: ſplendorem uero non ita. Ignem, inquit, ueni mittere in terram: ſed quid uolo niſi ut accẽdatur? Hoc nempe commune mandatum: hoc eſt quod exigitur ab uniuerſis: nec ulla ſi deeſſe cõtigerit, admittitur excuſatio. Cæterum ſingulariter Apoſtolis & Apoſtolicis uiris dicitur: luceat lux ueſtra coram hominibus: nimirum tanquam accenſis & uehementer accenſis: & quibus non timeatur a flatu quolibet aut impulſione uentorum? Dictum eſt & Ioanni: ſed illi in aure audiunt: Ioannes in ſpiritu tanquam angelus eruditur. Nimirum tanto propinquior deo, quanto uox uerbo uicina: cui nulla uoce alia media quod foris ſonet, oporteat intimari.

Solennis hodie Ioãnis Natiuitas celebratur

Neque enim Ioannem prædicatio, ſed inſpiratio docuit, quem repleuit ſpiritus in utero matris ſuæ, uere ardens, & uehementer accenſus, quem ſic præoccupauit flamma cœleſtis: ut iam Chriſti ſentiret aduentum, qui nec dum ſentire poterat uel ſeipſum. Nimirum nouus ille ignis qui recẽs illapſus e cœlo, per os Gabrielis in aurem intrauerat uirginis: & per matris aurem introiuit ad paruulum: ut ab ea hora uas electionis ſuæ ſpiritus ſanctus impleret, & lucernam Chriſto domino pararet. Fuit ergo iam tunc ardens lucerna, ſed interim adhuc ſub modio, donec ſuper candelabrum poneretur, & luceret omnibus qui erant in domo domini. Illo enim in tempore ſolum adhuc potuit illuminare modium ſuum. Soli interim lucere matri, magnum ei pietatis ſacramentum reuelans ipſo motu nouæ

exultationis. Vnde mihi hoc, inquit, ut ueniat mater domini mei ad me? Quis enim tibi indicauit matrem domini mulier ſancta? Vnde me noſti? ut facta eſt, inquit, uox ſalutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Illuminauit ergo iam tunc modium ſuam ſub quo latebat: ſed quem non latebat: ardens lucerna ſub modio: totũ paulopoſt mundum nouis illuſtratura fulgoribus.

Ille erat (inquit) lucerna ardens & lucens. Non ait lucens & ardens, quia Ioannes ex feruore ſplendor: non feruor prodijt ex ſplendore. Sunt enim qui non eo lucent: quia feruent: ſed magis feruent, ut luceant. At iſti plane non feruent charitatis ſpiritu, ſed ſtudio uanitatis. Vultis noſſe quemadmodum arſit Ioannes & luxit. Ego utrunque in eo triplicem poſſe arbitror inueniri: & ardorem ſcilicet & ſplendorem. Ardens enim erat in ſeipſo uehementi auſteritate conuerſationis erga Chriſtum, intimo quodam & pleno feruore deuotionis: erga peccantes proximos conſtantia liberæ increpationis. Luxit nihilominus (ut paucis dixerim) exemplo, digito, uerbo: & ſeipſum oſtendens ad imitationem: & luminare maius quod latebat ad peccatorum remiſſionem: & ipſas quoque tenebras noſtras illuminans, ſicut ſcriptum eſt, Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus: illumina tenebras meas: utique ad correptionem.

Conſidera igitur hominem angelico promiſſum oraculo: conceptum miraculo: ſanctificatum in utero, & nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorem. Victum & ueſtitum, ait Apoſtolus, habentes, his contenti ſimus. Apoſtolica perfectio iſta eſt: ſed 23 Ioannes etiam hæc contempſit. Denique audi dominum in Euangelio, Venit (inquit) Ioannes, non mãducans nec bibens: planè nec ueſtiens. Sicut enim non eſt locuſta cibus niſi aliquorum, forte irrationabilium animalium: Sic nec pilus cameli humanum eſt indumentum. Quid tu pilos tuos camele depoſuiſti? Vtinam gibbum magis depoſuiſſes. Quid uos irrationabiles feræ & reptilia deſerti: cibos exquiritis delicatos? Ioannes ſanctus homo, miſſus a deo, imo angelus dei ſicut ait pater Ecce mitto angelum meũ ante te. Hic ergo Ioannes quo nullus maior in natis mulierum, innocentiſſimum 24 illud corpus ſic caſtigat ſic extenuat: ſic affligit: uos indui feſtinatis byſſo & purpura & ſplendide epulari.

23 Vide aſperitatẽ ueſtitus, & parcitatem uictus Ioannis.

24 Ecce quõ priſci ſancti carnis concupiſcentiã robuſto & integro cõtinentiæ rigore calcabant.

Heu hic eſt præſentis totus honor diei: hæc Babtiſtæ reuerẽtia, tota hęc natiuitatis eius prophetata quondam lætitia eſt. Cuius enim memoriam agitis o nimis delicati cultores: cuius celebratis natalem? Nonne illius, qui in eremo fuit hirſutus 25 Veſte, confectus inedia? Quid exiſtis in deſerto uidere filij Babylonis arundinem uento agitatam? Quid igitur? Hominẽ mollibus ueſtitum? Nutritum mollibus? In his nempe tota uerſatur hæc ueſtra celebritas, in popularis fauoris aura ſectanda: in gloria ueſtium & uoluptate ciborum. Sed quid hæc ad Ioannem? Neque enim Ioannes fecit ſic: aut talibus unquam potuit delectari. Multi (inquit, angelus) in natiuitate eius gaudebunt. Verum id quidem multi in natiuitate eius gaudent: & paganis ipſis ut audimus, læta eſt & ſolennis. Illi celebrant quod ignorant: ſed non ita debuerant Chriſtiani. Nunc uero & ipſi in hac beati Ioannis Baptiſtæ natiuitate gaudent: ſed utinam de natiuitate: non de uanitate. Quid eſt enim niſi uanitas uanitatum, quicquid ſub ſole eſt: aut quid amplius habet homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat? fratres ſub ſole

25 Ecce iterum ueſtis uilitas, & uictus tenuitas contra noſtras delitias.

eſt.quicquid oculis cernitur:quicquid huic corpore luci ſubiacere uidetur. Quid uero illud,niſi uapor ad modicum parens? Quid illud,niſi fœnum & flos fœni? Omnis caro fœnū ait dominus:& omnis gloria eius quaſi flos fœni. Fœnum aruit,& flos decidit:uerbum autem domini manet in æternū.In hoc uerbo laboremus fratres:in quo & uiuere,& gaudere poſſimus in æternum.Operemur non cibum qui perit:ſed qui permanet in uitā ęternam. Quis ille? Non in ſolo pane uiuit homo:ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Seminemus in hoc uerbo chariſſimi:ſeminemus in ſpiritu: quoniam qui in carne ſeminant:ſolam habent metere corruptionem. Gaudeamus 26 intus,& non ſub ſole:ſed iuxta Apoſtolum tanquam triſtes propter humilitatem & grauitatem:ſemper autem gaudentes propter internam conſolationem.

26 *Gaudendum eſt in ſolennitatibus ſanctorū,ſed intus in ſpiritu, non foris carnaliter.*

Gaudeamus dilectiſſimi in natali beati Ioannis, & gaudeamus de ipſa natiuitate. Copioſa quidem nobis in eius recordatione cauſa: multiplex eſt materia gaudiorum.Ille erat lucerna ardens & lucens:& Iudæi uoluerūt exultare in luce eius:ipſe uero potius gaudebat in feruore deuotionis: gaudebat ad uocem ſponſi tanquam amicus ſponſi.Nobis in utroque gaudendum eſt:in altero quidem ei:nobis in altero congaudendum. Ardebat enim ſibi:nobis autem lucebat.Gaudeamus in feruore eius ad imitationē: gaudeamus in lumine,non tamen ibi manentes: ſed ut in lumine eius uideamus lumen.Lumen utiq; uerum quidem non eſt ipſe:ſed cui teſtimonium perhibet ipſe. Venit Ioannes,ait dominus,nec manducans nec bibens.Incētiūm feruoris id mihi eſt:& materia humilitatis.Quis enim in nobis eſt fratres:qui Ioannis pœnitentiam intuens:ſuam non dico magnificare: ſed alicuius ſaltem momenti reputare præſumat? Quis audeat murmurare in laboribus ſuis:& dicere:ſatis eſt quod patior,nedum minus? Quæ enim homicidia,quæ ſacrilegia,aut flagitia ſic puniebat Ioannes in ſe ipſo? Accēdamur ad pœnitentiam fratres:interrogemus conſcientias noſtras, & animemur ad ultionem exigendam de nobis:ut horrendum poſſimus euadere iuditium dei uiuentis.Quicquid uero minus eſt feruoris,humilitas ſuppleat purę confeſſionis.Fidelis eſt deus,ſi cōfiteamur iniquitates noſtras: ſi miſerias noſtras exponamus:ſi non excuſemus infirmitates noſtras: dimittet nobis peccata noſtra.

Ex hoc ſane,& erga proximorū delicta feruorem intuere Ioannis. Hic nempe dignus eſt rationi conſentaneus ordo: ut incipiendum memineris a teipſo. Ab occultis,inquit,meis mūda me:& ab alienis parce ſeruo tuo. Genimina uiperarum,ait Ioannes,quis oſtendit uobis fugere a uentura ira? De quanto mentis feruore procedere putas ſcintillas iſtas: imo carbones deſolatorios? Sic neq; phariſæis parcens, Nolite,inquit, dicere quia patrē habemus Abraham: potēs eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Sed minus hoc uideatur:ſi uel ipſum ueretur potentis uultum:& non tota libertate ſpiritus,arguit peccantem regem:crudelem atq; ſuperbum:ſacra quadam uehementia ad hoc ipſum prodiens de deſerto: ſi uel blādiīs eius,uel ipſo mortis terrore mouetur. Metuebat,inquit,Herodes Ioānem:& audito eo multa faciebat:& libēter eum audiebat. At ille nihil ob hoc parcens. Non licet,ait,tibi habere eam. Ligatus quoq;,& in carcere truſus,nihilominus ſtetit in ueritate: & occubuit pro ueritate feliciter. Ferueat etiam in nobis zelus iſte chariſsimi. Ferueat amor iuſtitiæ:odium

not. iniquitatis. Nemo fratris uitia palpet: peccata diſsimulet. Nemo dicat: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Nemo quod in ſe eſt, ęquanimiter ferat: uiderit ordine deperire: minui diſciplinam. Eſt enim cõſentire, ſilere cũ arguere poſsis: et ſcimus quia ſimilis pœna faciẽtes maneat & cõſentiẽtes.

Iam uero ſuper humili & omnino feruentiſsima deuotione Ioannis erga dominum, quid loquemur? Inde enim exultauit in utero: inde expauit in Iordane baptizaturus eum: inde non modo Chriſtum, qui putabatur, ſed uel ipſam corrigiã calciamenti eius ſoluere, dignũ ſe eſſe negabat: inde gaudebat amicus ſponſi, inde gratiam ſe accepiſſe pro gratia, fatebatur: illum autem non ad menſuram habere ſpiritum: ſed plenitudinem de qua omnes acciperent, clamitabat. Nõne Deo ſubiecta eris anima mea? Alioquin non ero lucerna ardens: niſi toto corde, tota mente, & ex omnibus uiribus meis diligam dominum Deum meum. Sola enim eſt charitas quę accendit ad ſalutem: ſola quam infundit & inflammat ſpiritus: quem extinguere prohibemur.

Habes quẽadmodum Ioãnes arſerit: & in hoc ipſo quemadmodum luxerit, indicatum eſt, ſi aduertiſti. Neq; enim ardorem eius noſſe poteras, niſi luxiſſet. Luxit ergo, ut ſupra memini, exemplo, digito, uerbo, opere ſeipſum, Chriſtum, indice noſmetipſos nobis ſermone declarãs. Tu puer propheta altiſsimi uocaberis, ait, pater, præibis enim ante faciem domini parare uias eius: ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius. Ad dandam, inquit non ſalutem: neq; enim ille lux: ſed ſcientiam ſalutis, ut teſtimonium perhiberet de lumine. Scientiam, inquit, ſalutis: in remiſsionem peccatorum. Num ſalutis ſcientiam ſapiens paruipendere poteſt? Ponamus tamen nec dum ueniſſe Ioãnem: nec dum ſignificaſſe de Chriſto. Vbi ſalutẽ quærimus? peccaui peccatum grande: quod ſanguine uitulorum uel hircorum deleri non poteſt: quia non holocauſtis delectatur altiſsimus. Memoria mea infecta eſt facit huius amurcæ: non eſt nouacula quæ membranam hanc radere poſsit: quia tota, totã imbibit facem. Si peccati mei oblitus fuero: ſtultus ſum & ingratus. Si in memoria mea permanet, arguet me in æternum.

Quid igitur faciam? Ibo ad Ioannem, & audiam uocem letitiæ: miſericordię uocem: Sermonem gratiæ: uerbum remiſsionis & pacis. Ecce, inqt, agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et alibi, Qui habet ſponſam, inquit, ſponſus eſt. Oſtendit igitur quia uenit Deus: quia ſpõſus: quia agnus: quia Deus: certum eſt quod peccata remittere poſsit: ſed utrum uelit, adhuc in quęſtione eſt. Vult profecto, quia ſponſus eſt: quia amabilis eſt. Et Ioannes amicus ſponſi eſt: quia ſponſus niſi amicos habere non nouit. Et licet uelit glorioſam ſponſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiuſmodi: non tamen quærit talem. Vbi enim illam inueniret? Sed talem potius ipſe facit: talem ſibi exhibet ipſe. Audi deniq; quid dicat per prophetam. Vulgo dicitur, Nunquid mulier ſi dormierit cum altero uiro, reuertetur ad uirum ſuum priorem? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: reuertere tamen ad me: & ego ſuſcipiam te. Ecce quod poſsit: ecce quod uelit.

Sed tu fortaſsis timeas eam quam facere uenit delictorum purgationem: ne uſtione & ſciſsione, oſſa & medullas oſsium collidat: ne dolorem inferat morte grauiorem. Audi: agnus eſt: in manſuetudine uenit, cum lana & lacte: ſolo uerbo iuſtificans impium. Quid enim iuxta comitum facilius dicta? Tantum,

ctu? Tantum, inquit, dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Vt quid ergo deinceps hæſitemus fratres: & non omni fiducia ad thronum gloriæ aſcendamus? Agamus Ioanni gratias: & eo mediante tranſeamus ad Chriſtum: quia ut ait ipſe: illum oportet creſcere: me autē minui. Quomodo minui? Splendore utique, nō feruore. Retraxit radios, recollegit ſe: ut fieret ſicut is qui totum profert ſpiritum ſuum. Illum, inquit, oportet creſcere, qui exhauriri non poteſt: de cuius plenitudine omnes accipiāt: me autem minui, cui datus eſt ſpiritus ad menſuram: & danda magis opera, ut ardere ſemper ualeam, quam lucere, Præceſsi ſolem tanquam ſydus matutinum: abſcondi neceſſe eſt, orto iam ſole. Non eſt mihi niſi modicum olei quo ungar, uolo illud in uaſe tutius, quam lampade poſsidere.

VITA SANCTI STEPHANI PROTOMARtyris per D. Gregorium Nyſſæ Pontificem ſcripta, Petro Franciſco Zino Veronenſe interprete.

Habetur inter opera eius nunc primum in lucem edita.

QVàm præclara bonorum ſeries, quàm dulcis lætitiæ ſucceſsio. Ecce enim celebritatem ex celebritate, & gratiam pro gratia ſuſcipimus. Heri nos excepit conuiuio rerum omnium Dominus: hodie excipit Domini imitator. Quomodo autem hic, & quomodo ille? Ille pro nobis hominem induens: hic pro illo hominem exuens. Ille ꝑpter nos uitæ ſpeluncā ingrediens: hic è ſpelunca propter illum egrediens. Ille dum ſe pro nobis cruciatibus affici: hic autem pro illo lapidibus obrui ſinit. Ille mortem è medio tollens: hic ſuper iacentem mortem incedens.

Ad hoc ſpectaculum, fratres, nos item animis concurramus, quò pugil egregius in ſtadio confeſsionis exutus aduerſus improbum humanæ uitæ aduerſarium certat. Stephanus enim uerè, quemadmodum Paulus ait, Spectaculum factus eſt mundo, & Angelis, & hominibus. Primus martyrij corona redimitus eſt. Primus in martyrum choro iter arripuit. Primus aduerſus peccatum uſqꝫ ad ſanguinem reſtitit.

Tunc autem omnem ſupra cœleſtes incolentium ſedes exercitum, & incredibilem omnium Angelorum tam miniſtrantium, q̃ aſsiſtentium numerum, & quicquid honeſti præclariq́ per ſupremam illam quietiſsimā regionem in Principatibus, & Virtutibus, et Thronis, et Poteſtatibus, & Dominationibus audimus, uniuerſam deniqꝫ cœlitum multitudinem ſpectaſſe pugilem hunc manus cum aduerſario conferentem exiſtimo. Vita autem humana ueluti ſtadium pugnantibus expoſita eſt.

Congreſsi ſunt igitur, improbus quidem humanæ uitæ hoſtis ex quo primi parentes ceciderunt ad ea uſqꝫ tempora ſuperandis hominibus exercitatus, magnus autem fidei propugnator impetus illius contemnens, & pro nihilo ducens. Arma uero fuerunt, mortis quidem inuentori mortem intentantes minæ: uitæ autem diſcipulo cōfeſsio fidei. Ecquis nō eſſet nouum hoc certaminis genus admiratus? cum uita & morte ueritas diiudicaretur, mors autem foret ueritatis indiciū? Vitæ enim ad eam uſqꝫ diem abſconditæ & incognitæ prædicator, re ipſa præconium hominibus denūciauit. Quid enim aliud tam promptè mortem oppetens ſignificabat, niſi uitam hanc, quæ relinquitur, cum uita pretioſiore cōmutari?

Sed operepretium erit, ut certamen ipſum oratione tanquam in tabula

diligenter de pictura proponamus,ut recta ratione & uia ex ipſa geſtorum ſerie rerum admirabilium ordo nobis appareat. Nuper igitur uehemens ſpiritus deſuper ueniens, omni aerea & impoſtrice dæmonum poteſtate diſiecta ac diſsipata,Apoſtolorum domum impleuerat, & inſtar ignis in linguas pro numero eorum, qui gratiam accipiebant,diſpertitus in ſingulis ipſorum inhæſerat.

Iamq́ propter incredibile uocis & linguæ miraculũ eos,& qui ex omni natione Hieroſolymis degebant, ſtupor inuaſerat & cõturbatio. Nam licet uarijs diuerſisq́ linguarum generibus diſtinguarentur, ſinguli tamen eadem planè lingua,uno atq; eodem tempore diſcipulos loquentes audiebant, quùm ea loquendi facultas nullo eſſet præcedenti ſtudio aut diligentia comparata. Oportebat enim,ut qui in terrena turri ex ædificanda ſimilitudinem uocis amiſerant, eam in cœleſti eccleſiæ conſtructione recuperarent. Hinc igitur gratiæ ſpiritus ſancti diſpenſatio duxit initium, ut quod in omnes homines beneficium conferebatur,hac ratione ad oĩum cognitionem perueniret,ne,ſi religionis promulgatio unicæ tãtùm linguę terminis concluderetur,hoĩbus eam linguam ignorantibus nihil ꝓdeſſet.

Quare cum Phariſæi nec proprijs auribus iam fidem haberent, & eos, qui rei tam admirandæ ſtupore tenebantur,irriderent,ꝗ muſto eiuſmodi furorem Apoſtolis iniectum dicerent. Petrus autẽ uno orationis iactu tria animarum milia Chriſto piſcatus eſſet, aſsiduaq́ deinceps eorum,qui ſeruabantur,acceſsione creſceret eccleſiæ multitudo, cùm & ille, qui iam inde ab ipſo ortu claudus erat ſpecioſam templi portam ipſis aperiret Tanquam enim ei præſideret, ſuæ curationis ſpectaculo homines animo claudicantes ad fidem ducebat.Quamobrem cùm ad fidei prædicationẽ confluerent, & riſus eccleſiæ plurium opera, qui gratiæ miniſtrarent, indigeret,ſpiritus ſanctus ad adiuuandos Apoſtolos Stephanum multa ſapientia gratięq́ præditum aduocauit.

Nullus autem eum propter hoc miniſtrandi nomen apoſtolica dignitate inferiorem exiſtimet. Siquidem & Paulus myſteriorum Chriſti ſe miniſtrum nouit.Et omniũ Dominus dum per carnem ſalutem humanam diſponeret miniſtri nomen non erubuit,dicens,ſe in medio noſtrum eſſe,tanquam qui miniſtrat, qui diuiſiones miniſtrationum facit, ut inquit Apoſtolus.Nam ſicut ignis idoneam nactus materiam, ſublimem flãmam tollit,& ſplendidiorem lucem efficit,ita ſpiritus ſanctus ex magno Stephani animo clariores gratiæ radios emittebat.

Quapropter omnes,qui alicuius erant cognitionis & diſciplinæ participes,in eum ſpectabant,ut cum illis, qui multitudine ſuperiores uidebantur,coniuratione facta,& tanquam in phalanges inſtructi & denſi, uim et impetum Stephani ſuſtinere conabantur.Ille uerò & cum pluribus & cũ paucioribus eodem tempore congrediens,a nullis poterat expugnari.

In hoc autem certamine quãuis ſpecie ipſa Alexandrini, & libertini,& Cyrenæi,& ex omni parte homines inter ſe coniuncti aduerſus fidei propugnatorem uiderentur irruere,'occultè tamen ipſe pater mendacij ueritatem,quæ in Stephano loquebatur,per homines oppugnabat. Sed omnibus fraudis defenſoribus a uiro ſtrenuo profligatis, de mendacio uictoriã & triumphum ueritas reportauit. Hoſtis igitur ueritatis criminabatur ueritatis miniſtrum,quod ueritatem non quæ eſſet, indicaret, ſed quæ

non eſſet, aſſereret.

Quid iſtas inſidias aduerſus præconem hunc ſtruis, ó diabole? dixiſſem ego. Siquid uales, ſi aliquid roboris eſt tibi, ueritatem lædito, quę in Stephano eſt. Sin dolis & machinis tuis illa ſublimior eſt, cur in ipſius uas exerces odium & maleuolentiam tuam? cur eo relicto, quod continetur, id, quod continet, è medio tollis? Sic faciunt & canes. lapides, quibus petuntur, arripiunt & mordẽt. Eos, qui iecerunt, ne attingunt quidem.

Cùm igitur rebus uerisſimis ac neceſſarijs mendacium coargueretur, & omnibus ueritatis lucem intuentibus, nullum amplius fraudis propugnatorem improbus inueniret, confugit ad artes ſuas, & malitiæ ſuæ uim accuſatoribus iudicibusq́ue diſtribuens, atque in utroſque ingreſſus, eos falſis criminibus Stephanum oppugnare, hos cum indignatione calumniam ſuſcipere compellit. Iudæisq́ue ſeſe uarijs modis inſinuans, omnia ipſe fit contra Stephanum, accuſator, iudex, carnifex, & reliqua cædis inſtrumẽta, neſciens, quo ipſe caſu poſt eam Stephani condemnationem præceps abiturus eſſet. Vt enim periti luctatores ſubeuntes corpora colluctantiũ grauiorem ipſis earum machinantur, ſic magnus Stephanus humi proſtratus, grauem aduerſario ruinam molitus eſt. Ex eo enim tempore totum orbem terrarum apoſtoli peragrarunt. Id Euangelij ubique gentium diſſeminandi principium fuit. Niſi enim Stephani cæde populus Iudæorum in apoſtolos ſæuijſſet, ſolis fortaſſe Hieroſolymis Euãgelium incluſum permanſiſſet. Nunc autem á Iudæis oppugnati in alias orbis partes diuiſi ſunt, & myſteriorum doctrina diabolum undique detruſerunt. Sic excepit Samaria uerbum dei. Sic obiter per Philippum Eunuchus ſalutẽ adeptus eſt. Sic uas illud magnum Eccleſiæ Paulus furore & nimis armatus, à diabolo in ipſum armigerum tela conuertit. Nam dum ipſos ex omnibus regionibus expellere & exterminare conatur, fecit, ut nullus relinqueretur locus, ad quem Chriſti fides nõ perueniret. Hinc enim Ægyptios, Syros, Parthos, Meſſopotamitas, Italos, Galatas, Illyrios, Macedonas, & omnes undique gentes ad fidem confluere perſuaſit uerbum dei. Cernis, quantum pugnandi ſcientia ualeat Stephanus? & quàm multis caſibus proſtratum afflixerit aduerſarium, qui calumniæ fraude ſuperior uidebatur? Sed ad ipſum ſtadium reuertamur.

Quibus uerbis commouent populum iſti calumniatores? Homo iſte non ceſſat, inquiunt, loqui uerba impie contumelioſa aduerſus locũ hunc ſanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Ieſus Nazarenus ille deſtruet locum iſtum, & mutabit inſtituta, quæ tradidit nobis Moſes. Hæc eſt oratorum diaboli criminatio. Quæ porrò audientium amentia? Quid indignantur, aut ſuccenſent huic reo? Quid in ea accuſatione criminis depræhenderunt? Quæ enim illi data ſunt crimini, prænuntiant ea, quæ in poſterum ſunt euentura. Aiunt enim, eum dixiſſe, locum deſtructum iri, & mutatum iri Moſis inſtituta. Quodnã in his ſeu uerum dicat, ſeu mentiatur, crimen exiſtit? Si mentitur, quod triſte denuntiat, non eueniet. Sin uera loquitur, quam affert iniuriam oratio, quæ futuros rerũ exitus prædicit? Quæ futura ſunt enim, ſiue taceantur, ſiue ſignificentur, omnino contingent. Prædicentis autem cædes quam moleſtiarum alleuationem afferat?

Quidq́ue Ieſus Nazarenus accuſatur, in Stephanũ autem fertur ſenten-

tiaꝰ Atqui ſi iniuriã facies mouet indignationẽ, iniuria autẽ eſt loci & inſtitutorꝝ euerſio & imutatio hęc uerò nõ per Stephanũ, ſed per Ieſum, ut aſſerit accuſator, efficienda ſunt, eum, qui accuſatur, condemnari oportebat.

O' iniqua audientiũ ſententia. Qm̃ inquiunt, Ieſus mutabit leges, Stephanus lapidibus obruatur. Quo autem pacto legem abrogabit Ieſus, qui legis adeo ſtudioſus fuitꝰ Qui inſtituta uetera tantopere confirmauitꝰ Qui ueni, inquit, non legem ut ſoluerem, ſed adimpleremꝰ Qui legem eam, qua homicidium interdicitur, ſic approbauit, ut diſcipulis initio ne iraſci quidẽ permiſeritꝰ Qui pariter cum ipſa cupiditate adulterium conuulſitꝰ Qui iubens, ut ne illos quidem ulciſcerentur, a quibus eſſent iniuria laceſsiti, inferendæ iniuriæ principiũ abſtulitꝰ Qui pręcipiens, ut quę poſsiderẽt, omnia pauperibus diſtribuerent, auaritię uitium exterminauitꝰ Cur hæc illi in eo iudicio non cõmemorarunt, non perpenderuntꝰ

Illorꝝ mihi nunc iudicum parricidarꝝ conſeſſum adeſſe uelim, & de locis, pro quibus indignãtur diſcere, ubinam celebre templũ illud, ubi incredibiles illæ lapidum magnitudines, ubi auarum illud, quod reliquã materiã propemodũ exæquabat, ubi legitima ſacrificia, hircus, uitulus, agnus, caprea, columba, turtur, hœdus repudiatus. Si propterea morte Stephanũ affecerunt, ut earꝝ calamitatum nulla contingeret, oſtendãt, quęſo, quàm multa ſibi propter homicidium illud integra conſeruarunt. Quòd ſi nihil horum eſt, quamobrem Stephanum condemnarunt, cur ea cædes patrata ſit, dicant.

Sed in ipſo certaminũ ordine uideamus, qũo parricidas, a quibus denſa lapidum, inſtar niuium multitudine obruitũ, ulciſcatur, quæ dicta reĳciat in eos, qui lapides in ipſum coniecerunt. Cognoſcant Iudęorꝝ filĳ, chriſtianorꝝ arma, quibus magnus Stephanus iniurias ſuas perſecutus, legem uitæ rem ipſam ſtatuit. Nam illi quidem imani & ferina quadam rabie uirum ſanctum circũuenientes ad eum unum ſcopum reſpiciebant, ut quicquid in manus ueniret, pro telo corripientes, in ipſum contorquerent. At ille tanq̃ ſacerdos quidam ex ſpiritali lege purã hoſtiam imolans non alienum ſed proprium corpus adducebat, & loco libaminis ſanguinem effundebat, & pro ĳs, qui ſe tam nefario ſcelere obſtringebant, Deũ, quem aſpiciebat in cœleſtibus adytis, precabatur, & pro cęde ſua beneficiũ rependebat, audientibus homicidis clamans & dicens: Dñe, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Ac ille quidem ſcelus, qđ parricidę proprĳs impuris manibus exarabant, precatione deleuit. Ipſi uerò ea precatione magis etiam concitati non prius iaculari deſtiterunt, quàm magnus Stephanus tanquam mollibus floribus & leui quodam rore circunfuſus, dulciſsimo ac beatiſſimo ſomno conſopitus eſt.

Sed nos uictoria pugnam anteuertimus, & ante certaminis finem, uirũ aſpicimus coronatũ. priusq̃. n. pugnandi labores uideremus, ad certaminis exitũ oratione prouecti ſumus. Neq̃. n. illa mea quidem ſententia prætereunda erant, ex q̃bus maximè martyris uirtus eluxit. Qualis uidelicet interficientium conſeſſus fuerit, & qũo pariter uniuerſos ad patrandã cędem furor incitarit. Quanta ad facinus congregatis conſpiratio. Qui ſingulorꝝ intuitus, quę figura, quę dentium affectio. Nam, ut ſcriptura teſtatur, diſſecabantur cordibus, & ſtridebant dentibus in eum, qui tot taliũq̃ corona circunſeptus, & contra omnes aduerſarios copias parricidis opitulantes

tulantes ſe ſe obijciens, animi prudentięq́ magnitudine in omnibus excel luit. Oppoſuit.n. furori patientiam, minis contemptionem, mortis terrori deſpicientiam uitę, beneuolentiam odio, maleuolentię charitatem, calumnię ueritatis declarationem. Veritatis.n. defenſor non uno tantūmodo uictor apparuit. Sed omnibus malitię generibus, quę exercebāt Iudęi, uarijs ipſe uirtutibus occurrit. Cum omnibus congreſſus eſt, omneſq́ ſuperauit.

Sic in certaminum ludis uictores accipio factitare, ut per totum ſæpe ſtadium nudi cunctis aduerſarijs uictis præmia uictoriæ ferant. Itidem in Martyrum ſtadio ſe Stephanus geſſit, qui omnem hoſtis uim atque impetum excipiens, illuſtrem in omnibus uictoriam reportauit. Falſam enim Libertinorum, & Cyrenentium, & Alexandrinorum ſapientiam, uera ſapientia deuicit: metum dicendi libertate: comminationem deſpicientia: beneficentia crudelitatem, ueritate mendacium. Illi quidem ad cædem ſpectabant, iamq́ manus armabant lapidibus, & anhelitu, aſpectu, dentium Colliſione ſæuitiam præſeferebant. Hic autem eos intuebatur ut fratres, ut patres demulcebat. Viri fratres, inquit, & patres audite me. illi calumniam adornabant. Huic conſeſſus interficientium erat ueritatis ſchola. Sermonem timore non intermiſit, neque periculo territus deſpondit animum, ſed morte rebuſq́ præſentibus neglectis, & pro nihilo habitis, mentem in ſublime tollens, eos tanquàm puerulos temerè deſipientes erudiebat, ex rebus, quas ipſi certas & exploratas habebant, demonſtrans, quibus in erroribus uerſarentur.

Adducit igitur Abrahæ teſtimonium, omnemq́ illius hiſtoriam, breuiter eis ante oculos ponit. Tum ſanctos uiros, qui deinceps ſucceſſerunt: Deinde genitum Moſem, educatum, inſtitutum, in monte percipientem myſteria, uexantem Aegyptum, Iſraelem conſeruantem, id quod Domini myſterium declarabat. Quare conſeſſus etiam maximè commotus eſt, & morbus eius inflāmatus, cùm Moſem, cuius ex ſtudioſiſsimos ſingebant, pro Stephano ſtare perſpicerent. Itaque conſurgentes rei finem, & crudelitate ſuæ, & Stephani deſiderium dignum imponunt. Ipſe enim naturam humanam egreſſus, etiam antequàm migret è corpore, puris oculis cœli fores ſibi patefactas aſpicit, & quæ in cœleſtibus adytis continentur, diuinamq́ gloriam, & gloriæ diuinæ ſplendorem contuetur. Ac paternæ quidem gloriæ nulla figura deſcribitur, ſed ſplendor in ea ſpecie, quam homines uiderant, ab athleta, quatenus humana capiebat natura, perſpicuus cernitur. Ex natura igitur hominis in angelicam tranſmutatus, adeo, ut ipſis etiam homicidis eſſet admirationis, quòd facies eius Angelorum dignitate inſignis fulgeret, uidit ea, quæ humanis oculis cerni non poſſunt, & gratiam à ſe perſpectam declarauit.

At illi occluſis auribus, quod narrabatur, non acceperunt. Qua quidem una in re ex tam multis ſe rectè geſſerunt. Profanorum enim aures nō erant dignæ, quæ diuinæ rei perſpectæ narrationem audirent. Ille quidem ea, quę ſibi ſoli conceſſa fuerant, explicatione in commune proponens, gratiam præſentibus impertiuit, Ecce uideo, inquiens, cœlos apertos & Ieſum ſtantem à dextris uirtutis Dei. Ipſi uerò clamantes uoce magna continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. Bene hiſtoria, quę de ipſis loquitur, factis clamorem adiunxit, ut eorum propoſitum ſodomitarum propoſito ſimile ſignificaret. Siquidem & flagitium ipſorum clamor

irritantis appellatus eſt. Clamor enim, inquit, Sodomorum & Gomorrhæorum uenit ad me. Clamauerũt igitur & iſti, ut eorum in Stephanum clamor audiretur. Sed Athleta ſibi parricidarum crudelitatem prodeſſe non ignorabat. Etenim cùm ab ipſis undique lapidibus peteretur, id factum tanquam coronam uictoriæ præmium in aduerſariorum manibus contextam ſuſcepit. Proinde benedictis eos remunerauit, indignum exiſtimans rem, quæ gerebatur, contrarios exitus ita partiri, ut ſibi uitam, aduerſarijs autem exitium pareret, & ex illis bonis, quibus ipſe dignus efficeretur, hoſtes, qui eorum bonorum ſibi authores eſſent, exciderent. Sic Chriſtum reſpiciens eis, à quibus oppugnabatur, prodeſſe didicit. Nam ſimulatque tolerantiæ legislatorem aſpexit, meminit earum legum, quibus iubemur inimicos diligere, & benefacere ijs, qui oderunt nos, & precari pro ijs, qui nos perſequentur. Verum hic Athleta non capitur humanis laudibus. Neque enim eum certaminis finem propoſitum habuit, ut ab hominibus gloriam aſſequeretur, ſed animi uirtutiſq; magnitudine totum mundũ ſupergreſſus, poſthabita & neglecta omni laudandi ratione, menſuram humanæ facultatis ſuperauit.

Quamobrem omnium hominum celebratione habeat uictoriæ præmia, nobiſq; hiſtoria, quam de ipſo conſcriptam legimus, ad animorum ſalutem opituletur. Quemadmodum enim pugiles, qui donati rude artem deſierunt, in palæſtra erudiunt iuuenes, quo agilitatis artificio colluctantium præhenſiones euadant, ita nos etiam cenſeo ad pietatem inſtitui per Magnum Stephanum oportere, ut hoſtium aduerſus ſpiritum pugnantiũ fallacias euitemus. Nam qui rabiæ inflammati ſpiritus gloriam oppugnant, aiunt, ſuæ ipſorum abſurditatis Stephanum eſſe fautorem atque patronum. intentis enim in cœlum oculis uidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantẽ à dextris Dei. Quapropter ad euertenda Religionis decreta ſic argumentantur. Si cum patre & filio ſpiritus omnino connumerandus eſt, cur in eo ſpectaculo Stephanus ſimul cum filio nõn conſpexit & ſpiritum? Quomodo igitur ijs, qui eiuſmodi rationibus ſupplantantur, Stephanus manũ præbebit, aut certandi artificio fractos eriget & confirmabit? An eodem ex loco feret auxilium, ut infidelitas oppugnantis infringatur?

Quæris ergo tu, qui ſpiritum inſectaris, cùm patris gloria filijſq; ad dexteram eius ſtantis conſpecta ſit, ubi nam ſpiritus? Si in te ſpiritus eſſet, non, quemadmodum qui oculis capti ſunt, aurum, quod ante pedes ſuos iacet, non cognoſcentes prætereunt, de ipſo ſpiritu ſermonem propoſitum prætercurriſſes. Sed nunc ſaltem audi, niſi forte, ut Iudei, aures obturati. Quo pacto uidit ſupercœleſtem gloriam Stephanus? Quis ei fores cœlorum patefecit? Nunquid ea uirtus humanarum uirium fuit, aut cuiuſpiam Angelorum inferiorem naturam ad ſublimitatem illam extollentis? Minimè uerò, neq; enim ſic habet hiſtoria, quòd Stephanus multo robore præditus, aut Angelorum fultus auxilio uiderit ea, quæ uidit.

Quid igitur dicit? Stephanus autem plenus ſpirituſancto uidit gloriam Dei, & unigenitum filij Dei. Non enim, ut ait propheta, licet lumen intueri, niſi in lumine conſpiciatur. Ideo, in lumine, inquit, tuo uidebimus lumẽ. Non niſi in lumine lumen ſpectari poteſt. Quomodo enim ſolem aſpiciat qui extra radios ipſius poſitus ſit? Cùm igitur in lumine patris, ideſt, in ſpiritu ſancto ab eo procedente unigenitum uideatur lumen, iccirco prius

gloria ſpiritus illuſtratus, patris & filij gloriæ cognitionẽ aſſequitur. Alioquin quomodo ſententiam illam Euangelij: Deum nemo uidit unquam: eſſe ueram: aut Apoſtolum clamantem: Quem nullus hominum uidit, neque uidere poteſt: non ijs, quæ in hiſtoria ſcripta ſunt, dicemus aduerſari? Etenim ſi natura & ui humana patris & filij gloria percipi poteſt, ille mentitur omnino, qui Deum negat poſſe comprehendi, ſed neque illum mentiri, & hiſtoriam eſſe ueram neceſſarium eſt. Manifeſtè igitur malitia ſpiritum impugnantium eſt deprehenſa. Quandoquidem ſimile ſimili conſpicuum eſſe ſcriptura teſtatur. Stephanus enim non in natura utiq; humana perſiſtens Deum uidit, ſed ſpiritus ſancti gratia confirmatus, per eum ad intelligentiam Dei ſublatus eſt. Quamobrem ſi, ut inquit Apoſtolus, ſine ſpiritu Dominum Ieſum intueri non licet, nec paternam gloriam percipere, planiſſimè conſtat, ubi ſpiritus eſt, illic & filium conſpici, & patris gloriam comprehendi.

Cæterùm ex ijs, quæ tacitè prætermiſſa ſunt, alterum impietatis telum ab ijs, qui Chriſtum oppugnant, contorquetur. Aiunt enim, unigenitum inferiorem eſſe. Etenim cùm à dextris patris dicatur ſtare, ex his uerbis aſſerunt demonſtrari, eum obnoxium eſſe patris poteſtati. Quid igitur iſtis Paulus reſpondebit, aut ante Paulum propheta Dauid? Vterque enim doctrina ſpiritus, gloriam unigeniti declarat. Nam Dauid ait, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Apoſtolus autem ad dexteram throni Dei ſedere Dominum dicit. Quare ſi ſtatus inferiorem arguit, ſeſſio prorſus æqualem eſſe ſignificat, aut cõtradicant ipſi. In unoquoque enim horum eadem magiſtra ſpiritus gratia. Siquidem & Stephanus plenus ſpiritu ſancto uidit ea, quæ uidit, & quæ uidit, locutus eſt. Dauid autem in ſpiritu uocat ipſum Dominum, ut Euangelium teſtatur. Paulus uerò, quemadmodum ipſemet dicit, in ſpiritu loquitur myſteria. Quare ſi magiſter unus eſt, nulla re à ſe ipſo diſcrepans, & magiſter hic eſt ſpiritus ueritatis in omnibus, qui diuinitus afflati ſunt, quomodo quiſpiam in eius decretis diſcrepantiam ſuſpicabitur?

At aliud eſt, inquies, ſedere, aliud ſtare, ſi trita uerborum ſignificatio cõſideretur. Ego quoque ad ſententiam tuam accedo. Sed non eſt fas, hæc uerba ſic accipere, ut eandem in natura corporis experte, quam in corporibus uim habeant. Nam in homine quidem, ſeſſio figuram corporis quieſcentis deſcribit, ne genua corpus ipſum ſuſtinentia omnino defatigentur, è contrario autem, ſtatio rectum hominem ſuper genibus conſiſtentem, non autem ſedendo quieſcentem indicat. At in illa ſuprema natura, & ſeſſio & ſtatus ab eiuſmodi ſignificatione remouentur, & appoſitè ad rem ipſam explicandam adhibentur. Neque enim illam omni corporea figura uacantem, aut ſuper genibus ſtare, aut ulla corporis parte ſedere opinabimur. Sed per utranque uocem perpetuam & immutabilem in omni bono ſtabilitatem & quietem piè cogitabimus. Etenim qui Deum ſtare, & qui eundem ſedere dicit, uerborum uarietate diſcordes ſunt illi quidem, ſed tamen re ipſa conſentiunt. Cùm & ille firmè progreſſum, & hic immobilem in omni bono inſediſſe Deum ſignificet.

Quemadmodum autem Propheta Dauid & Apoſtolus Paulus unigeniti ſeſſionem exponentes, non effecerunt, ut patre ſtante ſedere filium cogitaremus, quamuis ipſius tantummodo filij ſedentis mentionem fecerint

pietatem ſuã in illius decore perſpiciunt, & tamen peragere triũphũ ſeius in ſua imanitate non deſinunt. Aſpectu angeli, facies impiorũ cęduntur, & lapidantiũ conſcientiæ, lapidati lumine repercuſſę, agnitionis cereis lapidãtur. Hoc genere uitare non poſſunt etiam oculorũ fidem importuniſsimũ criminis ſui teſtem. Videmus itaq; humanã mentem tanta prędită eſſe ratione, ut nullus ſit ẽt in medio facinoris tpe, cui facinus ſuũ liceat ignorare.

Viderunt faciẽ eius. Beatus qui in ipſa colluctatione pugnãtis, iam profert ſpeciem reſurgentis. Splendore angeli Deus ſanctificatũ circunfudit aſpectũ. Qui ſic magnificat moriturũ, putas quomodo decorabit æternũ? Viderunt faciem eius: abundantia cordis tranſijt in decus corporis: in exterioris gloria candor interioris exundat: & abſcondita pectoris ornamẽta, ſpeculum frontis irradiant: habens intra ſe ſpiritũ ſanctum, os prę ſe geſtat angelicũ. Nimirũ tali eum uultu internus habitator induerat, qualem regni in templo, tẽpli indicat pulchritudo: & ideo ineffabili repletus exultatione teſtatur: Ecce uideo cœlos apertos. Iuſtè incunctanter offert ſanguinem ſuũ, qui 4 prę oculis habet regẽ ſuũ, ſimul & brauiũ ſuum, & filiũ hominis a dextris ſtantem Dei. Vides quod expectãtis intuitus armat conſtantiam triũphantis: digne patentibus cœli portis cõparatur cœlum, bella deſudant: ac ſic dum occupatur in ſtupore & amore cœleſtium, merito ingruentiũ non turbatur duro imbre ſaxorũ. Ecce uideo: Tali miraculo angeli decebat faciem honorari.

4 *Habet regem ſuum præ oculis, ſimul & brauium ſuum. Conſidera ergo quo & illa opera ualent ad coronam, quæ et Dei et retributionis pariter intuitu peraguntur.*

Quid inter iſta dicemus? q apertũ martyri cœleſte ſecretũ, futuri præmij fuerit teſtimoniũ: Sed Deum uidere iam præmiũ eſt. Vide quantum agat in pectoribus ſeruorũ ſuorũ diuinæ charitatis ardor, quod ſperabat deſiderijs, oculis demonſtratur: & ſpes in re, ſpiritu ſadhuc intra carnẽ militante perficitur. Nec dum explet famulus miniſterium ſuum, & iam dominus aperit regnum ſuum.

Aduertamus inquantũ a ſancto ſpiritu poſsidetur. Poſitis, inquit, genibus orabat, dicens: Domine ne ſtatuas eis hoc peccatũ. Audierat dominũ pro Iudæis de patibulo ſupplicantẽ: Pater (inquit) ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Non ſolum per pietatis ac iuſtitiæ ſtudium, per uitæ mortiſq; contemptũ, ſed etiam per orationis affectũ, Chriſti ſe probat eſſe diſcipulũ. Quid agit fidei magnitudo, quæ non uincitur a malo, ſed uincit in bono malum? Dum pro impijs Deo plenus exorat, etiam de alieno peccato iuſtitiam ſuã cumulat, & coronam ſuam perfecta Chriſti humilitate multiplicat. Intelligamus quantũ bonum ſit dilectionis, quantęq; res illa uirtutis, quæ cõmendare adhuc poteſt paſsionem. Notũ per iſta ſit, quia partem & opera martyris ſuſcipit, qui odiũ malis debitum generoſi cordis benignitate calcauerit.

Domine ne ſtatuas illis hoc ad peccatũ. In media intentione certaminis, ſicut futura confeſsio atque damnatio hos latuit, martyrem remuneratio futura non latuit. Nam qui pro inimicis ſub ipſo tempore conſumatę perſecutionis orauit, beatitudinis ſuæ cauſa perſecutorẽ dilexit. Nec mirum ſi eis neſcit iraſci, per quos ſibi uidet aulam regni cœleſtis aperiri, per quos ſe æternis ſeculis intelligit cõſecrari. Domine ne ſtatuas eis hoc ad peccatũ. O admirabilem etiã circa impios charitatem? Excuſat ſupplicatione ſynagogam, paſsione confirmat & honorat eccleſiam: memor fratrum, immemor perſecutorũ, recordans de qua radice proceſſerit, ſic olea-

ſtro nouus ramus cupit inſeri, ut oleam ueterem nolit abſcondi: Domine ne ſtatuas eis hoc ad peccatū. Dum pro Iudæis ſupplicat, ſpem noſtram ac fiduciam nutrit: nā dum pro perſecutoribus deprecatur, manifeſta cultoribus ſuffragia pollicetur.

De ipſo beatiſsimo teſte uiſionis, fide ueridica reuelatio teſtatur, ut locum reliquiarꝶ mira iocunditas anhelantibus roſis & croco olenti uel florulento rore gratiæ uernalis infunderet, & tanq̃ de paradiſo ſpirans aura reſpergeret. Ecce etiā nunc multò latius, multoq́ꝫ precioſius, dum fidei ſuæ præconio magnanimitatis trophæa, paſsionis inſignia fruentibus pietate ſtudijs celebrantur ab oriente uſque in occidentem, uelut cœleſtis fragrantiæ balſama cōmouentur: tunc unus locus ſepulchri odorꝶ ſuauitatibus amœnus redditus, nunc a ſolis ortu aromatibus uirtutū totus orbis implectur: tunc imbribus terra unius regionis infunditur, nunc a ſolis ortu uſque ad occaſum manſuris benedictionibus irrigatur.

Habetur in antiqua homiliario, & in omnibus Roma. Eccleſiæ breuiarijs, ſed impreſſorum cōmuni errore D. Auguſti. tributa. At in correctionibus, & manu ſcriptis, uero ipſius Auctori.

VITA ALIA BEATI STEPHANI PROtomartyris per beatum Fulgentium Epiſcopum Carthaginenſem ſcripta.

HEri celebrauimus tēporalem ſempiterni regis noſtri natalem, hodie celebramus triūphalem militis paſsionem. Heri.n.rex noſter trabea carnis indutus, de aula uteri uirginalis egrediens, uiſitare dignatus eſt mūdū. Hodie miles de tabernaculo corporis exiēs triūphator migrauit ad cœlū. Ille ſempiternę diuinitatis maieſtate ſeruata, ſeruile cinctoriū carnis aſſumens, in huius ſeculi cāpum pugnaturus intrauit, iſte depoſitis corruptibilibus corporis indumentis, ad cœli palatiū perenniter regnaturus aſcendit. Ille deſcendit carne uelatus, iſte aſcendit ſanguine laureatus. Aſcendit iſte lapidantibus Iudæis, quia ille deſcēdit letantibus angelis. Gloria in excelſis Deo, heri exultantes ſancti angeli cantauerunt, hodie Stephanū lętantes in ſuū conſortium ſuſceperūt. Heri dominus exiuit de utero uirginis, hodie miles egreſſus eſt de ergaſtulo carnis. Heri Chriſtus pro nobis pannis eſt inuolutus, hodie Stephanus eſt ſtola ab eo imortalitatis indutus. Heri præſepis anguſtia Chriſtum portauit infantem, hodie, imenſitas cœli ſuſcepit Stephanū triumphalem. Solus deſcendit dominus, ut multos eleuaret, humiliauit ſe rex noſter ut ſuos milites exaltaret. Qui.n. corpori ſuo uirginis præparauit uterū, ipſe martyri aperire dignatus eſt cœlum. Dominus Chriſtus anguſtias intrare nō dedignatus eſt uteri, ut animā Stephani latitudo ſuſciperet cœli.

Neceſſariū tamen nobis eſt fratres cognoſcere, quibus armis præcinctus Stephanus ſæuitiā Iudæorꝶ potuit ſuperare, ut ita meruiſſet fœliciter triūphare. Necq́ꝫ.n. paruipendenda ſunt talis uirtus taliſq́ꝫ triūphus. Haud uero uilibus armis potuit pręmuniri, qui a multis non potuit ſuperari. Inuictę nanq́ꝫ in eo enituit inſigne uirtutis, quæ nec frementiū ſæuitiā formidauit, nec lapidantiū ictibus deuicta ſuccubuit. Vſq́ꝫ adeo.n. inter fremētes permanſit interritus, & inter lapidū fuit cruciamenta ſecurus, ut incredulitatem Iudæorꝶ fidēter argueret, & benignus pro lapidantibus exoraret.

Quod eſt ergo tam magnū atq́ꝫ inſuperabile genus armorꝶ, quo munitus ſęuientes argueret lapidantes, non repercutiens, ſed patiens ſuperaret,

inſuper & occiſus 5 aulam cœleſtis regni uiuus & coronatus intraret? 5
Proculdubio munimine regio ſeptus, nullatenus eſt ab aduerſariis ſuperatus. Quoniam rex noſter cum ſit altiſsimus, pro nobis humilis uenit, ſed inanis uenire nõ potuit. Magnũ quippe donatiuum ſuis militibus attulit, quo eos non ſolum copioſe ditauit, ſed etiã ad certandum inuictiſsime cõfortauit. Attulit nanq; donũ charitatis, quæ perduceret homines ad conſortium deitatis. Quod ergo attulit, erogauit. Nec ſibi aliquid minuit, ſed mirabiliter & ſuorũ fidelium pauperiem ditauit, & indeficientibus theſauris plenus ipſe permanſit. Charitas ergo quæ ad terrã de cœlo depoſuit Chriſtum, ipſa Stephanũ de terris eleuauit ad cœlum. Charitas quæ præceſsit in rege, ipſa ſubſequenter refulſit in milite.

Et hic habes ſanctorum animas ſtatim in cœlo recipi. Et qđ ſancti licet pro Chriſto occidantur, uiui tamen & coronati cœlum intrant. Contra eos qui ſanctos emortuos uocare pſumunt.

O' admiranda ubique potentia Saluatoris, ô prædicanda indeſinenter gratia redemptoris. Oſtendit in matre uirginitatis æternæ miraculũ, demonſtrauit in martyre inuictæ charitatis indicium. Integritas quippe intemerata permanſit in uirgine, dilectionis inuicta ueſtis perſeuerauit in martyre. Et ſicut in matre domini non potuit uirginitas uiolari, ſic in martyris mente non potuit Chriſti charitas tanto ſæuientium agmine ſuperari. Stephanus ergo ut nominis ſui coronã meruiſſet 6 accipere, charitatem pro 6
armis habebat, ut per ipſam ubique uincebat. Per charitatem Dei ſęquentibus Iudęis non ceſsit, per charitatem proximi pro lapidantibus interceſſit, per charitatem arguebat errantes ut corrigerentur, per charitatẽ pro lapidantibus orabat ne punirentur. Charitatis uirtute ſubnixus, uicit Saulũ crudeliter ſæuientẽ, & quem habebat in terra perſecutorem, in cœlo meruit habere conſortẽ. Ipſa ſancta & indefeſſa charitas, deſiderabat orando acquirere, quos nequiuit monendo conuertere.

Vide quomodo ſancti merentur accipere coronam.

Neque enim fratres exiſtimandus eſt Stephanus tunc inimicos dilexiſſe, cum pro eis oraret, & non dilexiſſe, cum eorũ incredulitatem arguendo corriperet. Abſit hoc ab anima martyris ad cœli palatium feſtinãtis. Ipſa enim ſancta charitas firmã ſeruauit in oratione patientiam, quæ rigidam tenuit in correptione cenſuram. Et ideo in oratione audiri meruit lenitas, quia ſine charitate non fuit in correptione ſeueritas. Ac per hoc ſiue orando, ſiue corripiendo, charitatẽ beatus Stephanus reſeruauit, quia utrobiq; ſalutem errantiũ cogitauit, & indicio ſanctæ orationis oſtendit increpationem illam non fuiſſe odĳ, ſed amoris. Hoc enim faciens, & præſentibus charitatem beatus martyr exhibuit. & utile nimis exemplum poſteris reliquit. Demonſtrauit enim geminam eccleſiaſtici diſpenſatoris induſtriã, ut ad corrigendum cuiuslibet peccantis errorem, & non deſit in ore correptio, & ad Deum pro eo ſupplex effundatur oratio, ut qui malum facit, per increpationem de malis operibus confundatur, & per orationẽ apud dominum adiuuetur. Ac ſi ipſa charitas & in ore iuſtitiam ſonet, ut errantem corrigat, & in corde patientiam ſeruet, ut pro orante orationem puro affectu dilectionis effundat. Qui etenim errantem non corripuerit, de negligentia judicatur. Qui aũt pro eo non orauerit, de pernicie condẽnat.

Quocirca fratres, ſi quando aliquis pro animæ ſalute corripitur, non aſpernetur. Accipiat monita charitatis, nec præſentem triſtitiam ſuæ uoluntatis attendat, ſed conſideret quæ lucra utilitatis acquirat. Idcirco enim arguitur, ut prauis operibus corrigatur. Nec cum uidet correptionem aliqua uerborum auſteritate feruere, exiſtimet charitatem in corde

ſrigeſcere. Sic enim uigilat in ore correptio, ut in corde non dormitet oratio. Ac per hoc in utroque peccanti conſulte proſpicitur, ut dum homo correptus de peccato confunditur, & a malis oibus operibus ſeparetur,

7 & 7 per orationem Deo miſerante ſaluetur. Nam & ſancta ſcriptura dicit. Quoniam quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Chriſti ergo charitate compulſi, & bonos hortamur, ut in bono permaneant, & malos compellimus, ut a malo diſcedant, præſertim quoniam in iſtis duobus ſanctis, geminum nobis monſtratur ſalutis iudicium, ut ſi quis bonus eſt, imitetur perſeuerãtiam charitatis in Stephano: qui autem malus eſt, ſectetur exemplum conuerſionis in Paulo. Et qui bonus eſt, æquitatem uſque in finem teneat: qui autẽ malus eſt, quantocyus a ſua peruerſitate diſcedat. Nec bonum hominem præſumptio iuſtitiæ faciat negligentem, nec malum iniquitas faciat deſperantem, ſed ille bonum fortiter teneat, iſte malum celeriter deſerat. Bonus timeat ne cadat, malus conetur ut ſurgat.

Per orationem pro ſe factam peccator quãdoq; ſaluatur.

Quiſquis ergo malus eſt, cum Paulo proſternatur in malo, ut cum eo erigatur in bono: quoniam & ille cecidit malus, & ſurrexit bonus. Proſtratus eſt iniquus, & erectus eſt iuſtus. Cecidit ſæuiſsimus præcurſor, & ſurrexit ueridicus prędicator. Cadens lumen corporis impius perdidit, ſurgens lumen cordis iuſtificatus accepit. Coniunctus eſt itaque Stephano,

8 factus ouis ex lupo. Et ecce 8 nunc Paulus cum Stephano lætatur, cum Stephano Chriſti claritate perfruitur, cum Stephano exultat, cũ Stephano regnat. Quo enim præceſsit Stephanus trucidatus lapidibus Pauli, illuc ſecutus eſt Paulus, adiutus orationibus Stephani. Quàm uera uita fratres mei, ubi non Paulus de Stephani occiſione confunditur, ſed Stephanus de Pauli conſortio gratulatur, quoniam charitas in utroque lætatur. Charitas quippe in Stephano ſuperauit ſæuitiam Iudæorum. Charitas in

Sanctorum animæ ẽt ante diẽ. iudicij ſunt in cœlo, & cum Chriſto regnant.

9 Paulo cooperuit multitudinem peccatorum, charitas 9 in utroque pariter regnum meruit poſsidere cœlorum. Charitas eſt igitur omnium fons & origo bonorum, munimen egregium, uia quæ ducit ad cœlum. In charitate qui ambulat, nec errare poterit, nec timere. Ipſa dirigit, ipſa protegit, ipſa perducit.

Charitas in utroque meruit poſsidere regnum cœlorum.

Quocirca fratres, quoniam ſcalam charitatis conſtituit Chriſtus, per quam ad cœlum omnis poſsit conſcendere Chriſtianus, puram charitatem fortiter retinete, ipſam uobis inuicẽ exhibete, & in ea proficiendo conſcendite, inſiſtite operibus bonis, ut ad pręmia æterna peruenire poſsitis, adiuti gratia Chriſti domini Saluatoris.

Eſt ſerm. cliiij. in opere homiliarum eius.

ITEM VITA SANCTI STEPHANI PROTOmartyris per Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

SIcut dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita

10 nomina ipſa ſæpe ſanctorum 10 merita indicant, teſtantur inſignia. Ita Abraham quod fide credidit, nominis adiectione monſtrauit: quando ex Abram Abraham diuinitus nuncupatur; ut dilatandus genere, nomine ante dilataretur, dicente domino. Et non uocabitur amplius nomen tuum Abram, ſed Abraham erit nomen tuum: quia patrẽ multa-

Sancti habẽt merita.

rum gentium poſui te. Sic coniunx ſanctæ eius cum de ſterili fit fœcunda, ex ſarai uocitata eſt Sarah: ut & ipſa ante creſcat nomine, quàm creſcat pignore: & quia promittente domino riſum credidit, ſi uetula conciperet exarata iam rūgis, ſi pareret deſperata iam fœcunditas, ſi ſterilitas iam penes ſenectutis extrema prægnās fieret, riſum mox quod genuit, nuncupauit: & aptauit in nomine, quod ſenſu paſſa eſt cum rideret, & uocauit nomen eius Iſaac. quod interpretatur riſus. Sic Iacob, qui in utero cœpit ante luctari, quàm uiuere, antè uiribus ſuperare, quàm membris, etiam inter uiſcera materna ipſa ſupplantatori eſt uocabulum conſequutus, eo quod antequam naſceretur, noſcitur diuinitus reprobatum ſupplantaſſe germanum.

Et quia longum eſt ire per ſingula: ſicut Petrus à petra nomen adeptus eſt, quia primus II meruit eccleſiam fidei firmitate fundare: ita Stephanus uocatus eſt à corona, quia primus meruit pro Chriſti nomine ſubire conflictū: primus meruit ſanguine ſuo militum Chriſti martyriū dedicare. II *Petrus primus meruit fidei firmitate Eccleſiā fundare. Stephanus etiam mira meruit.*

Petrus apoſtolici chori uetuſtum teneat principatum, aperiat intrantibus regnum cœlorū, reos poteſtate uinciat, pœnitentes clementer abſoluat: Stephanus eſt martyrum primus, Stephanus purpuratum ducit exercitum, qui pro domini ſui adhuc calente ſanguine, ſanguinem ſuū auidus bellator effudit.

Et quia cruore proprio tinctam ſibi ipſe purpuram conquiſiuit: meritò à rege ſuo conſequutus eſt poſt coronam, qui iam cum naſceretur nomen ſortitus eſt à corona: uere quem præſciuit, & prædeſtinauit, ipſum nunc martyrij primum uocauit ad gloriam.

VITA SANCTI LATRONIS CVM DOMINO Crucifixi per Diuum Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

Eſt ſermo xliiij. in ordine Sermonum eius.

QVoniam heſterno die de latrone fecimus mentionem, uideamus quis ipſe latro ſit, qui in cruce domino cōſtituto, non ſolum peccatorum ſuorum ueniam conſequitur, ſed etiam paradiſi amœnitate donatur, ut qui propter ſcelera damnatus fuerat ad pœnam, propter fidem transferretur ad gloriam, fueritque illi crux quam pertulit, nō tam ſupplicij damnatio, quam ſalutis occaſio. In cruce enim poſitus, Chriſtum dominum noſtrum credidit crucifixum. Et ideo qui conſortio paſſionis utitur, conſortio paradiſi condonatur. Beatus enim latro dum ſupplicium patitur, regnum cœleſte conſequitur. Ecce reus dicitur, ſicut cui damnari ad tempus expediuit. Non enim perueniret ad gloriam, ſi non contraditus eſſet ad pœnam.

Videamus inquam cur tātorum criminum reus, tam cito à ſaluatore paradiſum promeretur, I cum alij multorum temporum lachrymis frequētibuſque ieiunijs 2 uix delictorum ſuorum ueniam conſequantur. Magna fratres & multiplex cauſa eſt, Primum quod iſte latro deuotione fidei tā repente mutatus eſt, ut pręſentem pœnam deſpiceret, ac de futura ueniam precaretur, & magis crederet utile ſibi eſſe de æterno iudicio petere, quā de temporali ſupplicio poſtulare. Reminiſcens enim ſcelerum ſuorum, & pœnitudinem gerens, plus incipit dolere quod ſperat, quam ſentire quod

I *Tam cito a Saluatore paradiſū promeretur.*
2 *Ecce quod lachrymis et ieiunijs acquiritur uenia peccatorum.*

patitur:potuit enim niſi de futuris amplius cogitaſſet,qui in Chriſtum ſemel crediderat,de præſenti magis ſupplicio deprecari. Deinde illud ad gratiam eius maioris eſt meriti,quod Chriſtum in cruce poſitum credidit, & paſſio quæ alijs ſcandalum fecit,illi ad fidem profecit.crucis enim paſſio multis ſcandalum fuit.Sicut dicit Apoſtolus,Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum,Iudæis quidem ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam.Recte ergo meretur ʒ paradiſum,qui crucem Chriſti non putauit eſſe ſcandalum,ſed uirtutem. Dicit enim idem Apoſtolus, Ipſis uocatis Iudæis Chriſtum dei uirtutem & dei ſapientiam. Recte planè & dominus huic donat paradiſum,qui quem Iudas Scarioth in hortulo paradiſi diſtraxerat,hic in crucis patibulo confitetur. Mira res,confitetur latro quē diſcipulus abnegauit.Mira inquam res,latro honorificat patientem, quē Iudas prodidit oſculantem.Ab hoc pacis blandimenta uenduntur, ab illo Crucis uulnera prædicantur.Ait enim,Memento mei domine,cum ueneris in regno tuo.

ʒ Recte meretur paradiſum.Quid obſecro clarius dici poſſet?

Hæc eſt fidei plena deuotio, ut cum de uulneribus domini, profluens ſanguis cernitur,tunc de poteſtate eius uenia poſtuletur:cum uidetur eius humilitas,tunc magis timeatur eius diuinitas:Cum morti addictus putatur,tunc regis illi honorificentia deferatur.Iſte enim fidelis latro non credidit moriturum,quem annunciat regnaturum:non putat ſubdendum inferis,quem dominaturum confitetur in cœlo:non arbitratur eum apud tartarum detineri,à quo ſe etiam poſtulat liberari.Cernat licet eius hiantia uulnera,ſpectet ipſius ſanguinem profluentem,deum tamen credit, quem reum neſcit,iuſtum fatetur,quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni,Nos quidem recte digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit. Intellexit enim quod pro alienis peccatis has plagas ſuſciperet,pro alienis ſceleribus hæc uulnera ſuſtineret: & ſciuit quod illa in corpore Chriſti uulnera,non eſſent Chriſti uulnera,ſed latronis:atque ideo plus amare cœpit,poſtquam in corpore eius ſua uulnera recognouit.Ait enim propheta,Quoniam ipſe infirmitates noſtras portat, & pro nobis dolet.Nos autem exiſtimabamus eū eſſe in dolore, liuore eius nos ſanati ſumus.Plus ergo in cruce poſitus,liuorem eius cernens,latro diligit deum.

Mira res,plus in cruce latro Chriſtum diligit,quam Iudas dilexit in cœna,ille per cibum ſupplantat magiſtrum,hic credidit dominum per dolorem,ſicut ait propheta,Qui edebat panes meos, adampliauit aduerſum me ſupplantationem.Cognouit igitur hic latro omnem dei paſſionem ex ipſius fieri uoluntate,& in poteſtate eius eſſe,uel morti animam tradere, uel ad uitam iterum remeare,ſicut ipſe ait,Poteſtatem habeo ponendi animam meam,& ptātem habeo iterum ſumēdi eam.Vſque adeo aūt illum liberum ab inferni legibus iudicauit,ut etiam ſe ab his poſceret liberari.

Eſt ſermo xlj.in ordine ut ſupra.

ITEM DE SANCTO LATRONE PER eundem.Diuum Ambroſium.

MEminit fratres ueſtra dilectio,me dediſſe rationem, cur tantorum criminum inueteratus latro,& ſcelerum ſuorum confeſſione damnatus,paradiſum in ipſo ſupplicij patibulo potuerit promereri,&

tanta fuerit celeritate ſaluatus ut peccata eius gratia præueniret aut equã pœna, & prius in malis ſuis gloriari cœperit, quam puniri. Non enim patitur ſupplicium, dum paradiſum promeretur. Petro dicitur à Chriſto: Non potes me modo ſequi, ſequeris poſtea. Et huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiſo. Tanquam diſcipulus ille differtur, & hic tanquam ſocius inuitatur, ille adhuc reſeruatur ad præmium, etiam ad conſortium iſte diligitur. Non potes, inquit, me modo ſequi. Impoſſibile eſt Petro ſequi dominum, etiam facile latroni eſt eſſe cum domino. Hodie mecum eris in paradiſo. Non in aliud differtur tempus, non in diem alterum reſeruatur. Ipſa hora 4 qua paradiſus deum ſuſcepit, ſuſcepit & latronem unus paſſus eſt pro ſalute cunctorũ, & duobus pariter immortalitatis ianua reſeratur.

4 *Ipſa hora qua paradiſus deum ſuſcepit, ſuſcepit & latronem.*

Sed hanc tantam gloriam latroni fides præſtitit, Fides enim 5 eſt quæ peccata cooperit, quæ uincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. Quamuis enim delinquentiũ grandis culpa ſit, fidei tamen maior eſt gratia. Plus enim credidiſſe Chriſto, quam ſeculo deliquiſſe, & plenioris eſt meriti ueniam ſperaſſe de domino, quam culpam contraxiſſe de mundo. Sicut enim perfidia criminoſum fecit, fides perfecit innocentem. Denique Iudas poſteaquam fidem perdidit, innocentiam apoſtolatus amiſit, omnium enim criminum reus factus eſt, poſteaquam uirtutum omnium dominum denegauit. Sicut ergo ſufficit iſti ad ſcelera deſeruiſſe Chriſtum, ita illi ſufficit ad innocentiam domino credidiſſe, facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia Apoſtolos criminoſos.

5 *Hæc fides quæ facit iſta mirabilia, nõ eſt nuda & inanis illa quã nõnulli iactant, ſed uiua & ferax, quæ adiunctã ſecum habet charitatem.*

Magna igitur & perfecta fides in illo latrone fuit, Magna planè eſt, & admirabilis fides, quæ Chriſtum crucifixum glorificari magis credidit quam puniri. In hoc enim totius ferma ſalutis eſt. Saluatorem tunc maieſtatis dominum recognoſcit, cum uidetur humilitatis patientia cruciari. Vnde ait Apoſtolus: Si cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifixiſſent. Hæc inquam perfecta fides eſt, Chriſtum in cruce deum non reum credere, Vnde ille latro iuſtificatus eſt, quia ſaluatore in patibulo cõſtituto, Iudæis inſultantibus, & uel criminoſa dicentibus: libera teipſum ſi potes, ille certus de diuinitate eius, & ſecurus de uoluntate, ſe magis poſtulat liberari.

Magna inquam fides in illo latrone fuit, & ſanctis Apoſtolis comparãda, niſi quod & forte præceſſerit, præceſſit etenim deuotione, qui præceſſit & præmio. Prior enim latro ad paradiſum quam apoſtoli peruenerunt. Denique Petrus dominum ſequitur, & iſte comitatur. Dominus autem ſecundum fidem & meritum, 6 tribuit & remunerationis obſequium. Omnes enim ſicut legimus, in paſſione ſaluatoris diſcipuli trepidarũt, omnes eum pene cum traderetur reliquerunt, factum eſt ſicut ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Denique fidem Petrus nec admonitus potuit cuſtodire, totiens lapſus eſt, quotiens ne laberetur admonitus. Et niſi modum quendam tertio denegãdi ei dominus ſtatuiſſet, forſitan ſæpius interrogatus, ſæpius abnegaſſet. Tantam enim trepidationem diſcipulis intulit paſſio ſaluatoris, ut quod Apoſtolo Chriſtus ante prædixerat, ancilla deſtrueret, & magis præualeret oſtiaria ad perfidiam, quam apoſtolus ad cautelam.

6 *Centies hic habes meritũ & præmium. ſeu remunerationem.*

Non bona oſtiaria, quæ Petrum ideo in domum ſacerdotis includit, ut à fide ſaluatoris excludat. Male Adam induxit Eua, male Petrum introdu

xit ancilla. Illa excluſit à paradiſo, hæc excluſit à Chriſto, Illa perſuaſione ſua uirum decepit, hæc interrogatione ſua Apoſtolum circumſcripſit. Illa ad præuaricandum Adam impulit, hæc Petrum compulit ad negandum, & idem ſexus in utraque oſtiariæ officium gerens, aut excludit à uita, aut includit ad mortem.

ITEM VITA BEATI LATRONIS CVM Domino crucifixi, per Diuum Ioannem Chryſoſtomum ſcripta.

Eſt Homilia eiuſdem de cruce & latrone. xxxj. in lib. xlij. Homiliarum. To. ij.

HOdierna die noſter dominus pependit in cruce, & nos feſtiuitatem eius nimia lætitia celebremus, ut diſcamus crucem totius ſpiritalis gratulationis eſſe ſubſtantiam. Etenim ante, ipſum uocabulum crucis pœna fuit, ſed nunc ad gloriam nuncupatur. Antea condemnationis ferebat horrorem, nunc ſalutis inditium eſt. Crux enim nobis totius beatitudinis cauſa eſt. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc è tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti ſociauit, hæc alienatos Deo coniunxit, longe conſtitutos proximos præſentauit, hæc peregrinantes ciues oſtendit, hæc diſcordiæ amputatio eſt, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium abũda largitio. Iſtius cauſa nullis anguſtijs deſerti erramus, quia iam nobis campi monſtrati ſunt ueritatis. Nec aulis regalibus habitare prohibemur, quia aditus iam uitetur inuentus, nec ardentes ſagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus quibus earum flamma facile poſſit extingui, ideo uiduitate caruimus, quia ſponſus expectatus aduenit. Lupum nõ poſſumus formidare, bono, & diligenti muniti paſtore, Ego, inquit, ſum paſtor bonus. Tyranni impij crudelitate non terremur, manſueti regis ueſtigijs inherentes. Hac de cauſa hodie gratulamur, quia crucis beneficia memoramur.

Sic & Paulus præcepit propter crucem feſtiuitatem celebrari. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, diem itaque feſtum celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azimis ſynceritatis, & ueritatis. Et ſic adiunxit cauſam, quia paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Vides crucis intuitu perceptam lætitiam? In cruce enim immolatus eſt Chriſtus, & ubi immolatio, amputatio peccatorum, ubi amputatio peccatorum, reconciliatio domini, ubi reconciliatio domini, ibi feſtiuitas, & omnis gratulatio. Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus, & immolatus in excelſa cruce. Nouum altare cõſtitutum eſt, & quia ſacrificium nouum, atque omnibus inopinatum, nam ipſe & ſacrificium fuerat, & ſacerdos. Sacrificium ſecundum carnem. ſacerdos ſecundum ſpiritum ſanctitatis. Idem ipſe & offerebat, & offerebatur. Offerebat ſecundum ſpiritum, offerebatur ſecundum carnem, & audi quẽadmodum Paulus utrunque monſtrauit. Omnis, inquit, Pontifex, qui de hominibus accipitur, pro hominibus ſtatuitur. Vnde neceſſarium eſt & iſtum habere aliquid, quod offerat. Vide ſacramentum, Ecce ipſe ſe offert. Et alibi ait, Quia Chriſtus ſemel oblatus multorum abſtulit peccata: Ecce hic oblatus eſt, ibi ſe obtulit. Vides quemadmodum fuit & ſacrificium, & ſacerdos, & altare crux fuit?

Et quare inquies, nõ in templo ſacrificium illud proferebatur, ſed foras ciuitatem?

ciuitatem? Vt illud impleretur, quia inter iniquos deputatus eſt. Et ob quã cauſam in excelſo ligno, & non ſub tecto immolatur? Vt etiã ipſius aeris natura mundetur. Hac de cauſa in excelſo, & non ſub tecto, ſed ſub cœlo, ut uniuerſus aer in excelſo immolatæ ouis a tetro odore mundetur. Sed & terra ſimile beneficium ſentiebat, decurſi de altare ſanguinis ſtillatione mã data, ideo non ſub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi ſubtraherent ſa crificium, & ſibimet uendicarent. Ne putares pro illa tantum plebe oblatum, ideo foras ciuitatẽ, ideo foras muros, ut ſcias ſacrificium eſſe cõmune quod totius terræ oblatio, quod cõmunis deploratio, non partis, ſicut Iudæis conſuetudinis fuit. Iudæis etenim ideo iuſsit omnem terram Deus dimittere, & uno in loco ſacrificium, atque oblationẽ celebrare, quia tunc omnis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia contaminatione polluta, quæ ex ſacrificijs gentium ſuper ipſam celebrabantur. Nobis aũt quoniam Chriſtus adueniens omnem terram emundauit, omnis locus oratio ni uacat, ideo Paulus cum omni confidentia exhortatur, dicens: Volo ergo orare uiros in omni loco, leuantes manus ſanctas. Ecce totus mundus emundatus eſt, elementa purgata ſunt, ut ubique nobis Deum liceat prædicare, & omnis terra ſanctior illo loco eſt, qui illo in tempore prædicabatur ſancta ſanctorum. Nam ibi pecus irrationale oblatum, hic ſpiritale immolatum eſt, & tanto maius eſt ſacrificium, quanto & ſanctitas de ſacramento præfertur, hac de cauſa lætitia noſtra crux eſt.

Vis quantum nobis præſtiterit, & aliunde condiſcere. Paradiſum quinque & eo amplius annorũ milibus præcluſum, hodie nobis patefecit, hac
enim 7 die, hac hora latronem Chriſtus in paradiſum introduxit, & eius
amœnitates oſtendit. Et uno tempore duo beneficia uidimus eſſe conceſ- 7
ſa. Vnum, quod paradiſus patefactus eſt, aliud, quod latro in eum meruit
8 introduci. Hodierna dies antiquam nobis patriam reddidit, paternam
ciuitatem extendit, domum priſtinam redonauit. Hodie nanque ait, me- 8
cum eris in paradiſo.

Hac die, hac hora, latronẽ Chriſtus in paradiſum introduxit.

Latro meruit in paradiſum introduci.

Quid ais? Crucifixus es, clauis retineris, & paradiſum tam facile polliceris? Volo, inquit, ut in cruce poſsint omnes meam inuenire uirtutem, ut in ligno mea largitas demonſtretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat ſignum, & apud omnes ignominia putabatur, crucis infamiam mirandis beneficijs decorauit, & ex hoc magis, magiſq; uirtus oſtenditur. Non enim illo tempore mortuos reddidit luci, nec mare fluctuſuè compeſcuit, nec minauit expulitue dæmonia, ſed cruce ſuſpenſus, clauis affixus, omnibus ſubiugatus iniurijs, totus dedecori ſuccumbens infamiæ, inſultantium deriſione deluſus, latronis aduerſam mentem ualuit commutare ut ex omni parte eius diuinitas ſentiatur. Etenim uniuerſam terruit creaturam, & petras ſaxa'que diſrupit, & omnium lapidum inſenſibilitate, animam duriorem ad ſe traxit, & ad meliora conuertit, & honore ſummo decorauit. Hodie nanque mecum eris, ait, in paradiſo. Et Cherubin cuſtodientibus paradiſum, latro ad paradiſum inducitur. Sed non mireris, a domino inuitatur. Sed dicis, ſed ibi framea totius ignis ardore ſuccenſa uerſatur. Sed ipſe qui & ignis & ipſius gehennæ & uitæ mortiſq; imperium tenet, ingredienti poteſtatem conceſsit.

Et imperatori quidem uel cuilibet habenti poteſtatem, iniurioſum putatur, ſi perſonam uiliſsimam participem ſui actus accipiat. Chriſto autem

ſcha? Iſte autem proditionis ſtimulatur ardore, & dicebat; Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Illi ad diuinorum myſteriorum ſeſe officia præparabant, iſte traditionis meditabatur officium. Sic & hic, latro unus inſulat, alter adorat atq; ueneratur, unus blaſfemat, alter benedicit, & blaſphemantem prohibet, dicens; Nec Deum tu times?

Vidiſti libertatem in cruce, uidiſti philoſophiam in tormentis, in pœna prudentiam? Quod enim ſui memor fuit, quod mente ſana uigilabat, clauorum confixione conſtrictus, quis eſt qui poterit non mirari? Sed iſte nõ ſolum intra ſe fuit, ſed & ſuas neceſsitates prætermittens, aliorum utilitatem cogitabat, & magiſter pendebat in cruce, & ſanis perſuaſionibus alium inuitabat ad uitam dicens; Nec tu times Deum? Non igitur quod deorſum eſt adiudicatus inſpicias, ſed ſurſum alia ſunt iudicia conſtituta. In terreno nanque iudicio & iuſti nonnunquam condemnantur illicite, & iniuſti declinant pœnas, & rei liberantur, & innoxij prægrauantur. Aut enim ſponte, aut inuiti iudices errare conſueuerunt, aut ignoratione iuſtitiæ, aut pecuniæ corruptione, aut iniqua gratia ſententiam protulerunt. In cœleſti autem iudicio nihil tale eſſe conſueuit. Nam Deus iudex iuſtus, & iudicium eius ut lux procedit non habens tenebras, nec ignorantiam. Et ne dicat quia iudicatus deorſum eſt, & condemnatus, cœleſte ei iudicium memorat, tribunal iſtud terribile nominat, & incorruptum, tanquã dicens; Illuc oculos tende, & condemnationis ſententiam minime ſuſtinebis, nec ſtabis deorſum cum corruptis iudicibus, excipies ſurſum uerum iudicium.

Vidiſti philoſophiam latronis, uidiſti prudentiam, uidiſti magiſtrum? 11
de cruce ſubito euolauit 11 ad cœlum, & in pœna poſitus, cœleſtis iudicis ſecreta narrabat, & abundanti eum perſuaſione compeſcens; Non 12 times, inquit, quia in eodem iudicio ſumus, in eadem pœna, in pari diſcrimine. Nunquid & tu in cruce non es? & cum illum laceſſas iniurijs, tibi ſupplicium præparas. Et ſicut is qui peccato carnis prægrauatur, ſi alios peccati accuſauerit, ſemetipſum prius accuſat, ſic & qui in calamitate eſt, ſi alijs calamitates irriſerit, ſibi prius inſultat. Quoniam in eodem iudicio ſumus, apoſtolica illi uerba monſtrabat, euangelicos ſermones enarrans, qui dicunt; Nolite iudicare, & non iudicabimini, quia in eodem iudicio ſumus. Quid facis latro, defendere eum uolens, participem feciſti latroni? Non, inquit, excuſor hac ſuſpicione ſequenti ſermone, & ne communione participem eum etiam peccati feciſſe arbitreris, ſequentibus declarauit dicens; Et nos quidem iuſtè, digna enim his quæ fecimus, paſsi ſumus. Vidiſti plenam confeſsionem, uidiſti latronem in cruce ſuis renunciaſſe peccatis? Dic nanque, ait, tu iniquitates tuas prior, ut iuſtificeris. Nullus impulit, nullus neceſsitate conſtrinxit, ſed ipſe ſponte ſua peccata publicabat dicens; Nos quidem iuſte, digna enim his quæ fecimus, paſsi ſumus, iſte autem nihil tale fecit, & poſtea ait. Memento mei in regno tuo. Non eſt auſus dicere, memento mei, niſi confeſsione peccati ſarcinam remiſiſſet, Inſpice quantum præſtat confeſsio. Confeſſus eſt, & paradiſum patefecit, & totam confeſſus fiduciam, meruit ut regnum poſt latrocinium poſtularet.

11 Latro de cruce ſubito euolauit ad cœlum.

12 Vides quod hic latro non habuit duntaxat fidem, ſed & multa bona opera, quæ tamẽ pro tẽporis anguſtia ſacere potuit.

Vides quantorum bonorum nobis materia crux eſt? Dic mihi, regnum commemoras, quid enim regni uides? claui, & crux eſt quod in-

ſpicis. Sed ipſa crux,inquit,regnum eſt, & ideo eum regem nomino, quia crucifixum inſpicio. Imperatorum eſt pro omnibus mori, & regis optimi pro communi utilitate nunquam recuſare ſupplicium. Ipſe dixit, quia paſtor bonus animam ſuam pro his quos regit offerre feſtinat. Quoniam igitur animam ſuam pro nobis poſuit,ideo eum Imperatorem uoco. Memento mei in regno tuo.

ITEM DE EODEM SANCTO LATRONE per Diuum Ioannem Chryſoſtomum.

Eſt homilia de cruce & latrone.31.in ordine.45.homiliarũ Tomi ſecundi.

13 *Celebrãtes hunc diẽ, nempe feriã ſextam paraſceues.*

14 *Coronas merebimur crucis.*

HOdie incipiamus chariſsimi de crucis trophæo prædicare, & honoremus hanc diem, magis autẽ coronemur,celebrantes 13 hunc diem. Nec enim ex uerbis noſtris honorificatur crux, ſed ex fideli noſtra confeſsione coronas 14 merebimur crucis. Hodie crux fixa eſt, & ſeculum ſanctificatum eſt. Hodie crux fixa eſt, & dæmones diſperſi ſunt. Hodie fratres crux fixa eſt, & mors ſubuerſe eſt. Hodie crux uicit, & mors uicta eſt. Hodie diabolus uictus eſt, & homo ſolutus eſt, & Deus glorificatus eſt. Hodie apud Iudæos terra contremuit,& apud nos orbis terræ firmatus eſt. Hodie apud Iudæos, quia mente audaci contra Deum uadunt, petræ ſciſſæ ſunt. Hodie amabilis Deo pietas uniuerſum conſuit orbem. Decebat enim quæ pietatis erant coniugi, ea autem quæ infidelitatis diſiungi, ſicut & Dauid dicebat. Diſrupti ſunt, & non ſunt compuncti. Hodie apud Iudæos ab hora ſexta uſque ad horam nonam ſol obſcuratus eſt.Non enim ferre poterat æther iniuriam creatoris. Retraxit radios ſuos, ne uideret impiorum facinora, non quod deitatem iniuria tangeret,ſed quia quæ audaci ſuperbia fiebant,in contumeliam eius reputabantur. Hodie apud Iudæos tenebræ ſunt, apud nos autem nox in diem conuerſa eſt. Etenim pietati hoc proprium eſt, ut in tenebris fulgeat,impietas autem etſi in lumine fuerit, tenebreſcit. Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autem etiam ipſa lux tenebreſcit. Et de fidelibus quidem ſcriptura dicit; Quia tenebræ non obſcurabuntur a te,& nox ſicut dies illuminabitur. Infideli autem, & dies in noctem mutatur,dicente ſcriptura? Palpabunt ſicut cœci parietem,& ambulabunt in meridie,ſicut in medio noctis.

Hodie Adam eiectus eſt de paradiſo,& hodie latro in paradiſum ingreditur. Exijt fur,& introijt fur, exit præuaricator,& ingreſſus eſt latro, exijt contemptor uerbi, & introijt confitens uerbum, exijt contemnens ſalutem,& introijt de cruce mercans ſalutem. Scio & ante, me dixiſſe de latrone,ſed habet diuerſas intelligentias Dei ſermo.Iſte latro de ligno mercatur ſalutem, hic latro furatur cœleſte imperium. Vim facit maieſtati, non uirtute propria,ſed fide uincens.Ipſius domini uox eſt. Regnum cœlorum uim patitur,& uiolenti diripiunt illud.In cruce duo latrones, imago Iudæorum,& Gentilium.Latro qui pœnitet,imaginem obtinet populi ex gentibus congregati,qui prius in errore ambulauerat, & poſt hoc ueritatem agnouit, imaginem uero latro ille obtinet Iudæorum, qui uſque in finem perſeuerat latro, & uſque ad tempus quidem crucis, uiam malignitatis ierunt, crux autem diuiſit utrunq;. Viam 15 nanque cæcitatis & perditionis, qui non credidit ingreſſus eſt, uiam autẽ ſalutis, qui credidit ingreſſus

15 Vides quod non ſufficit uocari a gratia

ingreſſus eſt, uiam ſalutis, qui credidit adeptus eſt. In cruce didicit latro differentiam uiarum; Quoniam nouit dominus uiam iuſtorum, uia autem impiorum peribit. Et uide Dei iuſtum iudicium, ut dicas & tu cum propheta, Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum. Propter unum peccatũ damnatur. Adam, & propter unam fidei uocem latro ſaluatur. Vnum peccatum eiecit illum, & una iuſtitia introduxit iſtum, & latro habitator factus eſt paradiſi.

dei, ſed & opus eſt quod uolũtate noſtra ſequamur uocationẽ. Ecce duo latrones hic æque uocati, unus ſaluatur, alter nõ, quia unus credidit, alter credere noluit.

O admiranda rerum materies. Nec Abrahæ data eſt per uocem repromiſſio paradiſi. Hæreditauit quidem per fidem, repromiſſionem autem paradiſi nemo ante latronem accepit. Hic autem perſcrutans diligentius uetus teſtamentum, & nouum nullum ante latronem inuenies repromiſſionem paradiſi meruiſſe, non Abraham, non Iſaac, non Iacob, nec Moſen, nec Prophetas, nec Apoſtolos, ſed ante omnes reperies latronem. Audi igitur dominicam uocem, Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Vocauit quippe Deus Abraham, dicens, Exi de terra tua, & de cognatione tua. Et non dixit illi, Hæreditatem capies paradiſi, ſed ueni in terram quam monſtrauero tibi. Et Iſaac quidem typum Chriſti portauit, & Iacob colluctatus in figura cum Deo eſt. Et Moſes legem accepit, & per repromiſſionem audiuit bona terræ manducaturum ſe eſſe, ſi legem domini Dei ſui cuſtodiſſet, & nuſquam repromiſſio paradiſi ante latronem. Neceſſarium eſt ergo quærere, cur huic ante alios, & ante tales uiros fide digniſſimos potiſſimum repromiſit. Credidit Abraham Deo, ſed credidit illi de cœlis loquenti, & per ſanctos angelos ſermonem proferenti, & de propria autoritate legem danti. Credidit & Eſaias, ſed in gloria conſiſtenti. Vidi enim inquit, dominum ſedentem ſuper thronum excelſum, & eleuatum. Credidit & Ezechiel, ſed & ipſe dominum ſuper cherubin contẽplatus eſt. Crediderunt reliqui Prophetæ, ſed diuerſo modo dominũ gloriæ intuentes, ſicut uidere poſſibile humanæ erat naturæ. Credidit ſicut dixi & Moſes, ſed de medio ignis loquenti, & in tubæ clangore, & in tonitru, quæ & infidelem poterant prouocare. Hæc autem dico, non ut ſanctis derogem, abſit, ſed propter eum qui ſolus 16 per uerbum meruit paradiſum. Iſte ergo uidit ſaluatorem, non ſuper throno regali, non adorari in tẽplo, non loquentem de cœlis, non per angelos diſponentem, ſed in pœna ſociatum latroni uidet in tormentis, & tanquam in gloria adorat. Videt in cruce, & rogat quaſi in cœlis ſedentem, uidet condemnatum, & regem inuocat, dicens, Domine memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Crucifixum uides, & regem prædicas? in ligno pendere cernis, & cœlorum regna meditaris?

16 Solus per uerbũ meruit paradiſum.

O admiranda latronis conuerſio. Nũquid nam ſcripturas legiſti ab iniquitate non ceſſans? Nunquid nam prophetas audiſti homicidia exercẽs? Nunquid nam diuinum audiſti ſermonem, quando ad cædem gladium acuebas? Vnde eruditus es talia philoſophari de Chriſto? Iudæi crucifixerunt, qui nouerunt legem, & prophetas legerunt, & tu horum ignarus Deum uocas condemnatum, & adoras crucifixum? Quis te erudiuit ô latro talia de eo dicere? Non me, inquit, lex docuit, ſed ſol occultans lumen ſuum. Vidi quidem crucifixum, ſed terræmotum ſenſi, & propter parricidas Iudæos elementa indignantia intellexi. Et petræ quidem ſcindebãtur. & corda hominum non metuebantur. Sciſſæ ſunt petræ, diſruptum eſt ue

lum templi,& Iudæorum ſecreta patuerunt. Et hoc uelum quidem erat, ſed precioſiſſimum quod in diebus celeberrimis ſuſpendebatur, precioſiſſimum ualde de purpura,& byſſo,& cocco,& auro,& ſerico, & hyacintho contextum,in illo enim tempore crucis,terra mota eſt,ſol fugit, petrę ſciſſæ ſunt,uelum diſruptum,monumenta patuerunt, & ſicut gloria domus eſt,ubi uelum pendet habitante intrinſecus domino domus,ſic ignominia templi eſt,unde receſſit ſpiritus ſanctus, poſtquam enim impias in filium Dei intulerunt manus,iniuria Deo facta eſt,qui habitabat in templo,& ideo recedente domino,deſerta remanſit domus,ſicut ipſe dixit,Ecce relinquetur domus ueſtra deſerta. Egreſſo rege gloriæ, diſrupta ſunt ſymbola regni,aperta ſunt monumenta,& ſurrexerunt mortui,& intrauerunt in ſanctam ciuitatem,ut inexcuſabilem relinquerent cauſam, & domini reſurrectio firmaretur.

Si filius Dei es,deſcende de cruce,& credimus tibi.Conſidera nunc uocem filiorum diaboli,quomodo imitantur uocem paternam.Diabolus dicebat,ſi filius Dei es,mitte te deorſum.Et Iudæi dicunt,ſi filius Dei es, deſcende de cruce,& credimus tibi.Pariter crucifigunt latrones,non tanquã inimici latronum,participes enim erant ſceleris eorum, ſed ut infamarent dominum ſuum,quia non ſine cauſa crucifixus ſit, ſed quaſi qui facinoroſus inuentus ſit.Non tacuit Eſaias tragœdię huius narrationem,dicens:Ob iniquitatem populi ductus eſt ad mortem,& cum iniquis deputatus eſt, hoc eſt,cum latronibus,quibus ideo ſociarunt Chriſtum, ut macularent domini paſſionem.Vt ſciatis quia non oderant latrones,audi Pilatum dicentem,Quem uultis dimittã uobis,Ieſum,an Barabbam, qui propter homicidium in uinculis tenebatur.Et illi dixerunt:Dimitte nobis Barabbã. latrones petierunt latronem,dominum autem crucifixerunt. Non uirtute ſua uincentes,ſed ut diſpenſationis,& prophetiæ impleatur uoluntas.Dicit illis Pilatus:Regem ueſtrum crucifigam? At illi dicebant: Nos non habemus regem niſi Cæſarem.Abnegauerunt Dei regnum,& traditi ſunt regno Romanorum,quia quod habuerunt,non intellexerunt:ideo quod petierunt,acceperunt.

Coronauerunt crucifixum ſpinis,obtulerunt ei fel & acetum. Et hæc ipſa futura olim prædixerat Moſes,dicens,Generatio praua,& exaſperãs hæc domino retribuiſti? Et qui dederat manna in deſerto, huic tu fel offers? & qui de terra tibi delicias produxit,tu illi ſpineam imponis coronã? Ideo clamat Eſaias,dicens,ſuſtinui ut faceret uuam,fecit autem ſpinas.Dicunt Iudæi:ſanguis huius ſuper nos,& ſuper filios noſtros:illis ad condẽnationem.nobis autem ad iuſtificationem.Sanguis Chriſti illis ad mortem,nobis uero ad uitam.Non eſt enim ſanguis Chriſti deterior Babylonio igne.Ille ſcit ſanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere,quanto magis ſanguis ille precioſiſſimus ſcit perdere incredulos,& ſaluare fideles? Decuit enim ſplendorem crucis obcæcare infideles,& illuminare credentes,ſola enim Chriſti crux eſt,quæ diſſoluit tenebras,& regnum dæmonum diſſipauit,& omnes terrores malignantium abſtulit,crux ſanctitatem prouidit crux nobis ſol iuſtitiæ facta eſt,ut illuminati miſericordia eius,glorificemus patrem,& filium,& ſanctum ſpiritum in ſecula ſeculorum. Amen.

ITEM VITA SANCTI LATRONIS CVM Domino crucifixi per D. Euſebium Emiſenum ſcripta.

Habetur in opere Homiliarũ eius poſt ſermones de paſcha fol. lxxiij.

DEVS erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, id eſt, diuinitas operabatur in corpore, apparebat in fragilitate humanitas, & in uirtute maieſtas. Ad hoc itaque nobiſcum uixit in carne, ut præferret nobis exempla iuſtitiæ, ad hoc pro nobis mortem ſubijt, ut conferret munera ſalutis æternæ. Hominem ad hoc induit: ut erudiret, ad hoc tradidit, ut redimeret; ad hoc reſumpſit, ut in deo ſumeret uitam, ad hoc depoſuit, ut domaret mortem; ad hoc ſuſcepit, ut uinceret, cui tamen morti præſumptum dominium redditur, quaſi ſeruus quidem ſuccubuit, ſed quaſi dominus imperauit. Siquidem nec animam inferni porta; nec corpus tenere potuit ſepultura; quæ per illud triduum nequaquam carnem mortali corruptione uiolabat, qui in inferno ſub eadem mora regnum mortis anima omnia deſtruebat. Quid retribuimus domino pro muneribus tantæ dignationis?

De plenitudine cœleſti in facturam ſe ſuam factor exinaniuit, figulus in figmentum ſuum tranſiit, & rex cœli homini militauit: Militauit, dixi, crux enim pugnantem indicat, reſurrectio triumphantem. A ſummo cœlo egreſſio eius, & uſque ad inferni profunda deſcenſio. In una eademque perſona, quam bene manifeſtantur humana pariter & diuina? Sedem tartari penetraturus, hominem ſe confeſſus, dum deſcenderet, dominum ſe prodidit dum rediret ut redimeret impios. Sicut ait ſermo diuinus: Vt redimeret iniquos, inter iniquos reputatus, inter duos quos dextra læuaque legimus pependiſſe, iuſtum confuſioni, & opprobrio crucis tradidit, ut latronem glorificaret. Sed ſi bene reſpicimus, non illi ſoli hoc præſtitum deprehendimus Nam dum tam inſignem reum relaxat, dum tanto debitori, refundit immanis debiti cautionem, humano generi cõſcripſit ſecuritatem; ut conſolatio & ſpes fieret totius populi, abſolutio unius deſperati, & priuatum donum, in publicum creſceret beneficium.

Quare indubitanter credendum eſt, quod latroni illi ad commendationem fidei ſuæ, etiam cauſa ſpei noſtræ & utilitatis acceſſerit. Immenſa.n. dei noſtri bonitas, libenter tribuit, quæ etiam generaliter profutura præſcit. Et ideo iuxta fiduciam tantæ clementię, ſi quis noſtrum crimina 17 ſua probabili conuerſatione damnauerit, & Chriſtum toto corde crediderit, etiam nunc latroni in ſemetipſo ingreſſum paradiſi aperuiſſe ſe nouerit. Quantum agit in ſpe ſalutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuitiarum miſericordię dei? Ecce hominem ſceleribus inuolutum, pœna miſit ad innocentiam, & offenſa ad gloriam. Quem ſalutis culpa perdiderat, perditio inuenit, cruciatus abſoluit, damnatio conſecrauit.

17 Videt quod nõ tantũ dicit ſi quis toto corde crediderit in Chriſtũ, ſed addit etiã, & probabili conuerſatione crimina ſua damnauerit, etiã nunc eſt.

Sed non ſine cauſa tantum meruit, uideamus quo tẽpore fidelis apparuit. Ecce inter ſigna atque uirtutes atteſtantibus miraculis, & acclamantibus, aliquoties in diſcipulis mens iam robuſta titubauit, & nunc Chriſti ſupplicijs quodammodo contradicentibus, in latrone fides nouella conualuit. Sub ipſo paſſionis tempore ab ancilla interrogatus unus ex diſcipulis beatus Petrus peculiarius Chriſto cognitus, ita reſpondit: Non noui hominem iſtum; & iſte qui ante non nouerat, exclamat, Memento mei domine, cum ueneris in regnum tuum. Quam ſingularis, & quam ſtupenda

deuotio?ſub illo tempore credidit reus,quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone ac magificentius fuit,quod hominem addictum, & inter extrema deficientem ſupplicia,dominum credidit, quam ſi inter uirtutum opera credidiſſet;non itaque ſine cauſa tantum meruit.

Aduertamus plenius quo tempore dominum confitetur; feruebat impietas perſequentium,exultabat impietas blaſphemantium, contritio liuoris & uulnera, Chriſtum ſolum hominem demonſtrabant, ſacrarum manuum in lignum crucis extenſio, & reuerenda confixio, quæ condemnabat Adæ & Euæ manus ad interdictum ligni cibum,ingemiſcenda ſeculis träſgreſſione porrectas:Hęc inquam confixio per omnia infirmitatem hominis afferebat.Illiſæ per latus lanceę tremenda perfuſio,quantũ oſtendebat hominem,tantum abſcondebat dominum: Apoſtolis poſt diuina miracula deſperantibus,ſolus hic non adquieſcit ſcandalo crucis & mortis,ſolus hic teſtis eſt maieſtatis,qui ſocius probatur doloris, & ideo adhuc in latrone poſitus inuiſibilem dominum angelicis iam oculis uidet. Illuminauerat credo naſcentem fidem,latronis iam credentis in Chriſtum propius corporea diuinitas,quæ ſe largius ſub momento illo peragendæ redemptionis infuderat.

Videamus autem qualis fuerit ipſa deprecatio confitentis, Memento (inquit)mei domine,cum ueneris in regnum tuum.Non dixit,ſi deus es de præſenti ſupplicio eripe me,ſed magis quia deus es,de futuro iudicio libera me. Quam cito eum repleuit ſancti ſpiritus eruditio? per quã futuri examinis diem cogitans,intolerabile probat eſſe quod metuit: prædicat ſeculis iudicem,regemque ſeculorum. Nondum diſcipulus, & iam magiſter; atque ex latrone confeſſor. Memento(inquit)mei, glorioſa uoce præſentes temperat cruciatus. Temperat,diximus,quia & ſi pœna cæperit in latrone,nouo genere conſummatur in martyre:de ligno crucis clamat, ſed iam tempora retributionis abſentat.

18 *Caute lege. Et intellige de gratia ſubſequẽte,quæ tunc adiũgitur ad merita,cum gratiã preuenięntem uoluntate noſtra ſequuti fuerimus, iuxta illud, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Nã & prudẽter Sanctus uerbo adiungi uſus eſt.*

Videamus quid inter iſta reſpondeat diues & larga dei bonitas: quæ ſicut excedit uota,ita gratiam 18 adiungit ad merita. Hodie inquit; tanquam ſi diceret,quid me o fidelis meus comes,& unicus tanti teſtis triumphi,quid me tantopere exorandum putas,ut in diem iudicij mei,meminerim tui? Quid me ad præſentem retributionem paratum longe diſſimulas? quid in futura ſecula fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in paradiſo,tanquam hęreditaria & paterna ſede,quæ expulſo Adam, quæ expulſis duobus,clauſa innumeris populis,te introente reſerabitur. Ingredere illuc primus,ſed ingreſſu fœliciorique primus. Intra paradiſum,nequaquam ultra cum Adam uiſurus infernum. Nullum illic cibum letalem,nullam iam legem,nullam arborem pertimeſcas. Ego tibi illic ero uictus & uita,& ne forte uerearis ne tibi aliquis hoſtis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro inſidietur,poſſeſſio tibi illic,me introducente,firmabitur. Recedat ergo infidelitas,quæ deum & hominem non recognoſcit. Nam ſicut diabolus eſt qui de paradiſo expulit,ita deus eſt,qui reducit.

Secundum hæc chariſſimi, per omnem geſtorum ordinem deum ſub homine agnoſcamus operantem. Poſitus in patibulo uelut arbiter in medio damnatorum,negantem repulit,ſuſcipit confitentem;hunc deputat regno,illum relinquit inferno. Poſt hæc ergo credamus in maieſtate iudicaturum,quem iam in cruce uideamus exercere iudicium. Credamus inquã

deum

Deum uel ex ſola uirtute patientiæ, qui dum ab homine cruci & neci tra ditur, ſic quoq; homini gloriã pollicetur, qui illas ipſas iniurias & plagas congeſtas in corpus ſuum, conuertit in precium noſtrum.

Sed & ipſa totius mundi irrationabilis creatura motibus ſuis Deum lo quitur. Nam in media paſsione domini Saluatoris cœleſtia & terrena tur bantur, lux cum nocte miſcetur, elementa quatiuntur, & ab antiquis mini ſterijs effugantur. Aperte rerum natura perſpicitur cõmoueri, uelut in uin dictam auctoris ſui uelit armari. Terra ipſa concuſſa a fundamentis, qua ſi quæ ſuper crucem Deum uix ſuſtineat, tanquã ad ſcelus proprium con tremiſcit. Dies refugo lumine quomodo poteſt, ſumit lamentum, & fuſco triſtiũ tenebrarum habitu, more lugentis induitur, & ſicut tota cœli facies dñicæ natiuitatis gloriam noua luce teſtabatur, ita crucis iniuriã nouis te nebris deteſtatur. Et quæ durities cordis humani? Væ eis qui inter iſta non credunt. Quandoquidem creatura inſenſibilis quę recipere non poteſt cre dulitatis affectum, dat tunc Deo confeſsionis obſequium. Et cum pro ſo lo homine Chriſtus mortuus ſit, perhibet ei tamen etiam pars illa mundi teſtimonium diuinitatis, ad quam non peruenerunt beneficia paſsionis.

Quæ cum ita ſint chariſsimi, agnoſcat homo quantum ualeat, & quan tum illum Deus obnoxium faciat, uel natura, uel gratia. Agnoſcat homo quantum ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charũ, quàm uelit eſſe in conuerſatione precioſum. Agnoſcat homo quantum ua leat, & quantum debeat, & dum pretium ſuum cogitat, uilis eſſe ſibi deſi nat; & potius uicem muneris Saluatoris ex ipſo bono ſuo, ideſt de conſer uata reſtituat ſalute. Cuſtodiamus ergo ſollicite, quod tanti ſudoris com mercio Chriſtus redemit. Reus itaque erit, non parui pretij, ſed ſanguinis Chriſti, qui uiolat & commaculat animam, Chriſti ſanguine & paſsione mundatam. Blaſphemus, homicida, caſtitatis proditor. Hæc tria capitali ter occidunt. Conteſtamur charitati ueſtræ cauſas æternorum malorum, blaſphemus, homicida, proditor caſtitatis ſuæ, expugnator alienæ, ideſt qui legitimum cubile tranſgreditur, qui extra coniugem ſuam per mortife ros errat amplexus, reus erit æternę mortis, quia uilem in ſe habuit ſangui nem redemptoris, & quia clamat Apoſtolus, neque adulteri, neque rapa ces regnum Dei poſsidebunt, abſtineamus manus ab alienis, oculos ab aliena. Caueamus ne corpori illius quod de noſtro Chriſtus adſumpſit, iniuriã faciamus in noſtro corpore; caueamus ita peccatis & criminibus uitam ponderare, ut ad nos non reſpiciat prophetia illa terribilis, non.n. eſt inquit, Deus in conſpectu eius, polluuntur uiæ eius in omni tẽpore, au feruntur iudicia tua a facie eius. Irremediabile periculum eſt, ſic aliquem uitijs & cupiditatibus frena relaxare, ut ſe rationem Deo non meminerit redditurum: quia puto magna ſit tam pœna peccati, metum ac memoriã futuri perdidiſſe iudicij. Non nobis ita dulcia ſint pauperum ſpolia, poſt modum nimis amaricatura. Nihilo minus, ſicut dictum eſt, refugiamus alienæ carnis abominanda contagia; uitemus obſcœna inimicæ uolupta tis incendia. Hæc qui agit chariſsimi, de ſtipula ac lignis iniquitatũ perpe tuos ſuccendit ignes, & nunquam concinnat uapores. Non tanti eſt uita, ſi ad hoc uiuat homo, ut in paucis uitæ huius annis conſumat æternos, & ſub breui fine congreget ſibi pœnas ſine fine manſuras.

Sed ne forte chariſsimi, aliquem nimis ſecurũ faciat aut remiſſum tam

noua fœlicitas credulitatis,ne forte dicat aliquis in corde ſuo:non me uſq; adeo conturbet & cruciet mea conſcientia, non me uſq; adeo contriſtet culpabilis uita; uideo ſub momento, uideo ſub exiguo ſpatio latroni crimina ſua fuiſſe donata. Primum conſideranda eſt in latrone illo, non ſolũ credulitatis compendioſa deuotio,ſed tẽporis illius ſub quo hæc agebantur occaſio,quo iuſtorum legitur titubaſſe perfectio. Deinde autem mihi finem uitæ latronis beatitudinem pollicere? Immittit diabolus ſecuritatẽ, ut inferat perditionẽ,nec dinumerari poſſunt quantos hæc inanis ſpei umbra deceperit. Deterreãt quæſo uos ab hac perſuaſione innumerabiles populi, ſub tanta ſecuritate nudi & uacui bonis, & malis pleni ex hac luce prærepti. Quotidie expaueſcẽda trãſitus noſtri & cõmigrationis incerta hora,quę & modo uel inſperata uel ſubita ſunt,& inæternũ remedijs cari tura ſunt,præueniendus eſt dies qui pręuenire conſueuit,ipſe ſe inducet,& de morte ſua illudet. Qui hæc cogitat, poteſt ei extremi tẽporis indulgentia ſubuenire. Non eſt hoc primum,quia periculoſiſsima eſt in ultimũ diẽ promiſſa ſecuritas. Deinde ſtultiſsimũ eſt, ut cauſa quæ de neceſsitatibus agitur æternis,mutabilitatibus uitæ deficientis cõmittatur extremis. Odibile eſt apud Deum,quando homo ſub fiducia pœnitentiæ in ſenectutem reſeruatæ,liberius peccat. Credite chariſsimi, difficile eſt ut callida ſimulatio ordinandæ conſummationis obtinere digna ſit facultatem, apud illũ cordis interpretem,ars non admittitur ad ſalutem.

Ille autem,de quo locuti ſumus,beatus latro, beatus inquam, non iam iuxta uiam inſidias tendens,ſed uiam ipſam in Chriſto tenens, ac uitę prędam ſubito rapiens,imutato genere, & noua ſpolia de morte propria reportans: ille nec ſalutis tempora ſciens diſtulit, nec remedia ſtatus ſui in momenta ultima inſœlici fraude poſuit,nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis nouiſsimũ reſeruauit,nec religionem ante,nec Chriſtum ſciuit.

19 Qđ ſi ſciſſet, fuiſſet forſitan ĩter Apl'os nõ poſtremus in numero,qui prior eſt factus in regno. Ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo,quia ad cõſequendam fidem non fuit extrema hora illa,ſed prima. Opus eſt ergo,ut homo quotidiano actu prouideat & procuret bonam conſummationẽ. Opus eſt ut tota 19 uita noſtra talis ſit in cõuerſatione,ut liberari mereamur in fine:ut inceſſabiliter diem trãſitus noſtri & tempus iudicij cogitantes,nos quoq; cum latrone iugiter proclamemus: Memento mei domine, cum ueneris in regnum tuum.

Vides quod ad hoc ut liberari mereamur i fine, opus eſt ut tota uita noſtra ſit in bona cõuerſatione ſita? Non ſufficit ergo credere tãtum in xp̃m.

Habtur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

VITA SIMONIS PETRI APOSTOLI per D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

SIMON Petrus obediens uel agnoſcens,filius Ioannis, frater Andreæ,ortus uico Bethſaida prouinciæ Galilææ, quæ eſt iuxta ſtagnũ Genezareth; cuius prima uocatio nominis Bariona,legis directa generatio eſt. Petrus,in Chriſti eccleſia firmamentum eſt. Cephas,corporis Chriſti principatus,& caput eſt. Simon Ioannis,uirginitatis generatio incorrupta eſt.

1 Qui dum 1 iuxta Ioannẽ habeatur tertius,circa Matthęum legitur primus; nec immeritò,quia Apoſtolorum princeps eſt,& confeſſor primus filij Dei diſcipulus, paſtor humani generis, petra eccleſiæ,clauicularius regni,amator Domini atq; negator,confitendo laudatus,præ-

Quod Petrus apud Matthæum legitur Apoſtolorum primus,

ſumendo elatus, negando lapſus, lachrymando purificatus, confeſsione probatus, paſsione coronatus; cui nomen ex opere datur, titulus ex merito poteſtatis imponitur. Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bythinia, Aſia, atq; Italia Euangelium prædicauit, atq; his uirtutibus magnus effulſit. Pendulo greſſu feruidū mare calcauit; Præteriens umbra ſua lāguidos ſanauit; Claudis priſtinum reintegrauit officium; Paralytici fluida membra in proprium reparauit ſtatum. Inter hæc defunctam uiduam ſuſcitauit: Ananiam & Saphitam reos perfidæ mortis enim aduerſione damnauit: Simonem etiam magicis artibus cœlum conſcendentem, ad terram eliſit. Hic poſtquam Antiochenam fundauit eccleſiam, ſub Claudio Cæſare contra eundē Simonem magum Romā pergit; ibiq; prædicans 2 Euangelium, uiginti & quinq; annis eiuſdem urbis tenuit pontificatum. Sexto autem & trigeſimo anno poſt paſsionē Domini, a Nerone Cæſare in urbe Roma deorſum, ut ipſe uoluit, uerſo capite crucifixus eſt. Sicq; poſt Apoſtolicum meritum, etiam martyrio coronatur. Sepultus Romæ in Vaticano ſecus uiā triūphalem, tertio lapide ab urbe ad Orientalem plagā.

id eſt dignitatis prærogatiua, non ordine uocationis. Nam primo uocatus eſt Andreas, aut ſaltem ſimul cum Petro, & ut hic dicit Iſidorus, apud Ioannem Petrus tertius ponitur.

2 *Habes hic tria cōtra Sciolos noſtri tpis, nēpe Petrum Romæ fuiſſe, ibiq; Euangelium pdicaſſe, Romæ martyrio coronatum, Romæ etiā fuiſſe ſepultum.*

VITA SANCTI PAVLI APOSTOLI per Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

PAVLVS, qui antea Saulus, Apoſtolus gentium, aduocatus Iudæorum, a Chriſto de cœlo uocatus, & in terra proſtratus, qui oculatus cecidit, cœcatus ſurrexit, ex perſequutore factus eſt uas electionis, & ex lupo agnus, inter Apoſtolos uocatione nouiſsimus, prædicatione primus, in lege Gamalielis diſcipulus, in euangelio Chriſti ſeruus, cuius patria Iudæa fuit, genus de tribu Beniamin. Hic ſecundo poſt aſcenſionem Domini anno baptizatus, dignitatem 3 meruit Apoſtolatus; atque plus omnibus laborans, multò latius inter cæteros uerbi Dei gratiam ſeminauit, atq; doctrinam Euangelicam ſua prædicatione compleuit, incipiens ab Hieroſolymis uſq; ad Illyricum, & in Italiam Hiſpaniamq; proceſsit, ac nomen Chriſti multarum gentium populis manifeſtauit, quibus non fuerat declaratum. Cuius miracula iſta eſſe noſcuntur. Raptus tertiū cœlum aſcendit. Seducentem Phytonis ſpiritum imperata diſceſsione dānauit. Adoleſcenti mortuo uitalem redintegrauit ſpiritum. Cœcitate præcluſit Magum. Claudo proprium reformauit inceſſum. Diri ſerpentis nec ſenſit morſum, ſed igni dedit arſurum. Patrem etiam Publij a febribus orando ſanauit. Ob amorem quoq; Chriſti multas paſſiones ſuſtinuit. In primis Iudaicas perſequutiones, & gentium miſerias, & laborem, famem, ſitim, frigus, & nuditatem, die ac nocte profundi naufragia, mille pericula, ferrum, uerbera, carcerales tenebras, tormenta catenarum, calores, & uincula. Inter hæc ligatur, & Iudæis traditur, a gentibus lapidatur ad necem, in ſporta per murum dimittitur, uirgis cæditur, pœnis arctatur, in carcere uinctus, terræmotu facto, reſoluitur. Ad ultimum a Nerone gladio occiditur eo die, quo & Petrus crucifixus eſt. Sic enim oportuerat, ut ij, qui ſimul confeſsi ſunt, uno die coronarentur. Sepultus eſt Romæ uia Hoſtienſis, anno poſt paſsionem Domini trigeſimoſexto, tertio milliario ab urbe, contra orientalem plagam.

3 *Dignitatem meruit apoſtolatus.*

Eſt ſermo. 67. in ordine ſermonum eius.

VITA ITEM SANCTORVM APOSTOLORUM Petri & Pauli, per Diuum Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

4 *Natalem beatiſſimorum apoſtolorum Petri & Pauli hodie celebrantes. Ergo ultra diem Dominicum patres ueteres alia feſta celebrabant.*

5 *Ecce quomodo ſolennitates ſanctorum magna olim cum lætitia celebrabant.*

NAtalem 4 beatiſsimorꝫ apoſtolorꝫ Petri & Pauli hodie celebrãtes, diuerſis epulis nos reficere debemus; & tantam feſtiuitatem magna cum lætitia celebrare. Quis enim talium uirorum ſolennitatem non 5 magna cum lætícia debet celebrare? Quis enim talium uirorum ſolennitate non magnos ſibi exhibeat apparatus, ut quo plus expenderit, plus ſe apoſtolos confirmet amare?

Veruntamen non opus eſt proprio ſumptu ad refectionem noſtram, nã natali ſuo ſanctus Petrus ipſe nos reficit. Eſt enim omnibus copijs refertũ uas ei, quod illi de cœlo eſurienti delatum eſt. Igitur qui eſurit ſicut Petrus, reficitur ipſe cum Petro. Vt quid ergo præparemus nobis proprium prandium, cum apoſtolico ferculo ſaginemur? Cur nobis inquiramus terrenas epulas, cum cœleſtes copias habeamus? Dicit enim ſanctus Lucas in Actibus Apoſtolorum, poſt orationem eſurienti Petro circa horam ſextam, aperto cœlo uas quoddam ſplendidum uelut linteum fuiſſe delatũ, in quo erãt quadrupedia & repentia terræ, & uolatilia cœli, & dixiſſe dominum ad eum: Petre ſurge, imola & manduca. Ecce Petrus qui dicit alibi: Aurum & argentum non eſt mihi, nunc conuiuij eius uaſculum ſplendidius eſt argento. Et qui propter Chriſtum argenti ſpeciem refutaſſet, per Chriſtum argenti nitore ditatur. Pranſuro igitur Petro deſunt cocorum apparatus, deſunt obſequia famulorum, ſed quod eſt melius, miniſteria diuina non deſunt, & utilioris cõmunione ſancto uiro quod deeſt in terris, abundat in cœlis. Vt reficiatur enim Petrus, non cellarium ſollicite reſeratur, ſed cœlum ipſum protinus aperitur.

Legimus in ſcripturis ſanctum Heliam in deſerto coruis miniſtrantur paſtum, quanto melius Petrus, cui non paruam eſcam terra auis porrigit, ſed integrum conuiuium multitudo angelica ſumminiſtrat. Poſt orationem ergo eſurijt Petrus. Mirandum cur ſanctum uirum poſt orationem fames ſequatur, cum ſoleat fames oratione depelli, eſuriens anima non niſi obſecrationibus ſaginari? Sed puto Petrum poſt orationem non cibũ eſuriſſe hominum, ſed ſalutem, nec inedia uexatum eſſe corporis; ſed inopia credentium laboraſſe. Cum enim Iudaicus populus perfidus & ingratus, illo prædicante, Chriſto non crederet, famẽ quodã modo Petrus ſui officij ſuſtinebat. Famẽ enim patitur, qui minime fructũ ſui laboris aſſequitur.

6 *Petrus aſcendit hora ſexta ad orãdum. Ergo oratio non eſt res grauis aut ſuperflua.*

In cœnaculum igitur ad orationem feſtinus aſcendit. Bene ait in cœnaculum ad orationem 6 aſcendiſſe Petrum, quia omnis ſanctus quando orat, relinquens humilia uel terrena, in altum mentis extollitur, & in ſublime ſuſpenſus rapitur, & cogitatione ſancta cœlo uicinus efficitur. Atque ibi eſurienti illi, hoc eſt cogitanti in cordis ſui ſublimiori loco pro ſalute Iudaici populi, offertur uas diuerſorum generũ animalibus plenũ, uelut diuinitate dicente illi: Tu in Iudæos ſolos eſuris, ecce famẽ fidei tuæ cunctarũ gentium diuerſitate reficio. Nam utiqꝫ diuerſa animalia collecta in uno uaſculo diuerſarꝫ gentiũ congregatio collecta in una eccleſia demonſtrat, quæ eccleſia in illius uaſculo ſplendido dum non habet maculam neque rugam, lintei nitore reſplendet. In qua primum animal Deo ex gentibus

centurio Cornelius eſt immolatus.

De hoc ergo uaſculo ſuo hodie nos reficit Petrus. Cum enim uidemus gentilium turbas ad fidem Chriſtianitatis accurrere,ſimul cum Apoſtolis gratulamur. Non 7 enim mortui ſunt quorum curamus natalem hodie,ſed renati uiuunt plane,quia participes effecti ſunt Chriſti,qui uita eſt omnium. Quamuis enim corpora paſſione cæſa ſint, interruptus tamen non eſt ordo uiuentium.Iugiter enim & deo gratias agunt, & laudes ſaluatori referunt, niſi quod reſoluta membrorum ſarcina magis adhærent Chriſto,ſicut ait Paulus:Diſſolui & cum Chriſto,eſſe quanto melius. Nō ergo dicenda eſt mors,qua interueniēte caremus perſecutoribus,& Chriſto connectimur.Non eſt planè dicenda mors,quæ Chriſto mortuum ſocians,lucrum efficit morientis, ſicut ait beatus Apoſtolus:Mihi enim uiuere Chriſtus eſt,& mori lucrum.Illa autem uera eſt mors,quæ etiam uiuentem hominem peccatorum morte conſtringit,qui quamuis uiuere uideatur,ſceleribus tamen ſuis morti iam uidetur addictus, ſicut ait Apoſtolus de illa delicioſa uidua,Hæc autem uiuens mortua eſt.

7 Si ſancti Apoſtoli die paſsionis ſuæ nō ſunt mortui ſed renati,cur audes illos appellare emortuos?

ITEM DE EISDEM PER EVNDEM D.Ambroſium Epiſcopum.

Eſt ſer.lxyiij.in ordine ubi ſupra.

NOtum omnibus uobis eſt fratres & uniuerſo mundo notiſſimum, quod beatiſſimorum Petri & Pauli natalis eſt hodie, nec aliquam partem orbis latere poteſt tanta deuotio.ſiquidem de ijs dicat Dauid propheta:In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum.In omnem terram mirabilium Petri uirtus diffuſa eſt,& in fines orbis terræ epiſtolarum Pauli uerba penetrarunt.

Quis enim non audiuit,quod primum Petrus ſedenti ad portam ſpecioſam claudo,& ex matris ſuæ olim uentre,iam debili,pedum reſtituerit firmitatem,ut quod natura minus contulerat,apoſtolica gratia repararet. Cum enim idem claudus ſtipem rogans,aliquid pecuniæ ſe ab Apoſtolis crederet accepturum,ait illi Petrus:Argentum & aurum non habeo, ſed quod habeo,hoc do tibi.In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.Beata planè largitas,quæ petenti,argentum quidem nō contulit,ſed contulit ſanitatem.Beata largitas,quæ de theſauris ſuis aurū non protulit,ſed protulit medicinam.Beatus & ille claudus, qui dum ſtipem quærit pecuniæ,diuitias incolumitatis accepit.Hoc enim ab Apoſtolis donatum meruit,quod nullis theſauris a medicis redimere potuiſſet.

Primum ergo ſignum mirabilium ſuorum Petrus fecit,claudo pedum reſtituendo ueſtigia. Diximus frequenter ipſum Petrum à domino nuncupatum,ſicut ait:Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.Si ergo Petrus petra eſt ſuper quam ædificatur eccleſia,rectè prius pedes ſanat.Vt ſicut in eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet.Rectè inquā primum in Chriſtianos pedes curat,ut iam non intrepidus nec imbecillis poſſit ſuper petram eccleſiæ,ſed robuſtus & fortis incedere.

Vbi autem uerba Pauli apoſtoli non leguntur?Qui locus ea non literis inſcribit,corde retinet,conuerſatione cuſtodit,quia Paulus a domino uas electionis eſt nominatus?Bonum uas in quo precioſa mandatorum Chri-

ſtiani præcepta conduntur,bonum uas de cuius plenitudine ſubſtantia ui tæ populis ſemper erogatur & plenum eſt.

Optima Apoſtolorum nomina,petra & uaſculum,neceſſaria domui ſal uatoris.Domus enim fortitudinis petra cōſtruitur,utilitate uaſis ornatur. Petra ad firmitatem ne labantur ſuſtentat populos, uas ad cuſtodiam ne tententur operit Chriſtianos.Exitus uero eorum de hocſeculo, quàm bea tus fuerit,nemo eſt qui neſciat.Nam prima hæc in illis beatitudo eſt,quod ambo una die paſſi eſſe noſcuntur,ſcilicet,ut quos una fides ſeruitio deuin xerat,una fides martyrio coronaret.

Deinde ipſa paſſio licet diuerſa in ſingulis fuerit,tamen quanta referta eſt gratiæ ſanctitate? Nam Petrus crucis ſicut ſaluator exitum tulit,& à do minicæ deuotionis ſimilitudine nec morte diſcretus eſt, ſcilicet,ut quem imitabatur fide,imitaretur & paſſione,De Pauli uero ceruice cum eam per ſecutor gladio percuſſiſſet,dicitur fluxiſſe lactis magis unda quàm ſangui nis,& mirum immodum ſanctum apoſtolum baptiſmi gratia in ipſa cęde extitiſſe ſplendidum potius quàm cruentum.

Quæ quidem res in ſancto Paulo ſtupenda non eſt. Quid enim mirum ſi abundat lacte nutritor eccleſię,ſicut ipſe ad Corinthios ait:lac uobis po tum dedi,non eſcam?Hæc eſt planè repromiſſionis illa terra,quàm patri bus noſtris deus promiſit,dicendo:Dabo uobis terram fluentem lac, & mel.Non enim de hac terra locutus eſt quæ manantibus aquis cænum in uoluit,lutumque permiſcet,ſed de illa terra Pauli, & ſimilium Pauli, quæ iugiter purum ſuaueque diſtillat.Quæ enim pauli epiſtola non melle dul cior eſt,lacte candidior? Quæ epiſtolæ tanquam ubera eccleſiarum po pulos enutriunt ad ſalutem. De ceruice ergo Apoſtoli pro ſanguine lac manauit.

8 Legimus in ipſo, quoniam caro & ſanguis regnum dei non poſſide bunt.Igitur iam 8 Paulus poſſidet regnum,quoniam caret & ſanguine, qui impedire dicitur regnaturum. Adhuc ergo Paulus in terris poſitus,etiã in regni cœleſtis ſubſtantiam transformatur.

Iam Paulus poſsidet regnum cœlorum.

ITEM DE BEATISSIMO APOSTOLO PE tro per D. Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem.

Ex ſermo. xlvi. in ordine ſermonū eiuſdē.

DIximus fratres quod ad ſimilitudinem Euæ Petrum oſtiaria Mulier quoque deceperit,& ſicut Adam fœmina circunſcripſit, ita & Apoſtolum fœmina circunuenerit. Vſitatus enim ad decipiendum ſexus eſt,fraudis ſuæ uaſculum in oſtiaria diabolus recognouit. Fides uero non niſi per mulierem oppugnari conſueuit.Ibi Adam per Euã ſuperat, hic Petrum uincit per oſtiariam.

Fuit enim ſicut legimus in paradiſo dilitiarum diabolus,nec defuit,ſicut intellegimus,in prætorio Iudæorum.Ibi imminebat ſathanas ſerpens, hic Iudas coluber perurgebat.Eſt ergo eadem ſimilitudo deceptionis in Petro,quæ in Adam fuit,quoniam eadem eſt & ſimilitudo mandati. Accepit enim a domino uterque mandatum,Adam ne tangeret,Apoſtolus, ne negaret. Ille ne lignum ſcientiæ præſumeret,hic ne crucem ſapientiæ præteriret,ſed transgrediens uterque præceptum, pari modo delinquunt. Guſtat ille quod non licet,loquitur iſte quod non decet,& tamen facilior

negatio Petri quàm Adæ præuaricatio. Citius enim Apoſtolo quam protoplaſto ſubuenitur. Hunc etenim deus ad ueſperum requirit errantem, illum dominus pullorum cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit, Petrus conſcius dicti correctus ingemuit. Ille deprehenſus feſtinat ad latebras, hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas. Velut latenti enim & celanti a diuinitate Adæ dicitur, Adam ubi es? Non quod Adã conſpectum domini latere potuerit, ſed quod peccatrici conſcientiæ nullus locus tutus uel certus ſit, dum metuit deprehendi. Reſpexit dominus, & apertis oculis eius emendauit errorem. Recte oculis emendat, quia ſcriptum eſt, Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum.

Ergo Petrus prorupit ad lachrymas, nihil uoce precatus. Inuenio enim quod fleuerit, non inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, ſatisfactionem 9 non lego. Recte planè Petrus fleuit & tacuit, quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari, & quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lanat enim lachryma delictum, quod uoce pudor eſt confiteri. Lachrymæ ergo uerecundiæ conſulunt pariter & ſaluti, nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando. Lachrymæ inquam tacite quodammodo preces ſunt, ueniam non poſtulant & merentur, cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur, niſi quod utiliores lachrymarum preces ſunt quam ſermonum, quia ſermo in precando forte fallit, lachryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lachryma ſemper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non utitur ſermone quo ſe fellerat, quo peccauerat, quo fidem amiſerat, ne per id ei non credatur ad confitendũ, quo uſus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult cauſam ſuam flere quam dicere, & quod uoce negauerat, lachrymis confiteri.

9 Ecce Hæreticorum Achillem contra fideliũ ſatisfactiones. Sed nõ aſtipulatur uerbum Ambroſij ſententiæ eorum. Nõ enim hic ſatisfactionem accipit pro opere pœnali uindicatiuo delicti patrati in ſe, ſed pro excuſatione qua ratio redditur alicuius operis cõmiſsi, quẽadmodũ alibi Paulus ait, Bono animo pro me ſatisfaciã. Quodque hæc ſit Ambroſii intẽtio, uel ex uerbis collige quæ hic ſubduntur, Recte plane fleuit et tacuit, quia quod defleri ſolet, nõ ſolet excuſari. Et quod defendi non põt, ablui põt. Ipſi ãt fletus et lachrymæ petri, quid aliud fuerũt quã uera pro peccato commiſſo ſatisfactio? Non igitur tolluntur hoc in loco ſatisfactiones, imo ſtabiliuntur magis.

Inuenio autem & aliud cur tacuerit Petrus, ne tam cito ueniæ poſtulatio per impudentiam plus offenderet quam impetraret. Solet enim citius mereri indulgentiam, qui uerecundius deprecatur. In omni 10 igitur culpa ante flendum eſt, ſic præcandum. Scimus iam hoc exemplo quemadmodũ noſtra peccata curemus. Ecce nihil nobis Apoſtolus nocuit quod negauit, & plurimum profuit quod emendauit. Denique imitemur eum dicentem alibi, Cum enim tertio interrogaretur a domino, ſimon amas me? Reſpondit tertio, Domine tu ſcis quia diligo te. Ait dominus, paſce oues meas. Et hoc tertio, quod quidem dictum ad compenſationem prioris profecit erroris. Qui enim dominum tertio negauerat, tertio confitetur, & quotiens culpam delinquendo contraxerat, totiens gratiam diligendo conquirit.

Videte ergo quãtum fletus profuerit Petro, antequam fleret lapſus eſt, poſteaquam fleuit, electus eſt: & qui ante lachrymas prguaricator extitit, poſt lachrymas paſtor aſſumptus eſt: & alios regendos accepit, qui prius ſe ipſe non rexit.

10 Si in omni culpa ante flẽdum eſt, & ſic precãdum, ergo in omni culpa requiritur ſatiſfactio.

ITEM DE EODEM EX D. Ambroſio prædicto.

ASTRUXIMUS ſuperiore dominica ſanctum Petrum in ſaluatoris paſſione ſine erroribus profeciſſe, & poſteaquam negauit dominum deum, fuiſſe meliorem. Fidelior enim factus eſt poſtquam fidem ſe

Eſt ſerm. xlvij. in ordine ſermonum eiuſdem.

perdidiſſe defleuit. atque ideo maiorem gratiam repperit quàm amiſit. Tanquam bonus, enim paſtor tuendum gregem accepit, ut qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret.

A Denique pro ſoliditate deuotioni eccleſiarum A petra dicitur, ſicut ait dominus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemq́ contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus, dicitur, & petra pro uirtute dominus nuncupatur, ſicut ait Apoſtolus: Bibebant autem de ſpirituali conſequenti eos petra, Petra autem erat Chriſtus. Recte conſortium

Petrus fuit petra ſup quē fundata fuit ecclesia.

II meretur nominis, qui conſortium meretur operis. In eadē enim domo. Petrus fundamentum poſuit, Petrus plantat, dominus incrementum dat, dominus irriguum ſubminiſtrat. Petrus enim tentationibus ſuis proficit, fletibus ſuis gaudet, periculis ſuis creſcit.

Petrus cōſortium meretur nominis domini

Sic nanque in mari dum ſuper undas temerarius uiator ingreditur, nutat in ceſſu, ſed conualeſcit affectu, periclitatur corpore, ſed deuotione nō labitur mergitur pedibus, ſed Chriſti dextera ſuſtētatur. Sūſtentat fidem quem unda mergebat, & quem fluctuum procella turbabat, ſaluatoris dilectio confirmabat. Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectione quàm pedibus. Non enim uidebat ubi pedum ueſtigium poneret, uidebat autē ubi figeret ueſtigium charitatis. In naui enim poſitus conſiderat dominū, & amore eius ductus deſcendit in mare, non cogitat labentes aquas, non fluenta currentia: & dum Chriſtum reſpicit, non reſpicit elementum. Credit fide etiam inter undas, non tamen turbatur Petri ſemita quæ ducit ad dominum. Ambulat igitur ſuper aquas Petrus, & ſub pedibus eius mollis unda non cedit.

Legimus in ueteri teſtemento filios Iſrael per mare rubrum ſiccis itineribus ambulaſſe, & ad ſecuritatem gradientium ne laberetur unda, in ſoliditatem quandam eam fuiſſe mutatam, Quanto hoc melius, ubi ambulāte Petro, nec mutatur unda, nec labitur, nec ſolidatur aqua, nec refugit? Melius inquam eſt, ubi eadem unda quę fluctuat, & ſuſtentat, ubi idem gurges qui mergitur, & famulatur. Illic ut portaretur per mare populus Iſrael, meatum ſuum natura perdiderat: ſic portatur in aquis Petrus, & curſum ſuum fluenta non perdunt.

Temerarius ergo uiator Apoſtolus, noui itineris uiam carpit, modo cur uati gurgitis molem aſcendit, modo ſubſidentis ſinus undam deſcendit, & inter marinos fluctus aſcenſus illi itineris deſcenſuſq́ non deeſt: ſed ubi turbatus uentis, exagitatus procellis incipit timere quod credidit, ſtatim ei gurges ſubtrahitur, unda ſubducitur. Mox defatiſente fide, fatiſcit ſemita, tunc exclamans dominum Ieſum ſaluum ſe fieri deprecatur, quem apprehenſum manu ſaluator liberat, & obiurgat dicens: Modicæ fidei quare dubitaſti? Hoc eſt, cur tam paruæ fidei es, ut qui credendo mare ambulare cœperas, non id perſeuerando tranſires? ſcriptum eſt enim: Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluum erit, ſed dum cunctaris & dubitas, iter quod ingreſſus fueras perdidiſti. Cur inquam tam modicæ fidei es, ut non ea fide qua uenire cœperas, peruenires? Intellige ergo quod in mari credulitas quæ portabat, perfidia ſummergebat.

Igitur

Igitur fratres ſanctus Petrus dum fluctuat, dum mergitur, dum periclitatur, ſic peruenit ad dominum, oſtendens nobis quod non niſi per pericula properatur ad Chriſtum. Multi enim diabolici fluctus ſunt in hoc mundo, tentationum multa naufragia, a quibus ita liberari poſſumus, ſi clamantibus manum ſuam Saluator extenderis. Nos ergo clamare ad dominum non ceſſemus, ille auxilium ſolitum non negabit.

ITEM DE BEATO PETRO APOſtolo per eundem.

ADuertitis quod ſeruulos Chriſti.ij. magis cuſtodiant qui non uidẽtur, quàm qui uidentur? Sed & illi ſi cuſtodiunt, ueſtris cuſtodiunt orationibus aduocati. Legiſtis nempe eoſipſos, qui Heliſæum quęrebant, ingreſſos eſſe Samariam ad eum ipſum, quem capere geſtiebant. Cui non ſolum non potuerunt nocere, ſed ipſius aduerſus quem uenerant interceſsione ſeruati ſunt. Petrus quoq; apoſtolus utriuſq; rei uobis ædat exemplum. Nam ubi eam Herodes quæſiuit & cœpit; recepit in carcerẽ. Non enim receſſerat dei ſeruulus, ſed ſteterat timoris ignarus. Orabat 12 pro eo eccleſia, ſed Apoſtolus in carcere quieſcebat; quod eſt indicium nõ timentis. Miſſus eſt angelus qui dormientem excitaret, per quem Petrus productus e carcere: mortem ad tempus euaſit.

Ex oratione diui Ambroſij de tradẽdis baſilicis, quæ habetur libro quinto epiſtolarum eius.

12 *Orabat pro Petro eccleſia, ergo res bona oratio, & non ſuperflua.*

Idem Petrus poſtea uicto Simone, cum præcepta Dei populo ſeminaret, doceret caſtimoniam, excitauit animos gentilium; quibus eum quærentibus, chriſtianę animę deprecatæ ſunt, ut pauliſper cederet. Et quamuis eſſet cupidus paſsionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus eſt. Rogabatur enim; ut ad inſtituendum & confirmandum populũ ſe reſeruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit, & uidens ſibi in porta Chriſtum occurrere, urbemq; ingredi, ait: Domine quo uenis? Reſpondit Chriſtus, Venio iterũ crucifixi. Intellexit 13 Petrus ad ſuã crucem diuinum pertinere reſponſum. Chriſtus enim non poterat iterum crucifigi, qui carnem paſsione ſuſceptæ mortis exuerat. Quod enim mortuus eſt, mortuus eſt ſemel, quod autem uiuit, uiuit Deo. Intellexit ergo Petrus, q᷑ iterum Chriſtus crucifigendus eſſet in ſeruulo. Itaq; ſpõte remeauit, inter rogantibus Chriſtianis reſponſum reddidit, ſtatimq; correptus per crucem ſuam honorificauit dominum Ieſum; Videtis igitur quod in ſeruulis ſuis pati uelit Chriſtus.

13 *Hoc factum Romæ contigit, quo etiam in loco uſq; hodie extat ſacellum extra portã Appiã in huius rei memoriam extructum, q᷑ uulgo domine quo uadis appellatur.*

ITEM ADHVC DE BEATO PETRO Apoſtolo ex Arnobio.

ENumerari poſſunt, atque in uſum cõputationis uenire ea, quæ in India geſta ſunt, apud Seras, Perſas & Medos, in Arabia, Aegypto, in Aſia, Syria, apud Galathas, Parthos, Phrygas, in Achaia, Macedonia, Epiro, in inſulis, & prouincijs omnibus, quas Sol oriens, atq; occidẽs luſtrat, ipſam denique apud dominam 14 Romam, in qua cum homines ſint Numæ regis artibus, atque antiquis ſuperſtitionibus occupati, nõ diſtulerunt tamen res patrias linquere, & ueritati coaleſcere chriſtianæ.

Habentũr hæc in lib. 2. Arnobij aduerſus gentes.

14 *Ecce tu qui negas Petrum Romæ fuiſſe, cum Arnobius recenſeat eius conflictum*

Viderãt enim curſum Simonis magi, & quadrigas igneas, Petri ore diſ-

quem ibi cum Simone mago habuit. Sed quid hæretico homine impudentius?

ſtatas, & nominato Chriſto euanuiſſe. Viderant enim, inquam, fidentem dijs falſis, & ab eiſdem metuentibus proditum pōdere præcipitatum ſuo, cruribus iacuiſſe præfractis, poſt deinde perlatum Brundam, cruciatibus, & pudore defeſſum, ex altiſsimi culminis ſe rurſum præcipitaſſe faſtigio.

Quæ omnia uos geſta neque ſcitis, neque ſcire uoluiſtis, neque unquā uobis neceſſaria iudicaſtis, ac dū ueſtris fidiis cordibus, & quod typhus eſt, ſapientiam uocatis, dediſtis circūſcriptoribus locum, illis, inquam, noxijs, quorum nomen intereſt obſoleſieri chriſtianum, ſuperfundendi caligines, atque obſcurandi res tantas, eripiendæ uobis fidei ſubijciendiq; cōtemptus, ut quia ſibi præſentiunt finem pro meritis imminere, uobis quoque immitterent cauſam, per quam periculum adire poſſetis, & uiduari benignitate diuina.

NARRATIO DE HIS QVI AD ÆDES APOſtolorum Petri & Pauli tempore Alarici Gothorum regis confugerunt, & de uaſis Eccleſiæ beati Petri miraculo ſeruatis per Paulum Oroſium digeſta.

Habetur lib. 7. hiſtoriæ eiuſdem, c. 39.

15 *Si hæc uaſa aurea et argentea quæ in templo apoſtoli diuinis ſacrificijs inſeruiebant, non fuiſſent Deo grata, nec illi placuiſſent non fuiſſent tam mirabiliter a Barbarorum manibus reſeruata.*

16 *O rem mirandā barbari hoſtes pſeruant eccleſias et illarū uaſa, noſtri hæretici diripiunt, euertunt, pphanant. Vides ut in hoc facto non ſint his gentilib⁹ ſimiles, ſed longe deteriores?*

17 *Habes hic quam ſit cara Deo uirginitas, habes & tantum publicum cum hymnorum recitatione.*

ADeſt Alaricus Gothorū rex, Trepidam Romam obſidet, turbat, irrumpit. Dato tamen præcepto prius, ut ſi qui in ſancta loca præcipueq; in ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas confugiſſent, hos imprimis inuiolatos ſecuroſq; eſſe ſinerent. Tū deinde inquantum poſſent prædæ inhiantes, a ſanguine temperarent.

Accidit quoque, quo magis illa urbis irruptio, indignatione Dei acta, quam hoſtis fortitudine probaretur, ut beatus Innocentius Romanę eccleſiæ Epiſcopus, tanquam iuſtus loth ſubtractus a Sodomis, occulta prouidētia Dei apud Rauennā tunc poſitus, pctōris populi nō uideret excidiū.

Diſcurrentibus itaque per urbem barbaris, forte unus Gothorū, idemq; potens, & chriſtianus, ſacram Deo uirginem iam ætate prouectam, in quadam eccleſiaſtica domo reperit, cumq; ab ea aurum argentumq; honeſte expoſceret, illa fideli conſtantia eſſe apud ſe plurimum, & mox proferendum ſpopondit, ac protulit. Dumq; expoſitis opibus attonitum barbarū magnitudine, & pondere, ac pulchritudine, ignota etiam uaſorū qualitate uideret, uirgo Chriſti ad barbarum ait; Hæc Petri apoſtoli ſacra miniſteria ſunt, Præſume, ſi audes de facto, tu uideris. Ego, quia defendere nequeo contendere non audeo.

Barbarus uero ad reuerentiā religionis timore Dei & fide uirginis motus, ad Alaricum hæc per nuntium retulit, qui continuo 15 reportari ad Apoſtoli Baſilicam uniuerſa, ut erant, uaſa imperauit, uirginem 16 etiā ſimulq; omnes, qui ſe adiungerent chriſtianos, eodem cum defenſione deduci. Ea domus a ſanctis ſedibus longo, ut ferunt, & medio interiectu urbis aberat. Itaque magno ſpectaculo omnium diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palam aurea atque argentea uaſa portant, exertis undiq; ad defenſionem gladijs, pia pompa munitur Hymnis 17 Deo Romanis Barbariſq; concinentibus, publice canitur. Perſonat late in excidio urbis ſalutis tuba, omneſq; etiam in abditis latentes inuitat ac pulſat. Concurrūt undique ad uaſa Petri, uaſa Chriſti. Plurimi etiam pagani chri

ſtianis profeſsione, ſi non fide, admiſcentur: & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur euadunt. Quanto copioſius aggregātur Romani confugientes, tanto auidius circunfunduntur barbari defenſores.

O' ſacra & ineffabilis diuini iudicij diſcretio. O' ſanctum iſtud & ſalutare flumen, quod per arua exortum, dum beato alueo in ſanctorū ſedes tendit, oberrantes periclitātesq́ animas in ſalutis ſinū pia rapacitate peruexit. O' præclara illa chriſtianæ militiæ tuba, quæ generaliter cūctos dulciſsimo ad uitam modulamine inuitans, quos ad ſalutem inobedientes nō ſuſcitauit, inexcuſabiles reliquit ad mortem. Myſterium hoc quod transferendis uaſis, dicendis hymnis, ducendis populis fuit, tanquam magnū cribrum fuiſſe arbitror, per quod ex congregatione populi Romani, tanquā ex magna maſſa frumēti, per omnia ex uniuerſo ambitu ciuitatis latebrarum foramina, effluxere grana uiua, ſiue occaſione, ſiue ueritate commota, omnia tamen de præſente ſalute credentia, ex horreo dominicæ præparationis accepta ſunt. Reliqua uero ſicut ſtercora, & uelut paleę, ipſa uel incredulitate, uel inobedientia præiudicatæ, ad exterminium atque incendium remanſerunt.

Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat? Tertia die barbari, quàm ingreſsi urbem fuerant, ſponte diſcedūt, facto quidem aliquantarum ædium incendio, ſed ne tanto quidem, quantum ſeptingeſimo conditionis eius anno caſus effecerat. Nam ſi exhibitam Neronis Imperatoris ſui ſpectaculis inflāmationem recenſeam, procul dubio nulla comparatione æquiparabitur, ſecundum id, quod excitauerat laſciuia principis, hoc quod nūc intulit ira uictoris. Neque uero Gallorum meminiſſe in huiuſmodi collatione debeo, qui continuo penè anni ſpatio incenſæ euerſæq́ urbis attritos cineres poſſederunt.

Et ne quiſquam forte dubitaret ad correptionem ſuperbiæ, laſciuiæ, & blaſphemiæ ciuitatis hoſtibus fuiſſe permiſſum, eodem tempore clariſsima urbis loca fulminibus diruta ſunt, q̄ inflāmari ab hoſtibus nequerunt.

VITA BEATISSIMI PAVLI APOSTOLI per Diuum Damaſum papam ſcripta.

IAm dudum Saulus proauorum dogmata zelans,
Cum domino patrias uellet præponere leges,
Abnueretq́ ſacros Chriſtum ceciniſſe prophetas,
Dum lacerat ſanctæ matris pia uiſcera cęcus
Cędibus aſsiduis ardens decerpere plebem.
Poſt tenebras, uerum cœpit cognoſcere lumen,
Tentatus ſenſit quid poſſet gloria Chriſti.
Senſibus ut domini uocem lucemq́ recepit,
Inſtruitur mores, Chriſti præcepta ſecutus
Vt lotus placuit ſancto de nomine Paulus
Mira fides rerum, ſubito trans æthera uectus.
Illi noſſe datum, quid poſſent præmia uitæ
Tertia lux cœli, tenuit paradiſon euntem.
Colloquijs domini fruitur, ſecreta reſeruat.
Gentibus ac populis prædicere uera iubetur,

Iactatuſq́; maris noctemq́;,diemq́; profundo,
Vixit,at hunc tantum mirum eſt ſuperaſſe laborem
Verbera,uincla,famem,lapides,rabiemq́; ferarum,
Carceris illuuiem,uirgas,tormenta,catenas,
Naufragium,lachrymas,ſerpentis dira uenena,
Stigmataq́;,exultat portare in corpore,Chriſti,
Credenteſq́; docet qua poſsint uincere mortem,
Digne Deo,uiuis per ſecula cuncta magiſter,
Verſibus his breuiter fateor ſanctiſsime doctor,
Ipſe tuos Damaſus uolui monſtrare triumphos.

Habetur in libro homiliarum eius de ſanctis.

VITA ALIA SANCTORVM APOSTOLOlorum Petri & Pauli per D.Euſebium Emiſſenum ſcripta.

BEatorum martyrum præclara geſta & ſpecioſa certamina, fideliū incitamina ſunt & exempla. Armantur enim filiorum animi,dum patrum recenſentur triumphi. Clamat utique chriſtianorum cordibus ſanguis piorum, ſanguis ſpiritalium bellatorum, quantum amari debeat Deus.Non ſolum enim tranſitoria ſermonis inſtitutione rem peragūt,nec nuda tantum uoce nos inſtruunt; ſed per lucis ſalutiſq́; contemptum, inſinuant nobis auctoris affectum; & ſimul tepidis ac dormientibus nobis,
18 æternæ illius uitæ dulcedinem,auiditatem, iocunditatem ante oculos ſtatuunt:ut uel ſic intelligamus quantum debeat deſiderari uita illa, quā 18
per cruciatus,per uulnera,per intolerādos labores uideamus inquiri, quā cognoſcimus precio ſanguinis comparari.

Nota tu hæretice,qui nihil horum pati uis, ut ſaluus fias, ſed in ſola inani fide tua confidis.

Huius itaque inexplebili ardore ſuccenſi chriſtianorum principes Petrus ac Paulus atque Andreas,fœnerauerunt uſuram Deo huius lucis,pro cōmercio æternitatis. Electi duo pręcipui,ad duorum populorum ſalutē, Petrus ad Iudæorum,Paulus ad gentium, erogant per omnem terràm pij diſpenſatores argentum igne examinatum, Sapientiæ aurum, fidei margaritam aperiunt,& gratuitum per cuncta diſpergunt theſaurū ſalutis æternæ.Attonitis itaque populis,geminę tubæ,ſpiritu maieſtatis impletę, gloriam Dei intonant,de quibus legimus: In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum.

Itaque tanq̃ ſagittę acutę potentiſsimæ de pharetra legis electa per totius orbis ſpatia deferuntur atque uibrantur,ut dura infidelium corda populorum,Dei timore confringerent,& bruta nationū pectora,ſalubri charitatis uulnere penetrarēt.Sicut exultat anima perfecta,quæ huiuſmodi in ſe ſagittam,ac telum dominici amoris exceperat, dicens: Quia uulnerata charitatis telo ego ſum.Duobus itaq; fontibus, ex unius fluminis impetu ebullientibus,ſitientiū animarum præcordia reficiūtur. Nouo uino inebriantur,nouo lumine irradiantur,noua ſalubritate curantur.

Putares duos medicos cœlo lapſos, qui officinam ſanitatum aperientes, diuerſo noſcent genere uarijs opem ferre languoribus. Aliorum oculis incredulitate cęcatis,ac nubilo infidelitatis hebetatis,iocundiſsimam claritatem infuſam fidei luce reddebant.Aliorum auribus,quæ ad uocem Chriſti obſurduerant,auditum mirabiliter imperabāt. Aliorum interiores uenas carnaliū incentiuorum febribus æſtuantes, prædicatione & caſtitatis refrigerijs

gerijs irrorabant. Ex aliorum uiſceribus malitiæ, ſuperbiæ, iracundiæ ſagittas, ac diuerſorum iacula peccatorum a diabolo inflicta euellebant, curantes adiutorio diuinitatis omnem languorem, & omnem infirmitatem. Ac ſic per uerbum ſobrietatis euacuantes omnem crapulam ueterum paſſionum, æternæ uitæ ſitim indigeſt's ac defœcatis mentibus imperabant, & temperato poculo cœleſtis antidoti, obliuionem præſentium, & futurorũ deſiderium propinabant.

Vere mirabiles lampadas æquali per uniuerſam terram luce fulgentes; ęquales enim illos, ac pares, per uaria, & diuerſa uirtutum genera dixerim, Petro quidem claues regni cœlorum domino committente creduntur; ſed Paulo quoque ſiue in corpore, ſiue extra corpus, uſque ad thronum tertium ſublimato, cœlorum ſecreta reſerantur. In paradiſo quoque arcana uerba panduntur, quæ non licet homini loqui. Quæ cum ita ſint, pene ſupra hominem eſt, cui creduntur eloquia homini non loquenda.

Sed forſitan dicat aliquis: quomodo iſte ſine clauibus penetrare potuerit diuinæ ædis excelſa? Agnoſcamus chariſſimi, ueras cœlorum claues, meritorum 19 eſſe uirtutes. Quantum autem arbitror, omnes in nobis habere poſſumus claues regni cœlorum, & quidem duplicem uim gerentes, duplicem habentes effectum: fides, humilitas, patientia caſtitas, quaſi bonæ claues aperiunt Dei portam. Sed & ſuperbiam, iracundiam, cupiditatẽ, non immerito claues eſſe dixerim: nam claudunt regna cœlorum. Primus angelus per ſuperbiam & elationem, magnam clauem & ualidiſſimam ſeram iter ſe & cœlum miſit, Paulus autem humilitatis ac pietatis clauibus, uſque ad tertiam cœli regiam penetrauit, æqualis per omnia uirtutibus Petro: Nam & ſi ille primus, iſte præcipuus.

Veræ cœlorũ claues, meritorum ſunt uirtutes.

Vnde chariſſimi, his ducibus per ſublimia ſalutiferi callis itinera, id eſt per dominica mandata gradientibus, circumfuſos innumerabilium hoſtiũ, quibus hinc inde iter noſtrum inuiſibiliter uallatur, inimicos peruigili circunſpectione caueamus, ne nos aut in ſiniſtra pernicioſa remiſſio, aut in dextera ruinoſa ſupplantet elatio; ne incipiat aut prauitas de negligentijs, aut uanitas pullulare de meritis: Quia illic de infirmitate peccatum, hic de uirtute fit uitium. Inueniemus autem morum inſtructionem, ſi uolumus, unde noſter uel armetur interior homo, uel hic deeſt aliquid. Et medicamenta ſumenda ſunt, quibus uel repellantur uulnera, uel ſanentur. Nullus profecto aut excuſationis, aut ueniæ relinquetur locus, quando omnis anima in promptu habere cognoſcitur oportunum pro ſui qualitate præſidium, id eſt illæſa munimentum, & uulnerata remedium.

ITEM VITA SANCTORVM APOSTOLOrum Petri, & Pauli per Diuum Gaudentium Epiſcopum Brixienſem ſcripta.

VEnerabilis antiſtes Chriſti, communis autem pater affectu quo me proficiſcentem detinuit, nunc etiam compulit excuſantem, ut iterum dilectionem ueſtram tractatu ſermonis alloquerer. Et idcirco aliquid de laudibus beatiſſimorum Apoſtolorum pro puſillitate ſenſus mei perſtringam.

Habetur in li iij. ſermonum D. Zenonis num. xlviij.

Ipſorum tamen quorum natalis eſt, precibus animatus, tres intelligi-

mus natiuitates humano generi ab æterna trinitate conceſſas. Vna carnalis eſt omnium, duæ ſpiritales ſunt pro merito fidei ſingulorum. Prima qua creamur ex nihilo in ſuperbiam uitæ mundanæ, ſecunda qua regeneramur in baptiſmo ex iniquitate & erroribus ad iuſtitiæ ueritatē, tertia qua beatiſſimi martyres ob confeſſionem nominis Chriſti per tormenta naſcuntur ad regnum. Talis forma præceſſit in Chriſto, qui ex uirgine natus, in Iordane naſcitur, in crucis patibulo precioſi cruoris ſanguine baptizatur. Nam poſt illud baptiſma quod pro nobis in Iordane ſuſceperat, per paſſionem ſuam dicit Apoſtolis, Baptiſma habeo baptizari. Reſurrexit enim ex ipſo Baptiſmo paſſionis, ad uitam termino iam nullo claudendam. Remeauit ad regnum, cuius regni non erit finis.

Per huius magiſtri ueſtigia grandiuntur fideles diſcipuli, Petrus, & Paulus, quorum paſſionis natalem 20 hodie per uniuerſum mūdum omnes Eccleſiæ debito honore celebrant. In hoc enim apud urbem Romam 21 ambos pro Chriſti nomine Neronis crudelitas interfecit, domini iuſtitia coronauit. Petrus crucifigitur uerſo ad terram capite, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens indignum ſe qui ita crucifigeretur ut dominus ſuus. Paulus gladio capite truncatur. Ambo nobiles, ambo inſignes, duo uero mundi lumina, columnæ fidei, Eccleſiæ fundatores, innocentiæ magiſtri, totius ſanctitatis, & ueritatis auctores, quos tūc digne laudare poſſumus, ſi eos diuinis teſtimonijs prædicemus, quibus eos ueritas ipſa laudauit.

20 *Natalē Apoſtolorum hodie per uniuerſum mundum oēs Eccleſiæ debito honore celebrant.*

21 *Heus bone uir, Petrus fuit ne unquam Romæ?*

Petro confitenti dominus dicit, Beatus es Simon bariona, quoniam caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et tibi dico Petre, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & cætera. De Paulo quid dicam? Quoniam uas electionis eſt (inquit) hic mihi, ut portet nomen meum in uniuerſo mundo. Super unum fundatur 22 Eccleſia, alter precioſum fidei murum doctrina ſua portat in populo, ipſe uas electionis effectus.

22 *Si ſup unum duorū Apoſtolorū fundatur Eccleſia, ergo Petrus eſt Eccleſiæ fundamētum.*

Petrus ſignis & mirabilibus eniteſcit, Paulus in doctrina & perſecutionibus gloriatur, Petrus erat ante piſcator, Paulus perſecutor, ſed ambo poſtea facti ſunt hominum piſcatores. Etenim per totum mare ſeculi huius, ſaluatoris doctrinæ retia tetenderunt. Petrus ambulare iubetur in fluctibus, Paulus in nubibus diuiniſque ad tertium ducitur cœlum, ambo in unijs itineris gradiuntur elemento, fidei uirtute ſublimes, quem cui præponere audeam neſcio, cum dominus eos ſub una confeſſione æquales in paſſione monſtrauerit, in uera fraternitate coniunxerit, unanimitatis uinculo copularit, ut etiam de ipſis rectiſſime præſumamus prophetico ſpiritu prædicatum, Ecce quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in unum.

Sunt quidem Moyſes, & Aaron de quibus dicitur fratres, ſunt prophetæ, & Apoſtoli una doctrina ſpiritu fratres. Sunt in nobis interior & exterior homo, ſi unum ſapiant, fratres, ſunt etiam Petrus & Paulus uere cōſanguinei fratres, quos una pariter fides proprij ſanguinis fecit communione germanos. Ego eos & geminos dicere fratres audebo, quos mater una confeſſione felici utero ſimul fudit in regnum. Beati enim qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnū cœlorum.

Communicemus igitur fratres ſanctorum Apoſtolorum memorijs, ſi-

de,opere,conuerſatione,ſermone, ut mereamur 23 eorum precibus ad omnia quæcunque poſcimus adiuuari,largiente gratia Domini Ieſu Chriſti:cui omnis honor in ſecula ſeculorum Amen.

23 Nota quod precibus Sanctorum Apoſtolorum meremur in omnibus quæcunque poſcimus adiuuari. Ergo orant pro nobis in cœlo.

PASSIO SANCTORVM APOSTOLORVM Petri & Pauli per Aurelium Prudentium uirum conſularem ſcripta.

Habetur in periſtephano eiuſdem.

PLus ſolito coeunt ad gaudia:dic amice quid ſit.
Romam per omnem curſitant,ouantque.
Feſtus Apoſtolici 24 nobis redit hic dies triumphi
Pauli atque Petri nobilis cruore,
Vnus utrunque dies pleno tamen innouatus anno 25
Vidit ſuperba morte laureatum.
Scit Tyberina palus:quæ flumine labitur propinquo
Binis dicatum ceſpitem trophęis:
Et crucis & gladij teſtis,quibus irrigans eaſdem
Bis fluxit imber ſanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit ſententia legibus Neronis
Pendere iuſſum præminente ligno.
Ille tamen ueritus celſæ decus æmulando mortis
Ambire tanti gloriam magiſtri:
Exigit ut pedibus menſum caput imprimat ſupinis:
Quo ſpectet imum ſtipitem cerebro.
Figitur ergo manus ſubter ſola uerſus in cacumen
Hoc mente maior: quo minor figura.
Nouerat & humili cœlum citius ſolere adiri.
Deiecit ora ſpiritum daturus.
Vt teres orbis iter flexi rota percucurrit anni:
Diemque eundem ſol reduxit ortus:
Euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furorem:
Iubet feriri gentium magiſtrum.
Ipſe prius ſibimet finem cito dixerat futurum.
Ad Chriſtum eundum eſt,iam reſoluor inquit.
Nec mora protrahitur,pœnæ datur.immolatur enſe.
Non hora uatem:non dies fefellit.
Diuidit oſſa duum Tybris ſacer ex utraque ripa:
Inter ſacrata dum fluit ſepulchra.
Dextra Petrum 26 regio tectis tenet aureis receptum
Canens oliua & murmurans fluento.
Nanque ſupercilio ſaxi liquor ortus excitauit
Fontem perennem chriſmatis feracem.
Nunc precioſa ruit per murmura:lubricatque cliuum
Donec uiuenti fluctu & Colymbo
Interior tumuli pars eſt,ubi lapſibus ſonoris:
Stagnum niuali uoluitur profundo.
Omnicolor. Vitreas pictura ſuperne tingit undas.
Muſci relucent,& uireſcit aurum,

24 Dies feſtus triumphi Apoſtolicis redijt.

25 Nõ tenetur hic prudẽtius nec Auguſti. in Sermone incipiente, piſcatoris: nã omnes reliqui priſci patres dicunt eos eodem anno,menſe, eodemque prorſus die fuiſſe coronatos.

26 Deſcribit prudentius duas baſilicas in nomine ſanctorum Apoſtolorum miris ſumptibus fabricatas. Ergo placet hoc deo, & nõ abominatur, ſicut quidam modo calumniantur.

Cyaneuſque latex umbram trahit imminentis oſtri.
Credas moueri fluctibus lacunar.
Paſtor oues alit: ipſe illic gelidi rigore foris
Vidit ſitire quas fluenta Chriſti.
Parte alia Pauli titulum uia ſeruat oſtienſis:
Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt. Princeps bonus has ſacrauit arces;
Luſitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus ſubleuat. ut omnis aurolenta
Lux eſſet intus ceu iubar ſub ortu.
Subdidit & parias fuluis laquearibus columnas:
Diſtinguit illic quas quaternus ordo.
Tum Camyros hyalo inſigni uariæ cucurrit arcus.
Sic prata uernis floribus renident.
Ecce duas fidei ſummo patre conferente dotes
Vrbi colendas quas dedit togatæ:
Aſpice per bifidas plebs romula funditus plateas
Lux in duobus feruet una feſtis.
27 Nos ad 27 utrunque tamen greſſu properemus incitato:
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus ulterius quæ fert uia pontis Hadriani:
Leuam deinde fluminis petemus.
Tranſtyberina prius ſoluit ſacra peruigil ſacerdos:
Mox hic recurrit: duplicatque uota.
Hæc didiciſſe ſat eſt Romæ tibi, tu domum reuerſus
Diem bis feſtum ſic colas memento.

Ecce quo in diebus feſtis ſanctorum cõſueuerant et antiquitus fideles, eorum tẽpla uiſitare.

ITEM DE BEATISSIMIS APOSTOLIS PEtro & Paulo, ex D. Bernardo Abbate.

Eſt ſermo eiuſdem habitus in uigilia apoſtolorum eorundem.

28 IN Sanctorum uigilijs. 28 neceſſe eſt uigilare hominem ſpiritualem, qui Solennitates eorum celebrare deſiderãt in ſpiritu & ueritate. Aliæ enim carnalium, aliæ ſpiritualium uigiliæ. Illi & nitidiores cultus: & epulas præparant lautiores, & fortaſſis in ipſis uigilijs operantur opera tenebrarum, lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Vos nõ ita didiciſtis Chriſtum qui Chriſtũ ſecuti eſtis, qui omnia reliquiſtis, qui uigilanti oculo uigiliarum nomen debetis attendere.

Ecce quo ente præcipuas sãctorum ſolemnitates olim Vigiliæ celebrabantur.

Ad hoc enim uigiliæ præponuntur ut euigilemus, ſi in aliquo peccato uel negligentia dormitamus, & præoccupemus faciem Sanctorum in cõfeſſione. Non ſic filij huius ſeculi non ſic, qui potentes ſunt ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcendam ebrietatem, qui obdormierunt in flagitijs & facinoribus ſuis. Illud uos non lateat, quia qui ebrij ſunt, & qui dormiunt, nocte dormiunt, & fruſtra ſonat eis nomen uigiliarum Sanctarum, cum ipſi magis dormire ſtudeant, quam uigilare. Vos non eſtis filij noctis neque tenebrarum, ſed lucis & diei, ut non uos præoccupent natalitij ſanctorum dies, & inueniant imparatos.

Tria ſunt igitur quæ in feſtiuitatibus Sanctorum uigilanter conſiderare debemus, auxilium Sancti, exemplum eius, confuſionem noſtrum. Auxilium

lium eius,quia qui potens in terra,potentior 29 eſt in cœlis ante faciem 29
domini Dei ſui. Si enim dum hic uiueret,miſertus eſt peccatoribus,& ora *Sancti in cœlis ante*
uit pro eis, nunc tanto amplius quanto uerius agnoſcit miſerias noſtras, *faciem domini dei ſui*
orat 30 pro nobis patrem,quia beata illa patria charitatem eius non im- *potentiores ſunt quã*
mutauit ſed augmentauit. Neq; enim quia impaſſibilis omnino, ideo & *fuerint in terris.*
incompaſsibilis factus eſt,ſed nunc potius induit ſibi uiſcera miſericordię, 30
cum ante fontem miſericordiæ exiſtit. Eſt & alia cauſa quæ magis urget *Sancti in cœlo pro no*
ſanctos ut ſoliciti ſint de nobis,quia iuxta uocem apoſtoli.Deus prouidet *bis orant.*
pro nobis ne ſine nobis cõſumentur,ſicut ait ſanctus Dauid: me expectãt iuſti donec retribuas mihi.

Debemus etiam attendere exemplum eius, quia quãdiu in terris uiſus, & cum hominibus conuerſatus eſt, nõ declinauit ad dexteram neque ad ſiniſtram,ſed uiam regiã tenuit,donec ueniret ad illum qui dicit; Ego ſum uia,ueritas,& uita. Intuemini humilitatem operũ eius, authoritatem uerborum eius,& tunc uidebitis quomodo iam uerbo quam exemplo luxerit inter hoïes,qualia nobis ueſtigia dereliquerit,ut ambulemus per ea,& nõ erremus in eis. Vere iuxta prophetam, Semita iuſti recta eſt,rectus callis iuſti ad ambulandum.

Sed diligentiori intuitu confuſionem noſtram inſpiciamus,quia homo ille ſimilis nobis fuit paſsibilis,ex eodem luto formatus ex quo, & nos. Quid ergo eſt,quod nõ ſolum difficile, ſed impoſsibile credimus ut faciamus opera,quæ fecit,ut ſequamur ueſtigia eius? Confundamur fratres,& contremiſcamus ad uocem iſtam, ſi forte hæc cõfuſio adducat nobis gloriam,ſi forte generet gratiã nobis timor iſte: Homines iſti fuerunt qui prę ceſſerunt nos qui tam mirabiliter præceſſerunt per uias uitę,ut uix eos homines fuiſſe credamus.

Sic ergo in ſanctorum feſtiuitatibus,& gaudere et confundi debemus, gaudere,quia patronos præmiſimus,confundi, quia eos imitari non poſſumus.ita ſemper gaudium noſtrum in hac ualle lachrymarũ, lachrymarum pane condiri debet,ut ſemper non ſolum extrema, Sed prima gaudij luctus occupet,quia & ſi magna eſt gaudiorum materia, ſed maxima eſt dolorum. Memor fui Dei: Clamat iuſtus,& delectatus ſum,ſed & ſtatim ſubiungit,Defecit ſpiritus meus,turbatus ſum & non ſum locutus. Quod
ſi hæc in uigilijs uniuſcuiuſq; ſancti cogitare debemus,quid faciemus in ſo 31
lennitate 31 ſanctorũ & ſummorũ Apoſtolorum: Petrum & Paulum lo- *Solennitas & feſtiui*
quor: Sufficeret unius feſtiuitas ad infundendam exultationem uniuerſæ *tas ſummorum apo-*
terrę, ſed amborum iuncta eſt ad cumulum gaudiorum,ut quõ in uita ſua *ſtolorũ Petri et Pauli*
dilexerunt ſe,ita & in morte non ſunt ſeparati.

Quid illis potentius dum fuerunt in terris, quorũ alteri traduntur cla- 32
ues regni cœlorum,alteri magiſterium gentium,alter Ananiam & Saphi- *Ecce animæ ſancto-*
ram occidit in uerbis oris ſui, alter donat quicquid donat in pſona Chri- *rum in cœlo.*
ſti,& cum infirmatur,tunc fortior eſt & potens? Quam potentiores ſunt 33
32 in cœlis,qui potentes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerunt maio- *Felici martyrio regna*
ra exempla,quam illi qui in fame,& ſiti,& in frigore & nuditate,& in om *cœleſtia cõſcendunt.*
nibus illis quæ Paulus enumerat,iugiter ſunt afflicti,& demum felici mar 34
tyrio 33 regna cœleſtia cõſcenderũt? Vere nobis rubori cõfuſionis ſunt, *Sãcti tanquã media-*
quos uix audem⁹ reſpicere ne dicã imitari. Orem⁹ ergo 34 eos,ut ipſi ꝓpi *tores orantur, ut ꝓpi-*
tiũ nobis reddãt amicũ ſuũ iudicẽ noſtrũ,qui eſt Deus bñdictus in ſecula. *tiũ nobis deũ reddãt.*

ADHVC DE EISDEM PER EVNDEM.

Eſt ſermo primus habitus in die natalis eorundem.

35 Solēnitas glorioſa ſanctorum apoſtolorum.

36 Vide ſanctos Apoſtolos eſſe mediatores noſtros, ut per illos aſcēdere poſsimus ad uerum mediatorem dominum Ieſum Chriſtum. Obmuteſcit ergo hæretice, qui negas ſanctos uocari poſſe aut debere mediatores.

GLorioſa nobis ſolennitas 35 illuxit, quam præclari martyres martyrū duces, apoſtoloꝝ principes, morte clariſsima conſecrarūt. Iſti ſunt Petr⁹ & Paulus duo magna luminaria, quos Deus in corpore eccleſiæ ſuæ cōſtituit, quaſi geminum lumen oculoꝝ. Hi mihi traditi ſunt in magiſtros & in 36 mediatores, qbus ſecure me cōmittere poſsim, qa & notas mihi fecerunt uias uitæ, & mediantibus illis ad illum mediatorē aſcendere potero, qui uenit pacificare per ſanguinem ſuum, & quæ in cœlis & quæ in terris ſunt, Ille in utraq; natura puriſsimus eſt, qui peccatum non fecit, nec inuentus dolus in ore eius. Qūo ad illum accedere audebo qui ſum ſupra modum peccans peccator, qui peccaui ſupra numerum arenæ maris, cum ille purior, & ego impurior eſſe nō poſsim? Verendum ne incidam in manus Dei uiuentis, ſi illi appropinquare uel inhærere præſumpſero, quem à me tanta differentia diuidit, quantum diſtat inter bonum, & malum propterea dedit mihi Deus homines iſtos, qui & hoīes eſſent & peccatores, & maximi peccatores, qui in ſeipſis, & de ſeipſis diſcerent quam lati aliis miſereri deberent. Magnorum enim criminum rei, magnis criminibus facile donabunt ueniam, & in qua menſura menſum eſt eis, remetietur nobis.

Peccauit peccatum grande Petrus apoſtolus, & fortaſsis quo grandius nullum eſt, & tam uelociſsime, quam facillime ueniam conſecutus eſt, et ſic, ut nihil de ſingularitate ſui primatus amitteret. Sed & Paulus qui in ipſa uiſcera naſcentis eccleſiæ tam ſingulariter, quam incomparabiliter graſſatus eſt, per ipſius filij Dei uocem ad fidem adducitur, & pro tantis malis, tantis bonis repletus eſt, ut uas electionis fieret, ad portandum nomē eius coram gentibus & Regibus & filijs Iſrael. Vas dignū, & cœleſtibus ferculis repletum, de quo & ſanus eſcam, & infirmus accipiat medicinā. Tales decebat humano generi paſtores & doctores conſtitui, qui & dulces eſſent, & potentes, & nihilominus ſapientes. Dulces, ut me blande & miſericorditer ſuſciperent, potentes, ut fortiter protegerent, ſapientes, ut ad uiam & per uiam ducerent, quæ ducit ad ciuitatem.

Quid Petro dulcius, qui tam dulciter ad ſe omnes cōuocat peccatores, ſicut & actus apoſtolici, & epiſtolarum eius ſeries atteſtatur? Quid illo potentius, cui & terra obediuit, cum mortuos reddidit, & mare ſub pedibus eius ſe calcabile præbuit, qui Simonem magum ſpiritu oris ſui in aere attigit, qui claues regni cœloꝝ tam ſingulariter accepit, ut præcedat ſententia Petri ſententiam cœli? Deniq; quodcunq; ligaueris inquit, ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Quid autem illo ſapientius, cui non caro & ſanguis reuelauit? Libentiſsime Paulum ſequor, qui præ nimia dulcedine luget eos qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, qui fortior eſt omni principatu & poteſtate, ſapientiam & medullam ſacroꝝ ſenſuum, non a primo uel ſecundo, ſed a tertio cœlo largiter aſportaſſit.

37 Sicut apoſtolos eſſe nobis magiſtros, nō derogat ſummo Chriſti magiſterio, ſic eſſe ꝑ nobis mediatores, nullū affert ſummo mediatori præiudicium.

Hi ſunt magiſtri 37 noſtri, qui a magiſtro omnium uias uitæ plenius didicerunt, & docent nos uſq; in hodiernū diē. Quid ergo docuerūt, uel docēt nos Apoſtoli ſancti? Non piſcatoriam artem, non cœnofactoriā uel quicquid huiuſmodi eſt, non Platonem legere, nō Ariſtotelis uerſutias in-

uerſare, non ſemper diſcere & nunquam ad ueritatis ſcientiam peruenire. Docuerunt me uiuere.

Putas parua res eſt ſcire uiuere? Magnum aliqd, imo maximũ eſt. Non uiuit qui ſuperbia inflatur, qui luxuria ſordidatur, qui cæteris inficitur peſtibus, quoniam non eſt hoc uiuere, ſed uitã confundere, & appropinquare uſq; ad portas mortis. Bonam 38 uitam autem ego puto, & mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare uſq; ad mortem. Dicitur uulgo qa qui bene ſe paſcit, bene uiuit, ſed mentita eſt iniquitas ſibi, quia non bene uiuit, niſi qui bonum facit. 38

Nota hæretice ex D. Bernardo quid ſit bene uiuere.

Arbitror aũt quod tu qui in congregatione es, bene uiuis, ſi uiuis ordinabiliter, ſociabiliter et humiliter. Ordinabiliter tibi, ſociabiliter proximo, humiliter Deo. Ordinabiliter, ut in omni cõuerſatione tua ſolicitus ſis obſeruare uias tuas, & in conſpectu Domini, & in cõſpectu proximi, cauens & tibi a peccato, & illi a ſcandalo. Sociabiliter, ut ſtudeas amari, & amare, blandum te, et affabilem exhibere, ſupportare non ſolum patienter, ſed & libenter infirmitates fratrum tuorum, tam morum, quam corporum. Humiliter, ut cum hęc omnia feceris, ſpiritum uanitatis ſtudeas exufflare, qui ex huiuſmodi naſci ſolet, & quantũcunq; illũ ſenſeris, negare oĩno cõſenſum. Sic et in patiendo malum, quoniam triplex eſt, triplicem prouidentiã adhibere te oportet. Eſt. n. quod a te pateris, quod a proximo, quod a Deo. Primum eſt auſteritas pœnitentiæ, ſecundum uexatio alienæ malitiæ, tertium flagellum diuinæ correctionis. In eo quod a te pateris, debes uoluntarie ſacrificare, quod a proximo, patienter ferre, quod a Deo, ſine murmure & cum gratiarum actione ſuſtinere.

Non ſic multi filiorum Adam, qui errauerunt in ſolitudine in inaquoſo. 39
Errauerunt planè, & errant 39 a uia ueritatis, qui in ſolitudinem ſuperbię recedentes, ſocialem uitam habere non uolunt, quorum ſingularitas aſſociari non poteſt. Sed & inaquoſa, quia nullo imbre lachrymarum cõpuncti, in terra ſterili & arenti perpetua ſiccitate morantur. Propterea uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, quia inueterati in terra aliena, coinquinati ſunt cum mortuis, deputati cũ his qui in inferno ſunt. Non erat ita ſolitarius ille, de quo ſanctus Hieremias ait, Bonum eſt uiro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. Illi errauerunt, ſed iſte ſedebit. Semper illi. n. errant corde, iſte autẽ non ſedet, ſed ſedebit ſolitarius, cum habuerit honorẽ ſingularitatis illius, uidelicet, iudiciarię poteſtatis inſigne, quod ſancti in terra poſſidebunt, cũ lætitia ſempiterna erit eis. Quare? Quia leuabit ſuper ſe, ideſt cum adoleſcens eſſet, & ætatis lubricæ ſentiret ardores, ſenem induit, relinquens qđ erat, aſſumens quod non erat. Leuabit inquit, ſe ſuper ſe, quia non reſpicit ad ſe, ſed ad illum qui eſt ſuper ſe. Sedebit enim, & tacebit, modo etiam a ſtrepitu diabolicarum ſuggeſtionum, a ſtrepitu carnalium deſideriorũ, a ſtrepitu mundi.

Suggillat hic ſanctus religioſos apoſtatas, quorum plurimi ſunt apud nouos hæreticos

Felix anima quæ linguas iſtas non exaudit, audiat licet, illa multum felior (ſi tamen aliqua eſt) cui penitus non loquuntur. Hæc eſt ſapientia, quã Apoſtolus loquitur inter perfectos, abſcondita in myſterio, quam nemo principum ſeculi huius cognouit. Sic me apoſtoli, & uiuere, & conſcendere docuerunt. Gratias tibi domine Ieſu, qui abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis iſtis qui te ſecuti ſunt, & relique-

runt omnia propter nomen tuum.

Eſt ſermo ſecundus ubi ſupra.

ITEM DE EISDEM.

SAncti iſti quorum ſolẽnis hodie paſsio celebratur, multam nobis de ſe loquendi cauſam, multam quoq; materiam præbuere. Verum ego unum timeo, ne toties audita uerba ſalutis, uileſcere nobis incipiant tanquam uerba. Vilis ſiquidem & uolatilis res uerbũ hominis, nullius mo lis, nullius põderis, nullius pretij, nullius ſoliditatis. Aerem uerberat, unde & uerbum dicitur, & ſicut folium quod uento rapitur, effluit, & non eſt qui conſideret.

Nemo ueſtrum fratres ſic accipiat, imo nemo ſic deſpiciat uerbũ Dei. Dico enim uobis, bonum illi fuiſſet, ſi non audiſſet homo ille. Fructus uitę ſunt uerba Dei, non folia, & ſi folia, ſed aurea ſunt. Proinde non paruipendantur, non pertranſeant, non prætervolent. Ipſa quoq; colligite fragmenta, ne pereant. Terra.n. quæ ſæpius ſuperuenientem ſuſceperit imbrem, & non fecerit fructum, terra reproba eſt, proxima maledicto. Sic & ea quæ in Euangelio ſterilis ficulnea legitur, ſi poſtea quam foderit circa eam uineæ cultor, atque miſerit ſtercora, nihilominus ſterilis inuenta fuerit, nõne iam ſecuris ad radicem illius arboris eſt ponenda? Et ego dico uobis, ſi minus boni in ſecularibus iuenerit, maiorem in eis dominus habiturus eſt patientiam, quam in nobis quibus cœleſtium conſolationum pluuiam uo luntariam ſegregauit, quibus non ſarculus diſciplinæ, non paupertatis & uilitatis ſtercora defuerunt.

An non ſtercora ſunt abominationes Aegyptiorum, quas immolamus Deo noſtro? Stercora plane uilia ad aſpectum, ſed ad fructum utilia. Non refugiat hanc fœditatem, qui fœcunditatem deſiderat. Siquidem ex defor mi ſtercorum aceruo qui portatur in agrum, formoſus ſurget aceruus manipulorum, qui reportabitur ex agro. Propterea nõ uileſcat uobis utilitas precioſa, ſed precioſius cunctis theſauris Ægypti, Chriſti improperium æſtimate. Verũtamen terrenum habentibus ſterquilinium, ipſa quoq; cœleſtis non deeſt pluuia, quæ eſt orationũ deuotio, iocunda ruminatio pſal modię, dulcis meditatio, conſolatio ſcripturarum. Deniq; & hæc ipſa pluuia eſt, quam accipitis per os meum, ſi quando de flumine cuius impetus lætificat Dei ciuitatem, & torrente uoluptatis illius aliqua ſuper uos dũ de eis loquimur, ſtillicidia ſtillare contingat.

Sed neceſſe habeo interdum circunfodere, quandoquidem poſuerunt me cuſtodem & cultorem in uineis. Heu qui meam non colui nec cuſtodi ui. Neceſſe habeo tamen, dum huc occupo locum, & circunfodere, nonnunquam & apponere ſtercora. Moleſtum id qdem, ſed diſsimulare non audeo, ſciens multo amplius ſecurim nocituram, quam ſarculum, ignem quam fimũ. Itaq; & arguere & increpare interdum neceſſe eſt, nec ignoro fimum eſſe uerbum increpatorium, uerbum improperij, & quod ſi non excuſet neceſsitas, ipſum quoq; minus deceat proferendum.

Sed qd agimus quod hoc fimo & ſi aliquos impinguari, ſed alios planè & lapidari & indurari uidemus? Hinc nanq; ſcriptũ eſt, De ſtercore boũ lapidabitur piger. An nõ impinguatur, qui increpatus benigne accipit, mã ſuete reſpondet, libenter emendare conatur? Hæc plane ſalubris & fœcunda impinguatio eſt, ut corripiat me iuſtus in miſericordia & increpet, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ex ea ſiquidem pin-

gudine quam generat oleum peccatoris, abundantius pullulant ſpinæ & tribuli, Et omnis radix amaritudinis germinat copioſius. Itaque qui in iuſtorum increpationem miſericordiam nominat, ſatis indicat quemadmodum ſuſcipienda ſit, quam benigno animo, quam deuota mente, quantaque ei gratia ſit habenda. Sic enim accipientibus nobis, erit impinguatio ſalubris, non fertilis uitiorum, quemadmodum oleum peccatoris, ſed fructus illius, quem ſecundum Apoſtolum habemus in ſanctificationē. Quid autem faciamus tibi opiger, qui ad hanc miſericordiam irritaris magis & exaſperaris? Nonne bonum fimum ſparſi in agro tuo? Vnde ergo lapides habet? Sed tu inimice homo, quoniam qui diligit iniquitatem odit animā ſuam; tu inquam inimice homo hoc feciſti, qui deſidiam tuam non excutere ſed excuſare pergens, fimum tibi peruertis in lapides, & unde impinguari debueras lapidaris.

Hæc idcirco dicta ſunt fratres, ut noueritis quam benigne audiendum ſit, quam deuote ſuſcipiendum, quam ſolicite conſeruandum quicquid ad animarum ſalutem pertinet, & non ſicut uerbum hominum, ſed ſicut uere eſt uerbum Dei, ſiue illud conſolatorium, ſiue commonitorium, ſiue etiam increpatorium audiatur. Exceſſi fateor, ipſius propemodum feſtiuitatis oblitus, ſed ut arbitror, non ad inſipientiā uobis, ſi firmiter inhæſerint animo quæ audiſtis.

Et nunc iam de ſolennitate ipſa uel breuiter aliquid loqui tentemus. Apoſtolorum Chriſti feſtus 40 agitur dies, quibus ſanè plurimum à nobis honorem deberi ſcio. Sed utrum poſſit aliquis exhiberi, hęſito ſatis. Nimis enim honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Quid enim? Si in terra adhuc poſiti, omnia poterant, non quidem in ſe ſed in Chriſto, quid non poterunt 41 hodie uiuentes in æterna felicitate cum ipſo? Mortales adhuc & morituri, imperium uitæ & mortis uidebantur habere, ſolo nimirum uerbo mortificantes uiuos, & mortuos ſuſcitantes, quanto magis nunc, cum honorati ſunt nimis, nimis cōfortatus eſt principatus eorum?

40 *Feſtus dies Apoſtolorum agitur.*

41 *Quāta nunc poſsint ſancti Apoſtoli uiuentes cū domino in æterna felicitate. Nō ergo ſunt mortui, ſi uiuūt.*

Sed quid eſt fratres? Cum Apoſtolorum beata hodie memoria celebretur, nunquid natiuitatis ſeu conuerſionis eorum, aut certe uitæ uel miraculorum ſolennis agitur commemoratio? Non eſt fratres natiuitatis humanæ ſolennitas, ſicut paulo ante beati Ioannis diem natalitium celebraſtis. Ille enim naſcens honoratur, quia naſcitur ſanctificatus. Denique in Ioanne ſolo, celebrior eſt paſſione natiuitas, quia & ſi paſſus pro Chriſto eſt, cum pro iuſtitia & ueritate occubuit, euidentius tamen natus pro eo eſt, nimirum homo miſſus à Deo, qui in hoc natus eſt, & ad hoc uenit in mundum ut perhiberet teſtimonium ueritati. Sed neque conuerſionem Apoſtolorum, aut eorum miracula hodie recenſemus, ſicut cæteris diebus alijs, alterius quidem conuerſio, alterius 42 de carcere liberatio facta per Angelum, feſtiuis Eccleſiæ gaudijs ad memoriam reuocatur. Mortem ſpecialius ueneratur, qua nihil inter homines humano iudicio plus horretur.

42 *Feſtiuis Eccleſiæ gaudijs ad memoriā reuocatur cōuerſio Pauli & Petri a uinculis liberatio.*

Conſiderate fratres Eccleſiæ ſanctæ iudicium, ſecundum fidem, non ſecundum faciem iudicantis. Mortem ſiquidem Apoſtolorum in eorum recolit ſolennitate præcipua. Hodie nimirum Petrus crucifixus eſt, hodiæ decollatus eſt Paulus. Hæc hodiernæ cauſa faſtiuitatis, hæc præſentium

materia gaudiorum. In his igitur feſtum agens diem & lætum, ſine dubio ſpiritum ſponſi habet Eccleſia, ſpiritum Domini, in cuius conſpectu ſicut habes in Pſalmo: Precioſa eſt mors ſanctorum. Quantos enim dum paterentur Apoſtoli credimus affuiſſe, qui nequaquam precioſis mortibus illorum inuiderent? Viſi ſunt enim oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus eorum. Et ſic quidem uiſi ſunt oculis inſipientium. Mihi, ait propheta, nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Fratres, amici Dei mori uidentur oculis inſipientium, ſed in oculis ſapientium iudicantur potius obdormire. 43 Denique & Lazarus dormiebat quia amicus erat, & cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini.

43 Vides quid magis dormientes deberent dici ſancti, quã mortui.

Studeamus fratres uiuere uita iuſtorum, ſed morte eorum mori multo magis deſideremus. Sapientia enim iuſtorum nouiſſima præfert, ibi nos iudicans, ubi nos inuenerit, omnino neceſſe eſt uitæ præſentis finem, futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis diſſimilitudo eſt. Sic enim ſi quis duo ſibi (ut ita dixerim) cinctoria conſuere aut colligare uoluerit, minus de reliquis partibus curans, ipſa quæ ſibi copulanda ſunt capita uniformiter parat, ne diſſideant à ſeipſis, ita dico uobis, quantumlibet extiterit conuerſatio ſpiritualis, ſi carnalis fuerit conſummatio noſtra, uitæ illi ſpirituali penitus non cohæret, nec caro & ſanguis Regnum Dei poterunt poſſidere. Filij (ait ſapiens) memorare nouiſſima tua, & non peccabis, Nimirũ quod hæc maxime recordatio faciat timoratum, timor expellat peccatum, negligentia non admittat. Hinc & Moyſes de quibuſdã, Vtinam (ait) ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.

In quibus utique uerbis tria nobis uideo commendari, ſapientiam, intelligentiam, prouidentiam. Arbitror ſanè tribus eas aſſignare poſſe temporibus, ut æternitati quædam imago reformari uideatur in nobis, præſentia moderantibus per ſapientiam, præterita per intelligentiam dijudicantibus, nouiſſima prouidentibus ad cautelam. Hæc nempe ſpiritalis eſt exercitij ſumma, hæc forma ſtudij ſpiritalis, ut ſapienter diſponamus præſentia noſtra, recogitemus in amaritudine animæ noſtræ præterita, futura quoq; ſolicite prouideamus. Sobrie & iuſte & pie uiuamus in hoc ſeculo, ait Apoſtolus, ut uidelicet in præſenti ſobrietas obſeruetur, ut iuſta ſatisfactione Præterita quæ nobis ſine fructu ſalutis præteriere tempora redimantur, ut pietatis Clypeum, imminentibus de futuro periculis opponamus. Sola eſt enim quæ omnia ualet pietas, cultus ſcilicet Dei humilis & deuotus, nec aliter nobis prouidere nouiſſima, niſi ut uniuerſa quæ nobis imminere uidentur pericula, ſedula nobiſcum cogitatione uerſantes, diſcamus de noſtra omnino induſtria, magis B autem de noſtris diffidere meritis & ſoli diuinæ nos protectioni committere, pio quodam mentis affectu piæ intentionis in ipſum, cuius datum optimum & donum perfectum eſt cõſummatio felix, & mors precioſa.

B Quod ſancti habeãt merita apud deum, & tamẽ ſemp diffidere debeant de ſuis meritis. nõ repugnat Vtrũq;.n. ab ipſo domino docemur, cũ dicio, uerum cum feceritis hæc omnia, dici-

Habes in Euangelio tria hæc ipſo tibi ſermone Domini commendata. Beati, inquit, pauperes, beati mites, beati qui lugent. Beati qui futura ſapiunt, præ deſiderio cœleſtium, interno quodam ſapore mentis præſentia reſpuentes. Beati qui nouiſſima prouident, in manſuetudine ſuſcipientes inſitum uerbum quod eorum ſaluare animas poteſt, & pietate cordis ad futuram tendunt hæreditatem. Beati qui priſtinum intelligentes errorem,

crebris lauant lachrymis lectum ſuum. Vides quid optat uir ſanctus, quid obtinere cupit eis pro quibus oret? Vtinam inquit, ſaperent & intelligerēt, ac nouiſſima prouiderent. Ac ſi manifeſtius dicat, utinam eſſent in eis ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ atque conſilij.

Vtinam hæc in nobis inueniantur fratres, ut ſuauiter omnia noſtra per ſapientiā diſponamus, ut intellectu præterita peccata damnemus, ut prouideamus futura conſilij. Vtinam ſapiamus ad præſentis uitæ moderationem, utinam intelligamus ad præteritæ correptionem, utinam deuota in Deum fide prouideamus, ut felicem habeamus ipſo miſerāte conſummationem. Hic enim eſt funiculus triplex quo trahimur ad ſalutem, ordinata conuerſatio, rectum iudicium, fides deuota.

te, ſerui inutiles ſumus, fecimus quod facere debuimus. Quādo dicit, cum feceritis hæc omnia, docet nos habere merita. Quā do dicit, ſerui inutiles ſumus, docet nos diffi de re de meritis noſtris.

ADHVC DE EISDEM PER EVNDEM.

Eſt ſerm. xxxj. Vbi ſupra.

MErito fratres Apoſtolis ſanctis attribuit mater Eccleſia, quod ſapientiæ libris legitur. Hi ſunt uiri miſericordiæ, quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt, cum ſemine eorum permanēt bona. Sunt enim hi planè uiri miſericordiæ, ſiue quia miſericordiam conſecuti, ſiue quia miſericordia pleni, ſeu quia miſericorditer à Deo nobis donati ſunt.

Et uide quam miſericordiam conſecuti ſunt? Paulum interroga de ſeipſo, uel magis ſponte confitentem auſculta. Qui fui blaſphemus & perſecutor & iniquus, ſed miſericordiam conſecutus ſum. Quis enim non audiuit quanta mala fecerit ſanctis in Hieruſalem? Nec ſolum in Hieruſalem, ſed & per totam Iudæam inſaniæ ferebatur habenis, ut Chriſti membra laniaret in terris. Denique hac furia uectus ibat, ſed præuentus à gratia eſt. Ibat ſpirans minarum & cedis in diſcipulos Domini, & diſcipulus Domini factus eſt, cui oſtenderetur quanta eum oporteret pro nomine ipſius pati. Ibat dirum toto corpore uirus exalans, & ſubito in electionis uas mutatus eſt, ut iam cor illius eructaret uerbum bonum, uerbum pium, & diceret, Domine quid me uis facere? Hæc utique, hæc mutatio dexteræ excelſi. Merito proinde loquebatur, Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quoniam Dominus Ieſus uenit peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.

Hoc ergo apud beatum Paulum fiduciæ & conſolationis accipite fratres, ut ad Dominum iam conuerſos, non nimis cruciet præteritorum conſcientia delictorum, ſed tantum humiliet uos ſicut & ipſum. Ego ſum, inquit, minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus uocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam 44 Dei. Ita & nos humiliemur ſub potenti manu Dei, & fiduciam habeamus, quia & nos miſericordiam conſecuti ſumus, abluti ſumus, ſanctificati ſumus. Et hoc quidē omnibus nobis, quoniam omnes peccauimus, & egemus hac gloria Dei. Verum apud Beatū Petrum aliud habeo quod apponam, eo charius, quo rarius, & quo ſingularius, eo ſublimius. Nam peccauit Paulus, ſed ignorans fecit in incredulitate ſua, Petrus cum cecidit, apertos habebat oculos. Porro ubi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.

44 Quādo Paulus perſequutus eſt Eccleſiam Dei, num pſequutus eſt inuiſibilē, an uiſibilē? Dicant hoc partiuli.

Eorum ſiquidem qui peccant antequam Deum nouerint, antequam miſerationes eius experti ſint, antequam portauerint iugum ſuaue & onus leue, priuſquam deuotionis gratiam & conſolationis acceperint ſpiritus ſan

cti, eorum inquam copioſa redemptio eſt, & tales omnes nos fuimus. At eorum qui poſt conuerſionem ſuam à peccatis & uitijs implicantur, ingrati acceptæ gratiæ, & poſt miſſam manum ad aratrum, retro reſpiciũt, tepidi & carnales facti, aut poſt agnitam uiam ueritatis retro eunt apoſta-
45 tæ manifeſti, eorum 45 utique perpaucos inuenias qui poſt hęc redeant

Notent hoc Apoſtatæ noſtri temporis.

in gradum priſtinum, ſed magis in ſordibus poſiti, ſordeſcant adhuc. Super quos Propheta deplorat, Quomodo obſcuratum eſt aurum, inquit, mutatus eſt color optimus, & qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora? Nec tamen ſiquis huiuſmodi eſt, deſperamus de eo, tantum ut reſurgere uelit cito. Quanto enim diutius permanebit, tanto euadet difficilius. Beatus uero qui tenebit, & allidet paruulos Babylonis ad petram. Etenim ſi creuerint, uix poterunt ſuperari.

Filioli hæc dico ut non peccetis, ſed & ſiquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, qui poteſt quod nos minime poſſumus, tãtum qui cecidit, non adijciat in malum, ut profundius cadat, ſed magis ut reſurgat, confidens quod nec ei negabitur uenia, ſi tamen ex corde confiteatur peccata ſua. Si enim is de quo loquimur, Petrus poſt tam graue lapſum ad tãtam redijt eminentiam ſanctitatis, quis de cætero deſperet, ſi tantum egredi uoluerit à peccatis? Attẽde quod ſcriptum eſt, Egreſſus foras fleuit amare. In egreſſu confeſſionem oris, in amaro fletu compunctionem cordis intellige.

Et attende quod tunc primum recordatus eſt uerbi quod dixerat Ieſus, tunc primum cordi fuit uerbum, quo prædicta fuerat eius infirmitas, cum euanuit præſumpta temeritas. Væ tibi qui poſt lapſum fortiorem te nobis exhibes. Vt quid tam rigidus es in tuam ipſius pernitiem? Inclinare potius, ut melius erigaris, & perhibeas frangi quod diſtortum eſt, ut poſſit melius ſolidari. Quid indignaris increpanti gallo? tibi potius indignare. Pluuiam uoluntariam, ait, Pſalmiſta, ſegregabis Deus hæreditati tuę, infirmata eſt. Bonę infirmitas, quæ ſegregatur hæreditati, quæ medicum non repellit. Induratos enim tanquam uas figuli in uirga ferrea conteret, & hæreditas infirmata eſt, ait, tu uero perfeciſti eam.

Audiſti certe quam miſericordiam cõſecuti ſint Apoſtoli noſtri, ut iam nemo ex uobis ſuper peccatis pręteritis ultra quam neceſſe ſit confundatur, in cubili conſcientię ſuæ compunctus. Quid enim forte peccaſti in ſeculo? Nunquid amplius Paulo? Quod ſi & ipſa in religione, nunquid plus Petro? Attamen illi in toto corde pœnitentiam agentes, non modo ſalutẽ, ſed & ſanctitatem conſecuti ſunt, etiam & ſalutis miniſterium, & magiſterium adepti ſunt ſanctitatis. Et tu ergo fac ſimiles, quoniam propter te ſcriptura loquitur, Viros illos eſſe miſericordiæ, utiꝗ propter multam mi-
46 ſericordiam 46 quam conſequi meruerunt.

Miſericordiam conſequi meruerunt.

Potes tamen in hoc uerbo etiam illud non inconuenienter accipere, uiros miſericordiæ fuiſſe Apoſtolos, id eſt, plenos miſericordia, ſeu uiros miſericordiæ datos Eccleſiæ uniuerſę. Scimus enim quod uiri iſti nec ſibi uixere, nec ſibi mortui ſunt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim proderit nobis eorum iuſtitia, quando ipſa quoꝗ ſicut oſtenſum eſt, tantum profuere peccata? Pro nobis facit eorum uita, eorum doctrina, etiam & mors ipſa. Etenim in conuerſione continentiam, in prædicatione ſapientiam, in paſsione ſua patiẽtiam,

tiam, nobis beati Apoſtoli contulerunt: Quarum uſque hodie conferre non ceſſant, miſericordia pleni, quod eſt ſanctarum fructus orationū. 47 Quamuis & in ipſa eorum uita adhuc inuenias quod annumeres, fiduciā ſcilicet, quam nobis miraculorum exhibitione præbuerunt. Et quis enumeret quam multa nobis per eos beneficia prouenerūt? Bene ergo de eis ſcriptura loquitur, quoniam hi ſunt uiri miſericordiæ. Et addidit, Quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt. Vis ut nec tua accipiat obliuionem? A triplici caue periculo, & florebit in æternum ante Dominum. Legis enim, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Legis, ſi auerterit ſe iuſtus, a iuſtitia ſua, & cætera, omnium iuſtitiarum eius non recordabor. Legis quibuſdam dicendum in iudicio, non noui uos, illis ſine dubio qui receperunt mercedem ſuam. Ergo omnis iuſtitia tepida, omnis tranſitoria, omnis uendita, erit in obliuionem coram Deo.

47 Sancti orant pro nobis in cælo.

Sed non ita Apoſtolorum iuſtitiæ, quod ex eo ſatis apparet, quod ſequitur, cum ſemine eorum permanent bona. Manēt enim uſque hodie in nobis Apoſtolorum ueſtigia, & eorum religio, quia ex Deo eſt, non poteſt diſſolui. Veſtes Iſraelici populi quadraginta annis in deſerto perſeuerauerunt integræ, multo magis Apoſtolorum ueſtes ſuper iumentum Saluatoris appoſitæ. Cum ſemine, inquit, eorum. Quod eſt ſemen, quia ſecutus adiūgit, hæreditas ſancta nepotes eorum. Idem profecto & ſemen ſunt, & nepotes.

Meminiſtis credo (ſcientibus enim legē loquor) meminiſtis, inquam, legalis mandati, ut ſuſcitet frater ſuperſtes ſemen fratri defuncto ſine ſemine. Quis ſine ſemine? Singularis ego ſum, donec trāſeam. Ideoque reſurgēs. Vade, inquit, dic fratribus meis. Ac ſi dicat, fratres ſunt, faciant quod fratres. Ergo per Euangelium ipſi nos genuerunt, nō tamen ſibi, ſed Chriſto, quia per euangelium Chriſti. Hinc eſt quod modeſte tulit Paulus quoſdā eorum dici a quibus geniti fuerant per euāgelium, indignans aduerſus eos qui dicebant, Ego ſum Pauli, ego ſum Cephæ, ego Apollo, Chriſti magis omnes & fieri uolens, & dici. Itaque ſemen Apoſtolorum ſumus per prædicationem, ſed per adoptionem & hæreditatem ſemen Chriſti & Apoſtolorum nepotes.

VITA SANCTI ANDREÆ APOSTOLI per D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

ANDREAS, qui interpretatur uirilis, uel decorus frater Petri, ſecundū Ioanne primus, iuxta Matthæum a primo ſecundus. Hic in ſortem prædicationis Scythiam, atque Achaiam ſuſcepit. In qua et ciuitate crucis patibulo ſuſpenſus occubuit.

ITEM VITA SANCTI ANDREÆ APOſtoli per beatum Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

Eſt ſermo. 133. in opere homiliarum eius.

BEatus Andreas meritò natus hodie creditur, quando non ad præſentem uitam materno eſt effuſus ex utero, ſed conceptu 1 fidei martyrij partu, cœleſtem naſcitur, generatus ad gloriam. Quando non eum materna cunabula ſuſcepere uagientem, ſed ſuperna triumphantem

1 Sʃ dium Andreas die paſsionis ſuæ quo mi-

> grauit ad dominum, natus eē dicitur, quo modo ſancti ab hæreticis uocari poſſunt e mortui?

ſecreta receperunt: quando non infirmum lactis paſtum genitricis trahit ex pectore, ſed pro rege ſuo deuotiſsimus miles uirtutis ſanguinē fudit.

Viuit, quia mortem cœleſtis militiæ bellator occidit. Sequitur hic moriendo dominū æſtuans & anhelans, ac toto uirtutis gradu dominicis incumbit hærere ueſtigijs, nec eum curſus faciat diſparem fratri, quem natura ſimilem, uocatio ſocium, parem gratia ipſa perfecerat. Ad unā uocem domini ſicut ille, patrem, patriam, cenſum reliquit; laboribus, opprobrijs, itineribus, contumelijs, uigilijs, Chriſti indefeſſe germani ſocietate donauit: ſolum eſt, quod tempore dominicæ paſsionis fugit, ſed necꝫ hoc impar quia fugit: negare autem ſi aliqua putatur culpa, non eſt grauius fugere, quàm negare: ſed tacenda ſunt alia:

2

> Ex cruce Petrus & Andreas conſcenderūt in cœlum. Ex cruce ſumpſerunt præmium & coronā. Quid dicis tu qui negas ſanctos habere merita apud Deum?

Æquauit fratres uenia, quos ſic diſcreuerat culpa. Et ſequutus ut deuotio perprobauit, quos metus improbauerat antecedens. Nam crucē quā refugerant, poſtea coniunctis uiribus ardenter inuadunt, ut unde reatum ſumpſerant, inde conſcenderent 2 cœlum, inde pręmium ſumerent, & coronam. Petrus nanqꝫ crucem, arborem conſcendit Andreas: ut qui Chriſto compati geſtiebant, in ſemetipſis figuram, formamqꝫ ipſius exprimerent paſsionis: & redempti ligno conſummarentur ad palmam. Sic Andreas noſter, & ſi cedit ordini, pręmio tamen non cedit & labori.

> eſt ſermo habitus in uigilia ſancti Andreæ apoſtoli.

ITEM DE SANCTO ANDREA APOSTOLO per D. Bernardum Abbatem Clareuallenſem.

3

> Ecce ieiunia ante præcipua ſāctorum feſta.

Sanctorum feſta præcipua patrum ſanxit authoritas, uotiuis præuenienda ieiunijs. Vtiliter planè, & non ad inſipientiam nobis, ſi affuerit qui aduertat. Multa ſiquidem quotidie peccata contrahimus, & in multis offendimus omnes, nec tutum omnino eſt, celebrandas ſuſcipere feſtiuitates ſacras, maximeqꝫ eas quæ maxime ſunt, niſi prius abſtinentiæ purificatione præmiſſa, quo & digniores & capaciores inueniamur ſpiritualium gaudiorum. Sic enim iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui, nec niſi a ꝓpria reprehenſione laudes incidit alienas. Quod ſi etiam iuſtus trepidat ſolicitus præuenire eum qui ipſas quoqꝫ paratas eſt iuſtitias iudicare, quid agimus nos, quorum interim iudicata non fuerint & tecta peccata? Timendum ualde eſt, ne forte manifeſta inueniantur pręcedentia ad iudicium. Si nec iuſtus ſine moleſtia, & uerecundia quadam ad ſanctorum ꝑſumit accedere laudes, quanto magis peccator, in cuius ore non eſt laus ſpecioſa, timeat ſemper neceſſe eſt uocem illam, quare tu enarras iuſtitias meas, ſiue illam, Amice quomodo huc intraſti non habens ueſtem nuptialem? Beati proinde qui ſtolam ſuam, dico autem gloriam conſcientiæ ſuæ ſoliciti ſunt omni tempore conſeruare immaculatam, ſemper ſplendidam exhibere. Sed quia pauci ſunt, qui ſic omni cuſtodia ſeruent cor ſuum, pauciores autem, Si tamen uel pauciores, qui in omni ſanctimonia ſeruent illud, neceſſe eſt frequenti abſtinentia maculas diluere ſubintrantes, præcipuè cum præcipua quælibet ſolennitas aduenerit celebranda. Non modo tamen præparatio eſt ad proximam celebritatem obſeruatio præmiſſa ieiunij, eſt & ammonitio quædam eruditioqꝫ non parua. Diſcimus ex hoc ipſo quænam uera ſit uia feſtiuitatis æternę. Quid eſt enim quod ieiunijs ſolennia præuenimus, niſi quod per multas tribulationes oportet nos intro-

ire in regnum Dei? Indignus 4 quippe ſolenni lætitia eſt, qui ſtatutam uigiliæ abſtinentiam nõ obſeruat. Planè inquam ſi renuis affligere animam tuam in uigilia, indignus iure cenſeris requie & exultatione feſtiua. Eſt autem uniuerſum præſentis pœnitẽtiæ tempus, uigilia quædam, ſolennitatis, magni & æterni ſabbati: quod præſtolamur. Nec cauſaberis uigiliam longiorem, ſi æternitatem feſtiuitatis attendas. Licet enim habere præparationem ſoleant ſolennia diurna diurnam, illam cum æterna ſit, non exigit tamen æternam. Sed quo nos rapit iocundior illius memoria felicitatis? Hoc enim nomine & ſæpius & forte dignius, nominatur illa feſtiuitas. Redeundum nobis eſt ad id quod præ manibus eſt.

4 *Nota hæretice, qui derides ieiunare & abſtinere iuxta præceptum eccleſiæ in uigilijs ſanctorum.*

Hodierni itaq; ieiunij & eius (quam præſtolamur) ſolennitatis & lætitiæ cauſa eſt, beata paſsio Andreę apoſtoli. Dignum eſt enim ut ſi cum eo pendere non poſſumus, cum eo uel ieiunemus. Nam 5 & ipſum cum biduo penderet in cruce, etiam ieiunaſſe, quis dubitet? Inueniamur ergo uel in exiguo communicantes paſsioni eius, & ſi non ſimul affixi patibulo, ſimul afflicti ieiunio, ut miſerante Deo etiam coronę participes ſimus, & in pręſenti quoque ſpiritualium ſocij gaudiorum. Quomodo enim non exultemus in memoria triumphi eius, quem in ipſa ſui pręſentia ſupplicij tam uehementer nouimus exultaſſe? An non erit lęta feſtiuitas, ubi & crux ipſa plena eſt gaudio? Si quidem & feſtiuum ſolemus nominare quod lętum eſt, & crux a cruciatu utique dicitur, aut certe cruciatus a cruce.

5 *Beatus Andreas biduo pendens in cruce ieiunauit.*

Quanta proinde exultatione uniuerſę terrę celebrãdum tantę nouitatis miraculum, tam magnificum opus diuinę uirtutis. Andreas homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, & tam uehementi ardore ſpiritus, crucem ſitiebat, tam inaudita a ſeculis gaudio tripudiabat, cum paratum ſibi eminus patibulum conſpexiſſet: O crux, inquit, diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata. Securus & gaudens uenio ad te, ita ut & tu exultans ſuſcipias me. Videtis quia non ſe capit præ magnitudine gaudij? Ita, inquit, tu & tu exultans. Ergo ne tanta eſt exultatio, ut exultet & ipſa crux, nec lęti quicquam habeat, ſed totũ lætitiæ ſit? Aut quis dicat minus, contra conſuetudinem, ſupra rationẽ, ultra naturam, crucifixum exultare, quam crucem. Illi ſenſum lætitiæ natura negauit, huic ſi quid præualet, gaudiũ omne exterminat, ingerit q; dolorem.

Amator ait, tuus ſemper fui, & deſideraui amplecti te. Fratres ignis uibrans eſt, non lingua loquens, & ſi lingua, certe ignea eſt. Carbones ſunt ignis illius, quem de excelſo Chriſtus miſerat in oſsibus eis. Atque utinam deſolatorij nobis ſint, cõſumentes, & exurentes quicquid in nobis eſt carnalis affectionis: Quales enim ſcintillæ ſunt iſtæ: aut a quanto interiori incendio micant? Planè beate Andrea granum ſinapis eſt fides 6 tua, quæ tam inſperatum ubi teri cœpit, cœpit ex ſe proferre feruorem. Quid ſi paulo amplius terreretur? Quis feruorem illum animus, quis uerba illa ſuſtinere poſſet auditus? Dum enim minus minaretur egeas, adhuc granum ſinapis deſpicabile uidebatur. Integrum erat, neſciebamus quid intus lateret. Dominus, inquit, me miſit ad iſtam prouinciam, in qua nõ paruum ei populum acquiſiui. Accedat cõminationis piſtillum, longe iam acrius ſapiet. Cõſtantiuſq; loquetur. Terrendum eum putat Egeas, crucis ſupplicium minitans, ſed non eſt ita. Accenditur magis in hoc uerbo, et libere clamat, Ego ſi patibulum crucis expaueſcerem, crucis gloriam non prædicarem.

6 *Fides ſancti Andreæ non fuit illa nuda hæreticorum, ſed uiua illa chriſtianorum, quæ per charitatem bonorũ operũ ferax erat.*

At ubi paratum ſibi lignū intuitus eſt, ex hoc iam planè totus igneſcens applaudebat, & blandiebatur illi amatæ ſuæ, officioſiſsime ſalutabat, deuotiſsime ſuſcipiebat, magnifice attolebat eam, & in ipſius præconio gloriabatur, clamans magis affectione, quam uoce. Salue crux precioſa: quæ decorem & pulchritudinem de membris Dominicis accepiſti. Salue crux quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Merito proinde crucis amatorem uenerantur quicunq; ſunt ſerui crucis, ſed ab his ampliorem iure deuotionem exigit, qui ſpecialius propoſuerunt tollere crucem ſuam. Vobis hoc, & de uobis dico fratres mei, qui non ſurda aure audiſtis illam euangelicam tubam, Qui non baiulat crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Parati eſtote totam animi diligentiam huic adhibere ſolēnitati, 7 & corde magno celebrare eam, quia magnus omninò conſolationis pariter & exhortationis theſaurus uobis repoſitus eſt in ea, ſi fuerit qui fodiat et ſcrutetur.

7 *Solennitas ſancti Andreæ, quam etiam ſupra inter præcipua feſta recenſuit.*

ADHVC DE EODEM PER D. BERNARDVM.

Eſt ſermo primus in die feſtiuitatis eiuſdē

CElebrantes hodie glorioſum beati Andreæ triumphum, in uerbis gratiæ quæ procedebant de ore eius exultauimus, & delectati ſumus. Neque enim locus poterat eſſe triſtitiæ, ubi tam uehementer lætabatur & ipſe. Nemo ex nobis compaſſus eſt ſic patienti, nemo auſus eſt plangere exultantem. Alioquin & nobis ipſe non incongrue dicere poterat, quod Saluator crucem baiulans ſequentibus ſe & lugentibus ait, Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos ipſas flete.

Denique cum duceretur ipſe beatus Andreas ad crucem: populus qui ſanctum & iuſtum dolebat iniuſte damnari, phibere uoluit ne puniretur, ſed magis ipſe inſtantiſsima prece prohibuit eos, ne non coronaretur, imo ne non pateretur. Deſiderabat ſiquidem diſſolui & cum Chriſto eſſe, ſed in cruce quam ſemper amauerat. Deſiderabat regnum intrare, ſed per patibulum. Quid enim dicit illi amatæ ſuæ? Per te, inquit, me recipiat, qui per te me redemit. Ergo ſi diligimus eum, congaudemus ei, non ſolum quia coronatus, ſed & quia crucifixus, quia deſiderium animæ eius tribuit ei Dominus, & poſuit in capite eius coronam de lapide precioſo.

Veruntamen dum cōgratulamur ei, quod diu deſideratæ crucis frui meruatur amplexu, mirum ualde eſt, ſi non ipſum eius miramur gaudium cui congratulamur. Dum enim noctis huius uigilias 8 celebrantes in uerbis tantæ exultationis cantando delectaremur, putas non fuit in nobis, qui ſecum cogitaret, & diceret, quid ſibi uult hæc, aut unde tam noua lætitia? Certe & crux precioſa eſt, & crux amari poteſt, & crux habet exultationem. Ita eſt fratres mei. Si fuerit qui colligat, ſemp lignum crucis uitam germinat, fructificat iocunditatem, oleum lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium chariſmatum. Non eſt ſylueſtris arbor, lignum uitę eſt apprehendentibus eam. Arbor fructifera arbor, ſalutifera eſt, alioquin quō dominicam occuparet terram? Illam dicam precioſiſsimam glebam, cui clauorū eſt infixa radicibus. Si non eſſet hęc precioſior cunctis, fructuoſior uniuerſis, nunq̄ illo plantaretur in horto, nec illam permitteretur uineam occupare. Deinde quid mirum ſi cruci ſuauitatem dedit, qui dedit & igni? Aut quō crux iudicatur inſipida, ubi dulce ſapit & flamma? Quid.n. ſapiebat

8 *Celebrabat D. Bernardus uigilias noctis ſancti Andreæ, et cum monachis ſuis cātabat uerba exultationis illius. Et utrūque horum contra hæreticorum inſidias.*

Laurentio ignis cum irrideret carnifices, iudicem ſubſannaret?

Quid nos ad iſta dicemus fratres, quod non ſapit etiam nobis quæ pro Chriſto eſt tribulatio, nec guſtamus & nos manna abſconditum? Sic enim uictus eſſet omnino diabolus, nec haberet penitus quid auferet. Sufficeret nobis hoc unum aduerſus duplicem malitiam inimici. Habet quippe nequiſſimus ille laqueos, habet & iacula, utpote callidiſſimus uenator hominum, ſolum ſitiens ſanguinem animarum. Alios telis appetit malitiæ cuiuslibet ſuggeſtionis, & in eis uulnerat multos, quorum tenuis eſt patientia. Alios uoluptatibus irretire laborat, & in his multitudinem copioſam eorum quæ in terra repunt, aut uolitant iuxta eum. Sit ergo gaudium in tribulatione, & iam non habet malignus unde alliciat. Liberati ſumus a laqueo uenantium, pariter & a uerbo aſpero. Nihil enim proficit inimicus in eo, quem crux Chriſti delectat, ſi carnalem ſuggeſſerit delectationem, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Si ad exaſperandum animum eius quamlibet immittere tentauerit amaritudinem. Non curat delitias, qui ieiunio paſcitur, multo minus murmurare pro eo poteſt, in quo etiam delectatur, plane altiſſimum poſuit refugium ſuum, ubi nec muſcipula inimici timenda ſit, nec ſagitta, imo uero mundus piſcis eſt, ſquamas pariter & penulas habens. Porro ſicut fruſtra iacitur rhete ante oculos pennatorum, ſic fruſtra iacitur telum in ſquamas concharum.

Fortis quippe eſt ut mors, non patientia aut ſpes, ſed dilectio. Non timor aut ratio, ſed ſpiritus fortitudinis eſt. Dicit patientia, ſic oportet fieri, quia timore urgetur. Dicit uoluntas bona, ſic expedit, & ſic agendum eſt, quia ſpei attrahitur ratione. Charitas uero quæ inflammatur a ſpiritu, neque ſic oportet dicit, neque ſic expedit, ſed ſic uolo, inquit, ſic cupio, ſic deſidero uehementer. Videtis quanta ſublimitas, uidetis quanta ſecuritas, quantaque ſuauitas charitatis? Felix anima quæ ad hunc charitatis peruenerit ſtatum, nec ſane deſperandum nobis, quandoquidem eius qui ad hūc peruenirit gradum, ob hoc maxime memoria celebratur, ut 9 ipſius & inuocemus auxilium, & prouocemur exemplo. Plus dico, & ex nobis nonnullos uidere mihi uideor in hoc gradu. Si dicis beatum Andream Apoſtolum eſſe, nec poſſe te qui puſillus es, eius ſequi ueſtigia, pudeat uel eos qui tecum ſunt, non imitari. Nemo repente fit ſummus, aſcendendo, non uolando apprehenditur ſummitas ſcalæ. Aſcendamus igitur uelut duobus quibuſdam pedibus, meditatione & 10 oratione. Meditatio ſiquidem docet, quid deſit, oratio ne deſit, obtinet. Illa uiam oſtendit, iſta deducit. Meditatione denique agnoſcimus imminentia nobis pericula, oratione euadimus, præſtante nobis Domino noſtro Ieſu Chriſto.

9 *Sāctorū in charitate decedētiū et inuocamus auxilium, & prouocamur exemplo.*

10 *Oratione et Meditatione quaſi duobus quibuſdam pedibus aſcendimus ad dominum.*

ADHVC DE EODEM SANCTO APOSTOLO per D. Bernardum Abbatem.

Eſt ſermo. 2. in loco ubi ſupra.

BEati Andreæ Apoſtoli Solennitas hodie celebratur, quam ſi pia ſolicitudine perſcrutemur, multa inuenimus in ea quæ ædificent animas 11 noſtras. In ipſo ſiquidē conuerſionis ſuæ initio, magnum nobis perfectæ obedientiæ præſtat exemplum. Quod quidem Chriſtianis omnibus neceſſarium, nobis tamen eſt charius amplectendum, qui nimirum ſpecialius ex ipſa profeſſione noſtra, tenemur obedientiæ debitores.

11 *Vide q̄d nō ſine cauſa celebrātur in eccleſia ſanctorū ſolēnitates.*

Sapiens nummularius eſt,imo ipſa ſapientia,cui neceſſe habemus reddere hunc obedientiæ nunimum,nec ſuſcipiet eum niſi,& integer inueniatur,& ſine aliqua falſitate. Nam ſi diſcutimus,ſi dijudicamus, & in hoc quidem præcepto obedimus,ſed non in illo tractus eſt nummus,non ſuſcipiet eum Chriſtus,a quo nimirum tenemur nummi integri debitores. Omnes 12 enim obedientiam ſimpliciter & ſine ulla exceptione promiſimus.

12 Ipſe et D. Bernardi Monachi pſtabãt ſuis ſuperioribus obedientiã ſimpliciter, & ſine ulla exceptione.

Quod ſi quis obediat quidem, ſed ſimulatorie, & ad oculum murmuret,aut in abſcondito,falſus eſt nummus eius,plumbum habet non argentum,& iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi. Doloſe agit, ſed in conſpectu Dei,quoniam Deus non irridetur. Vis audire perfectæ obedientiæ formam? Vidit Dominus(ait Euangeliſta) Petrum & Andream, mittentes rhete in mare & ait illis: Venite poſt me,faciam uos fieri piſcatores hominum. faciam,inquit,de piſcatoribus piſcatores,imo prædicatores. At illi continuo nihil dijudicantes aut hæſitantes,non ſolicití unde uiuerent,non conſiderantes quonam modo rudes homines,& ſine literis prædicatores fieri poſſent,nihil denique interrogantes,ſine omni mora,relictis rhetibus & naui,ſecuti ſunt eum. Agnoſcite fratres,quoniam propter uos ſcripta ſunt hæc,propter uos ſingulis annis,in Eccleſia recitantur,ut diſcentes ueræ obedientiæ formam,caſtigetis corda ueſtra in obedientia charitatis. Hæc nimirum eſt,quæ ſola commendat obedientiæ nummum, hoc illius argentum eſt probatum atque purgatum. Sola eſt Charitas quæ obediẽtiam gratam facit,& acceptabilem Deo. Hilarem quippe datorem diligit Deus; & item. Si tradidero,inquit,corpus meum ita ut ardeam, charitatẽ autem non habeam,nihil mihi prodeſt.

Vultis ut de ipſa quoque beati huius Apoſtoli paſſione,quam nimirum hodie celebramus,loquamur aliquid ad laudem Chriſti,& ędificationem ueſtram? Audiſtis certe,cum perueniſſet beatus Andræas,ad locum ubi crux parata erat, quomodo confortatus ſit in domino, & per ſpiritum quem una cum cæteris Apoſtolis,in igneis linguis acceperat, uerba uere ignea loqueretur. Videns ergo paratam eminus crucem, nequaquam (ut exigere uidetur mortalis infirmitas)facies eius expalluit, nequaquam ſanguis eius gelatus eſt,non ſtetere comæ,aut uox faucibus hæſit,non contremuit corpus,nec mens turbata eſt,non receſſit(ut aſſolet)intellectus. Ex abundantia cordis,os locutum eſt,& charitas quæ feruebat in corde,quaſi ſcintillas quaſdam ardentiſſimas emittebat in uoce. Quid enim beatus Andreas cum ſibi paratam,ut dixi,crucem eminus cerneret, loquebatur? O crux(inquit)diu deſiderata,& iam concupiſcenti animo præparata, ſecurus & gaudens uenio ad te,ita ut & tu exultans ſuſcipias me, diſcipulum eius qui pependit in te,quia amator tuus ſemper fui, & deſideraui amplecti te.

Obſecro fratres,homo eſt qui loquitur hæc,an non eſt homo,ſed angelus,aut noua aliqua creatura? Homo planè, ſimilis nobis,paſſibilis, nam paſſibilem eum paſſio ipſa teſtatur,qua appropinquante,tam lætabundus exultat. Vnde ergo in homine noua hæc exultatio, & lætitia hactenus inaudita? Vnde in tanta fragilitate,tanta conſtantia? Vnde in homine,tam ſpiritualis mens,tam feruens charitas, animus tam robuſtus? Abſit ut a ſeipſo tantam ei credamus ineſſe uirtutem. Donum perfectum eſt, deſcẽdens a patre luminum,ab eo utique qui facit mirabilia magna ſolus. Planè

conſtantia … tiribus / Donum D.

ſpiritus erat dilectiſſimi, qui adiuuabat infirmitatem eius, per quẽ diffunde batur in corde ipſius fortis charitas ut mors, imo & fortior morte. Cuius/ omnis & nos participes inueniamur.

Ecce enim moleſtus eſt nobis pœnitentiæ labor, corporis afflictio grauis, abſtinentia onerosa, in uigilijs dormitat anima noſtra præ tedio, non ob aliud ſane, quam propter inopiam ſpiritus. Ipſe enim ſi adeſſet, adiuuaret ſine dubio infirmitatem noſtram, & ſicut beato Andreæ crucem & mortem ipſam, ſic nobis quoque laborem & pœnitentiam noſtram faceret nonſolum non moleſtam, ſed etiam deſiderabilem, atque omnino delectabilem eſſe: ſpiritus enim meus (ait Dominus, ſuper mel dulcis, ita ut ne ipſa quidem dulcedini eius præualere queat, amariſſima licet mortis amaritudo. Quid non temperabit illa dulcedo, quæ mortem quoque facit eſſe dulciſſimam? Quæ reſiſtere poſſit aſperitas unctioni illi, quæ mortem quoque facit ſuauiſſimam? Cum dederit, ait, dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini. Quam moleſtiam non expellit gaudium illud, quod mortem quoque ipſam facit eſſe lætiſſimam? Quæramus hunc ſpiritum fratres, tota ſolicitudine operam demus, ut mereamur habere hunc ſpiritum, imo ut quem iam habemus, abundantius habeamus. Quicunque enim ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Nos autem non accepimus ſpiritum huius mundi, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis. Teſtimonium præſentiæ eius præbent opera ipſa ſalutis & uitæ, quæ nullatenus agere poſſemus, niſi ſpiritus qui uiuificat, ſpiritus Saluatoris adeſſet. Quæramus igitur ut dona ſua multiplicet Deus in nobis, & ſpiritum ſuum augeat, qui iam primitias dedit. Nullum 15 enim omnino præſentiæ eius certius teſtimonium eſt, quam deſiderium gratiæ amplioris, quoniam ipſe dicit, Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.

15 *Dat p hoc pbabilẽ cõiecturã præſentiæ ſpiritus ſancti non autẽ certitudinem fidei.*

Sed fortaſſe multorum nobis conſcientiæ iam reſpõdent. Deſideramus hunc quidem ſpiritum, qui ſic adiuuet infirmitatem noſtram, ſed inuenire non poſſumus. Et ego A dico: propterea non inuenitis, quia non quæritis, propterea non accipitis, quia non petitis. Petitis & non accipitis, eo quod negligenter petatis. Nihil enim aliud expectat, nihil aliud quærit Deus, niſi ut ſedule, & cum deſiderio requiratur. Denique quando negabit petentibus, qui etiam non petentes prouocat, & hortatur ut petant? Si uos, inquit, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Petite ergo chariſſimi, petite ſine intermiſſione, petite ſine hæſitatione, in omnibus operibus ueſtris, dulciſſimi ſemper huius, ac ſuauiſſimi ſpiritus præſentiam & auxilium inuocate.

A *Vides qđ ſpiritus ſanctus non datur niſi quærentibus & petẽtibus? Quod intellige poſt primam ſpiritus. ſancti gratuitam nobis a deo factam oblationem.*

Et nos enim fratres cum beato Andrea neceſſe habemus tollere crucẽ noſtram, imo cum 14 eo quem & ipſe ſecutus eſt Domino Saluatore. Inde enim ſic lætabatur, inde ſic exultabat, quod non ſolum pro eo, ſed etiam cum eo mori uideretur, & complantari ſimilitudini mortis eius, ut compatiens etiam conregnaret. Cum quo, ut ſimul crucifigamur & nos; attentius auribus cordis audiamus uocem dicentis. Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me. Ac ſi dicat. Qui me deſiderat, ſe deſpiciat, qui uult facere uoluntatem meam, diſcat frangere ſuam. Sed continuo bella inſurgunt, armantur protinus aduerſum nos

14 *Quid hic dicis Heretice, qui nihil pati uis cũ Chriſto, & nullas huius mundi tribulationes ſuſtinere cum illo, ut ei conregnes? An ne ita fecit beatus Andreas?*

inimici.Et nos armemur contra, imitemur arma Regis noſtri, ut tollamus & nos crucem noſtram, in qua de inimicis omnibus triumphemus. Audi enim quid Pſalmiſta promiſerit, imo ſpirituſſanctus per os eius. Scuto, inquit, circundabit te ueritas eius, haud dubium quin altiſſimi. De eo ſiquidē loquebatur, ſicut manifeſte indicant ipſius pſalmi præcedentia uerba. Ad quid fratres ſcuto circundamur, niſi quia nos undique bella circundant? Denique quid cauſæ ſit, ut te ſcuto circundet, attende. Scuto, inquit, circundabit te ueritas eius. Ad quid enim? Non timebis, inquit, a timore nocturno. A ſagitta uolante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Vides ne quam neceſſe ſit ut ſcuto circundet te ueritas, quem ſic hoſtium tela circundant? Ab inferiori enim parte timor nocturnus inſurgit, a ſiniſtris ſagitta uolat in die, a dextris perambulat negotium tenebroſum, & ut nihil ſit uacuum, a ſuperiori parte dæmonium meridianum inſurgit. Nos autem miſeri & miſerabiles, uicinis tot ſerpentibus, & igneis telis undique uolantibus, inſurgentibus inimicis, nihilominus pernicioſa ſecuritate & negligentia dormitamus, torpemus ocio, 15 uanitatibus & ſcurrilitatibus indulgemus, tam pigri ad ſpiritualia exercitia, ac ſi iam pax ſit & ſecuritas, & non ſit militia uita hominis ſuper terrā.

15 I nunc Hæretice, & gloriare te in Xp̄m credere, & hoc ſufficere tibi ut ſecurus uiuas de æterna beatitudine.

Hoc eſt dico uobis chariſſimi, quod me uehementius terret, quod omni nos timoris acerbiſſimi gladio transuerberat animam, quod inter tanta pericula, minus timorati, minus exercitati, minus quam neceſſe ſit ſoliciti uideamur. Siquidem unum e duobus hæc ipſa negligentia noſtra probat, aut omnino traditos nos hoſtibus & neſcire, aut ſi inter hęc conſeruamur, ei qui tuetur nos, ingratos nimirum inueniri. Quorum utrunque quid periculi habeat, ſatis manifeſtum eſt. Propterea 16 obſecro uos dilectiſſimi, ipſa nos excitet hoſtium malitia peruigil, & inſtantia eorum maligna, qua tam ſeduli, tam ſoliciti ſunt in noſtram perditionem, nos quoque ſolicitos faciat, & circunſpectos, ut in timore & tremore noſtram ipſorum ſalutem operemur,

16 O ſancte dei, quid nos tantum hortaris ut ſimus ſoliciti & circunſpecti, ut cum timore & tremore noſtrā ſalutem operemur, cum ſufficiat nobis credere firmiter, & certo ſtatuere remiſſa eſſe nobis peccata p Chriſtum, & conſequuturos nos p illum regnum cælorum, ut dicunt noſtri tpis dogmatiſtæ? An ſunt illi impoſtores & pſeudo prophetæ qui iuxta domini ſententiam, in ueſtibus ouiū ad nos ueniunt?

Ecce enim in cruce ſalus noſtra, tantum 17 ut ei uiriliter inhæreamus. Verbum crucis (ait Apoſtolus) pereuntibus quidem ſtultitia, his qui ſalui fiunt, id eſt nobis uirtus Dei eſt. Ipſa eſt ſcutum, quo circundamur, ut eius quatuor cornua quadrifaria hoſtium tela repellant. Sit ergo inferius cornu contra timorem nocturnum, id eſt, aduerſus puſillanimitatem, quæ de carnis afflictione procedit, ut id quod ſub nobis eſt, corpus caſtigare uiriliter ſtudeamus, ac ſubijcere ſeruituti. Si quis uero nobis in faciem maledicit, ſi quis aperte mala ſuadere conatur, in die uolat ſagitta, & a ſiniſtris eſt ſiniſtro nihilominus cornu crucis excipienda. Quod ſi adulatur, ſi quaſi cō ſulentis animo uenenum propinat fraternæ detractionis, & odium ſeminare conatur, ſi denique iniquum aliquid tanquam iuſtum perſuadere tentat, a dextris eſt mihi iſte, ſed Iudas eſt, oſculo me prodit, & dextro cornu crucis negotium perambulans in tenebris, neceſſe eſt propulſari. Sed ecce dæmonium meridianum ſuperbiæ ſcilicet, ſpiritus, qui nimirum in ſplendore maiori uirtutum acrius inſurgere ſolet. Hæc autem quam pernicioſa ſit, ſæpius uobis intimare curamus, initium quippe omnis peccati, & cauſa totius perditionis ſuperbia eſt. Propterea quiſquis es, qui ſalutem tuam operari ſtudes, aduerſus hanc ſuper caput tuum cornu crucis habere, memento ut non eleueris in ſuperbiam, non exaltetur cor tuum, non ambules in

17 Vide Hæretice qd nō ſufficit nobis ad ſalutem dominum Ieſum fuiſſe p nobis crucifixū, niſi etiā nos cruci eius inhæreamus. Et uide etiā modū quo id fiát p D. Bernardum hic expreſſum.

magnis,

magnis, neq; in mirabilibus ſuper te, ſed tela ea, quæ de ſublimi ueniunt, ſupereminens capiti tuo, cornu crucis excipiat. Sanè hoc ſolum eſt, cui ſalutis pariter & regni titulus inſcribitur. quia ſolus qui ſe humiliat, ſaluari & exaltari meretur.

¶ Iam ut breuiter repetam, quatuor hæc cornua ſunt, continentia, patientia, prudẽtia, & humilitas. Felix anima, quæ in hac cruce gloriatur, & triumphat, tãtum ut perſeueret in ea, & nullis ualeat tentationibus deijci. Oret igitur, quiſquis in hac cruce eſt, oret cum beato Andrea dominum & magiſtrum ſuum, ne patiatur eum de cruce deponi. Quid enim malignus ille non audeat, quid non præſumat impius attentare? Quod Egeę manibus de diſcipulo, hoc Iudæorum linguis facere cogitauerat, & de magiſtro. In utroq; tamen ſera pœnitentia ductus, uictus & confuſus abſceſsit. Vtinam habeat ſimiliter & a nobis, eo uincente, qui & in ſe, & in diſcipulo triumphauit. Faciat ipſe ut mereamur & nos in hac noſtra qualiacunq; 18 cruce pœnitentię, quam pro ipſius nomine tulimus, feliciter conſummari, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

18 Egete crucem pœnitentiæ quæ ultra fidem requiritur pro conſequenda ſalute.

VITA SANCTI PHILIPPI APOSTOLI
Per D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur i libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

PHILIPPVS, qui interpretatur os lampadis, a Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri, Gallis prædicat Chriſtum, Barbaras gentes uicinaſq; tenebris, & tumenti Oceano coniunctas, ad ſcientiæ lucem fideiq; portum deducit. Deinde in Hierapoli urbe Phrygię prouinciæ crucifixus, lapidatuſq; occubuit: Erectoq; ſepulchro ſepultus eſt. Cadauer ſimul cum filiabus ſuis ibidem requieſcit, cuius natalis eſt calendis Maij.

VITA SANCTI BARTHOLOMEI APOſtoli per Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

BARTHOLOMEVS Apoſtolus nomen ex Syra lingua ſuſcepit. Interpretatur filius ſuſpendentis aquas. Lychaoniam in ſortem prędicationis accepit, atq; Euangelium iuxta Matthęum apud Indos in eorum linguam conuertit. Ad ultimum, in Albano maioris Armeniæ urbe, uiuens a Barbaris decoriatus eſt; Sicq; terrę conditus. Cuius natalitium .8. calendas Septembris creditur.

VITA SANCTI IACOBI MAIORIS APOſtoli per Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

IACOBVS, qui interpretatur ſupplantator, filius Zebedei, frater Ioannis, quartus in ordine duodecim, tribubus quæ ſunt in diſperſione gentium, atque Hiſpaniæ, & Occidentalibus locis Euangelium prædicauit, & in occaſu mundi luce prædicationis effulſit. Hic in Marmarica Achaiæ ab Herode Tetrarcha gladio cæſus occubuit, ibidémque ſepultus.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

VITA SANCTI IOANNIS APOSTOLI ET Euangeliſtæ per D. Iſidorū Epm Iſpalēſem ſcripta.

IOANNES, qui interpretatur gratia, Apoſtolus & Euangeliſta, fi-
1 lius Zebedei, frater Iacobi, uirgo electus 1 a Domino, atq; inter cæte-
ros Magis dilectus. Qui etiam ſuper pectus magiſtri recubans, Euan-
gelij ſui fluenta de ipſo ſacro Dominici pectoris fonte potauit, & quaſi
unus de Paradiſi fluminibus, uerbi Dei gratiam in toto terrarum orbe dif-
fudit. Quiq; in loco Chriſti, Chriſto iubente, ſucceſsit, dum ſuſcipiens ma
trem magiſtri diſcipulus, etiam ipſe pro Chriſto alter quodāmodo dereli
ctus eſt filius. Hic dum Euangelium Chriſti in Aſia prædicaret, a Domi-
tiano Cæſare in inſula Pathmos metallo relegatur. Vbi etiā poſitus, Apo-
calypſim ſcripſit. Interfecto autem a ſenatu Domitiano, ab exilio reſolu-
tus rediit Epheſum, ibiq; ob hæreticorū refutandas uerſutias efflagitatus
ab Aſiæ Epiſcopis, Euangelium nouiſsimus ædidit. Cuius quidem inter
alias uirtutes magnitudo ſignorum hæc fuit. Mutauit in aurum ſyluestres
frondium uirgas, littoreaq; ſaxa in gemmas. Item gemmarum fragmina
in propriam reformauit naturam. Viduam quoq; precatu populi ſuſcita-
uit, & rediuiuum iuuenis corpus, reuocata anima, reparauit. Bibens lætiſe
rum hauſtum, non ſolum euaſit periculum, ſed eodem proſtratos poculo
in uitæ reparauit ſtatum. Hic autem anno ſeptuageſimoſeptimo poſt paſ
ſionem domini Saluatoris, ſub Traiano principe, longo iam uetuſtatis ſe
nio feſſus, cum diem tranſmigrationis ſuę imminere ſibi ſentiret, iuſsiſſe fer
tur, & effodi ſibi ſepulchrum, atq; inde uale fratribus dicens, facta oratio-
ne, uiuens tumulum introiuit, deinde in eo tanquam in lectulo requieuit.
Vnde accidit, ut quidam eum uiuere aſſerant, nec mortuum in ſepulchro,
ſed dormientem iacere contendant. Maxime pro eo quod illic terra ſen-
ſim ab imo ſcaturiens, ad ſuperficiem ſepulchri conſcendat, & quaſi flatu
quieſcentis deorſum ad ſuperiora puluis ebulliat. Quieuit autem apud
Epheſum ſexto calendas Ianuarias.

1 Tu qui dicis epiſcopos & ſacerdotes debere eſſe coniugatos, uideſne quomodo Ioannes uirgo electus a domino, & ob id inter cæteros magis dilectus, hanc tuam dementiam confutet?

ITEM DE EODEM BEATO IOANNE Apoſtulo ex Diuo Dionyſio Areopagita.

Hæc epiſtola habetur in libro Mikropresbytikon folio. 19.

IOANNI THEOLOGO ET APOSTOLO & Euangeliſtæ in Pathmos inſula relegato Dionyſius.

SAluto te ſacram animam dilectiſsime, & eſt mihi iſtud ad te prę mul
tis peculiarius. Exulta dilectiſsime ueraciter ei qui uere amabilis ac de
ſiderabilis & diligibilis eſt, nimium dilecte. Quid mirum ſi Chriſtus
uera loquitur, & iniqui diſcipulos ciuitatibus pellunt? Illi ipſi ſibi quę me
rentur profecto tribuentes, dum a ſanctis ſceleſti dirimūtur atq; recedunt,
uiſibilia ueraciter inuiſibilium manifeſtæ imagines ſunt: Neque enim in ſe
culis futurus auctor erit Deus iuſtarum ab ſe ſeparationum, ſed ij qui pror
ſus ſe a Deo ſequeſtrarūt, quemadmodum & alios cernimus hic iam Dei
conſortio & familiaritate beatos, quia cum ſint ueritatis amatores, ab af-
fectu omni materialium rerum longiſsime ſecedunt, & in omni libertate
malorum omnium, & amore diuino bonorum uniuerſorū pacem diligūt

& ſanctificationem, atq; ex præſenti uita futuræ primitias ſumūt. inter homines angelico more conuerſati, cum omni tranquillitate animi ac denominatione Dei & ſanctitate & uirtutibus reliquis.

Ecce quidem non adeo inſanus ſum ut arbitrer aliquid pati, imo & paſſiones corporis hac tantum in parte ſentire credo, ut eas ſolum diiudices. Cæterum qui te iniurijs impetunt, & exilio relegare ſe euangelij ſolem putant non recte, eos iure culpans, cupio his omiſsis quæ in ſeipſos peragūt, ad bonum conuertantur, & ad ſe attrahendo, fiant participes luminis.

Nos aūt nulla procella, nulla aduerſitas priuabit Ioannis clariſſimo radio, id q̃dem conſecuturos memoria ac renouatione tuę ueriſſimę Theologię. Poſt paululum uero (dicam.n. & ſi audax dictu uideatur) tibi chariſſima ſocietate iungemur. Ero aūt prorſus dignior cui fides habeaṫ, ſi (quæ tibi præcognita ſunt) quæ ex Deo didici, hæc loquar, quod ſcilicet & ex Pathmi cuſtodia dimittendus es liber, & in Aſiaticam terram reuerſurus, illiſq; perages boni Dei imitationes, eaſque poſteris trades.

ITEM DE BEATO IOANNE APOSTOLO & Euangeliſta per D. Ambroſium Epiſcopum.

Habetur in fine libri tertij eiuſdem de uirginibus.

Viuificet uos ô uirgines Petrus, qui & pro uidua interuenit, quanto magis pro uirgine? Qui diutius uiduas flere non paſſus, motus earū lachrymis, ſuſcitauit altricem. Viuificet uos Paulus, qui uos præcepit honorari, qui ait: Bonum eſt ſi ſic maneant ſicut & ego. Honore prouocat, magiſterio docet, inuitat exemplo. Viuificet ille, qui relictis ſuis omnibus ſecutus eſt dominum, ſecutus eſt Petrus, ſecutus eſt Ioannes.

Vide quid piſcator etiam iſte profecerit, dum 2 in mari lucrum ſuum quærit, uitam inuenit oīum. Lembum deſeruit, Deum repperit. Scalmum reliquit, uerbum inuenit. Lina laxauit, fidem uinxit. Plicauit retia, homines eleuauit. Mare ſpreuit, cœlum acquiſiuit. Hic ergo piſcator, dum ipſe turbato agitatur ſalo, mobili mentes ſtatione mutantes fundauit in petra.

2 *Ecce quemodo paupertas euangelica requirit omnium rerū actualem deſertionē, quādo id apprehēditur magis Deo placere, ſicut uidemus Ioannem & alios apoſtolos uoluntarie, & non neceſſario feciſſe.*

Aſtruamus igitur piſcatoris artem frequētius, ut plenius de uirtute credamus. Fuerit miniſter ignobilis, ut ſit Euangeliſta nobilior. Paupertate egens, ut uirtute locupletior. Vilis ad honorem uidetur, ſed precioſus ad fidem. Quanto minus creditur piſcatori, tanto amplius creditur, quia non ſua, ſed diuina ſunt quæ locutus eſt. Obſequitur plebeia conditio, expectationem aufert ſapiētiæ ſecularis, opinionem auget ſapientiæ ſpiritalis. Qui legem non didicit, & ultra legem loquitur, ab eo accipit, a quo ipſa lex uenit. Quę tam repentina dignitas? Piſcatores duo in monte domini uni latori legis, executori alteri conferuntur.

Videte qualis iſte piſcator ſit, Moyſes quidem terrena omnia & mundanę ſapiētię altitudinem ſupergreſſus, uſque ad cœlum & ſydera prudentia mentis aſcendit. Piſcatoris iſtius mens non nubibus caligatur, nō temporibus includitur, non myſterijs naturæ cœleſtis excluditur, ſed omnem corporalem materiam ſupergreſſa, uerbum apud Deum uidit, & q̄d uerbum ipſum Deus eſſet aſpexit. Nec obtutu carnis in Petro infirmata trepidauit, ſed Dei filium etiam in homine deprehendit, ut aſſumptio corporis ad ius diuinitatis aſſumentis aſcita, in nomen tranſiret auctoris. Et Moyſes quidem cum dicit: Et dixit Deus, & fecit Deus, patrem filiumq́; ſigna-

uit. Sed ille non ignorabat, ergo adhuc ignorabam. Deque poſt legẽ populus errauit, poſt Euãgelium credidit. Magna in diuerſis uirtutibus Dei gratia. In illo quia mundum deſcripſit, in iſto quia mundum ignorauit.

Habetur in ſermone eius de ſanctis martyribus inter Paſcha et Pentecoſten.

ADHVC DE EODEM SANCTO APOſtolo Ioanne per eundem D. Ambroſium Epm.

SEd fortaſſe quis dicet? Sepulchra clauſa ſunt, monumenta cõſtricta, quemadmodum prodire exinde potuerũt? Vt taceamus, quia omnia poſsibilia ſunt Deo, & clauſis tumuli penetralibus poſsit ſpirituale corpus educere, ut hæc omnia prætermittam; Ioannis tamen Apoſtoli habemus exemplum, quem tumulus ſuſceptum claudere potuit, cuſtodire non potuit. Nam depoſitũ corpus perdidit, non aſſumpſit. Hinc enim clauſis tumuli foribus gratia reſurrectionis ſublatus eſt, ut conſtaret ſepultura, & non inueniretur ſepultus. Denique cum ſacerdotes adorandi cauſa corpus inquirerent, reſerato aditu tumulus non potuit reddere quem ſuſcepit.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

VITA SANCTI THOMÆ APOSTOLI per Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

THOMAS, qui interpretatur abyſſus Chriſti, Didimus græce nominatus, & iuxta latinam linguam, Chriſti geminus, ac ſimilis Saluatoris, audiendo incredulus, uidendo fidelis. Hic Euangelium prædicauit Partis, Medis, Perſis, Hircaniſq́; ac Bactrianis, & Indis, tenens Orientalem plagam, & interna gentium penetrans. Ibiq́; prædicationem ſuam uſq; ad titulũ ſuæ paſsionis perducens, lanceis transfixus occubuit. In Calamina Indiæ ciuitate ſepultus eſt cum honore.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

VITA MATTHÆI APOSTOLI ET Euangeliſtæ per Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

MATTÆVS, qui interpretatur donatus, apoſtolus & euangeliſta, qui etiam ex tribu ſua Leui ſumpſit cognomen. Ex publicano a Chriſto electus eſt, & in apoſtolatum translatus. Primum quidem in Iudæa euangelizat, poſtmodum in Macedonia prędicans, requieſcit in uno ex montibus Parthorum.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

VITA SANCTI IACOBI MINORIS APOſtoli per D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

IACOBVS Alphei Epiſcopus Hieroſolymorum, primus cognomento iuſtus, ſororis matris Domini filius, unde & Domini frater uocatus eſt, homo lucis, operarius ueritatis, tãtæq́; etiam ſanctitatis, ut fimbriam ueſtimenti eius certatim cuperent attingere populi. Hic duodecim tribubus, quę ſunt in diſperſione gentium epiſtolam ſcribit. Qui dum in Hieruſalem Chriſtum Dei filium prędicaret, de templo a Iudæis præci-

pitatus, lapidibus opprimitur, ibiq; iuxta templum humatus eſt. Quem Ioſephus tantæ ſanctitatis perhibet, ut propter eius necem Hieroſolyma credatur eſſe diruta.

VITA SANCTI IVDÆ APOSTOLI PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in lib. eiuſdem de patribus noui Teſtamenti.

IVDAS Iacobi frater, qui interpretatur confeſſor, in Meſopotamia, atque in interioribus Ponti euangelizans, feras, & indomitas gentes, quaſi belluarum naturas, ſancto dogmate mitigat, & fidei Dñicę ſubiugat. ſepultus eſt in Ericho urbe Armeniæ Quinto Calendas Nouẽbris.

VITA SANCTI SIMONIS APOSTOLI PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in lib. eiuſdem de patribus noui Teſtamenti.

SIMON Zelotes, qui interpretatur Zelus, qui prius dictus eſt Chananæus, zelo Domini feruens, par Petro in cognomento, & ſimilis in honore, accepit principatum Ægypti, & poſt Iacobum iuſtum cathedram tenuit Pontificalem in Hieruſalem. Hic poſt annos centum uiginti meruit ſub Traiano per Crucem ſuſtinere martyrĳ paſſionem. Iacet in Boſphoro.

Hi fuerunt diſcipuli Chriſti, prædicatores fidei, & doctores gentium. Qui dum omnes unum ſunt, ſinguli tamen eorum, proprĳs, certiſq; locis in mundo ad prædicandum ſortes acceperunt. Petrus nanque Romam accepit, Andreas Achaiam, Iacobus Hiſpaniam, Thomas Indiam, Ioannes Aſiam, Matthæus Macedoniam, Philippus Galileam, Bartholomeus lychaoniam, Simon Zelotes Ægyptum, Mathias Iudæam, Iacobus frater Domini Hieruſalem, Iudas, qui & Tadæus, Meſopotamiam, atque pontum. Paulo autem cum cæteris Apoſtolis nulla ſors propria traditur; quia in omnibus gentibus magiſter & prædicator eligitur. Nam ſicut Petro & reliquis circunciſionis Apoſtolatus eſt datus, ita & Paulo præputĳ in gentibus. Hic autem ſeptem Eccleſiis, & tribus euangelizat diſcipulis.

VITA SANCTI MATHIÆ APOSTOLI PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in lib. eiuſdem de patribus noui Teſtamenti.

MATHIAS de ſeptuagintaduobus diſcipulis unus, pro Iuda Scariothis duodecimus inter Apoſtolos ſubrogatur, electus ſorte, & ſolus ſine cognomine. Cui data ꝑdicatio Euangelĳ in Iudæa fuit.

VITA SANCTI BARNABÆ PER D. ISIDORUM Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in lib. eiuſdem de patribus noui Teſtamenti.

BARNABAS, qui & Ioſeph, natione Cypriæ ciuitatis, a Cyro Rege perſarum conditæ, cum Paulo ante in gẽtibus Apoſtolatum adeptus, deinde propter Ioannem diſcipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatus eſt, ſeiunctus a Paulo, nihilominus Euangelicæ prędicationis iniunctum ſibi opus exercuit.

Habetur in lib. eiuſdem de patribus noui Teſtamenti.

VITA SANCTI LVCÆ EVANGELISTÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

LVCAS Euangeliſta, & Apoſtolicæ conſcriptor hiſtoriæ, natione Syrus, arte medicus, Græco eloquio eruditus, quem plerique tradunt fuiſſe proſelytum, & Hebræas literas ignoraſſe. Hic fuit Pauli diſcipulus, & indiuiduus peregrinationis eius comes. Quique ab ineunte pueritia caſtiſſimus fuit, & diſcipulus Apoſtolorum effectus, Euangelicæ prædicationis opus exercuit. Obijt autem ſeptuageſimo & quarto uitę ſuę anno: ſepultuſque eſt in Bithinia. Cuius quidem oſſa, regnante Conſtantio, Conſtantinopolim ſunt translata.

Habetur in lib. eiuſdem de patribus noui Teſtamenti.

VITA SANCTI MARCI EVANGELISTÆ PER D. Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta. Etto. 4°. 164

MARCVS Euangeliſta ſecundus Petri diſcipulus, eiuſq; in Baptiſmate filius. Cuius quidem Euangelium nonnulli dictatum a Petro Romæ ferunt. Hic ne ad ſacerdotium promoueretur, abſcidiſſe ſibi pollicem fertur. Primus tamen Alexandriæ cathedram tenuit; primuſq; Eccleſiam Ægyptiorum fundauit. Tantiſq; doctrinæ & continentiæ florens uirtutibus claruit, ut omnes diſcipuli Chriſti, eius imitationem ſequerentur. Mortuus eſt autem octauo Neronis anno, placida quoque quiete ſepultus.

Eſt li. iiij. eiuſdem de uita cõtemplatiua et ſupplicũ dei cultorũ.

VITA CHRISTIANORVM IN ALEXANDRIA ſub diſciplina D. Marci agentium, per Philonem Iudæum deſcripta Andrea Fruſio Gallo Interpræte.

POſtquam diſſerui de Eſſæis, qui ſtudio & labore magno actiuam uitam coluerunt, ijſq; per omneis, aut plurimas certè parteis (ut tolerabilius quid dicam) inter ſe diſcrepantibus, continuo de illis etiam, qui contemplationem ſunt amplexi, ut ordinem ſubſequar tractatus, quæ ad eos ſpectant relaturus ſum, nihil de meo adijciens locupletandę rei cauſa. (Quod poetis & oratoribus inſignium factorum penuria laborantibus fieri conſuetum eſt) Sed citra omnem artis fucum ueritatem ipſam comprehendens: ad quam profectò pro dignitatè exprimendam, quiuis alioqui diſertiſſimus animum (ſat ſcio) planè deſponderit. Luctandum nihilominus & conflictandum eſt. Non enim decet quantancunq; uirorum talium uirtutem ſilentium illis imponere, qui nihil boni honeſtiq; taceri æquum exiſtimant.

1 Pie lector ne credas quæ hoc in li. de ſuis Iudæis aſſerit Philo, illis & nõ potius ueteribus noſtris Chriſtianis cõuenire, qui

Philoſophorum itaque horum 1 inſtitutum ex ipſa protinus elucet nomenclatura. Nãque Therapeutæ & Therapeutides proprie uocantur; ſiue ob id, quia medicandi artem profitentur uulgari longè potiorem: cum hæc corpora duntaxat curet, illa animas potiſſimum grauibus, & medelam ægrè admittentibus morbis oppreſſas, ut quos uoluptates, concupiſcentiæ, triſtitiæ, cupiditates, uæcordiæ, iniuſtitiæ, & reliqua perturbationum uitiorumq; propè immedicabilium cohors ſuſcitarunt. Siue quo-

niam a natura & ſacris legibus edocti colunt ſupremum illud ens, quod bono melius, uno ſincerius, & unitate ipſa antiquius exiſtit.

His igitur quoſnam ex omnibus religionis titulo gloriantibus conferre par eſt? Non eos ſanè qui elementa uenerantur, terram, aquam, aerem, & ignem aliter ab aliis cognominata. Vtputà ignem ἥφαιστον appellant, ab incendendo ni fallor: Aerem ἥραν, quòd altè leuetur ac feratur; Aquam ποσειδῶνα ob eius potum: Terram denique δημητραν ut omnium matrem tam plantarum quàm animalium. Atqui mera ſunt commenta Sophiſtarum iſthæc nomina, neque elementa ipſa aliud ſunt quàm inanimata materies, omni ex ſe motione carens; & ad ſuſcipiendas quaslibet formas, figuras, & qualitates artifici ſubiecta. An eos qui perfectiora colunt naturæ opera, Solem, Lunam, aut planetas cæteros, uel ſtellas fixas: uel cœlum quoque & mundum uniuerſum? Verùm & hęc quoque non ex ſe ipſis, ſed ab opifice quodam peritiſſimo ſunt facta. Quid? annè quos nonnulli uocant Semideos? niſi hoc potius ſit cachinno dignum. Etenim quo pacto idem ſit mortalis ſimul, atque immortalis? Vt omittam quòd talium generatio uituperium fugere non poſſit, utpote referta incontinentia iuuenili, quam abſurde nimis audent affingere beatis diuiniſque poteſtatibus: quaſi cœlites ipſi fœminas mortales amore inſano appetierint, cum paſſionis ſint expertes: ac fœliciſſimi. Num poſtremo eos, qui ſtatuas & imagines adorant, ſubſtantiam habentes de lapidibus & lignis planè antea informibus, donec nunc nuper, Fabrorum manibus a concreta mole diſpeſcerentur? Quarum etiam fratres ſeu cognatæ partes in uaſa ceſſerunt ferendis aquis balnearibus aut pedibus lauandis apta: uel in alia ignobiliora quæuis ad uſus tenebris magis quam luci proprios inſeruientia.

Porrò de ritibus Aegyptiorum ne meminiſſe quidem honeſtum eſt: quippe qui bruta quoque animantia euexerunt ad diuinos cultus, nec manſueta ſolùm, ſed etiam immitiſſima ex ſingulis fermè generibus quæ ſub orbe lunæ continentur. Vtputa e terreſtribus leonem, ex aquatilibus Crocodilum eiuſdem plagæ indigenam. Ex aeriis Miluum, & Aegyptiacam quoque Ibin. Cum interim ea cernerent gigni, nutrimento egere, inſatiabilia & plena excrementis eſſe, euibrare uirus, homines uorare: morbis præterea uariis eſſe obnoxia, & morte corrumpi non naturali ſolùm, ſed etiam ſæpe uiolenta. Adorant nihilominus homines natura mites animalia immitia & inciturabilia, rationales irrationalia, diuinæ affinitatis conſortes ne beſtiis quidem nonnullis conferenda, principes ac domini obedientiam & ſeruitutem ſibi ex naturæ lege debentia. Sed iſti cum & gentem ſuam, & externos ſibi conſueſcentes repleant tam pudenda ſuperſtitione, ſinantur ut expertos cultus inſanabilesque & uiſu priuati ſenſuum omnium maximè neceſſario: uiſu, inquam, non corporis ſed animæ ipſius, quo ſolo uerum & falſum a ſe inuicem dignoſcuntur.

Hoc autem eximium cultorum genus, quod ſtudio uidendi aſſiduè incumbit, ſupremi entis gaudeat contemplatione; ac ſolem ſenſibilem tranſcendat, nec deſerat unquam hunc ordinem, per quem ad fœlicitatis culmen deducitur. Qui ergo ad cultum accedunt, nec patriæ conſuetudine, nec cuiuſquam ſuaſu aut exhortatione impulſi, ſed planè cœlico amore ſurſum rapti, in myſtarum Bacchi, & Corybantum morem diuino quodam feruore & impetu aguntur, donec conſpiciant, quod optant. Deinde præ

in principio naſcentis Eccleſiæ floruerunt primitias ſpiritus habentes. Vide pro noſtra hac ſententia D. Hiero. *de Viris Illuſtribus, nec nõ in pluribus* Epiſtilis *ubi de moribus Monachorũ tractat.* Vide Euſebiũ li. ij. *Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ. c. xyi. et xyij.* Vide *etiam* Epiphanium *in fine ſui* Panarij. *Item* Aug. *in lib. de* Moribus *Eccleſiæ contra* Manichæos. *Denique* Caſſianum *in lib. de* Inſtitutis Monachorũ.

ingenti uitæ immortalis ac beatæ deſyderio; perinde ut ſi reputent ſe mortali uita iam defunctos: facultates 2 ſuas liberis uel alijs genere coniunctis ante ſucceſſionis tempus: uel, ſi illi deſint, ſocijs & amicis ultro derelinquunt. Hos enim conuenit cum Plutum ad manum habeant uiſu præditum, cœcum illum alterum hominibus cedere, intellectu adhuc cœcutientibus. Anaxagoram Græci & Democritum celebrant, quòd philoſophiæ impleti deſyderio, in paſcuis ouium ſuas opes conſtituerint. Laudo ſanè & ego uiros ita factos pecunijs ſuperiores. Quanto uerò præſtantiores ſunt hi, qui quæ poſſidebant neutiquam paſcendis pecoribus, ſed hominum uel propinquorum uel amicorum leuandis neceſſitatibus; egeniſque ditandis liberaliter impenderunt? Inconſultum enim eſt illorum, quos adeò Græcia miratur, ne dicam inſanum factum: horum uerò ſobrium omnino, & exacta quadam prudentia excuſſum. Eia obſecro, quidnam aliud facere hoſtes ſolent, quàm incendijs immiſſis, ſectiſq; arboribus aduerſariorum fines deuaſtare, ut rerum neceſſariarũ penuria oppreſſi, uictas porrigant manus? Idem profectò Democritus & eum ſequẽtes agunt in ſuos ipſorum conſanguineos, non aliter quàm ſi manu ſua egeſtatem paupertiemq; illis conficerent, licet non hoſtili animo fortaſſe, at certè quatenus alienæ utilitati erogatis bonis non conſulunt.

2 *Vide ſi Euangelica paupertas eſt ſpõtanea & nõ neceſſaria rerum omnium abdicatio.*

Longè haud dubiè hi præeminent & uirtute, & laude: qui ad Philoſophiæ ſtudia non minus interim feruentes, prapoſita inſuper contemptui magnificentia, facultates ſuas potius elargiuntur quàm indignè conſumãt; ut eadem opera tum alios iuuent, tam ſeipſos: dum alijs quidem abundantiam rerum parant, ſibi uerò ſtudiorum commoditatem. Pecuniarũ enim ac poſſeſſionum curæ tempus perdunt, tui parcere operæ preciũ eſt. Quoniam iuxta Hippocratis dictum, uita breuis eſt, & ars longa. Id, quod innuere mihi uidetur & Homerus in Iliade per hos uerſus,

Myſii ubi fortes celebreſq; habitant Equimulgi
Lac inopes comedunt, nec iuſtior altera gens eſt.

Eò quòd ſtudium parandæ rei, auaritiam, iniuſtitiam, & inæqualitatem parit; oppoſitum uerò iuſtitiam matrem æqualitatis, intra cuius terminos naturæ opulentia conſiſtit, alteram longè antecellens (quod ad fœliciter uiuendum ſpectat) in opinionibus uanis collocatam.

Poſteaquam igitur ſeſe à facultatibus abſtraxerunt, nulla ineſcandi deinceps illecebra fugam capeſſunt, ne oculo quidem poſt tergum reflexo: iuſſis ualere fratribus, liberis, parentibus, uxoribus; cognatorum, amicorum & ſodalium turbis cum patria ipſa in qua geniti eductiq; ſunt, quia uiolentius nihil eſt ad trahendum ac decipiendum, quàm familiaris conſuetudo. Non autem in aliam ciuitatem migrant, ut faciunt infœlices & mali ſerui, qui ſe à poſſidentibus uendi poſtulantes, mutatis ſubinde dominis libertatem ſibi nunquam parant. Siquidem nulla non ciuitas quantumuis bene inſtituta, tumultibus atque obturbationibus plena eſt, tam multis, ut ferre nequeat uir ſemel ſapientiæ addictus. Quamobrem ſuas illi habitationes procul à mœnibus deligunt, in hortis, uel locis agreſtioribus ſolitudinem ſectantes, non quòd ferinam quandam uitam, ut hominũ oſores, agere proponant; ſed quia diſſimilium morum conuerſationes, inutiles ſibi & nociuas eſſe intelligunt.

In multis itaq; uniuerſæ terræ partibus ſparſum eſſe hoc religioſorum genus,

genus, cùm deceret tum Græciam, tum Barbaras quoq; nationes perfecti boni cõſortes eſſe. Abũdat nihilominus in Ægypto per loca ſingula quæ paſcua uocantur, præcipue circa Alexandriam. Et ab optimis quibuſq; ex omni plaga coloniæ deduci ſolent; uelut in patriam cultorum ad receſſum quendam commodiſsimum ſuper marîæ paludem ſitum, in colle leni admodum atque opportuno, tum propter habitationis ſecuritatem, quam uillæ & pagi circumiacentes præbent; tum propter aeris temperiem, quam ſaluberrimam efficiunt auræ partim tenues ex palude mare influente, partim craſsiores è pelago uicino aſsiduè, ſurgentes ac ſimul permixtæ. Domus eò conuenientium ſtructura ſaneq; leui ac uili conſtant pro gemina tecti neceſsitate, ut nimĩ æſtus & frigoris iniuriam ꝓpulſent. Eædem præterea domus nec propinquæ ſunt inter ſe, ut urbanæ ſolent, quoniam uicina contubernia ſtudioſis ſolitudinis turbulenta & moleſta ſunt. Nec rurſus tam procul diſtant a ſe inuicem, quominùs iucundiſsimo optatæ ſocietatis amplexu frui poſsint, & mutuam ſibi opem ferre, ſi quis hoſtium contingeret incurſus.

Habet unuſquiſq; ſacram ædiculam Semnêiam, & monaſterium appellatàm, in qua honeſtæ ſanctæq; uitæ myſteria peragunt: non cibum, non potum, aut aliud quicquam uſui corporis neceſſariam eò inferentes, ſed leges tantum & oracula prophetarum, & hymnos, & alia huiuſcemodi, per quæ doctrina ſimul & pietas augeſcunt, ac perficiuntur. Memoriã Dei tam iugem tenent, ut per ſomnia quoq; ſola diuinarum uirtutum imaginatio ipſis obuerſetur. Vnde & pleriq; inter dormiendum uelut per inſomnium accepta enunciant præclara dogmata ſacræ philoſophiæ. Bis orare 3 Deum ſolent per dies ſingulos mane & ueſperi. Nam in ortu Solis fauſtum diem petunt, ac uerè fauſtum, ut menteis ſcilicet impleantur lumine cœleſti: In occaſu uerò, ut ſublata ſenſuum & ſenſilium rerum importunitate, anima intra concilĩ ſui curiam recepta, ueritatem rectè inueſtiget. Porrò ſpatium illud temporis, quod a mane ad ueſperam uſque intercedit, totum inſumitur in piam exercitationẽ. Verſantes enim ſacras literas, more a patribus accepto philoſophantur per allegorias, cum perſuaſum habeant literæ ipſius interpretationes ſigna eſſe rerum occultarũ, quæ arcanis quibuſdam ſenſis declarentur. Neq; deſunt apud eos antiquorum uirorum ſcripta, qui primi fuerunt huius inſtituti duces, & monumenta pleráq; formam allegoriarum hoc genus exhibentia reliquerunt, quibus tanquam exemplaribus utentes poſteri, eundem diſciplinæ modum obſeruant. Nec uacant ſolùm contemplationi, ſed cantica 4 etiam, & hymnos in Dei laudem uarĩs metrorum & modulationum generibus cõpoſitos, uenuſtis inſuper rythmis & notis quibuſdam neceſſarĩs deſcribũt.

3 *Ecce quàm antiquus in eccleſia orationis uſus.*

4 *Canticorum & hymnorum uſus etiam a principio naſcentis eccleſiæ fuit.*

Per ſex hebdomadæ dies in dictis monaſterĩs ſeorſum morantur ſinguli & ſolitarĩ ſecum philoſophantur; nec limen exeunt, nec intus abditi per ſpeculam ullam foras proſpiciunt. Septimo autem die uelut in collegium congreſsi, ordine conſident pro ſua quiſq; ætate, cum habitu decenti, intra quem manus tenent, dexteram inter pectus & mentum poſitam, ſiniſtram reductam ad latus. Tunc prodiens unus in medium, qui cæteris ſenior & dogmatum peritior habetur, mira uultus & uocis grauitate, cum magna item mentis ſolertia diſſerit: haud ſane ut Rhetores uel ſophiſtæ noſtræ tempeſtatis, dicendi acrimoniam oſtentans: ſed exactam potius uim

ſententiarum perſcrutans atq; enucleans, quæ non ſolùm inſideat extremis auribus: uerùm etiam per auditum in animũ penetret, ac tenaciter inhæreat. Reliqui omnes cum ſilentio auſcultant, & dictorum commendationem oculorum uel capitis nutibus dicenti ſolum ſignificant. Porrò cõmune illud monaſterium in quod ſeptimo quoq; die cõcurrunt, duplicem habet ambitum diſtinctum, unum ad uirorum, alterum ad mulierum proprios conſeſſus. Nam docentem audiunt unà etiam mulieres, utpote eiuſdem zeli atq; inſtituti conſortes. At paries utrunq; dirimens habitaculum, tribus tantum uel quatuor cubitis ſupra pauimentum inſtar propugnaculi erectus eſt. Reliquum ſpatium ad tectum uſq; apertum relinquitur, duabus forſitan de cauſis, tum ut conueniens naturæ muliebri pudor conſeruetur; tum ut ex congrua loci diſpoſitione, facile illæ percipiant uocem diſſerentis, nulla media obſtructione præpeditam.

Temperantiam primum num in anima collocant, ueluti fundamentũ, quo iacto uirtutes cæteras ſuperextruunt. 5 Cibum uel potum ante Solis occubitum offerre nefas eſt; quia luce dignam exiſtimant philoſophicam ſuam exercitationem, caligine uerò potius omnem corporis neceſſitatem. quapropter totum illi diem, huic modicam duntaxat noctis portionẽ aſſignãt. Nonnulli, quibus altius infixum eſt diſcendi deſyderiũ, triduũ tranſigunt, alimenti prorſus immemores. Alij etiam tanquam a ſapientia ſplendido & amplo doctrinæ conuiuio excepti, tantam ſentiũt oblectationem, tantiſq; delitijs fruuntur; ut duplum ſuſtineant ieiunij tempus, et uix ſemel intra ſex dierum ſpatium neceſſarium guſtent cibum, perinde ac ſi (quod de cicadis fertur) aere ueſci aſſuerint, & tãtus ipſe, (ut arbitror) facilem toleratu reddat inediam. Septimum A uerò diem omnino ſacrum, feſtũ, ac celebrem cenſentes, ſingulari hoc honore dignantur, ut in eo poſt curam animæ impenſam, corpora tãdem ut iumenta curent, remiſſa aliquãtiſper laborum continuitate. Nihil edunt magno ſumptu uel ſtudio paratum, ſed frugalem panem, & obſonij loco ſales: quos, ſiqui ſunt inuictu delicatiores, unà cum hyſſopo conditos ſumunt. Aquam bibunt hauſtam ex fluentis. Eo pacto eſuriem & ſitim, quas natura generi mortalium tanquam dominas impoſuit, nihil blandientes, ſed ea ſolùm citra quæ uita non ſubſiſtit, porrigentes, demulcent. Idcirco tantummodo edunt ac bibunt, ut famem et ſitim ſedent: ſatietatem ut inſidioſum tam animi, quàm corporis hoſtem auerſantur. Ad hæc cum duplex ſit genus tegumenti: ueſtis ſcilicet & domus, diximus de domo quod ſit ornamenti expers, nulloq; fermè negocio ad ſolum uſum neceſſarium conſtructa. Veſtis 6 ſimiliter eſt ſimpliciſſima, quæ ab æſtu & frigore tutari illos poſſit. Nimirum hyeme palliũ uilloſum & craſſum, Æſtate tunica ſubtilis. Et (ut in ſumma dicam) ſtudent in omnibus a faſtu eſſe immunes, ut qui probè ſciant ſuperbiæ uitium a falſo, humilitatis uirtutem a uero ſumere principium. Verũ inſuper & falſum tanquam fontes eſſe. Ex hoc.n. ſpecies malorũ tot diuerſæ; ex illo bonorũ humanorũ diuinorumq; omnium affluentiæ deriuant.

Libet hîc celebriores quoq; eorundem congreſſus, & morem conuerſandi in conuiuijs ſuis hilariorem recenſere, atq; opponere quæ alij agitare ſolent conuiuia. Quippe qui poſtq; mero ſe ingurgitarint, quaſi non uinũ bibant, ſed potius turbulentum & furioſum quiddam, aut aliud grauius naturalis rationis alienationem paſſi, uociferantur & rabiem oſtendunt,

5 *Vide ſanctorum antiquorum patrum temperantiam. Necnon uictus tenuitatem, ac delitioſorum ciborum abſtinentiam.*

A *Vides obſeruationem diei dominicæ ſtatim in initio eccleſiæ.*

6 *Vide etiam ueſtitus ſimplicitatem & uilitatem.*

ut ſolent immanes beſtiæ: necnon cominus inſurgentes mutuis impetunt ſe morſibus; & nares, auriculas, digitos, aliaſq́; corporis parteis mordicus præſectas deglutiunt, ita ut facere uerum uideantur id, quod de Cyclope & socijs Vlyſſis fabuloſum narratur a poeta. illum membra hominum, ut panis fruſta deuoraſſe. Atqui uel Cyclope iſti ſunt crudeliores, cum is ſuſpectos ſibi hoſtes ulciſci uellet: hi autem in ſocios & amicos ſęuiant, nec raro in cognatos, uiolatis communis menſæ & familiaris conuictus legibus atq; inducijs. Qua, in re gymnicorum certaminum ſpecimen peruerſum præbent, quorum honeſtam exercitationem, ueluti legitimum numiſma præcidentes, non athletæ, ſed athlij rectius, ideſt infelices, appellandi ſunt. Nam quæ illi ſobrij in ſtadijs, ſpectantibus Græciæ populis & aduenis, interdiu uictoriæ gratia & coronarũ, quæ uictoribus olympicis decerni, cum multa gerunt ſolertia: Iſti adulterina imagine repræſentant in conuiuio, per tenebras nocturnas ebrij, bacchantes, ſine arte, & praue cum ingenti dedecore, iniuria & calamitate illorum qui talia ſuſtinent. Quód ſi non aliquis uelut certaminis præfectus, interuentu ſuo compeſcuerit, in maiorem rapti licentiam, ad internecionem uſq; pugnãt, cædentes ſimul & cadentes. Neq; enim leuiora auferunt quàm inferunt, aut diſponunt. In quod peccati periculiq́; genus temere incurrunt, quicunque hoc modo (ut ait comicus) non in proximorum tãtùm, ſed in ſuam quoq; ipſorum perniciem uinum bibere non dubitant. Hic fit, ut qui pauloante incolumes amiciq́; inter ſe ad conuiuium acceſſerunt; haud multo poſt inde mutili atq; inimici diſcedant, & aliqui aduocatorum ac iudicum, alij chirurgorum medicorumq́; ope indigeant. Cæterum ex compotoribus qui uidentur moderatiores, non aliter quam ſi mandragora intemperata eſſent poti, obiecto ſiniſtro cubito, ceruicem oblique inuerſam fulcientes, & in calices ipſos crapulam eructantes profundo ſomno ita comprimuntur, ut nihil penitus uel animaduertant, uel audiant, qui unicum habere ſenſum putandi ſint maximè omnium ſeruilem, nempe guſtum. Noui etiam nonnullos, qui uino ad ſummum iam pectus imbuti, antequam penitus demerſi ſepultiq; ſint, futuram poſtridie compotationem largitis ſymbolis præconcinnant, quaſi præſentis lætitiæ partem eſſe ducant ſperatã denuo ebrietatem. Qui uiuere pergunt in hunc modum, ij domum & familiam ſuam perdunt: atque parentibus, uxoribus, patriæ, ſibiq́; ipſis inimici exiſtunt. Luxu enim diffluens & perdita uita uniuerſis parat nocumentũ.

Sed laudabit fortaſſe quiſpiam, eam quæ nunc eminentior apparet conuiuiorum rationem, deſyderio adductus Italicæ illius magnificentię ac demalliciei, quam Græci barbariq; paſſim æmulantes, magnas faciunt apparatus oſtentationis potius, quàm epulationis gratia. Vtputa triclinia & lectulos alios diſpoſitos in orbem ex ebore, uel teſtudine, uel precioſiore quoq; materia conſtructos; additis plerumq; gemmarum incruſtamentis. Strata item alia purpurea cum auro intexto, alia tincta ſucco floris, & ad uiſus lenocinium, omni colorum genere uariegata. Pocula ferme innumera iuxta ſingulas ſpecies in ſeriem expanſa. Adde Cyathos, phialas, calices & alia uaſa diuerſi generis, miro torni ac ſculpturæ artificio ab induſtrijs uiris elaborata, ut quæ ab authore Therielia dicuntur. Serui adſunt tum forma, tum cultu uenuſtiſſimi, nec tam ad miniſterium (ut conijcere eſt) quam ad oblectationem intuentium producti. Pueri ex ijs pincernæ

rum munere funguntur: adulti ſatellitum, loti omnes atque expoliti. Facies etiam ſculpturis, & picturis quibuſdam inſignitas habent, capillos concinnè implexos & conſtrictos; nam uel promiſſos ferunt, uel non tonſos omnino. Vel eos ſolum qui a fronte ſunt, ita ut a ſuprema parte exequati omnes, figuram lineę circularis abſolutam reddant. Tunicas induti ſunt arachnæis telis tenuitate conferendas, & candidiſſimas; Zoniſq; ſuccinctas, ut pars anterior infra genu, poſterior paululũ infra poplites ſit demiſſa. Vtranque rurſum partem criſpis complicationum rugis collectam cõſtrictamq; iuxta tunicularum connexionem ex tranſuerſo ſinu ſuſpenſam tenentes, & concauis laterum partibus latius diſtenſis cuſtodiæ præſidẽt, obſeruantq; ſiquid imperetur. Alij adoleſcentes ſunt prima barbæ lanugine efflorefcentes, qui pauloante ab impudicis hominibus in delicijs habiti fuerant, & ad obſequia indigna nimio ſtudio exercitati. Ex his opinio paratur opulentiæ, etiam inopibus, ut norunt utentes. cum reuera inſignem boni honeſtiq; arguant inſcitiam. Accedunt obſoniorum, cupediarumq;, & condimentorum miræ uarietates, quibus pręparandis coci aliiq; que lautitiarum artifices miſcere inſudant; nec ſolum (quod ex uſu foret) guſtum ſuauitate, ſed uiſum etiam uenuſtate delectandum curant. Septem eò uel plures importantur menſæ, omnibus refertæ epulis: quas terra, mare, fluuij & aer producunt. nullum non electum, nullum non obeſum ex animalibus, piſcibus & uolucribus eſitandis. nullum non, quo magis gulam conciliet, opipare conditum. quaſi hoc ſtudij debeant, nequa omnino eſcarum, ſaporumq; ſpecies in rerum natura remaneat immunis. Poſtremæ tandem menſæ adueniunt, omni fructuum genere onuſtæ, præter illas, quæ inter ludos & poſt cœnam ſicut commeſſationes, ut quæ epideipnides appellantur. Auferãtur autem uacuæ paropſides, adeò inexplebiles ſunt conuiuæ, ſe mergorum more ingurgitantes; ut qui carnium nonnullas ad intima uſque oſſa uorant: alias detruncantes, laniantesque relinquunt ſemeſas. Vbi demum nauſea cibi oborta eſt, uentribus ad fauces uſque oppletis, tanquam adhuc uacui ex gulæ deſiderio, licet de eſu iam deſperent, ceruice nihilominus circumacta copiam, lautitiamque ferculorum oculis, nidorem uerò naribus apprehenſant. Poſtremo uiſu quoq; & olfactu plenè ſatiatis, cæteros hortantur ad ueſcendum, tam conuiuij apparatum, q̃ exhibentis magnificentiam laudantes.

Sed quorſum prolixa iſtæc narratio? Vt nimirum hominibus uitam agẽtibus honeſtiorem, & quæ dicta ſunt damnantibus, magis adhuc effringerem, ſiquid ſupereſt iſtiuſmodi affectuum, quos minui quàm fieri poteſt maximè operæpretium eſt: cum procliue ſit nonnullis optare res neutiquã ſanè optabiles famem & ſitim cum luxu cibi ac potus in conuiuijs iſtis uſitato. Porò ex priſcis Græciæ conuiuijs, duo potiſſimum celebria & inſignia memorantur, quibus & Socrates ipſe interfuit. Vnum Calliæ, quando coronato Autolyco propter uictoriam & epinicia factum eſt epulum ſolenne. Alterum fuit Agathonis. Quæ quidem duo memoriæ prodenda cenſuerunt uiri tum moribus, tam doctrina uerè philoſophi Xenophon & Plato, uel ea de cauſa quod poſteros crederent exemplum inde accepturos eſſe ſtudioſæ conuerſationis in conuiuijs præſtandæ. Verum ſi ea quoque cum his, quæ noſtris iſtis uitæ contemplatiuæ amatoribus propria ſunt, contulerimus, pro riſu erunt. Vtrunque igitur uoluptuarium eſt: huma

nius

nijs tamen quod ſcribit Xenophon, ubi adſunt fœminæ tibicines, ſaltatores, Hiſtriones, muſici; ueluti præſtigiatores, & ſcurriles poetæ, ſalſa gratioſaq́ dicteria magnæ ſibi gloriæ ducentes: & alia quædam ad hilariorẽ animi remiſſionem ſpectantia. Platonicum uerò, fermè totum de amore eſt, nec eo ſolùm, quo uiri fœminæq́ inſaniunt inter ſe, quod genus concupiſcentiæ naturæ legibus inſeruit. Sed quo etiam maſculi in maſculos ſola ætate differentes, fœde exardeſcunt. Siquid autem in illo de amore & uenere cœleſte occurrit dictum; id ſolùm ad honeſtæ cuiuſdam ciuilitatis prætextum adſitum fuit. Nam maximam ſermonis partem ſibi uendicat amor ille communis & tritus, qui uirilis fortitudinis uirtutem humanæ uitæ & bello, & pace imprimis conducibilem de medio tollens, muliebrem ingerit imbecillitatem, & effœminatos reddit uiros ipſos, quos omnibus ad robur conferentibus exercitijs conflictari oportet. Pueritiam etiam corrumpit, quam in amaſiæ conditionem ſubinducit: cuius itidem amatores, afficit grauiſſimis damnis corporum, animorum atque facultatum. Neceſſe eſt enim impuri hominis iſtiuſmodi mentem quidem ad nequitias tales penitus intenſam, in ijs ſolùm perſpicacem eſſe, & ad reliqua omnia ſeu priuata ſeu communia negotia cæcutire, Vtpote à concupiſcentia obcæcatam. Corpus uerò curis laboribuſq́ nimijs, ſi præſertim uota non ſuccedant, tanquam liquefactum contabeſcere. Ipſas etiam facultates duplici ex cauſa imminui, ob incuriam ſcilicet, & impenſam. Aliud præterea inde naſcitur maius & publicum malum, quòd urbium ſolitudinem, & optimi omnium generis humani ſterilitatem moliuntur: & ſicut imperiti agricolæ pro gleboſo campo ſeminant arenoſas uel ſaxoſas terras, aut aſpera quæuis loca, quæ non ſolùm nihil germinare ualent, ſed etiam ſemẽtem perdunt. Sileo interim fabularum figmenta, & homines illos bicorpores, qui primitùs per amoris mutui efficaciam concreti, poſtea denuo diſſoluta compage illa in priſtinas partes ſeiuncti ſunt. Perſuaderi hæc multis non ægre poſſunt, & ex ipſa commenti nouitate ineſcare aureis. Sed ut uaniſſima facilè rejciunt ij, qui Moſem norunt, & ab ineunte ætate ueritatis amore ſunt imbuti; unde ab omni fallacia immunes perpetuò exiſtunt.

Cum ergo famoſa illa conuiuia ineptijs ſcateant eiuſmodi, ut ſui redargutionem in ſeipſis habeant. Siquis ad opinionem uulgi & famam de illis cum falſo honeſtatis prætextu traditam reſpicere non uelit, opponat nunc altera ex parte conuiuia horum Philoſophorum, qui iuxta Moſis prophetæ ſacras enarrationes ſpeculandis naturæ rebus uitam, ſeq́ ipſos prorſus dedicarunt. Hi primum 7 per ſeptem hebdomadas congregari ſolent, non ſimplicem ſolùm & unicam uenerantes, ſed & ſeptuplicem hebdomadam, ut uirtute plenam. caſtam enim ac perpetuò uirginem eſſe intelligunt. Eſt autem hæc præuia quædam diſpoſitio ad maximum illud feſtũ Pentecoſtes cui numerus ceſſit quinquagenarius omnium ſanctiſſimus & naturæ intimus ex trianguli uirtute rectum angulum habentis, quod eſt principium generationis, & conſtitutio uniuerſorum. Vbi conuenerunt albis ueſtibus induti, cum alacritate mira & ſuprema quadam grauitate, ſigno per unum ex ijs, quos ab officij uiciſſitudine Ephemereutas uocant: dato priuſquam diſcumbant, ordinatè, decoremq́ ſtantes, facies ſuas pariter & extenſas manus ad cœlum ſuſtollunt; illas quidem ut edoctas quæ ſunt ſpectatu digna intueri: has uerò ut puras a quæſtu, nullaque parandæ

7 *Quòd hic dicit philo de p̃paratione ſeptẽ hebdomadarũ, & de feſto Pentecoſtes, intellige de ſancta quadrageſima & de feſto paſchatis. Nam in primitiua Eccleſia in quadrageſima ieiunabant, & p̃parabãt ſe, nõ ãt in .l. diebus poſt Reſurrectionem*

tei anſa contaminatas.Dehinc precantur Deum ut propitius adſit, & iuxta mentem fœlix contingat is conuictus.Poſt precationem diſcumbunt præsbyteri,id eſt ſeniores iuxta diuinorum ordinem iudiciorum. Nō enim ſeniores cenſent grandeis natu ac ſenio confectos , ut nec rurſum iuuenes admodum ſeu pueros,ſi tardius illi hoc inſtitutum amplexi ſunt : ſed eos demum,qui iam inde a pueritia initiati,pubertatis annos,atque adeò ipſum ætatis florem contemplationi,quæ philoſophiæ pars eſt pulcherrimam & diuiniſſima,impenderunt. Epulantur unà etiam mulieres , uirgines grandæuæ ut plurimùm,quæ caſtitatem ipſam non neceſſitate ulla (ut pleræq; apud Grçciā ſacerdotes)potius quàm ſponte 8 ac deliberato animo conſeruant,ſed præ Zelo ſtudioq; ſapientiæ, cui ut ſuauius conuiuāt, omnem corporalium uoluptatum curam prorſus abiecerunt;neque mortalium fœtuum,ſed immortalium ſobolem affectant , hanc autem parere ſolùm poteſt anima Dei amica,ſeminante in ea ſummo patre radios intellectuales,q̄bus deinceps Sapientiæ dogmata ſpeculari poſſit. Diſtributus eſt aūt menſæ accubitus,uiris ad dexterā , ad ſiniſtrā mulieribus ſeorſum.

Hic ſanè exiſtimet quis lectulos & ſi non ſumptuoſos,molliuſculos tamen ingenuis,ciuilibus & Philoſophiæ ſtudioſis uiris concinnatos eſſe. At qui thori ſunt duntaxat materiæ cuiuſdam leuiſſimæ,putà herbacei & ex papyro,quam regio producit,humi ſtrata,paululum aſſurgunt fulcra quędam ſanè quàm uilia ad cubitos uſque ut inniti queant. Nam de Laconica illa nimia auſteritate nōnihil remittūnt.omni uerò & tempore & loco 9 libertatem ſeruare ſtudent,eoque ferunt facilius,quoniam uoluptatis philtra totis uiribus auerſantur. Mancipijs ad miniſteria non utuntur, cum ſeruorum poſſeſſionem ducant a natura eſſe alienam : hæc enim omneis ex æquo procreat liberos;ſed iniuſtitia & cupiditas hominum quorundam, inæqualitatem omnis mali radicem affectantium,robur ab infirmioribus ui ſublatum,potentioribus adiecerunt . In hoc itaque ſacro conuiuio ſeruus eſt,ut dixi,nullus:ſed liberi uicem miniſtrandi ſupplent quoties opus eſt;neque id faciunt inuiti,uel mandatum ullum expectantes, uerùm ultrò cum multo ſtudio & alacritate iuſſa præuertentes . Siquidem non liberi quicunque ad munia iſthæc ordinantur;at iuuenes duntaxat,ijque optimi ex ſodalitio accuratiſſimè diſcuſſi ac electi,quales eſſe par eſt, ciuiles,ingenuoſque ad ſupremum uirtutis aſcendentes. Quamobrem uelut filij genuini libenter & cupide patribus matribuſq; parent. Immo quos habent cū plurimis communes,eos ſibi magis proprios parentes cenſent , quàm ipſoſmet à natura datos:nec id ſanè iniuria,nam homini bene ſapienti nihil æquè ꝓprium intimūq; eſſe debet,ut ratio boni & honeſti,quæ καλοκἀγαθία dicta eſt. Ad miniſtrandū porrò accedunt illi ſolutis cingulis ac ueſtibus demiſſis,nequā in cōuiuio præ ſe ferant ſeruilis habitus imaginē. Non me latet,aliquos hoc audito riſuros eſſe:at ridebunt ſoli,q̄ fœda cōmittūt.

Nihil propinatur uini per illos dies,ſed aqua 10 lympidiſſima, & frigida quidem pluribus,calefacta uerò ijs tantùm , qui iam ſenio exhauſti ſunt,non item ſiqui eam ſuauioris potus gratia deſyderent. Menſa apponitur munda penitus ab ijs quæ ſanguinem habent. In ea 11 panis eſt pro nutrimento,pro cæteris autem cibarijs ſales, quibus aliquid condimenti loco admiſcere delicatorum eſt. Ipſis enim tanquam ſacerdotibus recta dictat ratio ſobrias uictimas immolare & comedere. Vinum uerò,pharma

domini,ut hēs ex Beda & alijs patribus, ac cōi Eccleſiæ uſu. Et quadrageſima ipſa cōſtabat ex. l. diebus,hoc eſt .7. hebdomadibus,ut pote q̄ a Dominica in quinquageſima,nō aūt a feria. iiij. cinerum initiū habebat,ut patet ex decreto Teleſphori,& ut ēt hodie ſeruant oēs religioſi. Feſtū ēt dominicæ reſurrectionis feſtū eſt maximum,& principiū dicitur generationis ſpūalis,nā deſtructa morte uita eo die nobis reparata eſt,et ideo ēt in eo in ſignū lætitiæ albis ueſtib' induebantur. Quod ideo hic approbatur. penteceſte,quia ſi incipias numerare quadrageſimam a Dominica Quinquageſimæ.ſeptē erunt hebdomadæ,& dies paſchæ quinquagenarius . Ex quo habes ſanctam quadrageſimam ēt in primitiua Eccleſia fuiſſe in maxima obſeruantia .

8

Vide Virginitatē iā inde a principio naſcētis Eccleſiæ ſeruari ſolitam,nō ergo eſt res impoſſibilis ut quidā modo impie dogmatizant .

9

O hæretice:qui tātopere Chriſtianam li-

cum eſt quoddam uæcordiam infundens. Et ubi epipari gulam irritant pecudum propriam & inſatiabilem. Ea ſunt conuiuiῆ auſpicia. Iam ubi accubuerunt conuiuæ ordinati, ſicut prædiximus, adſiſtentibus miniſtris paratis multo cum decoro. Sed tunc (inquiet aliquis) decoro locus non eſt. Immò adhuc magis quàm prius, adeo ut uel mutire, uel uehementius reſpirare audeat nemo. Quæritur diſcutiendum aliquid è ſacris literis, uel propoſitum ab altero unus diſſoluit, citra curam oſtentationis, cum nullam doctrinæ aut eloquentiæ ambiat gloriam; quin potius alium exoptet ſolertius rem perpendere. At cæteri nihil inuident, etiam ſi non ſint minus perſpicaces. Simile eſt omnibus diſcendi deſyderium. Et unus quidem is, qui docet, ſermone utitur quieto & lento, repetitionibus ſubinde factis immorans, atque animis auditorum ſententias inſculpens. Alioqui enim interpretationem lingua uolubili, & ſpiritu irremiſſo factam cū nequeat ęquatis paſſibus inſequi audientium intellectus, retro ſubſiſtit, & excidit ab eorum, quæ dicuntur appręhenſione. Reliqui uerò erecto in illum uultu intuētes & in eodem corporis ſitu permanentes, auſcultant. Si capiant dicta, id nutibus & aſpectibus ſignificant; ut docentem laudent, cum hilaritate uultum circumducunt: Siquid addubitent, hoc motu capitis ſegniore indicāt, ſummiq́ digiti dextræ manus protenſione. Nec attendunt minus iuuenes qui adſtant, quàm ij qui diſcumbunt.

bertatem extollis, nota hic modū quo eam aſſequi poſſis, nempe ſi uoluptatis illecebras totis uirib⁹ auerſaberis. Non ergo eſt *Chriſtiana libertas carnis, ſed ſpiritus.*

10 *Ecce quōo in principio Eccleſiæ potus ſanctorū erat aqua uel frigida uel calida, uinū autem nequaquam.*

11 *Ecce iterum uictus tenuitas & parcitas.*

Fiunt autem literarum ſacrarum expoſitiones per ſubintellectos ſenſus in allegorijs. Nam hiſce uiris uidetur uniuerſa legis conſtitutio ſimilis eſſe animali, cuius corpus quidem ſit ipſe uerborum contextus; anima uerò ſenſus quidam inuiſibilis in uerbis illis reconditus. In quo ſanè iam cœpit anima rationalis, quæ ſibi ſunt peculiaria inſigni modo contemplari, dum per uoces tanquam per ſpeculum expreſſa, redditaq́ inſpicit genera quædam intelligibilium rerum longè pulcherrima. Vnde explicatis detectiſque ſignis, nuda myſteria in lucem profert, ab ijs demum percipienda, qui uel leuiter moniti occulta per nota ſpeculari ualent. Vbi tandem ſatis diſſeruiſſe uidetur Præſes, ac fœliciter ceſſiſſe tam docenti ſermo conatibus certis ad ſcopum perductus; quàm audientibus dictorum intelligentia: plauſus fit à cunctis ad ueſperam uſque ſimul gaudentibus. Tum exurgens unus hymnū 12 canit in Dei laudem uel recens a ſe factum, uel pridem ab aliquo priſcorū uatum, qui carmina & cantica permulta ipſis reliquerunt trimetri generis. Proſodias itē & hymnos uarios, qui ad libamina, ad aram, in ſtationibus quoq; & choris concinuntur, diuerſis quæ in choro fiunt cōuerſionū uicibus, eleganter cōmenſurati. Poſt illum alij quoq; ſigillatim canunt, ordinem ſuum ac decorū optime ſeruantes cæteris interim magna cum quiete attēdentibus, pręterquam ubi ad extremas certas hymni parteis, accinenda ſunt quæ uocant Ephymnia. Tunc enim omnes ſimul uir & mulieres pariter exclamant.

12 *Qūo audeat quis cātus Eccleſiaſticos & hymnorum in choro decantationem reprehendere, cum eorum uſus ſit tā uetuſtus?*

Decantatis hymnis per ſingulos, mēſam 13 quā diximus iuuenes important, in qua ſanctiſsimus omnino ille cibus apponitur, panis licet fermentatus: & pro edulijs ſales cum hyſſopo mixti. Idq́; ob reuerentiam ſacræ illius menſæ, quæ in priore templi parte ſita eſt. In ea enim azymi ſunt panes, id eſt abſque fermento, & ſales prorſus inconditi: eò quòd deceat ſimpliciſsima & ſynceriſsima quęq; in optimam ſacerdotū partem uelut miniſterij præmiū deputari: Homines uerò cæteros, licet ſimilem obſer-

13 *Habes qđ orare ante & poſt cibū Chriſtianus mos eſt.*

uent ritum, ab azymis tamen abſtinere, ut hoc habeant prærogatiuæ, qui alijs dignitate præſtant. Peracta cœna 14 ſubdunt uigilias in quibus pernoctare ſolent, & cantare hoc modo. Confertim ſurgunt omnes ex utraque parte conuiuium quoddam ſecundum celebraturi, & primum fiunt chori duo, uirorum unus, alter mulierum. In utroque ſuus eligitur dux ac præſultor, qui ſimul & perſonæ dignitate, & arte muſicæ antecellit. Deinde hymnos canunt in Deum, metris & modulationibus multis compoſitos, nunc iunctis uocibus reſonantes una, nunc ſibi inuicem congruè reſpondentes, cum certis manuum geſticulationibus, tripudijſq́ꝫ, & diuini afflatus ſignis manifeſtis. Tripudiant autem iuxta genera carminum diuerſa progreſſim, ſtatim, conuerſim, reuerſimq́ꝫ prout conuenit ſe gerentes.

Ecce uigilias & pernoctationes, ecce cantum & modum in cōmuni orando.

Poſteaquam ita duo chori diuiſim ſuum tale agitauere conuiuium inſeſti cuiuſdam Bacchici ſimilitudinem: diuini amoris ſtudio ut mero æſtuantus, unicum ex ambobus chorum efficiunt, ad æmulationem illius qui olim ſecus mare rubrum factus eſt, ob patratum illic miraculum: quando, uidelicet, aliorum quidem ſalutis, aliorum uero exitij cauſa extitit ipſum pelagus interruptum, & uiolenta ſectione ita ſubductum, ut aquis utrinq́ꝫ tanquam muris conſolidatis, ſpatium intermedium in uiam nobilem & ſiccã deciſum ac dilatatum ſit, per quam iter pedeſtre fecit populus uſqꝫ ad oppoſitum latus continentis; inde ad editiora loca tranſmittendus. Hoſtes uerò, qui ſubſequebantur, undis hinc inde in alueum, qui modo ſoli ſpecimen & uſum præbuerat, denuo refuſis occurrentes demerſi abſumptiq́ꝫ ſunt. Hoc Dei opere conſpecto & beneficio accepto, quod ſermonem, cogitationem, ſpemq́ꝫ omnem uinceret, permoti ſimul uiri ac fœminæ, numineq́ꝫ afflati, & in unum collecti chorum pro gratiarum actione Hymnos ſeruatori Deo concinebant; Moyſe quidem propheta inter uiros, Maria uerò prophetide inter mulieres chori præſidem agente. Illius itaqꝫ chori ſimulachrum refert hic cultorum & cultricum chorus, in quo æditis redditiſq́ꝫ uiciſſim uocibus & cantibus, ſonus uirorum grauior, & acutior mulierum contemperati, ſuauem efficiunt ac uerè muſicam ſymphoniã. Pulcherrimæ ibi ſententiæ, uenuſtiſſimæ dictiones, & perſonæ chori honeſtiſſimæ. Horum porrò omnium unicus eſt finis, pius Dei cultus. Eo igitur tam honeſto temulentiæ genere ad diluculum uſque inebriati nõ capite grauato, non oculis ſomno conniuentibus: ſed magis etiam quàm in conuiuij acceſſu experrecti illi, uultuqꝫ & toto corpore recti ad auroram ſtantes, ſimulatque orientem ſolem conſpexerint, extenſis in cœlum manibus fœlicem ſibi diem precantur, lucemqꝫ ueritatis, & uiſum mentis perſpicacem. Finitis precationibus, redeunt in ſua ſinguli domicilia, quæ ſemnẽia dicuntur, ad parandam atqꝫ excolendam gnauiter, ut ſolent, philoſophiam.

Et hactenus quidem nobis dictum ſit de præclaris illis Dei cultoribus: qui naturæ rerumqꝫ omnium ſpeculationem amplexati, ſolius animæ uitã uiuunt: cœli ac mundi uniuerſi ciues: & omnium Patri opificiqꝫ deo peculiariter grati, coniuncti ſunt ob uirtutem, quæ amicitiam ipſis conciliauit, quod munus eſt homini maximè proprium; addita bene honeſteqꝫ uiuendi ratione quæ καλοκαγαθία dicitur, fortunis omnibus longè potiore, quippe quæ ad ſummum ducit faſtigium fœlicitatis.

VITA SANCTI TIMOTHEI PER DIuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

TIMOTHEVS Epheſiorum Epiſcopus, de ciuitate Liſtrenſium, patre Græco.i. Athenienſe, matre autē Iudæa, ut refert Apoſtolus, dicens: Recordationem accipiens eius fidei, quæ eſt in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice; certus ſum autem quod & in te. Hic autem fuit diſcipulus Pauli, eiuſque ſpiritualis filius. Quem puerum propriè idem Paulus ſecum aſſumpſit; qui pudicus & uirgo 1 permanſit. Quique apud Epheſum in monte, qui uocatur Pyon, cum magno honore ſepultus quieſcit.

Timotheus uirgo permanſit.

VITA SANCTI TITI PER DIVVM Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem de patribus noui teſtamenti.

TITVS Pauli diſcipulus, & in baptiſmate filius, natione Græcus, & ex gentibus ſolus a Paulo poſt Euangelium circunciſus. Quem ad inſtruendas eccleſias reliquit Apoſtolus Cretæ; ibique in pace defunctus eſt, atque ſepultus.

VITA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ ET MARtyris per Diuum Bernardum Abbatem Clareuallenſem ſcripta.

Habetur inter ſerm. eius fol. lxiiij.

PReciosa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius. audiat peccator & iraſcatur, dentibus ſuis fremat & tabeſcat. Deprehenſus eſt in aſtutia ſua: cecidit in foueam quam fecit, in laqueum incidit, quem tetendit. Inuidia ſiquidem diaboli, mors intrauit in orbem terrarū, ſed ecce preciosa facta eſt mors ſanctorum.

Audi igitur hoſtis uitæ, mortis auctor, attēde. Quid ualet iam fraus tua, uerſutia tua quid nocet? Imo uerò ut plus doleas, etiā omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti. Neque enim aliter quàm ipſa quæ tui eſt operis, de te hodie beatus martyr, cuius ſolennia celebramus, morte corporis triumphauit, fecit ſiquidem de neceſſitate uirtutem, pœnam peccati in meritū gloriæ cōmutauit, fidelem ſe probauit in modico, ut dignus inueniretur ſupra multa cōſtitui. Modicum nanque erat, & omnino modicū, quicquid prius acceperat anima illa beata, quantum ad eam gloriam quam præſenti promeruit 2 paſſione. Omnis enim delectatio huius mundi; uniuerſa eius gloria quicquid denique in eo concupiſcitur, prorſus modicū eſt, in illius fœlicitatis in illius gloriæ, in illius beatitudinis comparatione, ſi tamen uel modicum dici debet & non potius nihilum, uapor ad modicum parens.

Hodie celebramus ſolennia. S. Clementis.

O tu qui negas poſſe nos gloriam æternæ uitæ mereri, uide hic ſi Clemens illam promeruit paſſione ſua.

Acceperat beatus Clemens nobile genus, amplas poſſeſſiones, hæreditatem multam, ſcientiam quoque quam plurimam, ita ut optimus quidem illius temporis philoſophus haberetur. Acceperat hæc uniuerſa a domino, dei enim dona ſunt etiam hæc. Fidelem ergo ſe probauit ei, qui dederat, cum pro eius amore, uniuerſa contempſit, omnia detrimentum faciens & arbitratus ut ſtercora, ut lucrifaceret Chriſtum.

Sed forte murmurat etiam nūc inimicus, pellem inquiens pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro anima ſua. Quid ergo? Putas quod in ipſa corporis ſui uita quam accepit a domino, infidelis inueniatur, ut uel ipſam præferat illi? Ecce habes poteſtatē, irrue in eum per ſatellites tuos, ut coarcterur ē duobus, aut a domino neceſſe habens, aut a corpore ſeparari. Varia & īmania exquire genera tormentoꝝ, ſed noueris te martyri noſtro fabricare coronas. Sicut enim ipſa uitę huius ornamenta & adiumenta contempſit, ſic contemnit & ipſam, corpus omne tibi exponit in mortem, & in faciem maledicet tibi, atque idola tua ſacro ore blaſphemat, dominum Deum ſuum etiam inter tormenta tua libere prædicat, in igne confitetur. Coronabitur ergo quia legitime certauit, quia fideliter uicit, quia nec blandimentis uitæ huius, nec mortis horrore a charitate Chriſti potuit ſeparari.

Dic quæſo nobis anima ſancta, quæ ſic corpus tuum ſupplicijs exponebas, obſecro diligebas illud, an non? Vtique diligebam inquit, nemo enim odio habuit carnem ſuam. Diligebam ergo eam, ſed parum diligebā, tanquam ancillam, & multo magis diligebam dominum Deum. Vtq; probatio eſſet dilectionis, operis exhibitio, libenter ipſam quoque pro eius gloria mortem corporis amplectebatur. Quid nos ad hæc dicimus fratres? Congratulamur martyri, ſed iam gloria eius non ſine noſtra confuſione eſt. Ecce enim beatus Clemens homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, eadem circundatus infirmitate, & carni ſuæ eodem uinculo naturalis affectionis inhęrens. Si ergo ille ſic glorificauit Chriſtum in corpore ſuo, & calicem ſalutaris accepit, quid nos retribuimus domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Eadem certe inſigniuit imagine, eodem ſanguine nos redemit, & uocauit in eandem hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, æternam, conſeruatam in cœlis. Vt quid ergo non poſſumus & nos cum beato Clemente Chriſti bibere calicem? Sed forte reſpondent aliqui, poſſumus, ſi opportunitas non deeſſet, ſed perſecutionis tempus ceſſauit. At ego fateor, nō ſatis crediderim ita dicentibus. Quid enim? Quotidie ceditis punctioni acus unius, & mucroni uos arbitramini poſſe reſiſtere? In minimis probate conflictibus quam uiriliter in maiori certamine ſtare poſſitis. Ecce enim uobis non dicitur, ſacrificate idolis & uiuite, aut ſi hoc non uultis, oportet uos diuerſis ſupplicijs interire. Nouit dominus figmentum noſtrum, nec dat nobis tam forte certamen. Beato Clementi certamen forte dedit ut uinceret, & diſceret quoniam omnium potentior eſt ſapientia.

¶ Verum certamen autem quale eſt fratres mei? Quotidie uobis ſuggeritur in cordibus ueſtris, frange ordinem tuum, murmura, detrahe, age remiſſius, infirmitatem ſimula, reſponde ei qui forte durius locutus eſt, ut ſatisfacias deſiderio tuo, nec dicitur cuiquam, niſi hæc feceris morieris, ſed ut multum cum difficultate et labore reſiſtes animo tuo. Et quis ſuſtineret tanta? Hæc enim intus audire, hæc reſpondere conſueuimus exhortantibus nos, aut foris homini, aut intus ſpiritui ſancto.

Si ergo in huiuſmodi certamine periclitamur, ſi uix reſiſtimus, ſi interdū etiam ſuccumbimus, qd in illo tam graui certamine faceremus? Si iuncis fragilibus cedit infirmitas noſtra, quomodo telis reſiſterēt? Videtis quomodo ad nihilum redacti ſumus, & ſicut ſolent mulieres aut paruuli, pu-

gnates laudamus alios,pugnare ipſi non poſſumus.Quid tamen agimus? Omnes certe ad nuptias agni uocati ſumus,& in cōſpectu eius uacuos apparere non licet. Diligenter ergo conſideremus quæ apponuntur nobis, quoniam talia oportet nos præparare.

Conſiderauit beatus Clemens uinum ſibi appoſitum eſſe a domino,& ipſe quoꝗ quoniam diues fuit, ad nuptias illas uinum nihilominus ꝓprij ſanguinis effuſione portauit. Sed nos pauperes ſumus, & uinum dñe non habemus. At ille,implete,inquit,hydrias aqua. Ergo ne & ipſa ſuſcipietur aqua,ſi attulerimus eam? utique ſuſcipietur.Nam & ipſam cum uino nobis appoſitam inueniet,qui ſecundū monita ſapientis diligenter conſiderauit quæ ſibi apponuntur ab eo,nimirum qui uenit,non in aqna ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Teſtimonium enim perhibuit qui uidit,quod aperto latere domini dormientis in cruce exierit ſanguis & aqua. Et nos ergo fratres,ut uel fideles nos probemus Deo noſtro,ſi martyrium ſanguinis non habemus(martyrium enim teſtimonium eſt)quæramus uel teſtimonium aquæ,& ne ipſum quidem deſpiciet Deus. Tres ſunt enim qui teſtimoniū dant in terra,ſpiritus,aqua,& ſanguis. Beati quibus trinum ſuppetit teſtimonium,quoniam funiculus triplex difficile rumpitur.

Nos,ſi ſanguinis teſtimonium non habemus,habemus ſpiritū & aquā, quoniā ſine ſpiritu nec ſanguis nec aqua ſufficiet, imo uero,ſi ſpiritus ſine aqua aut ſanguine inuenitur,ſufficit teſtimonium eius,quoniā ſpiritus ueritatis eſt,nec ſanguis nec aqua quicquam prodeſūt a ſeipſis,ſed ſpiritus eſt qui teſtificatur in illis. Sane tamen,aut uix aut nunquam,ſine aqua aut ſanguine,ſpiritum arbitror inueniri.

Propterea chariſſimi:quæramus uel aquam, qui ſanguinem non habemus. Et quoniam hydriarum ſupra fecimus mentionem, quæramus menſuras binas uel ternas,quas hydriæ capiebant. Nam & Chriſtus triplicē nobis apponit aquam,et perfectus omnis qui fuerit in nobis,ſicut ipſe,qui uidelicet tres metretas habere potuerit. Propter hoc enim,ſub diſtinctione dicitur,binas uel ternas,ut duas ad minus,conſtet neceſſarias eſſe,tertiā non ab omnibus exigendam.

Accipe igitur triplicem aquam:quam tibi Saluator apponit. Plorat ſuper Lazarū & ſuper ciuitatem Hieruſalem,& hæc eſt aqua prima. Sudauit,iminente iam paſſionis hora,& hęc eſt aqua ſecūda,non ab oculis tantum,ſed a toto corpore manans. Hæc autem rubea eſt,ſanguineiꝗ coloris,ſicut ſcriptū eſt, Et factus eſt ſudor eius,ſicut guttę ſanguinis decurrentis in terrā. Iam uero tertia eſt aqua, quā & prędiximus,de latere eius una cum ſanguine,emanaſſe. Lucæ.22.

Et tu ergo primam quidem habes, ſi rigas lachrymis tuis,conſcientiæ tuæ ſtratum,& dolore compunctionis præteritorꝶ diluis maculas peccatorꝶ. Secundam aquam habes,ſi in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, & labore pœnitentiæ,corpus tuū caſtigas, ac reſtringis concupiſcentię flammam. Eſt aūt ſanguinei coloris, ſiue propter laborem, ſeu etiam propter ipſum quem extinguit concupiſcentiæ ignem. Iam uero ſi proficere potes uſꝗ ad deuotionis gratiam,potaberis aqua ſapientię ſalutaris,& ſpiritus Chriſti,qui ſuper mel dulcis eſt,fiet in te fons aquę ſalientis in uitam æternam. Et memento hanc eſſe aquam, quæ procedit de latere dormientis, & ſine omni moleſtia fluit. Oportet enim iam mortuum eſſe mundo, qui

in hoc uoluerit gratia delectari.

¶ Ergo ut breuiter repetam; prima quidem a præteritis delictis abluit cõſcientiam, ſecunda ut futura caueas, extinguit concupiſcentiam, tertia ſi ad eam peruenire merueris, potat animam ſitientem.

Eſt Epiſtola eius .xy. ad Romanos miſſa.

VITA D. IGNATII EPISCOPI ANtiocheni per eundem met ſcripta. de quo et tomo 1° fo. 35. to. 4. fo. 1. 230.

1

[redacted]

DEprecans Deum obtinui, ut uidere merear diuinos uultus ueſtros, ſicut plurimum optabam promereri, uinctus enim in Chriſto Ieſu, Spero uos ſalutare, ſiquidem fuerit uoluntas illius, qui dignum me faciat uſque in finem, propoſitum meum conſummare. Illa uero principia bonæ conuerſationis ſunt, ſiquidem per gratiam 1 meruero ſortem meã uſque in finem ſine impedimento percipere. Timeo enim dilectionem ueſtram, ne ipſa me lædat, uobis enim facile eſt quod uultis facere, mihi autẽ difficile deum promereri, tamen potero ſi uos pepercerìtis mihi occaſione amicitiæ carnalis.

Nolo igitur uos homini placere, ſed deo, ſicuti & complacuiſtis. Nec enim ego habui aliquando tale tempus, ut deum promeruiſſem. Ergo ſi & uos tacueritis de me, ego efficior Dei. Si enim dilexeritis carnem meam, iterum forſitan abſoluar. Multũ enim mihi præſtatis, ſi me offeratis Deo, cum iam altare paratum eſt, ut in dilectione chorus effecti, cantetis Deo patri in Chriſto Ieſu. Quoniam Epiſcopum Syriæ dignum fecit Deus inueniri in occidente, ab oriente præmittens ſuam paſſionem, martyrem bonum, proficiſcentem de mundo ad Deum, ut in ipſo oriar. Nunquam Læſiſtis aliquem, alios docuiſtis.

Ego autem rogo, ut ſecundum illa firma quæ docti eſtis ex omni uirtute optetis mihi, ut non ſolum dicar, ſed etiam inueniar Chriſtianus. Si autem inuentus fuero, & dici poſſim, & tunc eſſe fidelis, quando mundo non comparuero, nihil enim de ĳs quæ uidentur æternum eſt. Quæ enim uidentur, inquit, temporalia ſunt, quæ autem non uidentur æterna ſunt, non ſolũ in opere, ſed etiam in magnitudine. Chriſtianitas enim eſt, quæ oditur a mundo, amatur a Chriſto, quia non eſt ab hominibus, ſed a Deo. Si enim eſſetis, inquit, de mundo, mundus quod ſuum erat, diligeret. Nunc autem quia non eſtis de mundo, propterea odit uos mundus, ſed ego elegi uos, manete in me.

Ego ſcribo omnibus Eccleſiis, & omnibus mando, quia uoluntarie pro Deo morior, ſi uos non præpedieritis. Rogo itaque uos ut non fruſtra ſit in me dilectio ueſtra. Sinite me ut beſtiarum eſca ſemper quam poſſum Deum promereri. Triticum enim Dei ſum, dentibus beſtiarum molar, ut poſſim panis Dei mundus inueniri. Magis autem blandiamini beſtĳs, ut mihi ſepulchrum ſint, & nihil de meo corpore relinquant, ut non obdormiens grauis alicui inueniar.

Non ſicut Petrus, & Paulus præcipio uobis, illi enim Apoſtoli ſunt Ieſu Chriſti, ego autem minimus, illi uero liberi ſunt ſerui Dei, ego autem uſque nunc ſeruus, ſed ſi paſſus fuero, libertus ero Ieſu Chriſti, & reſurgam in eo liber. Nunc diſco uinctus nihil mundi cõcupiſcere, aut aliquod uanũ a Syria Romam uſque cum beſtĳs depugno per terram & mare, die ac no

& uinctus cum decem Leopardis,(hoc eſt,cum militari cuſtodia)qui ex beneficijs peiores fiunt,in iniuſtitijs aute eorum magis edoceor,ſed nec in hoc quidem iuſtificor,utinam fruar beſtijs,quæ mihi paratæ ſunt,quas & opto mihi ueloces eſſe ad meum interitum,& allici,ut celerius,me comedant,ne ſicut in alijs territæ ſint,& non eos tetigerunt.Et ſi ipſæ noluerint, ego ipſis uim ingeram,ego urgebo.Ignoſcite mihi,ego ſcio quid mihi expediat.Nunc incipio eſſe diſcipulus,nulli æmulor uiſibilium & inuiſibiliũ, ut Ieſum Chriſtum merear adipiſci,Ignis,crux,beſtiarumque conſtantia, abſciſio,ſeparatio,confractio,diſſipatioque membrorum,interitus totius corporis,& flagella diaboli omnia in me ueniant,ut Ieſum Chriſtum merear 2 adipiſci. 2

Vt merear adipiſci Ieſum Chriſtum.

Nihil me iuuat quæ ſunt mundi huius,neque regnum temporale, bonũ eſt mihi mori in Chriſto Ieſu,quam regnare in finibus terræ. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur, animam uero ſuam perdat?Dominum nanque deſidero filium ueri Dei, & patrem Ieſu Chriſti, ipſum utique quæro,& illum qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit. Ignoſcite mihi fratres,ne mihi impedimenta opponatis ad uitam, Ieſus eſt enim uita fidelium,ut ne uelitis me mori,quia uita mors eſt ſine Chriſto. Dei uolens eſſe,mundo non placeam.Sinite me puram lucem percipere, illuc perueniens,homo Dei ero.Concedite mihi ut ſim imitator paſſionũ Dei mei.Qui enim uult in ſeipſo habere,intelligat quod uolo, & compatiatur,ſciens quid ſit in me.Princeps enim mundi huius diripere me uult, & in iudicio Dei mei dirumpere.

Nemo ergo de præſentibus uobis auxilietur ei,magis autem mei adiutores eſtote,hoc eſt Dei.Nolite dicere Ieſum Chriſtum,mundum honorãtes.Facinus in uobis non habitet,neque ſi uos præſens rogauero,conſentiatis mihi,his autem conſentite,quæ ſcribo uobis.Viuus enim uobis ſcribo, deſiderans mori pro Chriſto.Meus enim amor crucifixus eſt, & non eſt in me,aqua autem illa uiua manet in me,intrinſecus mihi dicens, ueni ad patrem,non comedam eſcam corruptionis,Neque uoluptates huius mundi deſidero,panem Dei uolo,panem cœleſtem, panem uitæ,qui eſt caro Ieſu Chriſti filij Dei uiui, qui natus eſt in nouiſſimo ex ſemine Dauid & Abrahæ,& potum uolo ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorruptionis, & uita æterna.Iam nolo ſecundum homines uiuere,hoc autem erit, ſi uos uolueritis,Chriſto crucifigor,quia iam ego non uiuo, uiuit uero in me Chriſtus.

Per modica ſcripta rogo uos,ne mihi obſeruetis.Credite mihi, quia Ieſum diligo,quoniam & ipſe dilexit me,& ſeipſum tradidit pro me. Quid retribuam ei,pro omnibus quæ mihi retribuit?Ipſe autem Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ipſe Dominus Ieſus Chriſtus,manifeſtauit nobis hæc omnia,quia uerum dico,& uos ſimul eum deprecamini mecũ, ut laborem conſequar in ſpiritu ſancto.Non ſecundum carnem uobis ſcripſi,ſed ſecundum diſpoſitionem Dei.Si autem paſſus fuero,dilexiſtis me. Sed ſi reprobatus fuero,odio me habuiſtis.Mementote in orationibus ueſtris illius qui prorecturus eſt Eccleſiam,quæ eſt in ſyria. Credite Domino dicenti:Ego ſum paſtor bonus,& qui uiſitauit eam, & ſit ueſtra in eo dilectio. Ego autem & erubeſco, ex ipſis dici.Non ego ſum dignus eſſe ultimus aut purgamentum, ſed miſerabilis ſum nunc, donec Deum me-

rear adipiſci.

3 Salutat uos ſpiritus meus, & dilectio Eccleſiarum ; quæ me ſuſcepe-
tunt ſicut nomen Chriſti. Habentes enim me non quaſi tranſeuntem, uiam meam aſpiciebant, & per ciuitatem me ducebant. Hæc igitur ſcribo uobis de Smyrna per Epheſios beatitudine dignos. Eſt autem mecum ſimul cum alijs Crocus, deſiderabile mihi nomen ex ijs qui aduenerunt de Syria ad Romam in gloria Dei. Credo uos agnoſcere quæ mihi mandaſtis adhuc proxime conſtituto. Omnes enim digni ſunt Deo, & apud uos me oportet requieſcere. Scripſi uobis hæc nono Calendas Septembris, incolumes eſtote uſque in finem in patientia Ieſu Chriſti.

Vides q̃d eccleſiæ q̃ Ignatium ſuſceperũt uiſibiles ſunt, & non ſicut hæretici dicunt, inuiſibiles.

PASSIO SANCTORVM INNOCENTVM per D. Ioannem Chryſoſtomum Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcripta.

Eſt ſer. xxxj. in ope xxxy. ſerm. eius qui habetur Tom. ij. fol. cclvj.

DEdicatur nonus ab infantibus ſermo, ſanctis Laudibus Chriſti, in gloriam domini primam uocem aperiunt innocentes. Fiunt diſerti laude, qui fuerant imperiti ſermone. Offerunt domino primitias linguæ, nouos oris immolant fructus, uerborum principia libant. Infantia enim quæ per ætatem loqui non poterat, glorias dei cum gaudio reſonabat. Norunt laudare Chriſtum, qui loqui non norunt: fiunt periti laude, qui fuerunt imperiti ſermone. Oſtendunt laudibus Chriſtum, ſuffragijs prædicant Chriſtum.

Fiunt interea pueri ſine magiſtro diſerti, docti ſine doctore, periti ſine eruditore. Agnoſcunt Chriſtum, prædicant dominum: non quem perſuaſio humana docuerat, ſed quem diuinitas innocẽtibus inſpirabat. Ceſſant enim humana, cum diuina tractantur: quia humana ipſa prodeſſe non poterunt, niſi diuinorum ſolatio ſubleuentur. Neceſſe eſt enim terrena ſuccumbere, quum cœleſtia prædicantur, naturalia ſilere, quum uirtutes loquuntur.

Erigitur itaque infantium ætas in laudem, quæ delictorum non nouerat crimen: dignus a dignis laudatur, & innocens innocentium teſtimonio prædicatur: accipiunt enim a Chriſto, & reddunt, conſequuntur, & referunt. Vno enim tempore, & qui dederat, recipit, & qui acceperat, reddit: uno inquam tempore, ſua Chriſto redduntur, dum eius laudes illi ab infantibus referuntur.

Diximus de laude infantium, quid de lactentium laudibus proferemus quorum laudem inuenire non poſſumus, niſi eos ipſos qui laudauerint nouerimus. Qui ſint, ubi ſint, quam laudem intulerint quæro, qui loqui non norant? Neque enim illa ætas poſſe poterat, quod natura non dederat, aut celebrari a talibus poterat, quod inſtitutio denegabat. Dicunt nanq; domino laudes trucidati ab Herode lactentes: loquuntur ſanguine, quod lingua non poſſunt: paſſione canunt, quod ſermone non norunt: occiſi prędicant, quod uiui non poterant.

Nec nouum quid dicitur, ut innocens ſanguis, aut deo referat laudes, aut ſuas iudicet paſſiones, cum Abel ſanguis clamet ad cœlum, aut occiſorum animæ ab altari uociferantur ad deum. Contulit martyrium laudem, quibus negauerat natura ſermonem: licuit ſanguine clamare, quibus narra

re non liceba uoce:licuit ſanguine loqui,quibus lingua non licuit: miſcent cum domino colloquia,quibus humana negata ſunt uerba.

Sed enim occiſis innocentibus iſtis impleta ſunt prophetiæ uerba, dicentis: Vox in Rhama audita eſt,fletus & plorationis,Rhachelis flentis filios ſuos,& noluit conſolari quia non ſunt. Rhachelē primo eccleſiæ eſſe perſonam nemo qui abnuat,nemo qui aliud contra ueritatem defendat. ſed duo in illa diuerſa conſpicio,fletus,& conſolationis contemptus. Si enim fleuit,cur conſolari contempſit? Aut ſi conſolari contempſit, cur fleuit? Aut quomodo competit conſolari noluiſſe, cui competit fleſſe, cum aut flere non potuit,cum manifeſtum ſit fletus conſolatione tergi? Vel certe cur indiguit conſolationis ſermone? Se(inquit) ſcriptura,noluit conſolari,quia non ſunt:ideſt noluit conſolari quia ſunt. Si idcirco noluit conſolari quia ſunt,quomodo uoluit flere quaſi illos qui non ſunt? Sed ut compendioſa diuerſitatum cauſa reddatur,conditio a matre defletur, ſed ſpe gloriæ conſolatio humana contemnitur. Pietatis affectus in fletibus declaratur,ſed occiſorum gloria repudium conſolationi indicitur. Pugnant enim in matre affectus & fides,humanitas cum deuotione concertat,plangit affectus,ſed fides exaltat:deflet humanitas,ſed deuotio conſolatur. Licuit enim matri humanitus flere,cui non licuit conſolatione humanitus indigere. Ideo & dominus Chriſtus in Lazaro fleuit:nec tamen ipſe quoque cuiuſquam conſolatione indiguit:quia hominis fuit quod fleuit, cum manifeſte deus ſit qui Lazarum ſuſcitauit.

Sed o beata lactentium gloria, quibus pro Chriſto contigit dedicare martyria Expugnant tempore uno natiuitatem & mortem,ingreſſum & exitum,principium & occaſum,ut ipſis poſſet tempore uno ut dixi contigere,& naſcendo ingredi mundum,& dedicare martyrio cœlum. Probat nouos exercitus Chriſtus,rudes milites deſignat,legiones lactentes,uictoria perpetrata coronat. Fiunt pro Chriſto uictores,qui ætate fuerunt coequales,fiunt,inquam,infantes ſine certamine fortes, ſine pugna uictores: norunt uincere,qui pugnare non norant,exiſtunt uictoriæ compotes, qui fuerant ętate imbelles. Merentur pœna martyrium gloriam ſanguine comparant,æternam uitam temporali morte commutant. Nec timuit ætas illa mortē,nec horruit:timere enim non potuit quæ timere non nouit: tranſmittit 1 infantes infans Chriſtus ad cœlū:noua xenia patri,primitias fructuū exhibet genitori. Oſtendit futurā fæcundiſſimā meſſem,dū in ſemine tantā exhibet ubertatē. Deriſit ſe,deriſit hoſtilis immanitas, quę putauit turbare poſſe conſiliū dei,gloriam Chriſti ſalutem neceſſariam mundi,ſed cōtulit infantibus multis martyriū,dum infantem quærit occidere Chriſtū. Pręſtat hoſtis dū nocet,beneficiū tribuit,quū occidit:inuideret.n. eorum glorię,ſi amaret:ſed alię ſunt terreſtres pugnę,alię cœleſtes uictorię,in ꝑlio Chriſti moriēdo uiuitur,cadēdo ſurgitur,uictoria per interitū cōparatur.

1 *Trāſmittit infantes Chriſtus ad cœlum.*

ITEM DE SANCTIS INNOCENTIBVS EX Diuo Gregorio Epiſcopo Nyſſeno.

Habetur in oratione eius in die Natiuitatis Domini habita,et nuper a Petro Franciſco Zino Veronen. Latine reddita.

NOn prophetę ſolum & Angeli Dominicę natiuitatis nobis gaudiū denunciant,uerumetiam cœli rebus ſuis admirandis, Euangelij gloriam prædicant. Ex Iudęis (ut ait Apoſtolus) propheta Chriſtus

ortus eſt. Sed eius ortu non illuminatur Iudęus. Peregrini, & a teſtamentorum promiſſione benedictioneq́; patrum alieni ſunt Magi, qui populum Iſraelitam anteuertunt, & cœleſtem agnoſcentes lucem, & in ſpelunca Regem non ignorantes. Hi munera afferunt, illi inſidias ſtruunt. Hi uenerant, illi perſequuntur. Hi gaudent inuento, quem exquirebant. Illi nunciato ipſius ortu reformidãt. Videntes enim, inquit, ſtellam ſupra locum, ubi erat puer gauiſi ſunt gaudio magno ualde. Herodes autem ſermonem audiẽs, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Hi & tanquam Deo thus offerunt, & auro dignitatem Regiam colunt. Et prophetica quadam gratia, per myrrham, mortis diſpoſitionem ſubſignificant. Illi uero cũctos infantes unum in locũ coactos, internitione tollendos cenſent. Quod eos mihi non ſolum crudelitatis, uerũetiam ſummę dementię uidetur coarguere.

Quid enim ſibi uult iſta puerorum trucidatio? Cur auſi ſunt homicidę ſe ſe tanto ſcelere obſtringere? Quoniam nouum quoddam, inquiunt, mirandumq́; cœli portentum, Regis indicium Magis nunciauit. Quid igitur tum? aut portentis ſigno fidem habes ut uero, aut quod rumore iactatur, uanum putas? Si talis eſt, qui cœlos ſibi fuerit inſeruire, prorſus eſt ſupra manum tuã. Sin autem in poteſtate tua eſt, ut ille uel uiuat, uel moriatur, eum fruſtra pertimeſcis? Qui enim id agit, ut imperio tuo ſubditus ipſe ſit, pro quo molitur inſidias? Cur horrendum illud datur mandatũ? cur impia fertur ſententia, ut miſeri infantes trucidentur? Quid peccarunt, quid morte, aut ſupplicio dignum admiſerunt? crimen unum dumtaxat habẽt, quod nati ſunt, & in lucem editi. Et propterea neceſſe fuit, ut ciuitas carnificibus compleretur? ut cogeretur matrum multitudo, & infantium populus, ut adeſſent etiam patres, & generis propinquitate coniuncti ad ſęuum facinus congregarentur?

Quis oratione calamitatẽ deſcribat? Quis acerbitatem enarrans oculis aſpiciendam proponat? mixtam illam lamentationẽ, luctuoſum queſtum puerorum, matrum, propinquorum, patrum ad minas carnificum miſerabiliter exclamantium? Quis dicendo poſſit exprimere carnificem gladio contra puerum irruentem, & toruo trucique uultu contuentem. Verbiſq́; crudelibus alloquentem, una quidem manu corripientem infantulum, altera uero gladium adigentem? Matrem porrò ex altera parte filiũ ad ſe trahentem, obiicientemq́; ceruicem ſuam acuto gladio, ne miſerum filium carnificis manu necatum proprijs oculis intueatur? Quis explicet ea, quæ patres agũt, reuocationes, ſuſpiria, poſtremos filiorum complexus? præſertim cùm idem a multis fiat eodem tempore? Quis uariam multiplicemq́; calamitatem, & conduplicatos puerperarum dolores partus exponat? & acerrimas quas admouebat natura faces? Quomodo puer infelix & uberi ſimul inhæreret, & per uiſcera lethalem plagam acciperet? Quomodo miſera mater ſimul infantis ori ſubderet ubera, & ſinu ſanguinem eius exciperet? Manus autem impetu, ſępenumero carnifex uno gladij ictu filium & matrem conſauciabat, & unus ſanguinis riuus, ex matris plaga & ex mortifero uulnere filij mixtus decurrebat.

Iam uero cum nepharia Herodis ſententia non ſolum nuper geniti necarentur, ſed etiam illi, qui alterum agebant annum, raperentur ad mortẽ, ſcriptum eſt enim eum iuſſiſſe bimulos, & minores interfici, uidere erat matres non paucas quæ eo tẽpis ſpatio duos filios enixæ fuerant. Quodnam

igitur

Igitur rurſum in his ſpectaculum cernebatur, cum duo carnifices circa fratrem unam eſſent occupati, unuſq; prope currentem filium ad ſe raperet, alter autem lactentẽ adhuc infantulum è gremio matris euelleret ? Quid tum faciat mater infelix, cum natura biſanã in filios diuellatur ; & utrocq; filio maternis uiſceribus ex æquo faces admouente, neſciat, utrum ex carnificibus prius ſequatur, cum unus ex hac, alter ex illa parte pueros ad cędem trahat ? Præcurrat ne ad nuper genitum, confuſos indiſtinctoſq; gemitus emittentem ? At inhibetur ab altero iam loquente, balbutiẽtiq; lingua matrem inclamante. Quidnam agat ? quo ſe uertat ? utrius uoci uoce ſua reſpondeat ? utrius gemitum gemitu excipiat ſuo ? utrius defleat necẽ, cum utercq; naturæ ſtimulis æque miſeram feriat ? Sed amoueamus aures ab hiſce queſtibus, & ad lætiora dieiq; feſto magis conuenientia cogitationem conuertamus, licet Rachel, ut inquit, propheta, clamans filiorum cædem deploret. In die enim feſto, ut ait ſapiens, Salomon, malorum decet obliuiſci.

ITEM DE SANCTIS INNOCENTIBVS per Diuum Bernardum Abbatem.

Eſt ſermo Diui Bernardi Abbatis in natali eorundem.

Benedictus qui uenit in nomine domini, Deus dominus & illuxit nobis. Benedictum nomen gloriæ eius quod eſt ſanctum. Neq; enim ocioſe uenit quod ex Maria natum eſt ſanctum, ſed copioſe diffundit, & nomen, & gratiam ſanctitatis. Nimirum inde Stephanus ſanctus, inde Ioannes ſanctus, inde ſancti etiam Innocentes. Vtili proinde diſpenſatione triplex iſta ſolennitas natale Domini, comitatur, ut non modo inter contiguas ſolennitates deuotio continua perſeueret, ſed & fructus Dominicæ natiuitatis exinde nobis uelut ex quadam proſecutione euidentius innoteſcat.

2 Siquidem aduertere eſt in his tribus 2 ſolennitatibus triplicem quandam ſpeciem ſanctitatis, nec facile præter hęc tria ſanctorum genera quartũ aliud poſſe arbitror in hominibus reperiri. Habemus in beato Stephano martyrĳ ſimul & opus & uoluntatem; habemus ſolam uoluntatem in beato Ioanne, ſolum in beatis Innocentibus opus. Biberunt omnes hi calicem ſalutaris, aut corpore ſimul & ſpiritu, aut ſolo ſpiritu, aut corpore ſolo. Calicem quidem meum bibetis, ait dominus Iacobo & Ioanni, nec dubium quin de paſſionis calice loqueretur. Demum cum Petro diceret, ſequere me, euidenter eum ad imitationem ſuæ prouocans paſſionis, conuerſus ille uidit diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem, non tam greſſu corporis, quam promptæ deuotionis affectu. Et bibit ergo Ioannes calicem ſalutaris, & ſecutus eſt dominum ſicut Petrus, & ſi non omnimodo ſicut Petrus. Quod enim ſic manſit, ut non etiam paſſione corporea dominum ſequeretur, diuini fuit conſilĳ, ſicut ipſe ait, Sic eum uolo manere donec ueniã. Ac ſi dicat, Vult qdem & ipſe ſequi, ſed ego ſic eũ uolo manere.

Tres ſolennitates contiguæ natale domini comitãtur, ſancti Stephani, ſancti Ioãnis, ſanctorum Innocentum.

An uero de Innocentum coronis quis dubitet ? Ille pro Chriſto trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Chriſto non credit inter adoptionis filios numerari. Alioquin quando coæuos ſibi pueros puer ille qui natus eſt nobis, non contra nos propter ſe pateretur occidi, quod utique ſolo nutu poterat prohibere, niſi melius aliquid eis

ſideret, ut quemadmodum cæteris infantibus, tunc quidem circunciſio, nunc uerò baptiſmus ſine ullo propriæ uoluntatis uſu, ſufficit ad ſalutem, ſic nihilominus, pro eo ſuſceptum martyrium illis ſufficeret ad ſanitatem. Si quæris 3 eorum apud Deum merita ut coronarentur, quære & apud Herodem crimina ut trucidarentur. An forte minor Chriſti pietas quàm Herodis impietas, ille quidem potuerit innoxios neci dare, Chriſtus non potuit propter ſe occiſos coronare?

3 *Quod negat pueros habuiſſe merita apud Deum, non conuincit ſanctos non mereri coram Deo, ſed dicere uult, quod propter exiguam ætatem pueri iſti nulla potuerunt bona opera edere, quibus ex dei gratia meremur uitam æternam.*

Sit ergo Stephanus martyr apud homines, cuius uoluntaria paſſio euidenter apparuit, in eo uel maxime, quod in ipſo mortis articulo, tam pro perſequentibus, quàm pro ſeipſo ſolicitudinem gereret ampliorem, uinceretque in eo ſenſum corporeæ paſſionis, internæ compaſſionis affectus, ut illorum magis ſcelera, quàm ſua uulnera plangeret. Sit Ioannes apud Angelos martyr, quibus tanquam ſpiritualibus creaturis, ſpiritualia deuotionis eius ſigna certius innotuerunt. Cæterum hi ſunt planè martyres tui Deus, ut in quibus nec homo nec angelus meritum inuenit, ſingularis tuæ prærogatiua gratiæ euidentius commendetur. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Gloria in excelſis Deo: angeli dicunt, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Magna quidem, ſed audeo dicere, nec dum perfecta laus, donec ueniat qui dicat, Sinite paruulos ad me uenire, quia talium eſt regnum cœlorum, & pax hominibus, etiam ſine uoluntatis uſu in ſacramento pietatis.

Conſiderent hæc quid de opere & uoluntate contentioſis ſolent diſputationibus corrixari, conſiderent & aduertant neutrum negligi oportere, ubi non 4 uidetur deeſſe facultas, præſertim cum utrunque ſine altero, ubi tamen facultas deeſſet, non modo ſalutem conferre poſſit, ſed etiam ſanctitatem. Sed & hoc quoque firmiter teneant, prodeſſe quidem opus ſine uoluntate, non autem contra uoluntatem, ut unde ſaluantur infantes, inde magis damnentur ficte accedentes. Nihilominus ſanè in quibuſdam uoluntas ſine opere ſufficiens eſt, non autem contra opus, uerbi cauſa. Rapitur quis in bona quidem uoluntate, ſed necdum perfecta, necdum idonea, martyrium ſuſtinere. Quis illi audeat pro hac imperfectione negare ſalutem? Forte enim propterea non ſinitur in illam grauem tentationem uenire, ne deficiat & damnetur. Nimirum ſi in hac tam infirma uoluntate induceretur in eam quæ ſupra ipſam tentationem, nec uoluntas roboraretur, quis illum dubitet defecturum, negaturum, & ſi in eo mori contigerit, etiam periturum? Qui enim erubuerit me coram hominibus, erubeſcam & ego eum ait dominus, coram Angelis Dei. In ea igitur imperfecta uoluntate in qua ſaluatur quis ubi deeſſet facultas operis, iam non ſaluari poſſet propter defectum operis uel opus defectionis. Idem uerò & mihi ignorantia poſſet accidere.

4 *Non ſufficit bona uoluntas, ubi adeſt facultas operandi.*

Æmulemur proinde charitatem, 5 & ſectemur bona opera fratres mei, nec infirmitatis, nec ignorantiæ peccata ullo modo paruipendentes. Magis autem ſoliciti & timorati agamus gratias benigniſſimo et largiſſimo Saluatori, qui humanæ ſalutis occaſiones tam copioſa charitate perquirit, ut in his uoluntatem & opus, in his ſine opere uoluntatem, in his etiam ſine uoluntate opus ſalutis inuenire lætetur, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ſui uenire. Hęc eſt enim uita æterna, ut cognoſcamus patrem uerum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, qui unus cum eo uerus eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula. Amen.

5 *Aemulanda charitas ſectanda bona opera, nec infirmitatis aut ignorantiæ ſunt paruipendenda peccata.*

VITA SANCTI APOLINARIS EPISCOPI & Martyris per beatum Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

BEatus Apollinaris primo Sacerdotio ſolus hanc eccleſiam Rauennatem uernaculo atque inclyto martyrij honore decorauit. Meritò Apollinaris, quia iuxta mandatum dei ſui hic perdidit animam ſuam, ut eam inueniret in uitam ſempiternam. *Eſt ſermo. 128. in opere homeliarũ eiuſdẽ.*

Beatus qui ita curſum conſummauit, fidem ſeruauit, ut uere primus à credentibus ſuo reperiretur in loco. Nec eum quiſquam confeſſoris uocabulo minorem credat eſſe, quam martyrem, quem dei nutu quotidianum, & multiplicem reuerſum conſpicit ad agonem. Audi Paulum dicentem; Quotidie morior. Semel mori parum eſt eum, qui poteſt regi ſuo glorioſam, ſæpe de hoſtibus referre uictoriam. Non tam mors, quàm fides & deuotio martyrem facit, & ſicut uirtutis eſt in acie: in cõflictu, pro regis amore ſuccumbere, ita perfectæ uirtutis eſt, diu agere, & conſummare certamina. Non ideo perſequutus eſt martyrem, quia non intulit mortem, ſed probauit martyrem: quia non elicuit fidem, iniecit tela quæ potuit, & omnia armorum ſuorum genera callidus exegit inimicus, nec tamen fortiſſimi ductoris mouere mentem potuit, aut temerare conſtantiam.

Summum eſt fratres, pro domino præſentem uitam ſi neceſſe ſit contẽnere, ſed glorioſum eſt etiam cum uita mundum ſuo temnere, & conculcari cum principe. feſtinabat Chriſtus ad martyrem, martyr ſuum feſtinabat ad regem. Bene diximus feſtinabat, iuxta illud prophetæ, Exurge in occurſum mihi, & uide. Sed ut propugnatorem ſuum ſibi eccleſia ſancta retineret, Chriſto uehementer occurrit, ut uincenti iuſtitiæ reſeruaret coronam, & ſibi belli tempore præliatoris ſui præſentiam condonaret.

Fundebat ſæpe confeſſor ſanguinem ſuum, ſuiſque uulneribus fide mentis ſuæ teſtabatur auctorem. Cœlum ſuſcipiens, carnem, deſpiciebat & terram. Vinci tamen renuit, & a ſuo deſiderio retardari martyrem, tenera adhuc Eccleſiæ impetrauit infantia. Infantiam dico fratres, quæ totũ ſemper obtinet, quæ plus lachrymis, quam uirium ratione contendit. Neque enim tantum uultus & ſudor fortium, quantum poſſunt lachrymæ paruulorum: quia ibi corpora, hic corda franguntur: ibi mentis iudicia uix mouentur, hic tota pietas inclinata deſcendit.

1 Hæc eccleſia q̃ eſt infans, quæ lachrymatur, quæ agit ut nuſquam a ſuo ſeparetur antiſtite, nonne uiſibilis eſt et palpabilis, contra noſtri temporis pſeudoapoſtolos?

Et quid plura fratres? Egit, egit eccleſia 1 ſancta mater, ut nuſquam a ſuo ſepararetur antiſtite. Ecce uiuit, 2 ecce ut bonus paſtor ſuo medius aſſiſtit in grege: nec unquam ſeparatur ſpiritu, qui corpore præceſſit ad tempus, præceſſit (dico) habitu, cæterum ipſa inter nos corporis ſui habitatione quieſcit. Extinctus eſt diabolus, perſequutor occubuit, ecce regnat & uiuit, qui pro rege ſuo deſiderauit occidi, qui uiuit & regnat cum patre in unitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

2 Et qui pro fide Chriſti occiſus eſt martyr, & uiuit, et ut bonus paſtor aſtat in medio gregis ſui, nonne perperam ab eiſdem uocatur emortuus?

Habetur li x. Epiſtolarum eius Epiſtola lxxxy. ad Vercelenſem Eccleſiam.

VITA SANCTÆ THEOLÆ VIRGINIS ET martyris per D. Ambroſiū Epm Mediolanenſem ſcripta.

VIrginitatis munere uenerabilis Thecla etiam Leonibus fuit, ut ad pedes prædæ ſuæ ſtratæ impaſtæ beſtiæ ſacrum deferrent ieiuniū, nec procaci oculo uirginem, nec unguæ uiolarent aſpero, quoniam & ipſo aſpectu uirginitatis uiolatur ſanctitas.

Denique qua reuerentia uirginitatis locutus eſt ſanctus Apoſtolus, de uirginibus præceptum domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus a domino. Præceptum non habet, conſilium habet. Non enim præcipitur quod ſupra legem eſt, ſed magis dato ſuadetur conſilio. Nec auctoritas præſumitur, ſed demonſtratur gratia, nec a quocunque demonſtratur, ſed ab eo qui miſericordiam dei meruit. Horū 1 ergo meliora quàm Apoſtolorum conſilia? Apoſtolus dicit conſilium do, iſti diſſuadendum putant, ne quis ſtudeat uirginitati.

1 O Heretici qui diſſuadetis virginitatē, hoc in loco diiudicat Ambroſius inter doctrinam Apoſtolorum & ueſtram.

Habetur in Epiſtola eius ſcripta ad Toloſanos cap. yiij.

VITA SANCTÆ VALERIÆ VIRGINIS ET martyris, per D. Martialem Apoſtolum deſcripta.

STEPHANVS qui iam cognouit ueritatem Dei creatoris ſui, & baptizatus eſt a me cum tyrannis, & ſatellitibus ſuis, in gratia dei quotidie creſcit noua germinis uiui, quam dominus noſter Ieſus Chriſtus hiſque in finem ſeculi per eos quos nouit & prædeſtinauit, ſibi multiplicabit ſecundum diuitias gratiæ ſuæ. In cuius nomine ſicut multi ueſtrū uiderunt, tyrannum eius reſuſcitauit à mortuis, qui & ipſe cum ſatrapis babtizatus, a morte duplici ſubtractus eſt.

1 Vide quō ſanctus Apoſtolus ſua pdicatione induxit Valeriam uouere deo uirginitatē mentis et corporis. Ergo uotū uirginitatis eſt licitum, & deo maxime gratū, uirginitatēque ſeruare nō eſt impoſſibile. Quid hic dicis Heretice?

Virgo autem Valeria ſponſa regis terreſtris, ſed melius ſponſa regis cœleſtis, quæ 1 per meam prædicationem uirginitatem mentis & corporis Deo deuouerat, gladio decollata: dum uitam temporalem contempſit, æternam inuenit, & temporalem mortem pro Chriſto ſuſcipere non recuſans, æternam mortem deuicit.

Hæc enim per 2 orationem meam ſpiritu ſancto repleta, magna effecta eſt in gratia dei. Et ideo prudens uirgo ad cœleſtia 3 regna peruenit, & diabolum triumphauit. Hæc porro ſpiritus dei in illa eſt operatus, qui omne bonum operatur in nobis in Chriſto Ieſu: pro cuius amore & teſtimonio inuincibiles ſemper non cunctamur ferre cum omni patientia gladios carnificum. Pro cuius teſtimonio grata fuerunt nobis uincula, & tribulationes, carceres, anguſtiæ, fames, diuerſæq; paſſionum acerbitates. Ipſe enim locutus eſt nobis dicens, Confidite, ego uici mundum. Cuius enim gratiæ debetur omnis plena uictoria, niſi eius, qui de morte triumphator, morte ſua mortem uicit, & ſathanam ligans, infernum ſpolians, captiuum eſſe fecit?

2 Cognoſce hic an orationes ſit inutiles & ſuperflua, cum a Deo ſanctæ Virgini ſpiritus ſancti repletionē ac gratiæ magnitudinem impetrauerit.

3 Habes hic qd animæ Sanctorū ſtatim poſt exitū a corporibus recipiantur in cœlo.

Sponſus autem uirginis adeo eſt effectus teſtis paſſionum Chriſti, ut in corpore ſuo cœleſtem conuerſationem iam præbeat, ſubditis, deſideria carnis ſuæ crucifigens, regnum diaboli minuens. Nec ſolum Chriſto cui credidit, eccleſias 4 per ſuum regnum ſecundum quod ſpiritui ſancto & nobis uiſum eſt, diſponere, & fabricare gaudeat: ſed antiqua templa; dæmoniorum

4 Ecce qd ſemper fuit

mohiorum ſpurciſſima fana idoloꝝ deſtruere ꝑfectus in fide uideatur. Ipſius. n. iuſſu idola Cadurci oppidi, ac Toloſanę urbis & confinis eius, iam nuper diruta ſunt. Cui etiam obedire debetis in omnibus: quia princeps a Deo uobis eſt conſtitutus, a quo omnis poteſtas & paternitas in cœlis & in terra originem ac fortitudinem ſumpſit.

primum Chriſtianę fidei indiciū, ædificatio ſcilicet templorū in honorem Dei.

Quem principem bonum ad hoc tantum munus perduxit gratia nouellæ fidei, per quam nouus homo factus, nouo homini coniunctus eſt, ut pro ſuauitate 5 quocꝫ præmij futuri illectus, copulā 6 carnaliū nuptiarum deuitauerit per meam prædicationem: quatenus liberior Deo famulari poſſit, & multas cateruas populorum ſubdere fonti regenerationis.

5 *Vide quō peſſumus bene operari, illecti quoque ſuauitate ꝑmij futuri.*

6 *Habes hic exemplū conſumato, religionē quo moti ſancti patres noſtri ſtatuere non timuerunt, licere uni & ſponſis matrimonio non ingredi abſque alterius licentia.*

VITA ELEAZARI SACERDOTIS, ET SEptem fratrum Machabæorum, quibus octaua addita fuit, per D. Ambroſium epiſcopum ſcripta.

Habetur in lib. eius ij. de Iacob & uita beata.

Ex cap. x.

NEc te Eleazare prætermittam, utpote ſacerdotū ſacerdos, ſed tuis iuuādus oratis, qui genere ſacerdos, peritus in lege, maturus æui, cum oblatus eſſes Antiocho perſecutori, nec tentamentis potuiſti capi, nec præmijs inflecti, nec ſuppliciorum acerbitatibus frangi. Denicꝫ a blandimentis cœpit, quia iudicabat tormenta ſua poſſe ſuperari: Erubeſco, inquit, caniciem tuam, reuereor ſenectutem, miror prudentiam: Cur abſtinendum bonis epulis putes, quas natura largitur? Relaxa iſtiuſmodi peruicaciam, expergiſcere aliquando, dum adhuc malo tibi perſuadere quam extorquere, ne uictus ſupplicijs, facias qđ refutas rōne inuitatus.

Ad hæc reſpondit ſenex: Nos Antioche non intentione ducimur, ſed reuerentia legis tenemur, quæ a ſuilla carne abſtinendum præcipit. Pulcherrimam creaturam iudicas, negare tamen non potes quod potior ſit temperantia, quam uoluptas: potior legis obedientia, quam præuaricatio. Quod ſi hoc leue putas ut carne ueſcamur ſuilla, qui in minimis legē contempſerit, quomodo in magnis tenebit? Aut ſi precioſa eſt creatura huiuſmodi, uindicaris: Cum eo quod ſit pulcherrimum, defraudamur. abſtinentia autem noſtra, diſciplina eſt caſtimoniæ, Diſcimus enim reſecare luxuriā, cupiditates uincere, excludere cōcupiſcentias, delectationibus corporis obuiare, fortitudinis quocꝫ exercitium eſt, pœnis pro lege non cedere, Iuſtitiæ quocꝫ inſigne atcꝫ prudentiæ, ut quod ſequendū elegimus timore Dei, morte propoſita reſeruemus. Quis eſcam imperet liberis? Quis autem ſe ridendum præbeat? In hoc ſeuiat, ſed non ridebit. Non ſum ita ſenex, ut mihi non iuueneſcat animi fortitudo.

Suſpenſus itacꝫ cum hinc atcꝫ inde grauiter uerberaretur, nec iam ferrent ſenilia membra uerberum penas, laſſatis carnificibus atcꝫ extenſoribus, in terram deflexus, inflexibilem mentem gerebat. Et quidam ſeu longæuam miſeratus ætatem, ſeu tentamentis circūuenire deſiderans, mĩde, inquit, tantūmodo te manducaturū, nos te eſcæ eius imunem ꝑſtabimus.

At ille clamans, nequaquam contingat mihi ut fiam ſenex incentiuum iuuenilis erroris, qui hucuſcꝫ eram forma ſalutaris inſtituti; His ergo lu-

dibriſs ut paululum uiuam luctabor, & totius uitæ labores addicam, breuis uiatico ſenectutis. Senectus portus debet eſſe, non naufragium uitæ ſuperiori. Non te negabo lex patria, non abiurabo uos ſancta inſtituta maiorum, non decolorabo uos inſulæ ſacerdotales, non te perfidiæ puluere turbabo canicies. Quid multa? Immoriendo tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur, in quo non potuerunt tormenta rationem uincere. An non beatus, qui potuit uirtute animi uictor eſſe pœnarum, pietatiſq; remigio, ſeruare integram in tantis fluctibus paſſionem?

Poſt ipſum ſtatuti ſunt pueri ſeptem cum matre. Inſultare licet tyranno, qui dum callide a ſene incipiendum putat, magiſtrum elegit quo diſcipulos faceret fortiores, quorum uelut puerilem ætatem præmiis prouocabat ad culpam, arguebat terroribus ad formidinem. At illi non degeneres tanto duci reſpondent: Quid contemnis uel circūſcribis ut pueros? Sed fides cana eſt, ſed ualida diſciplina. Experire certe, ſubiice quibus placet pœnis puerilia uiſcera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinę, quam legitimę obſeruationis excubiæ. Quem uicit ſenectus, ſuperabit æmula ſenetutis pueritia. Sequimur patrem filii, diſcipuli doctorem, Collige ſuppliciorum inſtrumenta propoſita, meditationem patientiæ, non terrorem inſcitię afferunt, dū uidentur.

Iuſſit maximum natu eligi. At ille ridens: Recte, inquit, naturæ ordinem ſeruas. Sed cur Dei legem temerandam putas? Et proprietate quidem omnes maximi ſumus, Sed tamen a me inchoatum gaudeo, Quod quæris tyrannæ, confiteor nos ſummo Deo ſeruire, & doces quid agere debemus. Si tu tanta pertinacia uis extorquere ueritatem, cur non omni uirtute nos eam tenendam putemus? Quid plura? Adhibentur uariarum genera pœnarum. Sed uicit pietas immanitatis furorem, excluſa eſt anima, non religio.

Secundus acceſſit, nec degener fratris munia piæ confeſſionis impleuit. Et cum detraheretur membrana capitis, reſpondit: Aufertis qdem membranam, ſed habeo galeam ſpiritalem, quam non poteſtis auferre. Et uere hanc galeam nemo auferre poteſt, ſicut poſtea Apoſtolus docuit in eccleſia domini, quia cœpit uiri Chriſtus eſt, & eius ſumus membra. Recte puer iſtam diuino ſpiritu doctrinam apoſtolicam præuidebat. Exuebant immanes beſtiæ corium capitis, pardalicis feritatibus ſæuiebant. At ille deficiens: Quam dulce eſt, inquit, mori pro religione, quā ſuauis omnis acerbitas mortis pro pietate: quia manet horum remuneratio laborum. Tua ſunt rex grauiora tormēta, tu tuis uehementius torqueris ſuppliciis, quia uides uinci in poteſtate.

Et hoc defuncto, tertium ſtatui ſibi iuſſit. Et cum eum partim tentaret inſidiis, partim caperet terrore percellere, reſpondit ad eum: Non faciā uoluntatem tuam, non ſuccumbam imperio tuo. Per beatam illam fratrū paſſionem & nobilem uitam, non negabo piam germanitatem. Quę uis adhibeto ſupplicia, quibus magis urgeas, hoc proficies aſperitate pœnarum, ut maiora teſtimonia noſtræ germanitatis accipias. Iuſſit itaque ei linguam amputari. At ille exclamans: Victus es, inquit, Antioche, qui organum uocis abſcidi iubes. Confeſſus es te reſpondere nō poſſe rationi, maioraq; probas linguæ noſtræ flagella, quā tua uerbera. Nos enim

tua uerbera non timemus, tu noſtræ uocis flagella non potes ſuſtinere. Sed hæc pietatis flagella ſunt, tua flagella pfidię. Sed etiam lingua ſublata, grauius te ſuo cadens murmure flagellabit. Euadere te putas Antioche, ſi uocem eripias: & tacentes Deus audit, & magnis audit. Ecce aperui os meum, laxaui linguam meam, abſcinde linguam: ſed non abſcindes conſtantiam, non uirtutem auferes, non rationem obliterabis, non eripies teſtimonium ueritatis, non eripies cordis clamorem. Si lingua amputatur, ſanguis clamabit, & dicetur tibi: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Audit enim ſanguinis uocem, qui audit internas cogitationes. Tenebræ licet operiant, & parietum ſepta circundent, dicat impius, quia nullus ſibi teſtis aſſiſtat, exploret uniuerſa, uidet omnia Deus: nec eſt aliquod facinus, quod poſſit latere omniũ iudicem Deum, qui cognoſcit uniuerſa antequam fiant. Quid uerba damus? Loquaciora ſunt uulnera, & ſi uulnera tegantur, & abſcondatur cicatrix, non abſconditur fides: nec tamen plaudas, quod auferendo linguam, confeſſionem laudis eripias. Satis iam Deum ſermone laudaui, nunc paſſione laudemus.

Et hoc perempto, iuſſit quartũ uinciri ad rotam, ut eius uertigine membris omnibus ſolueretur. At ille cum torqueretur immaniter: Diſſoluis, inquit, corporis membra, ſed adiungis gratiam paſſioni, nec eripis ſolatiũ morti. Eſt enim uox tonitrui in rota, quia in bono & inoffenſo uitæ iſtius curſu, cœleſte reſultat oraculum, ſicut in Ioanne & in Iacob filijs tonitrui reſultabat. Itaq; illud quod legi, nunc manifeſtius recognoſco, quia rota intra rotam currit, nec impeditur. Teres enim uita ſine ulla offenſione in quauis paſſione uerſatur, et intra hanc quoq; rota currit. Currit lex intra gratiam, & obſeruantia legis intra diuinæ curriculum miſericordię eſt. Nam quo magis uoluitur, plus probatur. Potius eſt hic ab impijs aduerſa tolerare, ut ibi a domino conſolationem inuenire poſſimus. Et iſte cõſummans curſum ſuum, abrupit ſpiritum, animamq; uictor effudit.

Quintus cum ſiſteretur, cæſo prius, eidem iuſſit ignes admoueri, ſubijci incendia. Manabat è uulneribus cruor, & effoſſis ulceribus ſanguis effuſus, ipſos flammarum extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur, dicens: Gratias tibi domine, quod dediſti nobis dicere: Tranſibimus per ignem. Et ſicut alibi idem tuus dicit Propheta: Igne nos examinaſti, ſicut igne examinatur argentum. Aſtabo tibi ſicut aurum purgatus incendio, & ſi quid fuit culpæ, ignis exuſſit. Itaque & iſte transfiguratus a corruptela ad incorruptionem, uitam exhalauit.

Sexto quoq; admota tormenta ſunt. At ille: Noli, inquit, fruſtra errare, & tuæ hoc aſcribere poteſtati, quod iſta aduerſum nos exerceas. Noſtrorum hoc delictorum eſt pretium, ut peccantes puniamur. Et gratias domino, quod hic a nobis duplicia peccata exiguntur, ut ibi nobis conſolatio deferatur. Gratias autem & tibi, quod tam durus & immitis es, ut talibus noſtris ſupplicijs dominus, in quem peccauimus, genti noſtræ propitius fiat. Nos quoq; ableuamus erumnam, dum fidei paſſionibus delectamur. Et iſte duris & aſperis dilaceratus ſupplicijs, appoſitus eſt ad fratres ſuos.

Supererat iunior ex fratribus, & iam pudebat Antiochum immaturæ ætati ſe ita fuiſſe ludibrio. Itaq; dolis eum deſiderans circunſcribere, pol-

licebatur honores, diuitias, amicitiam ſuam, conſortium ſecretorum. At uero pia mater monebat filium ſuum, dicens & huic ſicut cæteris: Neſcio quemadmodum in uterum meum introiſtis, neque ego ſpiritum donaui uobis, neque membra formaui, ſed hæc omnipotentis Dei munera ſunt. Putauit Antiochus uidens matrem ſolicitam, quod ſaluti eius timeret, ipſi quoq; ſuadere cœpit, ut filium ab intẽtione ſua reuocaret. At illa uoce patria dicebat filio: Tu ſolus ſuperes fili, ſumma uotorum meorum, tu poſtremus eleuaſti partus meos, tu poſtremus conclude gaudia mea. Miſerere mei, quæ te in utero tot mẽſium curricula portaui, ne uno momento confundas ſenectutem meam, ne decolores tot fratrum tuorum trophæa, nec ſacrum eorum comitatum relinquas, nec conſortium deſeras. Te adhuc iſti expectant triumphi. Aſpice in cœlum, unde hauſiſti ſpiritum, ad patrem omnium: aſpice in terram, quæ tibi ante alimoniam miniſtrauit: aſpice ad fratres, qui collegam requirunt: aſpice ad matrem, quæ tibi lac dedit: redde mercedem pij ſanguinis, noli a fratribus, noli a matre diuelli. Temporales opes ſunt, quas promittit Antiochus: temporales honores, perpetua corona quæ a Deo omnipotẽte defertur. Vos mihi ſeptem dierum lumina dedit dominus, ſextum iam diem clauſi, & omnium opera bona ualde. Debes mihi fili, ut quæ in illis ſex laboraui, in te requieſcam ſeptimo, tanquam a ſeculi operibus iam feriata. Itaque proſpiciens ſe iuuenis, ait: Quid ſuſtinetis? & multa uociferans, quod nequaquam diuelli poſſet a fratrum conſortijs, quorum multo beatiora eſſent funera quam regis imperia, cum argueret conuitijs regem, & ipſe acerbis excruciatus tormentorum generibus uitæ huius munus abſoluit.

Nouiſſima mater oblata eſt neci. Quis hanc beatam neget, quæ quaſi ſeptem uallata muneribus, inter corpora filiorum nullum ſenſit mortis incurſum? Quis, inquam, dubitet de eius beatitudine, quæ ſeptem turribus circundata, in paradiſi ſedem caput extulit, quæ ſeptem filijs cincta, ſacratiſſimum Deo chorum, non ſolum canorum uocibus, ſed etiam paſſionibus, ad concinendas domini laudes cœleſtibus inuexit altaribus? Quam bonus fidei partus, quam tutus portus iſte pietatis, quam ſplendida lucerna eccleſiæ, ſeptimo fulgens lumine, & octauo utero cunctis luminibus oleum ſubminiſtrans. De quibus pulchre dicitur: Date partem illis ſeptem, & illis quidem octo, eo quod in utroque numero conſortiũ gratia conſequantur, in lege nutriti, per gratiam coronati, ſeptem tanq̃ in ſabbato, octo tanquam in Euangelio. Pia mater ſupplemento paſſionis adiuncta, quæ in talibus filijs integram pietatis formam & parturiuit & peperit.

Recurrunt in memoriam ſermones ſanctæ fœminæ, dicentis ad filios: ego uos genui, ego uobis ſuccum lactis infudi, nolite nobilitatem ueſtrã perdere. Sic aliæ matres reuocare a martyrio ſolent filios, non uocare. At iſta maternum in hoc ponebat affectum, ſi filijs uitam magis perpetuam quam temporalem ſuaderet.

Spectabat itaq; pia mater filiorũ certamina, & quamuis maternorũ uiſcerũ compaſſione quateret̃, tamen pietatis ſtudio premebat dolorem. Et offerente Antiocho, cum poſſet ſalutem eligere filiorũ, malebat periculũ: cõpreſſiſq; naturæ gemitibus, pœnas filijs optabat augeri, ut mors citius appropinquaret. Videmus conuerſa, uota matris in filios, ne quem

 ſuperſtitem

ſuperſtitem derelinqueret,ſed omnes piæ coheredes mortis acquireret. Sed nec filij parente,qui ſe inuicem cohortabantur, qui dicebant uno ſtudio,& quadam animorum acie: Mortis aduerſæ impetum petamus. Tūc enim uiuemus, 1 cum fuerimus mortui. Nemo pietati ordinem derelinquat,nemo ſe ſubtrahat prælio triumphali: Non homini, ſed deo noſtras animas deuouimus,non homini,ſed autori omnium militamus.

1 *Vides quod tunc ſancti uiuunt, cum fuerint mortui?*

Talis hæc pugna eſt,ut ille glorioſius uicerit, qui crudelius occiſus fuerit.Itaque nemo timuit,nemo trepidauit, nullus ad mortem ex tot fratribus pigrior fuit. Sed omnes,tanquam ad immortalitatis uiam,ita ad mortem per acerba ſupplicia cucurrerunt, ut mater conſona cenens filiorum agmina, tanquam pia anima ſui membra corporis in filijs offerebat, & per artus proprios uidebatur ſibi ſubire tormenta. Cadebant filij tormentis exulcerati,mortui ſuper mortuos aduoluebantur,corpora ſuper corpora uolutabantur,capita execabantur.

Refertus erat locus cadaueribus filiorum,non fleuit mater,non lamentata eſt,non oculos cuiuſquam preſſit, aut ora morientis: non lauit uulnera,ſciens glorioſiores eſſe, ſi euiſcerati & concreti pariter puluere & ſanguine uiderentur, quales ſolent de bello redire uictores, qualia ſolent trophæa ex hoſtibus reportare. Non ſuper iacienda uelamina, non proſequendas exequias, niſi ſuæ quoque comitatur mortis arbitrata eſt. Quę cithara dulciores æderet cantus,quam morientes filij in tam grauibus ſupplicijs ædiderant? Erumpebat enim naturæ gemitus,& inuitus expectares peremptorum cadauera,ſicut fila chordarum audires heptachordium pſalterium triumphalibus gemitibus reſultare.

Non ſic illecebroſi cantus ſirenum attraherent audientem. Illi enim ad naufragium trahunt, iſti ad ſacrificij uictoriam, Nec ſic cygnea carmina aures animúmque mulcerent. Cygni enim naturæ forte moriuntur, iſti moriebantur amore pietatis. Non ſic rauca reſonant ſecreto in nemore columbarum murmura, ut ultima uerba morientium cum ſumma ſuauitate reſonabant. Nec ſic luna inter ſtellas refulget, ut inter filios mater: et cū eos ad martyrium illuminatura deduceret refulgebat,& cum amplexata uictores in medio filiorum iaceret.

O uera mater Adamante fortior,melle dulcior flore fragrantior, ó indiſſolubile pietatis uinculum,ó uere ualida charitas ſicut mors dura, ſicut inferi zelus deuotionis ac fidei. Nulla tantarum diluuia paſsionum tuam potuerunt charitatem excludere, nulla inundare eam flumina tantarum acerbitatum. Sicut arca in illo mūdi diluuio totius orbis ſpacijs innocua ferabatur, ita & tu aduerſus fluctus tam grauium paſsionum pietate immobilis reſtitiſti: & cum poſſes ſalutem filiorum eligere, noluiſti.

Quo affectu uos proſequar ſanctæ matris pia pignora? Quo penicillo ſermonis mei deſcribam formæ ueſtrę & animarum ſimilitudinem? ſtetiſti iter exercitus regios,quibus totus fuit orbis terarrum ſubactus, quos India quoque in extremi maris ſecreta refugiens, declinauit, & ſoli de rege ſuperbo ſine bellico conflictu uictoriam reportaſtis. Vicerunt in uobis ſola arma pietatis,dedit pænas tyrannus, & quia uos non potuit uincere,& quia atroci peremptus eſt morte.

Habetur in uolumine ſermonum eius, folio. 17.

ITEM PASSIO SANCTORVM SEPTEM Machabæorũ per D. Euſebium Emiſenum ſcripta.

AVdiuimus in Euãgelio uocem domini dicentis: Non omnes qui dicunt mihi domine, domine, intrabunt in regnum cœlorum. Ad quos ſermo hic reſpicit? ad eos ſine dubio, ad quos alio loco dicit: Populus hic labijs me honorat 2 ſtudiamus ergo ut cum obſequijs labiorum, uita concordet & conſonet: quia ſi opera noſtra ad Deum clament, & conſcientiæ ſinceritas & morum probitas: pietas domini ad nos flectit auditum. Caueamus ne forte hic ſolo corpore conſiſtamus, & corda noſtra probentur errare per ſeculum. Quando enim præualent in nobis terrenæ ſuperfluæq; cupiditates: quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat: quando ira ſuperequitat, nos illi laudabiles hæremitæ, qui extra mundum nos credimus, mundum intra nos incluſum tenemus. Ac ſic animæ illæ quæ poſſeſsio efficiuntur ſeculi, non poſſunt effici regnum dei.

2 Ecce neceſsitatem bonorum operum unà cum fide.

Hota q hi q mũdo et eius ... non poss ... deo pl...

Ideoq; fratres, uidete uocationem ueſtram. Venire quidem ſic ad heremum, ſumma perfectio eſt: non perfectè in heremo uiuere, ſumma damnatio eſt, Quid prodeſt ſi in loco quies teneatur, & inquietudo in corde uerſetur? ſi in habitatione ſilentium ſit, & in habitatoribus uitiorum tumultus, & colluctatio paſſionum? ſi exteriora noſtra ſerenitas poſſideat, & interiora tempeſtas? Nemo dicat, inuitus hoc feci, aut fato urgente peccaui: nemo caſum conditionis ſuę ignarus, accuſet: nemo dominari æſtimet fatum. Non poteſt homini præualere delictum, niſi acceſerit conſentientis arbitrium. Et ideo ordinatio dei noſtri cum cætera animantia ad periculum propulſandum foris ſufficienter inſtruxerit atque munierit, uel uelocitate pedum, uel armis dentium, uel uiolentia unguium, uel mole membrorum: hominem interiorem contra hoſtem magis intus armauit, intelligentiæ ſcilicet uigore, conſilio ſapientię, uirtute iuſtitiæ: ut precioſior noſtri portio, uelut de excelſa turre, ita de ſecreta fidei ſui arce tutius repugnaret, & quamlibet forti aduerſario cõtra reluctãtem animam nil liceret. Confirmante hoc ipſum uoce diuina: Nolite, inquit, tęmere eos qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere. ſicut etiam nũc ex hoc triumphalium puerorum certamine intelligi datur.

Ecce ſeptem fratres, ætas ad omnẽ perturbationem timoris obnoxia, & ad omnem uim doloris infirma, horribilia et inaudita tormenta ante oculos expoſita, uirili pectore & martyrum iam corde deſpiciunt: & illa tanquam oblatam mortis occaſionem, uelut pignus immortalitatis inuadunt: quod corpore accipiunt, mente non ſentiunt: foris cedunt, intus triumphant: quos cruciat manifeſta pœna paſcit docta uictoria: multiplicentur licet per æris ac ferri illa ſeruentia incendiorum uires, perſtat lignum uiride contra uiolentiam uaſti ignis inuictum: & ſi exuri uidetur in cortice, illæſum permanet in radice: & ſi circa ſuperficiem ſolidi roboris temporaria mors deſęuit intra ſe conſcientię medullas uita ſe recipit. Ac ſic auidiſſimus prędo poteſt domum perfringere, ad theſaurum non poteſt peruenire: quem dum conat̃ expugnare, multiplicatur. Quanto enim perſecutor in necem confitentis immanior: tanto deus in remuneratione

perſeuerantis eſt ditior, qui nouit de impiorum criminibus merita ; augere iuſtorum. Sicut enim improbi malè utuntur bonis dei, ita deus bene utitur malis operibus iniquorum. 3

Dominus de impiorum criminibus nouit merita augere iuſtorum.

Primum requiramus quid ſit male uti bonis operibus dei, quod in ipſo homine intelligi promptum eſt, quam benè deus corporis humani mẽbra diſpoſuit, & tamen ad contumeliam ſui abutitur indultę ſibi pulchritudinis honore mens reproba. Bonum opus dei eſt oculus, & tamen indignis concupiſcentijs maculatur aſpectus: nocte peruigil immeritorũ ſomno inſidiatur, & luce ad quam factus eſt offenditur. Et propterea de eo dicitur: Fornicatio animæ in eleuatione oculorum. Et alio loco, qui uiderit mulierem, inquit, ad cõcupiſcendum eam: & ideo quam facile poteſt in puncto temporis euagari uelocitas oculi, tam ſollicite pręcauenda eſt irruentis noxa delicti. Lingua etiam tanti opificij deus, mendacijs, mali loquijs, falſis teſtimonijs deprauatur, Manus bonũ opus eſt dei, & tamẽ ad facinus iniquitatis, ad crimen peragendæ fraudis extendit: ad ſcelus eri gendæ ſalutis armatur, & totus homo ad malitiam propriæ perditionis accingitur. Sed eis ipſis creaturis quæ extra nos ſunt quæ a foris adiacẽt, quæ bonæ factę ſunt, malus male utitur. Argento & auro appetitur ueritas, expugnatur integritas, iuſtitia uincitur, innocentia proditur, pietas fideſq; uiolatur, ac de rebus ad præſentia ſubſidia conceſſis, detrimẽta uitæ æternæ nequitia mortalis operatur.

Quod ex hoc apertius inſpici licet, deus ab initio hominum conditioni ſubiectum, diſcretione liberum fecit, prudentia inſtruxit, ratione ditauit, ei que bonum exercere præcepit. Malum ad hoc eſſe permiſit, ut ad bonam partem uoluntate deflecteret: & mandatum dei non neceſſitate, ſed uirtute perficeret, atque in alterutram uiam, non caſu perurgente, ſed iudicio eligente tranſiret: et tamen homo traditæ ſibi nobilitatis oblitus: neglectis muneribus conditoris, bona animi ad improbas traxit cupiditates, & ad nocendi ſtudia conuertit: deputans ad inſtrumenta nequitiæ: ornamenta naturæ. Proceſſit etiam in hoc nephas, ut Deum ſuum nõ ſolum non agnoſceret, ſed etiam agnoſcentibus inuideret: eumq; tantis uiribus, quantis quærendus eſſet, de fidelium pectoribus conarẽt eruere.

Sed diuina prouidentia quæ ut dictum eſt, etiam malorum operibus bene utitur, meliora de contrarijs peragit: & ita iuſtas ordinat cauſas, ut boni ex aduerſis proficiant, & ad pia tranſeant merita pietatis ingenia. Sicut etiam ex hoc admirando certamine fœlicium germanorum euidenter agnoſcitur: nam quos per cruentiſſimum perſecutorem humiliauerat diabolus, exaltauit Deus: quos ille damnauit, iſte glorificauit; ille opprobrijs adimpleuit, hic præmijs, ille affecit flammis, refrigerijs hic refecit: ille induxit in mortẽm, hic ad uitam de morte perduxit: ille interfecit gladijs, hic dignos fecit coronis. Ideo uox eſt Apoſtoli martyrium ſuſpirantis: Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Hæc ſecum beati pueri conſcia futurorum mente uoluentes, illata ſupplicia, quaſi aliena reputant: quæ circa corpus remanentia, ad animam peruenire non poſſunt.

Diuerſo itaq; cruciatus genere hic uerberibus dilaniantur, hic craticula ſacrificij more torretur: hic abſciſſo capite, æterno capiti iungitur: hic deſecta lingua inuiolabilem fidem melius loquitur, & Chriſtum domi-

num in ſilentio oris, clamare uulneris confitetur. Nam & ſi beato teſti cruentus carnifex uocis abſtulit miniſterium, plenum tamen Deo perhibet teſtimonium uox ipſa pœnarum. Singillatim itaq; a ſenioribus ad iuniores paſsionum ordo diſponitur, unumquemq; per decurrentes ætatum gradus, creſcentia tormenta percurrunt: ſinguli magnitudine ſupplicij, omnes ſpeciali acerbitate torquentur: inter uidentes pariter & ſuſtinētes qui dolores ſunt ? propria ſunt dolore communia, ac ſic ille qui poſterior uicit, cum omnibus triumphauit.

Satagit inter hæc fœlix orbitatibus ſuis mater, ſollicitior de perimendis, ſecurior de peremptis: reſpiciens quot funera tot trophæa: & filiorum merita exultando ſua faciens, nouo genere gaudia doloris metit, ac ſeptem martyria unius pectoris uirtute conſummat: et numeroſam prolem cœlo læta parturiens, ad regnum Dei ſecura, quia ſecutura, præmittit: ita iuniorem qui ſolus reſtabat alloquitur: Miſerere mei, inquit, fili, quæ te decem menſibus in utero portaui, & lac triennio dedi: ne timeas carnificem iſtum, ſed ſimilis fratribus effectus, libens mortem excipe: ut in illa miſeratione una cum fratribus te recipiam. Aduerte quam profunda pietas, & artifex fides, per futuram ſpem, præſentem ſubleuat orbitatem. Quid mirū ſit ut pignoribus interemptis, nulli lachrymas dabat.

Hoc loco expreſsius requiramus, quę tandem cauſa paruulis uires dedit, ut inter tam exquiſitos nouoſq; cruciatos, infatigabiles Iudęi confeſ-
4 ſione durarēt, & quę alia cauſa chariſsimi, niſi in primis grā diuina, 4 quę ubi infirmitatis noſtrę inuenerit uotum, ſtatim ſupponit auxilium ? quæ inquam, alia cauſa chariſsimi, niſi diuina gratia, & doctrina domeſtica ? Quæ cauſa alia, niſi qa ſtatim poſt trāſacta cunabula, īter annos infantię, religionis affectū de inſtitutione & cōuerſatione pię parentis acceperāt, & de tam ſanctę matris pectore Deū traxerant, & in noīe dn̄i uincula linguę trepidantis abſoluerant ? exempli enim fœmina, in pignoribus ſuis animas magis cupiens nutrire quàm corpora, fidem primam teneris ſenſibus uice lactis infuderat, ut rudes eorum mentes & mali neſciæ in ipſo uitę limine uitam ebiberēt: eoſq; primitus agnitio diuini timoris impleret, ut in noua uiſcera ſacris ſtudijs occupata, locum uana ſeculi nō haberēt.

Licet gratia detur deſiderantibus, quærentibus, & pulſantibus, non tamen propter hoc dicas dari ex meritis.

Quæ cum ita ſint, diſcāt boni parentes tantę matris exemplo, erudire filios ſuos, ut quos ſe in hanc uitā gaudent munere adquiſiſſe naturæ, prępparent æternitati ſedulitate doctrinę, inſinuent fidem, doceant religionem, pręcipiant caſtitatem. Maiorem ad pignora ueſtra non poteſtis adhibere pietatem, quàm ſi per uos cognoſcant animarum parentem, quàm ſi per uos in boni patris tranſeant adoptionem: quàm ſi per uos efficiantur cœli hæredes & martyrum fratres. Quapropter ſtudete ad domini ſeruitutem, quæ nobis ſola eſt cauſa uiuendi, non lingua erudire, ſed uita: audiant uos, uideant uos: ut quę iuſta, quę honeſta, quę ſancta ſunt, uobis ſectantibus & amantibus, in amore conſueſcant. Duplex uobis commodum erit, cum ſalus ad filios ueſtros de ueſtra ſalute trāſierit: ut cum per uos ad illos peruenerit, ex illis ad uos multipliciter reuertatur. Hoc enim bonum dando non conſumitur, ſed dilatatur, & magis dum tranſfertur, adquiritur: ac miro modo & tranſmittitur, & retinetur: ſiquidem ſalubri iocūdoq; cōmercio, & accipiētis lucrū, & tradentis augmētū eſt.

Abraham diuina uoce laudatur: ſcio, īquit, quia Abraham pręceptu-

rus ſit filijs ſuis,ut timeant nomen meum.Prędicatur quod poſteros ſuos eruditurus eſſet in domino, qui iam ad hoc fidei uirtute peruenerat, ut filiũ poſſet immolare pro domino . Has itaq; primas filijs ueſtris prouidete opes,has eis immortales procurate diuitias:hanc eis poſt uos hæreditatem relinquite, quæ offerri poteſt,relinqui non poteſt , Oſtendite itaque eis de conuerſatione ueſtra fugere malum,appetere bonum,odiſſe peccatum,timere iudicium.Ita nos agamus,ut non ſolum filiorum,ſed noſtra in inuicem ædificatio ſimus:ut ſicut beata mater illa gauiſa eſt de glorioſis ſeptem filiorum triumphis,ita dum nos uitijs interdicimus, dum paſſionibus repugnamus , dum diaboli præuidemus inſidias , dum mundi calcamus illecebras,de uictoria quoque & conſumatione noſtra mater lętetur eccleſia.

VITA SANCTI LAVRENTII MARTYRIS Per D. Ambroſium Epũ Mediolanenſem ſcripta.

Habetur in libro primo officiorum eius. Cap. 41.

NOn prætereamus ſanctum Laurentium , qui cum uideret Sixtum epiſcopum ſuum ad martyrium duci,flere cœpit , non paſſionem illius, ſed ſuam remanſionem . Itaque his uerbis appellare cœpit: Quomodo progrederis ſine filio pater? Quomodo ſacerdos ſancte ſine diacono properas? Nunquam ſacrificium ſine miniſtro offerre conſueueras. Quid in me ergo diſplicuit pater. Num degenerem probaſti? Experire certe,utrum idoneum miniſtrum elegeris;Cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem, cui conſummandorum conſortium ſacramentorum,huic conſortium tui ſanguinis negas ? Vide ne periclitetur iudicium tuum,dum fortitudo laudatur. Abiectio diſcipuli,detrimentum eſt magiſtri . Quid quod illuſtres, & præſtantes uiri diſcipulorum certaminibus quam ſuis uincunt ?Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmiſit:Et tu pater oſtende in filio uirtutem tuam offer quem erudiſti,ut ſecurus iudicij tui,comitatu nobili peruenias ad coronam .

Tũc Sixtus,Non ego te fili relinquo,ac deſero, ſed maiora tibi debentur certamina.Nos quaſi ſenes,leuioris pugnę curſum recipimus,te quaſi iuuenem manet glorioſior de tyranno triumphus.Mox uenies,flere deſiſte,poſt triduum me ſequeris.Inter ſacerdotem et leuitam hic medius numerus decet.Non erat tuum ſub magiſtro uincere, quaſi adiutorem quærere . Quid conſortium paſſionis meæ expetis ? Totam tibi hæreditatem eius dimitto.Quid præſentiam meam requiris?Infirmi diſcipuli magiſtrũ præcedant, fortes ſequantur, ut uincant ſine magiſtro , qui iam non indigent magiſterio.Sic & Helias Heliſeum relinquit.Tibi ergo commendo noſtræ uirtutis ſucceſſionem.Talis erat contentio,digna ſanè,de qua certarent ſacerdos & miniſter,quis prior pateretur pro Chiſti nomine.

In fabulis ferunt tragicis,excitatos theatri magnos eſſe plauſus , cum ſe Pylades Oreſtem diceret, Oreſtes,ut erat,Oreſtem ſe eſſe aſſeueraret, ille ut pro Oreſte necaretur , Oreſtes ne Pyladem pro ſe pateretẽ necari, ſed illis non licebat uiuere,quod uterque eſſet parricidij reus, alter qui feciſſet, alter qui adiuuiſſet. Hic Laurẽtium ſanctum ad hoc nullus urgebat niſi amor deuotionis , tamen et ipſe poſt triduum , cum illuſo tyranno impoſitus ſuper craticulam exureretur.Aſſum eſt,inquit,uerſa et mandu-

ca. Ita animi uirtute uincebat ignis naturam.

Habetur libro. 2. officiorum. Cap. 28.

ADHVC DE EODEM PER EVNDEM Ambroſium.

HOc maximum incentiuum miſericordiæ, ut compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliarum quantum poſſumus iuuemus, & plus interdum quàm poſſumus. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas præſtare, uel inuidiam perpeti, quàm prætendere in clementiã.

Vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus uaſa my-
1 ſtica, ut 1 captiuos redimeremus, quod Arrianis diſplicere poterat, nec tam factum diſplicere, quàm ut eſſet quod in nobis reprehenderet. Quis autem eſt tam durus, immitis, ferreus, cui diſpliceat quod homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus Barbarorũ, quę grauiores morte ſunt, adoleſcentulę, uel pueruli, uel infantes ab idolorum cõtagĳs, quibus mortis metu inquinabantur? Quam cauſam nos etſi non ſine ratione aliqua geſſimus, tamen ita in populo proſecuti ſumus, ut confiteremur, multoq́ fuiſſe commodius aſtrueremus, ut animas domino, quàm aurum ſeruaremus. Qui. n. ſine auro miſit apoſtolos, & eccleſias, ſine auro congregauit.

Vides quod pro redẽptione captiuorum eccleſia uaſa eroganda ſunt? Quod tamen ſobrie intellige, nempe cum non aliunde redimi poſſunt, hoc te docet paulo infra Ambroſius ipſe.

Aurum eccleſia habet, non ut ſeruet, ſed ut eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus cuſtodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo domini Aſſyrĳ ſuſtulerint? Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? Nonne dicturus eſt dominus? Cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, ut miniſtraſſet alimoniam. Cur tot captiui deducti in commertium ſunt, nec redempti? Cur tot ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat, ut uaſa uiuentium ſeruares, quàm metallorum. His non poſſet reſponſum referri. Quid. n. diceres? Timui ne templo Dei ornatus deeſſet. Rñderet.
2 Aurum 2 ſacra non quærunt, neq; auro placẽt, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentoꝝ, redemptio captiuorum eſt. Et uere illa ſunt uaſa precioſa, quæ redimunt animas a morte. Ille uerus theſaurus eſt domini qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc uas dominici ſanguinis agnoſco, cum in utroque uidero redemptionem, ut calix ab hoſte redimat, quos ſanguis a peccato redemit. Quàm pulchrum ut cum agmina captiuorum ab eccleſia redimuntur, dicatur: Hos Chriſtus redemit, Ecce aurum quod probari poteſt, Ecce aurum utile, Ecce aurum Chriſti, quod a morte liberat, Ecce aurum quo redimitur pudicitia, ſeruatur caſtitas. Hos ergo malui uobis liberos tradere, quàm aurum reſeruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præſtantior eſt, quàm ſpecie poculorum. Huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, ut redimeret periclitantes. Agnoſco infuſum auro ſaguinem Chriſti, non ſolum irrutilaſſe, uerumetiam diuinæ operationis impreſſiſſe uirtutem redemptionis munere.

Non credas heretice ſanctum uirum hic deteſtari eccleſiæ uaſa aurea uel argentea, cum plurimi ſancti uiri huiuſmodi eccleſĳs donauerint, quod non feciſſent, ſi Deo minime placere credidiſſent. Sed loquitur ſanctus in caſu propoſito, uidelicet in neceſſitatibus pauperum, & cum alia ſubſidia deſunt.

Tale aurum ſanctus martyr Laurentius domino reſeruauit, a quo cum quærerentur theſauri eccleſiæ, promiſit demonſtraturum ſe, ſequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi eſſent theſauri quos promiſerat, oſtendit pauperes, dicens: Hi ſunt theſauri eccleſiæ. Et uere theſauri, in quibus Chriſtus eſt, in quibus Chriſti fides eſt. Deniq; Apoſtolus ait. Habemus

theſaurum in uaſis fictilibus. Quos meliores theſaurus habet Xp̄s, quàm eos in quibus ſe eſſe dixit? ſic enim ſcriptum eſt, Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me. Et infra, Quod enim uni horum feciſtis mihi feciſtis. Quos miliores Ieſus habet theſauros, quàm eos in quibus amat uideri? Hos theſauros demõſtrauit Laurentius, & uicit, quod eos nec perſecutor potuit auferre.

Itaque Ioachim qui aurum in obſidione ſeruabat, nec diſpenſabat alimoniæ comparandæ, & aurum uidit diripi, & ſe in captiuitatem deduci. Laurentius qui aurum 3 eccleſiæ maluit erogare pauperibus, quàm perſecutori reſeruare, pro ſingulari interpetationis uiuacitate ſanctum martyrij accepit coronam. Nunquid dictum eſt ſancto Laurentio: Non debuiſti erogare theſauros eccleſiæ, uaſa ſacramentorum uendere? Opus eſt, ut quis fide ſyncera & perſpicaci prouidentia munus hoc impleat. ſanè ſi in ſua aliquis deriuat emolumenta crimen eſt. Sin uero pauperibus erogat, captiuum redimit, miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere, cur pauper uiuit. Nemo poteſt queri, quia captiui redẽpti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum dei ædificatum eſt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum, requies defunctorum eſt.

3 *Vide forte & alium caſum erogandi ſacra uaſa, cum uidelicet eſt probabilis coniectura quod perueniant in manus ſacrilegorum tyrannorũ, et perſequutorum eccleſiæ. Quod tangere infra etiam uidetur Ambroſius.*

In his tribus generibus uaſa eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, uẽdere licet. Opus eſt ut de eccleſia myſtici populi forma non exeat; ne ad uſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideo intra eccleſiam primum quæſita ſunt uaſa quæ initiata non eſſent, deinde comminuta, poſtremo conflata, per minutas erogationes diſpenſata egentibus, captiuorum quoque pretijs profecerũt. Quod ſi deſunt noua, & quæ nequaquam initiata uideantur, in huiuſmodi uſus quos ſupra diximus arbitror omnia pie poſſe conuerti.

ITEM VITA SANCTI LAVRENTII
Martyris per diuum Leonem Papam ſcripta.

CVm omnium dilectiſſimi ſumma uirtutum, & totius plenitudo iuſtitię, de illo amore naſcatur, quo Deus proximuſque diligitur, in nullis profecto hic amor ſublimius excellere clariuſque fulgere, quam in beatiſſimis martyribus inuenitur, qui domino noſtro Ieſu Chriſto, pro omnibus hominibus mortuo, tam propinqui ſunt imitatione charitatis, quam ſimilitudine paſſionis. Quamuis illi dilectioni, qua dominus nos redemit, nulla cuiuſquam benignitas poſſit ęquari, quia aliud eſt pro iuſto mori hominem ſua neceſſitate moriturum, aliud pro impijs occumbere, a debito mortis alienum, multum tamen uniuerſis hominibus etiam martyres contulerunt, quorum fortitudine, ita eius largitor uſus eſt dominus, ut pœnam mortis, & atrocitatem crucis, nulli ſuorum uellet eſſe terribilem, ſed multis faceret imitabilem.

Eſt ſermo habitus p eundem in die natiuitatis eius.

Si ergo nullus bonus, ſibi ſoli eſt bonus, nec cuiuſquam ſapientis, ſibi tantum ſapientia eſt amica, & hæc liberarum natura uirtutum eſt, ut multos a tenebroſo abducat errore, qui earum clarus eſt lumine, ad erudiendum Dei populum nullorum eſt utilior forma quam martyrum eloquentia. Facilis ad exortãdum ſit ratio, efficax ad ſuadendum, ualidiora 4 tamen ſunt exempla quam uerba, & plenius eſt, opere docere, quam uoce

4 *Vides quod rebus plenius pdicatur quam*

uerbis ¿ Et inſtruere populum factis,excellentiſsimum eſt genus doctrinæ.

In quo excellentiſſimo genere doctrinę beatus martyr Laurentius, cuius paſſione dies 5 hodiernus illuſtris eſt, quam glorioſa polleat dignitate,etiam perſequutores eius ſentire potuerunt, quum illa mirabilis animi fortitudo, de Chriſti principaliter amore concepta, non ſolum ipſa non cederet,ſed etiam alios exemplo ſuæ tolerantię roboraret.

5
Dies hodiernus illuſtris paſsione Laurentij.

Quum enim furor gentilium poteſtatum in electiſsima quæq; Chriſti membra ſæuiret,ac præcipue eos, qui ordinis erant ſacerdotalis, impeteret,in leuitam Laurentium,qui non ſolum miniſterio ſacramentorum,ſed etiam diſpenſatione eccleſiaſticæ ſubſtantiæ præeminebat,impius perſecutor efferbuit, duplicem ſibi prędam de unius uiri comprehenſione promittens,quem ſi feciſſet ſacræ pecuniæ traditorem,faceret etiam ueræ religionis exortem. Armatur itaq; gemina face homo pecuniæ cupidus, & ueritatis inimicus,auaritia,ut rapiat aurum,impietate,ut auferat Chriſtũ. Poſtulat ſibi ab immaculato ſacrarij præſule,opes eccleſiaſticas, quibus auidiſſimus inniabat,inferri. Cui leuita caſtiſſimus,ubi eas repoſitas haberet, oſtendens,numeroſiſſimos ſanctorum pauperum obtulit greges, in quorum uictu atq; ueſtitu inamiſſibiles condiderat facultates,quæ tanto integrius erant,ſaluæ,quanto ſanctius probabantur expenſæ.

Fremit ergo prædo fruſtratus, & in odium religionis, quæ talẽ diuitiarum uſum inſtituiſſet,ardeſcens,direptione theſauri potioris aggreditur, apud quem nullam denariorum ſubſtantiam reperiſſet, ut illud depoſitũ, quo ſacratius erat diues,auferret. Renunciare Chriſto Laurẽtium iubet, & ſolidiſſimam illam leuitici animi fortitudinem,diris parat urgere ſupplicijs. Quorum ubi prima nil obtinent, uehementiora ſuccedunt. Laceros artus,& multa uerberum ſectione conſciſos, ſubiecto præcipit igne torreri,ut per cratem ferream,quę iam de feruore continuo uim in ſe haberet urendi,conuerſorũ alterna mutatione membrorum, fieret cruciatus uehementior, & pœna productior. Nihil obtines, nihil proficis ſæua crudelitas. Subtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio 6 in cœlos abeunte,tu deficis flammis tuis.Superari charitatis Chriſti flãma non potuit, & ſegnior fuit ignis, qui foris uſſit,quam qui intus accendit. Sæuiſti perſecutor in martyrem ſæuiſti, & auxiſti palmam, dum aggeras pœnam. Nam quid non ad Victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem tranſierunt triumphi,etiam inſtrumenta ſupplicij ¿

6
Nota, Laurentio in cœlos abeunte.

Gaudeamus igitur dilectiſſimi gaudio ſpiritali,& de fœliciſſimo inclyti uiri fine gloriemur in domino, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, in quibus 7 nobis & præſidiũ conſtituit & exemplum,atq; ita per uniuerſum mundũ clarificauit gloriam ſuam, ut a ſolis ortu uſq; ad occaſum leuiticorum luminum coruſcante fulgore, quam clarificata eſt Hieroſolyma Stephano,tam illuſtris fieret Roma Laurentio. Cuius oratione 8 et patrocinio adiuuari nos ſine ceſſatione confidimus, ut quia oẽs, ſicut Apoſtolus ait, quicunq; uolunt in Chriſto pie uiuere,perſequutionem patiuntur, corroboremur ſpiritu charitatis,& ad ſuperandas omnes tentationes,conſtantis fidei perſeuerantia muniamur,Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum uiuentem & regnantem cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

7
In ſanctis ſuis Deus & præſidium nobis conſtituit et exẽplũ.

8
Oratione & patrocinio Laurentij adiuuari nos ſine ceſſatione confidimus.

PASSIO SANCTI LAVRENTII MARTYRIS per Aurelium Prudentium conſularem ſcripta.

Habetur in eius periſtephano.

Antiqua fauorum parens
Iam Roma Chriſto dedita
Laurentio uictrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges ſuperbos uiceras.
Populoſq; frenis preſſeras.
Nunc monſtruoſis idolis
Imponis imperi iugum
Hæc ſola deerat gloria
Vrbis togatæ inſignibus.
Feritate capta gentium
Domaret ut ſpurcum Iouem.
Non turbulentis uiribus
Coſſi,Camilli,aut Cæſaris:
Sed martyris Laurentij
Non incruento prælio.
Armata pugnabat fides
Proprij cruoris prodiga.
Nam morte mortem diruit.
Ac ſemet impendit ſibi
Forte hoc ſacerdos dixerat
Iam Xiſtus adfixus cruci:
Laurentium flentem uidens.
Crucis ſub ipſo ſtipite.
Deſiſte diſceſſu meo
Fletum dolenter fundere.
Præcedo frater:Tu quoque
Poſt hoc ſequeris triduum.
Extrema uox epiſcopi
Prænuntiatrix gloriæ
Nihil fefellit,nam dies
Prædicta palmam præſtitit.
Qua uoce?quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo paſſionem carmine
Digne retexens concinam?
Hic primus e ſeptem uiris:
Qui ſtant ad aram proximi:
Leuita ſublimis gradu,
Et cæteris præſtantior.
Clauſtris ſacrorum præerat
Cœleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus;
Votaſq; diſpenſans opes.
Verſat famem pecuniæ
Præfectus urbis regiæ
Miniſter inſani ducis.
Exactor hauſti ſanguinis.
Qua ui latentes eruat
Nummos,operta exiſtimans
Talenta ſub ſacrarijs:
Cumuloſq; congeſtos tegi.
Laurentium ſiſti iubet.
Exquirit arcam ditibus
Maſſis refertam:& fulgidę
Montes monetæ conditos.
Soletis(inquit)conqueri
Sæuire nos iuſto amplius:
Cum chriſtiana corpora
Pluſquam cruente ſcindimus
Abeſt atrocioribus
Cenſura feruens motibus.
Blande & quiete efflagito:
Quod ſponte obire debeas.
Hunc eſſe ueſtris orgijs
Moremq; & artem proditũ eſt:
Hanc diſciplinam fœderis
Libent ut auro antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt.
Fumare ſacrum ſanguinem:
Auroq; nocturnis ſacris
Adſtare fixos cæreos.
Tum ſumma eſt cura fratribus:
Vt ſermo teſtatur loquax:
Offerre fundis uenditis
Seſtertiorum milia.
Addicta auorum prædia
Fœdis ſub auctionibus
Succeſſor exhæres gemit
Sanctis egens parentibus:
Hæc occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis:
Et ſumma pietas creditur
Nudare dulces liberos.
Deprome theſauros malis
Suadendo quos præſtigijs
Exaggeratos obtines:
Nigrante quos claudis ſpecu.

Hos poſcit uſus publicus,
Hoc fiſcus, hoc ærarium:
Vt dedita ſtipendiis
Ducem iuuet pecunia:
Sic Dogma 9 ueſtrũ eſt audío,
Suum quibuſque reddito.
En Cæſar agnoſcit ſuum
Numiſma nummis inditum
Quod Cęſaris ſcis: Cęſari
Da, nempe iuſtum poſtulo.
(Ni fallor) haud ullam tuus
Signat deus pecuniam.
Nec cum ueniret, aureos
Secum Philippos detulit
Præcepta ſed uerbis dedit
Inanis a marſupio.
Implete dictorum fidem:
Quæ uos per orbem uenditis.
Nummos libenter reddite.
Eſtote uerbis diuites.
Nil aſperum Laurentius
Refert ad iſta aut turbidum:
Sed ut paratus obſequi
Obtemperantur annuit.
Eſt diues, inquit, non nego:
Habetq́ noſtra eccleſia
Opumq́ & auri plurimum.
Nec quiſquam in orbe ditior.
Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Auguſtus arcem poſſidens:
Cui nummus omnis ſcribitur.
Sed nec recuſo prodere
Locupletis arcam numinis.
Vulgabo cuncta, & proferam
Precioſa quæ Chriſti tenet.
Vnum ſed orans flagito
Induciarum paululum.
Quo fungar efficacius
Promiſſionis munere.
Dum tota digeſtim mihi
Chriſti ſupellex ſcribitur.
Nam calculanda primitus
Tum ſubnotanda eſt ſummula.
Lętus tumeſcit gaudio
Præfectus, ac ſpem deuorat:
Aurum uelut iam conditum
Domi maneret geſtiens.

9 *Vide quomodo et iſte pro ſue aſſertione ſententiæ ſcit ſacris uti ſcripturis, quomodo & heretici faciunt. ſed male tamen intellectis & interpretatis.*

Pepigere tempus tridui.
Laudatus inde abſoluitur
Laurentius, ſponſor ſui,
Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per urbem curſitat
Diebus infirma agmina:
Omnesq́ qui poſcunt ſtipem
Cogens in unum & congregans.
Illic utriſque obtutibus
Orbes cauatos præferens
Baculo regebat præuio
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu
Vel crure trunco ſemipes
Breuiorue planta ex altera
Greſſum trahebat imparem.
Eſt uulneroſis artubus.
Qui tabe corrupta fluat.
Eſt cuius arens dextera
Neruos in ulnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit aſſuetos ali
Eccleſiæ matris penu:
Quos ipſę primus, nouerat.
Recenſet exin ſingulos
Scribens uiritim nomina.
Longo & locatos ordine
Adſtare pro templo iubet.
Præſcriptus & iam fluxerat
Dies. furebat feruidus
Iudex auaro ſpiritu
Promiſſa ſolui efflagitans.
Tum martyr aſſiſtas uelim:
Coramq́ diſpoſtas opes
Mirere: quas noſter Deus
Prædiues in ſanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere uaſis aureis:
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.
It ille, nec pudet ſequi,
Ventum ad ſacratam ianuam.
Stabant cateruæ pauperum
Inculta uiſu examina.
Fragor rogantum tollitur.
Præfectus horreſcit ſtupens
Conuerſus in Laurentium
Oculiſq́ turbatis minax.

Contra ille, quid frendens (ait)
Minitaris? aut quid diſplicet?
Num ſordida hæc aut uilia?
Num deſpuenda exiſtimas?
Aurum quod ardenter ſitis:
Effoſſa gignit rudera.
Et de metallis ſqualidis
Pœnalis excudit labor.
Torrens uel amnis turbidis
Voluens arenis implicat:
Quod terrulentum ac ſordidum
Flammis neceſſe eſt decoqui.
Pudor per aurum ſoluitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges & ipſe intercidunt.
Quid tu uenenum gloriæ
Extollis & magni putas?
Si quęris aurum uerius.
Lux eſt & humanum genus.
Hi ſunt alumni luminis
Quos corpus arctat debile:
Ne per ſalutem uiſcerum
Mens inſoleſcat turgida.
Cum membra morbus diſſecat:
Animus uiget robuſtior.
Mentis uiciſſim fortibus
Vis fauciatur ſenſuum.
Nam ſanguis in culpam calens
Minus miniſtrat uirium:
Si feruor effœtus malis
Elumbæ uirus contrahat.
Si forte detur optio:
Malim dolore aſpertimo
Fragmenta membrorum pati:
Et pulcher intus uiuere.
Committe formas peſtium:
Et confer alternas lues:
Carnis ne morbus fœdior:
An mentis & morum ulcera?
Noſtri per artus debiles
Intus decoris integri
Senſum uenuſti innoxium
Laboris expertes gerunt.
Veſtros ualentes corpore
Interna corrumpit lepra.
Errorq́ue mancum claudicat:
Et cæca fraus nihil uidet.
Quemuis tuorum principum
Qui ueſte & ore prænitent:
Magis probabo debilem:
Quam quis meorum pauperum.
Hunc qui ſuperbit ſerico:
Quem currus inflatum uehit:
Hydrops aquoſus lucido
Tendit ueneno intrinſecus.
Aſt hic auarus contrahit
Manus recuruas: & uolam
Plicans aduncis unguibus
Laxare neruos non ualet.
Iſtum libido fætida
Per ſcorta tractum publica
Luto & cloacis inquinat:
Dum ſpurca mendicat ſtupra.
Quid ille feruens ambitu
Sitimq́ue honoris æſtuans,
Merſis ne anhelat febribus,
Atque igne uenarum furit?
Quiſquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere:
Vexatur & ſcalpit iecur,
Scabiemq́ue cordis ſuſtinet.
Quid inuidorum pectorum
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta & liuida
Malignitatum uulnera?
Tute ipſe qui Romam regis
Contemptor æterni Dei:
Dum dæmonum ſordes colis:
Morbo laboras regio.
Hi quos ſuperbus deſpicis:
Quos execrandos iudicas:
Breui ulceroſos exuent
Artus, & incolumes erunt.
Cum carne corruptiſſima
Tandem ſoluti ac liberi
Pulcherrimo uitæ ſtatu
In arce lucebunt patris.
Non ſordidati aut debiles:
Sicut uidentur interim:
Sed purpurantibus ſtolis
Chari: & coronis aureis.
Tunc ſi facultas ſuppetat
Coram tuis obtutibus:
Iſtos potentes ſeculi
Velim receſſendos dari.

Pannis uideres obſitos,
Et muculentis naribus,
Mentum ſaliuis uuidum
Lippoſq; palpebra putri.
Peccante nihil eſt tetrius,
Nil tam leproſum: aut putridum,
Cruda eſt cicatrix criminum:
Oletq; ut antrum tartari.
Animabus inuerſa uice
Corrupta forma infligitur:
Quas pulcher aſpectus prius
In corpore oblectauerat.
En ergo minimos aureos,
Quos proxime ſpoponderam,
Quos nec fauilis obruat
Ruina, nec fur ſubtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Chriſtum putes,
Gemmas coruſci numinis:
Ornatur hoc templum quibus.

10 *Monile eccleſiæ, ſacratæ Virgines, & continentes Viduæ.*

Cernis ſacratas 10 uirgines?
Miraris intactus anus?
Primiq; poſt damnum tori
Ignis ſecundi neſcias?
Hoc eſt monile eccleſiæ,
His illa gemmis comitur,
Dotata ſic Chriſto placet,
Sic ornat altum uerticem.
Eccum talenta ſuſcipe:
Ornabis urbem Romulam,
Ditabis & rem principis,
Fies & ipſe ditior.
Ridemur (exclamat furens
Prefectus) & miris modis
Per tot figuras ludimur:
Et uiuit inſanum caput?
Impune tantas furcifer
Strophas cauillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas:
Dum ſcura ſaltas fabulam?
Concinna uiſa urbanitas
Tractare noſmet ludicris,
Egon cachinnis uenditus
Acroma feſtiuum fui?
Adeo ne nulla auſteritas:
Cenſura nulla eſt faſcibus,
Adeon ſecurim publicam
Mollis retundit lenitas?
Dicis libenter oppetam:
Votiua mors eſt martyri,
Eſt iſta uobis nouimus
Perſuaſionis uanitas.
Sed non: uolenti impertiam
Pręſtetur ut mortis citæ
Compendioſus exitus,
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo: & differam
Ponis morarum iugibus:
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes ſternite:
Ne feruor ignitus nimis
Os contumacis accupet:
Et cordis intret abdita.
Vapor ſeneſcens langueat:
Qui fuſus afflatu leui
Tormenta ſenſim temperet
Semuſtulati corporis.
Bene eſt quod ipſe ex omnibus.
Myſteriarches incidit.
Hic ſolus exemplum dabit:
Quid mox timere debeant.
Conſcende conſtratū rogum,
Decumbæ digno lectulo,
Tunc ſi libebit diſputa:
Nil eſſe Vulcanum meum.
Hæc fante præfecto, truces
Hinc inde tortores parant
Nudare amictu martyrem,
Vincire membra, & tendere
Illi os decore ſplenduit.
Fulgorq; circunfuſus eſt,
Talem reuertens legifer
De monte uultum detulit.
Iudæa quem Plebes aureo
Boue inquinata & decolor
Expauit & faciem retro
Detorſit impatiens dei.
Talemq; & ille prætulit
Oris coruſci gloriam
Stephanus, per imbrem ſaxeum
Cœlos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recens piatis fratribus,
Baptiſma quos nuper datum
Chriſti capaces fecerat.

Aſt impio-

Aſt impiorum cæcitas
Os oblitum noſtis ſitu
Nigrante ſub uelamine
Obducta, clarum non uidet.
Aegyptiæ plagæ in modum:
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret, Hebræis diem
Sudo exhibebat lumine.
Quin ipſa odoris qualitas.
Aduſta quam reddit cutis:
Diuerſa utroſque permouet
His nidor, illis nectar eſt.
Idemq́ ſenſus diſpari
Variatur aura: aut adficit
Horrore nares uindice:
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis æternus Deus,
Nam Chriſtus ignis uerus eſt,
Is ipſe complet lumine
Iuſtos, & urit noxios.
Poſtquam uapor diutinus
Decoxit exuſtum latus:
Vltro e cataſta iudicem
Compellat affatu breui.
Conuerte partem corporis
Satis crematam iugiter:
Et fac periclum: quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inuerti iubet.
Tunc ille, coctum eſt, deuora,
Et experimentum cape:
Sit crudum an aſſum ſuauius
Hæc ludibundus dixerat.
Cœlum deinde ſuſpicit
Et congemiſcens obſecrat
Miſeratus urbem Romulam.
O Chriſte numen unicum,
O ſplendor, ô uirtus patris,
O factor orbis & poli,
Atque author horum mœnium.
Qui ſceptra Romæ in uertice
Rerum locaſti, ſanciens
Mundum quirinali togæ
Seruire, & armis cedere:
Vt diſcrepantium gentium
Mores & obſeruantiam
Linguaſq́ & ingenia & ſacra
Vnis domares legibus.
En omne ſub regnum Remi
Mortale conceſſit genus,
Idem loquuntur diſſoni
Ritus: ad ipſum ſentiunt.
Hoc deſtinatum, quo magis
Ius Chriſtiani nominis
Quodcunq́ terrarum iacet:
Vno alligaret uinculo.
Da Chriſte Romanis tuis:
Sit Chriſtiani ut ciuitas:
Per quam dediſti ut cæteris
Mens una ſacrorum foret.
Confœderantur omnia
Hic inde membra in ſymbolum,
Manſueſcit orbis ſubditus:
Manſueſcat & ſummum caput.
Aduertat abiunctas plagas
Coire in unam gratiam,
Fiat fidelis Romulus:
Et ipſe iam credat Numa.
Confundit error troicus
Adhuc Catonum curiam
Veneratus occultis focis,
Phrygum penates exules,
Ianum bifrontem: & ſterculum
Colit ſenatus, horreo
Tot monſtra patrum dicere:
Et feſta Saturni ſenis.
Abſterge Chriſte hoc dedecus,
Emitte Gabriel tuum:
Agnoſcat ut uerum Deum
Errans Iuli cæcitas.
Et iam tenemus obſides
Fidiſſimos huius ſpei,
Hic nempe iam regnant duo
Apoſtolorum principes.
Alter uocator gentium,
Alter cathedram poſſidens
Primam, recludit creditas
Aeternitatis ianuas.
Diſcede adulter Iuppiter
Stupro ſororis oblite,
Relinque Romam liberam:
Plebemq́ iam Chriſti fuge.
Te Paulus hinc exterminat,
Te ſanguis exturbat Petri.
Tibi id quod ipſe armaueras:
Factum Neronis officit.

Video futurum principem
Quandoque: qui ſeruos dei
Tetris ſacrorum ſordibus
Seruire Romam non ſinat.
Qui templa claudat uectibus:
Valuas eburnas obſtruat,
Ne faſta damnet limina
Obdens ahenos peſſulos.
Tunc pura ab omni ſanguine
Tandem nitebunt marmora,
Stabunt & uere innoxia
Quæ nunc habentur idola.
Hic finis orandi fuit,
Et finis idem uincula
Carnalia erupit, uolens
Vocem ſecutus ſpiritus.
Vexere corpus ſubditis
Ceruicibus quidam patres,
Quos mira libertas uiri
Ambire Chriſtum ſuaſerat.
Repens medullas indoles
Afflarat: & coegerat
Amore ſublimis dei
Odiſſe nugas priſtinas.
Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium,
Plebs in ſacellis rarior
Chriſti ad tribunal currit.
Sic dimicans Laurentius
Non enſe precinxit latus,
Hoſtile ſed ferrum retro
Torquens, in authorem tulit.
Dum dæmon inuictum dei
Teſtem laceſſit prælio:
Perfoſſus ipſe concidit.
Et ſtratus æternum iacet.
Mors illa ſancti martyris
Mors uera templorum fuit.
Tunc ueſta pallados lares
Impune ſenſit deſeri.
Quicquid quiritum ſueuerat
Ornare res uanas Nume:
Chriſti frequentans 11 atria
Hymnis reſultat martyrem.
Ipſa & ſenatus lumina
Quondam luperci aut flamines,
Apoſtolorum 12 & martyrum
Exoſculantur limina.

Videmus illuſtres domos
Sexu ex utroque nobiles
Offerre uotis 13 pignora
Clariſſimorum liberum.
Vittatus olim pontifex
Adſcitur in ſignum crucis:
Aedemq́; Laurenti tuam
Veſtalis intrat claudia.
Oter quaterq́; & ſepties
Beatus urbis incola,
Qui te actuorum 14 cõminus
Sedem celebrat oſſium.
Cui propter aduolui licet:
Qui fletibus ſpargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui uota fundit murmure.
Nos uaſco iberus diuidit
Binis remotos alpibus
Trans cotianorum iura,
Trans & pirenas minguidos.
Vix fama nota eſt: abditis
Quam plena ſanctis Roma ſit:
Quam 15 diues urbarum ſolũ
Sacris ſepulchris floreat.
Sed qui caremus his bonis.
Nec ſanguinis ueſtigia
Videre coram poſſumus,
Cœlum intuemur eminus
Sic ſancte Laurenti tuam
Nos paſſionem quærimus,
Eſt aula nam duplex tibi.
Hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus urbi municeps
Aeternæ 16 in arce curiæ
Geſtas coronam ciuicam.
Videor uidere illuſtribus
Gemmis coruſcantem uirum:
Quem Roma cœleſtis ſibi
Legit perennem conſulem.
Quæ ſit poteſtas 17 credita:
Et muneris quantum datum:
Probant quiritum gaudia:
Quibus rogatus annuis.
Quod quiſque ſupplex poſtulat:
Fert impetratum proſpere,
Poſcunt, litantur, indicant,
Et triſtis haud ullus redit.

11
Ecce quõ populi cantabant hymnos in honorem Martyrum.

12
Senatus Ro. exoſculatur limina ſanctorum & Martyrum.

13
Ecce uota ad tumulos ſanctorum.

14
Vide celebrationẽ ſepulchri ſedis oſſium beati Laurentij, inuocationem eius, orationem etiam uide cum fletibus & proſtratione, necnõ uotorum nuncupationem. Obmuteſce ergo hæretice.

15
Sepulchra ſanctorũ ſacra ciuitates illuſtrant.

16
Anima Laurentij in cælo coronata.

17
Magna ſancti Laurẽtij poteſtas. Innocatur, & quicquid petitur concedit.

Ceu præſto ſemper aſſies,
tuoſq; alumnos urbicos
Lactante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.
Hos inter ó Chriſti decus
Audi poetam 18 ruſticum
Cordis fatentem crimina:
Et facta prodentem ſua.

Indignus agnoſco & ſcio,
Quam Chriſtus ipſe exaudiat,
Sed per patronos martyres
Poteſt medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium:
Et ſeruientem corpori
Ablue uinclis ſeculi.

ITEM ALIA VITA SANCTI LAVRENtij martyris per beatum Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

HOdiernus 19 dies beatiſſimi martyris Laurentij corona illuſtrat: cuius egregij martyris merita 20 nulla pars Romani orbis ignorat. Paſſus eſt in ipſo capite gentium, id eſt, in ipſa urbe Romana. Ibi enim diaconus miniſtrauit, & in ipſo iuuentutis ſuæ flore decorem iuuentutis ſuæ ſanguine purpurauit.

Paſſio eius inſignis eſt, multumq; mirabilis: hanc breuiter domino adiuuante narrabo. Illo tunc archidiacono, beatus Sixtus erat Epiſcopus: Cuius triumphus martyrij ante triduum fuit. Cum ergo ſanctus Laurentius Epiſcopum ſuum Sixtum pergentem ad martyrium ſequeretur, fide fultus, triſtis affectu, non quia ille patiebatur, ſed quia ab illo ipſe deſerebatur, reſpexit uenerabilis ſenex uenerabilem iuuenem, & ait illi: Noli eſſe triſtis fili, poſt triduum me ſequeris. Tūc ille ebibita prophetia, iam corde paratiſſimus, ex ſpiritu ebrius, certum ſperauit futurum, quod prædixerat ille qui nouerat. Deinde apprehenſus eſt adductus: & quoniam erat archidiaconus, apud illum eſſe utique credebantur opes eccleſiæ, quas deſiderabat perſequutor, non tam auarus, quàm furioſus oderat quem occidebat: ſed amabat apud eum, quod ille contemnebat.

Erat autem ſanctus Laurentius pauper opibus, diues moribus: non ſe negauit eccleſiæ haberi diuitias, ſed ut eas oſtēderet, tridui dilationem petijt: deinde mandauit congregari agmina pauperum. Tūc deinde ipſo die coronæ ſuæ pręſentatus examini, tanquam demōſtraturus quod ille quęrebat, demonſtrauit quod habebat. Tunc ait perſequutor, Vbi ſunt eccleſiæ facultates? At illi manum extendens in pauperes, Hę ſunt (inquit) eccleſiæ facultates. Verum dixit, Sed amarum. Quid autē mirum, ſi ueritas auxit odium irriſum ſe dolens crudelis tyrannus, & auarus inimicus, qui forte mitiorem pœnam cogitauerat, ferro interficere uenerabilem iuuenem, parari flammas pręcepit. Plus ardebat, quàm urebat: urebat in carne, ardebat in corde. Supplicium eius tanto erat grauius, quāto interius. Tūc oblata eſt torrēda, & ut uerius dicam, aſſanda martyrio nobilis illa Laurentij craticula: aſtrictus eſt ferro, ſed ille craticulam ſupplicij, lectū quietis putabat: ſupplicium dixi, ſecundum animum punientis, non ſecundum conſcientiam patiētis. Nullum eſt enim ſupplicium damnati, ubi non eſt pœna peccati.

Itaque beatiſſimus martyr oſtendēs quàm quiete iaceret in illo ignito ferro, ait circūſtantib⁹: Iā me uerſate, & ſi una pars cocta eſt, uorate. Mi-

18 *Vides quomodo non audens recurrere immediate ad Chriſtū, inuocat interceſſorem et quaſi mediatorem Laurentium, & per eius patrocinium ſperat cōſequi medelam cupitam?*

Eſt ſermo. 135. in opere humiliarum eius.

19 *Hodiernus dies illuſtratur corona beatiſſimi Laurentij.*

20 *Cuius merita nulla pars Romani orbis ignorat.*

ramur patientiam, donum dei miremur. Ibi fides non ſolum non arſit, ſed & conſolabatur ardentem. Quare fides conſolabat̄ ardentē? Quia fidelē tenebat ꝓmittentem. Vt fides non deficeret, ut 21 ſpes non auerteret̄, ut charitas inter pœnas igneas corporales plus accenderet̄, Dei dona erant.

Fratres mei, nemo arroget potentiæ ſuæ, quod non dat niſi deus. Merito Apoſtolus alloquens martyres, ut in epiſtola eius hodie cū legeretur, audiſtis. Vobis (inquit) donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut credatis in eum, ſed etiam ut patiamini pro eo.

Ergo martyꝝ merita 22 uelut Dei dona laudemus, amemus, 23 ſubinferamus uoluntatem noſtram uoluntas 24 enim ſequitur, non præuenit. Sed tamen non deeſt charitas, ſi non deſit uoluntas, ipſa enim ardens uoluntas uocatur charitas. Quis eſt qui timeat uolens? quis eſt qui amet nolens? ſerueat oratio, & feſtum martyris celebretur: Sed ut non ſit inanis, qui celebrat, imitemur.

21 Vides in Laurētio nō fuiſſe ſolā fidē, ſed et ſpē et charitatē

22 Vide q̄re habeamus merita apd̄ deū, nēpe quia opa noſtra bona, ſunt dona eius.

23 Amemus, orem', ſubinferam' uolūtatē noſtram. Non ergo ſufficit eligentis gratia, niſi inuigilet collaborantis induſtria.

24 Voluntas noſtra ſequitur, nō præuenit gratiam Dei.

Habetur inter eius opera, nunc tātum in lucem ædita latinis.

VITA SANCTORVM QVADRAGINTA

martyrum per D. Gregoriū Nyſſæ Pontificem ſcripta, Petro franciſco Zino Veronenſe interprete.

QVibus augi diſcruciariq; multos conijcio, ijs animus meus perfunditur uoluptate. Nam quòd illi ſe uiciſſim affligi urgeriq; iure moleſte ferunt, id eſt mihi lætitiæ caput. Lætatur enim paſtoris oculus, dum gregem preſſum uidet, & intra ouile præ multitudine capi nō poſſe. Atqui haud ita paruum eſt hoc ouium receptaculum. Sed gregis exuberans multitudo facit, ut amplitudo loci Anguſta uideat̄. Tale qddam & Petrus circa Dominum conſpicatus reſpondit, præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt. Certè hoc illud eſt, quod Diuus ait Apoſtolus, premi, ſed anguſtijs non opprimi. In omnibus, inquit, premimur, ſed non anguſtiamur.

Ego uero quanam oratione talem cœtum accipiam? Quis uocē mihi tubā clariorem dabit, ut ſuper hanc multitudinem perſonet, & uerba in eorum, qui congregati ſunt, auribus deponātur? Ad quęnam eorum, quę lecta ſunt, conuertam animum meum, ut ſermonem ijs, qui adſunt, utilem inueniam?

Multum Iob ad edocendam fortitudinem confert earum rerum exemplo, quas in uita ipſe ſua perpeſſus eſt. Multū Salomon ænigmatibus prouerbioꝝ. Nam de ſacro Apoſtolo qd dicam, qui arcanis illis uerbis, quæ humana cogitatione comprehendi non poſſunt, Epheſios erudiens, fortaſſe etiam nobis locutus eſt, arcanam crucis rationem per ænigmata patefaciens. Alia ſunt item eiuſmodi in Pſalmis myſteria, documenta, tituli inſcriptiones, cantica. Hæc enim in Pſalmoꝝ, quos uerſauimus, inſcriptionibus memoria repetentes, nō exiguam nobis ex obſcuris eorum quęſtionibus dicendi materiam ſuppeditari perſpicimus. Verùm horum enarratio ſecundas obtinet partes, alioq; haud ita celebri tēpore eſt depromenda. Nunc autem argumentum frugiferum & huic celebritati congruens inuenire cupio. Eoquod igitur eſt hoc argumentum? Noui quandam legem naturæ propriam in ipſis diuinis tabulis inſcriptam ab eo qui naturæ leges impoſuit. Hæc omni bona ratione parentes proprios remunerari,

eiſq;

eiſq; pro uiribus gratiam referri iubet. Honora, inquit, patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſionibus, ut bene ſit tibi.

Quum igitur hęc lex primum ex ꝓmiſſione locum obtineat, eiuſq; obſeruatio proprium obſeruantis lucrum fiat: honor enim parentibus habitus uertitur in utilitatem illius, qui legi paruit: operępretium eſt, ut qui cunq; ſapiunt, ad mandatum hoc exequendum animum applicent, cuius finis ei obtemperantis emolumento gratiaq; concluditur. At uero carnis noſtræ genitores præfinita ſibi ab initio uitæ tempora explentes, naturæ conceſſerunt, nec amplius egent honore noſtro cùm è uita iampridem migrauerint. Itaq; lex obſeruari non poteſt, cùm non ſint in quos benignitas conferatur. Sed lex officio fungi nos iubet, ut quæ promiſſa ſunt, aſſequamur, neq; enim inertes induſtriorum præmia poſſunt auferre.

Quid igitur agendum eſt ei, qui promiſſionis huiuſce cupidus parentes non habet, quibus hæc officia pręſtare poſſit? An ex ijs, quę uidentur hęc omnis nobis tollitur difficultas? Mihi enim uos intuenti, parentes alij, quos honore, officijſq; complectar, requirendi nō ſunt. Vos. n. mihi parētes eſtis, qui mihi parentes etiam ipſos edidiſtis. Patria enim eorum qui procreati ſunt, & qui procrearunt, continet dignitatem. Quid igitur facientes honoris legem nobis obſeruabimus? Bonus enim atq; beneuolus filius, ingraueſcentem parentis ætatem recreat, & languidam eius imbecillitatem ſuſtentat, dum omnia ipſe efficitur patri. Ex quo licet uidere patrem in filio repubeſcere. Dum manus tremula, ſenectuteq; confecta in iuuentutis firmitate conquieſcens, iuuenilis roboris fructum percipit. Et pedum inceſſus iam curuitate membrorum labefactatus dirigentis, fulcientiſq; ſtudio filij confirmatur. Et quamuis propter ætatem acies oculorum hebetior facta ſit, acutè tamen ſenex per filiū cernit, dum eius manu ad uſus uitæ neceſſarios ducitur. Vos autem in quibus patriā mihi conſtituo charitatem, haud ita affecti eſtis, ut ulla rerum eiuſmodi egeatis.

Quid igitur faciemus, ut propoſita præceptum obſeruationibus præmia conſequamur? in quo uobis gratificabimur, cùm nihil nobis reliquū ſit, niſi forte bonorum, quæ uobis adſunt, explicationem ad honorem, quē uobis debeo, creditis pertinere. Quòd ſi ita eſt, agè qualibus quātiſq; modis uita ueſtra ſit exornata, dicamus, uel potius demonſtremus. Quid uero putatiſne me communia iſta uulgataq; omnibus intelligere. Vbertatē agrorum, fructuum copiam, et flumen hoc, quod ciuitatem interfluit, campiq; circuitu fluxum concludit ſuum, & lacum efficit, ſed antequam ſtagnet, & poſt, ad ſingulorum incolarum utilitatem in riuos deducitur, ſolertiumq; hominum hortos & prata percurrit, & innumerabiles ciuibus cōmoditates præbet? Hæc alij perſequantur, quibus ut dicendo exercitatis oratio ad faſtum ambitionemq; deſeruit, ex rebus eiuſmodi patriæ laudes exaggerantibus. Mundo etiam deditus aliquis, & hæc uitæ uſu ſciēs diiudicare, laudibus, ſi uidetur, adiungat & alterum, flumen propinquum hoc dico, quod propter magnitudinem inter illuſtra orbis flumina numeratur. & in hac regione naſcens, mœnia ciuitatis alluit, non paruum ex ſe, tum gratiæ ad eius pulchritudinem, tum ad uſum uitæ cōmodorum cumulum comportās. & utrum gloriari ciues oporteat, quòd colonias ipſi deduxerint, an quòd ex deducta colonia exorti ſint, & ſi præclara aliqua eo-

rum in bello facinora,ſi trophæa,ſi pugnas, & fortitudinis documenta,li terarum monumentis hiſtorici tradiderunt. Hinc autẽ iſta faceſſant procul. Erubeſcit enim oratio chriſtiana, ex ĳs, quæ a fide remota ſunt, Chriſtum amantibus laudes impertiri, ut illi qui uictoris umbram potiuſquã tropheа collaudant.

Ad præſentia igitur ſe uertat oratio, uobiſq; fructum ueſtrum ante oculos ponat,bona autem mundi,licet abundè ſuppetant, & iſtiuſmodi laudandi argumenta ſilentio prætermittantur. Nam neq; cœlum ipſum uniuerſum,quod rerum omnium maximum atq; pulcherrimum eſt,neq; cœleſtium ignium ſplendores,neq; terræ amplitudo, neq; ullum aliud elemẽtorum , quæ illi ordine ſuperiecta ſunt,aliquid afferunt , quod animo Dei ſpiritu imbuto,magnum aut dignum admiratione uideatur. Diuino enim præcepto erudiri didicimus,nihil eorum,quæ caduca & fugacia ſunt admirari. Quod ſi cœlum omne , atq; terra tranſibit , omniſq; mundi figura præterit,ut inquit Apoſtolus, quomodo decorum eſſe quiſquã cẽſebit, ut ex terræ fertilitate,aut aquæ copia,nobis laudandi materia proponatᶜ licet enim regioni noſtræ cumulatè adſint terreſtres hæ dotes atq; ornamenta,ſiquis ea uelit inter ſe comparare,tamen ſi cum ueris bonis noſtris conferamus,ea pro nihilo ducentes præter b mus.

Iſtis ergo uilibus abiectiſq; rebus omiſſis , ad ea , quæ magis præclara ſunt, accedamus . Hæc autem non oratione noſtra uobis oſtendentur,cùm uobis liceat ea ueſtris oculis intueri,quod equidem inter ipſa bona uel præcipuum exiſtimo. Quis enim fructum noſtrum non nouit ? Quis ignorat uos fœcũdam hanc tuliſſe ſegetem,quæ multitudine fructuũ prouentum triceſimum ſuperatᶜ Videtis ſacrum hoc aruum ? Inde martyrum manipuli prouenerunt.Si quodnam aruũ dicam, exquiris,ne longius hinc circumſpexeris. Qui locus cœtum hunc ambit ᶜ Quid loquitur tibi ſolennis 1. hæc annua celebratioᶜ Qualia uerba huiuſce diei memoria profertᶜ Certè non ſunt loquelæ,ut inquit Propheta,neq; ſermones, quorum non audiantur uoces eorum,omni oratione clarius res admirabiles enarrantes. Si locum aſpicis,ipſe ſe martyrum ſtadium fuiſſe dicit. Si diem conſideras,tanquam uocalis quidam præco martyrum coronã prædicat.Mihi equidem uideor diem hanc ſic exclamantem exaudire . Alias dies ſtellarum opificio gloriatur; Alia cœlorum lętatur procreatione:alia gaudet apparatu terræ: Mihi uerò ſatis afferunt ornamenti res martyrum admirandæ. Mihi ſatis eſt erectis aduerſus diabolum trophæis eorum gloriari. Qualia in me geſta ſunt ᶜ Qualis angelis per me facta acceſſio eſt ᶜ Qualem Deus in me plantationem effecit ᶜ ex qua omnis propemodum orbis ſublatis ſurculis conſitus eſt ᶜ Quemadmodum in exuberanti contingit uite,quæ uites alias ex ſe producens ipſa nihilominus integra permanet. Hæc mihi atq; alia eiuſmodi bona uidetur huiuſce diei gratia pronunciare,& locus ipſe totidem altera dicere.

1 *Solennis hæc annua celebratio. Ecce quomodo diem feſtũ ducebant ſingulis annis horum ſanctorũ martyrum.*

Verùm quidnam agam in tanta populi frequentia ego, qui ea uocis tenuitate tarditateq; linguæ ſum, ut oratione ſtrepitu reſonante uix eorum, qui proximè aſſiſtunt,aures uerba mea percipiantᶜ Ea enim pluribus erãt exponenda. Quàm pręclarum uidelicet fuerit quadraginta cõtubernium, quomodo cõmune certamen,cõmune ubiq; domiciliũ habuerint . Quomodo cùm ubiq; ſeparentur in ĳſdem tamen omnes uiciſſim ſunt locis,

ut nullus ſingularem reliquiarum gratiam acceperit, quin omni ex parte prǽſtantiam martyrum aſſecutus ſit. Vnus enim in Domino effecti omnes per unum, cum omni plenitudine ſe ipſos impartiunt. & quia manca quodammodo fuiſſet oratio, ſi quod eſt narrationis principium, ſilẽtio prǽtermiſſum eſſet, dicendum erat, quàm proba eorum & clara iuuentus fuerit, quòd ex optionis omnes delecti, pulchritudine conſpicui, in ipſo ætatis flore, præcelſis arboris ramis magnitudine ſimiles.

Sed animaduertitis uocem ſtrepitu diſſipari, & orationem ſonitu concidi. Quamobrem neceſſe eſt, ut populi uocibus tanq̃ pelagi fluctibus et tempeſtate iactati, uos in tranquillum ſilentĳ portum conferamus. Quòd ſi diuina gratia nobis conceſſerit, ut uos iterum quietè audientes alloquamur, ea, quæ nũc omittimus, Deo adiuuãte proſequemur. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

ITEM DE EISDEM SANCTIS QVADRAginta martyribus per eundem Diuum Gregorium Nyſſę pontificem eodem Zino interprete.

Habetur ubi ſupra, nunc primum & ipſa in lucem edita.

HEri martyres ad ſe populum conuocarunt, nunc ad hoſpitium eccleſiæ ſponte ueniunt. Eſt autem quædam lex epularis, ut conuiuia, quæ circuitu, & orbe quodam celebrantur, ſuo tempore uiciſſim repẽdant ĳ, qui conuiuio accepti fuerint. Quamobrem neceſſe eſt, ut nos item cœnæ gratiam martyribus reddamus. Verùm quoniam orationis laboramus paupertate, haud alienum erit, ſi ĳs, qui heſternoconuiuio nos exceperunt, hodie autem a nobis excipiuntur, ſuas ipſorum reliquias apponamus. Quod enim lauto, opulentoq́ conuiuio supereſt, ſatis eſt ad epulum apparandum, præſertim ſi tales reliquiæ ſuppetant.

Quoniam igitur iſtæ reliquiæ ſunt? memoria tenetis omnino, in qua orationis parte uerſabamur, quando optatus ille, iucunduſq́ nobis multitudine conuenientium ſtrepitus, ita nos interpellauit, ut ea, quæ dicebãtur exaudiri non poſſent, cùm animatum illud eccleſiæ mare, influentium exundans multitudine, præ impetu ſemper urgentium exæſtuaret. Verè enim ſonitu imitabatur mare, ad aures noſtras tanq̃ ad littora perfringẽs undarum fremitum. In qua igitur parte tumultu, & tempeſtate iactatam orationem reliquerimus, meminiſtis utiq; uos, qui memoriam martyrum diligenter excolitis. Locus enim ille, ni fallor, poſcebat, ut deinceps diceremus, quemadmodum non temerè aut quilibet ad hoc certamẽ delecti ſunt, neq; ex mixta, & ignobili turba, aut ſordida educatione ad dignitatem hanc aſcenderunt. Sed primùm quidem ingenio, corporis pulchritudine, & robore, ſortunarumq́ copia reliquis præſtantes militaribus ordinibus annumerati ſunt, ad hęc uita ex uirtute acta, modeſtaq́ & caſta inſtitutione cõmendati, tanq̃ munus, uirtutiſq́ præmium martyrĳ gratiam morientes acceperunt. Quod ſi uidetur, ut oratio noſtra iucundior ſit, oĩa, quæ ad hos martyres pertinent, percenſentes, eoꝝ pugnam præſenti thęatro tanq̃ ante oculos proponamus.

Legio quædam ex ueteranis ad proximam ciuitatem, quæ pro uniuerſa gente aduerſus barbarum impetus excubabat, cumq́ adeſſet illi diuinus fauor fidelem, ſupraq́ diſciplina poſtulet militaris, opam exhibebat.

Nec alienum fortaſſe fuerit præclarum horum uirorum fidei facinus curſim explicare. Cùm igitur aliquando cum barbaris bellum gererent, omniaq́ue ab hoſtium exercitu occuparentur, & aquæ eſſent in eorum poteſtate, res ad extremum periculum uenerat, ſiue propter imperitiam ducum, qui res noſtras adminiſtrabant, ſiue ex meliore quodam, diuiniorecꝫ cõſilio, ut perſpicuum fieret, quanto chriſtiani reliquis hominibus antecellerent, cùm nulla eſſet ratio, qua ſe ex illis difficultatibus expedirent, & magnis premerentur anguſtijs. Nulla enim illis gutta, nulla aquarum ſtilla loco reliqua erat, adeò ut periculum eſſet, ne ſiti expugnati in hoſtium uenirent poteſtatem. Tunc igitur uiri generoſi poſthabito armorum auxilio, ad inuictum, & inexpugnabile in rebus aſperis præſidium confugerunt, relictis enim in exercitu ijs, qui nondum ſuſceperant fidem, miraculum. Heliæ prophetæ tempore geſtum, cõmunibus coniunctiſq́ue uocibus imitantur,
2 ſupplicantes, 2 ut a tam difficili calamitate liberarent. Sic illi precabantur, res autem ex templò preces eorum eſt ſubſecuta. Adhuc.n. genibus 3 flexis obſecrabant, cùm neſcio unde uehementi uento collectæ nubes, ſupra hoſtium exercitum ſublimes conſtiterunt. Deinde tonitribus ingentibus perſtrepentes, & fulgores contra ſubiectos accendentes, in imbrem eruperunt, quæ fluminum ſuperabat abundantiam. Quamobrem aſſidua fulgurum multitudo, magnitudoq́; pluuiæ cauſa fuit, ut hoſtium exercitus omnino diſſolueretur, alijs autem ꝓpter iuſtos, qui precibus inſtructi erãt, ad utruncꝫ ſuppetias tulit, ut & aduerſarios uincerent & ſitis conſolationem perciperent, cum illis torrentium, fluxus abũdè potũ ſubminiſtraret.

2 Cum Deus ad ſupplicationem ſeruorum ſuorum concedit quæ petuntur liquet orationem placere Deo, nec eſſe ſuperfluã & ſine fructu, ut nõnulli gariunt.

3 Nota etiam orare cũ genuflexione.

His ergo cõiunctus erat noſtroꝝ militum chorus, qui & narrationibus illis in fide confirmati, & in eiuſmodi inſtitutis enutriti, ad tantam animi magnitudinem peruenerant, ut uirtutis præſtantia ſibi inuidiam compararent, quemadmodum ex ijs, quæ nunc ex hiſtoria Iob commemorata ſunt, intelleximus. Hoſtis enim humanę uitę ex cõmendatione Iob ſibi iniuriã fieri exiſtimabat, iccircoq́; ipſum ſibi excruciandũ expoſcebat: quoniam ab homine ueri, iuſtiq́ue amante, atcꝫ ab omni labe puro, & integro torquebatur. Sic iſte, qui bonis ĩſidias ſtruit, iniquo oculo hos milites intuitus, ferre nõ potuit, ut in florenti ætate morum canticis cerneretur. Corporum florem temperantia decoratum uidit. Vidit armatum ueluti quendam chorum per exercitum ſuum Deo tripudium agẽtem, ſpecie pulchrũ, aſpectu formidoloſum, prudentia uenerandum, pedum celeritate, uirium magnitudine, apta membroꝝ figura illuſtrem, atcꝫ inter corporis dotes, quibus erat pręditus, uirtute pręſtantem. Is ergo, qui liuore terram obambulat, inter hos item perambulans, non hominem unum ueritatis ſtudioſum, ſed diuinum tot uiroꝝ globum omniũ ueritatis, iuſtitiæ, pietatis amãtium uidit. Hos quocꝫ ex Dei ſententia quæſtionem, & pœnam expoſcit.

Ac primùm quidem exercitus imperatori idoloꝝ ſtudio inſaniẽti perſuadet, eum non poſſe uictoriam de barbaris reportare, niſi prius Chriſti colentes nomen, immolet. Quamobrem hi quàm celerrimè delati ſunt, quippe qui per bonam confeſſionem, ultrò cruciatibus, & morti ſeſe offerebant. Qui ut gladio ſtatim occiderentur, hoſtis recuſauit, id mortis genus nimis humanum arbitratus. Ferreis igitur uinculis conſtringendos curauit, ut id ſupplicij principium eſſet. Quæ quidem uincula ipſis erant ornamento, & iucundum, ac dulce ſpectaculum chriſtianoꝝ oculis afferebant.

bant. Videbant enim lectos iuuenes, tam multos numero, omnes tam pulchritudine, tum ætate cæteris æquè præcellentes, mutuis autem, aptiſq; inter ſe uinculis ita coniunctos, ut coronæ, aut torquis æquali unionum magnitudine diſtinctæ ſimilitudinem pręſe ferrent. Tales igitur erant ſancti iuuenes mutuo uinculorum nexu inter ſe complexi. Quamobrem cùm ſinguli eſſent pulchri, unuſquiſq; reliquis adijciebat cumulũ pulchritudinis. Quemadmodum in admirandis rebus cœleſtibus euenit, quando per ſerenum, purumq; cœlum, mutuum ſtellarũ decus uariatur, atq; diſtinguitur, proprium ſingulis ſplendorem ad cœli ornatũ conferentibus. Talis utiq; erat ſanctorũ ſpectaculum, qualis eſt, ut quodam loco ſcribit Propheta Ezechiel, aſpectus facium diſcurrentium. Libenter in hac ſpectaculi pulchritudine uerſatur oratio. Nam, ut ait Sapientia, ex magnitudine pulchritudinis rerum procreatarum, conſideratur etiam ea, quæ abſcondita eſt, pulchritudo. Siquidem & animi candor per ea, quæ ſpectabantur, effulgebat, & qui cernitur homo, dignum erat illius hominis, qui non uidetur domicilium.

Quàm pręclarum igitur tunc fuit intuentibus ſpectaculum, præclarum inquam, ea uolentibus aſpicere, quæ pręclara ſunt, pulchrum Angelis, pręclarum poteſtatibus ſublimiores mundo ſedes incolentibus, acerbum uerò dæmonibus, & hominibus illis, qui dæmonum partes defendebant, ſi tamen homines dicendi ſunt, qui tã longè ab humanæ naturæ præſtantia receſſerant. At Chriſti milites, ſancti ſpiritus armigeri, fidei defenſores, cœleſtis propugnacula ciuitatis, omnes uerborũ cruciatus, omnem terrorũ uim, omnem minarum impetum tanq; puerulorũ ſtultitiam non aliter cõtemnebãt, ac ſi uerberibus non corpora, ſed corporũ umbras obijcerent. Quare ſpiritu carne conculcata, morteq; cõtempta, & deſpectis omnibus tyrannorũ terroribus, uiſi ſunt humanæ uirtutis incurſuram exceſſiſſe. Rectè.n. rerum corporearũ curã geſſerunt, rectè pugnandi peritiam cõtra diaboli aciem conuerterũt, non gladio manus armantes, non clypeũ e ligno tendentes, nõ cerea galea, & ocreis ſe munientes, ſed aſſumẽtes eo tam armaturam Dei, quam dux eccleſiæ deſcribit Apoſtolus, clypeum, & loricam, & galeam, & gladium, contra hoſtium copias proceſſerunt. His pręerat cœleſtis gratia, aduerſarijs autem ille, qui mortis habet poteſtatem, inſtruendi acies locus particularũ iudicium fuit, in eo conſiſtentes pugnabant, illi quidem minarum tela iacientis, hi uerò ſe patientia pregentes.

Illud autem ab aduerſarijs factum eſt initium pugnæ, ut uel fidem in Chriſtum abiurarent, uel afficerentur mortis ſupplicio. Contra autem a uiris fortiſſimis reſpondebatur, ſe ad mortem uſq; in ſententia permanſuros. Tum illi & ignem, & gladium, & carcerem, & reliqua cruciatuum genera comminabantur, ad quæ quidem omnia una reſponſio audiebatur, Chriſtus nimirum, quem ſancti ore ſuo confitebantur. Hac aduerſarios uerberabant. Hanc aduerſus uim hoſtis opponebant. Hac medium inimici cor feriebatur. Hæc erat ille lapis, qui manu Dauidis iactus, galeã percuſſit aduerſarij. Nam Chriſti confeſſio fit ſtrenui militis funda, qua proſternitur inimicus, eiq; caput abſcinditur.

Verùm oratio præferoci equo ſimilis, longius progreditur, & fines tranſilit, eaq; perloqui audet, quæ dici nequeunt, tanq; eorum ſpectatrix ipſa fuerit, quæ uideri non poſſunt, quòd uidelicet ad hanc Chriſtum confiten

tium uocem, plauſum ſupra ſancti Angeli collaudantes ediderint, eamq́; fauſtis acclamationib⁹ cœleſtis ciuitatis ciues exceperint, omniſq́; cœlitū multitudo egregio facto lætata ſit. Quale enim tunc Angelis in mundo theatrum hominum extitit? Qualem diaboli, hominumq́; congreſſum aſpexerunt uitæ noſtræ ſpectatores ꝙ longè ab illius exitu luctæ, qua ſerpens Adam ſuperauit, diſcrepātem? Tunc ne primum quidem impetum ſpecioſa quadam illecebra ab improbo hoſte illatum homo ſuſtinuit, ſed ſtatim concidit, caſuq́; euerſus eſt. At contra hos, omnes inimici artes & doli fuerunt inanes, & caſſi. Spem ille proponebat. Hi uerò reſpuebāt. ille terrores incutiebat, eos hi deridebant. Vnum id tantummodo formidabant, ne ſeiungerentur a Chriſto. Vnum id ſolum in bonis ducebant, ut eſſent cum Chriſto, reliqua omnia ut riſum, & umbram, & nugas & ſomnia arbitrabantur.

Ideo per ea, quæ non uidentur, uagari audet oratio, affirmatq́; omnem eorum qui mundo excelſiores oras incolunt, cœtum gaudio exultaſſe propter excellentem decertantium uirtutem. Ad hæc ea non ueretur aggredi, quæ tentanda non ſunt, ea adhuc audet attingere, quæ ſuperiora ſunt mūdo. Nempe quòd dum hi in hac contra aduerſarios pugna ſe ſtrenuè, ac fortiter gererēt, certaminis iudex, & remunerator uictoriæ coronas oſtendebat. Et primus diuini exercitus imperator præmia uictoribus præparabat. Et ſpiritus ſanctus eos uarijs excipiebat muneribus. Etenim quoniam fidem in trinitatem confitebantur, gratia illis a Trinitate rependebatur. Quænam autem hæc gratia fuit? Idipſum nimirum, quòd primis illis Adami, & Euæ certaminibus ſuperiores extiterunt. Illi enim ſtantem naturā humanam peccantes afflixerunt: Hi eorum iacentem caſu tolerantes excitarunt. Illi è Paradiſo in terram detruſi ſunt. Hi è terra in Paradiſum recepti. Illi contra ſe ipſos mortem armarunt: ſtimulus enim mortis, inquit, peccatum. Hi mortem armatam fortitudine ſua imbecillem reddiderunt, perferendis cruciatibus ſtimuli aciem ſic obtuſam, atq; hebetem efficientes, ut meritò dici poſſet, Vbi eſt mors uictoria tua? ubi, inferne, ſtimulus tuus? Fructu ligni nihil utilius ipſo ligno nihil abiectius, fructus tamen colore, & ſuauitate quadam aſperſus, & tinctus eos abduxit, ut gratiam contemnerent Paradiſi. At magnis his pugnatoribus ne ſol quidem ipſe dulcis eſt uiſus, quo quidem etiam libenter ſpoliari ſe paſſi ſunt, ne a uero lumine exciderent. Quid enim de Eua dicit ſcriptura. Compellor enim celerius ꝙ æquum eſt, parentes tranſire. Vidit, inquit, quod bonum eſſet ad ueſcendum, & pulchrum, oculis, aſpectuq́; delectabile, atq; ita hæc Paradiſo commutauit. His autem ad uoluptatem propoſita erant hæc, quæ uidentur, cœlum, ſol, terra, patria, parentes, fratres, propinqui, æquales, quibus ſanè rebus quid aut iucundius aſpici, aut ſuauius guſtari poteſt? Noſtis uos filij, quæ ſit erga parentes beneuolentia; Vos parentes amorē in filios non ignoratis. Tu, qui ſolem intueris, quæ ſit in eo dulcedo, non es neſcius. Cognoſcis tu fratris ſtudioſus, naturalem ad diligendos fratres propenſionem. Expertus es iuuenis, ꝙ iucundam uitam efficiat grata cū æqualibus conſuetudo. Hæc tamen illi omnia inimica, omnia aliena exiſtimabant. Vnum illis duntaxat bonum erat Chriſtus. Hunc ut acquirerent, cætera repudiauerunt.

Cùm igitur non exiguo tempore ſancti in cuſtodia continerentur, unà

cum dilatione ſupplicij creſcebat mortis cupiditas. Ac quemadmodum illi, qui humanæ gloriæ gratia corpus exercent, poſteaq́; iuſtum ſub præceptore robur compararunt, ad certamina audacter prodeunt: ſic etiam hi in uinculis & carcere ſatis ad pietatem eruditi, ad certaminum coronam proceſſerunt.

Ad finem, uel potius ad faſtigium totius operis peruenit oratio. Hoc erat tempus, hi certaminis dies, hoc paſchatis proœmiũ, ſanctæ 4 quadrageſimæ myſterium quadraginta nobis placationis dies. Certaminibus, totidem numero coronæ reſpondebant. Sed iam obſecro, niſi forte quæ apud uos admiranda geſta ſunt narrans, ea ueſtram rebus ueſtris exponendis audiendi patientiam accommodans, longior uobis atq; moleſtior uideor, ad certaminum finem nos item cum ſanctis concurramus. Ea die frigus erat. Quale autem frigus, quid atinet percontari, cum ex hodierna hac die id conijcere ualeatis, capillis præ frigore ſic obrigeſcentibus, ut nulla ſit ad id explicandum oratio neceſſaria? Alius tamen res mirabiles perſequeretur, quę hyemes apud nos faciunt. Nempe quemadmodum perpetuò fluentes amnes curſum eorum glacie cohibente, fluctusq́; in lapides redigente conſiſtant. Et uicinus hic lacus non niſi ex ſignis lacus eſſe cognoſci poſſit, quippe qui propter glaciem tellus euaſiſſe uideatur, cuius in fluctibus perequitare mos ſit. Quinetiam ſæpe nouimus ab incolis igne aquam inuentam, cum aquæ fruſtum confringentes & tanq; æs aut ferrum igne liquefacientes, lapidem in aquam redigunt. Tale igitur erat tempus illius pugnæ, cùm malus etiam præter naturam ex boreæ flatibus frigoris uim intenderet, ut ex ijs licet audire, qui admiranda hæc tradiderunt.

Ecce quam antiqua quadrageſimæ obſeruatio.

Cùm ergo clarè nomen Domini publicè prædicarent, ſeq́; ex ea prædicatione coronatum iri oſtenderent, per mortem ad finem peruenerunt. Hic autem in eos excogitatus eſt certaminis modus. A tyranno ſententia fertur, ut pugnatores frigore pereant. O uerborum, & ſententiarũ inopia. Quàm longè abeſt oratio a dignitate rei. Mortis ſententia eſt frigus, ſupplicium, & eiuſmodi pœnæ expectatio. At beati iuuenes riſu, & ioco, & letitia locũ ſupplicij præoccuparunt. Ad cruciatum currebant pugnatores, ſacro, concitatoq́; curſu contendebant, ut coronam quiſq; præriperet confeſſionis. Sed par omnibus ad uictoriam ſtudium fuit. Tanta enim pergebant alacritate, ut nullus eorum alio poſterior uideretur.

Ad huncigitur locum, tanq; ad publicum balneum unanimes peruenerunt, & perinde quaſi corpora eſſent abluturi, promptis animis ueſtimenta depoſuerunt, omnes ea Iob uerba pronunciantes. Nudi è uëtre matris egreſſi ſumus, nudi ad eum, qui nos eduxit, reuertemur. nihil in mundum attulimus, ex eo nihil efferemus. Eiuſmodi uerbis ſeſe mutuo cõſolati, glaciei corpora tradiderunt. Et elementorum quidem natura glacie uinceba tur, natura aũtem martyrum inuicta permanebat, immò uerò natura proprias affectiones patiebatur, & moleſtias percipiebat, militum autem magnitudo animi contra naturam etiam ipſam contendebat. Vires enim rigore gelido marcentes confectęq́; paulatim diſſoluebantur. Sed animi robur augebatur. Obſcurabatur ille corporis decor, pulchritudo defloreſcebat, & carnis color eſtinguebatur. Digiti ui frigoris paulatim amputati decidebant, membraq́; omnia, & ſenſus algoris acerbitate diſcindebantur.

caro enim liuida,ac tumida,atq; cõciſa,paulatim membris,oſſibuſq; defluebat,& mortalitatis ſentiebat perturbationes,atq; ita mors trium dierum ſpacio protracta ſignificabatur accedere,tãdiu enim uigentibus ſenſibus permanſerunt,ex quo ſic ordine conſtituti ſunt,atq; in omnibus aduerſarium deuicerunt.

Verùm quiſnam mihi ea,quæ deinceps ſequuntur, exponet pro dignitate? Quęnam oratio diuinam illam pompam declarabit, qua ſancta corpora plauſtris in ignem conijcienda geſtabantur? Quo quidem tpe pro illo,quē diabolus eripuerat,repoſitus eſt carceris cuſtos a charitate. Quis mihi eam matrem martyre dignam radicem cõmendabit,quæ cùm a miniſtro publico præceptum filium nec plauſtro, quoniam adhuc ſpirabat, impoſitum uidiſſet, humanitatem miniſtri erga optimum propugnatorē ignominiam interpretata,non pertulit,ſed eum quidem obiurgauit,quòd ex ſe procreatum ab aliorum militum ſocietate ſecluderet. Aſſiſtēs autem martyri iam torpenti,geluq; immobili, uidenſq; ipſum frigore & ſpirandi difficultate comprehenſum tantum habere reliquum uitæ, ut dolores ſenſu poſſet percipere, imbecillis, ac lucentibus oculis matrem intuentē, eamq; infirmæ, ac mortuæ manus ſignificatione conſolantem, ſeq; generoſè tormenta perpeti profitentem, hæc, inquam, perſpiciens mater aliquódne affectionis maternæ ſignum dedit? Nunquid eius uiſcera cõmota ſunt? nunquid ueſtimenta conſcidit ſua,filiumq; contexit, & calidis ulnis tabidum calefecit? Abſit. Hæc enim uel dicere abſurdiſſimum eſt. Verè ex fructu arbor ipſa cognoſcitur. Nõ poteſt arbor putris fructus bonos facere. Martyrij fructus eſt bonus.

Laudetur igitur optimi uiri procreatrix,quæ per filiorũ generationem, ut Paulus inquit,conſeruata Deoq; talem afferens fructũ,communem defendit fœminarum naturam. Non meus es inquit,filius tu, nec mei partus germen. Dei fidem ſuſcipiens, ex Deo genitus es.accepiſti enim poteſtatem, ut Dei filius fieres ad patrē tuum curre ne ſinas te uinci ab ęqualibus tuis ad coronam poſtremus ne uenias ueùe fruſtreris maternum uotum. Non deſeres matrem,ſi coronatus,ſi uictor,ſi triumphator extiteris. Hæc dicens,ſeq; ſupra naturam confirmans, uel a ſpiritu potius confirmata, ipſa genitum ex ſe unà cum alijs in currum repoſuit, alacri uultu ante pugnatorem in pompa progrediens.

Sed qualia poſt hæc conſecuta ſunt? Angeli in aere lætitiæ ſigna certatim ediderant,& ſua ipſorum acceſſione,ignis materiam adiecerũt flammæ laudem etiam ad aquam attulerunt in omnibus. Expleuerunt diuina illa uerba,quæ tres pueri ad cõmunem concinunt laudationem. Benedicite ignis,& æſtus Domino,benedicite frigus & ardor Domino, frigus per glaciem,æſtus per combuſtionem. Deinde tranſierũt per ignem & aquã. Verùm hæc tanq̃ nota prætermittere cupit oratio,& quiddam quod antea quærebatur opportunè nunc explicare.

Cùm è paradiſo exterminatus eſſet homo, ad eius cuſtodiam collocatus eſt flammeus gladius uerſatilis. Quod quidem eo conſilio factum fuit a Deo,ne homo ad uitæ lignum accederet,eoq; contacto fieret immortalis. Meminiſtis autem,ut par eſt ea, quæ ad quæſtionem diſſoluẽdam excogitauimus. Nam ſi uelimus totum a principio ſermonem repetere,longiores ſimus, q̃ præſens temporis ratio patiatur. Quæſtio igitur fuit, an

ſanctis

ſanctis etiam bis per gladium illum uerſatilem aditus in paradiſum ſit interclusus. Quod ſi paradiſo milites excluduntur, quęnam promiſſio reliqua, pro qua pietatis certamina ſuſcipiant? prætereà deteriori'ne conditione futuri ſint, quàm latro, ad quem Dominus mecum hodie eris inquit, in paradiſo? Atqui inuitus ille ad crucē acceſſit. Sed poſteaquàm ſaluti propinquus fuit, promptus ingenioſusq́; fur theſaurū animaduertit, occaſionemq́; nactus, uitam ſurripuit, rectè enim, opportunèq́; adhibita furandi arte. Domine, memento mei, inquit, in regno tuo. Ille ergo Paradiſo dignus habebitur, ſanctos autem ab eius introitu flammeus gladius arcebit?

An eodem ex loco quæſtionis ſolutio ſumitur? Iccircò enim non ſemper ex aduerſo ingredientibus conſiſtentem gladium oſtendit ſcriptura, ſed uerſatilem declarauit, ut indignis in faciem conuertatur, dignis autem auerſus liberum ad uitam aditū præbeat, qua quidem illi certamina fortiter ſubeuntes, & per flāmam tranſeuntes incolumes potiti ſunt. Faxit autem Deus nos item ut ea digni efficiamur eorum precibus corroborati ad bonam domini noſtri Ieſu Chriſti confeſſionem, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

VITA SANCTORVM MARTYRVM NAzarij & Celſi per Diuum Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

Habetur in fine ſermonum eius nuper in lucem edita ex bibliotheca Cluniacenſi, falſo hucuſq; D. Maximo aſsignata.

Etiam ſi martyribus regionis extraneę pia uotorum debita redderemus, proprijs conſulere utilitatibus, & cōmodis probaremur. Noſtros enim eos fides faceret, & remotis quamlibet finibus, ſperata nobis patrocinia conrogarent, ſtudiorum ſiquidem ſunt huiuſmodi ſuffragia, non locorum. Proinde apud domeſticos 1 Dei tantū itercesſionis promerueris, quantum uenerationis impenderis. Oportet itaq; ut alienos potius nobis deuotio religioſa conciliet, quàm fortè proprios a nobis negligentia irreligioſi temporis alienet.

1 Tantùm interceſsionis apud ſanctos, Dei domeſticos promeremur, quantum uenerationis eis impendimus.

Agnoſcamus chariſſimi circa eccleſiam noſtram uberiorem diuinorum munerum largitatem. Exultant felices ſingularum urbium populi, ſi unius ſaltem martyris reliquijs muniantur. Ecce nos populos martyrum poſſidemus. Gaudeat terra noſtra nutrix cœleſtium militum, & tantarum parēs fœcunda uirtutū. Rectè itaq; & ex debito a filijs parentis eccleſiæ horum beatorum martyrum celebrantur inſignia: Qui illuminantes uirtute fidei ſuæ innumerabiles populos ſoli quidem illatam ſibi ſenſere mortem, ſed non ſoli mortis ſuæ beneficia poſſederūt. Immenſa enim Dei noſtri pietas multiplex ad bonitatem, & artifex ad ſalutem, proponens arduam uirtutum palmam, raro appetitore precioſam, in paucorum triumphi, plurimorum commodis proſpicit. Illorum ſiquidem merita, noſtra uult eſſe ſuffragia. Simulq́; dum nobis fidem ueram duro martyrij agone cōmendat, afflictionem præcedentium, inſtructionem efficit poſterorum.

Quāta eſt circa nos Dei nr̄i ſolicitudo? Illos examinat, ut nos erudiat. Illos cōterit, ut nos acquirat; eorumq́; cruciatus, noſtros uult eſſe profectus. Meritò ergo eos colimus, qui periculis ſuis pugnāt, & noſtris utilitatibus militant: qui per lucis uitæq́; contemptum edocent nos, quātum Deo noſtro debeamus affectum. Nouerimus itaq; quia non ſine magno diſcrimi-

ne de religionis ueritate dubitamus, quam tantorum ſanguine cõfirmata n
uidemus. Magni 2 periculi res eſt, ſi poſt prophetarum oracula, poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt martyrum uulnera, ueterem fidem quaſi nouellam diſcutere præſumas, & poſt tam manifeſtos duces in errore permaneas, & poſt morientium ſudores ocioſa diſputatione contendas. Congratulamur ergo dilectiſſimi fratres, magnæ fidei ueſtræ, per quam dum exules profluа charitate ſuſcipitis, etiam incolas paradiſi, & cœli ciues habere meruiſtis.

2 *Conſidera tu qui chriſtianus es, & de rebus fidei quotidie diſputare cõtendis, cum eam ſequi tenearis fidem, quam priſci patres docuerunt.*

Beatum itaque Nazarium martyrem Chriſti ſancta Mediolanenſis eccleſia 3 licet totum corpore ſecum retineat, & mundo tamen totum in benedictione tranſmittit. Hæc eſt enim ſanctorum martyrum gloria, quorum etſi per uniuerſum mundum ſeminetur in cineribus portio, manet tamen integra in uirtutibus plenitudo. Veneramur ergo in tanto Chriſti milite fidem noſtram: mater nanque martyrij fides catholica eſt, in qua iſte illuſtris athleta ſanguine fuſo mortem pro ipſa calcauit: mater, inquam, martyrij fides eſt. Veneramur ergo in ſanctorum martyrum gloria fidem noſtram. Quomodo fidem noſtram? Abſiſtis enim dum mortis tolerantia indubitanter excipit, ſpes immortalitatis euidenter aueritur. Nunquam enim hanc uitam tam conſtanter expenderent, niſi eſſe alteram incomparabiliter beatiorem perfecta definitione ſentirent. In ſanctis itaque præconibus ueritatis reſurrectionis auctoritas eſt. Prompti enim pereunt in melius reparandi, quibus per anguſtias tribulationum aperitur exitus ad amplitudinem gaudiorum.

3 *Vide ſi ſancta Mediolanenſis eccleſia quæ totum corpore ſecum retinet Nazarium, uiſibilis ſit an inuiſibilis.*

Vnde & beatus Nazarius, cuius hodie glorioſam de mundi hoſte uictoriam uniuerſalis eccleſia 4 feſta exultatione concelebrat, cum tempora gentilitatis non ignobilibus parẽtibus oriundus exiſteret, ſacrilegi adhuc puer genitoris militiam ſimul et doctrinam deteſtari ex improuiſo cœpit: atque ab innocente matre, quæ iam Chriſtianæ fidei titulis inſignita. Chriſto ſedulè inſiſtebat, ſacroſanctæ regenerationis fluenta, fidelis iam ſpiritu ac fide inſtituta præueniens, demonſtrari ſibi flagitabat. Nondum ſiquidem baptiſmum conſequutus, ſed inter religionis principia cõſummatus, & nondum manifeſtatis ſibi legibus, deo plenus, repente poſſeſſio atque habitaculum Dei factus eſt: atque ita peruenturæ uſque ad cœlos turris prius meruit eleuare faſtigium, quàm diſponeret fundamentum. Nõdum ſacramentorum conſcius, & in ſacrificium iam præelectus.

4 *Vniuerſa eccleſia hodie feſta exultatione cõcelebrat uictoriam ſancti Nazarij.*

Quid ad hæc nos infelices reſpondere poterimus? Qui poſt nitorẽ baptiſmi, poſt collatum nobis ſacra regeneratione candorem, poſt acquiſitam indumenti nuptialis angelicam dignitatem, in peccatorum cœnum relapſi, & in antiqua criminum uolutabra reuoluti, niueum ueſtimentum teтris iniquitatum ac libidinum contagijs ſordidamus? Et holoſerticam, in qua ſigillum diuinæ imaginis acceperamus impreſſum, maculis mortiferæ corruptionis infecimus. Et poſt ſingularem Dei noſtri indulgentiã innouata fœdamus, integra reſcindimus, expiata uiolamus, repetentes opera non iam undis purganda, ſed flammis. Quid illud, quamque inſigne diuinæ gratiæ munus, quod accepto iam ſalutari lauacro, poſt innumera uirtutum ſigna, poſt peragratas circunquaque ob Chriſti prædicationẽ innumeras regiones, cum pro Dei ſummi confeſſione diuerſa per ſupplicia aduerſus tum totus penè orbis baccharetur, & nunc atrociſſimis ſarctaretur

pœnis cruciandus, nunc in longinquis finibus tranſueheretur exulandus, ita robuſtiſſimo Chriſti athleta pectore tormenta omnia deuincebat, ut ſtrenuum de proſtrato hoſte reportaret trophæum, interque cruenta Cæſaris iuſſa uaſti maris deiectus, ambulare ei diuina ſuper aquas conceſſum eſt prouidentia, & rerum obſtupeſcente natura, per inſueti itineris nouas uias pendulum inferens greſſum, tumentia maris dorſa calcauit.

Videres æquoreas ſanctis ſubſterni meritis undas, ſupraq; angelicis cõfortatum alloquijs, in Chriſti Ieſu laudibus exultare. Ecce prophanus hoſtis nunquam beato martyri tantum prodeſſet obſequia, quantum profuit odio. Sed tandem profecto agonis certamine cum Celſo puerulo, quẽ ipſe in holocauſtum Deo polluto aſſumpſerat ex ſeculo, crudeli imperio damnatione abſoluitur, gladio conſecratur. Felix hic tali exitu, quo omne delictum ita ab eo exijt, ut etiam redire non poſſit: quo ſic debita ſua ſoluit, ne ultra creditorem timeret: quo in ſe hoſtium peccata fide clauſit, fide damnauit: per quem innocentiam deuotione quæſiuit, perſeuerantia inuenit, morte ſeruauit.

Quæ cum ita ſint chariſſimi, licet hic tantus Chriſti teſtis precioſus cõfeſſione, precioſior ſanguine, crudeli uulnere precioſior, & tincta ueſte cãdidior, licet hic Mediolanenſium peculiaris putetur priuilegio ſepulchri, ſed omnium eſt cõmunione ſuffragij. Neq; enim iſtius urbis charitas proflua, & fides auara, tantum huic martyri derogauerit, dum ſibi arrogat, ut ſolum erga mœnia ſua, patrocinij illius beneficia affutura eſſe crediderit. Nõ clauditur locis qđ diffunditur meritis. 5 Inuocaſti ubiq; martyrem, ubique te exaudit ille, qui honoratur in martyre.

5 *Vide ſanctorum merita, uide illorum inuocationem, uide diuinam exauditionem, & in ſanctis, dei honorationem.*

Moderante itaque eo, qui penſat uota tua, & diſpenſat munera ſua, intantum uicina præſentia efficacis præbebitur aduocati, inquantum fuerit fides deuota ſuſcepti. Oratio enim, quæ caſtitatis, iuſtitiæ, eleemoſynarum operibus adiuuatur, excedit 6 mundum, penetrat paradiſum, euolat uſq; ad ipſum ſummę Maieſtatis Angelo conferente, conſpectum. Sicut quodam loco uox teſtatur angelica: Et cum tu, inquit, orares, ego obtuli orationem tuam in conſpectu claritatis Dei.

6 *Magna orationis uirtus. Ex quo arguitur rem non eſſe ſuperfluam nec ſuperſtitioſam.*

Beataq; anima, chariſſimi, cuius uotum, cuius compunctionis incenſum, cuius ſupplicationis holocauſtum, nulla infidelitate fumidum, nullo carnalis illecebræ fœtore pollutum, nulla ſæuitia cruentum, nulla odij ſimultate maculatum, ſed fide igneum, conſcientia nitidũ, ſinceritate cordis odoriferum, concordia, & charitate perfectum, uſque ad Dei uultum per cœleſtium nunciorum defertur obſequia.

Quæ cum ita ſint, honoremus beatos martyres principes fidei, interceſſores mundi, præcones regni, coheredes Dei. Quod ſi dicas mihi; quid honoras in carne iam reſoluta, 7 atque conſumpta, de qua nulla iam Deo cura eſt? Et ubi eſt illud, chariſſimi, quod ipſa ueritas loquitur per prophetam? Precioſa, inquit, in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Et iterum: Mihi autem ualde honorificati ſunt amici tui Deus. Honorare debemus ſeruos Dei, quantomagis amicos Dei? De quibus alio loco dicitur: Dominus, inquit, cuſtodit omnia oſſa eorum, & unum ex his non conteretur. Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices. Honoro uiuentis memoriam perennitate uirtutis. Honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres. Honoro in cineribus ſemina æter-

7 *O quotquot ſanctorũ gloriæ & uenerationi inuidetis, uidete quid dicat hic ſãctus pater Ambroſius de eorum corporibus, cineribus, & cicatricibus.*

nitatis. Honoro corpus, quod mihi Dominum meum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem nõ honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones? quod & affixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulchro. Honoro itaq; corpus, quod Chriſtus honorauit in gladio, quod cũ Chriſto regnabit in cœlo.

VNDE SVPRA.

Audiſtis, chariſſimi fratres, ex lectione ſancti euãgelij, quod Dominus beatum Philipum Apoſtolum ad ſequendum ſe uocauerit. Ille autem ſtatim Nathanahelem repperit, ut ſecum ad Dominum ueniret, hortatus eſt. Quod factum hodiernæ feſtiuitate aptiſſimè conuenit, quia ſicut Apoſtolus Philipus Nathanahelem uocauit, ita beatus martyr Nazarius Celſum puerum perduxit ad Dominum. Nam & illi aptiſſime conſonat, Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Solent enim pueri ſine dolo & inſidijs eẽ. Vnde alio loco Dominus dicit: Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum.

8 Oportet igitur nos imitari, quod hodierna 8 feſtiuitate colimus, ut quicunque gratia Dei ad Chriſtum uocatus fuerit, alios ſecum protrahat & inuitet, atque dilectionem proximis ſuis exhibeat ſine dolo, ideſt ſine fraude. Dolus enim eſt, ſi quis proximo loquitur in ore, & iram ſeruat in corde. Quod quicunque fecerit, uerus Iſraelita eſſe non poterit, quia Dominum cernere non merebitur. Nam ſcriptum eſt: Beati pacifici, Beati mũdo corde quoniam ipſi Deum uidebunt.

Hodierna feſtiuitas nempe ſancti Nazarij.

Interroget unuſquiſque conſcientiam ſuam, & ſi a proximo ſuo uerbũ læſionis, aut aliam quãlibet ſuſcepit calũniam, pro Dei amore dimittat, ut cũ ſancto Hathanaele dignus ſit uidere cœlũ apertũ, et Angelos Dei aſcẽdentes & deſcendentes ſupra filium hoĩs. Quod ipſe prҽſtare dignetur.

VITA SANCTI BABYLÆ EPISCOPI ET Martyris, per Eutropium hiſtoricum ſummatim ſcripta.

Habetur in libro eiuſdem 10 Romanorum rerum in caro Imperatore.

CArus Imperator cum Antiochiæ degeret, Numerianus filius eius uoluit intrare in eccleſiam, explorare myſteria Chriſtianorum. At uero ſanctus Babylas prohibuit eum dicens: Non licet tibi uidere diuina Chriſtianorum myſteria, cum ſis pollutus idolicis ſacrificijs, Qui indignatus occidit eum.

De perſide autem uictor rediens Ro. exercitus, cum Carũ Auguſtum flumine, Numerianũ inſidijs perdidiſſet Diocletianũ Imperatorẽ creauit.

Vitam huius beatiſſimi martyris ad longum deſcriptam, reperies in primo nostro Tomo de uitis ſanctorum.

INVENTIO CORPORVM SANCTORVM Geruaſij & prothaſij per Diuum Ambroſium Epiſcopum ad ſororem ſuam ſcripta.

Eſt epiſtola eius. 85. in libro. x. epiſtolarũ ad ſororem ſuam.

DOminæ ſorori, uitæ atque oculis præferendҽ, frater. Quia nihil ſanctitatem tuam ſoleo eorum prҽterire quæ hic te gerantur abſente, ſcias etiam ſanctos martyres a nobis repertos, Nam cum baſilicã dedicaſſem, 1 multi tanq̃ uno ore interpellare cœperant dicentes ſic in Romana baſilica dedices. Reſpondi faciam, ſi martyrum reliquias inuenero. ſtatimq; ſubijt ueluti cuiuſdam ardor præſagij.

1 *Vide antiquum eſſe morem dedicandi eccleſias cum reliquijs Sanctorum.*

Quid

Quid multa? Dominus gratiā dedit, formidantibus etiam clericis iuſſi
eruderari terram eo loci qui eſt ante cancellos 2 ſanctorum Felicis atq;
Naboris. Inueni ſigna cōuenientia, adhibitis etiam quibus per nos manus
imponenda foret: ſic ſancti martyres imminere cœperunt, ut adhuc nobis
ſilentibus arriperetur urna, & ſterneretur prona ad locum ſancti 3 ſepul-
chri. Inuenimus miræ magnitudinis uiros duos, ut priſca ætas ferebat. Oſ-
ſa omnia integra, ſanguinis plurimum, ingens concurſus populi per totū
illud biduum. Quid multa? Condiuimus integra, ad ordinem trāſtulimus,
ueſpere iam incumbente ad baſilicam Fauſtæ, ibi uigiliæ 4 tota nocte,
manus impoſitio. Sequenti die tranſtulimus ea in baſilicam, quam appel
lant Ambroſianam. Dum transferimus, cœcus ſanatus eſt. Talis mihi ad
populum fuit ſermo.

2 *Vide etiam q̄ erant olim eccleſiæ ſeu aræ in nomine ſanctorum ædificatæ.*

3 *Ecce quomodo ſanctū uocat beatorum martyrum ſepulchrum.*

4 *Ibi uigiliæ tota nocte celebratæ.*

Cum tam effuſam, tamq; inauditam conſiderarem conuentus ueſtri ce
lebritatem, & diuinæ gratiæ munera quæ in ſanctis martyribus refulſe-
runt, imparem me, fateor, huic muneri iudicabam, nec fieri poſſe ut ſermo-
ne abſoluerem, quod uix poſſimus animo intendere, oculis comprehen-
dere. Sed ubi ſanctarum legi cœpit ſeries ſcripturarum, largitus eſt ſpiri-
tus ſanctus qui locutus eſt in prophetis, quo dignum aliquid tāto 5 cœ
tu, & expectatione ueſtra martyrumque ſanctorum meritis proferamur,
Cœli enarrant (inquit) gloriā dei. Cum legitur ſic pſalmus, occurrit quod
non tam elementa materialia, quàm cœleſtia merita dignum deo præco
nium deferre uideantur. Hodierna tamen fortuita lectione patuit, qui cœ-
li enarrāt gloriam Dei. Aſpicite ad dexteram meam, aſpicite ad ſiniſtram
reliquias 6 ſacroſanctas, uidetis cœleſtis conuerſationis uiros ſpectan-
tes animi ſublimis trophea. Iſti ſunt cœli qui enarrant gloriam Dei. Hæc
opera manuum eius annunciat firmamentum. Non enim eos ſecularis il
lecebra, ſed diuinis gratia operis ad firmamentum ſacratiſſimæ paſſionis
euexit. Multoq; ante morum uirtutumq; documentis annunciauit in his
martyrium, quod aduerſus lubricum ſęculi huius ſtabiles permanſere.

5 *Conſidera concurſum ad ſanctos Martyres, eorumq; merita.*

6 *Reliquias ſacroſanctas uocat, quas noui dogmatiſtæ emortua oſſa nuncupant.*

Cœlum erat Paulus, qui ait, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Cœli erāt
Iacobus & Ioannes, deniq; filij tonitrui nuncupātur, & ideo quaſi cœlum
Ioannes uerbum apud Deum uidit. Ipſe dominus Ieſus perpetui luminis
erat cœlum, cum enarraret Dei gloriam, ſed eam quam nemo ante cōſpe
xerat. Et ideo dixit, Deum nemo uidit unquā, niſi unigenitus filius qui eſt
in ſinu patris enarrauit. Opera quoq; manuum Dei ſi quæris, audi Iob di
centem, ſpiritus diuinus qui fecit. Et ideo aduerſus diaboli tentamenta fir
matus, inoffenſæ ueſtigium conſtantiæ reſeruauit. Sed ueniamus ad reli-
qua. Dies (inquit) diei eructat uerbū. Ecce ueri dies, quos nulla caligo no-
ctis interpolat. Ecce ueri dies, pleni luminis & fulgoris æterni. Qui non
perfunctorio ſermone uerbum Dei, ſed intimo corde eructarunt, in confeſ-
ſione conſtantes, in martyrio perſeuerantes.

Alius pſalmus lectus dicit, Quis ſicut dominus Deus noſter qui in al-
tis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra? Reſpexit ſanè humilia
dominus, qui latentes ſub ignobili ceſpite reliquias ſanctorū, ſuæ eccleſiæ
reuelauit, quorū anima 7 in cœlo, corpus in terra. Suſcitās a terra inopē,
& de ſtercore erigens pauperem: Quos uidetis, ut eos cū principibus po-
puli ſui collocarit. Principes populi, quos alios niſi ſanctos martyres æſti
mare debemus, quorū iam in numerum, diu ignorati, Prothaſius Gerua-

7 *Anima ſanctorum in cœlo, corpus in terra.*

ſiuſq; proferuntur,qui ſterilem martyribus eccleſiã Mediolanenſem, iam plurimorum matrem filiorũ, lætari paſſionis propriæ fecerint & titulis & exemplis? Nec hoc abhorreat a uera fide. Dies diei eructat uerbũ, anima animæ,uita uitæ,reſurrectio reſurrectioni. Et nox nocti indicat ſcientiam, hoc eſt caro carni,quorum paſſio ueram fidei ſcientiam omnibus indicauit. Bonæ noctes,noctes lucidę,quę habent ſtellas. Sicut enim ſtella a ſtella differt in claritate,ita & reſurrectio mortuorum.

Non immerito autem plerique hanc martyrum reſurrectionem appellãt. Videro tamen uerum ſibi an nobis certi martyres reſurrexerunt. Cognouiſtis, imó uidiſtis ipſi multos a dæmonijs 8 purgatos. Plurimos etiam ubi ueſtem ſanctorum manibus contigerunt, hic quibus laborabant debilitatibus abſolutos. Reparata uetuſti corporis miracula quo ſe per aduentum domini Ieſu gratia terris maior infuderat,umbra quadam ſanctorum corporum pleroſq; ſanatos cernitis. Quanta oraria iactitantur? Quãta indumenta ſuper reliquias ſacratiſſimas ut tactu ipſo medicabilia repoſcãtur? Gaudent omnes extrema linea contingere,& qui contingerit,ſaluus erit. Gratias tibi domine Ieſu,quod hoc tempore tales nobis ſanctorũ martyrum ſpiritus excitaſti, quo eccleſia tua præſidia maiora deſiderat. Cognoſcant omnes quales ego propugnatores requiram,qui propugnare 9 poſſint,impugnare non ſoleant.

8 *Vide ſi non omnia obſeruabantur tempore D. Ambroſij quæ et modo obſeruantur in ueneratione ſanctorum. Nam & eorum ueſtes tãgebantur,oraria iactabantur, indumẽta ſuper eorum reliquiis proijciebãtur. Ad quorum etiã præſentiam dæmones expellebãtur, ad umbras eorum infirmi ſanabantur,& ad contactum uel extremæ lineæ eorũ homines ſalui fiebant. Quid dicis hæretice?*

9 *Sancti propugnatores noſtri ſunt.*

Hos ergo acquiſiui tibi plebs ſancta,qui proſint omnibus nemini noceant. Tales ergo ambio defenſores, tales milites habeo: Quorum quo maiora,eo tutiora patrocinia ſunt. Horum etiam illis ipſis qui mihi inuident,opto præſidia. Veniant ergo & uideant ſtipatores meos, talibus me armis ambiri non nego. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini dei noſtri magnificabimur. Heliſæum ſcripturæ diuinæ ſeries refert,cum ab exercitu Syrorum eſſet obſeſſus, dixiſſe timenti ſeruulo ne timeret,quia plures(inquit)pro nobis ſuntq; contra nos. Et ut hoc probaret,petiſſe ut oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adeſſe uidit prophetæ exercitus angelorum. Nos etſi eos uidere non poſſumus, ſentimus tamen. Itaq; trepidantibus nobis quaſi dixerit dominus. Aſpicite quantos uobis martyres dederim,Ita reſeratis oculis gloriam domini ſpeculamur, quæ eſt martyrum paſſione præterita,& operatione præſens.

Euaſimus fratres non mediocrem pudoris ſarcinam patronos habebamus & neſciebamus. Inuenimus unum hoc quo uideamur præſtare maioribus. Sanctorum martyrum cognitionem quam illi amiſerũt,nos adepti ſumus. Eruuntur nobiles 10 reliquiæ ſepulcro ignobili, oſtenduntur cœlo trophęa. Sanguine tumulus madet,apparent cruores triumphales,notæ inuiolatæ,reliquiæ loco ſuo & ordinate repertæ, auulſum humeris caput. Nunc ſenes repetunt audiſſe ſe aliquando horum martyrum nomina,titulumq; legiſſe,perdiderat ciuitas ſuos martyres,quę rapuit alienos. Etſi hoc dei munus eſt, tamen gratiam quam temporibus ſacerdotij mei dominus Ieſus tribuit,negare non poſſum, quia ipſe martyr eſſe nequeo, hos uobis martyres acquiſiui. Succendant uictima triumphales in locum ubi Xp̃s hoſtia eſt. Sed ille ſup altare qui pro oĩbus paſſus eſt,iſti ſub altari,qui illius redempti ſunt paſſione. Hunc ego locum p̃deſtinaueram mihi. Dignum eſt.n.ut ibi requieſcat ſacerdos,ubi offerre conſueuit. Sed cedo ſacris uictimis dexteram portionem, locus iſte martyribus debebatur.

10 *Ecce nobiles reliquiæ, et triumphales cruores.*

Condamus ergo reliquias ſacroſanctas, 11 & dignis ædibus inuehamus, totumq; diem fida deuotione celebremus. Acclamauit populus ut in dominicum 12 differretur diem martyrum depoſitio, ſed tandem obtentum ut ſequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum iterum ſermo fuit.

11 *Vide iterum ſacroſanctus martyrum reliquias.*

12 *Dies dominicus.*

ITEM DE EORVNDEM INVENTIONE corporum per eundem D. Ambroſium ſcripta.

Eſt ſermo 91. in lib. ſermonum eiuſdem.

HEſterno tractaui uerſiculum, Dies diei eructat uerbũ, prout noſtri tulit captus ingenij, hodie mihi non ſolum ſuperiore tempore, ſed præſenti quoque propheta ſſe uidetur ſcriptum diuina. Nam cum diebus ac noctibus continuatã 13 uideã ſanctitatis ueſtræ celebritatẽ, iſtos eſſe dies prophetici carminis, oracula declarare heſternum atq; hodiernum, de quibus oportuniſſime dicitur: Dies diei eructat uerbum, & iſtas noctes de quibus aptiſſime diſputatur, quia nox nocti indicat ſcientiam. Quid enim aliud hoc biduo, niſi uerbum dei intimo eructaſtis affectu, & ſcientiam uos habere fidei probauiſtis? Cui tamen celebritati ueſtræ qui ſolent inuident. Et quia celebritatem ueſtram inuidis animis ferre non pñt, cauſam celebritatis 14 odere, atq; amẽtiæ in tantũ ꝓdeũt, ut negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur.

13 *Continuata populi celebritas diebus ac noctibus ad tumulos ſanctorum.*

Sed hoc non mirum. Siquidem tanta eſt incredulorum perfidia, ut tolerabilior ſit diaboli confeſſio. Dicebat enim diabolus: Ieſu fili dei uiui, quid ueniſti ante tempus torquere nos? Et cum hæc audirent Iudæi, ipſi tamen dei filium denegabant, Et nunc audiſtis clamantes dæmones & confitentes martyribus quod pœnas ferre non poſſint, & dicentes: Quid ueniſtis ut ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non ſunt iſti martyres, 15 nec torquere diabolum poſſunt, nec aliquẽ liberare, cum tormenta dæmonum ipſorum uoce probentur, & beneficia martyrum, remedijs cœcorum, & abſolutorum indicijs declarentur. Negant cœcum illuminatum, ſed ille non negat ſe ſanatum. Ille dicit: Video qui non uidebam. Ille dicit. Cœcus eſſe deſiui, & probat facto. Iſti beneficium negant, qui factum negare non poſſunt. Notus homo eſt, publicis cum ualeret mancipatus obſequijs. Seuerus nomine, lanius miniſterio. Depoſuerat officium poſtquam inciderat impedimentum. Vocat ad teſtimonium homines quorum ante ſuſtentabatur obſequijs. Eos indices ſuæ uiſitationis acceſſit. quos habebat teſtes et arbitros cœcitatis. Clamat, quia ut contingit 16 fimbriam de ueſte martyrum, qua ſacræ reliquiæ ueſtiuntur redditum ſibi lumen ſit.

14 *Hoc idem faciũt per omnia hæretici noſtri temporis. Sed audi quæ ſubiungit ſanctus doctor.*

15 *Dicunt & modo aduerſarij eccleſiæ, martyres torquere diabolum non poſſunt, nec aliquẽ liberare. Sed uide quomodo illis reſpõdeas, & impudentiæ ac mendacij conuincas.*

Nõne ſimile illud eſt, atq; illud quod in Euãgelio legimus? Vnius enim potentiam laudamus autoris, nec intereſt utrum opus ſit, an munus, cum & muneret in opere, & operetur in munere. Quod enim 17 alijs faciendum donauerit, hoc in aliorum opere nomen eis operatur. Legimus ergo in euangelio, Iudæos cum uiderent in illo cœco ſanitatis remedium, requiſiſſe parentum teſtimonium. Interrogabant quomodo uidet filios ueſter, cum ille diceret, cœcus cum eſſem, modo uideo. Hoc & iſte dicit: Cœcus fui, & modo uideo. Interrogate alios ſi mihi non creditis, interrogate extraneos, ne a ſtipulari mihi parentes putetis. Deteſtabilior iſtorum quã

16 *Ad tactum fimbriæ ueſtis qua ſacræ reliquiæ teguntur, cœcus lumen accepit.*

17 *Quod ſanctis donat Deus ut faciant, hoc in eorum opere nomẽ eius operatur.*

Iudæorum pertinacia. Illi cum dubitarent, uel parentes interrogabant. Iſti occulte interrogant, palam negant, iā non operi increduli, ſed autori. Sed quæro qui non credant, utrum a martyribus poſſint aliqui uiſitari, hoc eſt Chriſto non credere, ipſe enim dixit: Et maiora his facietis: an ab iſtis martyribus quorum merita iamdudum uigent, corpora dudum reperta ſunt.

Quæro hic, utrum mihi an ſanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid a me aliquæ uirtutes fiunt? Nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non eſt? Si martyribus, reſtat enim, ut ſi mihi non inuident, martyribus inuidere uideantur, oſtendunt alterius fidei fuiſſe martyres, quàm ipſi credunt. Neq; enim aliter eorum operibus inuiderent niſi fidem in his fuiſſe eam quam iſti non habent iudicarent.

18 Fidem 18 illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare non poſſunt, ſed Arriani negant.

Fidem illam habuerūt ſancti martyres, maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare nō poſſunt Hanc nec Arriani habuerunt, nec habēt modo Lutheranı, ſed quam ipſi adinuenerunt.

Audiuimus hodie dicentes eos quibus manus imponebatur, neminem poſſe eſſe ſaluum, qui patrem & filium & ſpiritum ſanctum negaret, qui trinitatis omnipotentem uirtutē non crederet. Confitetur hoc diabolus, ſed Arriani nolunt fateri. Dicit enim diabolus, ſic torqueatur quemadmodum ipſe a martyribus torquebatur, qui ſpiritusſancti deitatem negarit. Non accipio a diabolo teſtimonium, ſed confeſſionem. Inuitus dixit diabolus, ſed exactus & tortus. Quod nequitia ſupprimit, exorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere neſciunt Arriani. Quāta perpeſſi ſunt, & quemadmodum Pharao, malis ſuis indurantur. Dicebat diabolus, ut ſcriptum legimus, ſcio te quis ſis. Tu es filius dei uiui. Dicebant Iudæi: Neſcimus quis ſit. Dicebant hodie & ſuperiore die uel nocte dæmones, ſcimus quia martyres eſtis, Et Arriani dicunt: Neſcimus. Nolumus intelligere, nolumus credere. Dicunt dæmones martyribus. Veniſtis perdere nos, Arriani dicunt, Non ſunt dæmonum uera 19 tormenta, ſed ficta & compoſita ludibria. Audiui multa componi, hoc nemo unquam fingere potuit, ut dæmoniacum ſe eſſe ſimulet.

19 *Vide impias et nunc hæreticorum uoces, non ſunt uera miracula, ſed ficta & cōpoſita.*

Quid illud, quòd ita exagetari eos uidemus, quibus manus imponitur? ubi hic locus fraudi eſt, ubi ſuſpitio ſimulandi? ſed non ego ad ſuffragium martyrum uſurpo uocem dæmoniorum. Beneficijs ſacra paſſio ſuis comprobetur. Habet iudices, ſed purgatos, habet teſtes, ſed abſolutos. Melior uox eſt quam ſanitas loquitur eorum qui debiles aduenerunt. Melior uox eſt quā ſanguis emittit. Habet.n. ſanguis uocem canorā quæ de terris ad cœlum puenit. Legiſtis dicente dño, ſanguis fratris ſui clamat ad me. Et hic ſanguis clamat coloris indicio: ſanguis clamat operationis præconio: ſanguis clamat paſſionis triumpho. Satisfactū eſt petitioni ueſtræ, ut condendas heſterno in hodiernum diem differremus reliquias.

Habetur in eius peri ſtephano.

VITA ET PASSIO SANCTI VINCENTII martyris per Aureliū prudentium uirū conſularē ſcripta.

1 *Vincenti martyr proſpera diē triumphalē tuum.* 2 *Anima Vincētij hoc die euecta ē in cœlū.*

Beate martyr proſpera
Diem 1 triumphalem tuum,
Quo ſanguinis merces tibi
Corona Vincentii datur.

Hic te ex tenebris ſeculi
Tortore uicto & iudice
Euexit ad cœlum 2 dies,
Chriſtoq; ouantem reddidit.

Nunc

Nunc angelorum particeps
  Conluces inſigni ſtola,
  Quam teſtis indomabilis
  Riuis cruoris laueras.
Cum te ſatelles idoli
  Præcinctus atris legibus
  Litare diuis gentium
  Ferro & catenis cogeret.
Ac uerba primum mollia
  Suadendo blande effuderat
  Captator, ut uitulum lupus
  Rapturus adludit prius.
Rex (inquit) orbis maximus
  Qui ſceptra geſtat romula,
  Seruire ſanxit omnia
  Priſcis deorum cultibus.
Vos nazareni aſſiſtite,
  Rudemque ritum ſpernite,
  Hæc ſaxa quæ princeps colit,
  Placate fumo & uictima
Exclamat hic Vincentius
  Leuita de tribu ſacra
  Miniſter altaris Dei
  Septem ex columnis lacteis.
Tibi iſta præſint numina
  Tu ſaxa, tu lignum colas.
  Tu mortuorum mortuus
  Sias deorum pontifex.
Nos lucis authorem patrem,
  Eiuſque Chriſtum filium
  Qui ſolus ac uerus Deus,
  Datiane confitebimur.
Hic ille iam commotior
  Audeſne non felix ait,
  Ius hoc deorum & principum
  Violare uerbis aſperis?
Ius ſacratum & publicum
  Cui cedit humanum genus:
  Nec te iuuentæ feruidæ
  Inſtans periculum permonet?
Hoc nanque decretum cape.
  Aut ara thure & ceſpite
  Precanda iam nunc eſt tibi.
  Aut mors tuenda eſt ſanguine.
Reſpondit ille altrinſecus.
  Age ergo quicquid uirium,
  Quicquid poteſtatis tibi eſt,
  Palam reluctor, exere.
Vox noſtra quæ ſit accipe.
  Eſt Chriſtus & pater Deus.
  Serui huius & teſtes ſumus.
  Extorque ſi potes fidem.
Tormenta, carcer, ungule,
  Stridenſque flammis lamina,
  Atque ipſa pœnarum ultima
  Mors chriſtianis ludus eſt.
O' ueſtra inanis uanitas.
  Scitumque brutum Cæſaris,
  Condigna ueſtris ſenſibus
  Coli iubetis nūmina.
Exciſa fabrili manu,
  Cauis recocta & follibus,
  Quæ uoce, quæ greſſu carent
  Immota, cæca, elinguia.
His ſumptuoſa ſplendido
  Delubra creſcunt marmore,
  His colla mugientium
  Percuſſa taurorum cadunt.
Aſſunt & illic ſpiritus.
  Sunt ſed magiſtri criminum.
  Veſtræ & ſalutis auſpices,
  Vagi, impotentes, ſordidi.
Qui uos latenter incitos
  In omne compellunt nefas.
  Vaſtare iuſtos cædibus.
  Plebem piorum carpere.
Norunt ipſi, ac ſentiunt
  Pollere Chriſtum & uiuere,
  Eiuſque iam ianque affore
  Regnum tremendum perfidis
Clamant fatentes denique
  Pulſi è latebris corporum
  Virtute Chriſti & nomine,
  Diuique iidem dæmones.
His intonantem martyrem
  Iudex profanus non tulit.
  Conclamat os obtrudite.
  Ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite.
  Raptimque lictores date
  Illos reorum carnibus
  Paſtos, manuque exercitos.
Iam faxo ius prętorium
  Conuitiator ſentiat,
  Impune ne noſtris ſibi
  Diis deſtruendis luſerit?

Tibi ergo ſoli contumax
Tarpeia calcentur ſacra?
Tu porro ſalus obteras
Romam, Senatum, Cæſaremq;
Vinctum retortis brachiis
Surſum ac deorſum extendite.
Compago donec oſſium
Diuulſa membratim crepet.
Poſt hinc hiulcis ictibus
Nudate coſtarum abdita.
Vt per lacunas uulnerum
Iecur retectum palpitet.
Ridebat hæc miles Dei
Manus cruentas increpans:
Quod fixa non profundius.
Intraret artus ungula.
Ac iam omne robur fortium
Euiſcerando ceſſerat,
Niſuſque anhelos ſoluerat
Ieſſos lacertorum toros.
Aſt ille tanto lætior
Omni uacantem nubilo
Fortem ſerenam luminat
Te Chriſte præſentem uidens.
Quis uultus iſte pro pudor
Datianus aiebat furens.
Gaudet, renidet, prouocat.
Tortor, & tortus acrior.
Nil illa uis exercita
Tot noxiorum mortibus:
Agone in iſto proficit.
Ars & dolorum uincitur.
Sed, uos alumni carceris
Pars ſemper inuicta mihi
Cohibete Paulum dexteras,
Reſpiret ut laſſus uigor.
Præſicca rurſus ulcera,
Dum ſe cicatrix colligit,
Refrigerati ſanguinis
Manus reſulcans diruet.
His contra leuites refert.
Suam tuorum perſpicis
Languere uirtutem canum.
Age ipſe maior carnifex:
Oſtende quo pacto queas
Imos receſſus ſcindere,
Manus & ipſe interſere,
Riuoſque feruentes bibe.

Erras cruente. ſi meam
Te rere pœnam ſumere,
Cum membra morti obnoxia
Dilanianda interficis.
Eſt alter homo intrinſecus,
Violare quem nullus poteſt,
Liber, quietus, integer,
Exors dolorum triſtium.
Hoc quod laboras perdere
Tantis furoris uiribus,
Vas eſt ſolutum ac fictile
Quocunq; frangendum modo.
Quinimmo nunc enitere
Illum ſecare ac plectere
Qui perſtat intus, qui tuam
Calcat tyranne inſaniam
Hunc laceſſe, hunc diſcute
Inuictum, inſuperabilem,
Nullis procellis ſubditum,
Soli que ſubiectum Deo.
Hæc fatur, & ſtridentibus
Laniatur uncis denuo.
Cui prætor ore ſubdolo
Anguina uerba exſibilat.
Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio,
Puluinar ut noſtrum manu
Abomineris tangere.
Saltem latentes paginas
Libroſque opertos detege.
Quo ſecta paruum ſeminans
Iuſtis crematur ignibus.
His martyr auditis ait,
Quem tu maligne myſticis
Minitaris ignem literis,
Flagrabis ipſe hoc iuſtius.
Romphæa nam cœleſtium
Vindex erit uoluminum
Tanti ueneni interpretem
Linguam perurens fulmine.
Vides fauillas indices
Gomorreorum criminum
Sodomita nec latet cinis
Teſtis perennis funeris.
Exemplar hoc ſerpens tuum eſt.
Fuligo quem mox ſulphuris
Bitumen & miſtum pice
Imo implicabunt tartaro.

His perſecutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat.
Inſana torquens lumina
Spumaſque frendens erigit.
Tunc deinde cunctatus diu
Decernit extrema omnium
Igni grabato & laminis
Exerceatur quæſtio.
Hunc ille ſeſe ad munera
Gradu citato proripit.
Ipſoſque pernix gaudio
Pœnę miniſtros peruenit.
Ventum ad palęſtram gloriæ,
Spes certat & crudelitas,
Luctamen anceps conferunt
Hinc martyr, illinc carnifex.
Serrata lectum regula
Dente infrequenti exaſperat,
Cui multa carbonum ſtrues
Viuum uaporat halitum.
Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus ore interrito,
Ceu iam coronæ conſcius.
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante aſpergine
Scintillat excuſſus ſalis.
Punctiſque feruens ſtridulis
Sparſim per artus figitur.
Aruina poſthinc igneum.
Impreſſa cauterem lauit,
Vis unde roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
Hæc inter immotus manet
Tanquam dolorum neſcius.
Tenditque in altum lumina
Nam uincla palmas preſſerant.
Sublatus inde fortior.
Lugubre in antrum truditur.
Ne liber uſus luminis
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.
Aeterna nox illic latet
Expers diurni Syderis.
Hic carcer horrens ſuos
Habere fertur inferos.
In hoc baratrum conijcit
Truculentus hoſtis martyrem
Lignoque plantas inſerit,
Diuaricatis cruribus.
Quin addit & pœnam nouam.
Crucis peritus artifex
Nulli tyranno cognitam
Nec fando compertam retro.
Fragmenta teſtarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata informia
Tergo iacentis ſternerent.
Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxij,
Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obuio.
Hęc ille uerſutus uafra
Meditatus arte ſtruxerat,
Sed belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat,
Duplexque morſus ſtipitis
Ruptis cauernis diſſilit.
Agnoſcit hic Vincentius
Adeſſe quod ſperauerat
Tanti laboris præmium
Chriſtum datorem luminis.
Cernit deinde fragmina
Iam teſtularum molibus
Veſtire ſemet floribus
Redolente nectar carcere.
Quin & frequentes angeli
Stant, ac loquuntur comminus,
Quorum unus ore auguſtior
Compellat his dictis uirum.
Exurge martyr inclyte.
Exurge ſecurus tui,
Exurge, & almis cœtibus
Noſter ſodalis addere.
Decuſſa iam ſatis tibi
Pœnæ minacis munia.
Pulchroque mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.
O' miles inuictiſſime.
Fortiſſimiſque fortior,
Iam te ipſa ſæua & aſpera
Tormenta uictorem tremunt.

Sic frendit, & corpus ſacrum 4
Profanus ah dirum nefas,
Nudum negato tegmine
Exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames,
Aut beſtiarum, aut alitum.
Audet trophęum gloriæ
Fœdare tactu ſquallido.
Quin ſi qua clangens improbe
Circumuolaret eminus,
Trucis uolucris impetu
Depulſa uertebat fugam.
Nam coruus Heliæ datus
Olim ciborum portitor,
Hoc munus implet ſedulo,
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximus
Infeſtus alarum ſono,
Oculoſque penitus uerberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Auſit rapacem belluam
Tauris paratam congredi
Ceſſiſſe plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Leui uolatu exterritus,
Prædamque uiſam fugerat
Cuſtodis imbellis minis.
Quis audienti talia
Datiane tunc ſenſus tibi?
Quantis gementem ſpiculis
Figebat occultus dolor?
Cum te perempti corporis
Virtute uictum cerneres,
Ipſis & impar oſſibus
Vacuiſque iam membris minor?
Sed quis tyranne pertinax
Hunc impotentem ſpiritum
Determinabit exitus?
Nullus ne franget modus?
Nullus, nec unquam deſinam.
Nam ſi ferina immanitas
Manſueſcit, & clementia
Coruos uoraces mitigat.
Mergam cadauer fluctibus.
Inſana nunquam naufragis
Ignoſcit unda, & ſpumeum
Neſcit profundum parcere.
Aut ſemper illic mobilis
Incerta per ludibria
Auſtri feretur flatibus
Squamoſa paſcens agmina.
Aut ſub fragoſis rupibus
Scabri petrarum nutrices
Inter receſſus ſcrupeos
Diſciſſa rumpent uiſcera.
Ecquis uirorum ſtrenue
Cumbam peritus pellere
Remo rudente & carbaſo,
Secare qui pontum queas.
Rapias paluſtri è ceſpite
Corpus, quod intactum iacet.
Leuique uectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum ſparteus
Claudat cadauer culleus,
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per undas emices
Rorante præceps palmula,
Donec relictum longior
Abſcondat aſpectus ſolum.
Hæc iuſſa quidam militum,
Eumorphio nomen fuit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore feruens arripit.
Funale textum conſerit
Suto quod implet corpore,
Emenſus & multum freti,
Inter procellas excutit.
O' præpotens uirtus Dei,
Virtus creatrix omnium,
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Chriſto ſtrauerat.
Vt terga calcans æquoris
Siccis mearet paſſibus,
Plantas nec undis tingeret
Vaſti uiator gurgitis.
Hæc ipſa uirtus iuſſerat
Rubrum ſalum dehiſcere,
Patente dum profundo aridum
Secura plebs inceſſerit.
Necnon & ipſa nunc iubet
Seruire ſancto corpori
Pontum quietis lapſibus
Ad curua pronum littora.

4 *Ecce quomodo impietas eſt defunctorum corpora non ſepelire.*

Saxum molaris ponderis
Vt ſpuma candens innatat.
Tantique cuſtos pignoris
Fiſcellæ fertur fluctibus.
Cernunt ſtupentes nautæ
Vectam remenſo marmore
Labi retrorſum leniter
Aeſtu ſecundo & flamine.
Certant & ipſi concito
Pontum faſelo ſcindere,
Longe ſed artus præuolant
Telluris ad mollem ſinum.
5 Prius relatos denique
Humus quieta ſuſcipit,
Quam pulſa ſummis niſibus
Carina portum tangeret.

Sancti pro noſtris peccatis orant ad thronum dei.

Felix amæni littoris
Receſſus ille,qui ſacra
Fouens barenis uiſcera
Vicem ſepulchri præbuit.
Dum cura ſanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reſeruat poſtere.
Sed mox ſubactis hoſtibus
Iam pace iuſtis reddita
Altar quietem debitam
Preſtat beatis oſſibus.
6 Subiecta nam ſacrario
Imamque ad aram condita
Cœleſtis auram muneris
Perfuſa ſubter hauriunt.

Si rite ueneramur ſolennem diem Vincentij.

Sic corpus,aſt ipſum Dei
Sedes receptum continet
Cum Machabæis fratribus
Secto Eſaiæ proximum.
Simplex ſed illis contigit
Corona pœnarum,quibus
Finem malorum præſtitit
Mortis ſupremus exitus.
Quid tale ſector auſus eſt?
Truncata nunquid corporis
Segmenta poſt ſerram feris
Obiecit,aut undis dedit?
Num Machabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,
Raptamue pellem uerticis
Auibus cruentis obtulit.
Tu ſolus o bis inclyte,
Solus brachij duplicis
Palmam tuliſti,tu duas
Simul paraſti laureas.
In morte uictor aſpera,
Tum deinde poſt mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore,
Adeſto nunc & percipe
Voces precantum ſupplices
Noſtri reatus 5 efficax
Orator ad thronum patris.
Per te,per illum carcerem
Honoris augmentum tui
Per uincla, flammas,ungulas,
Per carceralem ſtipitem.
Per fragmen illud teſteum
Quod parta creuit gloria,
Per quem trementes poſteri
Exoſculamur lectulum.
Miſerere noſtrarum precum
Placatus ut Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si rite ſolennem 6 diem
Veneramur ore & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur.
Pauliſper huc illabere
Chriſti fauorem deferens
Senſus grauati ut ſentiant
Leuamen indulgentiæ.
Sic nulla iam reſtet mora,
Quin excitatam nobilis
Carnem reſumat ſpiritus
Virtute perfunctam pari.
Vt quæ laborum particeps
Commune diſcrimen tulit,
Sit & cohæres gloriæ
Cunctis in æuum ſeculis.

VITA ET MIRACVLA SANCTI FELICIS glorioſiſſimi martyris Nolani per D.Paulinum Nolanũ Epiſcopum in decem Natalibus deſcripta.

Sunt omnes hi natales deſcripti in libro epiſtolarum eius ante finem.

NATALIS PRIMVS.

INclyte confeſſor meritis & nomine Felix:
Qui dominum Chriſtum conſtanti uoce profeſſus:
Contemnendo truces meruiſti euadere pœnas,
Vectus in æthereum ſine ſanguine martyr honorem.
O' pater, ò domine 1 indignis licet annue ſeruis:
Vt tandem hanc fragili trahimus dum corpore uitam
Sedibus optatis, & qua requieſcis in aula
Hunc liceat celebrare diem, pia reddere noſtra
Vota, & gaudentes inter gaudere tumultus.
Iam deſiderijs immenſo tempore feſſis
Conſule, & obtritis quæ nos inimica retardant
Pande uias faciles, da currere mollibus undis,
Et famulis famulos a puppibus aggere uentos:
Inque tuo placidus nobis ſit lumine portus.
Illic dulce 2 iugum, leue onus, blandumque feremus
Seruitium ſub te domino: etſi iuſtus iniquis
Non egeas ſeruis: tamen & patiere & amabis
Qualeſcunque tibi Chriſto donante dicatos:
Et foribus ſeruire tuis, tua limina mane
Munditie curare ſines, & nocte 3 uiciſſim
Excubiis Seruare pijs: & munere in iſto
Claudere promeritam defeſſo corpore uitam.

NATALIS SECVNDVS.

FElix hoc merito quod nomine: nomine & idem
Qui merito, redit alma dies, qua te tibi ſummus
Adſciuit patriam 4 confeſſum Chriſtus in aulam.
Tempus adeſt: plenis grates tibi fundere uotis.
O' pater ò domine indignis licet optime ſeruis
Tandem exoratum eſt: inter tua limina nobis
Natalem cælebrare tuum: tua tempore longo
Luſtra cucurrerunt, ex quo ſolennibus iſtis
Coram uota tibi, coram mea corda dicaui:
Ex illo quo me terraque marique labores
Diſtulerint a ſede tua procul orbe remoto.
Nouiſti 5 nam me tibi ſemper ubique propinquum
Inter dura uiæ uitæque incerta uocaſti:
Et maria intraui duce te: quia cura pericli
Ceſſit amore tui: nec te ſine, nam tua ſenſi
Præſidia in domino 6 ſuperans maris aſpera Chriſto
Semper eo & terris te propter tutus & undis.
Sis bonus 7 ò felix que tuis: dominumque potentem

1 *Vides quomodo beatus pater ſanctum Felicem inuocat, nec ob hoc dubitat obſcurari dei neceſſariam inuocationem.*

2 *Omnia hæc in eũ ſenſum intelliguntur, ut ſolum deum colamus & adoremus, ſanctos autem ut ueros Dei ſeruos & amicos diligamus & ueneremur, id eſt dulia, nõ latria.*

3 *Ecce quomodo antiquitus ad ſepulchra ſanctorum pias ſeruabant uigilias.*

4 *Sanctorum animæ ſunt in cælo.*

5 *Vide ſanctos ſcire q̃ circa nos aguntur.*

6 *Et orantes exaudiri a Deo pro noſtris neceſſitatibus.*

7 *Ecce iterum ſancti inuocationem.*

Exores liceat placati munere Chriſti
Poſt pelagi fluctus mundi quoque fluctibus actis
In ſtatione tua placido conſiſtere portu
Hoc bene ſubductam religaui littore claſſem
In te compoſitæ mihi fixa ſit anchora uitæ.

NATALIS TERTIVS.

8 *Dies feſtus ſancti Felicis appellatur natalis eiuſdem, non ergo recte ſancti appellantur emortui, cum potius econtra, uere in morte naſcantur.*

VEnit feſta 8 dies cœlo, celeberrima terris,
Natalem Felicis agens, qua corpore terris
Occidit, & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris:
Cœleſtem nactus ſine ſanguine martyr honorem,
Nam confeſſor obit pœnas non ſponte lucratus,
Acceptante deo fidam pro ſanguine mentem:
Qui cordis tacitis ſcrutator, ferre paratus
Atquiperat paſſis: ſat habens interna probaſſe,
Supplicium carnis iuſta pietate remittit.
Martyrium ſine cæde placet paſſura uoluntas
Sufficit, & ſumma eſt meriti, teſtatio uoti.
Ergo dies tanto quæ munere retulit alto
Felicem cœlo, ſacris ſolennibus iſta eſt:
Quam poſt ſolſtitium quo Chriſtus corpore natus
Sole nouo gelidæ mutauit tempora bruma,
Atque ſalutiferum preſtans mortalibus ortum
Procedente die ſecum decreſcere noctes
Iuſſit: ab hoc quæ lux oritur uigeſima nobis
Sidereum meriti ſignat Felicis honorem.
Denique nil impar his qui fudere cruorem
Teſtibus, & titulo ſimul & uirtute recepta.

9 *Nota martyris meritum.*

Martyris oſtendit meritum, 9 cum iure potenti
Dęmonas exercet: deuictaque corpora ſoluit,
Nam ſibi 10 felicem cæcis incumbere pœnis

10 *Vide q̃ et quanta poſſint ſancti poſt mortem.*

Peſtiferi proceres Chriſti, clamare fatentur:
Occultaſque cruces gemitu teſtantur aperto:
Velatumque oculis mortalibus, at manifeſtum
Auribus, & multo præſentem numine produnt.
Cum captiua intra deprehenſi corpora, Chriſtum
In ſancto fulgere ſuo clamantque probantque.
Membrorum incuſſu tremuli, capitumque rotatu,
Tormentiſque ſuis, ſed non ſua corpora torquent,
Clamantes proprios aliena per óra dolores,
Orantum ueniam, latet ultor, pœna uidetur.
Tum ſi quos grauiore malo uiolentior hoſtis
Vinxerit: iſta dies diuino munere ſoluit:
Cernere tunc paſſim eſt ſacra purgata medela
Pectora liminibus ſterni iam mente refectos.
Gratantes iam uoce ſua, concurrit hiantum
Turba tremens hominum: mixtæ inter gaudia cunctis
Proſiliunt lachrymæ, præſens deus omnibus illic
Creditur: immenſi Felix eſt gloria Chriſti.

Alma

Alma dies magnis celebratur cœtibus: oræ
Gaudent terrarum: & ridere uidetur apertis
Aethra polis, Vernum ſpirare ſilentibus auræ
Flatibus, & lætum plaga cingere lactea cœlum.
Nec modus 11 eſt populis coeuntibus agmine denſo:
Nec requies, properant in lucem a nocte, diemque
Expectare piget: uotis auidis mora noctis
Rumpitur: & noctem flammis funalia uincunt:
Stipatam multis unam iuuat urbibus urbem
Cernere: totque uno compulſa examina uoto.
Lucani coeunt populi, coit Appula pubes,
Et calabri, & cuncti quos adluit æſtus uterque.
Qui leua & dextra latium circunſonat unda
Et qua bis ternas Campania læta per urbes
Ceu proprijs gaudet feſtis, quos mœnibus amplis
Diues habet Capua, & quos pulchra Neapolis, aut quos
Gaurus alit, læta exercent qui maſſica, quique
Vfentem Sarnumque bibunt, qui ſicca Tanagri,
Quique colunt rigui felicia culta Galeſi,
Quos Atina potens, quos mater Aricia mittit,
Ipſaque cœleſtum ſacris procerum monumentis 12
Roma Petro Pauloque potens, rareſcere gaudet
Huius honore dei portæque ex ore capenæ
Milia profundens ad amicæ mœnia Nolæ
Dimittit duodena decem per milia denſo
Agmine confertis longe latet Appia turbis.
Nec minus ex alia populis regione profectis
Aſpera montoſæ carpuntur ſtrata latinę:
Quos præneſte altum: quos fertile paſcit Aquinum:
Quoſque ſuburbanis uetus Ardea mittit ab oris,
Quique urbem liquere Cales, geminumque Teanum,
Quam grauis Aruncus, uel quam colit Appulus aſper,
Huc & oliuifero concurrit turba uenafro.
Oppida Samnites duri montana relinquunt.
Vicit iter durum pietas, amor omnia Chriſti
Vincit: & alma fides animiſque lociſque rigentes
Suadet acerba pati, ſimul aſpera ponere corda.
Vna dies cunctos uocat, una & Nola receptat.
Totaque plena ſuis, ſpatioſaque limina cunctis
Credas innumeris ut mœnia dilatari.
Hoſpitibus ſic Nola adſurgit imagine Romæ.
Tu quoque poſt urbem titulos ſortita ſecundos.
Nam prius imperio tantum & uictricibus armis
Nunc & apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris.
Tu quoque perpetuas duplici ſub honore coronas
Ante ſacerdotis, poſt martyris omne per æuum
Felicis complexa tui gemino bene cœlum
Contingis merito diuini mater amici.

11
Ecce antiquum eccleſiæ morem. in die natalis ſanctorum ſolennes conuentus apud illos agere, & de eorum felicitate gaudere.

12
Si Romæ ſunt ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli monumenta, ergo ibi paſſi, ergo Romæ fuit Petrus, & ibi martyrio coronatus, quod nōnulli modo negāt. Sed hoc alibi clarius ex multorum ſanctorum patrum aperta relatione conſtat.

13 *Ecce templorum & altarium cultum.*

Te prius alma pio celebrans altaria 13 cultu
Presbyter inſtituit,placido & moderamine rexit,
Hinc quoque perpetuo decorat te nomine Felix,
Nanque tuo meritum in gremio ſacratus honorem
Ducit adorifero pia conditus oſſa ſepulchro.

14 *Quid dicis hæretice? Nonne ex hoc loco habes fuiſſe apud priſcos patres conſuetudinẽ, quod ante ſanctorũ tumulos, accenderentur in die luminaria, & nocte etiā haberentur in eorum eccleſijs?*

Aurea nunc niueis ornantur limina uelis:
Clara coronantur denſis altaria. 14 lychnis,
Limina ceratis adolentur adora papyris
Nocte dieque micant,ſic nox ſplendorque diei
Fulget,& ipſa dies cœleſti illuſtris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.
Nos quoque Felicis quibus iſtum cernere coram
Et celebrare diem datur,& ſpectare patroni
Premia,præſtantique ſuis tam grandia Chriſto
Gratari,& lætos inter gaudere tumultus.
Ferte deo pueri laudem,pia ſoluite uota,
Et pariter caſtis date carmina feſta choreis:
Spargite flore ſolum,prætexitæ limina ſertis:
Purpureum uer ſpiret hyems: ſit floreus annus,
Ante diem ſancto cedat natura diei.
Martyris ad tumulum debes & terra coronas.

15 *Anima Felicis in cælo.*

Aſt illum ſuperi 15 ſacra gloria numinis ambit
Florentem gemina belli paciſque corona.
Nunc precor 16 æterna nobiſcum pace ſerenum

16 *Multa hic habes contra nouos hæreticos. Antiquos patres, ſanctos inuocaſſe. Annuum diem feſtũ ſancti Felicis. Sanctos plurimũ poſſe apud Deum. Orare pro nobis, & beneficia magna præſtare eos inuocātibus*

Poſce diem: hoc iterum liceat gaudere reuerſo.
Annuaque hic & uota tuis & carmina feſtis.
Reddere pacati tranquillo nomine Chriſti.
Hic amor,hic labor eſt:nobis hæc uota tuorum
Suſcipe,commendaque deo,ut eum ſedula cura
Seruitium noſtrum longo tibi penderit æuo:
Tunc demum placidos pietate laboris alumnos
Abſoluas mittente manu,poſitaſque tuorum
Ante tuos uultus animas,uectare paterno
Ne renuas gremio domini fulgentis ad ora.
Quem bonitate pium,ſed maieſtate tremendum
Exora,ut precibus plenis meritiſque 17 redonet

17 *Precibus & meritis ſancti Felicis donet nobis Deus peccata noſtra.*

Debita noſtra tuis: cum tu quoque magna piorum
Portio,regnantem Felix comitaueris agnum:
Poſce ouium grege nos ſtatui,ut ſententia ſummi
Iudicis hoc quoque nos iterum tibi munere donet:
Ne male gratatis læuos adiudicet hœdis.
Et potius dextræ poſitos in parte ſalutis
Munifico pecori laudatis adgreget agnis.

NATALIS D. FELICIS QVARTVS.

Annua uota mihi remeant,ſimul annua linguæ
Debita, natalis tuus o clariſſime Chriſto
Felix,natali proprio mihi charior,in quo
Quamlibet innumeris ſint gaudia publica turbis:

Eſt aliquid ſpeciale tuis,quod nos tibi Chriſtus
Eſſe dedit uiles charo largitus amico.
Non quia tu dignus famulis tam uilibus eſſes,
Aeternis dignare deo comes ire triumphis:
Sed quia nos inopes iuſti,indignoſque ſalutis
Sic uoluit ditare pater bonus,ut male dites
Criminibus , uerſa in melius uice d uitiarum,
Pro cunctis opibus,cunctiſque affectibus,& pro
Nobilibus titulis,& honoribus omnia uanis,
Felicem caperemus opem,patriamque domumque.
Tu pater,& patria,& domus,& ſubſtantia nobis.
In gremium tranſlata tuum cunabula noſtra.
Et tuus eſt nobis nido ſimus, hoc bene fori
Creſcimus,inque aliam mutantens corpora formam
Terrena exuimur ſtirpe,& ſubeuntibus alis
Vertimur in uolucres diuini ſemine uerbi,
Te reuelante iugum Chriſti leue noſcimus,in te
Blandus et indignis,& dulcis Chriſtus amaris.
Iſta dies ergo & nobis ſolennis 18 habenda
Quæ tibi natalis:quia te mala noſtra abolente
Occidimus mundo:naſcamur ut in bona Chriſto.
Surge igitur cithara,& totis intendere fibris,
Excita uis animæ tacito mea uiſcera cantu.
Non tacita cordis teſtudine dentibus ictis,
pulſet amor linguæ:plectro cor perſonet oris.
Non ego caſtalidas uatum phantaſmata muſas,
Nec ſurdum Aonia phœbum de rupe ciebo.
Carminis incentor Chriſtus mihi,munere Chriſti
Audeo peccator ſanctum & cœleſtia fari.
Nec tibi difficile omnipotens mea ſoluere doctis
Ora modis:qui muta loqui:fluere arida: ſolui
Dura iubes:tu nanque aſinam reboare loquendo
Perfectamque tuam lactentes condere laudem
Feciſti:ac ſolidam ſoluiſti in flumina rupem.
Et terram ſine aqua ſubitis manere fluentis
Iuſſiſti: deſerta rigans in ſpem populorum,
In quorum arentes animas pia gratia fluxit
Quos Chriſtus uiuo manans petra fonte refecit.
Vnde ego 19 pars hominum minima,iſto munere fratus
Roris Chriſte tui,uiuos precor aridus hauſtus,
Da uerbum de fonte tuo : tua non queo fari
Te ſine.nanque tui laus martyris & tua laus eſt.
Qui facis omnipotens homines diuina ualere,
Fortiaque infirmis ſuperans de carne triumphas:
Aſſyrios proceres uincens in corpore noſtro.
Quare ades,ut duce te repetens ab origine pergam
Felicem narrare tuum,cui nobile ductum
Ex oriente genus:nec enim magis altera tellus

18 *Quoties repetit ſolennem diem ſancti Felicis.*

19 *Si oratio eſſet res ſuperflua,ſanctus utiq; epiſcopus non oraret ad dominum.*

Fel.cis patriam decuit, quàm quæ patriarchas:
Quæque pios tulerat Chriſti ſacra uaſa prophetas.
Vnde & apoſtolicis fundens ſua fulmina linguis
Totum euangelij ſonus emanauit in orbem,
Debitus inde deo Felix genitore profecto
Italiam, necdum genitus, tamen in patre uenit:
Cuius ut affectu noſtris oriretur in oris
Nec cuiquam natum niſi nobis ſe meminiſſet.
Sic pater Abrahamus domini præcepta ſequutus
Mutauit patrias externo ceſpite terras.
Myſtica Felicem nobis tranſmiſit origo.
Quem perfecta fides illa radice profectum
Prodidit: ut fidei nobis eſſet pia uena.
Felix nunc etiam poſita cum carne quieſcit
Spiritus in Chriſto uiuens operantibus altæ
Virtutis meritis, 20 Abrahæ de ſemine mutat
20 Duritiam lapidum, quos ſuſcitat in bona uitæ.

Merita uirtutis Felicis.

Hac igitur genitore Syro generatus in urbe
Dilectam coluit patriæ ſub imagine Nolam
Sede beans placita: multoque relictus in auro
Diues opum uiguit, quàmuis non unicus hæres
Hermia cum fratre ſui cognomine patris
Terrenas diuiſit opes: cœleſtia ſolus
Obtinuit Felix: geminos ſententia diſcors
Diuiſit fratres: Hermiam mundus abegit:
Felicem Chriſtus ſibi ſuſtulit. ille caduca
Maluit, hic ſolida: præſentibus ille cohæſit:
Iſte ſolum cœlo uertit, patrimonia regnis,
Ille hæres tantum proprij patris: iſtæ cohæres
Chriſti. ſed quis tam uariam miretur ab uno
Sanguine progeniem? ueterum inter ſancta parentum
Pignora qui relegat populorum ſtirpe duorum
Fœcundam pugnas uteri doluiſſe Rebeccam:
Conqueſtamque deo grauidi luctamina uentris:
Cum iam tunc fremeret ſanctæ intra uiſcera matris
Quæ nunc intra uterum mundi diſcordia ſæuit.
Hiſpida iudæis hirtis ſectantibus Eſau
Perfidia addictis populo ſeruire minori,
At nobis læuem per læuia pacis Iacob
Qua uia lucis agit, meliore ſequentibus ortu.
Ergo pari diſpar fratrem de ſanguine ſanguis
Hermias uelut aſper Edóm terrena ſequutus
Squaluit in uacua captiuus imagine mundi:
Duraque Idumæi prælegit rura parentis,
In gladio uiuens proprio, uanæque laborem
Militiæ ſterilem tolerans: qui cæſaris armis
Succubuit: priuatus agens ad munia Chriſti.
At meus æterni ſatus arma capeſcere regis

In patris

In patris Iſrael migrauit nomine Felix,
Seſeque a puero pia mens cœleſtibus edens
Inſtituit ſeruire Deo, nec gratia pauper
Abfuit, & quantum ſitiebat corde capaci
Lucis hians animus, tam largiter influa traxit
Dona Dei, primis lector 21. ſeruiuit in armis. 21 *Vide hic ordinem lectoris & exorciſtæ.*
Inde gradum cœpit, cui munus uoce fideli
Adiurare malos, & ſacris uellere uerbis.
Quod quia perſpicua meriti uirtute regebat:
Iure ſacerdotis ueneranda inſignia nactus,
Mente loco digna meritum decorauit honorem.
Sed ne ſola uiro ſacrum caput infula uelet:
Extitit & potior geminandæ cauſa coronæ.
Dira prophanorum rabies exorta furorum.
Cum pia ſacrilego quateretur regula bello:
Præcipueque illos populo depoſceret omni
Impietas, quorum pietas inſignior eſſet.
Tunc ſenior ſanctis Nolanam legibus urbem
Maximus: & placido formauit ſpiritus ore
Presbytero Felice potens: quem mente paterna
Complexus ueluti natum, ſediſque uouebat
Hæredem: ſubita ſed tempeſtate fugatus
Non cedente fide petijt deſerta locorum.
Tunc magis atque magis quæſito antiſtite Felix
Claruit oppoſitus gladijs, fidei quoque ſolus
Inuidia effectus: nec ſpectabatur honore.
Maior honore fides: fidei tantum quia cauſa
Tunc petitur, ſua cum draco liuidus excitat arma
Proruere id cupiens quo ſurgimus, & cadit ipſe.
Ergo truces pœnas fugiente antiſtite, ſolus
Vel primus de plebe quaſi de corpore uertex
Competitur Felix, hunc omnes uincere certant.
Et quaſi præcelſam obſeſſis in mœnibus arcem
Facta mole petunt: cuius munimine uicto
Cætera iam facili cadat urbs conſtrata ruina
O' digna infidis dementia: creditur uno
Extinguenda fides: totus quam credidit orbis.
Heu miſera impietas infernis cęca tenebris
Quo ruis? in quem tale moues? an credis in uno
Mortali conſtare Deum? & ſi corpora ſoluas
Vim ſimul & mentem diuinam poſſe aboleri?
Quæ mundi per membra meat: qua naſceris ipſe:
Indignuſque aleris: cuius de numine pendet
Vincere uel uinci: cuius uirtute uel unus
Fortior innumeris, pietate armatus inermi
Armatos ferro: ſed inermes pectore Chriſto
Proſternet ſuperante fide: quæ conſcia ueri
Cœleſtis, uitam præſenti morte futuram

Comparat: & uicto uictricem corpore mentem
Læta Deo referens, gaudentibus inuehit aſtris.
Quid iuuat ergo: pium tanta quod mole furoris
Felicem ueſane petis? manet intus operto
Mens inuicta Deo: nec iam tibi ſola reſiſtit
Terreni natura hominis: Deus ipſe repugnat.
Quem petis atque tuis ſerpens antique uenenis?
Ipſe offert ſe per famulorum corpora Chriſtus.
Teque tuis nectens laqueis in cęde ſuorum
Sternit per mortis ſpeciem de morte triumphans.
Sed fera corda ſuis ſtimulis furialibus error
Sanguinea flagrare ſiti: ſanctumque cruorem
Vrgebat ueluti ſceleris depoſcere palmam.
Ergo ubi ſacrilegos excepit Nola furores:
Intentuſque pijs expauit ciuibus enſis:
Quæritur excuſſa Felix uenerandus in urbe.
Nec refugit celſo iam ſpirans ſidera flatu,
Et tacitis acuens ſtimulis in prælia mentem:
Impauidus trepidum ſeruabat paſtor ouile:
Exemplo domini promptus dare pro grege uitam.
Ergo alacer ſæuos perſtat quaſi munus in hoſtes:
Et canis florente fide reuireſcit in annis:
Totus in aſtra animo Chriſti memor: immemor æui
Corde Deum geſtans, & plenus pectora Chriſto.
Nec iam ſe capit ipſe ſacer, maiorque uideri,
Sidereumque oculis & honorem fulgere uultu.
Et licet arripitur, gaudens, ſæuiſque furentum
Pertrahitur manibus: ſed qui mos hoſtis iniqui
Cui potior labor eſt animos quam corpora noſtra
Perdere: dilatum gladio, terroribus ante
Tentat: & in mortem pœnarum greſſibus exit.
Primus ſupplicij de carcere texitur ordo.
Ferrea iunguntur tenebroſis uincula clauſtris:
Stat manibus colloque chalybs: neruoque rigeſcunt
Deducente pedes: ſternuntur fragmina teſtæ:
Arceat ut ſomnum pœnalis acumine lectus.
Nec requie tamen eſt uacuus: nec luminis expers
Confeſſor: cui iam ſociatus in omnia Chriſtus
Compatitur, uirides grauior cui pœna coronas
Multiplicat, ſpaciante polum qui mente peragrat.
Seque ipſum uincto quamuis in corpore, liber
Spiritus anteuolat ſummi in penetralia Chriſti:
Præmeditante anima certis ſua præmia uotis.
Ergo beata ſacris Felicem paſſio pœnis
Vrgebat grauibus uinclis & carcere cęco,
Quantaſque ex homine induerat caro ſubdita pœnas,
Tantas a Chriſto recipit patientia palmas.
Maximus interea ſolis in montibus æger:

Contentus fugiſſe manus, feraliaque ora
Carnificum diuerſa, at non leuiore ferebat
Martyrium cruce: quam ſi ferro colla dediſſet:
Membraque tormentis aut ignibus: acrior illum
Cura ſui gregis urit & adficit: uritur igne
Frigoris, & gelido cœli de rore rigeſcit:
Panis inops, tectique ſimul, noctemque diemque
Peruigil intenta iungit prece tempus utrumque.
Dumoſa dum ſtratus humo compungitur artus
Sentibus, & mentem curis intuſque foriſque
Dimicat: & ruris ſpinas in corpore perfert:
Triſtitiæ patitur ſpinas in pectore mœſto.
Duris dura tegens: cruciatu mentis acerbo
Membrorum tormenta leuat: ſenſumque doloris
Corporei excludit cordis dolor: attamen ægra
Materies terræ licet inconcuſſa maneret:
Vis animæ ſperante fide labentia carnis
Victa hyeme atque fame, duroque adtrita cubili
Deficiente ſuam linquebat corpore mentem.
Altius euacuis ſeſſi ſenis hauſta medullis
Frigora pellebant glatiato ſanguine uitam.
Mota patris ſummi pietas antiſtite tanto
Non tulit obſcuro conſumi funere corpus.
Quanquam & ut Heliam, ſic iſtum paſcere poſſet,
Eſciferas uolucres ieiuna per auia mittens.
Poſſet & ut Moſen ſecreto operire ſepulchro.
Sed ſoli hoc dederat Deus uni munus amico,
Arcana tellure tegi: quia iure decebat
Tantus honos illud corpus quod comminus ore
Fuſſerat & ſermone Dei: ut mortalia functus
Iura Deo, tanti frueretur teſta ſepulchri.
Ergo ſacerdotem: confeſſoremque ſereno
Lumine reſpiciens: tacitis tabeſcere ſyluis
Non tulit ulterius mitis pater, & quia digno
Condignum comitem meritis ſociare parabat:
Felicem numero de carceris eligit omni
Cuius id adponat meritis opus, ut ſenis almi
Membra leuet, reuocetq; animam: reuehatq; reſotum:
Attonitiſque ouibus chari ſolatia reddat
Paſtoris. uenit ergo micans iam nocte ſilenti
Angelus: & tota uinctorum in plebe reorum
Felicem ſolum, pietas cui ſancta rearum
Fecerat, adloquitur. fugit atri carceris horror.
Voce ſimul ſacri Felix & luce miniſtri
Excuſſus tremuit, & uerbum trahit aure fideli.
Ac primum uelut eludentis imagine ſomni
Accipiat mandata Dei: ſtupet anxius, eſſe
Cauſatur non poſſe ſequi prohibente catena:

Inſuper & clauſtro ſimul & cuſtode teneri
Carceris obſeſſi: ſed mox diuina morantem
Increpitans iubet excuſſis adſurgere uinclis.
Et ſubito ut molles manibus fluxere catenæ
Sponte iugo ceruix ferrato exuta leuatur,
Proſiliuntque pedes, laxato caudice nerui,
Mira fides, ſaluis reſerato carcere clauſtris,
Sopito cuſtode, fores interritus exit:
Perque ipſos uia fit, per quos uia clauditur, ibat.
Angelus, & tacitæ per amica ſilentia noctis
Lux, & iter Felicis erat. nonne unus in omni
Chriſtus adeſt ſancto? uiget omnibus idem
Spiritus in Chriſto gemitis, ſic ipſa piorum
Gratia concordat, ueterem remeare recenti
Hiſtoriæ uideo ſpeciem, qua uiſus adiri
Biſſeno princeps ſuper agmine diſcipulorum
Petrus ſponte ſua uinclis labentibus, eque
Carcere proceſſit clauſo, qua præuius illum
Angelus Herodi prædam furatus agebat.
Sic meus educente Deo geminata per atra
Carceris & noctis, reliquis obſcura, ſed uni
Illuſtrata ſibi Felix impune per ipſos
Cuſtodes conſtante premens ueſtigia paſſu
Callibus ignotis directus iuſſa petebat:
Et poſtquam emenſus ſecretos auia ſaltus
Pura locum feſſi ſenis inuenit: ægra trahentem
Iam tenui cernit mœſtus ſuſpiria flatu.
Et primo ut chari cognouit membra parentis:
Fuſus in amplexum dat uultibus oſcula notis:
Et tentat gelidis reuocare fouendo calorem
Artubus, & crebris adflatibus oris anheli
Reddere uiuentes tepefacto corpore ſenſus.
Sed neque clamatu eſt neque pulſu mobile corpus
Iam ſimile exanimo: modicus tamen ultima uitæ
Flatus, & internæ prodit trepidatio fibræ.
Anxius intuitu tali pia pectora Felix
Diſtrahit, exangues artus & lurida cernens
Ora fame: nec habens quicquam quo rebus egenis
Ferret opem, non igne procul: neque comminus eſca
Vt dape tabentem recrearet & igne rigentem.
Quærentem, & multa Chriſtum precem conuenienti
Quanam ope, quaue uia iuſtum complere ualeret
Seruitium: ſubitam omnipotens de uitibus uuam
Edidit, & capiti iuſſit pendere propinquam,
Vt facile adriguo poſſet decerpere ramo
Natum ſponte cibum. diuinitus ergo refectus
Mente pia oblato lætatur munere Felix.
Decerptumque manu morientis ad ora racemum

Admouet: & quoniam ſtrictis iam dentibus ille,
Et ſentire negat dulces & ſumere uictus:
Exprimit humentes acinos, ſuccumque liquentem
Inſtillat digito deducens arida labra:
Donec & adſpirante deo conatibus ægris
Eluctante manu rigidos pauliſper hiatus
Laxauit, tenuemque aditum dedit oris aperti,
Quo rorem exiguum reſoluta infunderet uua.
Hinc animæ ſenſus: calor oſſibus: atque oculis lux
Vitaque tota redit, quæque hæſerat obſita ſiccis
Faucibus exercet ſolitas iam lingua loquelas,
Poſtquam uocis iter patefecit lubricus humor.
Ergo reuiuiſcens notiſſima comminus ora
Felicis uidet ora ſui: amplexuſque uiciſſim
Conqueritur tardum. nam te promiſerat inquit
Ad fore iamdudum dominus mihi, pars mea Felix,
Præcipuum Felix pignus mihi, quæ rogo tantæ
Aut ubi te tenuere moræ? Si corpore ceſſi
Ad tempus fragili: ſolido tamen eſſe fidelis
Pectore duraui, docet & locus & ſtatus ipſe
In quo me cernis: uitæ ipſius ima trahentem
Non mortis fugiſſe metu: Chriſtoque meam me
Prepoſuiſſe animam: fugi non lucis amore,
Sed fragile hoc metuens infirmi corporis: atqui
Tecta petens alia uixiſſem tutus in urbe:
Si mihi uile fides: & charum hæc uita fuiſſet.
Ignotos montes, deſertaque nuda petiui
In gremio domini dulcis mea colla reponens
Ipſo ut deficerem teſte: aut ut paſcerer ipſo.
Nec fruſtra: ecce uides fuit hæc fiducia nobis.
Adſuit omnipotens: & te mihi mittere legit,
Per quem dona mihi ſua redderet: utere fili
Præceptis pietatis opus mandantibus: & me
Suſcipiens humeris, commune ad ouile reporta.
  Impiger optato gauiſus munere Felix:
Charum onus ut Chriſti leue pondus ſumit & adfert
Tam uolucri curſu tanquam magis ipſe feratur
Nec ferat: & uere Chriſtus fert ipſe ferentem.
It pedibus pietate citis: deus addidit alas.
Nocte eadem pariter tot munera percepit unus:
Et ſimul exequitur Felix ſua rumpere iuſſus
Vincla, ſacerdotem reficit: reuehitque refectum:
Deponitque ſui tutum ſub culmine tecti,
Vnica quod ſeruabat anus: tam celſus & iſto
Maximus extabat merito confeſſor: ut illi
Turba domus ſumma & cenſus anus una maneret.
  Pulſatis foribus Felix hanc excitat, illa
Ad primos pauefacta ſonos: uix nota renoſcit

Adloquia,& dominum tectis adſumit apertis:
Voce graduque tremens,quatiente timore ſenectam,
Cui Felix:cape depoſitum hoc quod conſcia mecum
Sidera noctis,& angelicæ ſub principe Chriſto
Me tradente manus tradunt tibi,ſume fideli
Hanc domini gemmam gremio,quam tempore ſummo
Incolumem nobis domino ſub iudice reddas,
Quo nunc teſte capis ſubit iſtis Maximus oris
Felicemque ſuum reuocans,cape tu quoque(dixit)
Muneris ò mihi nate uicem,quam me tibi iuſſit
Reddere compoſitum:qui te mihi iuſſit adeſſe
Depoſito.Tum deinde ſacram Felicis amati
Imponit capiti dextram:Simul omnia Chriſti
Dona petens,uelut ille patrum uenerabilis Iſac
Rore poli natum & terræ benedixit opimo:
22 Felicem Chriſto ſic Maximus 22 ore paterno
Ore & apoſtolico benedicens & locupletans:
Immarceſſibilis redimiuit honore coronæ
Perpetuiſq́ opibus:quos & modo cernimus auxit.

Ecce quomodo epiſcopus eſt maior presbytero,cum is ab eo benedicatur. Et quomodo competat epiſcopis alijs benedicere.

NATALIS QVINTVS

TEmpora temporibus ſubeunt:abit & uenit æſtas
Cuncta dies trudendo diem fugit, & rotat orbem.
Omnia prætereunt:ſanctorum gloria durat
In Chriſto qui cuncta nouat dum permanet in ſe.
Tandem igitur reuoluta dies mihi naſcere toto
23 Exoptata dies anno:quæ dulcia 23 feſta
Et mea uota nouas:quæ me me ſolennia poſcis
Munera natalem referens,quo milia gaudent
Innumeri populi:quo me ſpecialia tangunt
Gaudia:quo famulæ rata debeo munera linguæ
Felici libata meo:cui mente dicata
In domino Chriſto ſum deditus.hunc & amoris
Obſequio celebrare per annua carmina ſanctum
24 Fas mihi:Dicam 24 igitur merita & cauſas meritorum
E quibus obtinuit cœleſtum præmia laudum:
Aeternoſque dies & magni nomen honoris.
Iam prior hoc primos uobis liber edidit actus
Martyris,unde domo,uel qui genus,& quibus altus
In ſtudiis,quo deinde gradu per ſancta uocatus
Munia,maluerit Chriſto ſeruire perenni.
Quam patrias errare uias per deuia mundi.
Nam pater emeritis ſub Cæſare uixerat annis.
Diximus & tetro toleratas carcere pœnas:
Quas confeſſor obit,mortem quoque ferre paratus
Ni deus anticipans gladios ſoluiſſet,iniquis
Emiſſum uinclis:alioſque uocaſſet ad actus,
Vt prius ad ſacram remearet Epiſcopus aulam
Maximus, in ſolis qui ſaltibus ultima uitæ

Dulcia feſta Felicis.

Dicā merita & cauſas meritorum, quibus obtinuit Felix præmia cœleſtiū laudum. Vides ergo q̄d ſancti habent merita, ex quibus iuſta merces illis tribuitur.

Aeger anhelabat, graſſante fugatus ab hoſte:
Quem iuſſus proprio ſubuexit corpore Felix:
Pauperis & tecti delatum in ſede locauit:
Penſatiſque ſibi ſancto ſenis ore beati
Officijs benedictus abit. pauciſque diebus
Delituit proprij tacitus ſub culmine tecti.
Non tacita dominum cœleſti mente fatigans:
Quem prece directa penetrans ſuper aſtra propinquo
Pulſabat merito pacem procedere poſcens:
Interea fluxere dies: pax uiſa reuerti,
Deſeruit latebram Felix, tandemque ſereno
Confiſus cœlo, lætis ſe reddere lætum
Fratribus, & placidæ committere cęperat urbi:
Gratabantur oues Chriſti paſtore recepto.
Ille gregem pauidum de tempeſtate recenti
Mulcebat monitis cœleſtibus, & duce uerbo
Anxia corda regens fidei firmabat amore:
Contemnenda docens & amara & dulcia mundi,
Nec concedendum terroribus: obuiaque ipſis
Ignibus aut gladijs promptos inferre monebat
Pectora: & ipſe ſuis addebat pondera uerbis
Confeſſor paſſus quæ perpetienda docebat,
Omnibus eloquio ſimul exemploque magiſter.
Non tulit hæc malus ille diu, Sed inhorruit atris
Crinibus, & rapidis inflauit colla uenenis:
Immiſitque ſuum ſcelerata in pectora uirus,
Vreret ut nigras Felicis gratia mentes:
Inſeruit ſtimulos & mentibus arſit iniquis
Vipereæ furor inuidiæ: petit improba primam
Ira domum, cunctis amor impius in ſcelus ardet.
Felicem ſitit impietas. Sed ab ædibus abſens
Forte ſuis media ſteterat ſecurus in urbe,
Fraternis de more ſuo uallatus amicis:
Et pia uerba ferens populi credentis in aures.
Ecce ad eum ſtrictis quærentes enſibus adſunt.
Cum ſubito aut illis corda hoſtibus aut huic ora
Vertuntur, notum non agnouere furentes:
Felicemque rogant Felix ubi cernitur, & non
Cernitur, ipſe, nec ipſe uir eſt: cum ſit prope, longe eſt.
Ignotus notuſque ſuis fit ciuibus idem:
Diſcernente fide uultum credentibus, ipſe
Hoſtibus alter erat: præſenſit & ipſe fauentis
Conſilium Chriſti, ridenſque rogantibus inſit
Neſcio Felicem quem quæritis, ilicet illi
Pretereunt ipſum, diſcedit at ille platea
Illudente canes domino, fruſtratus hiantes.
Nec longum emenſi ſpatium & ſcitantibus illis
Qua Felix regione foret: quidam increpat & dat

Indicium ignarus cauſæ: credenſque furore
Dementes, qui non uidiſſent comminus ipſum,
Ad quem contiguis feciſſent uerba loquelis.
Perculſi nouitate doli, grauiuſque furentes
Mox redeunt, perque ipſa uiri ueſtigia currunt.
Iamque propinquabant, ſed præcurrente tumultu
Vrbis, & attoniti clamoribus undique uulgi
Admonitus Felix, inſtantia uulnera flexu
Declinat, medioque procul ſe deuius aufert.
Nanque locum nactus ſpatio qui forte patenti
Panditur effugium, celebri ſeductus ab urbe.
Sic quoque longinquus errat ſectoribus atris,
Qui prope conſpicuo ſubductus ab ore ſequentum
Infeſtos ut cunque timens uitauerat enſes,
Et capiendus erat, quia nullius obice clauſtri
Ille repellendis locus obſiſtebat iniquis.
Nam foribus nullis in publica roſtra patebat.
Semiruti paries maleſidus fragmine muri.
Sed diuina manus ſeſe ſanctum inter & hoſtes
Oppoſitum, miroque locum munimine ſepſit.
Non ſtrue ſaxorum, neque ferratis data ualuis
Clauſtra per humanas (quibus atria claudimus) artes.
Rudere ſed ſubito concreuit ſordibus agger:
Iuſſaque nutantes intendit aranea telas:
Et ſinibus tremulis in totum ſtruxit apertum.
Deſertęq́ dedit faciem ſordere ruinæ.
Quæ ſimul occurrit minitantibus, obſtipuerunt:
Defixoque gradu. Simul & dixere uiciſſim:
Nonne furor tentare aditus, aut credere quenquam
Hac intraſſe hominem; minimi qua ſigna dediſſent
Vermiculi, modicæ rumpunt hæc retia muſcæ
Nos penetraſſe uirum præcluſa putamus inepti?
Et tenerum tanto non ruptum corpore textum?
Ille magis noſtris manibus modo debitus index
Qui nos in deſerta doloſo callidus actu
Induxit, uerſumque alio mentitus iniſto
Felicem latitare ſitu: quo noſtra maligno
Verteret arma dolo, capiti fugientis amicus.
Ergo recedamus: nam ſtare diutius iſtic
Riſus erit uulgi: demenſque notabitur error
Scrutatum hac hominis latebras, contendere greſſum,
Qua uel mole putri uel araneolis obductis
Monſtrat inacceſſos humus incalcata receſſus.
Nec mora diſcedunt propere in diuerſa frementes.
Sed Deus ut ſcriptura canit, ueſana minantes
Irridebat eos cœleſti Chriſtus ab arce:
Felicemque ſuum ſacris uelauerat alis.
Qui domini tutus gremio, candentia tela

Diſcutiebat ouans galea, fidei quoque ſcuto,
Et gladium uerbi confeſſor in ore gerebat.
Armatus pietate manus, & pectora plenus
Caſta Deo inſignis meriti thorace tegebat.
O' multis diuina modis ſapientia diues,
Semper ab infirmis confundens fortia mundi:
Vix populos altis defendunt mœnia muris:
Et fretos ualido munimine ſæpius hoſtis
Opprimit, aduerſiſque expugnat montibus urbes,
Nunc & ab armatis protexit aranea ſanctum
Defenſante Deo: teneris ſtetit hoſtis ab actus
Caſibus: aërio ceſſit uis ferrea filo.
Vana ſalus hominum, uirtus mea non mihi uirtus
Si caream uirtute Dei. quo uaſta gigantum
Robora? quo pharii Reges? ubi magna Alericus?
Omnibus exitio ſua gloria, qua tumuerunt
Caſſa fuit: neque uero ſuis uirtutibus iſta
Sed magis infirmis diuina potentia fregit.
Ille gigas pueri funda paſtoris obiuit
Vt canis: illam urbem ſonitus ſoluere tubarum:
Littorea iacuit Rex ille ſuperbus harena
Diuitias regni pendens in funere nudo.
Sic ubi Chriſtus adeſt, nobis & aranea muro eſt:
At cui Chriſtus abeſt, ut murus aranea fiet.
Digreſſis igitur cum facta ſilentia turbis
Secretoq́; fugæ fidas nox alta tenebras
Præbuit, egreditur Felix, mutatque latebram,
Illa canens domino: media ſi mortis in umbra
Ingrediar, mala non metuam, quoniam tua mecum
Dextera, per infernum non expers luminis ibo.
Ergo Dei ductu capit in regione remota
Compluuium: anguſto breuia inter tecta cubili:
Quo uetus arebat tecto ciſterna profundo,
Propter in adtiguis habitabat fœmina tignis
Sancta Deo mulier: quæ confeſſoris operti
Neſcia, Felicem Chriſto quaſi conſcia pauit.
Mira canam: ingenium domini paſcentis alumnum
Ignara paſcente ſuum, nunc ſedula panes,
Nunc alias de more ſibi quas coxerat eſcas,
Mentis in exceſſu diuino facta paratu
Importabat eò, Felix ubi teſte latebat
Velatus domino: ſed nec cum tenderet illo
Nouerat ingreſſum: nec cum diſcederet inde
Introitus erat illa ſui memor. utque paratos
Intulerat uictus: propriis licet illa cibando
Seruiret manibus ſancto: tamen inſcia tanti
Muneris: hoc de corde ſuo nouiſſe nequibat
Quod non mente ſua ſed Chriſti numine agebat:

Proque loco latebræ & ſtrictæ ſuper ora lacunæ
Adpoſitos ingreſſa cibos linquebat, eoſque
Sepoſuiſſe domi credens, ita ſemper abibat
Ponendæ memor, & poſitæ mox immemor eſcæ.
O' mulier benedicta Deo, uelut una uolucrum
Quæ quondam mundo abductum pauere prophetam,
Tu quoque ſecreto pauiſti martyra tecto:
Sicut auis domino parens, & neſcia ſancti
Conſcia ſeruitij quod geſſeris: & cui tandem
Seruieris: gaudens illo ſub tempore noſces
Cum Deus ipſe ſuo pro confeſſore coronam
Iuſtitiæ Chriſtus reddet tibi: tunc tua Felix
Ipſe tibi referet ſub iudice prandia Chriſto:
Quæ Deus ad dulces ſacrati martyris uſus
Tranſtulit, ut quondam coctas meſſoribus eſcas
Angelica per inane manu pendente propheta
Miſit ieiuno rabida inter monſtra prophetæ,
Non fera monſtra: fides quia uicerat alma leones:
25 Sanctaq; 25 frænabant auidos ieiunia rictus.
Nota ſancta ieiunia, non ergo ſuperſtitioſa, non inutilia, ut ea uocant heretici.
Sex illum perhibent totos ex ordine menſes
Expertem cœtus hominum uixiſſe ſub illa
Culminis obſcuri ſimul anguſtiq; latebra
Nil opis humanæ indiguum: ſolamine Chriſti
Semper abundantem: qui tempore fertur in illo
Sæpe illum ſermone ſuo dignatus adiſſe:
Sæpe ſua pauiſſe manu cœloque dediſſe
Pocula: non pluuialis aquæ: quam nubila paſſim
Omnibus effundunt: ſed quem ſpecialiter uni
Gratia Felici mittebat ab æthere rorem.
Nam nimiis ut fit tunc torrida ſolibus æſtas
Et puteum quoque ſiccarat, qui parca latenti
Pocula præbuerat, ſed ne ſitis ureret illum
Carnea: qui Chriſtum ſitiendo ferebat, & iſtam
Corporis afflicti pœnam: delata ſereno
Inque globum tenuem nubis collecta per actum:
Impluuij dulcem ſitientis in ora liquorem
Influxit, quaſi preſſa manu: cœloq; uocandum
Velleris ætherei ſucco lactante refecit.
Quid mirum ſi nunc terrena mole ſolutum
Chriſtus alat, poſitum quem in corpore ſanctus alebat
Spiritus: & cui panis erat, uerbum Deus ipſe
Cœleſtum panis, quo ueſcitur angelus omnis.
Tempus ut hoc abiit: pax reddita condidit enſes.
Felicemq; Deus monuit prodire latebra,
Quadudum placidas mundi clamoribus aures
Struxerat: humanis ducens obliuia rebus.
Vt nouus in lucem iam deſperantibus exit:
Vt patria tanquam rediuiuus in urbe uidetur:

Et multi dubitant agnoſcere, & ante rogantes
Vera ne te facies? aiunt, tu ne ille beatus
Redderis heu tanto nobis poſt tempore Felix?
Qua regione uenis: cœlo datus, an paradiſo
Redditus in terras habitacula noſtra reuiſes?
Ille fidem firmat, coram ſe corpore adeſſe:
Seruatum uixiſſe Deo, dat gaudia cunctis:
Laudibus & meritis populo celabratur ab omni.
Functus erat largum: perfunctus Epiſcopus æuum
Maximus: & numerus ductu paſtoris egebat.
Felicis nomen totum balabat ouile.
Quem confeſſoris redimibat adorea Chriſto:
Quemque ſalutiferum ſpondebat lingua magiſtrum:
Vitaque doctrinę concors: ſed ut hoc quoque palmam
Iuſtitiæ ferret: meritum ſublime quieto
Corde premens, uelut indignus non audet honore
Creſcere: teſtaturque ſeni mage debita Quinto
Quod prior ille gradum ſocij meruiſſet honoris:
Presbyter, hæc ſeptem diſtabat ſumma diebus.
Ergo ſub hoc etiam Felix antiſtite uixit
Presbyter, & creuit meritis: 26 qui creſcere ſede 26
Noluit, ipſe illum nanque minor omnia Quintus *Felix creuit meritis.*
Obſeruabat: & os linguam Felicis habebat.
Ille gregem officio: Felix ſermone regebat.
Multa alijs ſanctum Chriſti uirtutibus auxit
Gratia Felicem: nec pace minora ſubegit
Prælia: quam ualidis confeſſor geſſerat armis.
Corpoream triſti ſub tempeſtate ſalutem
Spreuerat, idem et opum ſimul & contemptor honorum
Secum ſub pace fuit. non 27 ille tenendi 27
Securus meriti: ſed cautior ut bona uitæ
Parta tueretur: poſtquam diſcrimina mortis
Vicerat: & ſcopulos inter tranquilla timebat.
Diximus ut mortem calcarit & ambitionem,
Nunc aliam confeſſoris cognoſcite palmam.
Vicit auaritiam, nam prædia multa domoſque
Diuitijs locuples patrijs poſſederat hæres:
Confeſſor proſcriptus erat: ſed pace reducta
Et ſua ſi uellet depoſcere iura licebat.
Valuit ille tamen uerbum curare magiſtri,
Cuncta licent, non cuncta iuuant: licito utile pręfert
Et quaſi terrenę contagia ducere labis
Horruit amiſſos in iura repoſcere fundos.
Multi obtundebant, præ cunctis nomine priſco
Archelais tam ſancta fide quam ſtemmate clara,
Diues opumq; uidua: & ſanctum pietate fideli
Felicem uenerans: atque illi chara uiciſſim.
Hæc illum iuxta meritum uenerata colebat,

Conſidera ò hæretice hunc locum, qui doces hominem ſecurũ eſſe de ſua ſalute, & laudas illam fidem qua quis firmiter credit ſibi remiſſa eſſe peccata, ſeq; poſſeſſurum uitam æternã, ac eam ſolam ſufficere ad ſalutem prædicas. Et tamen Felix tam iuſtus, tam ſanctus, non arbitratur ſe ſecurum, & cum timore ſalutem ſuam operatur.

Vtque ferunt functum ſibimet pro iure ſodali
Vſurpans animum, crebris pia corda querelis
Sæpe fatigabat: cur debita prompteq́; reddi
Iure recuſaret: quæ diſpenſare recepta
Mercedis magnæ cum fœnore poſſet egenis.
Plurima de proprijs quoq; rebus munera ſæpe
Obtulit: ille pio contentus ad omnia ſenſu
Fœmineam placido ridebat pectore curam:
Cœleſtum ſibimet ſat conſcius ipſe bonorum
Quæ pro terrenis ſibi compenſata tenebat.
Vnde potens charis inſtantibus hæc referebat.
Cogitis ut repetam terrena: perennia perdam.
Præſtat opes ſaluo deſint: quam uita opulento:
Diues egebo Deo: nam Chriſtum pauper habebo.
Diuitijs inopem ditauit gratia Chriſti.
Hunc retinens animum: tria macri iugera ruris
Nec proprio ſub iure tenens conducta colonus
Ipſe manu coluit, famulo ſine pauperis horti
Poſſeſſor. Sed & has de ceſpite diues egeno
In dominum confudit opes, cum paupere ſemper
Collectum diuiſit olus: cum paupere menſa
Vna dies illi curam conſumpſit habendi.
28 Vnica ueſtis 28 cum ſæpe & uix unica texit.
Si geminas habuit, nudum meliore refouit,
Sæpe nouo miſeros uertit uelamine pannos:
Feliciſq́; habitu pauper mutatus ab atro
Et nituit contra mendici tegmine Felix:
Sorduit exornans inculto corpore mentem.

Ecce quomodo ueſtitus parcitas, ſimplicitas & uilitas antiquis ſanctis fuit in uſu.

29 Hac uiuens pietate Deo maturus & æui
Et meriti, 29 plenis clauſit ſua ſecla diebus.
Mutauitq́; piæ non clauſit ſecula uitæ.

Maturus æui & meriti.

NATALIS SEXTVS.

LEx mihi iure pio poſita hunc celebrare quotannis
Eloquio famulante diem: ſolenne repoſcit
Munus ab ore meo, Felicem dicere uerſu:
Lætitiamq́; meam modulari carmine, uoto:
Et magnum chari meritum cantare patroni.
Quo per iter durum, qua fert uia peruia paucis
30 Alta per arcta petens ſuperas penetrauit 30 ad arces,
Concordare meis precor & complaudite fratres
Carminibus: caſtoq́; animos effundite luxu:
Gaudia ſancta decent & carmina caſta fideles:
Qua quis poſſit ope ingenij: linguæq́;, reiq́;:
Nam cui fas hominum (cui Chriſtus amorq́; timorq́;)
Non gaudere hodie? & uacuum procedere uoti:
Cœlicolas Chriſto quando adgaudere miniſtros
Ipſa etiam feſto produnt elementa colore.
Cernite lætitiam mundi in ſplendore diei

Felix cœlos penetrauit.

Elucere

Elucere ſacris inſignibus: omnia lætus
Candor habet, ſiccus teneris a nubibus imber
Ponitur, & niueo tellus uelatur amictu:
Quæ niue tecta: ſolum niue, ſiluæ & culmina: colles
Cuncta ſenis ſancti canos teſtantur honores,
Angelicaq́; 31 docent & luce, & pace potiri
Felicem placida clarum in regione piorum.
Lacte & aqua læto labuntur uellera cœlo.
Chriſte Deus Felicis ades, da nunc mihi uerbum
Sermo Deus, da perſpicuam ſapientia mentem.
Non opis humanæ facunde dicere laudes
Poſſe tuas: tua nanque tui ſunt gaudia ſancti.
Cedo alÿ precioſa 32 ferant donaria: meque
Officÿ ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, ſeu puro ſplendida lino:
Siue coloratis textum fugata figuris:
Hi læues titulos lento poliant argento:
Sanctaque præfixis obducant limina lamnis.
Aſt alÿ 33 pictis accendant lumina cæris,
Multiforeſq́; cauis lycnos laquearibus aptent:
Vt uibrent tremulas funalia pendula flammas
Martyris hi tumulum ſtudeant perfundere nardo,
Et medicata pio referant unguenta ſepulchro.
Cedo equidem, & uacuo multis patioribus auro
Quis grauis ære ſinus reuelatur egente repleto
Qui locuplete manu promptaria ditia laxant:
Et uarÿs animam ſponſantibus dotibus adſtant,
Mente pares, ope diuerſi: nec ſegnius illi
Fercula opima cibis, ceruis aulæa feriſq́;
Larga quidem ſed muta dicant. ego munere linguæ
Nudus opum famulor, de me mea debita ſoluens:
Meque ipſum pro me uilis licet hoſtia pendo.
Nec metuam ſperni: quoniam non uilia Chriſto
Pauperis obſequÿ libamina, qui duo lætus
Aera piæ cenſum uiduæ laudata recepit.
Tunc quoque multa Deo locupletes dona ferebant
Implentes magnis araria ſancta talentis.
Sed Chriſtus ſpectator erat, qui corda ferentum
Inſpiciens uiduæ palmam dedit: illa diurni
Rem uictus, geminos (quod ei ſubſtantia) nummos
Miſerat in ſacram nil anxia corporis arcam.
Propterea ex ipſo uenturi iudicis ore
Ante diem meruit facti præcerpere laudem:
Preferrique illis quorum ſtipe uicerat aurum
Munere pauper anus: ſed prodiga corde fideli.
Ergo boni fratres quibus hæc dignatio: & iſte
Conſenſus placidis aduertite mentibus aures:
Nec qui; ſed de quo loquar exaudite libenter.

31 *Felix potitur angelica luce & pace.*

32 *Vide antiquum eccleſiæ morem fuiſſe, in die Natalis ſanctorũ, templa et altaria eorum diuerſimode exornare, uariaq́; illic donaria afferre, ſicut & modo fit.*

33 *Luminaria etiam accendebantur in honorem ſanctorum.*

Deſpicienda quidem, tamen & miranda profabor,
Deſpicienda meo ingenio, miranda beati
34 Felicis merito: 34 quod dicere non ſine Chriſti

Qui honorant et laudant ſanctos, honorant et laudant Chriſtum, a quo ſancti omnia habent.

Laude licet: quia quicquid in hoc miramur ab illo eſt:
Vnde pijs uirtus: & per 35 quem uita ſepultis:
Præteritis cecini patriam: genus: acta: libellis,
Et tota ſanctum repetens ab origine dixi
Felicem, donec patefactę tempora uitæ
35 Clauderet: & poſito deſertis corpore terris

Si ſanctis ſepultis datur uita a Chriſto, ergo non ſunt mortui.

Tenderet 36 æterni merito ad conſortia regni.
Sed quia non idem tumuli qui membra piorum
Et merita occultant: animarum uita ſuperſtes
36 Corporibus functis: quæſitos corpore fructus

Felix tetendit ad cōſortiā regni æterni.

Et poſt corporeos obitus non mortua ſentit
Læta bonis, cruciatq; malos, quod rurſus in ipſum
Tempore uenturo corpus, reuocata remixto
Corpore, communi metet indiſcreta receptu.
Longa igitur mihi materies, quantumq; erit æui
Tantum erit & uerbi ſuper hoc quod dicere geſta
Felicis pateat: totumq; efferre per orbem
Nomina ſic meriti: ſi copia tanta ſit oris
Quanta operum meritiq; manet: nam tempore ab illo
Quo primum iſta dies Felicem ſine beato
Condidit: & carnem terris: animam dedit aſtris:
37 Ex illo prope cuncta dies operante uidetur

Chriſtus probat Felicem eſſe uiuum ſine corpore, & hæretici dicunt ſanctos eſſe mortuos.

Confeſſore Dei, probat 37 & ſine corpore uiuum
Chriſtus, ut oſtendat maiorem in morte piorum
Virtutem, quam uim in uita ſupereſſe malorum.
Ecce uides tumulum ſacra martyris oſſa tegentem:
Et tacitum obtento ſeruari marmore corpus.
Membra latent poſiti: placida caro morte quieſcit
38 In ſpem non uacuam rediuiuæ condita uitæ.

Sanctorum ſepulchra in ueneratione haberi antiquus mos fuit, ubi uirtutes magnas interdum per eos præſtari ſolitas, etiam dæmones ipſi uel inuiti fateri compelluntur.

Vnde igitur 38 tantus circunſtat limina terror?
Quis tantos agit huc populos? quænam manus urget
Dæmonas? inuitoſq; rapit? fruſtraq; rebelli
Voce reclamantes compellit adusque ſepulchrum
Martyris, & ſancto quaſi fixos limine ſiſtit?
Reſpicio hanc aliquando diem: quam mœſta relicto
Orbe fuit: quam læta polo cum Chriſtus amicam
Adſumens animam caſto deus hauſit ab ore.
Addidit ornatum cœlis, nec pignore terras
39 Orbauit, ſuperi Felicis mente fruuntur:

Spiritus Felicis uiuit in cœlo.

Corpore nos. animæque potentis ſpiritus 39 illic
Viuit, & hic meritum. ſed totum funeris almi
Præſentare iuuat quem Nola impendit honorem.
Nanque ſacerdotem ſacris; anniſque parentem
Perdiderat: ſed eum cœlis habitura patronum
Vrbs deuota pium, ſed ſpe ſolatur amorem.

Totis ergo quibus ſtipatur conflua turbis
Currit in obſequium: populos effuſa fideles.
Tunc dolor & pietas coeunt in pectore cunctis:
Admixta pietate fides gaudetq́ doletq́.
Et licet, accitum Chriſto ſuper æthera tolli
Felicem credat: tanto tamen ipſa relinqui
Præceptore dolet, quodq́ unum in funere ſancto
Inter & exequias reſtat ſolamen amoris.
Poſtquuam 40 depoſitum tumulandi in ſede feretrum
Certatim populus pietatis circumfuſus
Vndiq́ denſato cætu ſita membra coronat:
Religioſa pie pugna exercetur amantum:
Quſq́ alium premere & propior conſiſtere certat
Reliquijs corpuſq́ manu contingere gaudet
Nec ſatis eſt adijſſe ſemel, iuuat uſq́ morari
Luminaq́ expoſitis & qua datur oſcula membris
Figere, dat meritam Chriſto plebs conſona laudem
Moliturq́ ſacrum ſolij Felicis honorem.

40 *Ecce uſus ſolennium exequiarum etiam apud priſcos patres.*

Qua muris regio & tectis longinqua uacabat
Fuſus ibi: læto ridebat ceſpite campus
Liberius florente loco: quaſi præſcia iam tunc
Semper honorandi mundo ueneranda ſepulchri
Gaudebat ſacro benedici corpore: ſeque
Veris amœna habitu quo dignior eſſet humato
Martyre graminibus tellus ſternebat odoris:
Aſt illum placido candentem cęlſa uolatu
Et caſto adſumptum de corpore læta piorum
Turba per æthereas ſuſceperat obuia nubes,
Angeliciq́ chori 41 ſeptemplicis agmina cœli
Totis qua cœlum patet occurrentia portis
Regis in aſpectum ſummiq́ parentis ad ora
Sidereo uolucrem læti uexere triumpho.
Tum niuea ſacrum caput ornauere corona.

41 *Ducta eſt ab angelis anima Felicis ad thronum diuinæ maieſtatis coronanda.*

Sed tamen & roſeam pater addidit indice Chriſto,
Purpureoq́ habitu niueos duplicauit amictus,
Quod meritis 42 utrunq́ decus, nam lucida ſumpſit
Serta quaſi placidum tranſlatus in æthera lætus.
Sed meruit pariter quaſi cæſi martyris oſtrum
Qui confeſſor obit: tenet ergo & præmia paſſi
Quod prompta uirtute fuit: nec pacis honore
Ornatuq́ caret: quia non congreſſus obiuit.

42 *Vide hic et meritum & præmium ſancti.*

Facta igitur rata iuxta pium texere ſepulchro †
Funus: at in ſanctis 43 diuinitus inſita membris
Gratia, non potuit cum carne morique tegique,
Illico ſed poſitis ex oſſibus ecce micat lux,
Quæ medicis opibus meriti dare ſigna potentis
Hactenus ex illo non unquam tempore parcit:
Et toto quo mundus erit fulgebit in æuo.

43 *Ecce quō non eſt attēdendus cinis ſanctorū corporum, nec fauilla reliquiarum carnis, oſſáue arida, ſed diuina uirtus, et ſpiritus ſancti gratia in eis radians et coruſcans.*

Lux eadem ſancti cineris per ſecula cuſtos:
Martyris hæc functi uitam probat & bona Chriſti
Ad tumulum Felicis agens diffundit in omnes
Felicis late terras mirabile nomen.
Dignatam tanto prę cunctis urbibus unam
Hoſpite nobilitat Nolam, quam gratia Chriſti
Felicis meritis ita dilatauit: ut aucta
Ciuibus ecce nouis & męnibus etiam urbs ſit
Pauper ubi primum tumulus, quem tempore ſæuo
Religio quo crimen erat minitante prophano
Struxerat anguſtæ gladios trepida inter & ignes
Plebs domini: ut ſeries antiqua: minoribus ætas †
Tradidit, ingentem paruo ſub culmine lucem
Clauſerat: et tanti tantum ſacer angelus olim
Depoſiti poſſeſſor erat, qui lucis opertæ
Conſcius ut quidam fons ædibus extitit amplis
Et manet in medijs, quaſi gemma interſita tectis,
Baſilicas per quinqꝫ ſacri ſpecioſa ſepulchri
Atria diffundens, quarum faſtigia longe
Adſpectata inſtar magnæ dant uiſibus urbes.
Quod creſcente fide ſuperundat gratia Chriſti:
Quæ populo medico Felicem munere præſtat
Viuere qui præſtans & clam poſt corporis æuum
44 Præſidet ipſe ſuis ſacer oſſibus: oſſaqꝫ ſancti 44

Oſſa ſancti corporis. Vide quomodo reliquæ ſanctorum dicūtur ſanctæ. Et quomodo præſtāt ægris orantibus medicinam.

Corporis, in tumulo non obſita puluere mortis
Arcano æternæ ſed prædita ſemine uitæ
Viuificum ſpirant animæ uictricis odorem.
Quo medicina potens datur exorantibus ægris.
Quanta reſurgentis uirtus & gloria cinget
Coniectare licet: cum gratia tanta ſepultos
Ambiat. & quanto rediuiua decore micabunt
Corpora, in obſcuris cum ſit lux tanta fauillis?
Quid nobis minimis horum præſtare coronæ
Sufficiunt, quorum & cineres dant commoda uiuis?
45 Cernere ſæpe 45 iuuat uarijs ſpectacula formis

Conſidera quomodo confugientes ad ſanctorum ſepulchra, ab eis adiuuentur, cōtra neotericorū blaſphemias.

Mira ſalutatum, & ſibi quæque accommoda uotis
Poſcentum, uideas etiam de rure colonos
Non ſolum gremio ſua pignora ferre paterno:
Sed pecora ægra manu ſæpe introducere ſecum,
Et ſancto quaſi conſpicuo mandare licenter:
Moxqꝫ datam ſua confiſos adiuta medelam
Experto gaudere Deo, & iam credere ſana
Et uere plerumque breui ſanata ſub ipſo
Limine læta ſuis iumenta reducere tectis.
Sed quia prolixum & uacuum percurrere cuncta
Quanta gerit Felix miracula nomine Chriſti:
Vnum de multis opus admirabile promam
Innumeris partibus ſed ab uno pende relicta

Quæ

Quæ uirtus eadem geſſit diſtantia cauſis.
Pandite corda precor, breuis eſt iniuria uobis
Dum paucis magnum exiguiſq; opus eloquor orſis.
Et memores uiduæ primo ſermone relatæ
Quam deus è precio mentis non munere cernens,
Ante tulit multum mittentibus omnia dantem
Me quoque ferte leui dicentem magna relatu.
Et mea nanq; illis ſunt æmula uerba minutis
Quis precium pietas ſeruilibus aurea fecit:
  Quidam homo re tenuis, plebeius origine, cultu
Ruſticus, è geminis anguſtam bubus alebat
Pauperiem mercede iugi, nunc ſubdere plauſtris
Suetus eos, oneri pacta regione uehendo:
Nunc operæprecium ſub aratra aliena locatis
Paupertatis habens reditum, ſpes anxia, reſq;
Tota inopi, par illud erat, non charior illi
Progenies, aut ipſe ſibi, ſed pignora & ipſos
Ducebat, neque cura minor ſaturare iuuencos:
Quam dulces natos educere, parcior immo
Natis quam pecori charo, non gramine uili
Illos aut ſterili palea, ſed tegmine aprico
Algidus & de farre ſibi natiſq; negato
Eſuriens paſcebat, egens ſibi, diues in illis:
Quorum fœcundus labor exaturabat egentem.
  Hos igitur tam chara ſuæ ſolamina uitæ
Nocte miſer quadam ſomno grauiore ſopitus
Amiſit taciti furto prædonis abactos:
Exurgenſq; die reduci de more iugandas
Infelix primo in uacuis præſepibus intus
Moxque foris fruſtra notis quæſiuit in agris.
  Illico ſed feſſus caſſis erroribus ultro
Atque cito poſtquam nullis ueſtigia ſignis
Certa uidet ſpebus fruſtrata indage peremptis
Humanam deſperat opem, & pietate repletus
Aſpirante Deo depreſſam in pectore fracto
Erigit in cœlum mentem, & mox corde refecto
Præſumente fide ſpem uoti compotis haurit:
Sanctaq; Felicis rapido petit atria curſu.
Ingreſſuſq; ſacram magnis cum 46 fletibus aulam
Sternitur ante fores, & poſtibus oſcula figit:
Et lachrymis rigat omne ſolum, pro limine ſancto
Fuſus humi, & raptos nocturna fraude iuuencos
A Felice pio uelut a cuſtode repoſcit,
Increpitans, miſcetque precantia uerba querelis.
  Sancte deo 47 Felix, inopum ſuſtantia ſemper
Pro miſeris Felix & ſemper diues egenis:
Te requiem feſſis Deus, afflictiſq; leuamen
Te poſuit mæſtis ad ſaucia corda medelam.

46 *Habes hic orationẽ cum lachrymis, & proſtratione corporis.*

47 *Quæſo te, obſcurauit hic pauper neceſſariã Dei inuocationẽ, aut domino noſtro Ieſu Chriſto iniuriam aliquam intulit, q̃d ad ſanctum eo omiſſo cõfugerit? Vis uidere q̃d non? Exauditus eſt benigniſsime in omnibus quæ ex ſimplici ſua fide ſupplicauit, quod factum non fuiſſet, ſi Deum hac inuocatione offẽdiſſet.*

Propterea tanquam gremio confiſa paterno
In te pauperies caput inclinata recumbit.
Felix ſancte meos ſemper miſerate labores
Nunc oblite mei cui me rogo uel cur nudum
Deſeris? amiſi charos tua dona iuuencos.
Sæpe tibi ſupplex quos commendare ſolebam,
Quos tua perpetuo ſeruabat cura fauore
Paſcebatq; mihi, tua nam cuſtodia ſaluos
Dextraq; ſufficiens illos præſtabat opimos:
Quos miſero mihi, nox hæc abſtulit, heu quid agam nunc,
Quo deceptus eam? quem criminer? an tibi de te
Conquerar? immemoremq; mei accuſabo patronum?
Quem mihi ſopito tam denſum inrepere ſomnum
Nec mea ſentirem perfringere clauſtra latrones
Paſſus es: & nullo fregiſti dura pauore
Pectora? nec lucem tenebris furtoq; dediſti:
Aut ullis profugos curaſti prodere ſignis?
Quo modo diſcurram? quo deferar? omnia cæcis
Structa mihi latebris, nunc & mea recta uidentur
Clauſa mihi abductis ubi deſolatus alumnis
Nil habeo quod habere uelim, quod dulce uidenti
Dulce laboranti non irrita gratia præſtet
Oblectans inopem ſenſu fructuq; peculi.
Hos ubi nunc quęram miſerandus? quando uel uſquam
Inueniam tales? aut unde parabo repertos?
Qui ſolos habui contentæ ruſticus illos
Paupertatis opes? ipſos igitur mihi redde.
Nolo alios: nec eos ulla regione requiram:
Hic mihi debentur, hæc illos limina reddent.
In quibus ipſum te ſupplex adſtringo, tibique
Hæreo. Cur quęram aut ubi quos ignoro latrones?
Debitor hic meus eſt, ipſum pro fure tenebo
Cuſtodem, tu ſancte reus mihi conſcius illis:

48 *Ecce ſanctos in Chriſti lumine ſcire quæ circa nos aguntur.*

Te teneo, tu ſcis 48 ubi ſint, qui lumine Chriſti
Cuncta & operta uides, longeq; abſentia cernis:
Et capis includente Deo quo cuncta tenentur.
Atque ideo occulti fures quacunque lateb ra
Non tibi cælantur, nec de te euadere poſſunt:
Quos & iam manus una tenet. Deus unus ubiq;.
Chriſti blanda pijs, ſed iniquis dextera uindex.
Redde igitur mihi redde boues, & corripe fures.
Sed non quæro reos, abeant, non neſcio mores
Sancte tuos, neſcis mala facta rependere, mauis
Emendare malos uenia, quam perdere pœna
Conueniat nobis igitur. ſic diuide mecum
Quæ tua, quæ mea ſunt, indemnis ſtet mea per te
Vtilitas. iuſteq; tuas clementia partes
Vendicet, æquatoque tuum libramine conſtet

Iudicium, tibi ſoluere eos, mihi redde iuuencos,
Ecce tenes pactum, famuli iam nulla morandi
Cauſa tibi, adcelera tantis me ſoluere curis.
Nam mihi certa manet ſententia, cedere nuſquam
Donec ſubuenias, nec ab iſto poſte refigi:
Ni properes iſto deponam in limine uitam:
Neciam comperies cui reddas ſero iuuencos.
Talia uoce quidem querula, ſed mente fideli
Plorantem, totoque die ſine fine precantem.
Audiuit lætus non blando ſupplice martyr:
Et ſua cum domino ludens conuitia riſit.
Poſcentiſq; fide, non libertate dolentis
Motus, opem properat, paucis mora ducitur horis,
Interea labente die iam ueſpere ducto:
Nec precibus dabat ille modum nec fletibus, una
Vox erat adfixi foribus, non eruar iſtinc.
Hic moriar, uita niſi caſum protinus iſtic
Accipiant, tandem tamen ut iam plurima tutum
Nox ſecretum adytis fieri cogebat, & ille
Temporis oblitus, damni memor, oſtia prono
Ore premens, toto prohibebat corpore clauſtra,
Sed multis fruſtra pulſatum uocibus aures
Adgreditur uiolenta manus, tandemque reuellit
Turba reluctantem, & ſancta procul exigit aula.
Pulſus ab æditui flet amarius, & ſua lugens
Tecta petit, reſonant plangore ſilentia noctis
Queſtubus & magnis late loca ſola reſultant.
Donec & inuitus peruenit, & atra ſilentis
Ingrediens tuguri penetralia, rurſus ab ipſo
Culminis introitu taciti, ut præſepia uidit
Nuda boum, & nullos dare tintinabula pulſus:
Excuſſa ut ceruice boum crepitare ſolebant,
Mollibus aut lentis caua linguis æra ferire;
Armentum reduces dum gutture ruminat eſcas:
His grauius tanquam reſciſſo uulnere planctum
Integrat, & quanquam neget ægro cura quietem
Et uigili tamen hęc dat ſolamenta dolori:
Vt bubus ſtabulata ſuis loca corpore fuſo
Preſſa ſuperiaceat, nec duro fracta cubili
Membra dolent, iuuat ipſa iniuria nec ſitus horret
Sordentis ſtabuli, quia notum reddit odorem
Dilecti pecoris, nec fœtor fœtet amanti.
Si qua illi extremo tulerant ueſtigia greſſu
Ingemit, & ſpirat totis iam frigida membris
Signa pedum, mentémque ſuam licet eminus abſit
Corpore ſacratam Felicis mittit ad aulam:
Felicem fletu, Felicem nomine clamans.
Nec deſperat opem, nec parcit fundere uota.

Nox medium tranſuecta polum perfuderat orbem
Pace ſoporifera, reticebant omnia ſomno.
Solum illum ſua peruigilem ſpes, curaq; habebat:
Ecce repente ſuis ſtrepitum pro poſtibus audit,
Et pulſas reſonare fores, quo territus amens
Exclamat rurſum, ſibi fures adfore credens.
Quid uacua incaſſum crudeles hoſtia uultis
Frangere? iam nullus mihi bos, quid quæritis ultra.
Præuenere alij. mea tantum uita ſuperſtes,
Quæ ſocijs ueſtris ut prǫda caſſa remanſit.
Dixerat hæc metuens, ſed nulla fine manebat
Liminibus ſonitus, quo crebeſcente, nec ulla
Reſpondente ſibi pulſantum uoce, propinquat
Suſpenſus cunctante gradu, & dat poſtibus aurem
Sollicitam, & rimis acies per hiantia clauſtra
Qua tenebris albus cœli colus interlucet
Inſerit, exploratq; diu, nec adhuc ſibi credit
Quid uideat, nec enim ſubluſtri lumine noctis
Pura fides oculis, dubio tamen ipſa per umbras
Corpora pulſantum trepidos auferre pauores.
Spemq; boni cœpere nouis promittere formis.
Non homines pulſare uidet, ſed quod uidet eſſe
Verum, non audet ſibi credere, magna profabor:
Quanquam parua Deo miracula, cui ſapit omne
Rerum animal, ſenſu quo iuſſerit ipſe creator
Omnigenum pecus ecce gerens duce numine mentem
Par inſigne boum, non nota per auia nocte,
Venerat ad notas nullis rectoribus ǫdes:
Sponte quaſi, non ſponte tamen: quia numinis actu
Ereptos potiore manu prǫdonibus illos
Egerat occultis Felix moderatus habenis.
Et poſtquam attigerunt adſueti culmea tecti
Culmina, gaudentes reditu, expertaſq; timentes
Stant memori terrore manus, quaſi ſponte timerent
Inſtantem ſibi raptorem, quatere hoſtia iunctis
Frontibus, & tanquam manibus ſic cornibus uti.
Vt dominum excitent ſonitu. ſed territus ille
Rurſus ut hoſtili circum ſua clauſtra tumultu:
Tuto etiam timuit, rurſus ſapientia bruto
Adſpirat pecori, cauſam ſentire morantis,
Atque intellectum domini reſerare timentis
Edere mugitum, de quo formidine pulſa
Panderet excluſis aditum ſecurus alumnis.
Ille inopina uidens diuini inſignia doni
Hæret adhuc, trepidumq; etiam ſua gaudia turbant
Credere non audet, metuit non credere, cernit
Coram, & caligare putat dum reſpicit ad ſe;
Diffidit tantum ſeſe potuiſſe mereri;

Sed contra reputans a quo ſperauerit: audet
Credere, cognoſcens Felicis geſta patroni.
Iamque rubeſcebant rumpente crepuſcula mane:
Noctis & extremæ, fuga rareſcentibus aſtris
Luce ſub obſcura uel ſublucentibus umbris:
Cœperat ambiguos rerum ſeruare colores.
Tum demum nota ſpecie ſibi bubus apertis
Vt primum cœpere oculis clareſcere ſetæ:
Certior exultat remouens & peſſula clauſtris
Oſtia laxato ſtridentia cardine ſoluit.
Dum facit hoc iuncti ſimul irrupere iuuenci.
Et reſerantis adhuc molimina præuenerunt.
Dimoto faciles ceſſerunt obice poſtes:
Oblatumque ſibi mox ipſo in limine regem
Cognoſcunt hilares lætum, lambuntq; uiciſſim
Mulcentem, labriſque manus palpantis inudant:
Atque habitum totum ſpumoſa per oſcula fœdant.
Dum complectentes domini iuga chara, benignum
Molliter obnixi blanda uice pectus adorant,
Illum dilecti pecoris nec cornua lędunt:
Et collata quaſi molles ad pectora frontes
Admouet, & manibus non aſpera lingua uidetur,
Quæ lambens etiam Syluestria pabula radit.
Sed tamen hæc inter non uano corde fidelis
Ruſticus officij meminit, neque curat anhelos
Ante boues ſtabulis inducere, poſtque laborem
Atque famem recreare cibo quam ducere ſecum
Illuc unde ſuos meruit, uenit ergo reductos
Ducens, nec tacitis cęlat ſua gaudia notis:
Et referens denſas trahit ad ſua uerba cateruas:
Ingrediturq; ſacras cunctis mirantibus ędes.
Quos miſer heſterno amiſſos deflerat, eoſdem
Pręſentes hodię ducit, ſanctiq; triumphum
Martyris oſtentat populis, ducuntur & ipſi
Per medios cętus, modo furum præda iuuenci,
Et modo Felicis ſpolium, dat euntibus ingens
Turba locum, & muto celebratur gloria Chriſti
In pecore. Ille autem qui tanti muneris alto
Cauſa fuit domino, medijs in liminibus ſtans
Flenſque iterum ſed lætitia, modo debita ſancto
Vota refert, non ære graui, nec munere ſurdo,
Munere ſed uiuo linguæ mentiſq; profuſus
Voce pia largum teſtatur pauper honorem:
Debitor & Chriſto ſatis iſto pignore ſoluit.
Immaculata ſuæ cui ſufficit hoſtia laudis.
Captiuos en ſanctæ tuos tibi plebe ſub omni
Victor ago, & ſimplex iterum tibi mando tuendos
Conſerua reduces, dignatus reddere raptos.

Sed tamen in me nunc ipſum bone reſpice martyr.
Nanque uides quod agas tibi adhuc ſupereſſe,ſed in me
Qui pro cęcatis oculis tua comminus adſto
Limina,nam multo merſi mea lumina fletu,
Non ſolum damno, ſed & inter gaudia plorans:
Dempſiſti cauſam lachrymarum, tole modo orta
Vulnera de lachrymis, miſeratus ſancte meorum
Damna boum,miſerere itidem modo damna oculorum.
Donaſti reduces pecudes mihi, rurſus & illis
Redde meos oculos, nam quid iuuat eſſe reductos
Si languente acie præſentibus abſim?
Talia præſentes populi riſere querentem.
49 Sed procul 49 admotæ ſecreti martyris aures
Suſcepere pias ab inepto ſupplice uoces:
Moxque refecta ſacram ſenſerunt lumina dextram.
Inde domum gaudens oculis bubuſq; receptis
Collaudante Deum populo remeabat, & illum
Lęta ſequebatur gemini uictoria uoti.

Etiam lumen oculorum ad ſancti inuocationem recipit pauper ſupplicans.

NATALIS SEPTIMVS

VEr auibus uoces aperit, mea lingua ſuum uer
Natalem Felicis habet, quo lumine & ipſa
Floret hyems populis gaudentibus. & licet atro
Frigore tempus adhuc medijs hiberna pruinis
Ducat, concreto terris canentibus anno:
Iſta luce tamen nobis pia gaudia lętum
Ver faciunt, cedet pulſis a pectore curis
Męror hyems animi, fugiunt a corde ſereno
Nubila triſtitiæ, ſic ut cognoſcat amicos
Mitis hirundo dies, & pennis candida nigris
Ales,& illa piæ turtur cognata columbæ:
Nec niſi uere nouo reſonant acalantida dumi:
Nanque ſub hirſutis mutę modo ſepibus errant,
Mox reduci paſſim lętantur uere uolucres
Tam uarie linguis, quam uerſicoloribus alis.
Sic & ego hunc agnoſco diem, quem ſancta quotannis
Feſta nouant iuſto magni Felicis honore.
Nunc placidum mihi uer gaudente renaſcitur anno.
Nunc libet ora modis & carmina ſoluere uotis
Vocibus,& uernare nouis, Deus influe cordi
Chriſte meo,& ſuperis ſitientem fontibus exple.
Sed de te uel gutta meis aſperſa medullis
Flumen erit,quid enim mirum ſi rore puſillo
Et minimam repleas animam? qui corpore paruo
Factus homo æterno compleſti ſemine mundum:
Et totum gutta ſeruaſti ſanguinis orbem?
Adnue fons uerbi uerbum Deus, & uelut illam
Me modo ueris auem dulci fac uoce canorum.
Quæ uiridi ſub fronde latens,ſolet auia rura
Multimodis mulcere modis, linguamq; per unam

Fundere non unas mutato carmine uoces.
Vnicolor plumis ales, ſed picta loquelis
Nunc teretes rotat illa modos: nunc ſibila longis
Ducit acuta ſonis, rurſum quaſi flebile carmen
Inchoat: & ſicut pręcedens fine querelam
Attonitas rupto modolamine decipit aures,
Sed mihi iuge fluat de te tua gratia Chriſte.
Et tamen illius mihi deprecor alitis inſtar
Donetur uariare modos, & iam mihi pacta.
Carmina mutatis uno licet ore camęnis
Promere, diuerſas quia ſemper gratia diues
Materies miris domini uirtutibus addit:
Quas Deus in charo Chriſtus Felice frequentat
Clara ſalutiferis edens miracula ſignis,
Cernitur illa dies ſpectari ſueta per omnem
Vipeream ſobolem ſęuos cum dæmonas urget:
Occultaque manu cum noſſet uerberat hoſtes.
Sed tamen hac ipſa mirum in uirtute notatur:
Quod licet in toto cruciatos dæmonas anno
Rex agitet: iubeatque hominum diſcedere membris:
Producat pleroſque tamen: quo longior hoſtes
Pœna malos agitet: uelut illi qui meruere
Vaſa malis fieri, ut meritum tardante medela
Plenius omne luant decreto tempore crimen.
Siue hoc natale ſtudet indulgere diei
Vt paucis alias det opem, quod plura benignus
Natali det dona ſuo: nam cum iſta propinquat
Elabente dies anno nunc crebrior inſtat:
Vt grauior uideas tunc ægra examina cogi
Denſius: & certam repeti prope feſta ſalutem
Tunc ſolito grauius ſucceṅſi dæmones ardent:
Flebiliuſque ululant, & ui maiore ſubacta
Vltima iam tormenta gemunt, nec abire ſinuntur
Exceſſu facili', ſed miris ante agitati:
Et uarijs male ſupplicijs tolluntur in altum
Suſpenſi ſolitu ſublimius: & patiuntur
Aëris in uacuo, uincliſque latentibus hærent
Pęnali per inane mora, per non ſua quamuis
Corpora uexatos hoſtes ſua pœna fatigat.
Soluuntur 50 pœnis cum pœnas ferre uidentur 50
Corpora & immunis animæ expectant aliena *Dæmones feſto die Felicis fugãtur a corporibus hominum.*
In membris tormenta ſuis, homo dæmonė capto
Liber agit, qui non hominis ſed dæmonis eſt crux.
Hoſtis amare quid inſultas, qua ſpe uteris in nos
Ecce redemptoris noſtri malus arte uiciſſim
Luderis illuſor, dolus & tuus in tua cedit
Vincla tibi, capiens caperis, nectenſque ligaris.
Fit laqueus laqueatus homo, & ſua præda latronem

Decipit, & capti captiuus corporis eſcam
Dum petit illicitam lætalem deuorat hamum.
His etiam potiora tamen & ſpectata profabor.
Ante alios illum cui membra uetuſtior hoſtis
Obſidet, ad ſacri pia limina martyris, ægra
Excuſſum de plebe rapi, admotumque ſacratis
Ante fores ſancti cancellis corpore uerſo
Suſpendi pedibus ſpectantem tecta ſupinis.
Quodque magis mirum atque nefas eſt, ignorare
Veſtibus ut rigidis aut ad ueſtigia ſutis
Corporis omne ſacrum charta uelatur operta.
Scilicet ut diuini operis reuerentia tectis
Corporibus maneat, pœna dæmon nec in ipſa
Qua cruciatur ouet nudis prodendo pudorem
Artubus in læſo grauius torquetur honeſto:
Recta licet uerſis ſedeant cum tegmine membris.
Mira hæc ſunt & magna, quis abnegat? & tamen uſu
Nota magis, minus auditu miranda uidentur:
Quamlibet ut uiſu reuerenda & grandia facto.
51 Ergo minuta mei ſimul & noua facta patroni
Auſcultate precor, dominus 51 quæ Chriſtus in illo
Multimoda uirtute gerit, quibus omnibus unam
Confirmare fidem nobis ſtudet, ut per aperta
Arcanum documenta deum uideamus adeſſe:
Reſque hominum, & mentes ſtudio curare paterno
Cæleſtem dominum, qui condidit omnia uerbo.
Det mihi prima meus narrandi exordia frater
Theridius, nam quod potiuſue priuſue canendum
Suſcipiam Felicis opus, quam quod mihi tectis
Ipſe meis quibus eſt idem Dominedius egit? †
52 Ex illa modo nocte diem cadit annus in iſtam.
Hoſtis eum morem, ut 52 ieiunare ſolemus
Ante diem, & ſero libatis ueſpere ſacris:
Quiſque ſuas remeare domos, tunc ergo ſolutis
Cœtibus a templo domini, poſtquam data feſſis
Corporibus requies, ſumpta dape, cœpimus hymnos
Exultare Deo, & pſalmis producere noctem.
Interea meus iſtæ choro digreſſus amico
Vt ſpirante foris aura depelleret æſtum
Quam fumoſa dabat ceratis cella papyris.
Porticus anguſti qua tenditur agmine tecti:
Nocte licet nullo uia lumine cæca lateret
Hic tamen intrepido per cognita limina paſſu:
Heu nam uicini incautus diſcriminis ibat.
Comminus in medio tecti cameram inter humumque
Nutabat ſolitus lignum ſuſpendere funis
Innectus triiugum ſupremo ſtamine ferrum,
Quo uitreæ inſeritur penetrabilis anſa lucernæ

51 Dominus Ieſus Chriſtus eſt qui in ſanctis ſuis miracula facit, ut & ueram fidem in nobis confirmet, et doceat Deum humana curare.

52 Vide antiquum morem eccleſiæ in ieiunando pridie feſta ſanctorum, et in obſeruandis uigilijs, ac canendis hymnis & pſalmis obſequentem celebritatem.

Aurituſq; calix tribus undique figitur uncis.
Funditus albet aqua, ſuper undam flauet oliuo.
Stat liquor in liquidis, ſubiecto lubricus humor
Fonte natat, neque iuncta coit mixtura fluoris.
Et mirum quod pingue natat, neque denſa ſolutum
Rumpit materies elementum, ſed leue craſſum
Suſtinet ut ſolido dilucior unda fluento:
Tantaque confuſis intus diſcordia ſuccis
Lucet, ut admixtos uideas diſtare liquores:
Communique ſinu calicis diſcrimine claro
Quęque ſui laticis ſeruet natura colorem.
Mergitur in medio plumbum tripes & cauus illo
Extat apes uncti ſtipatus fomite lini.
Stuppa madens liquidum tenui face concipit ignem,
Et circumfuſum ſpatio ſtagnantis oliui
In uitreis exile uadis funale coruſcat
Et tremulo uibrans a uertice lumen acutum
Leniter umbroſam iacit in penetralia lucem:
Et placido denſas aperit ſplendore tenebras.
Hoc tamen emenſa fuerat iam nocte remotum
Productas quoniam pueris uigilantibus horas
Conſumpto bibulum defecerat unguine lumen.
Sed puer extincto abſtulerat qui lumine lychnum
Quem deponendo funem laxarat, eundem
Neglexit ſolito adductum reſtringere nodo.
Laxior hinc humili fluitabat linea tractu
Gratæ lucis inops & cęci plena pericli.
Nam laquei ſummum dentata minantibus uncis
Armabatur, & his male tunc fuit obuia fratri
Pene male, at nutu Chriſti bene qui bene uertit
Feralem nobis memoranda in gaudia caſum.
Ergo uidente manum Chriſti male pendulus ille †
Per tenebras ſolito funis ſummiſſior infra
Aëris adſuetum ſpatium pendebat, & inde
E capitis regione pari libramine factus,
Vt ſtatus huius erat, ſecuram heu cuſpide trina
Excepit faciem uenientis & induit unco
Occurrens oculum, teneroque per intima lapſus
Mucro ſubit cilio, qua uix ſolet arte medendi
Cauta manus lęuem trepido moderamine molem
Ducere, palpebramque leui ſuffundere tractu
Percuſſus ſubito tam duri uerberis ictu
Exclamat, trepidaſque manus turbatus ad ipſum
Fert oculum, & pariter clauſum cum lumine ferrum
Continet ut reprimat, uel ſiccet, uti labentem
Excipiat globulum qui luminis intima ſeruans
Intra folliculum teretem liquido interfuſo
Sub uitrea nigri latet albus imagine pupi.

Hic ueluti radix oculum ſubeunte medulla
Fulcit, & humecto uenarum fomite paſcit
Dum parili fontes oculorum ſydere conſtant.
At ſi forte graui morbo dirupta uel ictu
Heu male diſſiliat membrana fluentis ocelli:
Proſilit iſte globus, ſuccoque relictus alente
Deſerit aridulam uacuata luce lacunam.
Interea puer excuſſus clamore dolentis
Adcurrit, ſtratum ſomno fugiente relinquens:
Accenſamque manu prætendit ad ora lucernam.
Clauſerat hic manibus uultus, & fronte ſuprema
Contigero ſimilis iuueni ſpectabat in altum
Vt daret immotum librato corpore funem:
Vulneris arbitrio trepidantia membra gubernans
Dum timet aduerſo uulnus deducere motu
Captiuique oculi ex uno quo liber agebat
Lumine diſcrimen ſociali parte cauebat.
Nec tamen audebat ducendum attingere ferrum
Ne ſimul hęrentem ductu mucronis & orbem
Extraheret, neque iam poterat ſub lumine fixi
Ferre moram teli, ſed deſperante medelam
53 Ex ope mortali, diuina mox 53 ope Felix
Ecce quō ſanctum Felicem inuocat. Imploratus adeſt, quem tanto in uulnere pendens
Aduocat, & tali depromit uoce querelam.
Hei mihi quanta meos urgent peccata labores,
Qui tantam merui plagam Felice patrono
Vicinoque ſimul: Felicis & inſuper ipſo
Natali miſer excipere, heu magno reus ingens
Crimine, quem tunc pœna ferit cum ſoluere ſueuit?
54 Sancte precor ſuccurre tuo, ſcio proximus 54 adſtas
Sancti ſciunt quæ circa nos aguntur. Et de contigua miſſis huc auribus ęde
Audiſti Felix fletum infelicis alumni;
Siue modo excelſo lateri coniunctus adhæres.
Et quomodo ea ſciāt. Ante thronum magni Regis, confeſſor, amicus,
Pauperis an ueuerande tui trans nubila uocem
Accipis aure Dei, neque temnis: ſed petis illic
Qua mihi deportes Chriſto miſerante ſalutem.
Ergo ueni Felix: animæque perenne patrone:
Nunc pro corporeo medicus mihi curre periclo,
Curre precor, ſanctaſque manus oppone minanti
Lapſum oculo, & fixum quod conſpicis erue ferrum.
Quod propria reuocare manu non audeo, ne me
Lumine deſpoliam, dum conor ſoluere telo.
Sic etenim penitus mihi ſentio fulmen adactum:
55 Inſerto ſub operta oculi penetralia clauo.
Vide quantam poteſtatem a Chriſto habeat ſanctus Felix. Vt tantum diuina manus quæ condidit ipſos
In nobis oculos, quæ te quoque 55 dextra potentem
Sanifera uirtute dedit, qua dæmonas atros,

Excruciando domas, qua corporis omne caduci
Pellere tormentum potes alto nomine Chriſti
Omnipotente potens domino, quo præſule nunc me
Suſcipe ſanandum, nec te mea crimina uincant:
Sed magis a te uicta cadant, nam dignior iſto
Vulnere ſum fateor, placidi quam munere Chriſti,
Sed domini ipſius uerbum factumque memento
Qui peccatoris uitam moriendo redemit.
Iuſtitiæ ſi iure uelis decernere mecum:
Non ſum uno tantum ſed lumine dignus utroque
Multari: ut talis facie ſim qualis & intus
Corde tenebroſo, de quo male uiſibus utor
Corporeis, cęcus iuſtis, oculatus iniquis:
Et peccatorem luſcum fateor decet eſſe.
Sed recole ut dudum cępi pars eſſe tuorum
Quos ego non patriæ telluris amore ſequutus
Sed deſiderio quo me tibi ſancte dicarem
Per maris & terræ contempta pericula ueni,
Exemploq́ boni cognatæ uincula terræ
Vt tibi ſeruirem rupi conſortibus illis
Cũ quibus & me iacto tuum, quod & hac ope mõſtra:
Ne perdam tanto confixum uulnere lumen.
Da precor indigno famulo tam nobile munus
In laudem domini, præſta hoc inſigne diei
Sancte tuo, ut confeſſa tibi quem gloria Chriſti
Luminis æterni natalem in ſæcula fecit,
Hunc habeam natalem oculi, dum talia plorat
Ecce manus Felicis adeſt, dubiamq́ timentis
Adſpirans tacite firmat mentemq́ manumque
Ne timeat tuto auſurus producere ferro.
Vix hoc conatus fuit, & quaſi lubricus uncus
Ex oculo cadit abſq́ oculo, tantum unda ſequuta
Euomuit lachrymis quem ſuppurauerat æſtu.
Mox oculis tanti purgatus nocte pericli:
Tam puro enituit ſpeculo quam nunc quoque ſanus
Cernitur æterni conlucens munere Chriſti.
Et puto plus hodie ſolito niteat, quia lumen
Addidit ipſe dies qui reddidit. ergo fideles
Cernite nunc animis tanti diſcriminis inſtar
Et pariter tanti perpendite muneris actum.
Vir iam maturo grauis æuo & corpore celſus
Staminis uncino quaſi piſcis inhæſerat hamo,
Et uice ſuſpenſus lychni pendebat aperto
Sed non ſponte oculo, quem deducebat inuncans
Subfixo clauus cilio, neque uulnus agebat
Diuina prohibente manu quæ fecerat illic
Innocuamque aciem ferri ſimul & leue pondus
Qua pituita grauis, pilus intolerabilis, ex qua

Nec minimæ perferre atomum duramus harenæ,
Hac graue & incuruo quis credat acumine ferrum
Inſuper & lychno concretis ſordibus uncto
Fixum impune diu tenuem preſſiſſe metallo
Pupillam, & nullo temeratum uulnere uiſum,
Quæ tam ſubtilis digitus manus opis arte
Quæ ſe tam tenui potuit diſcrimine iunctis
Inſerere: & medio palpebræ oculique ſubactum
Inter utranque uiam fragili per utrunque meatu
Illæſo penetrans oculo ſuſpendere ferrum?
Quod ſolidi craſſo totum complebat operti
Orbem oculi, figens acie nec uulnere lędens
Quæ manus hæc potuit, niſi quæ manus omnia fecit?
Spiritus ille dei penetrator ubique per omnes
Naturas rerum, tenui ſubtilior omni,
Perdita cęcatis qui lumina reddidit, & qui
Ex utero cęcum noua lumina fecit habere:
Vultum imperfecti natura corporis implens
Arte creatoris qua totum perficit orbem
Filius ille dei, manus & ſapientia patris,
Omniparens rerum fons & conſtantia Chriſtus:
Ipſe illum quondam non plenæ matris in aluo
Finxerat, ut poſt hoc homo factus & ipſe creator
Hoc quoque diuinis opus admirabile ſignis
Adderet, ut uacuos expleret uiſibus orbes.
Denique humi ſputans limum facit, unde negatos
Naſcenti obtutus credenti reddit alumno.
Materiaque eadem defecta in parte perornat
Semiperactum hominem qua toto corpore finxit,
Vt ſe ipſum noſtra ueniſſe in carne probaret,
Qui cum patre deo communis imaginis ore
Compoſitum limo & flatu formauerat Adam.
Ipſe opifex, lux noſtra, deus, Felicis amici
Natalem tanta uoluit decorare medela.
56 *Vt mõſtraret cõfeſſoris meritum potenti munera.*
Vt confeſſoris 56 meritum ſublime potenti
Munere monſtraret, non ut cumularet honorem
Martyris hoc opere, ingentes cui contulit olim
Nobilibus titulis benedicto nomine palmas,
Quas indefeſſis in eo uirtutibus omni
Tempore, continuat domini clementia Chriſti.
Sed nobis uoluit ſpecialem tempore in iſto
Lętitiam donare deus, propriæ naturæ
Tale aliquod proprijs operans ſignum dare ſeruis
57 *Cur per ſanctos ſuos miracula deus faciat.*
Quo nos 57 ſyderei proprios Felicis alumnos
Proderet, & merito illius curaque doceret
Viuere, quo noſtram ſeruans cuſtode ſalutem
Sæpius infectum nocturnis caſibus hoſtem
A noſtris pariter membris & mentibus arcet.

Denique

Denique iam noſtri gaudemus honore pericli,
Cernentesque pari ſplendentem lumina uiſu
Quem pene amiſſo deformem uidimus uno
Lętamur tactis hoc hoſpite fratre medullis,
Quem tanto ille bonis donauit munere Chriſtus.
Iure oculis hunc æquo meis, in lumine cuius
Felicis manus in Chriſto mea gloria fulget.
O' Felix caſus, bona uulnera, dulce periclum,
Per quod cognoui me curam martyris eſſe,
Tanti nanque fuit lumen mihi pene periſſe
Vt modo Felicis de lumine lumen haberem.

NATALIS OCTAVVS.

ECce dies nobis anno reuoluta peracto
Illuſtrem reuehit Felicis nomine lucem.
Tempus erat lętis modo promere gaudia uerbis,
Anxia ſi lętas paterentur tempora uoces.
Sed tamen iſta dies licet inter prælia nobis
Lætitiæ paciſque dies erit, horrida longe
Bella fremant noſtris pax libera mentibus adſit.
Lætitiæ dulcem non obliuiſcitur uſum
Mens adſueta piis ſua ſoluere pectora uotis,
Et domino feſtis caſte gaudere diebus.
Quare importunam quamuis ſub tempore mœſto
Pelle triſtitiam bona gaudia, dulcia uerba,
Omne pium lætumque die Felicis amemus.
Natali ſine fine, die 58 quia natus in iſta eſt
Perpetuis Felix ſeclis, qua corporis æuum
Functus ad æternam migrauit in æthera uitam.
Ergo metus abeant triſtes, redeantque refectis
Gaudia pectoribus, decet omnia pellere ſanctum
Mœſta diem, tanti quem gloria confeſſoris
Inſignem cunctis per tempora tota diebus
Elucere facit, populiſque frequentibus ornat.
Hunc ego ſi geticis agerem male ſubditus armis
Inter & immites celebrarem lætus alanos
Et ſi multiiuge premerent mea colla catenæ
Captiuis animum membris non iungeret hoſtis.
Pectore non uicto, calcaret triſte ſuperba
Seruitium pietas, licet inter barbara uincla
Liber amor placitis caneret mea uota loquelis.
Nunc igitur quamuis uarias uaga fama per oras
Terrificis pauidas feriat rumoribus aures,
Nos tamen in domino ſtabilis fiducia caſto
Roboret, & recto fixis pede mentibus armet.
Nec pauor ater in hanc obducat nubila lucem,
Quam deus æthereo Felicis honore ſerenat,
Legifer ut quondam pharij tellure tyranni
Paſcha ſacrum Moyſes prima ſub lege dicauit,

58 *ſi in die quo ex hac uita emigrãt ſancti, naſcuntur perpetuis ſeculis, perperã a neſcio quibus appellantur emortui.*

Sanctaque tunc Iudæa, domo licet impius illos
Maturare fugam ualida ui cogeret hoſtis,
Libertate tamen deuoti pectoris audax
Nec turbante metu iuſſum ſolenne reliquit
Sed trepidans fugienſque licet diuina peregit
Feſta ſalutifero lętis epulatus in agno
Cœtibus, & ficto Chriſti iam ſanguine uictor
Duxit ouans lętas uicto pharaone choręas.
Inde fugæ memores & iam nunc azyma ſumunt
Iudęi ſolo retinentes nomine gentem,
In fermentatis pulſi quia panibus olim
Aegypto fecere fugam, paribus modo ſignis
Per patrios ſed iam per inania ſabbata ritus
Antiqui recolunt ueſtigia grata timoris.
Nam fruſtra ueterem uacua ſub imagine legem
Exercent uerum nobis quia paſcha repleuit,
Vnus pro cunctis patri datus hoſtia Chriſtus
Et quia corpus adeſt uitę, perit umbra figurę.
Sic igitur modo nos turbato in tempore lęti
59 Mente pia 59 feſtum dilecti martyris omnes
Hortatur ad celebrãdum diẽ feſtum martyris.
Collatis hilare ſtudijs pietatis agamus.
Forte magis pietas nobis dabit iſta ſalutem
Si noſtras ideo libeat cognoſcere curas,
Vt confeſſori lętantia corda feramus
Cuius honore deus gaudet, quia martyr honorem
Contempſit proprium domini pro nomine Chriſti
Vilior ipſe ſibi ut Chriſto precioſior eſſet,
Propterea tali placeat gaudere patrono,
Natalemque diem ſopiti pace beata
Martyris expoſitis lętantes ducere curis.
Hic quoque deuotis aderit, ſi fortior extet
Nunc ad lętitiam affectus quam cauſa timoris
Ad conſternandas obducto pectore mentes.
Credite non armis neque uiribus eſſe timendos
Allophilum populos, quos propter crimina noſtra
Offenſi mouet ira Dei, ut formidine mortis
Excitet ad curam uitę torpentia corda.
Ergo deum mitem ſęuo timeamus in hoſte,
Abſit ut hoſte metus quem formidare meremur †
Negligimus ſaltem ui compellente tremamus
Placemus męrore humiles quem lęta ferentem
Spernimus ex ipſa mox proſperitate ſuperbi.
Priſca retractemus ſanctorum exempla parentum
Qui merita immiſſis tolerantes uerbera bellis
Non armis ſibi nec muris capienda parabant
Præſidia, humanis opibus ſperare ſalutem
Nulla ſalus, nec enim mortem mortalia pellent.
Ergo quod curę tempus, ſit cura precandi

Cœleſtem dominum a quo mœſta aut læta parantur,
Qui ſolus præſtare poteſt ditione ſuperna
Rurſus ut exactis renouentur gaudia curis.
Hoc etenim regit & uariat Deus arbiter uſu
Res hominum, ut ſemper ſuccedant nubila ſudis:
Atque iterum fugiant imbres redeunte ſereno.
Quanta precum 60 uirtus. quæ ſit medicina parenti
Flere Deo doceat luctu ſeruata Niniue,
Et ſenis impenſa Moyſi præuictus Amalech,
Et maledictus Aman ſanctæ prece perditus Eſther
Qui bene pœnarum uerſa uice, quæ male ſanctis
Miſcuerat ſolus bibit impius, et cruce iuſta
Quam populo domini præfixerat ipſe pependit.
Ergo fides innixa Deo trepidantia firmet
Pectora, & in mœſto ſecurum tempore tempus
Præſumat confiſa Deo, quia non metuendi †.
Cauſa timere Deum, quem quiſquis non timet unum,
Omnia iure timet, fidant legionibus illi,
Perfugioque parent reparatis mœnia muris
Nulla ſalutiferi quibus eſt fiducia Chriſti.
Nos crucis 61 inuictæ ſignum & confeſſio munit,
Armatique Deo mentem, non quærimus arma
Corporis, & quanquam membris uideamur inermes
Arma tamen gerimus, quibus & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animis decernimus hoſtes.
Nunc opus adiutore Deo, ſolusque timendus
Quo ſine & arma cadunt, per quem firmantur & arma,
Ipſe intra muros turris tibi qui ſine muris
Murus erit. recolamus abhinc ſignata ſacratis
Geſta patrum libris, & perſpice qui potiore
Præſidio fuerint, quos urbs circundata magnis
Abſque Deo muris, an quos ſine mœnibus urbes
Vallabat ſocio uirtus diuina fauore.
Illam dico urbem quam perdidit acer Ieſus
Mutatus proprium uirtutis nomine nomen
Quanquam militiæ ſolito de more ſubegit
Vt ſolitum eſt longa dux obſidione laborans;
Verum ope diuina ſacra per myſteria uibrans
Tela, nec exercens tacitis exercitus armis
Luſtrauit ceſſante manu, ſeptemque diebus
Septenos iterans ſibi circa mœnia gyros,
Obtinuit captos numeri uirtute potentis,
Atque ſacerdotum lituis, clangore tremendo
Fulmineos ſuperæ tonitrus imitantibus iræ.
Tunc qui diuitiis populus fidebat & urbe
Interiit mixtis inter ſua tecta ſepulchris,
Sola Rhaab meritrix caſtam quæ ingeſſit iniqua
Gente fidem, non freta ſuis euadere muris

60 *Docet quanta ſit uis orationis, ergo nō res ſupflua nec inutilis.*

61 *Vide quō ſignum crucis et fiducia in deū, murus eſt inexpugnabilis.*

62 Sed pietate 62 Dei meritum pietatis adepta eſt.
Qua famulis domini tuto fuit hoſpite tecto
Cęlatiſque pie ciues illuſit iniquos
Fraude bona fallax animo mentita fideli,
Hoſpitibus quia fida piis, in fida profanis
Ciuibus extiterat, uitam, patriamque, domumque
Prælato contempta Deo, mox cuncta benigno
Repperit in domino, quæ ſi poſuiſſet in urbe
Præſidium, patrijs cecidiſſet mixta ruinis.
Indefenſa Deo meretrix, ſed myſtica Chriſtum,
Prouida pollutas empturum ſanguine gentes
Puniceo proprium ſignauit uellere tectum.
Excipitque ſuam patria pereunte ſalutem.
Significans illos mundo labente tegendos
Quos crucis iuuictæ ſignat cruor. hinc cape quantum
Ipſe cruor ualeat, cuius ſaluabat imago.

Si Rahab meritũ pietatis, dei pietate adepta eſt, poſſumus et nos per bona opera ex dei gratia prouenientia mereri uitã æternam.

Semper in omne bono ualuit confidere Chriſto.
Credere cuncta Deo uirtutum, ponere ſolum
Omnia ſumma Deum; talis ſuper omnia ſemper
Arma fides ualuit, tali puer ille puſillus
Robore grandis erat, qui ſpretis fortior armis
Perculit armatum ſiculis uirtute gigantem.
Arma fide ſemper, nunquam cognouimus armis
Indiguiſſe fidem, rupit mare uirga fidelis;
Quod uacua arma fide cum principe merſit iniquo.

Fœmineas quoque perſonas uirtute uirili
63 Induit alma 63 fides, mulier qua ſancta peremit
Terribilem Syſſaram transfixum tempora palo.
Terrentemque manu late populos Holoſernem
Arte pudicitiæ deceptum callida Iudith
Riſit in impuro quæ non polluta cubili
Barbara truncato uictrix duce caſtra fugauit.
Nuda fides armata Deo eſt, fideique uigore
Fortior Ezechias paucis, quam milibus ille
Sennachet in cuius Babylon & opima Niniue
Regnum erat, Aſſyrias uires & Medica Regna
Mouerat, & magnis legionibus omnia circum
Regna terens, ſacram domini tendebat ad urbem,
Atque unam tota bellorum mole petebat.

Quod tãtopere extollitur hic fides, id eſt fiducia in Deũ, nõ credas ob hoc bona opera nõ eſſe neceſſaria, nã omnes qui hmõi fidẽ habuerunt, etiã cum illa uirtutis opa exercuerunt.

Dum parat hoc bellis retinentibus impia uota
Impediente Deo, præmiſit ſcripta ſuperbis
Dura minis, quæ ſumpta dolens altaria circa
64 Intulit Ezechias domino, lachrymiſque 64 profuſis
Dum recitat fera uerba lauans proſtratus & orans
Atrata cum plebe Deum permouit, & una
Tam grauis exitij uictor prece perculit abſens
Aſſyrios pugnante Deo, compendia tanta
Promeritus, ne noſcet eum quem uinceret hoſtem

Habes hic orationem cum lachrymis et cũ proſtratione, eius quoque mirabilem effectum.

Nam

Nam poſt Ezechiæ querulos trans ſydera fletus
Et de corde humili miſas ſuper aſtra querelas
Voce pia impulſus ſummi patris auribus altæ
Vt patuere fores, cœli delabitur ales
Angelus halantem qua labitur aëra ducens
Armatus uerbi gladio ferit impia caſtra
Et ſopitorum taciturna ſtrage triumphans
Centum octoginta dedit uni milia leto
Et nox una fuit tam magni conſcia belli.
Mane minax Rex ſurgit adhuc & mox miſer armis
Milite deleto uacuis fugit agmine raro
Ezechiam fugiens alio procul orbe direptum
Cui modo præſenti fuerat ſua uincla minatus.
Tunc uelut Ezechiæ fuit interuentor Eſeas,
Ad dominum nobis iſto ſit tempore Felix
Iactemus noſtras & transfundamus in ipſum
Curas atque metus, leuis illi ſarcina noſtrum
Pondus erit, quia quod paruis onus hodieque magnis.
Sic Deus ipſe hominum geſſit peccata nec hauſit,
Et mortem paſſus non pertulit, in cruce culpam
Perdidit ille meam, reparauit & in cruce uitam
Ille reus factus ne ſim reus, inter iniquos
Condemnatus obit, nos ut diſcernat iniquis.
Morte pia dominus mihi mortuus, ut ſibi uiuam
Et merear 65 ſemper uiuentis uiuere uitam. — 65 *Vides & hic uitæ æternæ meritum.*
Sic potiora eius uenerando in corpore membra
Martyres in quibus eſt inſigni rubore Felix
Inter diuini capitis ſacra lumina fulgens
Iure Deo ualidi quia Chriſto proſſima paſſi.
Concurramus 66 ad hũc ſpe conſpirante patronum — 66 *Si per ſanctorum inuocationẽ obtenebraretur neceſſaria dei inuocatio, ut dicũt aliqui, aut Chriſto irrogaretur iniuria ad sãctos prius confugiendo, Paulinus ut id fieret, nequaquam hic doceret.*
Suſcipiat noſtras placida pietate querelas
Et dum natalem ipſius celebramus ouantes
Ille preces noſtras meritis pius adferet altis,
Inque uicem flebit nobis, quia mente dicata
Nos lętamur ei, non eſt cura hæc noua ſanctis 67 — 67 *Sancti orant pro nobis.*
Exorare Deum pro peccatoribus ægris,
Vtque 68 boni meriti meritum ſuperare ſiniſtrum. — 68 *Meritum bonum, & meritum malum.*
Sic legimus 69 Moyſen populo peccante precatum — 69 *Vides quanta ſit orationis uirtus.*
Extinxiſſe graues æterni uindicis iram,
Et cum pentapolim perfunderet igneus imber
Exiguam ſegor Sodomis ſecernit iniquis
Lot fugiens, caſtaque potens prece liberat urbem,
Electamque domo ſumit, quia ſede pudica
Integer inceſtæ permanſerat incola terræ
Permixtus Sodomæ tectis ſed moribus exter.
Quid loquar Heliæ precibus clauſum atque recluſum
Cœlum; & ſanctiloquo ſublimis in ore prophetæ
Terrarum manſiſſe famem, rediſſe ſalutem ſ

Vt quondam hos habuit ætas, ſic modo noſtra
Felicem ſortita ſalus petat omne quod audet,
Quodque cupit tali ſperet confiſa patrono.
Sancte Deo dilecte, Dei tu dextera Felix
Eſto precor nobis tu munitiſſima turris.
Nam Deus Abraham, Deus eſt tuus, & Deus Iſac,
Et Deus Iſrael Deus eſt tuus, ille rubentis
Diuiſor pelagi, & dulcator fontis amari.
Ille dator mannæ cœlo, dator ortygis auſtro,
Et ſitientis humi percuſſa rupe rigator
Ipſe tuus Deus eſt, qui per deſerta ſequentem
Præceſſit populum, & prætentam nocte dieque
Temporis alterna mutauit lege columnam,
Quique quaterdenos inter deſerta per annos
Angelico plebem de cœlis pane cibauit,
Et rupta in fluuios ſitientem cote refecit.

Inuocat ſanctum Felicem, ergo priſci patres ſanctos inuocabant, quod negãt noui dogmatiſtæ.

Poſce precor placidum noſtris accedere Chriſtum
Partibus, ipſe tuus Deus eſt, quo fortis Ieſus
Stare ſuis iuſſit ſolem lunamque triumphis,
Et tibi cum dominus Romani proſpera Regni
Adnuerit famulis elementis, præcipe Felix
Ad noſtrum ſeruire bonum, procedat & aſtris
Stantibus aucta dies, ſol ſtet tibi, lunaque concors
Hæreat obfixo ſuſpendens ſydera curſu,
Dum Romana ſuum capiat uictoria finem.
Sicut in Aſſyria Daniel Babylone leones
Effuſa domuit uictor prece, ſic tibi Felix
Effera Barbaries Chriſto frangente dometur,
Et tua captiui iaceant ueſtigia circum,
Ceu quandoque feræ circum iacuere prophetam,
Orantiſque pedes linguis mulſere benignis
Naturam mutante Deo, ut damnaret acerba
Mente feros homines humana pace ferarum.
Sic & crudelem confudit flamma tyrannum
Sanctis ſpectantem pueris ſeruire caminos;
Innocuos cantare, reos ardere miniſtros.

Quonam ſe miſeri poterunt defendere Reges
Qui tam degeneres humanæ mentis in illos
Seuierint, quibus & feritas & flamma pepercit?
Sed uelut æternos pueris recinentibus hymnos
Roſcidus accenſos diſcuſſit ſpiritus ignes;
Sic nobis placido Felicis gratia flatu
Aſpirante Deo bellorum temperet ignes;
Ortaque romuleis reprimens incendia terris
Sollicitos placida iam pace refrigerat æſtus
Feſſaque reſtinctis abſoluat peccora curis.

Sed cur inſipiens tanquam tibi ſim rudis hoſpes?
Oblituſque tui ueterum te poſco parentum

Exemplis, ut opem tribuas in rebus egenis
Quam tibi dante Deo facies tu cedere nobis?
Sat mihi ſunt Felix uirtutum exempla tuarum,
Nec tibi pauperior Chriſtus cœleſtia fundit
Munera, quam patribus quorum generoſa propago es.
Nam patriarcharum Felix & filius æque
Stirpis Apoſtolicæ es tanti non degener hæres
Seminis, ut ſanctæ legis fideique probatę
Confeſſor patrijs uirtutibus æmula ſanctus
Signa geris, nec ſi ſpecies operum tibi diſpar
Non ſimilis uirtus. diuerſa eſt gratia uobis:
Gloria par, quoniam ſanctis fons omnibus unus
Martyribuſque ſacris opera ut diuerſa fuerunt
Tempora nec coeunt ſignis diſtantia cauſis
Geſta Dei per dona ſibi cœleſtia diſtant
Aequales meritis, ſi non eadem omnia Felix
Quæ Daniel geſſit uel pertulit, & lacus iſtum
Non habuit, nec terribiles cinxere leones,
Nec Daniel eadem pro nomine paſſus herili eſt
Verbera, uincla, metus, & noctem carceris atri
Quæ Felix horrenda tulit, qui roſtra ferarum
Clauſit adoranti faciens manſueta prophetæ:
Qui fecit tepidos pueris orantibus ignes,
Humidaque in medijs dedit indumenta caminis,
Ipſe dedit Cęlſo Felicem iure potentem
Peſtiferis Sathanæ legionibus imperitare.
In quibus iſte feras omnes compeſcit & ignes,
Nam quæ non ſerpens quæ non hæc belua turba eſt?
Denique de multis unum loquar, ut ſit ab uno
Diſcere dæmonijs ſenſus conſtare ferinos.

Quidam homo non longum tempus tam prodigiali
Dæmone diſtentus fuit, ut iam non modo notos
Ille cibos hominum, uel ſi congeſta daretur
Multa menſa dape in facili conſumeret hauſtu
Verum & gallinas habitantum limine raptas
Mox ut ſuſtulerat, rapido diſcerperet ore,
Et pluma incoctas non ſuffocante uoraret.
Quin & funeream ſaniem ſitiebat, & oſſa
Lambebat pecudum, proiecta cadauera lambens,
Obſcœnus conuiua canum; hic modo dæmone tento
Sobrius ecce procul conductum exercet agellum
Et curante Deo ſancta 71 Felicis in aula 71 *In æde diui Felicis dæmon expulſus ab homine eſt.*
Redditus ipſe ſibi claro ſatis indice monſtrat
Felicem meritis & Chriſti nomine fortem
Immites domitare feras, & uincere flammas
Dicite qui teſtes operum Felicis adeſtis.

Nonne feras igneſque domat cum dæmonas urget,
Qui uitiis animas & morbis corpora frangunt,

Peccatiſque uorant, iſtos crucianſque fuganſque
Nonne feras igneſque domat, fremit igneus ultor
Agminis igniferi Felix, flammamque nocentem
Opprimit igne Dei, tenebrarum uincitur ignis.
Luminis igne pio dæmon fugit, & Deus intrat;
Et fit homo bene uerſa domus felicior aula
Poſſeſſore Deo tetrum inficiata colonum.
Candidus & medicans ſignis Deus hoc meus igne
Feruet, ut incenſum reſtinguat dæmona Felix:
Laſſatumque hominem flagrante refrigeret hoſte,
Mira manus ſic uirga potens & celſa poteſtas
Intra unum mixtis inimico fœdere corpus
Spiritibus Felix interuenit inter operta
Pectoris, & tenues dirimit ſubtilior auras
Dæmone diſcernens animam, quod libera pulſo
Mens hominem recipit, par hoc operi eſt opus illi
Quo myrrham triſtem facti dulcedine ligni
In populi potus crucis immutauit imago.
Sic Felix pietate potens, quia nobilis altæ
Confeſſor crucis eſt, ipſum quaſi triſtia myrrhæ
Pocla hominem mutat, qui nunc inflatus acerbo
Dæmone uipereum per ſpumea labra saporem
Concuſſu laterum & ſingultu gutturis ampli
Sæpius adſiliens flatus ructabat amaros.
Iam totus uel ſolus homo in ſua iura reuerſus
Dulce ſapit, ſanum ſpirat, placidumque profatur.
Ergo & Felicem uirtutis dextera cingit,
Inde potens uarias tenebroſi principis artes
Deuorat, ut magicos Moſeia uirga dracones.
Cernimus ecce pares domini cœleſtis adeſſe
Ad meritum Felicis opes; operum quoque formas
Congruere, & quæcunque patres in corpore ſancti
Ediderint documenta Dei, ſine corpore uiuum
In Chriſto Felicem agere, inſigniſque potentem
Mente animam poſiti dum corporis oſſa quieſcunt,
Ante diem reditus claris prætendere ſignis,
Qualem pro meritis ſit geſtatura coronam:
Cum ſteterit totus rediuiuo corpore Felix.
Omnes, quiſque ſuo, radiabunt lumine ſancti
Diſſimili fulgore pares, nec iudice Chriſto
72 Alter in alterius meriti 72 ſtipendia creſcent
Chriſtus erit cunctis regnum, lux, uita, corona.
Cernite diſtinctos actus, ſed honore iugatos
Teſtamentorum ueteriſque, nouique magiſtros
In quibus una dedit geminas ſapientia leges.
Atque ita uirtutes uarias par gloria penſat
Non Petrus irrupit uirga mare, ſed neque Moſes
Aequoris inceſſit liquido, tamen unus utriſque

Toties in opere audis inculcari meritū ſanctorum.

Fulget

Fulget honos, unus quoniam fuit auctor utrique.
Scindere aquas uirga, pedibus calcare fluenta,
Qui Deus eſt ueterum in ſanctis Deus ipſe nouorum
Quo data lex domino eſt; ex ipſo gratia uenit.
Ille Deus Danihelis, & ille trium puerorum,
Felicis Deus ipſe Deus, nec ſe minor ipſe eſt
In ſancto Felice Deus, per quem bona dona
Et medicas exercet opes terraque marique.
Omni nãque 73 die teſtes ſumus undique crebris 73
Cœtibus aut ſanos gratantia redere uota:
Aut ægros uarias petere ac ambire medelas.
Cernimus & multos peregrino a littore uectos
Ante ſacram ſancti proſtratos martyris aram
Dum referunt grates tolerata referre pericla,
Teſtantes ualidis colliſa naue procellis
Se raptos miſerante Deo Felicis, ut ipſa
Educente manu maris emerſiſſe profundo
Et deſperatam placidos cepiſſe ſalutem:
Felicis meritis & aquas & cedere flammas.

Vide hic a ſanctis præſtari gratiam cu/rationum.
Vide peregrinari ad eorum ſepulchra.
Vide aquam et ignẽ eorũ cedere meritis.

Præterita ut taceam meriti documenta potentis
Nouimus experti, pauor e terrore recenti
Vibrat adhuc memores animos recolentibus illa
Quæ tulimus pene abſumptis incendia tectis
Quamlibet extinctę recalent ueſtigia flammę
Mentibus, & magni cumulant Felicis amorem.
Quem prope corporeo pręſentem uidimus actu
Obiectare manus flammis, & noſtra tueri
Limina iuncta ſuis: quę tanquam territa ſancti
Obſtantis facie, prope tangens flamma pauebat,
Pulſaque de noſtri rapiendo culmine tecti
Comminus in tuguri uicina ſtrage perarſit
Mira loquar, ſtetit immotus ſine flatibus ęther,
Nec nemorum foliſs ullum dedit aura tremorem
Ne poſſet rapidus procedere longius ignis
Per contexta uolans ſociarum tigna domorum,
Sed uentis deſerta cadentibus ire negarit
Flamma, & conſumpto moreretur languida paſtu
Conſimili modo nos 74 Felix ope ſolue periclis, 74
Nec domibus noſtris propient mala; pulſaque per te
Horrida ſanguineo longe ſonet ira flagello.
Illam etiam uirtutem arcendis indue bellis
Qua male labentem uicinis montibus amnem
Qui ſubitis aucto pluuiis torrente redundans
Sic tua pręcipitans in limina ſæpe ruebat
Vt tectis coniuncta tuis habitacula uaſtis]
Quaſſaret uiolentus aquis, ita flumine uerſo
Feciſti mutare uias, ut nunc nouus illum
Alueus inſolita ducat regione furentem

Inuocat denuo ſanctum Felicem.

Noſtraque longinquo uitantem tecta meatu:
Sic modo belliſono uenientes flumine pugnas
De noſtris auerte locis; manus impia ſacris
Finibus abſiſtat, quibus eſt tua gratia uallum.
Atque tuam timeant hoſtes quaſi dęmonis aulam
Nec cruor hæc uiolet, quę flamma uel unda refugit.

NATALIS NONVS.

NAſcere quæ tardo ſemper mihi redderis ortu,
Mox & in occaſum properans fugis ęgra redire
Ales abire dies, nam te per longa morantem
Tempora dum tardi nitens rota uerticur anni
Suſtineo intentis a[illegible]cto pectore uotis.
Quam cuperem totis mihi prælucere diebus.
Vel ſi quando uenis, ita compenſare moras, ut
Aeſtiuis poſſes ſpacijs producere lucem,
Aut illum penſare diem qui ſiſtere iuſſis
Syderibus longo laſſauit lumine mundum
Humanos duplicans dilata nocte labores.
Hunc te chara dies rapido nimis aëre nobis
Temporis hiberni lex ſubtrahit, & breuiatas
Cogit hyems horas cita lumine, pigra tenebris.
Sed bene quod tibi ſol Felix cui gratia perpes
Illuſtrante micat Chriſto, propriumque coruſcat
Natali iubar ipſe ſuo, neque conditur unquam
Caſibus occiduis ęterni ſplendor honoris.
I fugitiua dies, elabere, non reuocabo,
Nec te iam querar eſſe breuem; quia te ſine Felix
Semper inextincto præſens mihi lumine fulget,
Si natalis abeſt, plus eſt quod iugiter ipſe
Lux huius natalis adeſt, nec enim ille die fit
Sanctus, cuius honor celebrandi cauſa diei eſt.
Quod ſi natalem reliquis pręſtare diebus
75 Turba 75 facit, ſolito quę denſius ad ſacra currit
Limina conferta prope ſemper plebe uidemus
Natalem Felicis agi, nam quę rogo uotis
Caſſa dies oritur, uel magnis rara cateruis?
Sed tamen hanc ſpeciale decus retinere fatebor
Iure diem, Expleto quondam qua contigit æuo
Ponere terrenos habitus, & in alta uocari
Sydera Felicem retinendum ſede beata,
Firmat enim ratio iſta fidem quæ tempora certis
Diſtinguit titulis, ſacroſque per annua ſignet
Feſta dies, quibus aut domini miracula quondam
Antiqui tremuere patres, horrenda ſiniſtris
Et ſemper celebranda piis, quia commoda ſanctis,
Dura fuere malis. teſtis menphitica tellus.
Et mare tunc factum ſanctis humus, æquor iniquis,
Cętera quæ his paria Aegypto multaſque per oras.

Ecce quomodo in die natalis ſanctorũ conſuetudo erat, concurſus ſolennes fieri, & in cõmuni de eorum ſolennitate gaudere, ſicut & [illegible] fit.

Geſta Deo memori nobis recoluntur amore.
Sic ęque diuino feruntur munere Chriſti:
Vt 76 ueneranda dies cunctis qua uirgine natus
Pro cunctis hominem ſumpſit Deus: utque 77 deinde
Qua puerum ſtella duce myſtica dona ferentes
Suppliciter uidere magi,ſeu qua magis illum
Iordanis trepidans lauit tingente Ioanne
Sacrantem cunctas recreandis gentibus undas.
Siue dies eadem magis illo ſit ſacra ſigno
Quo primum Deus egit opus,cum flumine uerſo
Permutauit aquas prędulcis nectare uini.
Quid paſchale 78 epulum? nam certe iugitur omni
Paſcha die cunctis eccleſia prędicat horis,
Conteſtans domini mortem cruce de cruce uitam.
Cunctorum tamen hoc magnę pietatis in omnes
Grande ſacramentum prę ſcripto menſe quotannis
Totus ubique pari famulatu mundus adorat
Aeternum celebrans rediuiuo corpore Regem,
Hoc 79 ſolenne dies ſequitur,ſeptem numeramus
Hebdomadas, & lux populis feſtiua recurrit,
Qua ſanctus quondam cœlo demiſſus ab alto
Spiritus, ignito diuiſit fulmine linguas,
Vnus & ipſe Deus diuiſa per ora cucurrit,
Omnigenaſque uno ſonuit tunc ore loquelas;
Omnibus ignotas tribuens expromere uoces,
Quiſque ſuam ut gentem peregrino agnoſceret ore;
Externamque ſuo neſciret in ore loquelam.
Barbarus ipſe ſibi non notis nota canebat.
Verba ſuis aliena loquens,ſed in omnibus unum
Voce Deum uaria laudabat ſpiritus unus.
Vt citharis modulans unius uerbere plectri
Diſſona fila mouet,uel qui perflantia textis
Labra terit calamis,licet unum carmen ab uno
Ore ferat, non una ſonat uarioſque magiſtra
Temperat arte ſonos arguta foramina flatu
Mobilibuſque regit digitis, clauditque aperitque
Vt rapida uice dulcis eat redeatque cauernis.
Currens ęolio modulabilis aura meatu,
Explicet in ruptos animata ut tibia cantus.
Sic Deus omniſonę modulator et arbiter unus
Armoniæ per cuncta mouet quam corpora rerum
Et naturę opifex Deus omnis & artis, in omni
Fons opere & finis,faciens bona,factaque ſeruans
Ipſe manens in ſe media pietate uiciſſim
Qua pater in uerbo,qua filius in patre regnat,
Quo ſine nil factum, per quem ſata cuncta in eodem
Conſiſtunt,idem nouat omnia principe uerbo,
Qui cruce purpurea precioſi ſanguinis oſtro

76 *Habes hic ferè cũcta domini Sabaoth feſta, quæ etiam antiquitus obſeruabantur,ſicut et modo fit, uidelicet Natalis domini.*

77 *Epiphania.*

78 *Paſcha.*

79 *Pentecoſte.*

Concelebrat, tamen ut proprij per herilia uernæ
Feſta relaxemur curis, & uota canamus:
Huius lętitię princeps pſalentibus ibo
Fratribus, & ſocium ducam quaſi ſignifer agmen.
Nam licet e uaria populi regione frequentes
Comparibus uotis hodie pia gaudia fundant:
Me tamen uberius decet atque inſignius iſto
Exultare die, quia nemo obſtrictior eſt me
Debitor huic, cui priuato ſpecialius aſtro
Iſta dies tantum peperit ſine fine patronum.
Salue chara dies, ſalue mihi lux mea, ſalue
Semper feſta, mihi; ſed in hoc mihi charius anno
Orta refulſiſti, quia cum Felicis honore
Nicetan reuehis, ſanctorum ut amore duorum
Binum habeam natalem hodie, quo corpore ſumpti
Martyris exceſſum celebrans & corpora prompti
Ecce ſacerdotis reditum ſatiatus adoro
Suſcipiens humili metantem in pectore Chriſtum.
Exultet mea nunc anima, dicatque quod olim
Sponſa canebat amans domino uocalis amanti,
Imber abit, diſceſſit hyems, uox turturis altæ
In noſtra tellure ſonat, dat uitis odorem
Florida, & in terris miramur lilia cœli.
Vnde repente precor uerſa uice temporis æther
Ver agit, & gelidis flores uiſuntur in agris?
Iunctus adeſt domini Chriſti comitatus amicis
Nicetes, hinc uernat hyems, hinc undique nobis
Spirat odoratos uegetabilis aura uapores.
Hoc de corde uenit benedicti ſpiritus agri.
Vita pudicitiæ & liquido mens candida uero
Nicetam faciunt flores & aromata uerna:
Munere quid tanto dignum uel corde uel ore:
Pauper & inſipiens & paruulus edere poſſim?
Ipſo nunc felice opus eſt, & in hoc mihi munus
Sumat ut a Chriſto mihi quas impertiat ipſe
Vt digne ſibi grater opes, & nunc mihi uellem
Viua perennis aquæ manarent flumina uentre,
Vt non ore meo, ſed Chriſti munere poſſem
Lętitiam enarrare meam, quæ munere Chriſti
Vberius ſolito placidum mihi tempus inundat,
Natalemque mihi duplicat Felicis amore.
Multiplici uideo præſenti lumine coram
Niceten rediſſe mihi, uiſoque parente
Cuius præ cunctis amor in me regnat, & ipſe
Nicetes ſio benedicti nominis inſtar
Mente gerens, quæ nunc uoto uictore triumphat.
Ergo conſpiciens hunc longo tempore longe
Natali ueniſſe tuo chariſſime Felix

Niceta eps hoc die affuit, amicus Paulini de Dacia reuertens.

Nónne tua ducente manu aduentaſſe fatebor?
Nam quis tam claro poterit non cernere ſigno
Hoc prece prouenisſe tua, ut quod ſumere uotis
Vix poteram, aut ipſo ſaltem mihi fingere ſomno,
Nicetam rurſus coram Felicis in ipſo
Natali uiſu ſimul amplexuque tenerem,
Atque iterum ſub eo canerem mea debita Felix
Auditore tibi? ſed quid faciam rogo? pauper
Diuitis adſideo menſæ, & miſer audeo magnis
Inſertare manum dapibus, neque cogito quod me
Talia conſimili uice qualia ſumo parare
Conueniat, dignoque iſto dare iudice uerbum.
Quare inopi da ſancte tuo ut te digna patrono
Et pariter condigna tuo loquar uſus amico,
Poſco tuos Felix tecum ad tua uota parentes.
Quæ tua uota loquor mea ſunt, & uerius hæc ſunt
Vota mea, at tibi celſus honor terrena recuſat
Gaudia; ſed quia noſtra tuæ ſunt gaudia palmæ
Vt tua digneris tibi ducere uota tuorum.
83 Ergo 83 tuos etiam Felix imploro parentes
Inuocat hoc in loco Paulinus omnes fere ſanctos qui ſunt in cœlo. Quō ergo uerum eſſe poteſt, ut per ſanctorum inuocationē obtenebretur neceſſaria Dei inuocatio?
Hic quoque ades mihi nunc poſcas, ut adeſſe uocatos
Qui colitis lętos paradiſi cœlitis hortos,
Quique ſub excelſa domini requieſcitis ara'
Pulcher apoſtolici chorus agminis & patriarchum
Gens prior, ambo chori procerum quos agmine bino
Per duodena Deus ſignauit nomina patres
Gentibus & populis regnum ad cœleſte uocandis.
Vos etiam ſancti ſupplex depoſco prophetę
In noſtra qui carne Deum fore Pręcinuiſtis,
Vos quoque corporibus cęſis & ſanguine fuſo
Occiſum & uiuum teſtati martyres agnum,
Omnes diuinis a fontibus una propago
Quos pius Abraham; ſacer Iſac; leuis Iacob
Progenuere Deo per non numerabile ſemen,
Et bifidum meritis cœleſtibus atque caducis
Aequantes his aſtra poli, his telluris harenam.
Credo equidem uos officio pietatis ad iſtum
Vndique conueniſſe diem Felicis amore:
Vt confeſſoris ſocij celebretis honorem.
Non autem tanti mihi ſum præſumptor honoris
Vt ſanctos idcirco meis modo protinus omnes
Senſibus aſpirare precer, quaſi munere tanto
Dignus; ut illa meo reſonet uox turturis ore
Quam totum tellus audiuit lęta per orbem,
Sed quia uox diuina decet Felicis honorem,
Et quia Nicetes domini puer atque ſacerdos
Longinqua tellure mihi modo miſſus ad iſtum
Ecce diem uenit, uir tam bonus ore magiſtro:

Quam ſacer eſt uictore animo uel corpore uicto.
O mihi fulminea cherubim ſi forcipe ſumptum
Carbonem & ipſa domini procul hac ferat ara,
Et peccatoris male pinguia labra perurat,
Vt deſęcato concretis ſordibus ore
Non ut ab ore meo, ſed ut auditoris ab ore
Ipſius hauſta meo depromam dignius ore,
Nec peccatoris ſtolidi ſermo aſper & ager
Et uiolet caſtas & doctas uulneret aures.
Sed quoniam lateri meus aſſidet ipſe magiſter,
Comminus e regione ſitum uenerante frequentes
Lumine conſpiciam, forſan ſapientis ab ore
Vt quondam effœtæ pecudes paſtoris Iacob
Concipiam ſterili ſęcundos pectore ſenſus.
Nanque & Nicetes domino benedictus ut ille
Mitis ut Iſrael ouibus quoque paſtor & hœdis
Ante lacum uiuentis aquæ, ſed & hic etiam tres
Corde pari trina ſibi legit ab arbore uirgas,
Quis in aqua poſitis pecus aduocat, & coeuntes
Ingrauidat, uirgiſque tribus concepta colorat,
Vt de interraſa uariatis cortice uirgis
Inſignita gregis ſancti ſętura probetur.
At pecori laban non eſt nota, ſed nota uitæ,
Nam nota mortis erit Chriſto non eſſe nouatos.
Sic animæ ſteriles in nomine gratia trino
Innouat; & uerbi coitu uir ſpiritus, implet,
Conceptoſque Deo notat intro eccleſia fœtus
Virgineo fœcunda uiro materque ſalutis
Dum uirgis intenta tribus bibit uuida uerba,
Semina & internus ſignatur lumine uultus.
Hinc ſterilis peperit ſeptem & defecit abundans
Dilatante Deo tenues, tenuante ſuperbos.
Sic ego Niceta uiſo quaſi fonte reperto:
Sicut ouis ſitiens ad uiua fluenta cucurri,
Aridus, & ſenſi mea protinus ubera tendi,
Attentuſque diu paſcentis in ora magiſtri
Inſpexi docto uarias in pectore uirgas,
Conſpectumque bibi per lumina fixa colorem,
Et me diuinis ſparſit mens roſida guttis.
Sed tamen in tribus his quia uenit mentio uirgis
Si placet inſpiciamus adhuc myſteria Regni.
Ttreis patriarcha ſibi trina legit arbore uirgas,
Spirantem ſtoracis, leuem platano, nuce firmam.
Spiritus in platano eſt, uirgo in ſtorace, in nuce Chriſtus
Nam patulos platanus ramos expandit in umbras,
Sanctus inumbrata formauit uirgine Chriſtum
Spiritus, & ſtoracis puto uirga ſit arbore Dauid.
Prompſit odoratum quæ uirgo puerpera florem,

Virga nucis Chriſtus, quoniam in uncibus cibus intus
Teſta foris,ſed amara ſuper uiridi cute cortex,
Cerne Deum noſtro uelatum corpore Chriſtum
Qui fragilis carne eſt,uerbo cibus,& cruce amarus,
Dura ſuperficies uerbum crucis, & crucis eſca eſt
Cœleſtum Chriſti claudens in carne medullam.
Sed cruce dulcis item,quia protulit arbore uitam
Vita Deus noſter ligno mea uita pependit,
Vt ſtaret mea uita Deo,quid uita rependam
Pro uita tibi Chriſte mea? niſi forte ſalutis
Accipiam calicem,quo te mea dextra propinet,
Vt ſacro mortis precioſæ proluar hauſtu.
Sed quid agam?neq; ſi proprium dem corpus in ignes
Vileſcamque mihi,nec ſanguine debita fuſo
Iuſta tibi ſoluam,quia me reddam tibi pro me.
Et quicquid ſimili uice fuero,ſemper ero impar
Chriſte tibi, quia tu pro me mea,non tua Chriſte
Debita ſoluiſti, pro ſeruis paſſus iniquis.
Quis tibi penſet amor? dominus mea forma fuiſti,
Vt ſeruus tua forma forem; & res magna putatur
Mercari propriam de re pereunte ſalutem:
Perpetuis mutare caduca,ut uendere terram
Cœlum emere? ecce Deus quanto me charius emit
Morte crucis, paſſus, deiectus imagine ſerui,
Vt uiles emeret precioſo ſanguine ſeruos.
Sed quid agam toto temerarius euehor alto
Auſus in excelſum fragili me credere pennae?
Martyris egregij natalem qui meus eſt mos
Materia leuiore canens in ſumma repente
Emicui, ſuper aſtra uolans, mentemque procacem
Ad rerum fontem miſſo ſermone tetendi.
Vnde mihi hos animos? quæ me leuat aura ſuperbum
Non agnoſco tumens mea pectora, maior agit mens,
Sentio Nicetam; qui proximus adſidet,& me
Tangit,& adiuncto lateri uicinus anhelat.
Acer anhelantis iuxta me ſpiritus intrat,
Inſolitumque potens meditantis ſuſcitat ignem
Frigenteis animas admoto fomite uibrans.
Sed reprimam tumidos flatus,nec magna ſuper me
Exiguus ſpirabo loqui,referarque relicta
Paruus humo, & plano modici pede Carminis ibo.
Quamuis Felicis meritum ſublime profari
Non poſſim ſine laude Dei; tu ſancte paterno
Suſcipe me Niceta ſinu, & dum pectore ducto
Suſtineor, caput in blando mihi corde reclinans,
Sal tuus inſulſum me condiat, & ſitientes
Diues uena riget riuo mihi perpete ſenſus.
Dicam iterum gaudens,& a d c uix muneris huius

Credulus,

Credulus, ingeminabo rogans, dic quæſo rediſti,
Teque ipſum tento Niceta? inquo hactenus æger
Noctes atque dies animo tabente pependi?
Veniſti tandem quarto mihi redditus anno.
Sed grates Chriſto, quia te uel ſero reuexit.
Quàm metui ne te medijs regionibus hoſtis
Diſcluſum oppoſita bellorum nube teneret:
Sed deſiderijs ſuperantibus, obuia nobis
Vincula rupiſti, nec te mare, nec labor ullus,
Nec gothici tenuere metus, nec frigora longis
Dura uijs, uere in tantis Niceta fuiſti
Caſibus affectu uictus, uictorque benigno:
Fortis & infirmus pariter, ſed utrunque potenter,
Victus amicitia, uictus Felicis amore,
Viciſti duros tenera pietate labores.
Nunc age ſancte parens aurem mihi dede, manumque,
Nodemus ſocias in uincula mutua palmas.
Inque uicem nexis alterno fœdere dextris
Sermones uarios greſſu ſpatiante feramus:
Enarrare libet ſimul & monſtrare parenti
Sollicitos noſtros toto quo defuit actus.
Tempore, nam cui iure magis mea geſta retexam
Feliciſque manu nobis operata reuoluam:
Quam cui cura ſumus, gemino quoque iure magiſtri
Et patris, ut, bene geſta probet, ſic improba damnet:
Corrigat ornata, & placidus diſponat agenda:
Imperfecta iuuet precibus, perfecta ſacerdos
Dedicet, atque ita ſe Felicis in ędibus ultro
Atque citro referat, tanquam ipſum pectore toto
Felicem gerat, & patria ſe iactet in aula.
Ergo ueni pater, & ſocio mihi iungere paſſu:
Dum te circumagens operum per ſingula duco.
Ecce uides 84 iſtam qua ianua prima receptat:
Porticus obſcuro fuerat prius obruta tecto,
Nunc eadem noua pigmentis & culmine creuit.
Aſt ubi conſeptum quadrato tegmine circa
Veſtibulum medio reſeratur in æthera campo:
Hortulus ante fuit male caſto ceſpite, rarum
Area utilis holus nullos prębebat ad uſus.
Interea nobis amor incidit, hoc opus ipſo
Aedificare loco, nanque hunc depoſcere cultum
Ipſa uidebatur ueneran dam ut martyris aulam
Eminus aduerſa foribus de fronte recluſis
Lętior illuſtraret honos, & aperta per arcus
Lucida frons biſores perfunderet intima largo
Lumine conſpicui ad faciem conuerſa ſepulchri,
Quo tegitur poſito poſitus pro corpore martyr,
Qui ſua fulgentis ſolij pro limine Felix

84
O Hæretice qui damnas templorum cultus, & eccleſias magnificas in nomine ſanctorũ ædificatas, uide quid circa huiuſmodi narret hic uir Deo plenus Paulinus & obmuteſce.

Atria bis gemino patefactis lumine ualuis
Spectat ouans, gaudetque pijs ſua mœnia uinci
Cœtibus, atque amplas populis rumpentibus aulas
Laxari denſas numeroſa per oſtia turbas.
Ipſaque qua tumulus ſacrati martyris extat
Aula nouos habitus ſenio purgata reſumpſit.
Trina manus uarijs operata decoribus illam
Excoluit biiugis, laqueari & marmore fabri:
Pictor imaginibus diuina ferentibus ora.
Ecce uides quantus ſplendor uelut œde renata
Rideat inſculptum camera criſpante lacunar:
In ligno mentitur ebur, tectoque ſuperne
Pendentes lychni ſpiris retinentur ahenis,
Et medio in uacua laxis uaga lumina nutant
Funibus, undantes flammas leuis aura faticat:
Quæque prius pilis ſtetit, hæc modo fulta columnis
Vilia mutato ſpreuit cœmenta metallo.
Sed rurſum redeamus in atria, conſpice rurſum
Impoſitas legis duplicato tegmine cellas
Porticibus metanda bonis habitacula digne
Quos huc ad ſancti iuſtum Felicis honorem
Duxerit orandi ſtudium, non cura bibendi.
Nam quaſi contignata ſacris cœnacula tectis,
Spectant de ſuperis altaria tota feneſtris,
Sub q̃bus intus habent ſanctorum corpora ſedem.
Nanque & apoſtolici cineres ſub cęlite menſa
Depoſiti, placitum Chriſto ſpirantis odorem
Pulueris, alma inter ſancti libamina reddunt.
Pater Andreas, hic qui piſcator ad argos
Miſſus, uaniloquas docuit muteſcere linguas.
Qui poſtquam populos ruptis erroris iniqui
Retibus, explicuit, traxitque ad retia Chriſti
Theſſalicas fuſo damnauit ſanguine patras.
Hic & præcurſor domini & Baptiſta Ioannes,
Idem euangelij ſacra ianua, metaque legis:
Hoſpes & ipſe mei uenimus Felicis ad aulas
Parte ſua cineris fraternum funus honorat.
Huic dubius gemino Didymus cognomine Thomas
Adiacet, hunc Chriſtus pauidæ cunctamine mentis
Viuere poſt mortem ut uero fateamur Ieſum
Corpore uiua ſuæ monſtrantem uulnera carnis
Et ueniente die qua iam manifeſtus aperta
Luce Deus ueniet cruciata in carne coruſcum
Agnoſcant trepidi, quem confixere rebelles.
Hic medicus Lucas prius arte, deinde loquela
Bis medicus Lucas, ut quondam corporis ægros
Terrena curabat ope, & nunc mentibus ægris
Compoſuit gemino uitæ medicamina libro.

Si non attendiſſent patres ãtiqui ad gratiã ſpiritus ſancti & diuinam uirtutem radiantem in corporibus, oſsis & cineribus ſanctorum, nequaquam illos tanto ſtudio & cura aſſeruaſſent.

Hiſ ſocij pietate, fide, uirtute, corona,
Martyres Agricola, & Proculo Vitalis adhærens,
Et quæ chalcidicis Euphemia martyr in oris
Signat uirgineo ſacratum ſanguine littus.
Vitalem Agricolam, Proculumque, Bononia condit,
Quos iurata fides, pietatis in arma uocauit
Proque ſalutiferis texit uictoria palmis
Corpora transfixos trabalibus inclyta clauis.
Hic & Nazareus martyr, quem munere fido
Nobilis Ambroſii ſubſtrata mente recepi;
Culmina Felicis dignatur & ipſe cohaſpes
Fraternaſque domos priuatis ſedibus addit.
Quamuis ſancti omnes toto ſimul orbe per unum
Sint ubicunque Deum, quo præſentantur ubique
Corporis ut ſua membra Deo, ſed debita ſanctis
Sunt loca corporibus, neque tantum qua iacet ora
Totum corpus ibi poſitorum gratia uiuit;
Sed quocunque pij eſt pars corporis & manus extat
Conteſtante Deo meriti documenta beati.
Magna & in exiguo ſanctorum corpore uirtus
Clamat apoſtolici uim corporis indice uerbo.
His igitur uicinus erit quicunque ſupernis
Caſtus aget tectis, & qui procul aduena 86 tecto
Percitus affectu ſanctas properauit ad ędes:
Cum uelit oratum Chriſto ſecretus adire
Siue die ſeu nocte uelit ſua promere uota:
Impiger adtiguo de limine prodeat hoſpes.
Hoc etiam mirare domus quo martyris alta
Lege ſacramenti per limina trina pateſcit.
Feſſus enim eſt unum trino ſub nomine regem.
Et quod contexte iunctis ſibi molibus ędes
Fune pio ſignant, quoniam & ſi culmina plura
Sint domibus ſtructis. ſancta & tamen unica pacis
Eſt domus, & multis unum concordia membris
Corpus agit, cui compago ſtat uertice Chriſto.
Forſitan hæc inter cupidus ſpectacula quæras
Vnde replenda ſit hæc tot fontibus area diues
Cum procul urbis et ductus aquę prope nullus ab urbe
Exiguam huc tenui demittat limite guttam.
Reſpondebo, nihil propria nos fidere dextra:
Nil ope terrena confidere, cuncta potenti
Depoſuiſſe Deo, & fontes præſumere cœlo.
Denique ciſternas adſtruximus undique tectis
Capturi fundente Deo de nubibus amnes.
Vnde fluant pariter plenis cauſa marmora labris.
Quod ſi etiam interdum ut ueniat defectus aquarum
Ordine diſpoſito uarias diſtincta figuras
Concharumque modis & pictis florida metis

86 *Vide peregrinationes ad ſepulchra ſanctorum.*
Vide cõfugia ad ſanctos.
Vide item uigilias nocturnas apud eos cum precibus.

Forte erit & ſiccis ſpectabilis area uaſis.
Nanque tenes etiam magna Solomonis in ęde
Quam fuerit decori ſiccum mare, quod ſapiens Rex
Ære dedit ſolido & tauris ſuſpendit ahenis.
Aſpice nunc aliud latus, ut ſit porticus una
Et paries medijs ſpacio bipatente columnis
Culmine diſcretas aditu ſibi copulat aulas
Corpus in hanc trans ferte oculis peragrantibus ædem
Quæ longum reſerata latus cum lumine cœli
Panditur inſertos ſocians diſiuncta per artus
Et populis rigui præbet ſpectacula campi,
Quem tamen includunt ſtructo circundata ſepto
Mœnia ne pateant oculis ſacra tecta prophanis.
Veſtibulumque patens aura defendit operta.
Nec mirere ſacras ſpatijs accreſcere caulas.
Creſcit ubique potens æterni gloria Chriſti.
Sanctorum cumulatur honor, Deus omnibus unus
Noſcitur, illuſtrat quia ſanctus ſpiritus orbem
Cumque coæterno regno patre filius hæres
In proprijs nato pia gratia lumine ueri
Multiplicat populis æternæ ſemina uitæ.
Et quia paſtor oues auget bonus ampla redemptis
Creſcere cum gregibus fouet altus ouilia Chriſtus.
Ingredere hæc pſalmis recinens antiſtes & hymnis:
Et mea uota refer domino, & tua gaudia uotis
Iunge meis, celebrans communis feſta patroni.
Hora opportuna pro peccatore rogabis:
Gaudentem dominum de confeſſoris honore.
Hoc duce procliui tua tramite uota ferentur.
Felix diuinas tibi præuius ibit ad aures,
Teque ſacris pſalmis ſimul & deuota litante
Obſequio placido deſcendet nomine Chriſtus,
Vt populum templumque ſacra caligine uelet
Infundens niueam per operta ſacraria nubem.
Nunc uolo picturas fucatis agmine longo
Porticibus uideas, paulumque ſupina fatiges
Colla, reclinato dum perlegis omnia uultu.
Qui uidet hæc uacuis agnoſcens uera figuris
Non uacua fidam ſibi paſcet imagine mentem.
Omnia nanque tenet ſerie pictura fideli
Quæ ſenior ſcripſit per quinque uolumina Moſes.
Quæ geſſit domini ſignatus nomine Ieſus.
Quo duce Iordanis ſuſpenſo gurgite fixis
Fluctibus a facie diuinæ reſtitit arcæ.
Vis noua diuiſit flumen, pars amne recurſo
Conſtitit, & fluuij pars in mare lapſa cucurrit:
Deſtituitque uadum, & ualidus qua forte ruebat
Impetus aſtrictas alte cumulauerat undas

Et tremula compage minax pendebat aquæ mons
Deſpectans tranſire pedes arente profundo
Et medio pedibus ſiccis in flumine ferri
Puluerulenta hominum duro ueſtigia limo.
Iam diſtinguentem modico Ruth tempora libro
Tempora iudicibus finita & regibus orta
Intentis tranſcurre oculis, breuis iſta uidetur
Hiſtoria, at magni ſignat myſteria belli.
Quod geminæ ſcindunt ſeſe in diuerſa ſorores.
Ruth ſequitur ſanctam quam deſerit Orſa parentem.
Perfidiam nurus una, fidem nurus altera monſtrat.
Præfert una Deum patriæ, patriam altera uitæ
No'nne precor toto manet hæc diſcordia mundo?
Parte ſequente Deum, uel parte ruente per orbem?
Atque utinam pars æqua foret necis atque ſalutis.
Sed multos uiolata capit, facilique ruina
Labentes prono rapit inreuocabilis error.
Forte requiratur quanam ratione gerendi
Sederit hæc nobis ſententia, pingere 87 ſanctas
Raro domos uiſum eſt animantibus adſimulatis.
Accipite & paucis tentabo exponere cauſas.
Quos agat huc ſancti Felicis gloria cœtus
Obſcurum nulli. Sed uerba frequentior his eſt
Ruſticitas non caſſa fide, neque docta legendi.
Hæc aſſueta diu ſacris ſeruire profanis
Ventre Deo, tandem conuertitur aduena Chriſto
Dum ſanctorum opera in Chriſto miratur aperta.
Cernite quam multi coeant ex omnibus agris:
Quanque pie rudibus decepti mentibus errent.
Longinquas liquere domus, ſpreuere ruinas:
Non gelidi feruente fide, & nunc ecce frequentes
Per totam & uigiles extendunt gaudia noctem.
Lætitia ſomnos, tenebras funalibus arcent.
Verum utinam ſanis agerent hæc gaudia uotis,
Nec ſua liminibus miſcerent pocula ſanctis.
Quamlibet hæc ieiuna cohors potiore reſultet
Obſequio, caſtis ſanctos quoque uocibus hymnos
Perſpuat, & domino cantatam ſobria laudem
Immolat. ignoſcenda tamen puto talia, paruis
Gaudia quæ ducunt epulis, quia mentibus error
Inrepit rudibus, nec tantæ conſcia culpæ
Simplicitas pietate cadit male credula ſanctos
Perſuſis halante mero gaudere ſepulchris.
Ergo probant obiti quod damnauere magiſtri.
Menſque Petri recipit quod Petri dogma refutat?
Vnus ubique calix domini, & cibus unus, & una
Menſa domuſque Dei, diuendant uina tabernis,
Sancta A precum domus eſt eccleſia, cede ſacratis

87
Ex hoc loco habe imaginem uſum in eccleſia et antiquum & licitum eſſe.

A
Vides quod eccleſia domus orationis eſt?

Liminibus ſerpens, non hac male ludus in aula
Debetur, ſed pœna tibi, ludibria miſces
Supplicijs inimice tuis, idem tibi diſcors
Tormentis ullulas atque inter pocula cantas
Felicem metuis, Felicem ſpernis inepte
Ebrius inſultans reus oras & miſer ipſo
Iudice luxurias quo uindice plecteris ardens.
Propterea uiſum nobis opus utile totis
Felicis domibus pictura ludere ſancta
Si forte attonitas hæc per ſpectacula mentes
Agreſtam caperet fucata coloribus umbra.
Quæ ſuper exprimitur titulis, ut litera monſtrat
Quod manus explicuit, dumque omnes picta uiciſſim
Oſtendunt releguntque ſibi uel tardius eſcæ
Sint memores, dum grata oculis ieiunia paſcunt.
Atque ita ſe melior ſtupefactis inſerat uſus.
Dum fallit pictura famem, ſanctaſque legenti
Hiſtorias caſtorum operum ſubrepit honeſtas
Exemplis inducta pijs, ſuadetur hianti
Sobrietas, nimij ſubeunt obliuia uini.
Dumque diem ducunt ſpatio maiore tuentes
Pocula rareſcunt, quia per miracula tractant
Tempora iam paucæ ſuberunt epulantibus horæ.
Quæ ſupereſt his quæ facta & quæ picta uidemus
Materiam orandi pro me tibi ſuggero, poſcens
Rem Felicis agens ut pro me ſedulus ores.
Et decet ut quem mente pia comitaris, eundem
Et mentis facie referas, animoque ſequaris:
Par in amore Dei, nec me miſer ambigo amari
Martyre uel modici dignatus amore catelli.
Cum mihi uita, domus, res gratia, gloria, panis
Sit Felix donante Deo, quo præſule poſce
Montibus in ſanctis mea fundamenta locari:
Et cęptam peragi in rupto molimine turrem.
De Geneſi precor hunc orandi collige ſenſum,
Ne maneam terrenus Adam, ſed uirgine terra
Naſcar & expoſito ueteri noua former imago.
Educar tellure mea, generiſque mei ſim
Degenerer, & ſponſæ feſtinem ad mellea terræ
Flumina, Chaldęi ſeruatus ab igne camini.
Sim facilis tectis quaſi Loth fore ſemper aperta:
Liberer ut Sodomis, neque uertam lumina retro,
Ne ſalis in lapidem uertar ſane cordis egenus.
Hoſtia uiua Deo tanquam puer offerar Iſac
Et mea ligna gerens ſequar almum ſub cruce patrem
Inueniam puteos, ſed ne precor obruat illos
Inuidus, & uiuentis aquæ cęcator Amalech.
Sim profugus mundi tanquam benedictus Iacob

Fratris Edom fugitiuus erat, foſſoque ſacrandum
Supponam capiti lapidem, Chriſtoque quieſcam.
Sit mihi caſtus amor, ſit & horror amoris iniqui:
Carnis ut illecebras uelut inuiolatus Ioſeph
Effugiam uinclis exuto corpore liber
Criminis, & ſpolium mundo carnale relinquam.
Tempus enim longe fieri complexibus, inſtat
Summa dies, prope iam dominus, iam ſurgere ſomno
Tempus, & ad domini pulſum uigilare paratos:
Sit mihi ab Aegypto bonus exitus, ut duce lege
Diuiſos penetrans undoſi pectoris æſtus
Fluctibus euadam rubris, dominique triumphum
Demerſo Pharaone canam, cum ſupplice uoto
Exultando tremens, & cum formidine gaudens
Ipſius pia dona meos commendo labores.
Adſere Niceta prece quod precor, & ſimul omnes
Qui ſimul huc ſancta pro relligione coiſtis
Deuoti domino & gratantes dicite mecum:
Hęc tibi Chriſte Deus tenui fragilique paratu
Pro nobis facimus, nec enim te ſumme creator
Facta manu capiunt, toto quem corpore mundus
Non capit, anguſtum cui cœlum, terraque punctum eſt.
Sed 88 ſanctis ſine fine tuis deuota ferentes
Obſequia, exiguo magnos ueneramur honore;
Sperantes illis exoratoribus, ut tu
In nobis operum ponas perfecta tuorum
Culmina, & extructis habitator mentibus adſis.

88 *Solum Deum adoramus, ſanctos autem ut ueros Dei ſeruos & amicos ueneramur, ut illi pro nobis orantes exaudiantur a Deo.*

NATALIS DECIMVS.

IN ueteri nobis noua res adnaſcitur actu:
Et ſolita inſolito creſcunt ſolennia ritu:
Materiamque ſimul mihi carminis & ſimul almi
Natalem geminant Felicis, in ędibus eius
Nata 89 recens opera hęc quę molibus undique celſis
Cernitis emicuiſſe pari ſplendentia cultu:
Iſtic porticibus late circundata longis
Veſtibula in cliuo tectis referantur aperto
Et ſimul aſtra oculis, ingreſſibus atria pandunt.
Illic adiunctæ ſociantur mœnibus aulę:
Diffuſoque ſitu ſimul & coeunte potentes
Aemula conſertis iungunt ueſtigia tignis,
Et paribus uarię & ſpecioſę cultibus extant,
Marmore, pictura, laquearibus, atque columnis.
Inter quæ & modicis uariatur gratia cellis:
Quas in porticibus qua longius una coactum
Porticus in ſpatium tractu protenditur uno,
Adpoſitas lateri tria comminus ora recludunt:
Trinaque cancellis currentibus oſtia pandunt.
Martyribus mediam 90 pictis pia nomina ſignant

89 *Ecce & hic templi cultum, et in reparanda ſancti baſilica magnas impenſas.*

90 *Ecce & ſanctorum imagines.*

Quos par in uario redimiuit gloria ſexu.
At gemina quæ ſunt dextra leuaque patentes
Binis hiſtorijs ornat pictura fidelis.
Vnam ſanctorum complent ſacra geſta uirorum:
Iob uulneribus tentatus, lumine Tobis.
Aſt aliam ſexus minor obtinet, inclyta Iudith
Qua ſimul & regina potens depingitur Eſther.
Interior uarijs ornatibus area ridet
Læta ſuper tectis & aperta luce ſerenis
Fortibus atque infra niueis redimita columnis,
Cuius in expoſito prælucens cantharus extat
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cętera diſpoſitis ſtant uaſa ſub aëre nudo
ſorticulis grato uarie quibus ordine fixis
Diſſidet artis opus, concordat uena metalli.
Vnaque diuerſo fluit ore capacius unda.
Baſilicis hæc iuncta tribus, patet area cunctis
Diuerſoſque aditus ex uno pandit ad omnes,
Atque itidem gremio diuerſos excipit uno.
Atribus egreſſus medio ſpatioſa pauito
Quod tamen ordinibus ſtructis per quenque nitentum
Agmina concharum ſeries denſata coacta
Marmore mira oculis aperit ſpaciantibus arte,
Sed circumiectis in porticipibus ſpaciari
Copia larga ſubeſt, interpoſitiſque columnas
Cancellis feſſos incumbere, & inde fluentes
Aſpectare locos, pedibuſque madentia ſiccis
Cernere, nec calcare ſola, & certamine blando
Mirari placido ſalientes murmure fontes
Non ſolum hiberno placitura in tempore, prę ſto eſt
Commoditas quia ſic tecti iuuat umbra per ęſtum.
Parte alia patet exterior quę cingitur ęque
Area porticibus cultu minor, ęquore maior
Ante ſacras ędes longe, ſpectabile pandit
Veſtibulum duplici quę extructis tegmine cellis
Per contextarum coeuntia tigna domorum
Caſtelli ſpeciem meditatus imagine muri
Conciliſque forum late ſpectabile pandit,
Quale loco ſignum Felix uenerandus in iſto
Ediderit nuper celeri narrabo relatu.
In medio campi contra uenerabilis aulę
Limina de ligno duo texta tigilla manebant
Importuna ſitu ſimul & deformia uiſu.
Quę decus omne operum perimebant, improba fœdo
Obice, proſpectum cęcantia, nanque patentis
Ianua baſilicę tuguri breuis interiectu
Obſcurata, fores incaſſum clauſa patebat.
Hęc amoliri cupientibus obuia nobis

Verba dabant tectis qui metabantur in illis:
Iurabantque prius uitam ſe poſſe paciſci
Quam cogi migrare locis, temnenda quidem uox
Iſta uidebatur, ſed erat fateor mihi id ipſum
Inuidiæ, tędebat enim uel uincere rixa.
Interea quadam prima iam nocte quietem
Carpere ſopitis cęptantibus, ecce relictis
Proſiliens ſcintilla focis conflauit in una
Cellarum ipſarum latebra de ſtramine fęni
Quo forte inciderat ſubitum ignem, moxque per ipſam
Fuſa caſam ut uires alimenta per arida cœpit
Ingentem fragili rapuit de fomite flammam,
Et facili lapſu per putria ligna uetuſti
Culminis erumpens, magnis incendia torſit
Turbida uerticibus, calidamque per aëra nubem
Miſcuit, & nigro ſubduxit ſydera fumo.
Ipſaque terribilem dabat inſuper ara fragorem
Materię fragilis crepitu grauiore reſultans.
Cunctaque uicanis circum metata colonis
Atque etiam uicis ſubmotos longius agros
Sic uapor adflabat, ſic horrida lux feriebat:
Sic prope ſic longe ſita culmina reſpergebat
Scintillis late uolitantibus igneus imber,
Vt ſubito exciti nos planctibus undique mœſtis
Et circumfuſis immani lumine tectis
Omnia circa nos lucere, ut aperta uidentes
Cuncta putaremus flammis correpta cremari
Ipſaque ſanctorum ſimul igne palatia tanto
Feruere, & a tectis ſimul omnibus illa referri
Fulgura quę ſparſis etiam longinqua replebant
Ignibus, & multo terrebant igne uapores.
Vt quaſi uicinas omnes ſibi quiſque timerent
Ad ſua tecta faces ardentem comminus ęſtum
Infectaſque trahens diris nidoribus auras.
Nos trepidi, ut noſtris domibus propiore periclo:
Nil ope de noſtra pręſumimus. unde etenim uis
Et manus infirmis foret illam extinguere molem
Sufficiens, cum flamma ſuis ingentior iret
Fomitibus, paruoque exorta repente tigillo
Culmina cuncta ſimul perfunderet igne minaci?
Currimus ergo fide tantum & prece ſupplice nixi
Ad uicina 91 mei Felicis limina, & inde
Contiguam paribus uotis adcurrimus aulam,
Poſcimus impoſitis ſubiecti altaribus ora.
Ipſe domum remeans modicum, ſed grande ſaluti
De crucis æternę ſumptum mihi fragmine lignum
Promo, tenenſque manu aduerſis procul ingero flammis
Vt clypeum retinens pro pectore, quo tegerem me

91 *Inuocat Paulinus ſanctum Felicem contra ignem.*

Arceremque hoſtem collato umbone reliſum.
Credite, nec donate mihi, ſed reddite Chriſto
Grates, & iuſtas date laudes omnipotenti.
Noſtra ſalus etenim cruce Chriſti & nomine conſtat
Inde fides nobis & in hac cruce nixa periclo
Profuit, & noſtram cognouit flamma ſalutem.
92 Nec 92 mea uox aut dextra illum ſed uis crucis ignem
Vid. quãtæ uirtutis Terruit, inque loco de quo ſurrexerat ipſo
fuerit crux dominica Vt circumſeptam præſcripto limite flammam
Sidere, & extingui fremitu moriente coegit:
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta crucis uirtus, ut ſe natura relinquat
Omnia ligna uorans ligno crucis uritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia uaſis
Aſpergens largis cupiebat uincere limphis:
Sed licet exhauſtis penſarent fontibus imbres:
Vi maiore tamen laſſis ſpargentibus, omnem
Vicerat ignis aquam. nos ligno extinximus ignem,
Quanque aqua nõ poterat, uicit breuis haſtula flamm
Poſt ubi diſceſſit metus, optatumque reduxit
Lux operoſa diem, proceſſimus acta uidere
Noctis, & extinctę quamuis fumantia late
Securis ſpectare oculis ueſtigia flammę:
Et credebamus nos plurima damna domorum
Viſuros magni memores terroris & ignis:
Sed cito conſpectis decreuit opinio rebus:
Et nihil exuſtum niſi quod debabat aduri
Cernimus, ex illiſque unum flagraſſe duobus
Hoſpitijs, quę noſtra manus, niſi flamma tuliſſet,
Abſtulerat, ſed & hoc Felicis gratia nobis
Munere conſuluit, quod pręueniendo laborem
Vtilius flammis operum compendia nobis
Pręſtitit, inde parem incenſę quam uicerat illic
Flamma domum, non ut pateretur ſtare, uel ipſam
Obſtantem ſimili bipatentibus obice ualuis.
Verum ut & hęc illum puniret flamma colonum
Conſeruans illi quod mox euerteret ipſe.
Nam ſua qui ſanctis nuper gurguſtia dictis
Prętulerat, primum flamma multatus in uno:
Mox aliud propria ipſe manu uaſtare tigillum
Incipit, & celeri peragit ſua damna furore.
Dilectaſque domos & inanes plangit amores
Qui ſimul aſpiciens incenſa & diruta tecti
Diſſimiles ſimili miratur in aggere labes
Ruderis & cineris iuncti bicolore ruina.
Hunc nobis ſine lite uidens ceſſiſſe triumphum
Se tantum miſer accuſat, quem gratia nulla
Manſerit obſequij, & maneat confuſio pœnę.

Nunc quia ab immoto patuerunt obice frontes
Eloquio ſimul atque animo ſpatiemur in ipſis
Gaudentes ſpatijs, ſanctaſque feramur in aulas:
Miremurque ſacra ueterum monumenta figuras:
Et tribus in ſpatijs duo teſtamenta legamus:
Hanc quoque cernentes rationem lumine recto:
Quod noua in antiquis tectis, antiqua nouis lex
Pingitur, eſt etenim pariter decus utile nobis
In ueteri nouitas, atque in nouitate uetuſtas.
Vt ſimul & noua uita ſit & prudentia cauta.
Vt grauitate ſenes & ſimplicitate puſilli.
Temperiem mentis gemina ex ętate trahamus:
Iungentes noſtris diuerſum moribus ęuum.
Eſt etiam interiore ſinu maioris in aulæ
Inſita cella procul quaſi filia culminis eius
Stellato ſpeciosa tholo, trinoque receſſu
Diſpoſitis ſinuata locis medio pietatis
Fonte nitet, mireque ſimul nouat atque nouatur.
Nanque hodie bis eam geminata nouatio comit,
Dum gemina antiſtes gerit illic munera Chriſti
In geminos adytum uenerabile dedicat uſus
Caſtifico ſocians pia ſacramenta lauacro.
Sic pariter templum nouat hoſtia, gratia fontem.
Fonſque nouus renouans hominem quod ſuſcipit & dat
Munus, ſiue magis quod deſinit eſſe per uſum
Tradere diuino mortalibus incipit uſu.
Dum ſinit eſſe nouus, ſed tali munere ſemper
Vtendus nunquam ueteres renouare faceſſet.
Hoc domini donum, hanc ſpeciem, quā munere Chriſti
Idem homo fit nouus, & uetus interit, ecce refectis
Cernite culminibus gemina Felicis in aula
Quę fuerant uetera, & noua nunc extare uidentur.
Nam ſteterant uaſto deformibus agmine pilis:
Nunc meliore datis eadem uice ſulta columnis
Et ſpatij cepere & luminis incrementa:
Depoſitoque ſitum reducem ſumpſere iuuentam.
Nanque & in his duplex ſpectandi gratia fulget:
Qua renouata nouis æquali lumine certant
Culmina culminibus, tectorum diſſidet ętas
Concordat ſpecies, ueterum manus atque recentum
Conuenit, in facie ſimili decor unus utrunque
Ornat opus, coeunt olim fundata nouellis.
Nec diſcrimen adeſt oculis, nitet una uetuſtas
Annoſis rudibuſque locis, niger additur horror.
Et ſenibus tectis iuuenem pictura nitorem
Reddidit infuſo uariorum flore colorum.
Hinc operum tempus confunditur, & nitet extra
Parietibus nouitas, latet intus operta uetuſtas;

Fronte iuuentutis tegitur fucata ſenectus:
In pueram faciem ueterata refloruit ętas.
Suntque ſimul uetera & noua', nec noua nec uetera ęque
Non eadem ſimulatque eadem, quia forma futuri.
Pręſentiſque boni eſt. nanque & nunc utile nobis
Deſerto ueteris uitę ſqualore, nouari
Mente pia, Chriſtumque ſequi regique parari.
Tum quoque quum dabitur redeunte reſurgere uita
Ille reſurgentum potior numerabitur ordo:
Qui ſuper illuſtri carnem perfuſus amictu
Seruilem domini mutauit imagine formam:
Conformemque Deo conregnaturus honorem
Accipiet, Chriſto ſimilis ſed munere Chriſti.
Hęc eadem ſpecies ueterem deponere formam
Et geſtare nouam monet, & retro acta abolere:
Inque futura Dei conuerſam incendere mentem:
Congrua pręteritis obliuia ducere curis:
Cœleſtumque animo regnorum induere curam:
Rebus & humanis & amoribus iſtius ęui
Mente prius quam morte mori, neque corporis ante
Nexibus abſolui quam criminis. ergo nouemur
Senſibus, & luteos terreſtris imaginis actus
Diſcutere a noſtro properemus corpore longe
Veſtibus excuſſis, puros, & corde recuſſi
Corporis atque animę nitidi reddamus amictus.
Nec modo commiſſum peccati, ſed meditatum
Sicut morbiferam de labe cadaueris auram
Naribus obſtructis triſtem fugiamus odorem.
Vt faciem colubri Solomon peccata timeri
Horrerique monet, dicens armata Leonis
Dentibus, & uere, quoniam uelut ore ferino
Sęua uorant animam, quam uicerit ęgra uoluptas
Corporis, enectamque ſuę draco duxerit eſcę
Qui uorat Aethiopum populos, non ſole peruſtos
Sed uitijs nigros & crimine nocti colores.
Tales Aethiopas ſerpens edit, in quibus eſcam
Quam capere eſt damnatus habet, quia peccatorem
Serpentiſque cibum Deus uno nomine terram
Dixit, & inde uorans peccata dracone uoratur.
Tempus adeſt mutare uias, exſurgere ſomno
Et tandem uigilare Deo, dormire uiciſſim
Actibus his, quibus inuigilat mens mortua Chriſto.
Si nobis doctrina Dei de lumine uerbi
Non aperit ſenſum, ſaltem capiamus ab ipſis
Aedibus exempla, & lapides & ligna magiſtri
Sint ſtolidis, ut quale manu confecimus, iſtis
Tale fide faciamus opus, licet abſit ab uno
Mentis opus manumque labor, ſed ab impare cauſa

Par operis trahitur ratio, ecce uidete, probabo
Diſſimiles ſimili ſpecie concurrere formas.
Qua noua tecta ſedent multi meminere locorum.
Nam breue tempus id eſt ex quo ſunt omnia cępta
Quæ modo facta manent, annis ſudata duobus
Tertius explicuit prece ſanctorum atque ope Chriſti.
Pars ſpatij breuis hortus erat, pars ruderis agger;
Quem collata manus, populo curante, remouit:
Et uiles holerum cum ſentibus eruit herbas:
Vt nitido purgata pateſceret area dorſo,
Quæ modo marmoreis ornato iungere ſaxis
Late ſtrata nitet, cultus oblita priores.
Quam bene mutauit ſpeciem poſt ſtercoris uſum
Marmoris ornatum? parias poſt uilia conchas?
Braſſida fert & ſplendet aquis, quæ ſorde nitebat.
Quonam igitur nunc iſta modo mihi fabrica formam
Præbebit, quæ me colere, ædificare, nouare,
Senſibus & Chriſto metandum condere poſſim?
Prompta quidem ratio eſt, quæ ſit mea terra, quod in me
Rudus, & unde meo ſpinæ naſcuntur in agro.
Terra cor eſt, culpæ praui ſunt rudera cordis.
Luxus iners, impurus amor, maculoſa libido.
Rudera ſunt animæ, ſic corporis anxia cura,
Liuor edax, & auara fames, grauis ira, leuis ſpes,
Prodigaque ambitio proprij, ſitiens alieni:
Spinæ ſunt animo, quia ſemper inanibus angunt
Ancipites animas ſtimulis, quas iugiter urit
Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi.
Atque ita & inter opes inopes quaſi Tantalus ille
Inter aquas ſitiunt, nec habent quod habere uident.
Nam partis uti metuunt, ſeruata relinquunt,
Dumque alimenta parant uiuendi tempora perdunt
Has igitur ſpinas, hæc rudera, mentibus hirtis
Egerere eſt opus, & primum hanc euellere fibris
Cunctorum ſtirpem ſcelerum, quia pullulat arbor
Infelix, domini radicitus illa ſecuri
Icta cadit, noſtris ut nunquam germinet aruis.
Hæc ſi præciſo de nobis fomite radix
Aruerit, cadet omne nephas, uitium omne peribit.
Matriciſque ſuæ cauſam mala cuncta ſequentur
Et moriente ſua ſimul arbore, pomma peribunt.
Tunc bene purgato domus, ædificabitur horto;
Et firmo fundata ſolo bene ſurget in altum
Fabrica diuini moliminis, ipſe columnas
Eriget in nobis Chriſtus, ueteresque reſoluet.
Obſtructæ pilas animæ, ſpatiumque ſibi Rex
Senſibus efficiet noſtris, ut inambulet illis
Tanquam in porticibus Solomnis, quæque ſolebat

Ore pio medicos ſapientia ducere greſſus:
Corpora tangendo ſanans, & corda docendo.
Non igitur ſimus ueteres inter noua tecta:
Vt qui corda habitat Chriſtus, noua corda reuiſent
Prior enim ſciſſura nouo ueterique coactis
Redditur, & noua uina nouos bene dantur in utres.
Vita prior pereat, pereat ne uita futura.
Sponte relinquamus mundum non ſponte cauendum
Sponte niſi fugimus, moriamur ne moriamur.
Lætalem uitam uitali morte tegamus.
Terrena intereat, ſubeat cœleſtis imago.
Et Chriſto uertatur Adam, mutemur & iſtic
Vt mutemur ibi qui nunc permanſerit in ſe
Idem & in æterno non immutabitur a ſe.

PRO CONFIRMATIONE EORVM QVÆ a diuo Paulino de ſancto Felice ſcripta ſunt, ponuntur hæc quæ a diuo Auguſtino ſequentibus uerbis narrantur.

Ex epiſtola D. Auguſtini 187. poſt principium Tom. 2. Ad clerum et populum Hipponenſem.

PRoinde chariſſimi in iſto ſcandalo quod de Bonifacio preſbytero nonnulli perturbantur, non uobis dico ut non dolentis. Qui enim iſta non dolent, nō eſt in eis charitas Chriſti, qui autem etiam de talibus gaudent abundat in eis malignitas diaboli. Non quia in memorato preſbytero apparuit aliquid quod dignum damnatione iudicaretur, ſed quia duo de domo noſtra talem habent cauſam, ut unus eorum ſine dubio perditus habeat, & ſit alterius fama apud quoſdam mala, apud quoſdam dubia, etiam ſi non ſit maculata conſcientia. Dolete iſta, quoniam dolenda ſunt. Non tamen ſic ut eo dolore ueſtra charitas a bene uiuendo refrigeſcat, ſed potius ad dominum deprecandum inardeſcat, ut ſi innocens eſt preſbyter noſter, quod magis credo, quia cū ſenſiſſet alterius motum impudicum, & immundum nec cōſentire uoluit nec tacere, cito eum ſua diuina ſententia manifeſtatum miniſterio proprio repræſentet. Si autem male ſibi conſcius, quod ſuſpicari non audeo, uoluit alterius exiſtimationem lædere, cum eius pudicitiam contaminare non poſſet, ſicut dicit ipſe cum quo habet cauſam, non eum permittent ſuam occultare nequitiam, ut quod homines inuenire non poſſunt, de quolibet eorum diuino iudicio propaletur.

Cum enim iſta me cauſa diu cruciaſſet, nec inuenirem quomodo unus é duobus conuinceretur, quamuis magis preſbytero credidiſſem, cogitaueram primo ſic ambos Deo relinquere, donec in uno eorum qui mihi ſuſpectus erat, aliquid exiſteret, unde nō ſine iuſta & manifeſta cauſa de noſtro habitaculo proijceretur. Sed cum promoueri in clericatu, ſiue illic per me, ſiue alibi per literas meas uehementiſſime conaretur, ego autem nullo modo adducerer ei homini de quo tantum mali exiſtimarem, manus ordinationis imponere, aut per cōmendationem meam alicui fratri meo eum ſubintroducere, turbulentius agere cœpit, ut ſi ipſe in clericatu non promoueretur, nec preſbyter Bonifacius in ſuo gradu eſſe ꝑmitteretur.

In qua eius prouocatione cum uiderem Bonifacium nolle quibuſlibet infirmis & ad ſuſpitionem propenſis de ſuæ uitæ dubitatione ſcandalum fieri, paratumq́ eſſe honoris ſui apud homines damnum perpeti potius, quam in ea contentione, in qua non poſſet ignorantibus & dubitantibus uel ad male ſuſpicandum procliuioribus ſuam demonſtrare cõſcientiam, uſq; ad eccleſiæ perturbationem inaniter progredi, elegi aliquid mediũ, ut certo placito ſe ambo conſtringerent ad locum ſanctum ſe 93 peregrinaturos, ubi terribiliora opera Dei non ſanam cuiuſque conſcientiam multo facilius aperirent, & ad confeſſionem uel pœna uel timore compellerẽt.

Vbiq; quidem Deus eſt, & nullo continetur uel includitur loco qui cõdidit omnia, & eum a ueris adoratoribus in ſpiritu & ueritate oportet adorare ut in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet & coronet. Veruntamen ad iſta quæ hominibus uiſibiliter nota ſunt, quis 94 poteſt eius conſilium perſcrutari, quare in aliĳs locis hæc miracula fiant, in aliĳs non fiant? Multis enim notiſſima eſt ſanctitas loci, ubi beati Felicis Nolenſis corpus conditum eſt, quo uolui ut pergerent, quia inde nobis facilius, fidelius ſcribi poteſt quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam ſanctorũ, ubi mirabiliter & terribiliter 95 dæmones confitentur, furem quendam qui ad eum locum uenerat ut falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtum, & quod abſtulerat reddere, Nunquid non & Aphrica ſanctorum martyrum corporibus plena eſt? Et tamen nuſquam hic ſcimus talia fieri. Sicut enim quod Apoſtolus dicit, Non omnes ſancti habent dona curationum, nec omnes habent diiudicationem ſpirituum, ita nec in omnibus memoriĳs ſanctorum iſta fieri uoluit ille, qui diuidit propria unicuique prout uult.

93 Ecce quomodo peregrinationes ad loca ſancta antiquis patribus fuerunt in uſu.

94 Et ſi Deus ſic ubiq;, ex eius tamen ſapiẽtiſsimo conſilio quod perſcrutari nõ poſſumus, quædam miracula facit in aliquo loco & apud aliquem ſanctum, quæ alibi non facit.

95 Conſidera mirã ſanctorũ uirtutẽ, quã ẽt Dæmones fateri cõpelluntur, & tamen noſtri hæretici acceptare recuſant.

ITEM DE EODEM SANCTO FELICE per D. Auguſtinũ, & de Ioanne monacho prophetia.

In libro de cura pro mortuis agẽda. c. 16.

Hinc & illa ſoluitur quæſtio, quonam modo martyres ipſis beneficĳs quæ dantur orantibus, indicãt ſe intereſſe rebus humanis, ſi neſciunt mortui quid agant uiui. Non 96 enim ſolis beneficiorum effectibus, uerum etiam ipſis hominum aſpectibus confeſſorem apparuiſſe Felicem, cuius inquilinatum pie diligis, cum a Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non in certis rumoribus, ſed teſtibus certis. Verum iſta diuinitus exhibentur, longe aliter quam ſeſe habet uſitatus ordo, ſingulis creaturarum generibus attributus. Non enim quia in uinũ aqua, cum uoluit dominus repente conuerſa eſt, ideo non debemus, quid aqua ualeat in elementorum ordine proprio, ab iſtius diuini operis raritate uel potius ſingularitate diſcernere. Nec quoniam Lazarus reſurrexit, ideo mortuus omnis quando uult ſurgit, aut eo modo ex animis a uiuente, quomodo a uigilante dormiens excitatur.

96 Non ſolum beneficĳs quæ præſtant ſancti orantibus, ſed apparitionibus quoq; indicant ſe ſcire quæ circa nos agantur, & rebus humanis intereſſe.

Aliĳ itaque ſunt humanarum limites rerum, alia diuinarum ſigna uirtutum, alia ſunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt quamuis & naturæ Deus aſſit ut ſit, & miraculis natura non deſit. Non igitur ideo putandum eſt uiuorum rebus quoſlibet intereſſe poſſe defunctos, quoniam quibuſdam ſanandis uel adiuuandis martyres aſſunt, ſed ideo potius intelli-

97 gendum eſt, 97 quod per diuinam potentiam martyres uiuorum rebus interſunt, quoniam defuncti per naturam propriam uiuorum rebus interesse non poſſunt.

Per diuinam potentiam, non per naturã propriam, Martyres uiuorum rebus interſunt.

Quanquam iſta quæſtio uires intelligentiæ meæ uincat, quemadmodum 98 opitulentur martyres ijs quos per eos certum eſt adiuuari, utrum ipſi per ſeipſos aſſint uno tempore tam diuerſis locis, & tanta intereſſe longinquitate diſcretis, ſiue ubi ſunt eorum memoriæ, ſiue præter ſuas memorias ubicunque adeſſe ſentiuntur, an ipſis in loco ſuis meritis congruo ab omni mortalium conuerſatione remotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentia ſupplicantium, ſicut nos oramus pro mortuis, quibus utique non præſentamur, nec ubi ſint, uel quid agant ſcimus, Deus omnipotens qui eſt ubique præſens, nec concretus nobis, nec remotus a nobis, exaudiens martyrum preces, per angelica miniſteria uſquequaque diffuſa, prębeat hominibus iſta ſolatia, quibus in huius uitæ miſeria iudicat eſſe prębenda: & ſuorum merita 99 martyrum ubi uult, quando uult, quomodo uult, maximeque 100 per eorum memorias, quoniam hoc nouit expedire nobis ad ędificandam fidem Chriſti, pro cuius illi confeſſione ſunt paſſi, mirabili atque ineffabili poteſtate ac bonitate commendet.

98 Quomodo ſancti martyres opitulentur his qui ad ſe pro beneficijs recurrunt, pulcherrima quæſtio.

99 Merita ſuorũ martyrum cõmẽdat Deus.

100 Cur Deus maxime ubi sũt memoriæ martyrũ, præbere ſoleat hominibus petita ſuffragia.

Res hæc altior eſt quàm ut a me poſſit attingi, & abſtruſior quàm ut a me ualeat perſcrutari; & ideo quid horum duorum ſit. an uero fortaſſis utrunque ſit, ut aliquando iſta fiant per ipſam præſentiam martyrum, aliquando per angelos ſuſcipientes perſonam martyrum, definire non audeo, mallem a ſcientibus iſta perquirere. Neque enim nemo eſt qui hæc ſciat, non qui ſibi ſcire uideatur & neſciat, dona enim Dei ſunt, his alia, & illis alia largientis, ſecundum Apoſtolum, qui dicit. unicuique dari manifeſtationem ſpiritus ad utilitatem. Alij quidem (inquit) datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri autem fides in eodem ſpiritu, alteri gratia ſanitatum in uno ſpiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij diiudicatio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Omnia autem hæc operatur unus atque idem ſpiritus, diuidens propria unicuique pro ut uult. Horum omnium ſpiritualium donorum, quæ commemorauit Apoſtolus, cuicunque data eſt diiudicatio ſpirituum, ipſe ſcit iſta ſicut ſcienda ſunt.

Talem fuiſſe credendum eſt illum Ioannem monachum, quem de belli ciuilis euentu maior Theodoſius conſuluit Imperator; habebat quippe etiam prophetiam. Neque.n. ſingulos ſingula munerum iſtorum, ſed etiam plura unum habere poſſe non ambigo. Ioannes ergo iſte cuidam mulieri religioſiſſimæ impatienter eum uidere cupienti, atque ut hoc impetraret per maritum ſuum uehementer inſtanti, cum ille nollet, quoniam id nunquam permiſerat fœminis, Vade, (inquit, dic uxori tuæ uidebit me nocte proxima, ſed in ſomnis. Et factum eſt. Monuitque illam quicquid fidelem coniugatam moneri oportebat. Quæ cum euigilaſſet, talem ſe uidiſſe hominem Dei uiro ſuo, qualem ille eum nouerat, & quid ab illo audierit, indicauit. Qui hoc ab eis comperit, retulit mihi uir grauis, & nobilis, & digniſſimus, credidi.

Sed ſi illum ſanctum monachum ipſe uidiſſem, quia, ſicut fertur, patientiſſime interrogabat, & ſapientiſſime reſpõdebat, quæſiſſem ab eo quod

iſtam

iſtam pertinet quæſtionem, utrum ipſe ad illam fœminam ueniſſet in ſomnis, ideſt, ſpiritus eius in effigie corporis ſui, ſicut noſipſos in effigie corporis noſtri ſomniamus; an ipſo aliud agente, uel ſi dormiebat aliud ſomniãte, ſiue per angelum, ſiue quocunque alio modo in mulieris ſomnio talis facta ſit uiſio, atque id futurum, ut ipſe promitteret prophetię ſpiritu reuelante præſciuerit. Si enim ipſe interſuit ſomnianti, mirabili gratia utiq; id potuit, non natura, & Dei munere, non ꝓpria facultate. Si autem ipſo aliud agente, ſiue dormiente, & uiſis alijs occupato, eum mulier uidit in ſomnis, profecto tale aliquid factum eſt, quale illud eſt quod in Actibus Apoſtolorum legimus, ubi dominus Ieſus loquitur Ananiæ de Saulo, et indicat ei qđ Saulus uidit ad ſe uenientem Ananiam, cũ hoc Ananias ipſe neſciret.

Quodlibet horum mihi reſponderet ille homo Dei, & de martyribus
ab illo pergerem quærere, uerum 101 ipſi aſſint in ſomnis, uel quocunq; 101
alio modo uidentibus eos in qua figura uoluerint, & maxime quando ab
eis ſe torqueri 102 dæmones in hominibus confitentur, & rogant eos ut
parcant ſibi; an iſta fiant Dei nutu per angelicas poteſtates, in honorem
commendationemq; ſanctorum, ad utilitatem hominum illis in ſumma
quiete poſitis, & alia longe meliora uiſa uocãtibus ſeorſum a nobis, oran
tibuſq; pro nobis. 103 Nam & Mediolani apud ſanctum Protaſium & 102
Geruaſium martyres, expreſſo nomine, ſicut defunctorum quos eodem
modo commorabant, adhuc uiuum dæmones Epiſcopum confitebãtur
Ambroſium, atque ut ſibi parceret obſecrabant, illo aliud agẽte, atq; hoc
cum ageretur omnino neſciente. An forte aliquando per ipſam præſen-
tiam martyrum fiant iſta, aliquando per angelorum, ut utrum poſſint, uel
quibus ſignis poſſint a nobis duo iſta diſcerni, an ea ſentire ac iudicare nõ 103
ualeat, niſi qui habeat illud donum per Dei ſpiritum diuidentem propria
unicuique pro ut uult.

Sancti quõ appareãt in ſomnis, uel quocunque alio modo uidentibus eos in qua figura uoluerint.

Dæmones in hominibus confitentur ſe torqueri a ſanctis, & rogant eos ut parcant ſibi.

Sancti orant pro nobis exiſtentes in ſumma quiete.

Differeret mihi, ut arbitror hæc omnia ſicut uellem, ipſe Ioãnes; ut aut eo docente diſcerem, & ea quæ audirem, uera & certa eſſe cognoſcerem, aut ego crederem quæ neſcirem, illo docente quę ſciret. Quod ſi mihi forſitan de ſancta ſcriptura reſponderet, ac diceret: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi dominus, illa cogita ſemper, id etiam gratanter acciperem, non enim paruus eſt fructus, ſi aliqua obſcura & incerta quæ comprehendere non ualemus, clarum ſaltem certumq; ſit nobis non eſſe quærenda, & quod unuſquiſque uult diſcere, putans prodeſſe ſi ſciat, diſcat non obeſſe ſi neſciat.

VITA SANCTORVM MARTYRVM EPHIpodij & Alexandri per D. Euſebium Emiſenum ſcripta.

Habetur in opere homiliarum eius ad populum fol. 116.

MAgnum quidem eſt publicis atque communibus dare uota ſolennitatibus, ſed excellentior quædam feſtiuitas iudicanda eſt alumnis exultare uirtutibus. Et ideo indigenarũ martyrum cultus & honor ſpecialium patronorum, ſicut peculiare dat gaudium, ita proprium requirit affectum. Etenim ſi peregrinas palmas, extraneaſq; uictorias, & coronas, ac tranſmarinos triumphos tanta nos oportet ſedulitate uenerari, ut quod alienum eſt locis, noſtrum faciamus officijs; & illud quod non includitur ſepulchris, ſit commune ſuffragijs quanto nos impenſius

conuenit in eorum celebritate feruere ſtudio excubare famulatu, quibus multiplicem debet religio deuotionem, eccleſia honorem, patria charitatem? Vt ſicut eorum per unius parentis gremium iure naſcedi cognati ſumus, ita nobis erga eos pietatis & gratiæ priuilegium uindicemus, atque ad eos 1 fidei deuotione prius accedamus; ut quorum eſſe ciues gratulamur in terris, cum his municipatum habere mereamur 2 in cœlis.

Duplicia itaque Ephipodij & Alexandri Teophæa eccleſiæ noſtræ fides interiecta bidui uel tridui diſtinctione concelebrat, non aduentitijs feſta reliquijs, ſed intemeratis patrij ſinus feſta monumentis. Plurimæ autē populorum 3 eccleſiæ etiam illa ſanctificatione contentæ ſunt, quam de angelicis membris ſacri amictus, uel duri catenarum nexus contingendo rapuerint; ut quod fuit inſtrumentum pœnæ, ſit gloriæ teſtimoniū, & dolorum materia tranſeat ad inſigne meritorum. Nos uero beatorum illuſtre munus totum, atque integrum poſſidemus; & quod uniuerſo mūdo poſſit ſufficere, intra gremium ciuitatis huius ſpecialiter concluſum tenemus, & geminas palmas triumphi æmulas apoſtolici urbi attollimus, atque habētes & nos Petrum Paulumq; noſtrum, binos ſuffragatores, cum ſublimi illa ſede, certamus.

Et quidem beati martyres, quorum precioſus 4 puluis per diuerſas uſquequaque regiones in populorum diſſeminatur ſalutem, plenum quocunq; loci cultū de honore Dei impenſa ſibi religione ſuſcipiunt: & quanto celebratū fuerit fide ditiori, tanto erit eis gratia celebritatis acceptior. Sed abſque dubio multò eis gratius, multò iocundius eſt, ſi eos 5 ibi potiſſimum feruor excolat pietatis, ubi ſuper eos furor incubuit paſſionis. Si illic eis ſupplicationum ſacrificia deferantur, ubi in Dei ſacrificium procubuerunt. Si illic eis uota 6 fundat prædicanda poſteritas, ubi innocentem ſanguinem feralis profudit immanitas. Si denique eos ille chriſtiani nominis inimicus ubi credidit interemptos, illic uideat conſecrator. Dulcius (inquam) eis probatur obſequium, ſi ibi eos laudum concelebrat benedictio, ubi ſuper eos tribulationum deſæuit magnitudo: Si inde inuocētur ad ſuffragium, unde primo reſurrectionis ſigno euocabunt̄ ad p̄mium.

Quæ cum ita ſint, chariſſimi, ad tenendam fidem, ad excolendam religionem, nō nobis aliqua de longinquo ſunt expectanda documenta, paternis inſtruimur magiſterijs, ac domeſticis admonemur exemplis. Num nobis ad cor noſtrum clamat cognati uiua uox ſanguinis? Diſcite, inq̄t, ex nobis fidem quærendo acquirere, uiuendo excolere, moriendo ſeruare: diſcite plus peccatum timere, quàm gladium, diſcite p̄pter uitam magis iuſtitiam amare, quàm uitam, fidemq;, & timorem Dei quem nos in media belli tribulatione ſeruauimus, obſeruate, ne uos in pace, uel pacis ſecuritate perdatis. Cauete ne anchoram ſpei ac religionis, quam nos cuſtodiuimus in fluctu, uos amittatis in portu. Cauete ne uitam bonam ſi quando afflictionibus ſubditam uideritis, miſeram iudicetis. Cauete ne in arena mundi, in qua ad ſubeundos agones miſſi ſumus, aliquam fœlicitatem expectandam putetis: Beatitudo parari hic poteſt, non pōt acqri.

Non hic quæras, quod hic nullus ſanctorū conſummatus, uel conſummato labore nullus confeſſor obtinuit, nō hic quęras, quod hic nec Chriſtus inuenit. Si mundus pacem haberet, gloriam martyres non haberent. Si examinatio nō præcederet, tribulationis periret occaſio. Hi ergo ſunt,

1 *Docet accedere prius ad ſanctos patrios.*

2 *Vide quō uelit nos mereri municipatum in cœlis cum ſanctis. Quid dicis hoc in loco tu qui negas fideles Dei mandata rite ſeruantes, mereri apud illum uitā æternam?*

3 *Neſcio an iſtæ plurimæ eccleſiæ quæ contactu rerum ſanctorū martyrum ſanctificantur, ſint inuiſibiles, ut uolūt moderni dogmatiſtæ, iudica tu ſapiens lector.*

4 *Precioſus puluis beatorum martyrum. Vides qđ non appellat cinerem emortuū aliſue huiuſce farinæ indignis nomenclaturis?*

5 *Ecce ubi potiſſimum ſancti excoli debeāt ac uenerari.*

6 *Vides ſanctos exorādos, & uota illis fundenda? quicquid oblatrent eccleſiæ hoſtes*

dilectiſſimi fratres, qui tranſierunt per magnas tribulationes, qui lauerunt ſtolas ſuas; & candidas eas fecerunt in ſanguine agni. Hi ſunt cōmilitones illorum, qui ſcdm Apl'm lapidati ſunt, ſecti ſunt, & tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, egentes, anguſtiati, afflicti. quibus dignus non erat mundus. Sed inter hæc fortaſſe chariſſimi, quando boni & ſancti tanta hic mala patiuntur, aliquis intra ſe cogitet, & dicat: certum eſt rerum dominum non reſpicere quę noſtra ſunt, negligere humana, non curare terrena. O' quicunque ille es, quomodo reſpicis ſanctorum labores, cur non reſpicis remunerationes? Ecce per totum mundū in ſanctis apoſtolis atque martyribus felicitati aduerſitas uiam fecit, ſaluti perditio militauit, & oſtium dum uita claudit, gloriæ patefecit, & in Deum fiduciam collocantibus, dum terram inuidet, cœlum parauit. Hoc ergo in exemplum patientię humano generi prouidentia diuina propoſuit.

Quæ cum ita ſint, falſò miſer putatur, qui in uirtute non læditur. Nemo ergo in Chriſtiano ac fideli paupertatem & afflictionem laboris, & iniuſtitias tribulationis, infelicitatem ac miſeriam uocet. Et hæc quando bonis accidunt, non incommoda ærumnarum, ſed exercitia eſſe nouerimus uirtutum. Quando cultor Dei aduerſis laborare permittitur, non deſeritur, ſed probatur, & ideo dicit ſermo diuinus: Beatus qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

In hoc itaque mundo præualente malitia, iniquitate dominante, pauper affligitur, diues multiplicatur: an tu hunc potentem uocas, qui in mortem ſuam fortis eſt, cui præſentium fallax umbra prouentuum, æternorum congregat cauſas malorum? Quis beatam dixerit ualidam in iugulum ſuum dexteram? Quis probabiliter laudat uelocem ad ardua pręcipitia feſtinantem? Quis eius miretur aſſenſum, quem de ſummo proſpicit eſſe caſurum? Perinde eſt, ſi aliquem miraris impia & iniqua per opes, & diuitias operantem, ac ſi quempiam uideas inaurato atque gemmato ſibi poculo uenena miſcentem, an tu illum Felicem uocas, qui infidelis, obſcœnus, cupidus, & cruentus, pro eo quod uias dñi aſpernatur, per ſuas ire permittitur, dexteræ anguſtijs offenſus, & ſiniſtra latitudine delectatus, flagitijs inuoluitur, ſceleribus inficitur, ſpolijs contaminatur, & inter hæc ſe beatiſſimum putat: ex hoc quoque infelicior, quod ſe non intelligit infelicem. Quid his faciat medicina cœleſtium mandatorum, quę nō ſanat niſi uolentes? Pigri itaque ad curam ſalutis, alacres ad militiā mortis & captiuitatis, ut dictum eſt, exultant in rebus peſſimis, & de ſui perditione lætantur; ſimiles illis, qui forte ſumentes exitiabiles herbarū ſuccos, cum riſu perire dicuntur.

Sed inter hæc aliquis ſecum cogitat, & dicit: Deus potentię, Deus habitans in arce iuſtitia, aut peccata ſi non damnat, ignorat, aut fauet peccatis, ſi damnare diſſimulat. Primum ſcire illum uniuerſa nō dubium eſt, qui intrat & implet & excedit uniuerſa, cuius oculis expoſita et nuda ſūt omnia, de quo dicitur: Quoniam multa ſapientia Dei, & fortis potentia, uidens omnes ſine intermiſſione. Scire itaque illum omnia, & proximum eſſe non dubium eſt, qui te orantem in cubiculum cōſcientię pręcepit intrare, qui audit in cogitatione, & audit in corde, damnare uero illum delicta ac ſcelera euidenter prophetarum monita, apoſtolorum magiſte-

ria, euangeliſtarum teſtantur oracula. Inter hæc dum proponit triſte ſupplicium, dum ignem minatur æternum, hic dat ſententiam, ſed illic reſeruat ad pœnam. Hic uibrat gladium, illuc importabit exitium.

Cur, inquit, non ſtatim peccantem reum punit? Quis hunc ferre poſſit mentis errorem? De patientia Dei queritur, qui indulgentiam non meretur: Non eſt iuſtitia perfecta damnatis, niſi clemantia præcederet arguentis, Deus nobis per omnem ſeriem ſcripturarũ patientiam benignus inſinuat: & quod dominus prædicat in ſeruo, quomodo ſeruus reprehẽdit in domino? Nonne uidemus interdum etiam humanarum legum adminiſtratores, non minus moderatione quàm diſtrictione prędicandos, multis præiudicijs edictiſq; repetitis, diſpoſita præuenire iudicia? Iam culpa conuincitur, & adhuc ira differtur. Sic prętendũt in ſeueritate motum, ut non negligant in diſſimulatione conſilium. Ita & dominus noſter hæc quæ gerantur in terris, non negligenter ignorat, ſed patienter expectat. Opera & uoluntates hominum explorat ante, ſic iudicat, penſat in conuerſatione uel conuerſione meritum, temperat in dilatione iudiciũ. ſenſim ordinat humanas per moras temporum, diſpẽſator æternitatum. Hic minatur ictum, illic completurus interitum. Quod ſi Deus humana neſciret, quis beatis martyribus inſtanti adminiſtratione belli eſſet adiutor? aut quomodo in conſpectu Dei ſanctorum precioſa mors eſſet? Aut unde ſalus iuſtorum a domino, niſi protectionem in tempore tribulationis acciperent? Quæ omnia pro religione atque iuſtitia fidei bella præliãtibus, præſentiam domini expectantis & protegentis oſtendit.

Vnde nos quoque auxiliatorem filium ac martyrum protectorem fiducialiter exoremus, ut noſtras quoque manus ad certamen ſpiritale corroboret contra hoſtem illum, qui ſi horreſcitur, repellendus eſt; Si neſcitur, ingreſſurus eſt. Multum autem roboris amittit, ſi manifeſtus ſit cõſcientijs, qui ſolis uincit inſidijs. Dimicauerunt 7 patres noſtri contra aſperimos dolores, nos e contrario dimicemus contra molliſſimas uoluptates: uicerunt illi tormenta flammarũ, nos uincamus ignea tela uitiorum. Illi calcato diabolo retulerunt ſpolia de morte, nos caueamus ne Chriſtum opoliemus in paupere. Illi per uirtutem fidei expenſi ſunt in hoſtiam fides, nos obſeruemus ne quis noſtrũ ſpolietur per uulnus peccati, uictima efficiatur inimici. Illi mortui ſunt in pœna exterioribus in mẽbris, & nos habemus quod occidamus in nobis. Ac ſic illuſtrium bellatorum pugnas, priuata compaſſionibus noſtris congreſſione meditemur. Nam quia eſſe nouimus ſine perſecutore bellum, poteſt dare Deus, & ſine cruore martyrium.

7 O qui ſoli fidei innitens, accip ad quæ p̃ter te adhortatur eã ſanctus pater.

Hæc uita licet fuerit poſita in primo noſtro Tomo, nihilominus quia ſatis mutila & trũcata erat, et poſtea ad manus noſtras deuenit antiquus codex in quo per extenſum ut hic iacet, erat eã deſcripta, ideo et hic ponere operæpretium uiſum extitit.

VITA SANCTORVM MARTYRVM CANtianorum edita a ſancto Ambroſio Mediolanenſe epõ.

SEruus Chriſti Ambroſius Epiſcopus, Chriſtum uerum Deum colentibus fratribus per omnẽ Italiam, in Domino omnẽ ſalutem. Omnia, quæ a ſanctis Dei geſta ſunt, uel gerũtur, ſiquis uoluerit ſtudioſe perquirere, & ſibi, & plurimis ædificationis exhibet fructum, ſicut arbor fructifera non ſine cauſa probatur occupare terram, dum uiuit, cum & ipſa ſuis pomis ornatur, & omnis qui ex ea fructum perceperit, ſaginatur.

Beae

Bene igitur & iucunde tres martyres uno penè uocabulo nuncupantur: nec mirum ſi ſimiles ſint nomine, qui ſimiles ſunt paſſione; ſi una eſt apud homines appellatio, quibus apud Deum eſt una uocatio. Vniter enim uocati ſunt a domino, non interpoſito tempore aliter & aliter paſſi, ſed omnes eodem ictu pariter martyrium pertulerunt. Quod quidem illis parentina † quadam a Chriſto affectione conceſſum eſt, ut congruerent meritis qui uocabulis concordabant. † *Parentina.*

Audientes itaq; Dulciſius præſes, & Siſinnius comes ſanctos Dei aduenisse, conueniri eos ab apparitoribus præceperunt, ut dijs thura ponerent. Tunc beatiſſimi martyres aſpicientes in cœlum, & reſpondentes dixerunt: Nos dæmonijs non ſanctificamus, quia ſcriptum eſt, Omnes dij gentium dæmonia; Dominus autem noſter cœlos fecit. Et iterum: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ite, renunciate inique Præſidi ueſtro, nos pro Chriſti nomine paratos eſſe mortis ſubire ſententiam, quàm ab eius recedere ſanctis mandatis, quando ab ipſis cunabulis dominum Ieſum Chriſtum confitemus. At illi regreſſi Præſidi, & Comiti, omnia quæ geſta fuerant, retulerunt.

Tunc Dulciſius Pręſes unà cum Siſinnio comite ualde cõmoti, talẽ dederunt impijſſimis Diocletiano & Maximiano ſuggeſtionem, dicentes: pijſſimi Imperatores, ſubuenite Romanis legibus, pro qbus uictrix dextera ueſtra hoſtium ceruices inclinat; & dijs omnipotẽtibus, qui a chriſtianis contemnũtur, præbete iuuamina. Aduenerunt enim huc tres germani ex urbe Roma uno animo fortiter reluctantes, & neſcio quem Chriſtum confitentes, & contemnentes decreta pietatis ueſtræ. Vnde quid prouiderit clementia ueſtra, ſcriptis ueſtris decernite.

His auditis iniquiſſimi Imperatores Diocletianus, & Maximianus, uehementius ſunt cõmoti, & hanc dederunt auctoritatẽ, ut ſi ſacrificare noluiſſent capitali plecterentur ſententia. Cumq; huiuſcemodi definitio ad beatiſſimos martyres perueniſſet, accenſo uehiculo unà cum Protho ſuo doctore, ex urbe Aquilegienſi egreſſi ſunt, diuinam ſcripturam habentes, quæ dictat: Cum perſequentur uos in ciuitatem iſtam, fugite in aliam.

Nunciatum eſt interea ſceleſtis iudicibus ſanctos Dei fugam petijſſe. Tunc Siſinnius comes, & Dulciſius præſes unà cũ ſpiculatoribus ex pręcepto iniquorum Diocletiani & Maximiani ſubſequuntur. Beatiſſimi uerò Chriſti martyres, aſcenſo uehiculo, iunctis mulabus, cum ſecedere uoluiſſent, & non longe ab urbis mœnibus iter agerent, & unum animal de ſubiunctis ſubito corruiſſet in locum qui appellatur, Ad aquas gradatas, illic a perſecutoribus comprehenſi, tenti ſunt ad pœnam. Quod factum quàm glorioſum ſit, & a diuinitate diſpoſitum debemus aduertere. Semper enim Deus quos eligit, quaſi uictores, ſubuectione ſublimi in aulam regni cœleſtis inducit. Nam ſicut Helias curru † placido aſcendit ad cœlũ, ita & iſti uehiculo admoto, ad martyrium peruenerunt: & quadriga ſicut illum euexit ad requiem, ita & hos portauit ad gloriam. Et quãuis illa ignea quadriga fuerit, hęc tamen inferior non eſt habẽda, quia illa unũ geſtauit prophetam, hæc tres martyres ſuſtentauit. † *Applicito.*

Sed dicit aliquis, glorioſius geſtauit ignea quadriga, quã terrena. Nec hoc planè defuit ſanctis uiris. Nam ſicut Heliam ignea quadriga portauit, ita & hos martyres ignea fides iam ferebat: Ferebat, inquam, illos

Chriſtus,qui lumen eſt,q ignis eſt,de quo ſcriptum eſt: Deus noſter ignis conſumens eſt. Ergo cum beatos,de quibus loquimur,perſecutores urgerent,uehiculum cōſcenderunt. Qua cauſa? ut fugerent? Abſit. Non ut fugerent, ſed ut citius ad martyrium peruenirent: Non ut latitarent, ſed ut chriſtianos ſe cunctis tranſeuntibus manifeſtius approbarent. Cæterum occultius inter plures in ciuitate latere potuerant,tutiuſq; per diuerſa ſinguli fugæ præſidium cōmendare. Sed hoc egerunt,ut altius populi corda, dum diffugiūt, Chriſti amore flammarent;ut uir,qui congregatione habita,ſtratis uehiculis apparatu diſpoſito peraggerem publicum egreditur, non fugere dicendus eſt, ſed proficiſci. ſancti enim uiri hoc facto,uelut in triumphali curru poſiti conteſtabantur dicentes: Ecce perſecutores, ecce proficiſcimur; quid reſidetis? Quid moramini ſubſequi noſtra ueſtigia? Nolumus enim uideri inuiti duci ad pœnam, qui præcedere nos profitemur ad gloriam.

Tunc Siſinnius comes,& Dulciſius præſes hæc audientes,iuſſerūt beatos martyres comprehendi; qui iudices iniquitatis hortabantur eos,ut Ioui thura offerrent. Beatiſſimi uerò Dei famuli execrantes dixerunt,ſe nunquam dæmonijs immolaturos,ſed omnipotenti Domino,qui fecit cœlū, & terram,mare,& omnia quæ in eis ſunt. Nam idola,ſiue qui ea colunt, cum eiſdem ibunt in ignem perpetuum. Tunc impijſſimi Siſinnius comes, & Dulciſius præſes hoc audito,ualde irati ſunt,& iuſſerūt ſpiculatoribus, ut ſi Ioui thura non offerrent, capite plecterentur. Beatiſſimi uerò Chriſti martyres Cantius,Cantianus,& Cantianilla unà cum Protho pædagogo ſuo gaudentes,& pſallentes,ducebantur a carnificibus.

1 *Si oratio res eſſet ſuperſtitioſa et inanis, ſancti martyres non oraſſent.*

Tunc beatiſſimi omnipotentis Domini famuli, expanſis manibus ad cœlum,hanc orationem fuderunt,dicentes: 1 Domine Ieſu Chriſte, qui perſeuerantibus in tuo nomine,te patrem, & matrem eſſe dixiſti, & pro temporalibus æterna,pro perituris perpetua, pro diuitijs terrenis incorruptam & permanentem uitam cum fœlicitate dare promiſiſti, te obſecramus amator puræ conſcientiæ,ut reſpicias de ſummitate cœlorum in hāc horam,& ſuſcipias animas noſtras in pace,& inter ſanctos & electos collocari præcipias,ut cognoſcant omnes, quia tu es Deus ſolus & benedictus in ſecula ſeculorum. Amen. Et cum compleſſent orationem, poſuerunt genua ſua in terram. Et ſic a ſpeculatore abſciſſa ſunt capita eorum, accipiētium a domino Ieſu Chriſto coronas ſempiternas. Et ecce ſanguis eorum tanquam lac, omnibus uidentibus apparuit. Quo tempore uenerabilis Zenus preſbyter colligens beatiſſimorum martyrum corpora,condiuit 2 aromatibus precioſis,& in loco optimo collocauit. Ipſe aūt ſanctus Zenus poſt aliquantum tempus ſuſceptionis eorum,perrexit ad dominum Ieſum Chriſtum. Eorum 3 uero precibus & orationibus adiuuemur, quorum memoria paſſionis ſolenniter 4 celebramus, ut ſocij & cohæredes inueniamur ſanctorum martyrum, & omnium qui ſummo Deo placuerunt.

2 *Ecce cum quanto honore ſepeliebātur corpora ſanctorum martyrum.*

3 *Petit ſanctorum precibus & orationibus adiuuari.*

Paſſi ſunt autem beatiſſimi martyres, Cantius, Cantianus, & Cantianilla,in Aquilegienſi ciuitate,ſub die octauodecimo Calendaꝝ Iuliaꝝ imperantibus Diocletiano, & Maximiano imperatoribus; agente Siſinnio comite,& Dulciſio pręſide; Regnante Dn̄o noſtro Ieſu Chriſto: Cui eſt honor & gloria,poteſtas & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

4 *Dies feſtus ſolennis horum martyrum.*

VITA SANCTI IOANNIS PAPÆ PRIMI per Diuum Gregorium Pontificem conſcripta.

Habetur lib. iij. Dialogorum cap. 2.

GOthorum tempore, cum Ioannes uir beatiſſimus huius Romanæ Eccleſiæ pontifex, ad Iuſtinianum ſeniorem principem pergeret, in Corinthi partibus aduenit: cui neceſſe fuit, ut in itinere ad ſedendum equus requiri debuiſſet. Quod illic quidam uir nobilis audiēs, equum, quem pro magna manſuetudine eius coniunx ſedere conſueuerat, ita ei obtulit, ut eo ad loca alia perueniente, cum alius equus potuiſſet inueniri, deberet ille quem dederat, propter ſuam coniugem retranſmitti. Factumq́ eſt, & uſque ad certum locum prædictus uir equo eodē ſubuehente, perductus eſt. Qui mox ut alium reperit, illum quem acceperat, retranſmiſit.

Cumq́ eum prædicti nobilis uiri coniunx ſedere ex more uoluiſſet, ultra non ualuit, quia poſt ſeſſionem tanti pontificis mulierem ferre recuſauit. Cœpit nanque immenſo flatu, & fremitu, atque inceſſanti totius corporis motu, quaſi deſpiciēdo prodere, quia poſt membra pontificis mulierem ferre non poſſet. Quod uir eius prudenter intuitus, hunc ad eundem uenerabilem uirum protinus remiſit, magnis precibus petēs, ut equū ipſe poſſideret, quem iuri ſuo ſedendo dedicaſſet.

De quo etiam illud mirabile a noſtris ſenioribus narrari ſolet, quod in Conſtantinopolitana urbe ad portam, quæ uocatur aurea, ueniens; populorum turbis ſibi occurrentibus, in conſpectu omnium roganti cęco lumen reddidit: & manu ſuperpoſita oculorum tenebras fugauit.

ITEM DE EODEM BEATO IOANNE Romano Pontifice.

Habetur lib. 15. rerū Romanorum in additionibus Pauli diaconi ad Eutropium, in Iuſtino.

CVm in Orientis partibus adhuc eo tempore per ſingula loca hęreſis Arriana uigeret, Iuſtinus ſexto Imperij ſui anno, orthodoxæ fidei ſtudio omnimodis ſatagere cœpit, ut hæreticorum nomen extingueret ſtatuitq́ ut ubiq́ eorum 1 eccleſias chatolica religinoe cōſecraret.

1 Ecce quod dedicatio eccleſiarum eſt antiquiſsima.

Quod dum in Italia rex Theodoricus Arriana lue pollutus audiſſet, Ioannem Papam, ſimulque cum eo Theodorum, Hypatium, atque Agapitum conſuleres uiros, atque Agapitum patricium Conſtantinopolim ad Iuſtinum principem miſit. Mandat quoque per eos, interminans, quod niſi quantocyus hęreticis ſuas eccleſias redderet, eoſque in pace degere ſineret, uniuerſos Italię populos ipſe gladio extingueret. Qui peruenièntes ad Auguſtū, cum ab eo ut dignum erat, ſuſcepti eſſent, magnis cum de ſua ſuorumque ſalute ſolliciti fletibus poſtulant, ut ſuæ legationis ſeriem, quamquam eſſet iniuſta, libenter exciperet, Italiæque perituræ conſuleret. Quorum fletibus iuſtinus peruotus, eis quod petebant conceſſit, Arrianoſque ſui iuris reliquit.

Dum hi in itinere demorantur, Theodoricus rabie ſuæ iniquitatis ſtimulatus, Symmacum excōſulem ac Patriciū & Boetium ſenatorem exconſulem, catholicos uiros, gladio trucidauit.

Ioannes uero Pontifex reuertens a Conſtantinopoli cum quibus tum

erat profectus, quum ad Theodoricum Reuennam ueniſſet: Theodoricus malitia commotus, quod eum Iuſtinus catholicę pietatis defenſor honorifice ſuſcepiſſet, eum ſimul cum ſocijs carceris afflictione peremit.

Sed hanc eius immaniſſimam crudelitatem, mox animaduerſio diuina ſequuta eſt. Nā poſt hoc facinus nonageſimo nono die ſubitanea morte defunctus eſt. Cuius animam ſolitarius quidam apud Liparam inſulam, uir magnę uirtutis, aſpexit inter Ioannem Papam & Symmachum Patricium deduci, & in ollam uulcani, quæ ei loco proxima eſt, demergi. Igitur Theodorico tali modo punito, Gothi ſibi Ahalaricū, ex Theodorici regis filia ꝓcreatam, cum eadē Amalaſuinta matre ſua in regnū ꝑficiunt.

ITEM DE SANCTO IOANNE PAPA, ET Martyre per eundem Paulum Diaconum

Habetur in appendice poſita ad hiſtoriā Eutropij in tractatu de Iuſtino imperatore.

ANno ab incarnatione Domini quinquageſimo octauodecimo, punito Anaſtaſio hęretico, Iuſtinus catholicus auguſtali potitus eſt ſolio, ad hunc ob cauſam reintegrandæ fidei directus ab Hormiſda Pontifice, uir ſanctitate præcipuus, Germanus Capuanæ urbis Epiſcopus digne ſuſceptus eſt multorumq; dubia corda in fide ſolidauit.

Eo tempore apud Africam defuncto Tranſamundo Vuandalorum rege arrianæ perfidiæ, Hildericus eius filius ex captiua Valentiniani principis filia ortus adeptus eſt regnum. Qui non patrem hęreticum, ſed matris catholicæ monita ſequens, rectę fidei cultor enituit. Hunc pater Trāſamundus ad mortem ueniens, quia cernebat eum catholicę partiſauere ſacramenti nodis aſtringere curauit, ne unquam in ſuo regno catholicis conſuleret. Qui mox ut ſuus genitor uita caruit, prius quàm etiam regni iura aſſumeret, uniuerſos Epiſcopos, quos Tranſamundus in exilium coegerat, regredi fecit, eiſque Eccleſias reformare cœpit, ſeptuaginta iam & quatuor euolutis annis, ex quo a Genſerico primitus apud Africam Eccleſię fuerant deſtitutæ.

At uero in orientis partibus dum adhuc eo tempore per loca ſingula Arriana hęreſis uigeret: Iuſtinus ardore orthodoxę fidei omnimodis ſatagere cœpit, ut hæreticorum nomen extingueret, ſtatuitq; eorum eccleſias catholica religione conſecraret. Quod dum in Italia rex Theodoricus arriana lue polutus audiſſet, Ioannem Papam, ſimulq; cum eo Theodorum importunum, atq; Agapitum conſulares uiros, aliumque Agapitum patritium Conſtantinopolim ad Iuſtinum principem dirigit, mandatq; per eos interminitans, ut niſi quàm totius hæreticis Eccleſias ſuas redderent, eoſque in pace degere ſinerent, uniuerſos Italię populos ipſe gladio extingueret.

Qui peruenientes ad Auguſtum, cum ab eo digne, ut competebat, ſuſcepti eſſent, magnis eum de ſua ſuorumq; ſalute ſoliciti fletibus poſtulāt ut ſuæ legationis ſeriem, quanquam eſſet iniuſta, libenter exciperet, Italiæque perituræ conſuleret. Quorū fletibus Iuſtinus permotus eis, quod petebatur conceſſit arrianoſque ſuo iuri reliquit. Dum hi in itinere demorantur. Theodericus rabiæ ſuę iniquitatis ſtimulatus, Symachum ex conſulem, ac patritium, & Boetium ſeniorem, & exconſulem catholicos uiros gladio trucidauit.

His

His diebus extincto a Francis Alarico Vuiſigottorum rege, Theodericus per Ibbam ſuum comitem pluſquam triginta milium Francorum cędens Thiodenſuum armigerum poſt mortem Alarici, tutorem Amalarici nepotis conſtituit.

Ioannes uero pontifex reuertens a Conſtantinopoli, dum cum ijs, cum quibus ierat, profectus ad Theodericum Rauennam fuiſſet, Theodoricus ductus malitia, quod eum Iuſtinus catholicæ pietatis defenſor honorifice ſuſcepiſſet, eũ ſimul cum ſocijs carceris afflictione peremit. Sed hanc eius immaniſſimam crudelitatem mox animaduerſio diuina ſecuta eſt. Nam nonageſimo octauo poſt hoc facinus die, ſubita morte defũctus eſt cuius animam ſolitarius quidam apud Liparam inſulam uir magnæ uirtutis aſpexit, inter Ioãnem papam & Symacum patritium deduci, & in Vulcani ollam, quæ ei loco proxima erat, demergi.

Igitur Theoderico tali modo punito, Gotthi ſibi Alaricum de quo præmiſſum eſt ex Theoderici filia procreatũ cum eadem Amalaſiuntha matre ſua in regnum præficiunt. At uero Iuſtinus cum Auguſtalem dignitatẽ annis undecim adminiſtraſſet apud Conſtantinopolim in pace quieuit.

VITA GENESII MARTYRIS PER DIVVM Euſebium Emiſſenum conſcripta.

Habetur in libro homeliaeiũs fol. 116.

HOdie 1 natale ſancti Geneſij celebramus, et meritum. Beatorum martyrum paſſiones natales uocamus dies, quando eos martyrij uita, & gloriæ fides, dum ingerit morti, genuit æternitati, & perpetua gaudia breui dolore parturijt. Merito planè dicendi natales dies, per quos illi qui nati fuerant in hanc fragilitatis humanæ miſeriam, ſubito renaſcuntur in gloriam, uitæ perennis initium de mortis fine ſumentes.

1 Habes hic celebratiõnẽ natalis ſancti Geneſij, necnon & eius meriti. Habes cur celebrentur hmõi martyrũ natales, & quõ etiam mortui uiuant ſancti.

Etenim ſi iſtos dies natales uocamus, quibus in hanc lucem in delictis & doloribus naſcimur ad dolores, quibus in hunc mundum cum fletu infantiæ uagientes ingredimur, omnis homo quaſi futuræ per totam uitam propheta miſeriæ, & infœlicitatem naturæ prima illa lachrymabili uoce teſtatur. Siquidem primo ſtatu uita naſcentium, quę ad omnem ſuſpecta curſum, in tribulatione agitur. Iuſtius ergo iſti celebrãtur natales, quibus ſancti ex corruptibili luce in nouam 2 illam futuri ſeculi ueniunt claritatem, & filij hominum in adoptionẽ diuinæ paternitatis aſcendunt, & conſortes paulo ante mortalium, ſubito ciues incipiunt eſſe angelorum.

2 Vide quõ ſanctorum animæ ex hoc mundo ſtatim recipiantur in cælo.

Ex eorum numero erat beatus ille, cuius hodie præclarum glorioſi agenis celebramus triumphum. Qui adhuc catechumenus, adhuc a diuinis legibus peregrinus, adhuc alienus, omnia in ſe ſubito mandata pietatis, fidei plenitudine conſummauit. Cathecumenus ad confeſſionis certamina progreditur. Non tingitur fonte, ſed abluitur paſſione. Non uiuificatur baptiſmate, ſed morte regeneratur. Et quid tandem crederet, uel quid pro eo redemptor ſuus deberet, profuſione ſanguinis confitetur. Non poteſt quidem dicere conſepultus ſum Chriſto per baptiſmũ in mortem, ſed poteſt dicere, per mortem illi iungor in baptiſmo, ideſt, in morte. Ipſe enim dominus mortem ſuam baptiſmum pronunciauit dicens: Baptiſmate habeo baptizari, quod uos non ſcitis. Beatus ergo & inclytus Chriſti teſtis, hanc domine ſui mortem, & ſi non ædidit myſterio, plus eſt quod

imitatur exemplo.

O' quantum agit ille in pectoribus humanis diuinus ignis? cathecumenus æternam comperit uitam. Nondum profectus ad Chriſti militiam, & iam dignus ad amicitiam: nondum aſſumptus ad famulatum, & iam idoneus ad teſtimonium: nondum intromiſſus eccleſiæ ianuam, ſubito ipſam penetrat cœli 3 regiam: nondum miles Dei, & iam cohæres: nondum domeſticus in domo Dei, & iam filius in regno Dei. Et ſanè hãc meruit 4 gloriã incõcuſſa illa in tãto martyre animi uirtus & fidei magnitudo, occulto dico Xpi amore nutrita, & ſubitis approbata documẽtis. Nam cum ſecretus adhuc Dei famulus in exceptorum ordine militaret, & ante tribunal pagani Cæſaris aſſiſteret, audiens eum in caput chriſtianorum cruentas pronunciare ſententias, piam dexteram ab excipiendo tanquam ſacrificando reuocauit, & implere ſacrilega uerba contremuit, quia Chriſtum paginis cordis gerebat inſcriptum.

3 Ecce iterum quõ anima Geneſij penetrat cœlum.

4 Vide & hic ſanctum cœli gloriam meruiſſe, quod ſemper intellige quotiens hunc loquendi morem inuenis, diuinæ gratiæ adiutorio, ſine qua nihil poſſumus.

Proiectis itaq; codicibus ante oculos ꝓphani iudicis, nefarias eius uoces, & edicta impia atq; decreta, tota iam martyris libertate condemnat. Tormenta in oculis erãt, dolor eorum quos pœna lacerauerat, uſque ad metum carnificum, uſque ad tremorem torquentium perueniebat, & inter hæc ille chriſtianum ſe eſſe tota exultatione clamabat, tanquam chriſtiani non ad ſupplicia, ſed ad pręmia quęrerentur. Quanta & quàm noua ſpectacula Deo atq; angelis ſuis præbuit fides piorum?

Ecce in ſacrilegi tyrãni miniſterio militem ſuum Chriſtus inuenit. Solebat eccleſia ad tribunalia perſecutorum martyres mittere, ecce nũc ſtupendo genere eccleſiæ martyrem tribunal perſecutoris emiſit. Pronunciat itaq;, chriſtianus ſum, & omnis inſania perſecutoris uerſo in illum furore conſurgit: æſtuat dolore et confuſione iudex cruentus, plus erubeſcit cultorem fidei de parte emeiſiſſe perfidiæ. Incumbente itaque perſecutionis mole in ſequentibus diaboli miniſtris, Rhodani ſe immittit fluctis interiorem ripam, de ciuitate in ciuitatem flumine obſequente tranſgreditur: non ut glorioſam mortem fugeret, ſed ut martyrij ordini nil deeſſet, dicente ipſo domino: ſi uos perſecuti fuerint in ciuitate iſta, fugite in aliã. Illic apprehẽſus Chriſto immolatur, & triumphali cruore perfunditur. Vnda precioſi ſanguinis baptiſmi ſacramenta complentur, cadit in precium ueritatis, hoſtia pietatis.

5 Conſidera ſanctificari ciuitates ſepulchris ſanctorum martyrũ, & illorum ſanguine illuſtrari.

6 Ecce frequentias populorum ad celebrationem ſanctorũ. Ecce in illorum auxilio cõfidentiam. Ecce uotorum ad tumulos illorum allationem, & de tumulis uotorum gaudia reportata. Vt ex his omnibus nouis hæreticis ilia rumpantur.

Sub ipſa itaque fœliciſſimæ ciuitatis mœnia, fidelium humeris funus inclyti uictoris infertur. Vnde nunc inter utraſque urbis illius partes gemino honore glorioſus, illam ripam triumpho ſanctificat, 5 hãc ſepulchro, illam ſanguine illuſtrat, hanc corpore. Fideles itaque populi 6 peculiarius exultantes de perpetui propugnatoris auxilio, ferũt ad tumulum uota, de tumulo uotorum referunt gaudia. Pulſant 7 hi precibus, reſpõdet ille uirtutibus, uincunt per quotidiana martyris beneficia, alumnæ urbis obſequia. Vnde meritò in proſperis colunt, quem præſentem in periculis cognouerunt. Frequentibus itaque tribulationibus approbarunt, quantum apud Deum poſſit proprius ſuffragator. Quàm precioſa ſunt martyrum uulnera, quàm glorioſa certamina, inter quæ tormentis uiuentes, & mortibus triumphantes, uexati in paucis, bene diſponuntur in multis. Coram hominibus afflicti, coram angelis glorificandi, breuem Deo uitã ſub æternitatis cõmercio fœnerauerunt. Et ideo ſicut aurum in fornace ignis

7 Sancti martyres plurimum poſſunt apud Deum, & cum inuocantur, beneficia præſtant hominibus.

ita illi in camino tribulationis probati, fulgebunt ſicut ſol. De quibus per beatum Ioannem uox diuina teſtatur: Hi ſunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni, propter hoc ſtabunt in conſpectu throni. Hos ergo chariſſimi ita miremur, ut homines fuiſſe meminerimus; hos inquam ita miremur, ut eos noſtri ſimiles nouerimus, ut ſub eadem qua nos ſumus carnis fragilitate uixiſſe, & per hoc ſequamur inquantum poſſumus, fidem 8 illorum, ſectemur animi uirtutē, qua terrena & præſentia reſpuentes, uim regnis cœleſtibus intulerunt. Superauerunt illi corporum dolores, nos ſuperemus morum & cordium paſſiones, uicerunt illi tormenta, nos uitia. Illi ſacrificari dæmonijs horruerunt, nos malitiam, inuidiam, obtrectationes, cōtentiones tanquam prophana ſacrificia deteſtemur, ut inter huius mundi cōflictionis uitia, perſecutores uirtutis probent eſſe nos martyres. Perſequamur in nos peccata, & iniquitates noſtras expugnemus, ſuperbiam debellemus, iracūdiam ipſi in nobis, & perſecutoris partes exequamur & martyrum, per 9 caſtigationem uigiliarum, per cōtritionem ieiuniorum, per cuſtodiam uiuentē, ſanctam, placentem Deo, acquiramus nobis nouum, non carnis morte, ſed carnalis uitę mortificatione martyrium, ut de nobis quoque etiam uiuentibus dici poſſit: Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

8 *Et ſi uelit ſanctorum fidē nos imitari, uitæ etiam cū illa & animi uirtutem, & cætera eorum bona opera quoniā ſola fides non ſufficit ad ſalutem.*

9 *Vides quod non ſufficit ſola fides ad acquirendam preioſam mortem in conſpectu domini, ſed requiritur etiam carnis caſtigatio, uigiliæ, ieiunia, cuſtodia ſolicita, uitiorumq; omniū extirpatio, quæ hæretici noſtri non curant.*

Ergo inquantum fieri poteſt extinguatur in nobis quicquid peccati eſt, mortificetur morti quod ſeculi eſt, ut precio ſuperficiatur in conſpectu domini mors uiuentium: ut animoſitates, cupiditates, atque præſentiū blandimenta rerum, ſicut ea mors extorquebat inuitis, ita ea nobis ueritas fidei & Dei auferat timor, ut non neceſſitas ea a nobis ſeparet, ſed uolūtas, ut terminum uitijs, ut finem concupiſcentijs ac delictis noſtris non interitus faciat, ſed profectus.

VITA ET PASSIO SANCTE SOTERIS uirginis & martyris per Diuum Ambroſium ſcripta.

Habetūr lib. iij. eiuſdem de uirginibus.

SEd quid de alienigenis apud te ſoror utor exemplis, quā hæreditarie
1 caſtitatis inſpirata ſucceſſio, parētis infuſione martyris erudiuit.
Vnde enim didiciſti, quæ non habuiſti, unde diſferes conſtituta in agro, nulla ſocia uirgine, nullo informata doctore? Non ergo diſcipulam quod fieri ſine magiſtro nō poteſt, ſed hęredem uirtutis egiſti. Qui enim fieri poſſet ut ſancta Soteris tibi non eſſet mentis auctor, cui auctor eſt generis, quæ perſecutionis ætate ſeruilibus quoque contumelijs ad faſtigiū paſſionis euectę, etiam uultum ipſum qui inter cruciatus totius corporis libereſſe conſueuit iniuriæ, & ſpectare potius tormenta quam perpeti, carnifici dedit.

1 *Quid reſpondeas hic tu qui uirginitatem ſeruare dicis eſſe impoſsibile, cū ſanctiſsimus Ambroſius hanc aſſerat ſororem ſuam uirginē hæreditario iure poſſediſſe?*

Tam fortis & patiens, ut cum teneras pœnę offerret genas, prius carnifex cędendo deficeret, quam martyr iniuriæ cederet. Non uultum inflexit, non ora conuertit, non gemitum, non lachrymam dedit. Denique cū cętera pœnarum genera uiciſſet, gladium quem quęrebat inuenit.

Habetur in exhortatione eius ad uirgines.

ADHVC DE EADEM PER EVNdem Diuum Ambroſium.

Ecce ſacerdotalem dignitatem mũd. poteſtatibus nobiliorẽ, licet eam hodie male uiuendo, omnibus ſecularibus dignitatibus præſtemus inferiorem.

AT non ſancta Soteris ut domeſticũ piæ parentis perforamus exẽplum. Habemus 2 enim nos ſacerdotis noſtram nobilitatem præfecturis & conſulatibus præferendam, Habemus (inquam) ſi dei dignitates quę perire non norunt. At non ut dixi, Soteris uultus ſui curam gerebat, quæ cum eſſet decora facie ualde, & nobilis uirgo maiorum proſapia, conſulatus & prçfecturas parentum ſacra poſt habuit fide, & immolare iuſſa, non acquieuit. Quam perſecutor immanis palmis cedi prçcepit, ut tenera uirgo dolori cederet aut pudori.

At illa ubi audiuit hanc uocem, uultum aperuit ſoli inuelata atque intacta martyrio, & uolens iniuriæ occurrit, uultum offerens, ut ibi martyrĳ fieret ſacrificiũ, ubi ſolet eſſe tentamentum pudoris. Gaudebat enim diſpendio pulchritudinis, periculum integritatis auferri. Sed illi potuerũt quidem uultum eius uulnerum uibicibus exarare, faciem tamen uirtutis eius, & gratiam decoris interni, nequaquam exarare potuerunt.

Hetruſcum iuuenem ueteres fabulæ ferunt, cum propter admirandam oris proprĳ pulchritudinem in amorem accederet fœminas, ſtigmatibus inaraſſe uultum ſuum, nequa eum adamare poſſet. Videro utrum caſtus fuerit illius animus, affectus tamen non innocens, propter quem in ſe ipſi animaduerteret. Ille tamen ſola excepit uulnera, ne noceret: hæc triumphales retulit martyrĳ cicatrices, ut imaginẽ Dei quã acceperat, reſeruaret.

Seruaret & uos hanc imaginem filię, ſeruatæ ſcripturæ prçcepta diuinæ, ut omne os iniqui obſtruatur. Scriptum eſt enim: Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, Bonus dominus erudit & docet, & plerumque arguit. Sed etiam quem arguit, beatum facit. Beatus enim homo quem arguit dominus. Et ideo increpationes eius non refugias, quia charitatis & gratiæ ſunt. Ipſe enim percutit, & quaſi bonus medicus manibus ſuis ſanat.

Habetur in lib. i. eiuſdem de uirginibus.

VITA SANCTÆ AGNETIS VIRGINIS & martyris per Diuum Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

r O ſanctiſsime Ambroſi, ſi eſt impoſsibile ſeruare uirginitatem, ut noui domatiſtæ garriunt, qũo fuit Agnes uirgo? Et qđ plus eſt, quare nos ad uirginitatem ſeruandã hortaris? Suadere poti' deberes ut uxores acciperemus.

BEne procedit, ut quoniam hodie natalis eſt uirginis, de uirginibus ſit loquẽdum, & ex prędicatione liber ſumat exordium. Natalis eſt uirginis, integritatem ſequamur. Natalis eſt martyris, hoſtias immolemus. Natalis eſt ſanctæ Agnes, mirẽtur uiri, nõ deſperent paruuli, ſtupeant nuptæ, imitentur inupti.

Sed quid dignum ea loqui poſſumus, cuius ne nomẽ quidem eſt uacuum luce laudis? Fuit deuotio ſupra ætatẽ, uirtus ſupra naturam, ut mihi uideatur non hominis habuiſſe nomen, ſed oraculum martyris, quę indicauit quid eſſet futura. Habeo tamen unde mihi ſubſidium comparet.

Nomen uirginis titulus eſt pudoris. Appellabo martyrem. Prædicaui ſatis, Prolixa laudatio eſt quę non quęritur, ſed tenetur. Faceſſant igitur ingenia, eloquentia conticeſcat. Vox una prçconium eſt. Hanc ſenes,

hanc iuuenes, hanc pueri canant. Nemo eſt laudabilior, quam qui ab omnibus laudari poteſt. Quot homines, tot prçcones, qui martyrem prçdicant dum loquuntur.

Hçc duodecim annorũ martyrium feciſſe traditur. Quo deteſtabilior crudelitas quæ nec minuſculæ pepercit ætati: Imo magna uis fidei, quæ etiam ab illa teſtimonium inuenit çtate. Fuit ne in illo corpuſculo uulneri locus? Et quç non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum uinceret. At iſtius ætatis puellæ toruos etiam uultus parentum ferre non poſſunt, & acu diſtricta ſolent puncta flere quaſi uulnera.

Hæc inter cruentas carnificum impauida manus, Hçc ſtridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totũ offerre corpus, mori adhuc neſcia, ſed parata, uel ſi ad aras inuita raperet, tendere Chriſto inter ignes manus, atque in ipſis ſacrilegis focis trophçum domini ſignare uictoris, nunc ferratis colla manusq; ambas inſerere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere.

Nouum martyrij genus, Nondum idonea pœne, & iam matura uictoriæ, certare difficilis facilis, coronari, magiſteriũ uirtutis ipleuit, quç pręiudicium uehebat ætatis. Non ſic ad thalamum nupta properaret, ut ad ſupplicij locum, lçta ſucceſſu, gradu feſtina uirgo proceſſit, non intorto crine caput compta, ſed Chriſto, non floſculis redimita, ſed moribus. Flere omnes, ipſa ſine fletu. Mirari plerique quod tam facile uitç ſuç prodiga, quam nondum hauſtrat, iam quaſi perfuncta donaret. Stupere uniuerſi, quod iam diuinitatis teſtis exiſteret, quç adhuc arbitra ſui per ætatem eſſe non poſſet. Effecit denique ut ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc nõ credebatur, quia quod ultra naturã eſt, de autore naturç eſt.

Quanto terrore egit carnifex ut timeretur, quantis blanditijs ut ſuaderet, quantorum uota, ut ſibi ad nuptias proueniret. At illa: Et hçc ſpõſi iniuria eſt, inquit, expectare placituram. Qui me ſibi elegit, accipiet. Quid percuſſor moraris? Pereat corpus quod amari poteſt oculis quibus nolo. Stetit, orauit, ceruicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem, quaſi ipſe addictus fuiſſet, tremere percuſſoris dextram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret ſuo. Habetis igitur in una hoſtia duplex martyrium, pudoris, & religionis. Et uirgo 2 permanſit, & martyrium obtinuit.

2
Si Agnes uirgo permanſit, nõ fuit impoſſibile ſeruare uirginitatem.

Habetur in periſtephano eiuſdem.

VITA ADHVC SANCTÆ AGNETIS uirginis & martyris per Aurelium Prudentium uirum conſularem deſcripta.

Agnes ſepulchrum eſt Romuli in domo
Fortis puellę martyris inclitæ.
Conſpectu in ipſo condita turrium
Seruat 3 ſalutem uirgo quiritum:
Necnon & ipſos 4 protegit aduenas
Puro ac fideli pectore ſupplices.
Duplex corona eſt prçſtita martyri.
Intacta ab omni crimine uirgina
Mortis deinde gloria liberç.

3
Si Agnes ſeruat ſalutem Romanorũ, ergo non debet dici emortua, ergo magnã poteſtatem habet poſt mortem.

4
Vide etiã ſanctos adiuuare ſupplices cõfugiẽtes ad eorũ ſepulchra. Cõtra nugas noſtrorũ hæreticorum.

Fudiſſe Chriſto: redderet ut reo
Lucem iacenti, tum inuenit halitum
Vitę innouatum uiſibus integris.
Primum ſed Agnes hunc habuit gradum
Cœleſtis aulę: mox alius datur,
Accenſus iram nam furor incitat
Hoſtis cruenti. Vincor ait gemens.
Stringe ferrum miles: & exere
Præcepta ſummi regia principis.
Vt uidit Agnes ſtare trucem uirum
Mucrone nudo: lætior hęc ait.
Exulto talis: quod patius uenit †
Veſanus, atrox, turbidus, armiger:
Quam ſi ueniret languidus ac tener
Molliſque Ephœbus tinctus aromate:
Qui me pudoris funere perderet.
Hic Hic amatoriam fateor placet.
Ibo irruentis greſſibus obuiam:
Nec demorabor uota calentia.
Ferrum in papillas omne recepero:
Pectuſque ad imum uim gladij traham.
Sic nupta Chriſto tranſiliam poli
Omnes tenebras æthere celſior.
Eternę rector diuide ianuas
Cœli obſeratas terrigenis prius:
Ac te ſequentem Chriſte animam uoca.
Cum uirginalem tum patris hoſtiam.
Sic fata Chriſtum uertice cernuo
Supplex adorat: uulnus ut imminens
Ceruix ſubiret prona paratius.
Aſt ille tantam ſpem peragit manu.
Vno ſub ictu nam caput amputat.
Senſum doloris mors cita pręuenit.
Exutus inde ſpiritus emicat:
Liberque in auras exilit. Angeli
Sepſere euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus ſitum.
Spectat tenebras ardua ſubditas.
Videtque ſolis quod rota circuit:
Quod mundus omnis uoluit: & implicat:
Rerum quod atro turbine uiuitur,
Quod uana ſecli mobilitas rapit.
Reges, tyrrannos, imperia, & gradus,
Pompaſque honorum ſtultę tumentium
Argenti & auri uim, rabidam ſitim
Cunctis petitam per uarium nefas,
Splendore multo ſtructa habitacula,
Illuſa pictæ ueſtis inania,

Iram, timorem, uota, pericula,
Nunc triſte longum, nunc breue gaudium,
Liuoris atri fumificas faces,
Nigreſcit unde ſpes hominum & decus.
Et quod malorum tetrius omnium eſt,
Gentilitatis ſordida nubila
   Hęc calcat Agnes, ac pede proterit
Stans, & draconis calce premens caput.
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit uenenis: mergit & inferis,
Nunc uirginalis perdomitus ſolo
Ciſtas celebri deprimit ignei:
Nec uictus audet tollere uerticem.
   Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus martyris innubæ:
Vnam decemplex edita ſexies
Merces perenni lumine conficit,
Centenus extat fructus in altera.
   O Virgo felix, o noua gloria,
Cœleſtis arcis nobilis incola:
6 Intende 6 noſtris colluuionibus
Vultum gemello cum diademate:
Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit
Caſtum uel ipſum reddere fornicem.
Purgabo roris propitiabilis
Fulgere noſtrum ſi iecur impleas,
Nil non pudicum eſt: quod pia uiſere
Dignaris: almo uel pede tangere.

Inuocat ſanctam nec ob hoc credit obtenebrari Dei neceſſariã inuocationem.

Eſt ſermo 77 in ordine ſermonum eius. Quanuis etiam ſimilis inter Homilias D. Maximi Taurinen. Epiſcopi inueniatur.

VITA SANCTORVM MARTYRVM OCTAVIJ, Aduenticij & ſolutoris Tauricorum per Diuum Ambroſium Epiſcopum ſcripta.

CVm omnium ſanctorum martyrum fratres deuotiſſime natalem celebrare debemus, tum pręcipue eorum ſolẽnitas tota nobis ueneratione curanda eſt, qui in noſtris domicilijs proprium ſanguinem profuderunt. Nam licet uniuerſi ſancti ubique ſint & omnibus proſint, ſpecialiter illi tamen pro nobis interueniunt qui & ſupplicia pertulere pro nobis, Martyr enim cum patitur, non ſibi tantum patitur, ſed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmium, ciuibus ad exemplum. Sibi patitur ad requiem, ciuibus ad ſalutem. Exemplo enim eorum didicimus Chriſto credere, didicimus contumelijs uitam ęternam quęrere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, in quo alter tortus eſt ut alius ſaluaretur: Alter carnificem pertulit ut Chriſtum alter agnoſceret, Alter morti addictus eſt ut alius uita potiretur ęterna, & poſtremum ſanctus occiſus eſt ut peccator euaderet.

Beati igitur martyres nec ſibi uixerunt, nec ſibi ſunt mortui: Exemplum enim nobis reliquerunt bene uiuendo conuerſationis, tolerando

fortiter

fortiter paſſionis. Nam ideo dominus per totum mundum diuerſis in locis pati martyres uoluit, ut tanq̃ idonei teſtes nos præſenti quodam fidei exemplo ſuæ confeſſionis urgerent, ut humana fragilitas quæ prædicationis dominice aditu longiore uix credit, uel præſenti oculorum teſtimonio martyrio crederet beatorum.

Cuncti igitur martyres deuotiſſime percolendi ſunt, ſed ſpecialiter ij ueneranди ſunt a nobis, quorum reliquias poſſidemus. Illi enim nos orationibus adiuuant, iſti etiam adiuuant paſſione. Cum his autem nobis familiaritas eſt ſemper enim nobiſcum ſunt, nobiſcum morãtur, hoc eſt, & in corpore nos labes aſſumat, ibi ne inferni horror inuadat. Nam ideo hoc a maioribus prouiſum eſt ut ſanctorũ oſſibus noſtra corpora ſociemus, ut dum illos tartarus metuit, nos pœna non tãgat: dum illis Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat.

Cum ſanctis ergo martyribus quieſcẽtes euadimus inferi tenebras eorum proprijs meritis, attamen conſocij ſanctitate. Ait enim dominus Petro: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã, & portæ inferi non præualebũt ei. Si ergo apoſtolo & martyri Petro inferni porta non præualet, quiſquis ſociatur martyri, tartaro non tenetur. Martyres enim inferni porta non poſſidet, quoniam eos paradiſi regna ſuſcipiunt. Nam uidemus eos utique iam regnare. Cernimus enim ab ijs frequenter obſeſſos immundiſſimis dæmonibus homines liberari, ita ut cœleſti medicina & captiua anima de diaboli laqueis eruatur, & ipſe diabolus uinculis igneis alligatus ꝓducatur de ſua captiuitate captiuus, ut qui quædam paulo ante ceperat, ipſe ſubdatur in prædam.

Hæc & alia potiora mirabilia per ſanctos fieri omnibus totum eſt. Et ideo fratres ueneremur eos in ſeculo, quos defenſores habere poſſumus in futuro. Et ſicut eis oſſibus parentum noſtrorum iungimur: ita & eis ſi dei imitatione iungamur. In nullo enim ab ipſis ſeparari poterimus, ſi ſociemur illis tam religione quàm corpore.

VITA DIVÆ FELICITATIS MARTYRIS per beatum Petrum Chriſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

Eſt ſermo 134. in opere homiliarum eius.

QVoniam uarios martyrum, multiplices'ue triumphos, quos perſequutoris crudelitas, toties illuſa cumulauit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illam tota noſtri ſermonis confugit oratio, quæ meruit filios tot habere, quot dies mundus accepit.

Vere mater luminum, fons dierum, quę ſeptenario coruſco germinis ſui toto orbe ſplendet. Beata quæ non ſolum pro lege patitur, ſed ipſius legis heptaliſmum meruit mater ſancta generare; heptaliſmum fratres, qui non unius & temporalis tabernaculi illuſtraret arcanum, ſed eccleſiã ſempiternam ſacro illuminare incenſo.

Felix, quæ meruit portare tot uirtutum pignora, quot illa arca præceptorum uolumina ſacrata geſtauit: & ut illa uerbo, ita hæc doceret exẽplo. Iam tunc eos fratres martyres genuit, quando eos partus ſui ſeptenario numero conſecrauit, & myſtico.

Huc, huc ſanctus Paulus ueniat, qui adhuc parturit, donec Chriſtus for

metur in homine. Ecce mulier iterum, atque iterum parturit, donec in uirtutem mutetur infirmitas, caro tranſcendat in ſpiritum, terra transferatur in cœlũ. Ardebat, anhelabat, ut eos uno die ſacros martyres pareret, quo uix paruulos per annorum curricula generabat.

1 *Vide & conſidera diligẽter has noces, merita, brauia, premia, & coronas, tu qui dicis nos nihil mereri apud Deum.*

Ecce mulier, ecce mater, quam uita filiorum fecit anxiam, mors ſecurã. Beata, cui in futura gloria tot aſtant cãdelabra, quot germina. Beata, quæ tot præmiſit ad regnum; beatior, quæ ſuum in ſæculo nil amiſit. Diſcurrebat lætior inter confoſſa cadauera, quam inter cunabula chara filiorum: q̃a internis oculis tot cernebat brauia, 1 quot uulnera, quot tormẽ ta, tot præmia: quot uictimas, tot coronas. Et quid plura fratres? Non eſt, nõ eſt uera mater, quæ neſcit filios ſic amare.

Habetur in uolumine ſcriptorum eius.

VITA SANCTORVM MARTYRVM
Siſinij, Martini, & Alexandri per D. Vigilium episcopum Tridentinum ſcripta.

DOMINO SANCTO, AC VENERABILI
patri, bonis omnibus præferendo Simpliciano, Vigilius epiſcopus Tridentinę eccleſiæ. S.

QVamuis facta martyrum mentione, non uerbis merita, ſed uerba meritis cõmendentur, potiuſq́ ſit conſtantiæ ſilentio præterire, quibus eſt probata uirtus. Tamen quia me ſuggerere cauſas, loca, pugnaſq́ martyrij, pietas impulit, admonuit debitum, coegit officium, trepidantem mœrore linguam paginæ non negaui, quia nec abſcõdi poterat lucerna ſub modio, nec uox pij ſanguinis reticeri.

Poſt multos nanque patientiæ gradus & ſedulas pugnas recens perfidiæ acceſſit iniquitas. Quibus miniſtri in eccleſiis, quæ nuper fundatę fuerant, laceſſiti ſunt, ac martyrij titulos comparauerunt. Parati ad omnia, libenter omnia ſuſtinentes, nulli dantes occaſionem, occaſione gloriæ gloriam meruerunt. Quorum uita, ut ſumma rerum faſtigia referam, propter ſcientiæ notitiam fuit, tam ſollicitudinis, quàm propoſiti ſingularis. Nam omnes liberi nexu coniugij, Deo immaculatas animas, ut ſanctas hoſtias præſtiterunt.

Deniq; primus uocabulo Siſinius, nouã chriſtiani nõis, pacẽ intulit barbaræ nationi, quam per annorum ſeriem, quod in ſe fuit, iugiter cuſtodiuit, nullum conſortium pollutæ hoſpitalitatis agnoſcens, uelut Loth Sodomis ſtupendo timore reuerentiam ſeruauit, ſed ouis tota quamuis in luporum medio conſtituta, ouile quæſiuit, quod impenſis puſillæ fidei uotis munificus primus in illa regione fundauit. Cuius miniſter, ſi me eum recenſere dignaris, per hoc uelut ex debito eſſe promeruit ſenex, ut æuo, ita merito præceſſerit..

1 *Lector Martyrius. nota ordinem lectoris.*

2 *Canticũ diuinæ laudis auribus ſurdæ regionis primus intonuit.*

Lector 1 quoque Martyrius eius adminiculo ſociatus, iam nominis pignore commẽdante eum, religioſæ profeſſionis exordia, poſt militiam temporalẽ, cathecumenus induit. Nã proiecto a ſe cingulo, reiectoq́ parentum uel fratrum carnalium cœtu, intelligens ſeſe ueræ lucis authore Deo gratiam conſecutum, inter lectoris officium ſociatus, diuinæ laudis canticum 2 auribus primus ſurdę regionis intonuit, attentus operibus

iugiter ſpiritalibus, laſſatus 3 ieiuniis continuis, lectioni ſuæ pædagogus, in lucrandis animabus anxius, quàm breui temporis impendio tantum fœnus ante præmiſit, ut illi corona merito crederetur. Quid liberatas animas referam, in ſinum Abrahę plena luce profectas, quas ſuperſtitio perfida, dierum obſeruantia, alienato iure naturæ, crudeli morte damnabat? Verum ille ſubductis maternis uberibus lacte turgentibus peregrinus, nutritus, condecentem ſemper matri quęrebat affectum, reſurrectionem exemplis prædicatam, uiuentibus oculis dicaturus. Hæc ſunt pauca de multis. 3

Laſſatus ieiuniis continuis. Quid reſpondes hic hæretice, qui ieiuniis detrahis?

Alexander quoque martyrii conſanguinitate germanus, tertius trinitatis hoſtiam complens, parem confeſſioni ianuam reſerauit. Nam patriam (inquam) deinde peregrinus, parenteſque deſeruit, comes in ꝓbationibus fidus, fide magnanimus, miſeratione ꝓpenſus. Et ſi teſtimonio meo utcunque creditur, non ſunt niſi ipſi ſibi altrinſecus ꝓferendi, quos cõmendari non opus fuit, niſi forte quod decuit. At uero hactenus ſunt alleuata faſtidia, ſi adhuc auribus libenter admittitis. Nam famoſa gentilitas contra uaporẽ fidei, zelo diaboli, flamma furoris incaluit, & inde iam lentum uomitem ſerpens, quod opibus (ut dixi) fidei paupertate deuota, primus id loci diaconus eccleſiæ tabernaculum poſuiſſet. Acceſſit quoque iuſte ad titulos cauſæ, quod quondam hoſtias diabolo de Chriſtiana domo fideli miniſterio prohiberet, & luſtri feralis uexillo præferri uexillum metuit paſſionis. Nam inuitata ſub uno præmio manus ad ſanguinem conualuit, ac matutinis horis ſe nimium antecedentis diei uulneribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehẽſum, emerita quiete ſepeliuit. Lector quoque haud unquam impigre Deo ad miniſterium antelucanum ſeruiebat, cui in ſacrificio diaconus famulabatur, & medicinam uulneribus memoratus martyrius exhibebat, quam opere quo deprehenſi ſunt compleuerunt. Siquidem ſecedens ad hortum lector, qui eccleſiæ cohærebat, captus uitæ ſuæ arborem a radice plantauit. Hoſtiarius 4 etiam paſſioni adiunctus eſt, hoſpitio deprehenſus; animam ſuam, ut non obtulit, non negauit. Verum omnes in unum collecti; per aliquot ſpatia tracti, Deo animas expirarunt. Et duorum quidem ductum eſt corpus exanime, tertius uero quo tenaci uita, ita fuit pœna ſenſibili. Nam unius ſuas expectauit exequias. Præparatus eſt de ſacris eccleſiæ culminibus ſeu trabibus rogus. Hæc flamma martyres uelauit. Reuertente autem uoto, cogitamus nobiſcum, ut id loci baſilica conſeruatur, ubi primum fidei glorioſæ teſtimonium meruerunt. 4

Nota ordinem hoſtiarii.

Nunc me immeritum in utroque conſortem paterno amore conſolare, & cum hiſdem ſanctos 5 apud ipſos exorator accede, quatenus poſſim die illa fimbriam aut ſacerdotum aut martyrum iam omnibus ſepoſitis peccator attingere. Salutamus ſpeciali ſeruitio ſanctitatem tuam, quæſo, ut mœrorem meum Domino commendare digneris. Item alia manu. Denegare non potui, quod tuum in nobis erat glorioſius fieret, ſuſcipientis merito, non gratia largientis. Dies autem paſſionis ſanctorum, quarto kalendas Iunias, ſexta feria, luce naſcente. 5

Hortatur ſimplicianũ ut peregrinus ſanctos martyres exorãdos accedat.

EX DIVO HIERONYMO IN LIbro de Viris Illuſtribus.

PONTIVS DIACONVS CYPRIANI VSQVE ad diem paſſionis eius cum ipſo exilium ſuſtinens, egregium uolumen uitæ & paſſionis Cypriani reliquit.

PONTII MARTYRIS/ DE VITA PONTII Cipriani martyris liber.

CYprianus religioſus Antiſtes, ac teſtis Dei glorioſus, tametſi multa cõſcripſit, per quæ memoria digni nominis ſuperuiuat, & ſi eloquentiæ eius ac Dei gratiæ larga fœcũditas ita ſe copia & ubertate ſermonis extendit, ut uſque in finem mundi fortaſſe non taceat; tamẽ quia operibus eius, meritis etiam hæc prærogatiua debetur, ut exemplũ ſuum in literas dirigaẽ, placuit ſummatim pauca conſcribere, nõ quò aliquem Gentilium lateat tanti uiri uita, ſed ut ad poſteros quoque noſtros incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. Certe durum erat, ut cum maiores noſtri plebeis & catecumenis martyrium conſecutis, tantum honoris pro martyrij ipſius ueneratione debuerint, ut de paſſionibus eorꝫ multa, aut (ut ꝑpè dixerim) pœnè cuncta conſcripſerint, ut ad noſtrã quoqꝫ notitiam, qui nondum nati fuimus, ꝑuenirent; Cypriani tanti ſacerdotis ac martyris paſſio ꝑteriretur: Qui & ſine martyrio habuit quæ doceret: quæ quidem tanta atque tam magna & mira ſunt, ut magnitudinis contemplatione deterreant.

Imparem me eſſe confiteor ad proferendum digne, pro meritorum honore ſermonem, nec poſſe ſic preſequi facta tam grandia, ut quanta ſunt, tanta uideantur: niſi quòd numeroſitas gloriaſum ſibimet ipſa ſufficiens, alieno prçconio non eget. Accedit ad cumulum, quòd & uos de eo multum, aut ſi fieri poteſt, totum deſideratis audire, concupiſcentes ardore flagranti uel facta eius, & ſi interim uiua uerba tacuerunt. In qua parte ſi dixero nos opibus facundiæ defici minus dico: facundia enim ipſa deficit digna facultate, quç deſiderium ueſtrum pleno ſpiritu ſatiet; ita in utrunque grauiter urgemur: Ille nos uirtutibus ſuis onerat, uos nos auribus fatigatis. Vnde igitur incipiam? Vnde exordium bonorum eius aggrediar, niſi a principio fidei, & natiuitate cœleſti? Si quidem hominis Dei facta nõ debẽt aliunde numerari, niſi ex quo Deo natus eſt: Fuerint licet ſtudia, & bonæ artes deuotum pectus imbuerint, tamen illa prætereo, nondum enim ad utilitatem, niſi ſeculi pertinebant. Poſtquam & ſacras literas didicit, & mundi nube diſcuſſa, in lucem ſapientiæ ſpiritualis emerſit; quibus ego interfui, ſiqua de antiquioribus comperi, dicam: Hanc tamen petens ueniam, ut quicquid minus dixero (minus enim dicam neceſſe eſt) ignorantiæ meæ potius, quàm illius gloriæ derogetur.

Inter igitur 1 fidei ſuæ prima rudimenta, nihil aliud credidit Deo dignum, quàm ſi continentiam tueretur: Tunc enim poſſe idoneum fieri & pectus & ſenſum ad plenam ueri capacitatem, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ rigore calcaret. Quis unquam tanti miraculi

1 [Q]uid hic dicis hæretice, qui totus carni deditus, muliercularum ampl[e]xibus ſemper inhæres? An ita te docuit ſanctus martyr Cyprianus?

miraculi meminit? Nondum ſecunda natiuitas nouum hoīem ſplendore toto diuinæ lucis oculauerat, etiā ueteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura uincebat. Deinde quod maius eſt, cum de dilectione diuina quędam iam, non pro conditione natiuitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet, ſtatim rapuit quod inuenit promerendo Domino profuturum, diſtractis 2 rebus ſuis ad indigentiam multorū pauperum ſuſtentādam, tota prædia pretio diſpenſas, duo bona ſimul iunxit, ut & ambitionem ſeculi ſperneret, qua pernicioſius nihil eſt; & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificijs ſuis prętulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata ſeruaſſe ſe dixerat, fecit, ipleret: & prępropera uelocitate pietatis, penè ante cœpit perfectus eſſe, quàm diſceret. Quis, oro, de ueteribus hoc fecit? Quis de antiquiſſimis in fide ſenibus, quorum mentes & aures per plurimos annos diuina uerba pulſauerant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei, & cui nondum forſitan crederetur, ſupergreſſus uetuſtatis ętatem glorioſus, & admirandis opibus perpetrauit? Nemo metit ſtatim, ut ſeuit; nemo uindemiam de nouellis ſcrobibus expreſſit, nemo adhuc unquam de plantatis arbuſculis natura poma quęſiuit. In illo omnia incredibilia cucurrerunt. Præuenit (ſi dici poteſt) ſenſum, (res fidem non capit) pręuenit, inquam, tritura ſemen, uindemia palmitem, poma radicem.

2 *Vide quō paupertas euangelica pro perfectione acquirēda, sit actualis rerū diſtractio, et precij illarum pauperum indigentiam ſuſtentandā cōuerſio.*

Aiunt Apoſtoli literæ, debere Neophytos præteriri, ne ſtupore gentilitatis nondum fundatis ſenſibus adhærente, aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus & ſolus (puto) exemplo, plus fide poſſe, quàm tempore permoueri. Sed & ſi in Apoſtolorum Actibus Eunuchus ille deſcribitur, quia toto corde crediderat, a Philippo ſtatim tinctus, non conſimilis comparatio. Illic enim & Iudæus fuerat, & de templo Domini ueniens, prophetā legebat, & ſperabat in Chriſto, & ſi nondum eum ueniſſe crediderat: Hic de imperitis gentibus ueniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortaſſe perfecerint. Mora denique circa gratiam Dei nulla, nulla dilatio. Parum dixi: Preſbyterium 3 & ſacerdotium ſtatim accepit. Quis enim non omnes honoris gradus crederet tali mente credenti?

3 *Si Cyprianus ſtatim poſt baptiſmum preſbyterium & ſacerdotium accepit, nō ergo in baptiſmo factus ē externus ſacerdos. Non etiam omnes fideles ex æquo ſunt ſacerdotes, ut quidam nunc mentiuntur.*

Multa ſunt, quæ adhuc plebeius, multa quę iam preſbyter fecerit, multa quę ad ueterum exempla iuſtorum, imitatione conſimili proſequutus promerendo Dominum totius religionis obſequia, pręſtiterit. Nam & ſermo ille de hoc fuerat uſitatus, ut ſi quem prædicatum Dei laudatione legiſſet, ſuaderet inquiri, propter quæ facta placuiſſet. Si Iob Dei teſtimonio glorioſus, dictûs eſt uerus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur, faciendum docebat quicquid Iob ante feciſſet, ut dum nos paria facimus, ſimile in nos Dei teſtimonium prouocemus. Contemptis ille diſpendijs rei familiaris, tantum exercitata uirtute profecit, ut nec temporalia damna ſentiret. Non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris ſuadela deflexit, non proprij corporis dura pœna concuſſit: permanſit in ſuis ſedibus fixa uirtus, et altis radicibus fundata deuotio, nullo diaboli tentātis impetu ceſſit, quo minus Dominū ſuum fide grata etiam inter aduerſa benediceret. Domus eius patuit cuicunque uenienti; nulla uidua reuerſa eſt ſinu uacuo; nullus indigens lumine, non illo comite directus eſt; nullus debilis greſſu, non illo baiulo uectus eſt; nullus nudus auxilio, de potentioris manu non illo tutore protectus eſt. Hęc debent ſa

cere, dicebat, qui Deo placere deſiderant. Et ſic bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores ſemper imitatur, etiam ſe fecit imitandũ.

Erat ſane illi cõtubernium uiri iuſti & laudabilis memoriæ Cæciliani, & ętate tunc et honore pręſbiteri, qui eum ad agnitionem uere diuinitatis a ſeculari errore correxerat. Hunc toto honore, atque omni obſeruantia diligebat, obſequenti ueneratione ſuſpiciens, non tanquam amicum animę coæqualem, ſed tanquam nouæ uitæ parentem. Denique ille demulſus obſequijs, intantum dilectionis immenſę merito prouocatus eſt, ut de ſeculo excedens, arceſſitione iam proxima, commendaret 4 illi cõiugem ac liberos ſuos, & quem fecerat defectę communione participẽ, poſtmodum faceret pietatis hęredem.

4 Qđ Cæcilianus preſbyter habuerit uxorem & liberos quos in teſtamẽto Cypriano cõmendaret, nõ faciat tibi argumẽtum ſacerdotes debere eſſe cõiugatos. Nam cũ iſte eſſet de eccleſia occidentali, in qua teſte Hieronymo, nullus ꝑmouetur niſi uirgo, aut ſi eſt coniugatus, niſi de conſenſu uxoris promittat continẽtiã, neceſſario cogimur dicere, hũc ante ſuſceptum ſacerdotium uxorem & filios habuiſſe, a qua tamen poſt presbyteratum abſtinuerit.

Longum eſt ire per ſingula, cuncta eius facta oneroſum eſt enumerare. Ad probationem honorũ operum ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quòd iuditio Dei, & plebis fauore ad officium ſacerdotij & Epiſcopatus gradum adhuc Neophytus, & ut putabatur nouellus electus eſt: quamuis in primis fidei ſuæ adhuc diebus, & rudi uitæ ſpiritualis ætate, ſic generoſa indoles reluceret, ut & ſi nondum officij, ſpei tamen fulgore reſplendens, imminentis ſacerdotij totam fiduciam polliceretur.

A Qđ hic dicitur de flagitatione populi ut illi Cyprianus daretur epſ, & quod in honorem eius tota plebs ꝓſiliret, ideo eſt, quia ãtiquus eccleſiæ mos fuit in ordinandis ſacerdotibus populum cõuocare, ut ſuper eorum moribus & meritis prius ferrent teſtimonium. Sed non propter hęc eligendi, aut ordinandi ſacerdotes, ius ullũ unquã fuit apud populum.

Non præteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem eius & honorem totus populus, aſpirante Domino, proſiliret, humiliter ille receſſit, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans, ut dignus magis fieret: magis enim dignus efficitur, qui qđ meretur recuſat. Quo A tunc ardore plebs ęſtuans fluctuabat, ſpirituali deſiderio concupiſcens (ut exitus docuit) non tantummodo Epiſcopum habere, ſed in eo quem tunc latente diuinitatis præſagio taliter flagitabat, futurum etiam martyrem requirebat. obſederat fores domus copioſa fraternitas, & per omnes aditus ſollicita charitas circumibat. Potuiſſet fortaſſe tunc illi Apoſtolicum illud euenire, quòd uoluit ut per feneſtram deponeretur, ſi iam Apoſtolo etiam ordinationis honore ſimilaret: Erat uidere cæteros omnes ſuſpenſos anxio ſpiritu expectare uenturum, cum gaudio nimio excipere uenientem. Inuitus dico, ſed dicam neceſſe eſt: Quidam illi reſtiterunt ut & uinceret, quibus tamen quanta lenitate, quàm patienter, quàm beneuolenter indulſit, quàm clementer ignouit, amiciſſimos eos poſtmodũ, & inter ueteres neceſſarios computans, mirantibus multis. Cui enim non poſſet eſſe miraculo tam memorioſæ mentis obliuio?

Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat, quę illi pietas, qui uigor miſericordię, quanta cenſura? Tantum ſanctitatis & gratię ex ore lucebat, ut confunderet mentes intuentium. Grauis uultus & lætus, nec ſeueritas triſtis, nec comitas nimia, ſed admixta utrinque temperies, ut eſſet ambigere, uereri, an diligi mereretur, niſi quòd & uereri & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit diſpar a uultu; temperatus & ipſe de medio; non illum ſuperbia ſecularis inflauerat, nec tamen prorſus affectata penuria ſordiderat, quia & hoc ueſtitus genus a iactantia minus non eſt, quàm oſtentata taliter ambitioſa frugalitas. Quid autem circa pauperes Epiſcopus faceret, quos cathecuminus diligebat? Viderint pietatis Antiſtites, ſeu quos ad officium boni operis inſtruxit ipſius ordinis diſciplina, ſeu quos ſacramẽti religio cõmunis ad obſequiũ exhibendę dilectionis ad

ctauit. Cyprianum de ſuo talem accepit cathedra, non fecit. ſtatim denique pro talibus meritis etiam proſcriptionis gloria conſecutus eſt. Nec enim aliud oportebat, quàm ut eum, qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publicè celebrata gẽtilium fama titularet. Potuiſſet quidem tunc pro uelocitate, qua ſemper omnia conſecutus eſt, etiã Martyrij circa eum debita corona properare, maxime cum & ſuffragijs ſæpe repetitis ad Leonem poſtularetur, niſi per omnes ordines gloriarum tranſeundum illi eſſet, & ſic ad ſumma ueniendum, & niſi imminens ruina ope tam fœcundi pectoris indigeret. Finge enim tunc illum Martyrij dignatione translatum; quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet? Quis uirgines ad congruentem pudicitiæ diſciplinam & 5 habitum ſanctimonia dignum, uelut frenis quibuſdam lectionis Dominicæ coërceret? Quis doceret pœnitentiam lapſos? ueritatem hæreticos? ſchiamaticos unitatem? Filios Dei pacem, & Euangelicæ precis legem? Per quem Gentiles blaſphemi, repercuſſis in ſe ijs, quæ nobis ingerunt, uincerentur. A quo Chriſtiani mollioris affectus circa amiſſionem ſuorum, aut quod magis eſt, fidei paruioris conſolaretur ſpe futurorum? Vnde ſic miſericordiam, unde patientiam diſceremus? Quis liuorem de uenenata inuidiæ malignate uenientem, dulcedine remedij ſalutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione diuini ſermonis erigeret? Quis denique tot confeſſores frontium notatarum ſecunda inſcriptione ſignatos, & ad exemplum Martyrij ſuperſtites reſeruatos, incentiuo tubæ cœleſtis animaret? Bene tunc & uere ſpiritualiter contigit, quòd uir neceſſarius tam multis, & tam bonis rebus a Martyrij conſũmatione dilatus eſt. Vultis ſcire ſeceſſum illum non fuiſſe formidinem? Vt nihil aliud excuſem, ipſe poſtmodũ paſſus eſt, quam paſſionem utique ex more uitaret, ſi & ante uitaſſet. Fuit uere formido illa, ſed iuſta formido, quę Dominum timeret offendere: Formido quę præceptis Dei mallet obſequi, quàm ſic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & fides diuinis admonitionibus mancipata, credidit ſe, niſi Domino latebram tunc iubenti paruiſſet, etiam in ipſa paſſione peccare.

5 Vides quod uirgines olim habitum quendam ſanctimonia dignum geſtabant? Cur ergo huiuſmodi habitus nunc in noſtris a quibuſdam reprehenditur?

Puto denique etiam nunc aliqua de dilationis utilitate diſſerenda, tam etſi iandudum pauca perſtrinximus. Dum enim quæ uidentur, poſtmodum ſubſecuta ſciamus, ſequitur, ut probemus, ſeceſſum illum non hominis puſillanimitate conceptum, ſed (ſicuti eſt) uere fuiſſe diuinum. Vaſtauerat Dei populum perſecutionis infeſtæ inſolens atque acerba graſſatio, & quia omnes decipere una fraude non poterat artifex hoſtis, quacũque miles incautus prodiderat latus nudum, diſpari genere ſæuiendi ſingulos diuerſa ſtrage deiecerat, debebat eſſe qui poſſet ſaucios homines, & uaria expugnantis inimici arte iaculatos adhibita medicinæ cœleſtis medela pro qualitate uulneris, uel ſecare interim, uel fouere. Seruatus eſt uir ingenij præter cętera etiam ſpiritualiter temperantis, qui inter reſultantes collidentium ſchiſmatum fluctus Eccleſiæ iter medium librato limitę gubernaret. Non hæc, oro, diuina conſilia ſunt? Hoc fieri ſine Deo potuit? Viderint qui putant poſſe fortuitu iſte contingere. Eccleſia illis clara uoce reſpondet, dicens: Ego ſine Dei nutu neceſſarios reſeruari nõ admitto. Percurramus tamen cætera, ſi uidetur.

Erupit poſtmodum lues dira, & deteſtabilis morbi uaſtitas nimia, in-

numeros per diem populos ad ſuam quenq; ſedem obrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos uulgi trementis inuaſit. Horrere omnes, ſugere, uitare contagium, exponere ſuos impie, quaſi cum illo peſte morituro, etiam mortem ipſam aliquis poſſet excludere. Iacebant interim tota ciuitate non iam corpora, ſed cadauera plurimorum; & miſericordiam in ſe tranſeuntium, contemplatione ſortis mutuæ flagitabant. Nemo reſpexit aliud præterquam lucra crudelia. Nemo ſimilis euentus recordatione trepidauit. Nemo fecit alteri qđ patri noluit. Quid inter hæc egerit Chriſti & Dei Pontifex, qui pontifices mundi huius tanto plus pietate, quanto religionis ueritate p̄ceſſerat, ſcelus eſt præterire. Aggregatā primo in loco plebē de miſericordiæ bonis inſtruit, docens diuinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum proſint officia pietatis: tunc deinde ſubiungit, non eſſe mirabile, ſi noſtros tantum debito charitatis obſequio foueremus: Eum perfectum poſſe fieri qui plus aliquid publicano uel Ethnico fecerit, qui malum bono iungens, & diuinæ clementiæ inſtar exercens, inimicos quoque dilexerit; qui pro perſequentium ſe salute (ſicuti dominus monet & hortatur) orauerit. Oriri facit Deus iugiter ſuum ſolem, & pluuias ſubinde nutriendis ſeminibus impertit, exhibens cuncta iſta non ſuis tantum, ſed etiam alienis: Et qui ſe Dei filium profitetur, cur etiam non exemplum patris imitatur? Reſpōdere nos decet natalibus noſtris, & quos renatos per Deum conſtat, degeneres eſſe non congruit, ſed probare potius in ſobole traducem ſummi patris, emulatione bonitatis.

Multa alia, & quidem magna prætereo, quæ temperādi uoluminis ratio non patitur prolixiore ſermone replicari. De quibus hoc tantum dixiſſe ſatis eſt, quod ſi illa Gentiles pro roſtris audire potuiſſent, forſitan ſtatim credidiſſent. Quid chriſtiana plebs faceret, cui de fide nomen eſt? Diſtributa ſunt ergo continuo pro qualitate hominum atq; ordinū miniſteria. Multi qui paupertatis beneficio exhibere ſumptus nō poterāt, plus ſumptibus exhibebant, compenſantes proprio labore mercedem, diuitijs omnibus chariorem. Et quis non ſub tanto doctore ꝓperaret inuenire partem aliquam talis militiæ, per quam placeret & Deo patri, & iudici Chriſto, & interim ſacerdoti?

Fiebat itaq; exuberantium operum largitate, quod bonum eſt ad omnes, non ad ſolos domeſticos fidei. Fiebat plus aliquid, quā'm Tobię incomparabili pietate ſignatum eſt. Ignoſcat ille & ignoſcat iterum, & frequenter ignoſcat, & ut uerius dixerim, merito cōcedat tam etſi ante Chriſtum plurimum licuit, plus aliquid licuiſſe poſt Chriſtum, cuius temporibus plenitudo debetur. Necatos ille a rege & proiectos ſui tantum generis colligebat: ijs tam bonis & tam pijs actibus ſuperueniet exilium. Hāc enim uicem ſemper repræſentat impietas, ut melioribus peiora reſtituat. Et (ut quid ſacerdos Dei, Proconſule interrogante, reſponderit taceam) ſunt acta quæ referam. Excluditur interim è ciuitate ille, qui fecerat boni aliquid pro ciuitatis ſalute. Ille, qui laborauerat, ne uiuentium oculi paterentur infernæ ſedis horrorem: ille, inquā, qui excubijs pietatis inuigilans pro nefas ingrata bonitate ꝓuiderat, ne omnibus terram ciuitatis faciem relinquentibus, multos exules deſerta Reſp. ac deſtituta patria ſentiret. Sed uiderit ſeculū, cui īter pœnas ēt exilium cōputatur. Illis patria chara

nimis,

nimis, & commune nomen eſt cum parentibus; nos & parentes ipſos, ſi contra dominum ſuaſerint, abhorremus. Illis extra ciuitatem ſuam uiuere grauis pœna; Chriſtiano totus hic mundus eſt una domus. Vnde licet in abditum & obſtruſum locũ fuerit relegatus, admixtus Dei tui rebus, exilium non poteſt computare. Adde quòd Deo integre ſeruiens, etiam propria in ciuitate peregrinus eſt. Dum enim ſe a carnalibus deſiderijs continentia ſancti ſpiritus abſtinet, conuerſationem prioris hominis exponens inter ciues ſuos, aut propè dixerim inter parentes ipſos uitæ terreſtris, alienus eſt. Accedit ꝙ etſi hæc talia pœna poſſent uideri, in huiuſmodi tamẽ cauſis atque ſententijs, quas ob approbandæ uirtutis experimenta perpetimur, non eſt pœna, quia gloria eſt. Sed eſto ſanè nobis pœna exilium, illis ultimum crimen & peſſimum nefas etiam ipſorum conſcientia teſtis aſcribat, qui poſſunt ignoſcentibus irrogare, quod putant pœnam.

Nolo nunc deſcribere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim tranſeo. Fingamus locũ illum ſitu ſordidum, ſquallidum uiſu, non ſalubres aquas habentem, non amœnitatem uiroris, non uicinam littoris, ſed rupes uaſtas, & ſyluarum inter inhoſpitas fauces deſertæ admodum ſolitudinis, auia mundi parte ſummotum: Poſſet licet talis locus habere nomen exilij; quo Cyprianus ſacerdos Dei uenerat, nonne (ſi hominũ miniſteria deficerent) uel aliter ut Heliæ, uel ut Danieli Angeli miniſtrarent? Abſit ut credat aliquis cuilibet minimo, dũmodo in confeſſione nominis Chriſti conſtituto, aliquid defuturum. Tantum abeſt, ut Dei Pontifex ille, qui miſericordiæ ſemp rebus inſtiterat, horum oĩum opibus indigeret.

Iam nunc, quod ſecundo poſueram loco, cum gratiarum actione repetamus, prouiſum eſſe diuinitus, etiam pro animo tanti uiri aptum & cõpetentem locum, hoſpicium pro uoluptate ſecretum, & qcquid apponi eis ante promiſſum eſt, qui regnum & iuſtitiam Dei quærunt. Atque ut omittam frequentiam uiſitãtium fratrum, & ipſorum inde ciuium charitatem, quæ repreſentabat omnia, quibus uidebatur eſſe fraudatus, admirabilem uiſitationem Dei non prætereo, qua antiſtitem ſuum ſic in exilio eſſe uoluit de ſecutura paſſione ſecurum, ut imminentis Martyrij pleniore fiducia non exulem tantũmodo ſed & Martyrẽ poſſideret. Eo enim die quo in exilij loco manſimus (nam & me inter domeſticos comites dignatione charitatis eius delegerat exulem uoluntarium; quod utinam in paſſione licuiſſet) Apparuit mihi, inquit, nondum ſomni quieto ſopito Iuuenis ultra modum enormis, qui cum me quaſi ad prætorium duceret, uidebar mihi tribunali ſedentis cum Proconſulis admoueri. Is ut in me reſpexit, annotate ſtatim cœpit in tabula ſententiam, quam non ſciebam; nihil enim de me ſolita interrogatione quæſierat. Sed enim iuuenis, qui a tergo eius ſtabat, admodum curioſus, legit quicquid fuerat annotatum; et quia inde uerbis referre non poterat, nutu declarante monſtrauit, quid in literis tabulę illius haberetur. Manu enim expanſa & complanata ad ſpatæ modum, ictus ſolitæ animaduerſionis imitatus, quod uolebat intelligi, ad inſtar liquidi ſermonis expreſſit. Intellexi ſententiam paſſionis futuram: rogare cœpi & petere continuo, ut dilatio mihi uel unius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione diſponerẽ. Et cum preces frequenter iteraſſem, rurſus in tabula neſcio quid cœperat annotare: Senſi tamen de uultus ſerenitate Iudicis mentem quaſi iuſta petitione cõmotam. Sed

tumeſcente, & de fiducia principum infeſtatione nominis anhelante, ille ſeruos Dei, prout dabatur occaſio, exhortationibus Dominicis inſtruebat, & id calcandas 6 paſſiones huius temporis contemplatione ſuperuenturæ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit cupido ſermonis, ut optaret ſic ſibi paſſionis uota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipſo ſermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus deſtinati ad placentem Deo hoſtiam.

6 *Si bona agere æternæ felicitatis reſpectu, peccatũ, uel alias uitium eſſet, non adhoc ſuos animaret ſanctus Cyprianus.*

Ecce Proconſulis iuſſu ad hortos eius, ad hortos inquam, quos inter initia fidei ſuæ uenditos, & Dei indulgentia reſtitutos, pro certo iterum in uſus pauperum uendidiſſet, niſi inuidiam de perſecutione uitaret, cum militibus ſuis Princeps reperire ſubitauit, immo (ut uerius dixerim) ſubitaſſe ſe credidit. Vnde enim poſſet tanquam improuiſo impetu mens ſemper parata ſubitari. Proceſſit ergo iam certus expungi, quod diu fuerat retardatum. Proceſſit animo ſublimi & erecto, hilaritatem præferens uultu, & corde uirtutem. Sed dilatus in craſtinum, ad donum principis a prætorio reuertebatur, cum ſubito per Carthaginem totam ſparſus rumor increpuit, ꝑductum eſſe iam Taſcium, quem præter celebrem glorioſa opinione notitiam, etiam de commemoratione præclariſſimi operis nemo non nouerat. Concurrebant undique uerſum omnes ad ſpectaculum, nobis ꝑ deuotione fidei glorioſum, Gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen & in domo principis conſtitutum, una nocte cõtinuit cuſtodia delicata, ita ut conuiuæ eius et chari in cõtubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota ſolicita ne per noctem aliquid ſine conſcientia ſui fieret, ante fores principis excubabat. Conceſſit enim diuina tunc bonitas uere digno, ut Dei populus etiam in ſacerdotis paſſione uigilaret.

Forſitan tamen quærat aliquis, quæ cauſa fuerit a prætorio reuertendi ad principem, & uoluit hoc ſcilicet quidam de ſuo, tunc Proconſulem noluiſſe. Abſit ut in rebus diuinitus geſtis ſegnitiem ſiue faſtidium Proconſulis conquerat. Abſit ut malum hoc intra conſcientiam religioſæ mentis admittã, ut de tam beatiſſimo martyre ructus hominis iudicaret. Sed craſtinus dies ille, quem ante annum monitio diuina prædixerat, uere craſtinus eſſe debebat.

Illuxit denique dies alius, ille ſignatus, ille ꝓmiſſus, ille diuinus (quem ſi Tyrannus ipſe differre uoluiſſet, nunquam prorſus ualeret, dies de conſcientia futuri martyris lætus, & diſcuſſis per totum mundi ambitum nubibus, claro ſole radiatus. Egreſſus eſt domum Principis, ſed Chriſti & Dei princeps, & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte uallatus eſt. Sic autem comitatui eius infinitus exercitus adherebat, quaſi ad expugnandam mortem manu facta ueniretur. Eundi autem interfuit tranſitus ſtadij. Bene uere & quaſi de induſtria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam iuſtitiæ conſummato agone currebat. Sed ubi ad Prætorium uentum eſt, nondum procedente Proconſule, ſecretior locus datus eſt. Illic cum poſt iter longum nimio ſudore madidatus ſederet, (ſedile autem erat fortuito linteo tectum, ut & ſub ictu paſſionis epiſcopatus honore frueretur) quidam ex teſſerarijs, quondam chriſtianus res ſuas obtulit, quaſi uellet ille ueſtimẽtis ſuis humidis ſicciora mutare, qui uidelicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, ꝙ ut proſi-

ciſcentis ad Deũ martyris ſudores iam ſanguineos poſſideret. Cui ille reſpondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forſitan non erunt. Mirum ſi contempſit laborem corpore, qui mortem mente cõtemperat? Quid plura? Salutatio Proconſuli nunciata eſt. Producitur, admouetur, interrogatus de ſuo nomine, ſe eſſe reſpondit; Et hactenus uerba. Legit itaque de tabula iam ſententiam Iudex, quam nuper in uiſione non legerat, ſententiam ſpiritualem non temere dicendam, ſententiam Epiſcopo tali, & tali teſte condignam, ſententiam glorioſam, in qua dictus eſt ſectæ ſuæ ſignifer, & inimicus Deorum, & qui ſuis futurus eſſet documento, & quòd ſanguine eius inciperet diſciplina ſanciri. Nihil hac ſententia plenius, nihil uerius. Omnia quippe quæ dicta ſunt, licet a Gentile dicta, diuina ſunt. Nec mirum utique, cum ſoleant de paſſione pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo ſigno Chriſti docebat. inimicus Deorum, qui idola deſtruenda mandabat. Documento autem ſuis fuit, qui multis pari genere ſecuturis prior in prouincia martyrij primitias dedicauit. Sanciri etiam cœpit eius ſanguine diſciplina, ſed martyrum, qui doctorem ſuum imitatione gloriæ conſimilis ęmulati, ipſi quoq; diſciplinam exempli ſui ꝓprio cruore ſanxerunt. Et cum exiret Prętorij fores, ibat comes militum turba; & ne quid in paſſione deeſſet, Centuriones, & Tribuni latus texerant. Ipſe autem locus in æquali eſt, ubi pati cõtigit, ut arboribus ex omni parte denſatis ſublime ſpectaculum prębeat: ſed per enormitatem ſpatij longioris uiſu denegato, & per confuſam nimis turbam preſſuram perſonæ facientes, in ramos arborum repſerant, ne uel hoc illi negaretur, ut ad Zachæi ſimilitudinem de arboribus uideretur.

Sed iam ligatis per manus ſuas oculis, moram carnificis urgere tentabat, cuius munus eſt ferrum: Et labente dextera gladium uix, trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam precioſi uiri mortem clarificationis hora matura Centurionis manum, cõceſſo deſuper uigore firmatam, permiſſis tandem uiribus, expediret. O' beatum Eccleſiæ populum, qui Epiſcopo ſuo tali, & oculis pariter, & ſenſibus, & quod eſt amplius, publicata uoce compaſſus eſt: & ſicut ipſo tractãte ſemper audierat, Deo iudice, coronatus eſt. Quanuis enim non potuerit euenire, qđ optabant uota communia, ut conſortio paris gloriæ plebs tota pateretur, quicunque ſub Chriſti ſpectantis oculis, & ſub auribus ſacerdotis ex animo pati uoluit, per idoneum uoti ſui teſtem leuationis quodammodo literas ad Deum miſit. Sic conſummata paſſione pfectum eſt, ut Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam ſacerdotales coronas in Aphrica primus imbueret, quia & talis eſſe poſt Apoſtolos prior cœperat. Ex quo enim Carthagini Epiſcopatus ordo numeratur, nunquam aliquis, quanuis ex bonis ſacerdotibus, ad paſſionem ueniſſe memoratur; licet ſemper Deo mãcipata deuotio, dicatis hominibus ꝓ martyrio deputetũr. Cyprianus tamen etiam perfectam coronam Domino conſummante, ꝑfecit; ut in ciuitate ipſa in qua taliter uixerat, & in qua prior fecerat multa preclara, prior etiam ſacerdotis cœleſtis inſignia glorioſo cruore decoraret.

Quid hoc loco faciam? Inter gaudium paſſionis, & remanendi dolorem, in parte diuiſus animus, & anguſtum nimis pectus, affectus dupli-

ces onerant. Dolebo, quòd non comes fuerim? ſed illius uictoria triumphanda eſt. De uictoria triumphabo? ſed doleo, quòd comes non ſim. Verùm uobis tamen & ſimpliciter confitendum eſt, quòd & uos ſcitis, in hac me fuiſſe ſententia: Multum, ac nimis multum de gloria eius exulto; plus tamen doleo, quòd remanſi.

ITEM VITA SANCTI CYPRIANI EPIſcopi & Martyris Per Aurelium Prudentium uirum conſularem deſcripta.

Habetur in periſtephano eiuſdem.

PVnica terra tulit: quo ſplendeat omne quicquid uſquam eſt,
Inde domo Cyprianum. Sed decus orbis & magiſtrum.
Eſt proprius patriç martyr: ſed amore & ore noſter.
Incubat in Lybia ſanguis: ſed ubique lingua pollet.
Sola ſuperſtes agit de corpore: ſola obire neſcit:
Dum genus eſſe hominum Chriſtus ſinet: & uigere mundum:
Dum liber ullus erit: dum ſcrinia ſacra litterarum:
Te leget omnis amans Chriſtum: tua Cypriane diſcet.
Spiritus ille Dei, qui fluxerat author in propheta
Fontibus eloquij: te Cœlitus auctus intigauit.
O' niue candidius linguç genus. O' nouum ſaporem.
O' liquor ambroſius: cor mitigat, imbuit palatum,
Sedem animæ penetrat, mentem fouet, & pererrat artus.
Sic Deus interius ſentitur: & inditur medullis.
Vnde bonum ſubitum terris dederis pater reuela.
Deerat apoſtolicis ſcriptis opulentus executor:
Fligitur locuples facundia quæ doceret orbem:
Quçque uoluminibus Pauli famulata diſputaret:
Quo mage cruda hominum prçcordia perpolita noſſent
Siue timoris opus: ſeu myſtica uel profunda Chriſti.
Vnus erat iuuenum doctiſſimus artibus ſiniſtris
Fraude pudicitiam perſtringere, nil ſacrum putare,
Sçpe etiam magicum cantamen inire per ſepulchra:
Quo geniale tori iuſſo lueret æſtuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Chriſtus,
Diſcutit & tenebras de pectore, pellit & furorem.
Implet amore ſui, dat credere, dat pudere facti
Iamque figura alia eſt: quamque fuit oris & nitoris.
Exuitur tenui uultus tute, tranſit in ſeueram.
Deflua Cçſaries compeſcitur ad breues capillos.
Ipſe modeſta loqui, ſpem quçrere, regulam tenere.
Viuere iuſtitia Chriſti, & penetrare dogma noſtrum.
His igitur meritis digniſſimus uſque epiſcopale
Prouehitur ſolium doctor, capit & ſedile ſummum.
Valerianus opum princeps erat: atque Galienus.
Conſtituere ſimul pœna capitis dominum fatenti.
Milia terrigenum ſpurciſſima iuſſerant ſacrari.
Contra, animos populi doctor Cyprianus incitabat

Nequis ab egregiæ uirtutis honore diſcreparet:
Neu fidei pretium quis ſumere degener timeret.
Eſſe leuem cruciatum, 7 ſi modo conferas futura:
Quæ Deus ipſe uiris in termina fortibus ſpopondit,
Merce 8 doloris emi ſpem luminis & diem perennem.
Omne malum uolucri tempore tranſuolare curſum.
Nil graue quod peragi finis facit: & quiete donat.
Se fore principium pulchrę necis & ducem cruoris.
Seque caput gladio ſubmittere, ſanguinem dicare,
Quis ſociare animam Chriſto uelit: ut comes ſequatur.

7 *Aduerte quō ſanctus uir ad martyriū hortetur ſpe futurorū bonorum, & facili tranſitu terrenorum ſuppliciorum.*

8 *Si merce doloris emitur ſpes cæleſtis luminis & dies perennis, ergo ſancti habēt meritum apud Deum.*

His ubi corda uirum Chriſto calefacta pręparauit:
Ducitur ante alios Proconſule perfurente uinctus.
Antra latent tyrię Carthaginis abditis repoſta
Conſcia tartareę caliginis abdicata ſoli.
Clauſus in his ſpecubus ſanctus Cyprianus & catena
Nexus utranque manum, nomen patris inuocat ſupremi.
Omnipotens genitor Chriſti decus & creator orbis.
Chriſte parens hominis: quem diligis: & uetas perire:
Ille ego ui pereis quem tu bonus oblitum uenenis
Criminibus uarĳs tinctum miſeratus abluiſti:
Iamque tuum fieri mandas: fio Cyprianus alter.
At nouus ex ueteri nec iam reus aut nocens ut ante:
Si luteum facili chariſmate pectus expiaſti:
Viſe libens tenebris ergaſtula cęca diſſipatis:
Eripe corporeo de carcere uinculiſque mundi
Hanc animam, liceat fuſo tibi ſanguine immolari:
Ne qua ferum reprimat clementia iudicem tyranni,
Heu ſciat inuidia miteſcere, gloriam negare.
Da quoque ne quis iners ſit de grege: quem tuum regebam:
Ne cadat impatiens pœna: titubetque quis tuorum,
Incolumen ue numerum reddam tibi: debitumque ſoluam.

Vocibus his dominum permouerat. influebat inde
ſpiritus in populum Carthaginis: author acrioris
Ingenĳ ſtimulis ut pectora ſubditis calerent
Ad decus egregium diſcrimine ſanguinis petendum,
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore uinci.
Laudis amore rapi: Chriſtum ſapere, & fidem tueri.
Fama refert foueam campi in medio patere iuſſam
Calce uaporifera ſummos prope margines refertam,
Saxa recoſta uomunt ignem: niueuſque puluis ardet,
Vrere tacta potens: & mortifex ex odore flatus,
Appoſitam memorant aram fouea ſtetiſſe ſumma
Lege ſub hac: ſalis aut amicam, iecur & ſuis litarent
Chriſticolę: aut mediæ ſponte ruerent in ima foſſe.
Proſiluere alacres curſu rapido ſimul trecenti,
Gurgite puluereo merſos liquor aridus uorauit:
Pręcipitemque globum fundo tenus implicauit imo.
Corpora candor habet, candor uehit ad ſuperna mentes.

Candida maſſa dehinc dici meruit per omne ſæclum.
Lętior interea iam Taſcius ob diem ſuorum
Siſtitur indomiti proconſulis eminus furori.
Dogmatis atque loci iuſſus genus edere, Chriſtianus (inquit)
Trado ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.
Ille ſub hęc, ſatis eſt iam criminis, ipſe confitetur
Thaſcius, ipſe Iouis fulmen negat, expedite ferrum
Carnifices, gladio pœnam luat hoſtis idolorum.
Ille Deo meritas grates agit: & canit triumphans.
Fleuit abire uirum mœſta Africa: quo docente facta eſt
Cultior eloquio, cuius ſibi docta gloriatur.
Mox tumulum lachrymans ſtruxit: cinereſque conſecrauit.
Deſine flere bonum tantum, 9 tenet ille regna cœli:
Nec minus inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe,
Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat.
Nec Libyę populos tantum regit, exituſque in ortum
Soliſque & uſque obitum: gallos fouet, imbuit Britannos,
Pręſidet Heſperiæ, Chriſtum ferit ultimis Iberis.
Denique doctor humi eſt: idem quoque martyr in ſupernis.
Inſtruit hic homines: Illic pia dona dat patronus.

9
Quam multa habes hic lector contra Nouatores noſtri tpis.
Sanctorum animas eſſe in cœlo.
Sanctos ſcire & curare quæ circa nos aguntur.
Sanctos non poſſe dici emortuos, ſed uiuentes.
Sanctos magnam habere poteſtatem poſt mortem.
Sanctos ſuis cultoribus prodeſſe, & beneficia conferre.

ITEM VITA SANCTI CYPRIANI EPISCOPI et martyris per beatum Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem ſcripta.

Eſt ſermo 129. in opere homiliarũ eius.

QVoniam hodie 10 Deo in natali ſancti Cypriani martyris conuenimus, in quo miro certamine de diabolo triũphauit: et quia nobis uirtutum ſuarum glorioſum reliquit exemplum: ideo exultare 11 nos conuenit, & lętari.

Natalem ergo 12 ſanctorum cum auditis chariſſimi, nolite putare illum dici, quo naſcuntur in terram de carne, ſed de terra in Cœlum, de labore ad requiẽ, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, ſed fortes, & ſtabiles, & æternas: de mundanis riſibus ad coronam & gloriam. Tales natales digne martyrum celebrantur.

Cum ergo huiuſmodi feſtiuitas agitur, noli ęſtimare Chariſſime, quod in ſolis prandijs & profuſioribus epulis, natales martyrum celebrentur: ſed imitandum tibi ꝓponitur, quod in memoria martyris celebras. Aſpice ergo chariſſime, alacritatem populi circunſtantis. In hac enim die aliquando turba aſtitit impiorum. Cum ſanctus Cyprianus iuſſu tyranni feriretur: turbæ erant malorum expectantium chori, nunc multitudo fidelium, ad collętandum deuota confluxit: tunc turba ſæuientium, nunc exultantium, tunc deſperatorum, nunc ſperantium. Idcirco ergo natales martyrum annua 13 lętitia celebrantur, ut quod ſemel actum eſt, per omne ęuum in memoria maneat deuotorum. Geſta res eſt chariſſime, ne te diceres ignorare, celebrantur annua, ne dicas oblitus ſum.

Ad hęc ergo imitanda, nos animate chariſſimi, hanc magnanimitatis gratiam concupiſcite: hoc petite dari uobis, quod ille meruit adipiſci. Omnes enim cœleſtia cupientes terrenorum bonorum laqueis irretiri, nõ

10
Vides uerum eſſe qđ dicunt ſancti patres, qđ qui honorant ſanctos, honorãt Deum, et dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

11
Ecce quõ in die natali ſanctorum martyrum, olim exultabãt & letabantur ſicut & modo fit, conuenientes ad eorum ſolennitates.

12
Si in die nataliũ ſuorum melius & ſublimius naſcuntur martyres quã prius, non debent ab aliquibus euocari mortui.

13
Cur feſta annua ſanctorum martyrũ ſum̃ letitia celebrentur.

poſſunt, quia conuerſationem ſuam, in cęleſtibus ſtatuerunt. Sicut ait ſanctus Apoſtolus, Noſtra autem conuerſatio in cœlis. Dirigatur ergo cordis noſtri deſiderium ad habitationem cœleſtem, ubi quum diſperſus fuerit pauperibus, theſaurus ueſter: illic erit & cor ueſtrum. Theſaurus autem bonorum omniū, chriſtus eſt: qui uos cum patre, & filio & ſpiritu ſancto donis cœleſtibus, & nunc, & in æternum cumulare, & replere dignetur.

ITEM DE BEATO CYPRIANO EX DIVO Maximo epiſcopo Taurinen.

Eſt homelia. 2. in natali eius habita, poſitaq; in libro homiliarum de ſanctis.

IN martyrio beatiſſimi Cypriani, fratres chariſſimi uniuerſa nobiſcū Chriſti exultat eccleſia, quā in omne gaudium & cœleſtis eruditione ſermonis inſtruxit, & munere triumphalis ſanguinis decorauit. Fuit enim in eo, ſicut compertum habemus, & contra errores diaboli, ſpiritalis ſapientię plenitudo, & aduerſum perſequutiones mundi, Chriſtiani pectoris infatigata conſtantia. Quis non huiuſmodi uirum, quātis ualet pręconijs, proſequatur, cuius eloquentia inſpirata diuinitus, & eccleſias docuit, & ſæculum confutauit?

Vere ſic mirabilis, atque omnium ubique ſtudijs celebrandus, quem ſanctitas ſacerdotem, peritia doctorem, fides martyrem conſecrauit. Preciosa, inquit Dauid, in conſpectu domini, mors ſanctorum eius. Videte chariſſimi in quantum uenerabilis Cyprianus, etiam propheticam ſupergreſſus eſt laudem, cuius in conſpectu domini non ſolum mors, ſed & uita extitit precioſa. Moriendo nanque, proprium Chriſto ſanguinem dedit, uiuendo nihilominus cohortatione fortiſſima, inumeros cœlo martyres acquiſiuit. Quid hoc clarius ſacerdote, qui inter hominum turbas gloria cœleſtis cōuerſationis emicuit, atque inter angelicos cętus, & ſua factus eſt & aliorum morte, conſpicuus.

Iuſtiſſime hic cum patriarcha Dauid cantauit domino Deo ſuo dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deo uiuo. Exultauit itaque cor eius in Deo uiuo, Cum morientis ac morituri ſeculi, uanitate deſpecta, totum ſe diuinis mancipauit obſequijs. Exultauit & caro eius in Deo, quæ de hoc mundo non miſeri corruptione languoris, ſed piis pro religione ſupplicijs conſecrata migrauit.

Hic eſt ille euangelicus paterfamilias, proferens de theſauro ſuo noua & uetera, qui ueteris nouiq; teſtamenti, unum atque idipſum myſterium prædicās, eccleſias Chriſti locupletiſſima diſputatione ditauit. Incorruptibilis atque indefeſſus illius eſt hodie theſaurus, qui pecuniam domini ſui numularijs fœnerans, quotidie in corde fidelium cœleſtium diuitiarum ſanctam conquirit uſuram.

Quid igitur fratres tanto ſpecioſius uiro, cuius hæc eſt regula & menſura ſermonis, ut inter uarias hominum cauſas, motuſq; diuerſos, nunc affectione patris, nunc autoritate doctoris, conſoletur humiles, ſuperbos comprimat, negligentes arguat, increpet infideles. Tantoq; deniq; decore ſacerdotium uitamq; ſuam uir fideliſſimus adornauit, ut doctrinam ſuam ſubſequentibus confirmaret operibus, dominicam illam ſententiam tenēs, qui docuerit & fecerit, hic magnus uocabit in regno cœlorū. Quā

magnus hic quamcꝙ prçcipuus in regno cœlorum, eſt, quem in omnem gloriam ſermo propheticus, uita mirabilis, & mors Deo deuota ſublimat? Nec immerito fratres tanto cũ honore nominis eius memoria, per amplißima mundi ſpatia celebratur, quia per uniuerſum orbem ad firmamentum fidei noſtræ, & paßio eius, & doctrina profecit.

VITA ET PASSIO SANCTORVM DECEM & octo martyrum Cçſaraguſtanorum per Aurelium prudentium conſcripta.

Habetur in eius peristephano.

BIs nouem noſter populus ſub uno
Martyrum ſeruat cineres ſepulchro:
Cæſarauguſtam uocitamus urbem:
Res cui tanta eſt.
Plena magnorum domus angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam,
Tot ſinu geſtans ſimul offerenda
Munera Chriſto.
Cum Deus dextra quatiens coruſcam
Nube ſubnixus ueniet rubente
Gentibus iuſtam poſiturus æquo
Pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
Obuiam Chriſto properanter ibit
Ciuitas omnis precioſa portans
Dona caniſtris.
Afra Carthago tua promet oſſa
Ore facundo Cypriane doctor.
Corduba Aciſclum dabit. & Zoellum,
Treſque coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Chriſto genitrix piorum
Tarraco, intexit cui fructuoſus
Sutile uinclum.
Hoc nomen gemme ſtrophico illigatum eſt,
Emicant iuxta lapides gemelli,
Ardet & ſplendor parilis duorum
Igne coruſco.
Parua Felicis decus exhibebit
Artubus ſanctis locuples Gerunda.
Noſtra geſtabit Calaguris ambos
Quos ueneramur:
Barcinon claro Cucufate freta
Surget: & Paulo ſpecioſa Narbo.
Teque præpollens Arelas habebis
Sancte Geneſi.
Luſitanorum caput oppidorum
Vrbs adoratæ cineres puellæ

Obuiam Chriſto rapiens ad aram
  Porriget ipſam.
Sanguinem iuſti cui paſtor hæret
  Ferculum duplex, geminumque domum
  Ferre complutum gremio iuuabit
    Membra duorum.
Ingeret tingis ſua Caſſianum
  Feſta Maſſylum monumenta Regum.
  Qui cinis I gentes domitas coegit
    Ad iuga Chriſti.

I Vide quam potens ſit cinis Caſsiani, qui Gentes coegit ad iuga Chriſti.

Singulis paucæ tribus aut duobus
  Forſan & quinis aliquæ placebunt
  Teſtibus Chriſti prius hoſtiarum
    Pignore functæ
Te decem ſanctos reuehes & octo
  Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti
  Vertice flauis oleis reuincta
    Pacis honori.
Sola in occurſum numeroſiores
  Martyrum turbas domino paraſti.
  Sola prædiues pietate multa
    Luce frueris.
Vix parens orbis populoſa pœni.
  Ipſa uix Roma in ſolio locata
  Te decus noſtrum ſuperare in iſto
    Munere digna eſt
Omnibus portis ſacer immolatus
  Sanguis excluſit genus inuidorum
  Dæmonum: & nigras pepulit tenebras
    Vrbe piata
Nullus umbrarum latet intus horror.
  Pulſa nam peſtis populum refugit.
  Chriſtus in totis habitat plateis.
    Chriſtus ubiq; eſt.
Martyrum credas patriam coronis
  Debitam ſacris chorus unde ſurgens
  Tendit in cœlum niueus togatæ
    Nobilitatis.
Inde Vincenti tua palma nata eſt.
  Clerus hic tantum peperit triumphum,
  Hic ſacerdotum domus infulata
    Valeriorum.
Sæuus antiquis quoties procellis
  Turbo uexatum tremefecit orbem,
  Triſtior templum rabies in iſtud
    Intulit aras.
Nec furor quiſquam ſine laude noſtrum
  Ceſſit. aut clari uacuus cruoris

Martyrum ſemper numerus ſub omni
Grandine creuit.
Nonne Vincenti peregre necatus
Martyr his terris tenui notaſti
Sanguinis rore ſpeciem futuri
Morte propinqua?
Hoc colunt ciues: uelut ipſa membra
Ceſpes includat ſuus, & paterno
Seruet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.
Noſter eſt quamuis procul hinc in urbe
Paſſus ignota dederit ſepulchri
Gloriam uictor prope littus altæ
Forte ſagunti.
Noſter & noſtra puer in paleſtra
Arte uirtutis fideique oliuo
Vnctus horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.
Nouerat templo celebres in iſto
Oſties partas deciesque palmas:
Laureis docta patrijs, eadem
Laude cucurrit.
Hic & Enorati recubant tuarum
Oſſa uirtutum: quibus efferati
Spiritum mundi uiolenta uirgo
Dedecoraſti.
Martyrum nulli remanente uita
Contigit terris habitare noſtris
Solatu morti propriæ ſuperſtes
Viuis in orbe.
Viuis, ac pœnæ ſeriem retexis.
Carnis & cæſæ ſpolium recentans?
Tetra quam ſulcos habeant amaros
Vulnera narras.
Barbarus tortor latus omne carpſit.
Sanguis impenſus, lacerata membra,
Pectus abſciſſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.
Iam minus mortis pretium peractæ:
Quæ uenenatos abolens dolores
Concitam membris tribuit quietem
Fine ſupremo.
Cruda te longum tenuit cicatrix:
Et diu uenis dolor hæſit ardens:
Dum putreſcentes tenuat medullas
Tabidus humor.
Inuidus quamuis obitum ſupremum
Perſecutoris gladius negarit,

Plena te martyr tamen ut peremptam
Pœna coronat.
Vidimus partem iecoris reuulſam
Vngulis longe iacuiſſe preſſis.
Mors habet pallens aliquid tuorum:
Te quoque uiua.
Hunc nouum noſtræ titulum fruendum
Cæſarauguſtæ dedit ipſe Chriſtus:
Iuge uiuentis domus ut dicata
Martyris eſſet.
Ergo ter ſenis ſacra candidatis
Diues optato ſimul & luperco
Perge conſcriptum tibimet ſenatum
Pangere pſalmis.
Ede ſucceſſum, cane Martialem,
Mors & Vrbani tibi concinatur,
Iuliam cantus reſonet, ſimulque
Quintilianum.
Publicum pandat chorus, & reuoluat
Quale frontonis fuerit tropheum,
Quid bonus Felix tulerit, quid acer
Cecilianus.
Quantus euenti tua bella ſanguis
Tinxerit, quantus tua Primitiue.
Cum tuas uiuax recolat triumphos
Laus Apodemi
Quattuor poſthinc ſupereſt uirorum
Nomen extolli renuente metro:
Quos Saturninos memorat uocatos
Priſca uetuſtas.
Carminis leges amor aureorum
Nominum paruifacit: & loquendi
Cura de ſanctis ocioſa non eſt
Nec rudis unquam.
Plenus eſt artis modus, annotatas
Nominum formas recitare Chriſto:
Quas tenet cœli liber explicandas
Tempore iuſto.
Octo tunc ſanctos recolet, decemque
Angelus coram patre filioque,
Vrbis unius regimen tenentes
Iure ſepulchri.
Quin ad antiquum numerum trahentur
Viua poſt pœnæ ſpecimen puella.
Morſque Vincenti, cui ſanguis hinc eſt
Fons & honoris.
Additis Gagio (nec enim ſilendi)
Teque crementi; quibus incruentum

Ferre

Ferre prouenit decus ex ſecundo.
Laudis Agone.
Ambo confeſſi dominum ſteterunt
Acriter contra fremitum latronum,
Ambo guſtarunt leniter ſaporem
Martyriorum.
Hæc ſub altari ſita ſempiterno
Lapſibus 2 noſtris ueniam præcatur
Turba: quam ſeruat procerum creatrix
Purpureorum.
Nos pio fletu, date perluamus
Marmorum ſulcos quibus eſt operta
Spes, ut abſoluam retinaculorum
Vincla meorum
Sterne 3 te totam generoſa ſanctis
Ciuitas mecum tumulis: deinde
Mors reſurgentes animas & artus
Tota ſequeris.

2 Sancti in cœlo pro nobis orant.

3 Vide quo antiquitus etiam confugiebant homines ad tumulos ſanctorum, & proſtrati ibi eos exorabant, ſicut & modo fit.

VITA SANCTI ALBANI MARTYRIS PER Venerabilem Bedam preſbyterum ſcripta.

Habetur in lib. 1. eccleſiæ hiſtoriæ gentis anglorum, per eundẽ conſcriptæ.

Ex capitulo 4.

ANno ab incarnatione domini centeſimo quinquageſimo ſexto. Marcus antonius ſeuerus quartus decimus ab Auguſto regnum cum Aurelio cõmodo fratre ſuſcepit. Quorũ tẽpibus cum Eleutherius uir ſanctus pontificatui Romanæ eccleſię prę̨eſſet, miſit ad eum Lucius Britannorum rex epiſtolam, obſecrans, ut per eius mandatum Chriſtianus efficeretur, & mox effectum pię poſtulationis conſequutus eſt: ſuſceptamq́ fidem Britanni uſque in tempora Diocletiani principis inuiolatam integramq́ quieta in pace ſeruabant.

Ex capitulo 6.

Anno incarnationis Dominicæ ducentiſſimo octuageſimo ſexto, Dioclecianus trigeſimus tertius ab Auguſto imperator ab exercitu electus, annos uiginti pręfuit: Maximianumq́ cognomento Hercule ſocium creauit imperij. Quorum tempore Carauſius quidam genere infimus, ſed conſilio & manu prõptus, cum ad obſeruanda Oceani litora quatenus Frãci & ſaxones infeſtabãt, poſitus, plus in pernicię quàm in profectũ Reipublicę ageret, ereptam prędonibus prędam nulla ex parte reſtituendo dominis, ſed ſoli ſibi uindicando, accendens ſuſpicionem quam ipſos quoque hoſtes ad incurſandos fines artificij negligentia permitteret. Quamobrem a Maximiano iuſſus occidi, purpuram ſumpſit (ac Britannios occupauit. Quibus ſibi per ſeptem annos fortiſſime uindicatis ac retentis, tandem fraude Allecti ſocij ſui interfectus eſt. Allectus poſtea ereptam Carauſio inſulam per triennium tenuit: quem Aſclepiodotus præfectus prętorio oppreſſit, Britanniamque poſt decem annos recepit.

Interea Diocletianus in oriente, Maximianus Herculeus in occidente uaſtari 1 eccleſias affligi, interficiq́ chriſtianos decimo poſt Neronem loco præceperunt: quę perſecutio omnibus fere actis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos incendijs eccleſiarum, proſcriptio-

1 Cum heretici noſtri temporis hæc eadem faciant, Gentilibus ſimiles eos recte dixerimus.

nibus innocentum, cædibus martyrum inceſſabiliter acta eſt. Denique euam Britanniã complurima cõfeſſionis Deo deuote gloria ſublimauit.

Ex capitulo 7. Siquidem in ea paſſus eſt ſanctus Albanus, de quo presbyter Fortunatus in laude uirginum, cum beatorũ martyrum qui de toto orbe ad Dominum uenirent, mentionem faceret, ait: Albanum egregium fœcunda Britannia profert. Qui uidelicet Albanus paganus adhuc, cum perfidorum principum mandata aduerſus Chriſtianos ſæuirent, clericum quendam perſecutores fugentem, hoſpitio recepit. Quem dum orationibus

2 ac uigilijs continuis die noctuq; ſtudere conſpiceret, ſubito diuina gratia reſpectus, exemplum fidei ac pietatis illius cępit ęmulari, ac ſalutaribus eius exhortationibus paulatim edoctus, relictis idolatriæ tenebris, chriſtianus integro ex corde factus eſt.

Vide quo antiqui ſacerdotes orationibus ac uigilijs die noctuque ſtudentes, pietatis ac uirtutum ſuarum exemplo, Gentiles ad ſuſcipiendam Chriſti fidem prouocabant.

Cumq; prędictus clericus aliquot diebus apud eum hoſpitaretur, peruenit ad aures nefandi principis confeſſorem Chriſti, cui necdum fuerat locus martyrij deputatus, penes Albanum latere. Vnde ſtatim iuſſit milites eum diligentius inquirere. Qui cũ ad tugurium martyris perueniſſent, mox ſe ſanctus Albanus ꝓ hoſpite ac magiſtro ſuo ipſius habitu, id eſt caracalla, qua ueſtiabatur, indutus militibus exhibuit, atq; ad iudicem uinctus perductus eſt. Contigit autem iudicem ea hora, qua Albanus ad eum adducebatur, aris aſſiſtere, ac Dęmonibus hoſtias offerre.

Cumq; uidiſſet Albanum, mox ira ſuccenſus nimia, quia ſe ultrò pro hoſpite, quem ſuſceperat militibus offerre, ac diſcrimini dare præſumpſiſſet, ad ſimulacra dęmonum: quibus aſſiſtebat, eum iuſſit pertrahi. Quare rebellem, inquiens, ac ſacrilegum celare, quàm militibus dare maluiſti? ut contemptor diuũm meritam blaſphemiæ ſuæ pœnam lueret? Quę cum illi debebãtur ſupplicia, tu ſoluere habes: ſi a cultu noſtræ religionis diſcedere tentas. At ſanctus Albanus, qui ſe ultrò perſecutoribus fidei chriſtianum eſſe prodiderat, nequaquam minas principis metuens, ſed accinctus armis militiæ ſpiritalis, palam ſe iuſſis illis parere nolle pronuntiabat. Tum iudex, cuius (inquit) familiæ & generis es? Albanus reſpondit. Quid ad te pertinet, qua ſim ſtirpe genitus? Sed ſi ueritatem religionis audire deſideras, chriſtianum iam me eſſe, chriſtianiſq; officijs uacare cognoſce. Ait iudex. Nomẽ tuum quæro, quod ſine mora mihi inſinua. At ille. Albanus (inquit) a parentibus uocor, & Deum uerũ ac uiuum, qui uniuerſa creauit, adoro ſemper & colo. Tum iudex repletus iracũdia dixit: ſi uis perrennis uitæ fęlicitate perfrui, dijs magnis ſacrificare ne differas. Albanus reſpondit. Sacrificia hæc quæ a uobis redduntur dęmonibus, nec auxiliari ſubiectis poſſunt nec ſupplicãtibus ſibi deſideria uel uota complere. Quinimo quicunque his ſacrificia ſimulacris obtulerit, ęternas inferni pœnas pro mercede recipiet.

His auditis iudex nimio furore commotus, cędi ſanctum Dei confeſſorem a tortoribus præcepit, autumans ſe uerberibus, quem uerbis non poterat, cordis eius emollire conſtantiam. Qui cum tormentis afficeretur acerrimis, patienter hęc pro domino, imò gaudenter ferebat. At ubi iudex illum tormentis ſuperari, uel a cultu chriſtianę religionis reuocari nõ poſſe perſenſit, capite eum plecti iuſſit. Cumq; ad mortem duceretur, peruenit ad flumen, quod muro et harena ubi feriendus erat meatu rapidiſſimo diuidebatur: Viditq; ibi non paruã hominum multitudinem utriuſq;

ſexus, et conditionis, diuerſæ ætatis, quæ ſine dubio diuinitatis inſtinctu ad obſequium beatiſſimi confeſſoris ac martyris uocabatur, & ita fluminis ipſius occupabat pontem: & intra ueſperam uix tranſire poſſet. Denique cunctis penè egreſſis, iudex ſine obſequio in ciuitate ſubſtiterat.

Igitur ſanctus Albanus, cui ardens inerat deuotio mentis, ad martyrium ocius peruenire, acceſſit ad torrentem: & dirigens ad cælum oculos, ilico ſiccato alueo, uidit undam ſuis ceſſiſſe, ac uiam dediſſe ueſtigijs. Quod cum inter alios etiam ipſe carnifex, qui eum percuſurus erat, uidiſſet, feſtinauit ei, ubi ad locū deſtinatum morti uenerat, occurrere, diuino nimirum admonitus inſtinctu, proiectoq; enſe, quem ſtrictum tenuerat, pedibus eius aduoluitur, multum deſiderans, ut cum martyre, uel pro martyre, quem percutere iubebatur, ipſe potius mereretur percuti. Dum ergo is ex perſecutore factus eſſet collega ueritatis et fidei, ac iacente ferro eſſet inter carnifices iuſta cunctatio, montem cum turbis reuerendiſſimus Dei confeſſor aſcendit, qui opportunè lætus gratia decenteſima, quingentis ferè paſſibus ab harena ſitus eſt: in quo nihil repente arduum, nihil præceps, nihil abruptum, quem lateribus longe lateq; deductum, in modum æquoris natura complanat, dignum uidelicet ſe pro inſita ſibi ſpecie uenuſtatis iam olim reddens, qui beati martyris cruore dicaretur. In huius ergo uertice ſanctus Albanus dari ſibi a Deo aquam 3 rogauit, ſtatimq; incluſo meatu, ante pedes fons perennis exortus eſt, ut omnes agnoſceret etiam torrentem martyri obſequium detuliſſe. Neque enim fieri poterat, ut in arduo montis cacumine, martyr aquam quam in fluuio non reliquerat petere, ſi hoc opportunum eſſe non uideret. Qui uidelicet fluuius miniſterio perſoluto, deuotione completa, officij teſtimonium relinquēs, reuerſus eſt ad naturam.

3 *Quanta uis orationis ſancti.*

Decollatus itaque martyr fortiſſimus ibidem accepit coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Sed & ille qui pijs ceruicibus impias intulit manus, gaudere ſuper mortuum non eſt permiſſus. Namque oculi eius in terram una cum beati martyris capite deciderūt. Decollatus ibi eſt etiam miles ille, qui antea ſuperno nutu correptus, ſanctum Dei confeſſorem ferire recuſauit. De quo nimirum conſtat: quia etſi fonte baptiſmatis nō eſt ablutus, ſui tamen eſt ſanguinis lauacro mūdatus, ac 4 regni cœleſtis dignus factus ingreſſu. Tunc iudex tanta miraculorum cœleſtium nouitate perculſus, ceſſari mox a perſecutoribus præcepit: honorem referre incipiens cædi ſanctorum, per quam eos opinabatur prius a chriſtianæ fidei poſſe deuotione ceſſare.

4 *Animæ ſanctorū ſtatim in cœlum euolāt.*

Paſſus eſt autem beatus Albanus die decimo Calendarum Iuliarum iuxta ciuitatem Verolamium, quæ nunc a gente Anglorum Verolamiaceſtir, ſiue Vuetlingaceſtir appellatur: ubi poſtea redeunte temporum chriſtianorum ſerenitate, eccleſia eſt mirandi operis atque martyrio condigna extructa. In quo uidelicet loco, uſque ad hanc diem curatio infirmorum, & frequentium operatio uirtutum celebrari non deſinit.

Paſſi ſunt ea tempeſtate Aaron & Iulius, legionum urbis ciues, alijque utriuſque ſexus diuerſis in locis perplures, qui diuerſis cruciatibus torti, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati, animas ad ſupernæ ciuitatis gaudia perfecto agone miſerunt.

At ubi turbo perſecutionis quieuit, progreſſi in publicum fideles Chri- *Ex capitulo 8.*

ſti,qui ſe tempore diſcriminis ſyluis ac deſertis,abditiſue ſpeluncis occultauerant: renouant eccleſias ad ſolum uſque deſtructas, baſilicas ſanctorum fundant, cōſtruunt ac perficiunt, ac ueluti uictricia ſigna paſſim propalant, dies feſtos celebrantq́, ſacra mundo corde atque ore conficiunt. Manſitq́ in Eccleſijs Chriſti, quæ erant in Britannia, pax uſque ad tempora Arrianę ueſaniæ, quæ corrupto orbe toto (hanc etiam inſulam extra orbem tam longe remotam)ueneno ſui infecit erroris. Et, quaſi uia peſtilentiæ trans oceanum patefacta, non mora, omnis ſe lues hæreſeos huic quoque inſulæ, noui ſemper aliquid audire gaudenti, & nihil certi firmiter obtinenti infudit. His temporibus Conſtantius, qui uiuente Diocletiano Galliam, Hiſpaniamq́ regebat, uir ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis, in Britannia morte obijt. Hic Conſtantinū filium ex concubina Helena creatum, imperatorem Galliarum reliquit. Scribit autem Eutropius quod Conſtantinus in Britannia creatus imperator patri in regnum ſucceſſerit. Cuius tempore Arriana hęreſis exorta, & in Nicena ſynodo detecta atque damnata, nihilominus exitiabile perfidiæ ſuæ uirus (ut diximus)non ſolum orbis totius, ſed & inſularum eccleſijs aſperſit.

VITA SANCTI ARCHADII MARTYRIS
Per diuum Zenonē Epiſcopum Veronenſem ſcripta.

Eſt ſermo 49. inter ſermones eiuſdem libri tertij.

DVm Beati Archadij martyris geſta annalibus triumphanda mandamus, in agonem mortalitatis laudes chriſtianus ſemper ardor animatur. Erit geminum de religioſitate comertium, cum ad cœleſte præmium populus accenditur, & de martyris 1 meritis non ſiletur. Sed quis illuſtris martyrij palmiferam tropheis coronam competenti ualeat ſermone diſſerere, dum in uno corpore tot martyria uideantur eſſe quot membra?

1 Et de martyris meritis non ſiletur.

Armauerat Diabolus ſatellites in domini populum, ueterani odij aſſertor antiquus, & totam familiam domini impaſtę feritatis craſſatione turbabat. Indixerat in hominem Dei bellum, & infauſtæ ſuperſtitionis buſto in nephas conſcium toto mundo refundere ceratrogum ſcatebant per tecta culminum publicum ſcelus. Nec fuerat locus in quo non erat pro religione ſacrilegium. Cogebatur Chriſti populus uanis ſuperſtitionibus intereſſe, atque in cultum nephandi ritus, nunc aut libamina inceſte profundere, aut ornatas ſertis, uictimas trahere, aut grauia nidoribus thura ſuccendere, aut inter fumidos ignes pallenti aruina funeſto ſanguine prolitare, ut illiciti adminiſtratione miniſterij Chriſti panis mentibus poſſet expelli.

Sed dum bellum duri certaminis geritur, & familia domini cœlo ſpectante probatur, Archadius beatiſſimus martyr, huius inopinati ſacrilegij horrore perculſus, paululum diſtulit pugnam, iam debitus ad coronā. Nam poſtea quam turbari urbem funeſta cōuentione cognouit, ac ſingulos quoſq́ ad funeſtum illud ſpectaculum trahi, contemptis uniuerſis facultatibus ſuis, amputatis radicibus ſeculi, deliteſcens, ſeceſſionis ſe commendauit umbraculo, utrunque Chriſtiano explicans uoto, ut & non longius uideretur a pręlio, & ſecedendo euangelicæ uiſſionis animaretur exemplo.

Ecce in eius hoſpitium uelut in hoſtilem prædam craſſantium ſatellitũ præceps irruit manus,feſtinat Dei famulũ poſſe deprehẽdi. Quem beatus ꝓpinqui martyris qui in eius forte degebat habitaculo, abſcentem ſe aſſiduis uocibus inclamabat. Huncuero ꝓfitentem ad nephandã cuſtodiam noxia mentis mancipe rapuerunt. Quem oblatum ſibi iubet crudeliſſimus rector acri obſeruatione detineri. Ad futuræ gloriæ teſtimonium,tale beatus Archadius debiti martyrĳ quodammodo ſequeſtrauerat pignus, in quo nec Chriſtum relinqueret,nec propinquum. Statim beatus martyrium latere non paſſus eſt,ſe ultro offerens iudici moram ſuam uoluntarie præiudicĳs excuſauit, Cui cum prouinciæ rector priſtinæ eius fugæ ueniã ſub pactione promitteret,ſi ſe uel ſero nephandis ſuperſtitionibus miſcuiſſet,talibus in eum ſanctiſſimus martyr uocibus exilĳt.

Quid(inquit)uaniſſime omnium iudicum putaſne,aut de lucis iſtius incongruis uſuris,aut de properæ mortis ſubitis damnis familiam Dei poſſe terreri,cum ſciamus apoſtolica fide eſſe perſcriptum, mihi uiuere Chriſtus eſt,& mori lucrum? Excogita quibus potes ſupplicĳs tormenta grauiora maioribus te furoris ſtimulis accendam.Cuiuſuis cruciatus exerce, molem,nos ideo non poteris ſuparare.

Statim iudex uiperei ueneni felle commotus,iubet non uſitata animaduerſione pœnarum,nec uſuali in reos lege carnifices in martyris membra ſeuire. Ceſſauerunt ungulæ,inutiles ictus uiſi ſunt plumbatarum,ſtetit cõtemptus eculeus,crebri fuſtium imbres, maioris pœne contemplatione neglecti ſunt.

Excogitatur nouum ſtupendiumq́ſ ſupplicium, quo ſe in homine uincere crederet Deum. Incidantur (ait) ab articulis manus, a cruribus pedes, uiuum ſe cadauer inſpiciat. Cui beatus Archadius ait. O' inſane hominũ fraudauit te furor tuus. Adhuc erat in uictima domini quod poſſis offerre.Amputandam linguam mandare neſciſti,quæ in colluctatione martyrĳ prior ſolet domino confiteri. Ductus eſt tandem beatus Archadius ad exoptatum iuſtis orationibus locum.Et intuens cœlũ, ſtetit Deo ſpectante ſecurus.Parauerat extenſa futuris ictibus colla,nudauerat gladĳs uenietibus iugulum,putauerat ſe feralem iudicis amentiam citę mortis forte ſatiare,dum ſubito manus iubetur extendere,ac ſuper ceſpitem nudus proiectus in faciem, pedũ extrema nudare. Ecce inter ipſa ſupplicia uacare nõ ſinitur, ſed orationis inſiſtar per carnificis tormenta meditatur.

Erexerat ſecurem percuſſor inſanus,& ſignans oculis uulneribus lineã, feralis ictus aſſidua contemplatione uibrabat.Hæſerant confeſſionis ſuæ glutino intrepidæ martyris manus,nec ſalientes digiti futuræ mortis exitio palpitabant. Tanta fuit in martyris deuotione conſtantia,ut omni corpore paratus ueniret ad gloriam. Mox itaq; ut deuotum corpus carnifex uidit,ſtatim cadentis ictus neruorum connexa diſſoluit, & cunctas compage diſcuſſa uincturas corporis rupit,exilierunt exſectę manus,& uenarum in ſe paululum ſtupore rurſus in ſe riuus ſanguinis ruens. Dehinc poplitibus ſuriſque porrectis, a germana coniunctione naturę, gladio ſeui latronis plantarum limes inciditur, & obſequio pedum corpus martyris uiduatur.

Numerent martyria qui poſſunt numerare ſupplicia, & in uno corpore quantum diabolus publicatus eſt furere,tantum cognoſcatur dominus

triumphaſſe. Sed durat inter hæc martyris ſpiritus, & morarum numeroſitate ſeruatus præſtat uiuus, parte ſui corporis iam ſepultus.

O dignus glorioſi exitus finis. Aſcenſurus altitudinẽ cœli, corporis ſui impedimenta præmittit, & exequia funeris ipſe præcedit. Cui hæc eſſe cõparanda confeſſio ę Machabæorum eſt iungenda numero, Eleazari eſt adæquanda, propoſito, comparanda cõſilio. Archadius beatiſſimus martyr adhuc demoratur in ſeculo, & iam martyr recitatur in cœlo.

Habetur in libro homiliarũ eius fol. 131.

VITA SANCTI ROMANI MARTYRIS per D. Euſebium Emiſenum conſcripta.

Vide feſtum ſancti Romani martyris.

1 BEatus martyr Romanus, cuius admirabilem triumphum præſentia exultantis eccleſiæ feſta 1 concelebrãt, dudum famulus, nunc etiã amicus Dei, fide eruditus, cõuerſatione perfectus, conſummatione glorioſus, ſub hac die manum ſuam precioſis laboribus impoſuit, & enauigatis mundi huius periculis, fœlici periculo ſalutarem ęternę quietis portum, per iacturam ſalutis intrauit. Et quia uir per omnia conſummatus, iam in hac uita quo aſcenderet non habebat, per mortem quæ inter hanc

2 & illam uitam media erat, ad 2 ſummum cœli culmen euaſit.

Anima Romani eſt in cœlo.

Magnum quidem chariſſimi, atque laudabile eſt, ſi quando ſæua tempeſtas perſecutionis ingruerit, ſubito quemcũque de populo pro Chriſto mori, & in ſacrificium pietatis aſſumi. Et ideo inſpirata deuotione de cõmunis uitæ ſtatu & conuerſatione ſeculi, ad compendioſi martyrij gladio peruenire uictoriam, ſine bello, conſummatione iuncta principio, cõpendioſa beatitudo eſt. At uero per diutinam ſeruitutem, ueteremq́ militiam, & emeritam deuotionem, gratiam laboribus comitari, & cooperante retributore munificentiam uirtutibus præuenire, ac meritis inuitare, quam ardua difficultas, tam glorioſa fœlicitas eſt.

Beatus ergo Romanus nõ nouus ſectator religionis, neq; in Chriſti militia rudis, palmam tantæ gloriæ conſecutus eſt, quando quidem eleuata in ſe Chriſti cruce, ita uias eius cucurrit, ut carnis pericula perſequens, & in ſe occidens mortificatis illecebris, mori quotidie meditaretur, longũq́ perageret ſuſcepta contra diabolum congreſſione martyrium. Videns ergo hoſtis antiquus illuſtrem ac ſublimem in rebus Dei uerum chriſtiani nominis propugnaculum, & lumen eſſe populorum, toto in eo perſecutionis impulſu impetum facit, & per compẽdia perditionis in uno uniuerſos petit, atq; in oppugnãdo famoſiſſimo bellatore, ipſas primitus tãti certaminis moras occupat, credens cuiuſlibet deinceps munitionis obſtacula facile ceſſura, perfectionis turre quaſſata, ac fidei arce deiecta. Rapitur fœlix reus ad beatam damnationem, ferens ſecum precium, magnanimus & cõfeſſor intrepidus, ferens ſecum in ore quidem iudicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis.

Quæ iſta rerũ, & quàm ſtupenda diuerſitas eſt ę corpus pro anima oppoſiturus, unus atq; idem, & pœnæ ſecum cauſam portat, & glorię, extrinſecus affligendus, intrinſecus coronandus, & inde euenit ut impoſſibile nõ ſit ingentia feri hoſtis tormẽta ſuperare, quia licet quod torquet foris expoſitum ſit, tamen quod perſequitur intus incluſum eſt. Et propterea theſaurum pietatis fidei, ſi non ꝓducat uoluntas, non poteſt expugnare cru-

delitas. Et ꝓpterea dicit ſermo diuinus: Habemus thesaurum istum in uaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit uirtutis Dei, & non in nobis. Hoc ideo, quia & de ſæuiente carnifice circa martyrem tunc diuina uirtus operatur, ne aliquid tribuamus nobis.

Perducitur caſta ueritas ad ꝓphanum tribunal, ab hoīe diſcutiēda, ſed pro Deo teſtimonium redditura, cruce Chriſti cōfectus exterior, diuerſis hinc inde cruciatibus perurgetur, nec mors corporis deſideratur, ſed per eam ad animam uia quæritur. Increpat circūſtantium corona quaſi miſerum, ſed mortem an uitā inferre habeant pœnę illæ, non in damnantis poteſtate, ſed in damnati magnanimitate conſiſtit. Ad expugnanda pectora Deo conſcia, uniuerſa crudelitatis conſumuntur ingenia, intra tormentorum ſtrepitus hoc ſolum poſcitur, ut aliquid impietati amicum, lingua deficiēs ſpiritu reclamante fateatur. Quę tamen nō exteriori ſupplicio, ſed interiori deſeruit imperio. Et quia bonus homo de bono theſauro profert bona, hoc ꝓnunciat uocis ſonus, quod mentis dictat affectus. Vt de hoc ſpecialius ꝓpheticum expreſſiſſe uideatur eloquium: Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Gratias tibi domine, qui ita uitę theſaurum intra hominem repoſuiſti, ut eum nō pœna, non gladius, nō mors poſſit attingere.

Videns itaq; nefarius perſecutor, religionis præconia, ſua eſſe conuitia, linguam amputauit cordis interpretem. O' quanta & ꝙ admirabilis cœleſtis ſapientiæ diſpenſatio? Dignum itaq; fuit inter cruciatus uiſcerum, prima ut ſuſciperet confeſſoris lingua martyrium. Qua ſpe ultra in ſacrū corpus beluina graſſaris immanitas? Propter hoc ſolum hactenus in reliqua membra ſęuiſti, ut aliquem fructum crudelitatis tuę ex afflictione ſuſciperes, ſed dum uocis miniſterium rapuiſti, iam de uictoria deſperaſti. Quid nunc ſuper debilitate ac taciturnitate cōfeſſoris exultas? Silentium iſtud omni clamore uiolentius eſt, quod Chriſtum dominum, et ſi ſermone non loquitur, plus eſt quod uulnere confitetur. Manifeſtius ſiquidem cōteſtatur crucifixi redemptoris ſacramenta uox ſanguinis. Quid uelut muto teſte inſultare te credis? Hoc ipſum quod loqui non ualet, teſtimonium eſt, agnoſce quàm nihil egeris importuna & cęca malitia, quamlibet organū Chriſti ornamentis ſuis ſpoliaſſe te gaudeas, cruor ipſe oris, peragit ſacrificium ueritatis. Licet miniſtra pietatis ſit euulſa de faucibus, pietas tñ remanſit in ſenſibus. Damnū nō ſentit in uoce, cui uerbū regnat in pectore.

Quàm tibi tardum eſt benigna diuinitas, ſanctos tuos impoſterū glorificari? Subito impleturus uacuum, ſubditur nouum rediuiui ſermonis officium. Licet intrinſecus honorabile labiorum perierat ornamētum, peragunt tamen alienum, labia moderante Deo, ſeruitium, ſine pulſu ſolito in eloquium cōmouentur, ſicq; ſine plectro ſuo Chriſtum reſonare mirātur. Ecce quia homo non uictus eſt in ſecreto ſuo, Deus loqtur de templo ſuo. Merito & ipſa dignus malitia deceptus cruciatus, quandoquidem beato teſti. Pœnę tuę, argumenta ſunt glorię, Dum occidere fidem lacerādo conaris in corpore, manifeſtiſſime docuiſti quid lateret in martyre. Ecce elinguis precum, auctorem rerum muto licet ore non reticet, ſed corporali miniſterio deſtitutus, ſpiritali gratia prēditus, illa uoce Chriſtum loquitur, in iudicio, qua angeli confitentur in cœlo. Ad confundendam ſacrilegi inſi-

pientiam, interrogari iubet rudem infantiam, ut qui pfectum uincere intenderat, a paruulo uinceretur. Interrogentur (inquam) infantis iuſtitiam in teſtimoniũ uocat, quęrit quem neſcit ad pœnam, ſed inuocato illo qui eligere poſſit ad gloriam, tenera infantia pauida uel ad nutricum minaꝫ, nõ expaueſcit ad gladios, mortiferos non metuit apparatus, unum cœli & terrę dominum, unum Chriſtum mediatis infantiæ uerbis, ſed integris ſenſibus, anguſto ore, ſed lato corde proclamat: Quid agis inter hæc obduratæ mentis impietas? Frangit certe ſuperbiam tuã infirmæ ætatis auctoritas. Ecce contra referre teſtimonium põt, qui loqui non põt. Paruulum itaꝗ uerberari atꝗ interſici iubet. Quãta ſunt dona tua ſumme arbiter Deus? Prius Romano tuo martyre, quàm martyrium pręſtitiſti. Amen.

Habetur in periſtephano eiuſdem.

VITA ALIA ROMANI MARTYRIS per Aurelium prudentium uirum conſularem ſcripta

ʒ *Mirum quòd inuocetur Romanus priuſquam dominus noſter Ieſus Chriſtus. Non ergo uerum inferri ex hoc ei iniuriam, ſicut quidam modo imaginantur, nec propterea offuſcatur neceſſaria Dei inuocatio.*

ROmane Chriſti fortis adſertor Dei
Elinguis oris organum fautor moue
Largire ʒ comptum carmen infantiſſimo:
Fac ut tuarum mira laudum concinam:
Nam ſcis & ipſe poſſe mutos eloqui.
Plectrum palati, & faucium ſæuus tibi
Tortor reuulſit: nec tamen ſilentium
Indixit ori. quo tu fatebaris Deum.
Vox ueritatis teſtis extingui nequit:
Nec ſi reciſis palpitet meatibus.
Sic noſter hærens ſermo linguæ debili
Balbutit: & modis laborat abſonis.
Sed ſi superno rore reſpergas iecur:
Et ſpiritali lacte pectus inriges:
Vox impeditos rauca laxabit ſonos.
Euangeliſta ſcripſit ipſum talia
Præcepta Meſſiam dediſſe apoſtolis.
Nolite uerba: cum ſacramentum meum
Erit canendum: prouidenter quęrere.
Ego imparatis quę loquantur: ſuggeram.
Sum mutus ipſe: ſed potens facundiæ
Mea lingua Chiſto luculenter diſſeret.
Ipſe explicabit quos ſupremo ſpiritu
Dæmon tumultus: dum domatu mouerit.
Furore peſtis peior in nouiſſimo.
Sic uulneratus anguis ictu ſpiculi
Ferrum remordet: & dolore ſæuior
Quaſſando preſſis immoratur dentibus.
Aſtile fixum ſed manet profundius:
Nec caſſa ſentit morſuum pericula.
Galerius urbis forte Romanæ ſtatum
Ductor regebat (ut refert antiquitas)

Immitis, atrox, aſper, implacabilis
Edicta late mundum in omnem miſerat,
Chriſtum negaret quiſque mallet uiuere.
Hac ille ſerpens ore dictat regio:
Qui mortuorum de ſepulchris exiens
Clamabat: quid ante tempus aduentu cito
Mea regna ſoluis? parce fili altiſſimi:
Vel poſſidere corda porcorum iube,
Præfectus iſtis imminens negotijs
Aſclepiades ire mandat milites:
Eccleſia tenus quæ de ſacrarijs ✝
Raptare plebem mancipandam uinculis:
Ni diſciplinam Nazarenam reſpuat.
Mox ipſe templum cogitans irrumpere:
Et diſſipare ſancta ſanctorum ſtudens
Armis profanis pręparabat impijs
Altaris aram funditus peſſundare:
Foreſque & ipſas in ruinam ſoluere.
Pręcurrit index his repente cognitis
Romanus ſacrę heros excellentię:
Venire in armis perduelles nuntiat:
Animos pauentum pręſtruens hortatibus:
Stent ut parati: ne ue cedant turbini.
Conſpirat uno Fœderatus ſpiritu
Grex Chriſtianus agmen imperterritum
Matrum, uirorum, paruulorum, uirginum.
Fixa & ſtatuta eſt omnibus ſententia
Fidem tueri: uel libenter emori.
Refert repulſus miles ad ſubſellia
Plebis rebellis eſſe Romanum ducem:
Flagrare cunctos peruicaci audacia:
Iugulos retectos obſtinate opponere:
Quo glorioſa morte fortes oppetant.
Pręceps iubetur inde Romanus rapi:
Soluſque: & incitator: & fax omnium
Pro contumaci plebe cauſam dicere.
It non reſiſtens: ſeque uinciri petit:
Flexas & ultro torquet in tergum manus,
Amor coronæ pene pręuenit trucem
Lictoris artem, ſponte nudas offerens
Coſtas biſulcis execandas ungulis.
Irrumpit altum limen: & pręconibus
Stupore mutis ipſe tortorem trahit.
Adſtanti ob ora ſic tyrrannus incipit.
Infame monſtrum, uilis inteſtabilis.
Tu uentilator urbis, & uulgi leuis
Procella mentes inquietas mobiles:
Ne ſe imperita turba dedat legibus?

Populare quiddam ſub colore gloriæ
Inlitterata credidit frequentia:
Et ſe per æuum conſecrandos autumant:
Si bella diuis ceu gigantes inferant:
Victique flammis obruantur montium.
Hoc tu paraſti perdite ſpectaculum
Cladis cruentę de necandis ciuibus:
Quos ut profanos impiati & ſeculi
Reos neceſſe eſt te magiſtro interfici:
Tu cauſa mortis & tu malorum ſignifer
(Ni fallor) æquum eſt: ut quod author improbus
Tolerare multos compuliſti: ut carnifex
In te reccurrat, proque tantis cędibus:
Quæ mox futuræ: primus exitum luas.
Feras & ipſe quod ferendum ſuaſeras.
His ille contra reddit ore libero.
Amplector o prefecte: nec me ſubtraho
Vt pro fideli plebe ſolus immoler.
Dignus ſubire cuncta: ſi me conſulis:
Quęcunque ueſtra iuſſerit crudelitas.
Intrare ſeruis idolorum ac dęmonum
Sanctam ſalutis non licet noſtræ domum:
Ne polluatur purus orandi locus.
Confido in ſancto ſpiritu, nunquam tibi
Dandum: ut beatum limen attingas pede:
Niſi forte noſter factus, in noſtrum gregem
Mereare ſumi: quod pater faxit Deus.
Incenſus his Aſclepiades, iuſſerat
Euiſcerandum corpus eculeo eminus
Pendere: & uncis uinculiſque creſcere.
Apparitores ſed furenti ſuggerunt:
Illum uenuſta nobilem proſapia
Meritiſque multis eſſe primum ciuium.
Iubet amoueri noxialem ſtipitem:
Plebeia clarum pœna ne damnet uirum.
Tundatur (inquit) terga crebris ictibus
Plumboque ceruix uerberata extuberet.
Perſona quęque competenter plectitur:
Magnique refert uilis an ſit nobilis,
Gradu reorum forma tormentis datur.
Pulſatus ergo martyr illa grandine
Poſtquam inter ictus dixit hymnum plunbeos
Erectus infit. abſit ut me nobilem
Sanguis parentum præſtet: aut lex curiæ.
Generoſa Chriſti ſecta nobilitat uiros.
Si prima noſtris quæ ſit in cunabulis
Origo textu ſtemmatis recenſeas:
Dei parentis eſſe ab ore cœpimus.

Cuiuſque ſeruit: ille uere eſt nobilis.
Patri rebellis inuenitur degener.
Honos deinde ſtemmati accedi nouus:
Et ſplendor ingens: ut magiſtratus uenit:
Si confitendi nominis teſtem probum
Signent inuſta ferri & ignis uulnera.
Et uim dolorum mors ſequatur inclyta.
Caue benignus eſſe peruerſe uelis:
Nec mi remiſſus leniter, peperceris.
Incumbe membris tortor: ut ſim nobilis:
His ampliatus ſi fruar ſucceſſibus:
Genus patris matriſque floccifecero.
Hæc ipſa ueſtra dignitatum culmina
Quid eſſe cenſes? nonne curſim tranſeunt
Faſces, ſecures, ſella, prætexta, togę,
Lictor, tribunal, & trecenta inſignia
Quibus tumetis: moxque detumeſcitis?
Cum conſulatum initis: ut uernę ſolent;
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis.
Aquila ex eburnea ſumit arrogantiam
Geſtator eius: ac ſuperbit beluæ
Inflatus oſſe: cui figura eſt alitis.
Iam ſi ſuberis ad ſigillorum pedes
Iaceatis infra ſectilem quercum ſiti:
Quid eſſe uobis æſtimem proiectius?
Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres rogatos matris idææ ſacris.
Lapis nigellus euehendus eſſedo
Muliebris oris clauſus argento ſedet:
Quem dum ad lauacrum pręeundo ducitis.
Pedes remotis atterentes calceis:
Almonis uſque peruenitis riuulum.
Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos eſſe monſtrat: cum luperci curritis?
Quem ſeruulorum non rear uiliſſimum:
Nudus plateas ſi per omnes curſitans
Pulſet puellas uerbere actas ludrico?
Miſeret tuorum me ſacrorum & principum
Morumque Roma ſeculi ſummum caput.
Age explicemus: ſi placet: myſteria
Præfecte ueſtra, iam neceſſe eſt audias
Nolis uelis, nequid colatis ſordium.
Nec terret iſta: qua tumes ueſania.
Quod uultuoſus, quod ſupinus, quod rigens.
Tormenta lęti comminaris aſperi.
Si me mouere rebus ullis niteris:
Ratione mecum: non furore dimica.
Iubes relictis patris & Chriſti ſacris,

Vt tecum adorem fœminas ac mille mares
Deas deoſque, deque ſexu duplici
Natos nepotes abnepotes editos;
Et tot ſtuprorum ſordidam proſapiem.
Nubunt puellæ, ſæpe luduntur dolis.
Amaſionum comprimuntur fraudibus.
Incœſta feruent, furta mœchorum calent.
Fallit maritus, odit uxor pellicem.
Deos catenæ colligat adulteros.
Oſtende quæſo quas ad aras præcipis:
Veruece cęſo fumet ut ceſpes meus?
Delphos ne pergam? ſed uetat palæſtrici
Corrupta ephœbi fama: quem ueſter Deus
Effœminauit gymnadis licentia.
Mox fleuit impuratus occiſum graui
Diſco: & dicauit florulentum ſuccubam.
Conductus idem pauit alienum pecus.
Furem deinde perditi paſſus gregis
Segnis bubulcus tela & ipſe perdidit.
An ad cybellis ibo lucum pineum?
Puer ſed obſtat gallus ob libidinem
Per triſte uulnus perque ſectum dedecus.
Ab impudicæ tutus amplexu deæ.
Per multa matri ſacra plorandus ſpado.
Sed credo magni limen amplectar Iouis:
Qui ſi citetur legibus ueſtris: reus
Laqueis minacis implicatus Iuliæ
Luet ſeueram uictus & ſcatiniam,
Te cognitore dignus ire in carcerem.
Quid aureorum conditorem temporum
Cenſes colendum, quem fugacem non negas
Latuiſſe furtim: dum reformidat malum.
Quem ſi beate uiuere audit Iuppiter:
Plectat neceſſe eſt occulendi conſcios.
Quid inter aras diſſidentum numinum
Putas agendum? Martis indignabitur
Offenſa uirtus ſi colatur Lemnius.
Iunonis Iram ſentiet quiſque: ut Deum
Signo aut ſacello conſecrauit Herculem.
Dices licenter hæc poetas fingere.
Sed ſunt & ipſi talibus myſterijs
Tecum dicati: quoque deſcribunt: colunt.
Tu cur piaculum tam libenter lectitas?
Cur in theatris te uidente id plauditur?
Cyenus ſtuprator peccat inter pulpita.
Saltat tonantem tauricornem lydius,
Spectator horum pontifex ſummus ſedes.
Rideſque & ipſe, nec negando deluis;

Cum

Cum fama tanti polluatur numinis.
Cur tu ſacrate per cachinnos ſolueris;
Cum ſe maritum fingit Alchmenæ Deus?
Meretrix Adonin uulneratum ſcænica
Libidinoſo plangit affectu palam.
Nec te lupanar cypridis ſanctæ mouet.
Quid quod ſub ipſis ueritas ſignis patet
Formata in ære criminum ueſtigijs?
Quid uult ſigillum ſemper adfixum Ioui
Auis miniſtræ? nempe uelox armiger
Leno exoletum qui tyranno pertulit.
Facem recincta ueſte prætendit Ceres:
Cur ſi deorum nemo rapuit uirginem,
Quam nocte quærens mater errat peruigil,
Fuſos rotantem cernimus tyrinthium?
Cur ſine ære non fuit ludibrio?
Quid ruſticorum monſtra deteſter Deum?
Faunos, Priapos, fiſtularum præſides?
Nymphas natantes, incolaſque aquatiles
Sitas ſub alto more ranarum lacu?
Diuinitatis ius in algis uilibus?
Ad hæc colenda me uocas cenſor bone?
Potes ne quicquam tale: ſi ſanum ſapis:
Sanctum putare? nonne pulmonem mouet
Deriſus iſtas intuens ineptias
Quas uinolentæ ſomnijs fingunt anus?
Aut ſi quid uſquam eſt uanitatis myſticæ:
Nobis colendum eſt: ipſe primum incipe:
Pronuſque adora quicquid in terris ſacri eſt:
Deos latinos, & deos Aegyptios
Quis Roma libat: quis canopus ſupplicat.
Venerem precaris? comprecare & ſimiam.
Placet ſacratus aſpis Aeſculapij?
Crocodilus, ibis, & canes cur diſplicent?
Adpone porris religioſas arulas.
Venerare acerbum cepe, mordax allium,
Fuliginoſi ture placantur lares,
Et reſpuuntur conſecrata holuſcula.
Aut unde maior eſſe maieſtas focis
Quam nata in hortis ſarculatis creditur:
Si numen ignibus, ollis numen & porris ineſt?
Sed pulchra res eſt forma in aere ſculptilis.
Quid imprecabor officinis gratiæ?
Quæ condiderunt gentibus ſtultis deos?
Forceps Myronis, Polycleti malleus
Natura uerorum eſt atque origo cœlitum
Ars ſeminandis efficax erroribus:
Barbam rigentem dum Iouis circumplicat.

Dum defluentem leniter flectens comam.
Limat capillos: & corymbos liberi:
Et dum Mineruæ pectus hydris aſperat,
Iniecit atram territis formidinem:
Vt fulmen aeris ceu tonantis horreant,
Tremant uenenum ſibilantis Gorgonæ.
Putent Ephœbum poſt triumphos indicos
Ferire Thyrſo poſſe, cum ſit ebrius.
Tum quod Dianam molle ſuccinctam uident:
Venantis arcum pertimeſcunt uirginis.
Si forte uultum triſtioris Herculis
Liquore criſpo maſſa finxit fuſilis:
Clauam minari: ni colatur: creditur.
Iam quis pauentum corda terror occupat?
Iunonis iram ſi polite expreſſerit:
Velut retortis intuens obtutibus
Auertat ora de Litantis hoſtia.
Lapis ſeuera fronte mentitur minas
Miror quod ipſum non ſacratis Mentorem:
Nec templum & aras ipſe Phidias habet
Fabri deorum uel parentes numinum.
Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnius:
Cum condiderint gentibus ſtultis deos:
Non eſſet ullus Iuppiter conflatilis.
Non erubeſcis ſtultæ pago dedite
Te tanta ſemper perdidiſſe obſonia:
Quos trulla, peluis, cantharus, ſartagines,
Fracta & liquata contulerunt uaſcula?
Ignoſce fatuis hæc tamen uulgaribus:
Quos lana terret diſcolor a in ſtipite.
Quos ſæpe falſus circulator decipit:
Quibus omne ſanctum: quod pauendum uanul§
Edentularum cantilenæ ſuaſerint.
Vos eruditos miror & doctos uiros:
Perpenſa uitæ quos gubernat regula,
Neſcire uel diuina uel mortalia
Quo iure conſtent, quanta maieſtas edat
Quicquid creatum: quæ creauit omnia.
Deus perennis res inextimabilis
Non cogitando non uidendo clauditur.
Excedit omnem mentis humanæ modum.
Nec comprehendi uiſibus noſtris ualet.
Extraque & intus implet: ac ſuperfluit.
Intemporalis ante quam primus dies
Eſſe & fuiſſe ſemper unus obtinet:
Lux ipſa uera, ueri & author luminis,
Cum lumen eſſet: lumen effudit ſuum.
Ex luce fulgor natus hic eſt filius.

Vis una patris, uis & una eſt filij,
Vnuſq; ab uno lumine ſplendor ſatus,
Pleno refulſit claritatis lumine.
  Natura ſimplex pollet unius Dei.
Et quicquid uſquam eſt: una uirtus condidit.
Cœlum, ſolumq;, uim marini gurgitis,
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila.
Septentriones, heſperos, æſtus, niues,
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina.
Prærupta, plana, montium conuallia.
Feras, uolucres, reptiles, natatiles,
Iumenta, pecua, ſubiugales, beluas,
Flores, fruteta, germina, herbas, arbores.
Quæ ſunt odori, quæque uernantes eſui.
Hæc non labore & arte molitus Deus:
Sed iuſſione quam poteſtas protulit.
Mandauit eſſe: facta ſunt: quæ non erant.
Verbo creauit omniformem machinam.
Virtus paterna ſemper in uerbo fuit.
  Cognoſtis ipſum: nunc colendi agnoſcite
Ritum, modumq;, quale ſit templi genus,
Quæ dedicari ſanxerit donaria.
Quæ uota poſcat, quos ſacerdotes uelit,
Quod mandet illic nectar immolarier.
Aedem ſibi ipſe mente in hominis condidit
Viuam, ſerenam, ſenſualem, flabilem.
Solui incapacem poſſe, nec deſtructilem,
Pulchram, uenuſtam, præeminentem culmine.
Diſcriminatis inlitam coloribus.
Illic ſacerdos ſtat ſacrato in limine.
Foreſq; primas uirgo cuſtodit fides.
Innexa crines uinculis regalibus;
Poſcit litari uictimas Chriſto & patri:
Quas ſit placere, candidatas, ſimplices,
Frontis pudorem, cordis innocentiam.
Pacis quietem, caſtitatem corporis.
Dei timorem, regulam ſcientiæ,
Ieiuniorum 4 parcitatem ſobriam,
Spem non iacentem, ſemper & largam manum.
Ex his amœnis hoſtijs ſurgit uapor
Vincens odorem balſami, thuris, croci,
Auras madentes perſicorum aromatum.
Sublatus inde cœlum aduſque tollitur.
Et proſperatum dulce delectat Deum.
  Hanc diſciplinam 5 quiſquis infenſus uetat:
Vetat probatum uiuere: & ſanctum ſequi.
Vetat uigorem mentis alte intendere:
Noſtriq; acumen ignis ad terram uocat.

4 *Vides quõ inter uicti mas quas Deo dicit placere, eſt et paruitas ſobria ieiuniorũ? Non eſt ergo ieiuniũ res ſuperſtitioſa uel inutilis, ut Hæretici dicunt.*

5 *Conſiderent noui noſtri magiſtri an hanc diſciplinam ipſi nunc doceant, & populos ſuos ita uiuere inſtituant.*

Nec excitari uim ſinit prudentiæ.
O' merſa limo cæcitas gentilium.
O' carnulenta nationum pectora.
O' ſpiſſus error, o' tenebroſum genus.
Terris amicum, deditum cadaueri,
Subiecta ſemper intuens: nunquam ſupra.
Furor ne ſummus, ultima & dementia eſt
Deos putare: qui creantur nuptijs?
Rem ſpiritalem terrulenter quærere.
Elementa mundi conſecrare altaribus.
Id quod creatum eſt, conditorem credere.
Deaſceato ſupplicare ſtipiti.
Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere.
Aras offellis obſecrare bubulis.
Homines fuiſſe cum ſcias quos conſecras:
Vrnas deorum morticinas lambere?
Deſiſte iudex ſeculi tantum nefas
Viris iubere: fortibuſq; & liberis
Nil eſt amore ueritatis celſius.
Dei perennis nomen aſſerentibus
Nihil pauori eſt, & mors ipſa ſubiacet.
Dudum coquebat differente martyre
Aſclepiades intus iram ſubdolam:
Stomachatus alto felle dum longum ſilet:
Bilemque tectis concipit præcordijs.
Tandem latentis uim furoris euomit.
Pro Iuppiter quid eſt: quod ex hoc audio?
Stat inter aras & deorum imagines:
Et quod fateri cogor, in medio foro
Tacente memet hic perorat perditus:
Quicquid ſacrorum eſt ore fœdans impio?
O' fas piorum. moris o' priſci ſtatus.
Inuenta regum pro ſalute publica
Pompiliorum noſtra carpunt ſæcula.
Quis hos ſophiſtas error inuexit nouus:
Qui non colendos eſſe diuos diſputent?
Nunc dogma nobis chriſtianum naſcitur
Poſt euolutos mille demum conſules
Ab urbe Roma: ne retexam Neſtoras:
Quicquid nouellum ſurgit: olim non fuit.
Vis ſummam rerum noſſe? Pyrrham conſule.
Vbi iſte ueſter tunc erat ſummus Deus
Diuum fauore cum puer mauortius
Fundaret arcem ſepticollem Romulus?
Quod Roma pollet auſpicato condita
Ioui ſtatori debet & dijs cæteris.
Hoc ſanctum ab æuo eſt: hoc ab auis traditum.
Placanda nobis pro triumphis principis.

Delubra:

Delubra: fauſtus ut ſecundet gloriam
Procinctus: utque ſubiugatis hoſtibus
Ductor quietum frenet orbem legibus.
Accingere ergo quiſquis es nequiſſime
Pro principali rite nobiſcum Deos
Orare uita: uel quod hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt: ſolue pœnam ſanguine.
Spreuiſſe templa: reſpuiſſe eſt principem.
Tunc ille: nunquam pro ſalute & maximis
Fortiſſimiſque principis cohortibus
Aliter precabor: quam ut fideles militent:
Chriſtique lymphis ut renaſcantur patri:
Capiant & ipſum cœlitus paraclitum:
Vt idolorum reſpuant caliginem:
Cernant ut illud lumen æternę ſpei
Non ſucculentis influens obtutibus:
Nec corporales per feneſtras emicans:
Puris ſed intus quod relucet mentibus.
Pupilla carnis craſſa craſſum perſpicit;
Et res caduca: quod reſoluendum eſt uidet.
Liquidis uidendis aptus eſt animæ liquor.
Natura feruens ſola feruentiſſimę
Diuinitatis uim coruſcantem capit.
Hoc opto lumen Imperator nouerit
Tuus meuſque, ſi uelit fieri meus.
Nam ſi reſiſtat Chriſtiano nomini:
Meus ille talis Imperator non erit.
Scelus iubenti crede nunquam ſeruiam.
Statis miniſtri clamitans iudex ait,
Statis? manuſque continetis uindices?
Non rupta ſulcis diſſecatis uiſcera?
Animam nec intus abditam rimamini:
Erumpit unde uox profana in principem?
Scindunt utrumque milites teterrimi
Mucrone biulco penſilis latus uiri.
Sulcant per artus longa tractim uulnera.
Obliqua rectis: recta tranſuerſis ſecant.
Et iam retectis pectus albet oſſibus:
Nitendo anhelat: diffluunt ſudoribus:
Cum ſit quietus heros inquem ſęuiunt.
Hæc inter addit ſponte Romanus loqui.
Si quæris o præfecte uerum noſcere:
Hoc omne quicquid lancinatur: non dolet.
Dolet: quod error pectori inſidet tuo.
Populos quod iſtos tecum trahis perditos.
Currunt frequentes undique ad ſpectaculum
Gentile uulgus; heu gemenda corpora.
Crudumque noſtræ ſortis exemplum tremunt.

Audite cuncti, clamo longe ac prædico.
Emitto uocem de catafta celſior.
Chriſtus paternæ gloriæ ſplendor, Deus
Rerum creator: noſter idem particeps,
Spondet ſalutem perpetem credentibus,
Animæ ſalutem: ſola quæ non occidit:
Sed iuge durans diſpares caſus ſubdit.
Aut luce fulget, aut tenebris mergitur.
Chriſtum ſecuta patris intrat gloriam.
Diſiuncta Chriſto mancipatur tartaro.
Curanda mercis qualitas: quæ nam mihi
Contingat olim perpetis ſubſtantiæ.
Nam membra paruipendo quo pacto cadant
Caſura certe lege naturæ ſuæ.
Inſtat ruina, quod reſoluendum eſt, ruat.
Nec diſtat ignis & fidiculę ſeruiant:
An corpus ægrum languor aſper torqueat.
Cum ſæpe morbos maior armet ſęuitia.
Non ungularum tanta ius latus fodit
Mucrone: quanto dira pulſat pleureſis.
Nec ſic inuſta laminis ardet cutis:
Vt febris atro felle uenas exedit:
Vel ſummam pellis ignis obductus coquit:
Papulaſque feruor æſtuoſus excitat.
Credes cremari ſtridulis cauteribus.
Miſerum putatis quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod reuelluntur pedes.
Compago neruis quod ſonat crepitantibus?
Sic eiulantes oſſa clamant diuidi:
Nodoſa torquet quos podagra & arthreſis.
Horretis omnes haſce carnificum manus.
Num mitiores ſunt manus medentium:
Laniena quando ſæuit hippocratica?
Viuum ſecatur uiſcus: & recens cruor
Scalpellum tingit: dum putredo abraditur?
Putate ferrum triſte chirurgos meis
Inferre coſtis: quod ſecat ſalubriter:
Non eſt amarum quo reformatur ſalus.
Videntur iſti carpere artus tabidos:
Sed dant medelam rebus intus uiuidis.
Quis neſcit autem quanta corruptela ſit
Contaminatæ carnis ac ſolubilis?
Sordet, tumeſcit, liquitur, fętet, & dolet.
Inflatur ira, ſoluitur libidine.
Plerunque felle intincta liuores trahit.
Aurum regeſtum nonne carni adquiritur?
Inluſa ueſtis, gemma, bombix, purpura
In carnis uſum mille quæruntur dolis.

Luxus uorandæ carnis aruinam fouet.
Carnis uoluptas omne per nefas ruit.
Medere(quæſo) carnifex tantis malis.
Concide, carpe fomitem peccaminum.
Fac ut reſecto debilis carnis ſitu
Dolore ab omni mens ſuperſit libera:
Ne geſtet ultra quod tyrannus amputet,
Nec terrearis turba circunſtantium.
Hoc perdo ſolum: quod peribit omnibus.
Regi, clienti, pauperique & diuiti.
Sic uernularum, ſic ſenatorum caro
Tabeſcit: imo cum ſepulchro recondita eſt.
Iactura uilis mordet & damnum leue:
Si quo carendum eſt: perdere extimeſcimus,
Cur quod neceſſe eſt non uoluntas occupat?
Natura cur non uertit in rem gloriæ?
Legale damnum deputemus pręmijs.
Sed pręmiorum forma quæ ſit fortibus
Videamus. illa nempe quę nunquam perit:
Cœlo refuſus ſubuolauit ſpiritus.
Dei parentis perfruetur Lumine
Regente Chriſto ſtans in arce regia.
Quandoque cœlum ceu liber plicabitur.
Cadet rotati ſolis in terram globus.
Sphęram ruina menſtrualem deſtruet.
Deus ſuperſtes ſolus,& iuſti ſimul
Cum ſempiternis permanebunt angelis.
Contemne pręſens utile o prudens homo:
Quod terminandum: quod relinquendum eſt tibi.
Omitte corpus rem ſepulchri & funeris.
Tende ad futuram gloriam. perge ad Deum.
Agnoſce qui ſis, uince mundum & ſęculum.
Vix dum elocutus martyr hanc peregerat
Orationem: cum furens interſerit,
Aſclepiades. uertat ictum carnifex
In os loquentis: inque maxillas manus:
Sulcoſque acutos & fidiculas transferat.
Verboſitatis ipſe rumpatur locus.
Scaturientes perdat ut loquacitas
Sermonis auras perforatis follibus:
Quibus ſonandi nulla lex ponit modum.
Ipſa & loquentis uerba torqueri uolo.
Implet iubentis dicta lictor improbus.
Charaxat ambas ungulis ſcribentibus
Genas: cruentis & ſecat faciem notis.
Hirſuta barbis ſoluitur carptim cutis.
Et mentum adusque uultus omnis ſcinditur,
Martyr fluentem ſatur inter ſanguinem.

Grates tibi o prȩfecte magnas debeo:
Quod multa pandens ora iam Chriſtum loquor.
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus unus. impar ad laudes Dei
Rimas patentes inuenit uox edita:
Multiſque fuſa rictibus reddit ſonos
Nunc inde plures, & profatur undique
Chriſti patriſque ſempiternam gloriam.
Tot ecce laudant ora: quot ſunt uulnera.
Tali repreſſus cognitor conſtantia
Ceſſare pœnam præcipit, tunc ſic ait.
Per ſolis ignes iuro: qui noſtros dies
Reciprocatis adminiſtrat circulis:
Cuius recurſu lux & annus ducitur:
Ignes parandos iam tibi triſtis rogi:
Qui ſine digno corpus iſtud deuoret:
Quod perſeuerans tam reſiſtit nequiter
Sacris uetuſtis: nec dolorum ſpiculis
Victum ſatiſcit: fitque pœnis fortius.
Quis hunc rigorem pectori iniecit ſtuporé
Mens obſtinata eſt, corpus omne obcalluit.
Tantus nouelli dogmatis regnat furor.
Hic nempe ueſter Chriſtus haud olim fuit:
Quem tu fateris ipſe ſuffixum Cruci.
Hæc illa crux eſt omnium noſtrum ſalus:
Romanus inquit, hominis hæc redemptio eſt.
Scio incapacem te ſacramenti impie
Non poſſe cȩcis ſenſibus myſterium
Haurire noſtrum, nil diurnum nox capit.
Tamen in tenebris proferam claram facem.
Sanus uidebit. Lippus oclos obteget.
Remouete lumen dicet inſanabilis.
Iniurioſa eſt nihil uidenti claritas.
Audi prophane quod grauatus oderis.
Regem perennem rex perennis protulit
In ſe manentem: nec minorem tempore:
Quia tempus illum non tenet. nam fons retro
Exordiorum eſt & dierum & temporum.
Ex patre Chriſtus, hoc pater: quod filius
Hic ſe uidendum prȩſtitit mortalibus.
Mortale corpus ſumpſit immortalitas,
Vt dum caducum portat æternus Deus:
Tranſire noſtrum poſſet ad cœleſtia.
Homo eſt peremptus: & reſurrexit Deus.
Congreſſa mors eſt membra geſtanti Deo.
Dum noſtra tentat, ceſſit immortalibus.
Stultum putatis hoc ſophiſtæ ſeculi:
Sed ſtulta mundi ſummus eligit pater:

Vt ſtultus eſſet ſeculi, prudens Dei.
Antiquitatem Romuli & mauortiam
Lupam renarras primum: & omen uulturum.
Si res nouellas reſpues: nil tam recens.
Vix mille faſtis implet hanc ætatulam
Curſus dierum conditore ab augure.
Sexcenta poſſum regna pridem condita
Proferre toto in orbe ſi ſit ocium,
Multo ante clara: quam capellam gnoſiam
Suxiſſe fertur Iuppiter Martis pater.
Sed illa non ſunt, hæc & olim non erunt.
Crux iſta Chriſti quam nouellam dicitis:
Naſcente mundo factus ut primum eſt homo.
Expreſſa ſignis, expedita eſt literis.
Aduentus eius mille per miracula
Prænunciatus ore uatum conſono.
Reges, prophetæ, iudiceſq́ꝫ, & principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtilo,
Non deſtiterunt pingere 6 formam crucis.
Crux prænotata: crux adumbrata eſt prius.
Crucem uetuſta combiberunt ſecula.
Tandem retectis uocibus propheticis
Aetate noſtra comprobata antiquitas
Coram refulſit ore conſpicabili:
Ne fluctuaret ueritas dubia fide:
Si non pateret teſte uiſu comminus.
Hinc nos & ipſum non perire credimus
Corpus ſepulchro: quod uorandum traditur:
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum uexit ad ſolium patris:
Viamq́ꝫ cunctis ad reſurgendum dedit.
Crux illa noſtra eſt, nos patibulum aſcendimus.
Nobis peremptus Chriſtus, & nobis Deus.
Chriſtus reuerſus ipſe qui moriens homo eſt:
Natura duplex moritur: & mortem domat:
Redditq́ꝫ in illud: quod perire neſciat.
Dixiſſe pauca ſit ſatis de myſticis
Noſtræ ſalutis: deque proceſſu ſpei.
Iam iam ſilebo, margaritas ſpargere
Chriſti uetamur inter immundos ſues:
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.
Sed quia profunda non licet luctarier
Ratione tecum: conſulamus proxima
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia.
Fuci imperitus fac ut adſit arbiter.
Da ſeptuennem circiter puerum aut minus:
Qui ſit fauoris liber: & non oderit

6 *Vide crucem etiam antiquitus pingi ſolitam.*

Quenquam : nec ullum mentis in uitium cadat.
Periclitemur quid recens infantia
Dicat ſequendum, quid nouus ſapiat uigor.
Hanc ille ſancti martyris uocem libens
Amplexus : unum de caterua infantium
Paruum, nec olim lacte depulſum capi:
Captumq́ adeſſe præcipit, quid uis roga
Inquit : ſequamur quod probarit puſio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris indolem, Filiole ait :
Dic quid uidetur eſſe uerum & congruens :
Vnum ne Chriſtum colere & in Chriſto patrem :
An comprecari mille formarum deos?
Arriſit infans : nec moratus rettulit.
Eſt quicquid illud quod ferunt homines Deum
Vnum eſſe oportet : quod uni eſt unicum.
Cum Chriſtus hoc ſit : Chriſtus eſt uerus Deus.
Genera deorum multa nec pueri putant.
Stupuit tyrannus ſub pudore fluctuans.
Nec uim decebat innocenti ætatulæ
Inferre leges, nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere.
Quis author (inquit) uocis eſt huius tibi :
Reſpondit ille mater, & matri Deus.
Illa ex parente ſpiritu docta imbibit :
Quo me inter ipſa paſceret cunabula.
Ego ut gemellis uberum de fontibus
Lac paruus hauſi : Chriſtum & hauſi credere.
Ergo ipſa mater adſit exclamat, cedo
Aſclepiades : diſciplinæ & exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia.
Male eruditi torqueatur funere
Infantis orba : quemque corrupit : fleat.
Adſit miniſtros uilis ut muliercula
Noſtros fatiget, quantulus autem dolor
Vexabit artus mortis auxilio breuis.
Oculi parentis punientur acrius :
Quam ſi cruentæ membra carpant ungulæ.
Vix hæc profatus, puſionem præcipit
Sublime tollant : & manu pulſent nates :
Mox & remota ueſte uirgis uerberent :
Tenerumq́ ictibus tergum ſecent
Plus unde lactis, quam cruoris defluat.
Quæ cautes illud perpeti ſpectaculum?
Quis ferre poſſit aeris, aut ferri rigor?
Impacta quoties corpus attigerat ſalix.
Tenui rubebant ſanguine uda uimina.
Quem plaga flerat roſcidis liuoribus.

Ferunt minaces uerberantium genas
Inlacrimaſſe ſponte dimanantibus
Guttis per ora barbarum frementia.
Scribas & ipſos & coronam plebium.
Proceresq́; ſiccis non ſtetiſſe uiſibus.
At ſola mater hiſce lamentis caret.
Soli ſereno frons renitet gaudio.
Stat impiorum corde pietas fortior
Amore Chriſti contumax doloribus
Firmatq́; ſenſum mollis indulgentiæ.
Sitire ſe ſe paruus exclamauerat.
Animæ æſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat: lymphæ ut hauſtum poſceret.
Quem torua mater eminus triſti intuens
Vultu, ſeueris uocibus ſic increpat.
Puto imbecillo nate turbaris metu,
Et te doloris horror afflictum domat?
Non hanc meorum uiſcerum ſtirpem fore
Deo ſpopondi, non in hanc ſpem gloriæ
Te procreaui: cedere ut leto ſcias.
Aquam bibendam poſtulas? cum ſit tibi
Fons ille uiuus præſto, qui ſemper fluit.
Et cuncta ſolus irrigat uiuentia,
Intus foriſq́; ſpiritum & corpus ſimul
Aeternitatem largiens potantibus?
Venies ad illud mox fluentum, ſi modo
Animo ac medullis ſolus ardor æſtuet
Videre Chriſtum, quod ſemel potum affatim
Sic ſedat omnem pectoris flagrantiam:
Vita ut beata iam ſitire neſciat.
Hic hic bibendus nate nunc tibi eſt calix.
Mille in Bethlem quem biberunt paruuli.
Oblita lactis & papillarum immemor
Aetas, amaris mox, deinde dulcibus
Refecta pochis mella ſumpſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud nitere o fortis puer,
Generoſa proles matris & potentia.
Omnes capaces eſſe uirtutum pater
Mandauit annos, neminem excepit diem.
Ipſis triumphos annuens uagitibus.
Scis ſæpe dixi cum docenti adluderes.
Et garrulorum ſigna uerborum dares,
Iſaac fuiſſe paruulum patri unicum.
Qui cum immolandus aram & enſem cerneret
Vltro ſacranti colla præbuerit ſeni.
Narraui & illud nobile ac memorabile
Certamen: una matre quod ſeptem editi
Geſſere pueri, ſed tamen factis uiri

Hortante eadem matre in ancipiti exitu
Pœnæ et coronæ ſanguini ut ne parcerent.
Videbat ipſos apparatus funerum
Præſens ſuorum: nec mouebatur parens.
Lętata quoties aut oliuo ſtridula
Sartago fixum torruiſſet puberem,
Dira aut cremaſſet laminarum impreſſio
Comam cutemq́ uerticis reuulſerat
A fronte tortor nuda teſta: ut tegmine
Ceruicem aduſque dehoneſtaret caput.
Clamabat illa. patere, gemmis ueſtiet
Apicem corona regio ex diademate.
Linguam tyrannus amputari iuſſerat
Vni ex ephœbis: mater aiebat, ſatis
Iam parta nobis gloria eſt, pars optima
Deo immolatur, ecce noſtri corporis
Digna eſt fidelis lingua: quæ ſit hoſtia
Interpres animi, enunciatrix ſenſuum,
Cordis miniſtra, præco operti pectoris.
Et ſit redemptrix prima membrorum omnium.
Ducem dicatam mox ſequentur cætera.
His Machabæos incitans ſtimulis parens
Hoſtem ſubegit ſubiugatum ſepties:
Quot fœta natis: tot triumphis inclyta.
Me partus ut feracem gloriæ
Mea uita præſtet: in tua eſt ſitum manu
Per huius alui fida conceptacula:
Per hoſpitalem menſe biſquino larem:
Si dulce noſtri pectoris nectar tibi:
Si molle gremium: grata ſi crepundia:
Perſiſte: & horum munerum authorem adſere.
Qua nam arte nobis uiuere intus cœperis:
Nihilumq́ & illud unde corpus: neſcio:
Nouit animator ſolus & factor tui:
Inpendere ipſi: cuius ortus munere es
Bene in datorem quod dedit: refuderis.
Talia canente matre iam lętus puer
Virgas ſtrepentes & dolorem uerberum
Ridebat, hic tum cognitor pronunciat.
Claudatur infans carcere: & tanti mali
Romanus author torqueatur acrius.
Illum recentes per cicatricum uias
Denuo exarabant: quaque acutum traxerant
Paulo ante ferrum: mox recrudeſcentibus
Plagis apertas perſequebantur notas.
Quos iam ſuperbus uictor ignauos uocat.
O non uirile robur: ò molles manus:
Vnam labantis diſſipare tandiu

Vos non poteſſe fabricam corpuſculi?
Vix iam cohęret: nec tamen penitus cadit
Vincens lacertos dexterarum inertium.
Citius cadauer dentibus carpunt canes:
Longeque morſus uulturum efficatior
Ad deuorandas carnis offas mortuæ.
Languetis imbelli fame: ac ſatiſcitis.
Gula eſt ferina, ſed ſocors edacitas.
Exarſit iſtis turbida ira iudicis:
Seque in ſupremam concitat ſententiam.
Si te morarum pœnitet: finem citum
Subeas licebat, ignibus uorabere
Damnatus: & fauilla iam tenuis fies.
Abiens at ille: cum foro abriperent uirum
Truces miniſtri: pone reſpectans ait.
Appello ab iſta perfide ad Chriſtum meum
Crudelitate: non metu mortis tremens:
Sed ut probetur eſſe: nil quod iudicas.
Quid differo(inquit ille)utroſque perdere:
Puerum ac magiſtrum complices ſectæ impiæ?
Gladius recidat uile uix hominis caput
Infantis iſtum flamma uindex concremet.
Sit his ſub uno fine diſpar exitus.
Peruentum ad ipſum cędis implendæ locum.
Natum gerebat mater amplexu & ſinu:
Vt primitiuum crederes Fętum geri
Deo offerendum ſancti Abelis ferculo:
Lectum ex ouili puriorem cęteris.
Puerum popoſcit carnifex, mater dedit.
Nec immorata eſt fletibus: tantum oſculum
Impreſſit unum, uale ait dulciſſime:
Et cum 7 beatus regna Chriſti intraueris:
Memento matris iam patrone ex filio:
Dixit, deinde dum ferit ceruiculam
Percuſſor enſe: docta mulier pſallere
Hymnum canebat carminis dauidici.
Pretioſa ſancti mors ſub aſpectu Dei.
Tuus ille ſeruus, proles ancillæ tuæ.
Talia retexens explicabat pallium:
Manuſque tendebat ſub ictu & ſanguine:
Venarum ut undam profluam manantium
Et palpitantis oris exciperet globum.
Excepit: & caro adplicauit pectori.
At parte campi ex altera immanem pyram
Texebat uſtor fumidus pinu arida
Sermenta mixtim ſubdita: & fœni ſtruem
Spargens liquata rore feruentis picis:
Quo flamma paſtu creſceret ferocius.

7 *Ecce animas ſanctorum ſtatim poſt mortem euolare ad cœlū, & recordari propinquorum uiuentium.*

Et iam retortis brachijs furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.
Scio(inquit ille)non futurum: ut concremer
Nec paſſionis hoc genus dictum eſt mihi:
Sed reſtat ingens: quód fiat miraculum.
Hęc eius orſa ſequitur immenſus fragor:
Nubis ruentis nimbus undatim nigro
Pręceps aquarum flumine ignes obruit,
Alunt oliuo ſemicombuſtas faces:
Sed uincit imber iam madentem fomitem.
Trepidare teter carnifex rebus nouis
Turbatus: & qua poſſet arte inſiſtere:
Verſare torres cum fauillis humidis:
Prunas maniplis confouere ſtupeis:
Et ſemen ignis inter undas quærere.
Quod cum tumenti nuntiatum eſt iudici:
Commouit iram fellis implacabilis.
Quouſque tandem ſummus hic nobis magus
Inludit (inquit) theſſalorum carmine,
Pœnam peritus uertere in ludibrium.
Fortaſſe ceruix ſi ſecandam iuſſero:
Flecti ſub enſem non patebit uulneri.
Vel amputatum plaga collum diuidens
Rurſus coibit: ac reglutinabitur:
Humeriſq; uertex eminebit additus.
Tentemus igitur, ante partem quampiam
Truncate ferro corporis ſuperſtitis:
Ne morte ſimpla criminoſus multiplex
Cadat, uel una perfidus cede oppetat.
Quot membra geſtat: tot modis pereat uolo.
Libet experiri lerna ſicut traditur
Vtrum renatis pululeſcat artubus:
Ac ſe imminutis corporis damnis nouum
Inſtauret, ipſe prępſto erit tunc Hercules
Hydrina ſuetus uſtum ire uulnera.
Iam nunc ſecandi doctus adſit artifex:
Qui cuncta norit uiſcerum confinia:
Vel nexa neruis diſparare uincula.
Date hunc reuulſis qui medetur oſſibus:
Aut facta nodis ſarciens compaginat.
Linguam priorem detrahat radicitus:
Quę corpore omni ſola uiuit nequior.
Illa procaci peſſima in noſtros Deos
Inuecta motu, fas profanauit uetus:
Audax & ipſi non pepercit principi.
Ariſto quidam medicus accitus uenit,
Proferre linguam pręcipit, profert ſtatim
Martyr, retectam pandit, ima & faucium

Ille & palatum tractat, & digito exitum
Vocis pererrans uulneri exploret locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens
Scalpellum intuſque guttur inſertans agit.
Illo ſecante fila ſenſim ſingula
Nunquam momordit martyr: aut os dentibus
Compreſſit arctis: nec cruorem ſorbuit.
Immotus & patente rictu conſtitit:
Dum ſanguis extra defluit ſcaturiens
Perfuſa pulcher menta ruſſo ſtemmate
Fert: & cruenti pectoris ſpectat decus,
Fruiturque & oſtro ueſtis ut iam regiæ.
Pręfectus ergo ratus elinguem uirum
Cogi ad ſacrandum poſſe, cum uerbis carens
Nil in deorum oblacteraret dedecus,
Iubet reduci iam tacentem & debilem
Multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo,
Et thus, & ignem uiuidum in carbonibus.
Taurina & exta uel ſuilla abdomina.
Ingreſſus ille ut hos paratus perſpicit:
Inſufflat ipſos ceu uideret dęmonas.
Irridet hoc Aſclepiades lętior.
Addit deinde. nunquid inclementius
Sicut ſolebas es paratus dicere?
Effare quod uis: ac per ora ediſſere.
Permitto uocem libere ut exerceas.
Romanus alto corde ſuſpirans diu
Gemitu querelam traxit: & ſic orſus eſt.
Chriſtum loquenti lingua nunquam defuit?
Nec uerba quæras quos regantur organo:
Cum prędicatur ipſe uerborum dator:
Qui fecit ut uis uocis expreſſa intimo
Pulmone, & oris torta ſub teſtudine
Nunc ex palato det repercuſſo ſonos:
Nunc temperetur dentium de pectine:
Sitque his agendis lingua plectrum mobile,
Si mandet idem faucium ſic fiſtulas
Spirare flatu concinentes conſono:
Vt uerba in ipſis explicent meatibus:
Vel exitu oris cymbalis profarier
Nunc preſſa parce labra nunc hiantia.
Dubitas ne uerti poſſe naturæ ſtatum:
Cui facta forma eſt: qualis eſſet primitus?
Hanc nempe factor uertere ut libet poteſt.
Poſitaſque leges texere, ac retexere:
Linguam loquela ne miniſtram poſtulet
Vis ſcire noſtri numinis potentiam.

Fluctus liquentis æquoris preſſit pede.
Natura fluxa ac tenuis in ſolidum coit.
Quæ diſpar illis legibus: quis condita eſt:
Solet natus ferre: fert ueſtigia.
Habet uſitatum munus hoc diuinitas:
Quę uera nobis colitur in Chriſto & patre,
Mutis loquelam: percitum claudis gradum:
Surdis fruendam reddere audientiam.
Donare cęcis lucis inſuetę diem.
Hæc ſi quis amens fabuloſa exiſtimat:
Vel ipſe tute ſi parum fidelia
Rebare pridem: uera cognoſcas licet.
Habes loquentem: cuius amputaueras
Linguam, probatis cede iam miraculis
Horror ſtupentem preſecutorem ſubit,
Timorque & ira pectus in caliginem
Vertere, neſcit uigilet: an ne ſomniet.
Miratur hærens quod ſit oſtenti genus.
Formido frangit, armat indignatio.
Nec uim domare mentis effrenæ poteſt.
Nec quo furoris tela uertat: inuenit.
Poſtremo medicum ſęuus inſontem iubet
Reum citari. nundinatum hunc arguit
Mercede certa pactus ut colluderet:
Aut ferrum in ore nil agens & irritum
Verſaſſe fruſtra, ſeu retunſis tactibus
Aut arte quadam uulnus illatum breue:
Quod fauciata parte linguam lęderet:
Neruos nec omnes uſquequaque abſcinderet,
Manere ſaluam uocis armoniam probe,
Non poſſe inani concauo uerba exprimi:
Quæ concrepare lingua moderatrix facit.
Eſto ut reſultet ſpiritus uacuo ſpecu
Echo: ſed extat inde non oratio.
Veris refutat medicus hanc calumniam.
Scrutare uel tu nunc latebras faucium:
Intraque dentes curioſum pollicem
Circunfer: hauſtus uel patentes inſpice:
Lateat ne quicquam: quod regat ſpiramina.
Quanquam foraſſem forte ſi puncto leui:
Tenui ue linguam contigiſſem uulnere.
Titubante plectro fatus eſſet debilis.
Nam cum magiſtra uocis in uitium cadit:
Vſus & neceſſe eſt ut loquendi intercidat.
Fiat per clum ſi placet: cuiuſmodi
Edat querelam quadrupes lingua eruta
Elinguis: & quem porca grunitum ſtrepat,
Cui uox fragoſa, clamor eſt inconditus:

Probabo

Probabo mutam nil ſonare ſtridulum.
Teſtor ſalutem principis,me ſimplici
Functum ſecantis arte iudex optime:
Seruiſſe iuſſis abſque fraude publicis.
Sciat hic: quis illi uerba ſuggillet Deus.
Ego unde mutus ſit diſertus: neſcio.
His ſe Ariſto purgat,at contra impium
Nil hæc latronem chriſtianorum mouent.
Magis magiſq; fertur in ueſaniam.
Quærit num alienus ſanguis ille aſperſerit
Virum: ſuo ne fluxerit de uulnere?
Reſpondit his Romanus, eccum præſto ſum.
Meus iſte ſanguis uerus eſt: non bubulus.
Agnoſcis illum: quem loquor miſerrime
Pagane ueſtri ſanguinem ſacrum bonis;
Cuius litata cæde permadeſcitis.
Summus ſacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Acta in profundum conſecrandus mergitur
Mire infulatus: feſta uitis tempora
Nectens: corona tum repexus aurea;
Cinctu gabino ſericam fultus togam.
Tabulis ſuperne ſtrata texunt pulpita
Rimoſa rari pegmatis compagibus.
Scindunt ſubinde uel terebrant aream:
Crebroq; lignum perforant acumine:
Pateat minutis ut frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fonte torua & hiſpida
Sertis reuinctus aut per armos floreis:
Aut impeditis cornibus deducitur.
Nec non & auro frons coruſcat hoſtiæ:
Setaſq; fulgor brattealis inficit.
Hic ut ſtatura eſt immolanda belua:
Pectus ſacrato diuidunt uenabulo.
Eructat amplum uulnus undam ſanguinis
Feruentis. inque texta pontis ſubditi
Fundit uaporum flumen: & late æſtuat.
Tum per frequentes mille rimarum uias
Illapſus imber tabidum rorem pluit:
Defoſſus intus quem ſacerdos excipit
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput
Et ueſte & omni putrefactus corpore,
Qui nos ſupinat obuias offert genas.
Supponit aures, labra, nares obicit.
Oculos & ipſos perluit liquoribus.
Nec iam palato parcit: & linguam rigat:
Donec cruorem totus atrum combibat.
Poſtquam cadauer ſanguine egeſto rigens
Compage ab illa flamines retraxerint,

Procedit inde pontifex uiſu horridus,
Oſtentat udum uerticem, barbam grauem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagiis,
Tabo recentis ſordidum piaculi
Omnes ſalutant, atque adorant eminus:
Vilis quod illum ſanguis & bos mortuus
Fœdis latentem ſub cauernis lauerint.
Addamus illam uis ecatonben tuam:
Centena ferro cum cadunt animalia:
Variaq; abundans cęde reſtagnat cruor:
Vix ut cruentis augures natatibus
Poſſint meare per profundum ſanguinem.
Sed quid macellum pingue puluinarium?
Quid maximorum lancinatores gregum
Euiſcorata carne crudes criminor?
Sunt ſacra quando uoſmetipſi exciditis
Votiuus & cum membra detruncat dolor:
Cultrum in lacertos exerit fanaticus:
Sectiſq; matrem brachiis placat deam.
Furere ac rotare ius putatur miſtycum.
Parta ad ſecandum dextra fertur impia.
Cœlum meretur uulnerum crudelitas.
Aſt hic metenda dedicat genitalia.
Numen reciſo mitigans ab inguine,
Offert pudendum ſemiuir donum deæ.
Illam reuulſa maſculini germinis
Vena effluenti paſcit auctam ſanguine.
Vterque ſexus ſanctitati diſplicet.
Medium retentat inter alternum genus,
Mas eſſe ceſſat ille: nec fit fœmina.
Fœlix deorum mater imberbes ſibi
Parat miniſtros lęuibus nouaculis.
Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas:
Acus minutas ingerunt fornacibus?
His membra pergunt urere, ut igniuerit.
Quancunq; partem corporis feruens nota
Stigmarit: hanc ſibi conſecratam prædicant.
Functum deinde cum relinquit ſpiritus:
Et ad ſepulchrum pompa fertur funeris:
Partes per ipſas imprimuntur bracteæ.
Inſignis auri lamina inducit cutem.
Tegitur metallo: quod peruſtum eſt ignibus.
Has ferre pœnas cogitur gentilitas.
Hac dii coërcent lege cultores ſuos.
Sic dæmon ipſe ludit hos: quos cœperit.
Docet execrandas ferre contumelias.
Tormenta inuri mandat infelicibus.

Atnoſter iſte ſanguis ex ueſtra fluit
Crudelitate, uos tyrannide de impia
Exulceratis innocentum corpora.
Si uos ſinatis: incruente uiuimus,
At ſi cruente puniamus: uincimus.
Sed iam ſilebo. finis inſtat debitus.
Finis malorum, paſſionis gloria.
Iam non licebit improbe. ut ſicut modo.
Torquere noſtra uel ſecare uiſcera.
Cedas neceſſe eſt uictus: & iam deſinas.
Ceſſabit equidem tortor & ſector dehinc.
Iudex minatur: ſed peremptoris manus
Succedet illis ſtrangulatrix faucium.
Aliter ſilere neſcit oris garruli
Vox inquieta. quam tubam ſi fregero.
Dixit,foroque protrahi iuſſit uirum
Trudi in tenebras noxialis carceris.
Elidit illic fune collum martyris
Lictor nefandus, ſic peracta eſt paſſio.
Anima 8 abſoluta uinculis cœlum petit.
Geſta intimaſſe cuncta fertur principi
Pręfectus, addens ordinem uoluminum:
Seriemque tantæ digerens tragœdię
Lętatus omne crimen in faſces refert
Suum tyrannus chartulis uiuacibus.
Illas ſed ætas conficit diutina.
Fuligo fuſcat, puluis obducit ſitu,
Carpit ſenectus: aut ruinis obruit.
Inſcripta Chriſto pagina immortalis eſt:
Nec obſoleſcet nullus in cœlis apex.
Excepit adſtans angelus coram Deo:
Et quæ locutus martyr: & quæ pertulit:
Nec uerba ſolum diſſerentis condidit:
Sed ipſa pingens uulnera expreſſit ſtilo
Laterum, genarum, pectoriſque,& faucium.
Omnis notata eſt ſanguinis dimenſio,
Vt quanque plagam ſulcus exarauerit.
Altam, patentem, proximam, longam, breuem.
Quæ uis doloris, quiue ſegmenti modus.
Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regeſtis eſt liber cœleſtibus
Monimenta ſeruans laudis indelebilis:
Relegendus olim ſempiterno iudici
Libramine æquo: qui malorum pondera
Et præmiorum comparabit copias.
Vellem ſiniſter inter hędorum greges
Vt ſum futurus, eminus dignoſcerer:
Atque hoc precante; diceret rex optimus:

8 *Anima Romani abſoluta uinculis carnis petit cœlum.*

9 Romanus orat, 9 transfer hunc hędum mihi,
Sit dexter agnus, induatur uellere.

Sancti in cœlo orant pro nobis.

VITA ET MORS SANCTÆ PELAGIÆ uirginis & martyris nec non matris & ſororum eius per diuum Ambroſium Epiſcopum ſcripta.

Habetur lib.3. eiuſdem de uirginibus.

IAm ad finem orationis uela pandenti bene ſuggeris ſoror ſancta, quid ſuper eorum meritis exiſtimandum ſit, qui ſe præcipitauere ex alto, uel in fluuium demerſerunt, ne perſecutorum inciderent manus, cum ſcriptura diuina uim ſibi Chriſtianum prohibeat inferre. Et quidem de uirginibus in neceſſitate cuſtodiæ conſtitutis, enodem habemus aſſertionē, cum martyrij extet exemplum.

Sancta Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorum fere quindecim, ſoror uirginum, & ipſa uirgo. Hæc primo domi claſſico perſecutionis incluſa, cum ſe a prædonibus fidei uel pudoris circumſederi uideret abſente matre & ſororibus, uacua præſidio, ſed Deo plenior: quid agimus, inquit, niſi proſpicias captiua uirginitas? Et uotum eſt, & metus eſt mori, quia mors non excipitur, ſed aſciſcitur. Moriamur ſcilicet, uel ſi nolunt luere, moriamur. Deus remedio non offenditur, & facinus fides ableuat. Certe ſi uim ipſam nominis cogitemus, quæ uis uoluntaria: illa magis eſt uis, mori uelle, nec poſſe, Nec difficultatē ueremur. Quis enim eſt qui uult mori & non poſſit, cum ſint ad mortem tam procliues uiæ? Iam enim ſacrilegas aras pręcipitate ſubuertam, & accenſos focos cruore reſtinguam. Non timeo ne dextera deficiens non peragat ictum, nec pectus ſe dolore ſubducat. Nullum peccatum carni relinquam, non uerebor ne deſit gladius. Poſſumus mori noſtris armis, poſſumus mori ſine carnificis beneficio. Matris in gremio fertur ornaſſe caput, nuptialem induiſſe ueſtem, ut non ad mortem ire diceres, ſed ad ſponſum.

Aſt ubi deteſtādi perſecutores ereptam ſibi uiderunt prędam pudoris, matrem & ſorores cęperunt quęrere. Verum illæ ſpirituali uolatu iam cāpum caſtitatis tenebant, cum ſubito hinc perſecutoribus imminentibus, inde torrente fluuio excluſæ a fuga, incluſę ad coronam, quid ueremur, inquiunt? Ecce aqua, quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptiſma eſt, quo peccata donantur, regna quęruntur, Et hoc baptiſma eſt, poſtquod nemo delinquit. Excipiat nos aqua, quæ regenerare conſueuit. Excipiat nos aqua, quæ uirgines facit. Excipiat nos aqua, quæ cœlum aperit, infirmos regit, mortem abſcondit, martyres reddit. Te rerum conditor precamur Deus, ne exanimata ſpiritu corpora uel unda diſpergat, ne mors ſeparet funera, quarum uitam non ſeparauit affectus, ſed ſit una conſtantia, una mors, una etiam ſepultura.

Hæc effatę & ſuſpenſæ paululum, incincto ſinu quo pudorem tegerēt, ne greſſum impedirent, conſertis manibus tanquam choros ducerent, in medium progrediuntur alueum, ubi unda torrentior, ubi profundū abruptius, illuc ueſtigia dirigentes, Nulla pedem retulit, nulla ſuſpendit inceſſum, nulla tentauit ubi greſſum figeret, anxiæ cum terra occurreret, offenſæ uado, lętę profundo. Videres piam matrem ſtringentem nodo manus, gaudere de pignore, timere de caſu, ne ſibi filias uel fluctus auferret. Has tibi (inquit) hoſtias Chriſte immolo, pręſules uirginitatis, duces caſtitatis.

caſtitatis, comites paſſionis.

Sed quis iure miretur tantam uiuentibus fuiſſe cōſtantiam, cum etiam defunctæ immobilem ſtationem corporum uendicauerint? Non cadauera unda nudauit, non rapidi curſus fluminis uolutarunt. Quin etiam ſancta mater licet ſenſu carens, pietatis tamen adhuc ſeruabat amplexum, & religioſum quem ſtrinxerat nodum, nec morte laxabat, ut quæ religioni debitum ſoluerat, pietate hærede mereretur. Nam quas ad martyrium iunxerat, uſque ad tumulum uendicabat.

VITA ADHVC SANCTÆ PELAGIÆ VIRginis & martyris, per eundem diuum Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

Habetur in epiſtola 7. Diui Ambroſii ad ſimplicianum lib. 2. Epiſtolarum.

QVid Theclam, quid Agnen, quid Pelagiam loquar, quæ tanquam nobilia uitulamina pullulantes, ad mortē quaſi ad immortalitatem feſtinauerunt? Inter leones uirgo exultauit, & prodeuntes beſtias expectauit intrepida. Et ut noſtra cum Indorum Gimnoſophiſtis cōferamur, quod ille uerbis gloriatus eſt, ſanctus Laurentius factis probauit, ut uiuus exureretur, & flammis ſuperſtes diceret: Verſa manduca. Haud degener Abramidarum & Machabęorum concertatus puerorū, quorum alij ſuper flammas canebant, alij cum exurerentur nō rogabant ut parceretur, ſed inuehebantur ut amplius perſecutor inflammaretur. Liber igitur ſapiens.

Quid autem ſublimius ſancta Pelagia? quæ uallata a perſecutoribus, priuſquam tamen in eorum conſpectum ueniret, aiebat: Volens morior, nemo me continget manu, nemo oculo proteruo uiolabit uirginem. Mecum feram pudorem, mecum incolumem uerecundiam. Nullum prædones lucrum ſuæ capient inſolentiæ. Pelagia Chriſtum ſequetur, libertatem nemo auferet, nemo captiuam uidebit liberā fidem, inſignemque pudicitiam, & proſapiam prudentiæ. Quod ſeruum eſt, hic manebit, nullos in uſus debitum.

Magna igitur piæ uirginitatis libertas, quę ſepta agminibus perſecutorum, inter maxima pericula integritatis & uitæ nequaquam inclinata eſt. At non ille cui dominatur ira, ſubijcitur enim iugo peccati. Homo enim iracundus peccatum effodit. Qui autem peccatum facit, ſeruus eſt peccati. At non ille liber qui ſeruit auaritiæ. Non poteſt enim poſſidere uas ſuum. Non ille liber, qui ſeruiens deſiderijs & uoluptatibus, uago fluitat errore. Non ille liber, qui curuatur ambitu, ſeruit enim alieno imperio. Sed ille liber qui poteſt dicere: Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca uentri, & uenter eſcis. Ille liber qui ait: Quid enim libertas noſtra iudicatur ab infideli conſcientia? Libertas igitur ſapienti non inſipienti conuenit.

VITA ET PASSIO SANCTI CASSIANI martyris per Aurelium prudentium deſcripta.

Habetur in eius Periſtephano.

SYlla ſtatuit Cornelius, hoc Itali urbem
Vocant ab ipſo conditoris nomine.

Hic mihi cum peterem te rerum maxima Roma:
  Spes eſt oborta proſperum Chriſtum fore.
Stratus 1 humi tumulo aduoluebar: quem ſacer ornat
  Martyr dicato Caſſianus corpore.
Dum lachrymans mecum reputo mea uulnera: & oēs
  Vitæ dolores, ac dolorum acumina:
Erexi ad cœlum faciem, ſtetit obuia contra
  Fucis colorum picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
  Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miſerabile uiſu,
  Confoſſa paruis membra figebant ſtilis:
Vnde pugillares ſoliti præcurrere ceras
  Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.
Aedituus conſultus ait, quod proſpicis hoſpes,
  Non eſt inanis aut anilis ſamula.
Hiſtoriam pictura refert: quæ tradita libris
  Veram uetuſti temporis monſtrat fidem.
Præfuerat ſtudijs puerilibus: & grege multo
  Septus magiſter litterarum ſederat.
Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
  Raptimq́ punctis dicta præpetibus ſequi.
Aſpera nonnunquam præcepta, & triſtia iuſſa
  Impube uulgus mouerant ira & metu.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper Ephœbo:
  Nec dulcis ulli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce fidem quatiens tempeſtas ſæua præmebat
  Plebem dicatam chriſtianæ gloriæ.
Extrahitur cœtu e medio moderator alumni
  Gregis, quod aris ſupplicare ſpreuerat.
Pœnarum artifici quærenti quod genus artis
  Vir noſſet, alto tam rebellis ſpiritu.
Reſpondent, agmen tenerum, ac puerile gubernat,
  Fictis notare uerba ſignis imbuens.
Ducite conclamat captiuum, ducite, & ultro
  Donetur ipſis uerberator paruulis.
Vt libet illudant, lacerent impune, manuſq́
  Tingant magiſtri feriatas ſanguine.
Ludum diſcipulis uolupe eſt: ut præbeat ipſe
  Doctor ſeuerus: quos minis coercuit.
Vincitur poſt terga manus, ſpoliatus amictu.
  Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantum quiſque odij tacita conceperat ira:
  Effudit ardens felle tantum libero.
Conijciunt alij lapides: inque ora tabellas
  Frangunt, reliſa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata genis impacta cruentis:
  Rubetq́ ab ictu curta tumens pagina.

1 *Vide orationem cum genuflexione ſeu p̄ſtratione, & lachrymis.*

Inde alij ſtimulos & acumina ferrea uibrant:
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur.
Et quia ſecti apices abolentur: & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor: & inde ſecatur,
Pars uentris intrat molle, pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ:
Totidemq́ guttæ uulnerum ſtillant ſimul:
Maior tortor erat: qui ſumma pupugerat infans:
Quam qui profunda perforarat uiſcera.
Ille leuis: quoniam percuſſor morte negata
Sæuire ſolis ſcit dolorum ſpiculis.
Hic quanto interius uitalia condita pulſat:
Plus dat medelæ, dum necem prope applicat.
Eſte precor fortes: & uincite uiribus annos,
Quod deſit æuo ſuppleat crudelitas.
Sed male conatus tener infirmuſq́ laborat,
Tormenta creſcunt dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis exclamat quidam? tute ipſe magiſter
Iſtud dediſti ferrum: & armaſti manus.
Reddimus eſſe tibi nunc milia multa notarum:
Quæ ſtando, flendo, te docente excepimus.
Non potes iraſci, quod ſcribimus, ipſe iubebas:
Nunquam quietum dextera ut ferret ſtilum.
Nunc petimus toties te præceptore negatas
Amare doctor iam ſcholarum ferias,
Pungere puncta libet: ſulciſq́ intexere ſulcos,
Flexas cathenis impedire uirgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine uerſus:
Mendoſa forte ſi quid errauit manus.
Exerce imperium, ius eſt tibi plectere culpam:
Si quis tuorum te notauit ſegnius.
Talia ludebant pueri per membra magiſtri,
Nec longa feſſum pœna ſoluebat uirum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere Chriſtus,
Iubet reſolui pectoris ligamina.
Difficileſq́ moras animæ ac retinacula uitæ
Relaxat, artus & latebras expedit.
Sanguis ab interno uenarum fonte patentes
Vias ſecutus, deſerit præcordia.
Totque foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille uitalis calor.
Hæc ſunt quæ liquidis expreſſa coloribus hoſpes
Miraris, iſta eſt caſſiani gloria.
Suggere ſi quod habes iuſtam uel amabile uotum:
Spes ſi qua tibi eſt, ſi quid intus æſtuas:
Audit crede 2 preces martyr proſperrimus omnes, *2 Ecce quō confugientes ad ſanctorū ſepulchra adiuuantur.*
Rataſq́ reddit: quas uidet probabiles.

Pareo, complector tumulum, lachrymas quoque fundo,
Altar tepeſcit ore, ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris,
Tunc quod petebam: quod timebam murmuro.
2 Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri forte nutantem boni.
Audior, 3 urbem adeo, dextris ſucceſſibus utor,
Domum reuertor: Caſſianum prædico.

Sācti ſuis cultoribus et oratoribus ſuffragantur, & beneficia præſtant.

Habetur i uolumine ſermonū eius fol. 33.

PASSIO SANCTÆ BLANDINÆ MARTYris Lugdunenſis a D. Euſebio Emiſeno deſcripta.

ETiam ſi martyribus regionis extraneę pia uotorum debita redderemus, ꝓprijs conſulere utilitatibus & cōmodis probaremur, noſtros eos fides faceret, & remotis quamlibet finibus, ſperata nobis patrocinia corrogarent. Studiorum ſiquidem ſunt huiuſmodi ſuffragia, non locorum; ꝓinde apud domeſticos Dei tantum interceſſionis promereris, quātum uenerationis impenderis. Oportet itaq; ut alienos potius nobis deuotio religioſa conciliet, quam forte proprios a nobis negligentia irreligioſi temporis alienet.

Agnoſcamus chariſſimi, circa eccleſiam noſtram uberiorem diuinorꝫ munerum largitatem, exultant ſingularum urbium populi; & ſi unius ſaltem martyris reliquijs muniantur, ecce nos populos martyrum poſſidemus. Gaudeat terra noſtra nutrix cœleſtium militum, & tantarum parens fœcunda uirtutum. Ecce prophanus hortis nequaquam eis tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit gladio. Nam ſicut ſacratiſſima 1 pſentis diei manifeſtant feſta quātum contra eam iniquitas abundauit, tantum in ea gratiæ nunc & benedictionis exuberat.

Nota ſacratiſsima feſta Blandinæ.

Legimus in Bethleem ab Herode dum Chriſtū perſequitur, milia fœlicium extincta eſſe puerorum, dicēte ꝓpheta, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari quia non ſunt. Ita hęc beata parēs, & triumphalium illuſtris patria bellatorꝫ, tantorum diues pignorum meritis, & ſi ad momentum oculis inſipientium orbari uiſa eſt, nequaquā tñ indiget conſolari, nec plorat filios ſuos, qa in uidendis luctibus dum ꝑderet, adquiſiuit.

Fiducialiter inter hæc tecum ò Bethleem terra Iuda (quę Herodis immanitatem puerorum extinctione perpeſſa es, quæ ſub uno tempore cādidatam plebem imbellis infantiæ Deo offerre meruiſti) digne (inquam) tecū ò Bethleem Lugdunus noſter certaret, & ſuper diuinis circa utraq; beneficijs uelut collato tecum ſermone contenderet, ita dicens: O' Bethleem, in martyrum noſtrorꝫ titulis tu numero fortaſſe præcedas, ergo merito in tuis interfectio fuit, cōfeſſio non fuit; in mei ſcolluctatio paſſionis, in tuis ſola fuit oportunitas et occaſio fœlicitatis; te exitus ditauit benedictione, me uirtus: tu in ſanguine paruulorum potuiſti uidere pereuntes, nō potuiſti expectare certantes: te coronauit innocentia morientium, me gloria triumphantium. Tui in præmium regni ſine conſcientia peruenere martyrij, mei autem cruciatibus afflicti, ſupplicijs explorati, ſæuis ignibus ſacrificij more decocti, quantas ſuſceperunt in corpore pœnas, tantas in ſpiritu perceperunt coronas, ac ſic per tormentorum plagas & torquētium

tium moras, prius conſecrati ſunt quam perempti . tu obtuliſti annis par uulos, ego etiam 2 meritis conſummatos, ego obtuli, qui per tormenta ſua uincerent, cum periclitari in fide potuiſſent: tu obtuliſti qui fructum moriendi habere poſſent, periculum negandi timere non poſſent. tu obtuliſti infirmum populum, ne Chriſtum ſacrilegus inueniret; ego obtuli robuſtum numerum, cuius exemplo etiam ſacrilegos in ſaluandis perſecutorum miniſtris Chriſtus adquireret. Poſtremo beata illa morte, qua Herodes, dum ſacrum puerum quærit ſolum, tantum pueros immolauit; triumphum tuum ſexus unus, meum uterque promeruit, mea pugna palmam de mundi principe etiã in fœminis reportauit, chorus meus in pueris innocentes tuos habere potuit; chorus tuus Blandinam meam habere non potuit.

2 Meritis conſummatos.

Præſtitit inter iſta diuina prouidentia, ut in tantis patriæ ſacrificiis etiã pontifex non deeſſet. Rapitur ad impiam quęſtionem grandæuus & plenus dierum beatus pater noſter Focinus, eccleſiæ huius Antiſtes, & pro eruditionis (ut credimus) merito, gregi ſuo iungitur, ac poſt 3 dominici corporis ſacrificium, profanis tribunalibus nouam de ſe hoſtiam Chriſto oblaturus infertur. Senilis infirmitas per iniurias & afflictiones furentium miniſtrorum ita celerem ſortitur exitum, ut eum intelligeres ad tempus illud ſoli martyrio reſeruatum. Fęlix cui in ipſo uitæ limine conſtituto, finem ſuum non tam naturæ contigit debere, quam gloriæ.

3 Ecce Miſſam dici dominici corporis ſacrificium.

Corroborabantur hic præ mentes tanti parentis exemplo, & parata ſupplicia non tam excipiunt, quam inuadunt. Diuerſa multimodæ crudelitatis ingenia, nouoſque cruciatus in ſemet ſanctorum pectora inuicta cõſumunt, intolerandum pondus malorum contemnendo uincunt, & ſentiendo, obtinent ut ſentire non poſſint, ſubijciuntur ignes, ſed hoc tamen ualere cognoſcuntur ut conſecrent, inſtigantur beſtiæ, ſed ad prædam ſuã feritas impaſta miratur. Dilacerata uario tormentorum genere membra ſanctificant flammæ, dum paſcere neſciunt, honorant beſtiæ, dum ſęuire non norunt.

Vbi ſunt qui dicunt uenerationem 4 ſacris martyrum deferendam nõ eſſe corporibus? Ecce cruentæ feritatis immanitas, quæ religionis non recipit ſenſum, defert uenerationis obſequium; & quæ diſcretionem rationis ignara non recipit, ad malorum tamen damnationem, quid honoris ſanctis debeatur agnoſcit, ac ſic ſupplicij miniſterium uel inſtrumentum, miro modo meritorum efficitur teſtimonium; & dum pietati reuerentiam præſtat, profert tacitam de impietate ſententiam.

4 O hæretice hic te uolo, & uide quid contra te dicat ſãctus pater, qui corpora martyrum dicis non eſſe ueneranda, Nõne ſe re ipſa merito te impietatis arguunt?

Cum ergo chariſſimi, eccleſia noſtra tantis fidei adornetur trophęis, id elaborabat ius iniquitatis, ut ſe ipſam ſcelerum nouitate ſuperaret. Sacra corpora funeris honore priuantes, ignibus dabãt, & poſt hominum mortem, contra ipſam pugnabant humanitatem. Et cum iam cauſa periſſet furoris, finem non imponebant crudelitati, ſed tamen uellent nollent, beatitudinis eorum teſtes erant, quibus etiam mortuis inuidebant. Quomodo ſemper malitia cum ſtultitia coniuncta eſt? ueneranda 5 oſſa in cineres redigebant, quaſi uero poſſent flammis merita 6 conſumi, & uirtutes cum cineribus concremari. Quam confuſa dementia? Quibus cœlum adquirebant, his terram negabant.

5 Veneranda oſſa in cineres redigebant.

6 Quaſi poſſent flammis merita conſumi.

Nil ergo feciſti inaudita ſæuitia, incaſſum te extinguere eorum memo-

riam credidiſti, quorũ gloriam propagaſti. Diſpergis ſanctorum puluerem fluentis Rhodani, ne reſurgat, ſed aquis reſurrectio non conſummitur, quæ per gratiam regenerationis etiam aquarum munere celebratur. Adorandas 7 reliquias Rhodano tradis; hoc facit uis fluminis in corporis reſolutione, quod temporis. Quicquid itaque ex humana ſubſtãtia auis rapuerit, beſtia deuorauerit, unda ſorbuerit, etiam ſi tumulo non clauditur, intra mundi gremium continetur. Neque enim reparatio hominis in ratione terræ, ſed in legis natura, & in reparatoris uirtute conſiſtit. Ipſe enim ueridico ore teſtatus eſt: Ego ſum reſurrectio & uita, qui uiuit in ſecula ſeculorum. Amen.

7 Nota, adorãdas martyrum reliquias. Sed intellige non latriæ ſed duliæ cultu.

Habetur in Periſtephano eius.

PASSIO SANCTI HIPPOLITI MARTYris per Aurelium Prudentium uirum Conſularem ad Valerianum epiſcopum ſcripta.

Innumeros cineres ſanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Chriſti Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quęris
Nomina: difficile eſt: ut replicare queam.
Tantos iuſtorum populos furor impius hauſit:
Cum coleret patrios Troia Roma Deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur
Martyris aut nomen: aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacite claudentia tumbas
Marmora: quę ſola ſignificant numerum.
Quanta uirum iaceant congeſtis corpora aceruis:
Noſſe licet: quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defoſſas mole ſub una
Relliquias memini me didiciſſe hominum.
Quorum ſolus habet comperta uocabula Chriſtus:
Vt pote quos proprię iunxit amicitiæ.
Hæc dum luſtro oculis: & ſic ubi ſorte latentes
Rerum apices ueterum per monumenta ſequor:
Inuenio Hippolytum: qui quondam ſchiſma Nouati
Preſbyter attigerat, noſtra ſequendo negans:
Vſque ad martyrij prouectum inſigne, tuliſſe
Lucida ſanguinei pręmia ſupplicij.
Nec mirere ſenem peruerſi dogmatis olim
Munere ditatum catholicæ fidei.
Cum iam ueſano uictor raperetur ab hoſte
Exultante anima carnis ad exitium:
Plebis amore ſuæ multis comitantibus ibat
Conſultus quę nam ſecta foret melior.
Reſpondit, fugite 1 o miſeri execranda Nouati
Schiſmata: catholicis reddite uos populis.
Vna fides uigeat; priſco quæ condita templo eſt:
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.
Quæ docui docuiſſe piget, uenerabile martyr

1 Audis ne hæretice q̃ ſibi ſit fides tenẽda, quęue reſpuenda?

Cerno: quod a cultu rebar abeſſe Dei.
His ubi detorſit leuo de tramite plebem:
Monſtrauitque ſequi: qua uia dextra uocat:
Seque ducem recti ſpretis amfractibus idem
Prebuit: erroris qui prius author erat:
Siſtitur inſano rectori chriſticolas tunc
Oſtia uexanti per tyberina uiros:
Illo nanque die Roma ſeceſſerat, ipſos
Peſte ſuburbanos ut quateret populos:
Non contentus humum celſa intra męnia Romæ
Tingere iuſtorum cędibus aſſiduis,
Ianiculum cum iam madidum, fora, roſtra, ſuburram
Cerneret elluuie ſanguinis affluere,
Protulerat rabiem tyrheni ad littoris oram:
Quęque loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices & conſtipata ſedebat
Officia, extructo celſior in ſolio.
Diſcipulos fidei, deteſtandique rebelles
Idoliȷ̃, ardebat dedere perfidiæ.
Carcereo crinita ſitu ſtare agmina contra
Iuſſerat horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus: hinc lorea flagra
Stridere: uirgarum concrepitare fragor.
Vngula fixa cauis coſtarum cratibus altos
Pandere receſſus: & lacerare iecur.
Ac iam laſſatis iudex tortoribus, ibat
In furias, caſſa cognitione fremens:
Nullus enim Chriſti e famulis per tanta repertus
Supplicia auderet: qui uitiare animam:
Inde furens quęſitor ait, iam tortor ab uno
Deſine, ſi uana eſt quęſtio: morte agito.
Huic abſcinde caput, crux iſtum tollat in auras:
Viuenteſque oculo offerat alitibus,
Hos cape pręcipites: & uinctos conniȷ̃ce in ignem.
Sit pyra: quæ multos deuoret una reos.
En tibi quos properes rimoſę imponere cimbæ,
Pellere & in mediȷ̃ ſtagna profunda freti,
Quos ubi ſuſceptos rapidum maleſuta per æquor
Vexerit: & tumidis caſa libarit aquis:
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam:
Conceptumque bibant undique naufragium.
Squammea cœnoſo pręſtabit uentre ſepulchrum
Belua conſumptis cruda cadaueribus.
Hæc perſultanti celſum ſubito ante tribunal
Offertur ſenior nexibus implicitus.
Stipati circum iuuenes clamore ferebant
Ipſum chriſticolis eſſe caput populis.
Si foret extinctum propere caput: omnia uulgi

Pectora Romanis ſponte ſacranda deis.
Inſolitum lęti poſcunt genus: & noua pœna
Inuenta: exemplo quo trepident alij.
Ille ſupinata reſidens ceruice, quis inquit
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.
Ergo ſit Hippolitus, quatiat: turbetque iugales,
Intereatque, feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille, duo cogunt animalia freni
Ignara, inſueto ſubdere colla iugo.
Non ſtabuli, blandiue manu palpata magiſtri:
Imperiumque equitis ante ſubacta pati:
Sed campeſtre uago nuper pecus e grege captum,
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iamque reluctantes ſociarent uincula bigas:
Oraque diſcordi fœdere nexuerant:
Temonis uice funis ineſt: qui terga duorum
Diuidit: & medius tangit utrunque latus:
Deque iugo in longum ſe poſt ueſtigia retro
Protendens trahitur: tranſit & ima pedum.
Huius ad extremum ſequitur qua puluere ſummo
Cornipedum refugas orbita trita uias
Crura uiri innectit laqueus: nodoque tenaci
Aſtringit plantas, atque rudente ligat.
Poſtquam compoſito ſatis inſtruxere paratu
Martyris ad pœnam uerbera. uincla, feras:
Inſtigant ſubitis clamoribus atque flagellis:
Iliaque infeſtis perfodiunt ſtimulis.
Vltima uox audita ſenis uenerabilis hæc eſt.
Hi rapiunt artus: tu rape Chriſte animam.
Prorumpunt alacres, cæcoque errore feruntur
Qua ſonus atque tremor: qua furor exagitant.
Incendit feritas, rapit impetus, & fragor ueget,
Nec curſus uolucer mobile ſentit onus.
Per ſyluas per ſaxa ruunt, non ripa retardat
Fluminis: aut torrens oppoſitus cohibet.
Proſternunt ſepes: & cuncta obſtacula rumpunt,
Prona fragoſa petunt, ardua tranſiliunt.
Sciſſa minutatim labefacto corpore fruſta
Carpit ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.
Pars ſummis pendet ſcopulis, pars ſentibus hęret,
Parte rubent ſundes, parte madeſcit humus. †
Exemplar ſceleris paries habet illitus: inquo
Multicolor fucus digerit omne nefas
Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis uiget umbris,
Effigians tracti membra cruenta uiri.
Rorantes ſaxorum apices uidi optime papa:
Purpureaſq́ notas uepribus impoſitas.
Docta manus uirides imitando effigere dumos

Luſerat & minio ruſſeolam ſaniem.
Cernere erat ruptis compagibus, ordine nullo
Membra per incertos ſparſa iacere ſitus,
Addiderat charos greſſu lacrhymiſq́; ſequentes:
Deuia quo fractum ſemita monſtrat iter,
Mœrore attoniti atque oculis rimantibus ibant:
Implebantq́; ſinus uiſceribus laceris.
Ille caput niueum complectitur: ac reuerendam
Caniciem molli confouet in gremio.
Hic humeros, truncaſq́; manus, & brachia, & ulnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ ſiccantur harenæ:
Ne quis in intecto puluere ros maneat.
Si quis & in ſudibus recalenti aſpergine ſanguis
Inridet: hunc omnem ſpongia preſſa rapit,
Nec iam denſa ſacro quicquam de corpore ſylua
Obtinet: aut plenis fraudat ab exequijs.
Cumq́; recenſitis conſtaret partibus ille:
Corporis integri qui fuerat numerus.
Nec purgata aliquid deberent auia toto
Ex homine exterſis frondibus & ſcopulis.
Metando eligitur tumulo locus, oſtia linquunt,
Roma placet: ſanctoſq́; 2 teneat cineres.
Haud procul extremo ad cultu pomeria uallo
Merſa latebroſis crypta patet foueis.
Huius in occultum gradibus uia prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
Primas nanque fores ſummo tenus intrat hiatu:
Illuſtratq́; dies limina ueſtibuli.
Inde ubi progreſſu facili nigreſcere uiſa eſt
Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum:
Decurrunt celſis immenſa foramina tectis,
Quæ iaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
Arta ſub umbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter caua uiſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem: luminibuſq́; frui.
Talibus Hippoliti corpus mandatur opertis:
Propter ubi oppoſita eſt ara dicata Deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa: eademq́;
Cuſtos fida ſui martyris appoſita
Seruat ad ætatem ſpem uindicis oſſa ſepulchro:
Paſcit item ſanctis thybricolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara
Spes hominum placida proſperitate iuuat.
Hic corruptelis animiq́; & corporis æger

2 *Cineres martyris ſanctos appellat, et hæretici nõ erubeſcunt ſauillam emortuã nuncupare.*

3

Vide quõ oratus apud ſepulchrum marty-ris, quod petierit, im petrauit.

Oraui 3 quoties ſtratus: opem merui.
Quod letor reditu: quod te uenerande ſacerdos,
Complecti licitum eſt: ſcribo quia hæc eadem,
Hippolito ſcio me debere, Deus 4 cui Chriſtus
Poſſe dedit: quod quis poſtulet annuere.

4

A Chriſto habẽt ſan cti, quod poſtulanti-bus poſsint præſtare beneficia.

Ipſa illas animæ exuuías: quæ continet intus
Aedicula: argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas diues manus æquore læui
Candentes: recauum quale nitet ſpeculum.
Nec pariis contenta aditus obducere ſaxis.
Addidit ornando clara talenta operi.

5

Ecce quõ antiquus mos fuit ſanctorũ ſe-pulchra in ueneratio ne haberi.

Mane 5 ſalutatum concurritur: omnis adorat
Pubis, eunt, redeunt ſolis adusque obitum.
Conglobat in cuneum latios ſimul ac peregrinos
Permixtim populos relligionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſo metalo,
Balſama diffundunt, fletibus ora rigant.

6

Fuit etiã, in die paſ-ſionis ſanctorum mar tyrũ ſolennes conuen tus apud eos agere, & in illorum feſtiui tate gaudere.

Iam cum ſe renouat 6 decurſus menſibus annus:
Natalemq́ diem paſſio feſta refert:
Quanta putas ſtudiis certantibus agmina cogi:
Quæ ue celebrando uota coire Deo?
Vrbs Auguſta ſuos uomit: effunditq́ quirites.
Vna & patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
Diſcrimen procerum prȩcipitante fide.
Nec minus Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exultant fremitus uariarum hinc inde uiarum,
Indigena, & Picens, plebs & Etruſcha uenit.
Concurrit Samnitis atrox, habitator & altæ
Campanus Capuæ, iamq́ Nolanus adeſt.
Quiſq́ ſua lȩtus cum coniuge, dulcibus & cum
Pignoribus rapidum carpere geſtit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatiis.
Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe cateruis
Haud dubium eſt: ampla fauce licet pateat.

7

Ecce quõ etiam in no mine ſanctorum ſum ptuoſæ ãtiquitus ædi ficabantur eccleſiæ.

Stat ſed iuxta illud, quod tanta frequentia 7 templum
Tunc adeat cultu nobile regifico:
Parietibus celſum ſublimis, atque ſuperba
Maieſtate potens, muneribusq́ opulens:
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Suſtinet auratis ſuppoſitis trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore receſſus:
Qui laterum ſeriem iugiter exſinuent.
At medios aperit tractus uia latior alti
Culminis, exurgens editiore apice.
Fronte ſub aduerſa gradibus ſublime tribunal

Tollitur, antiſtes prædicat unde Deum.
Plena laborantes ægre domus accipit undas,
Artaque confertis æſtuat in foribus,
Maternum pandens gremium, quo condat alumnos:
Ac foueat fętos accumulata ſinus.
Si bene commemini: colit 8 hunc pulcherrima Roma 8
Idibus Auguſti menſis: ut ipſa uocat: Vide feſtum ſancti Hippoliti martyris.
Priſco more diem: quem te quoque ſancte magiſter
Annua feſta inter dinumerare uelim.
Crede ſalutigeros feret hic uenerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia reſtituens.
Inter ſolennes 9 Cypriani uel Chelidoni, 9
Eulaliæq́ dies currat & iſte tibi: Item Cypriani Chelidonij, & Eulaliæ.
Sic te pro populo cuius tibi tradita uita eſt
Orantem Chriſtus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili,
Agna nec ulla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo
Sedulus ægrotam paſtor ouem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleueris agnis:
Raptus & ipſe ſacro ſis comes Hippolito.

VITA BEATISSIMORVM MARTYRVM Fructuoſi epi. eccleſiæ Terraconeñ. & Augurij, & Eulogij diaconi, per Aurelium prudẽtium uirum conſularem cõſcripta.

Habetur in eius Periſtephano.

FElix Terraco fructuoſe ueſtris
Attollit caput ignibus coruſcum
Leuitis geminis procul relucens.
Hiſpanos Deus aſpicit benignus:
Arcem quandoquidem potens iberam
Trino martyre trinitas coronat.
Ardens augurius capeſſit æthram.
Nec non Eulogius ſimul ſupernum
Chriſti lucidus ad ſedile tendit.
Dux & præuius & magiſter illis
Ad tantum decus ex epiſcopali
Clarus nomine fructuoſus ibat.
Accitus quia pręſidis repente
Iuſſu uenerat ad forum ſacerdos
Leuitis comitantibus duobus,
Inde ad carceream uiros cathenam
Paſtus ſanguine carnifex trahebat.
Gaudet currere fructuoſus ultro.
Ac ne quis ſocios timor feriret:
Pręceptor uehemens eundo firmat:
Inceenditque fidem calore Chriſti.

Mecum ſtate uiri, uocat cruentus
  Ad pœnam coluber Dei miniſtros,
  Ne mors terreat, eſt parata palma,
Carcer Chriſticolis gradus coronæ eſt,
  Carcer prouehit ad ſuperna cœli,
  Carcer conciliat Deum beatis.
His dictis adeunt ſpecum reorum.
  Exercet ibi myſticum lauacrum,
  Et purgamen aquæ, ſtupent tenebræ.
Sex hic continuis latent diebus.
  Tandem ſtant trucis ad tribunal hoſtis.
  Fratres ter geminos tremunt cataſtę.
Iudex Emilianus imminebat,
  Atrox, turbidus, inſolens, profanus,
  Aras dęmonicas coli iubebat.
Tu qui doctor(ait)teris nouellum
  Commenti genus: ut leues puellę
  Lucos deſtituant, Iouem relinquãt.
Damnes ſi ſapias anile dogma.
  Iuſſum eſt Cæſaris ore Galieni:
  Quod princeps colit hoc colamus omnes.
Hęc fanti placidus refert ſacerdos:
  Aeternum colo principem, dierum
  Factorem, dominumque Gallieni.
Et Chriſtum patre profatum perenni:
  Cuius ſum famulus, gregiſque paſtor.
  Subridens(ait ille)iam fuiſti.
Nec differt furor: aut refrenat iram.
  Sęuis deſtinat ignibus cremandos.
  Exultant: prohibentque flere uulgum.
Quoſdam de populo uidet ſacerdos
  Libandum ſibi poculum offerentes.
  Ieiunamus ait, recuſo potum.
Nondum nona diem reſignat hora.
  Nunquam conuiolabo ius dicatum.
  Nec mors ipſa meum ſacrum reſoluet.
Sic Chriſtus ſitiens crucis ſub hora
  Oblatum ſibi poculum recuſans,
  Nec libare uolens ſitim peregit.
Intrant interea locum rotunda
  Concluſum clauea: madens ferarum †
  Multo ſanguine: quem furor frequentat:
Cum ſpectacula perſtrepunt cruenta:
  Ac uilis gladiator enſe duro
  Percuſſus cadit, & fremit uoluptas.
Hic flammante pyra niger miniſter
  Ardens ſupplicium parare iuſſus,
  Conſtruxit facibus rogum ſupremis.

Qui

Qui dum copora cremanda ſoluit:
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro:
Certant officijs pijs ſodales.
Plantis calciamenta diſſolutis
Pronus detrahere ſtudebat unus.
Sed ſanctus uetat: ora ſructuoſus
Inclinata premit. faceſſite (inquit)
Ne noſtram graueto obſequela mortem.
At qui ipſe meos pedes reſoluam:
Ne ueſtigia prępedita uinclis
Tardis greſſibus irruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur ueſtri memor ut ſiem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Chriſtum.
Vix hæc ediderat. relaxat ipſe
Indumenta pedum: uelut Moyſes
Quondam fecerat ad rubum propinquans,
Non calcare ſacram cremationem:
Aut adſtare Deo prius licebat:
Quam ueſtigia pura figerentur.
Stabat calce mero, reſultat ecce
Cœlo ſpiritus, & ferit loquelam
Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non eſt (credite) pœna quam uidetis:
Quę puncto tenui citata tranſit.
Nec uitam rapit illo: ſed reformat.
Felices animę: quibus per ignem
Celſa ſcandere contigit tonantis:
Quas olim fugiet perennis ignis
Hæc inter rapidis focos crepantes
Intrant paſſibus, & minantur ipſi
Flammarum trepidantibus caminis.
Nexus denique qui manus retrorſus
In tergum reuocauerant reiunctas
Intacta cute decidunt aduſti.
Non auſa eſt cohibere pœna palmas
In morem crucis ad patrem leuandas:
Soluit brachia: quæ Deum precentur.
Priſcorum ſpecimen, trium putares.
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes ſtupuit tremens tyrrannus.
Illis ſed pia flamma tum pepercit
Nondum tempore paſſionis apto:
Nec mortis decus incohante Chriſto.
Hos cum deſugeret uaporus ardor:
Orant: ut celerignis aduolaret:
Et finem daret anxijs periclis.

Exoráta ſuos obire tandem
  Maieſtas famulos iubet caducis
  Miſſos corporibus : ſibique reddi.
Vidit pręſidis ex domo ſattelles
  Cœlum 1 martyribus patere apertum:
  Inſigneſque uiros per aſtra ferri.
Quin & filiolæ monens herili
  Oſtendit ſceleris notam paterni
  Cœlo uiuere: quos forum peremit.
Hęc tum uirginitas 2 palam uidere
  Per ſudum meruit patente cœlo:
  Vt crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus ſacris fauillę:
  Et perfuſa mero leguntur oſſa,
  Quæ raptim ſibi quiſque uindicabat.
Fratrum 3 tantus amor domum referre
  Sanctorum cinerum dicata dona:
  Aut geſtare ſinu fidele pignus.
Sed ne relliquias reſuſcitandas.
  Et mox cum domino ſimul futuras
  Diſcretis loca diuidant ſepulchris:
Cernuntur niueis ſtolis amicti.
  Mandant reſtitui : cauoque claudi
  Mixtim marmore puluerem ſacrandum.
O' triplex honor, o triforme culmen:
  Quo noſtrę caput excitatur urbis:
  Cunctis urbibus eminens iberis.
Exultare tribus libet patronis:
  Quorum pręſidio fouemur omnes
  Terrarum populi pyrenearum.
Circunſtet chorus ex utroque ſexu
  Heros, uirgo, puer, ſenex, aniela,
  Veſtrum pſallite rite fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus
  Miſtis Eulogium modis coęquans.
  Reddamus paribus pares camœnas.
Hinc aurata ſonent in arce tecta,
  Blandum littoris extet inde murmur,
  Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo:
  Cum te Tarraco Fructuoſus acri
  Soluet ſupplicio, tegens, ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
  Tormentis dare proſperante Chriſto:
  Dulces endecaſyllabos reuoluens.

1 *Animæ ſanctorum ex hoc mũdo ſtatim uolant ad cœlum.*

2 *Ecce quam ſit Deo dilecta uirginitas.*

3 *Vide quõ antiquitus oſſa ſãnctorum martyrum cineres & reliquiæ conſeruabantur, & in uenenatione habebantur.*

VITA SANCTI MARTYRIS THEODORI per diuum Gregorium Nyſenum Epiſcopum ſcripta, Petro Franciſco Zino Veronenſe interprete.

Habetur inter eius opera, & nunc primũ in lucem edita.

VOs, Chriſti gens, grex ſancte, regale 1 ſacerdotium, qui ex omnibus urbis agriq́; locis confluxiſtis, undenam accepto profectionis ſigno tam facilè adducti eſtis, ut ad ſacrum hunc locum 2 frequentes conueniretis? Quis huius itineris officioſam ac promptam uobis neceſſitatem impoſuit? præſertim cùm hyemis tempeſtas ſit, quo quidẽ tempore & bella quieſcunt, & omnia milites arma deponunt, & ad ſummum nautæ gubernacula reclinant, & agricolæ boues aratores in ſtabulo quieſcentes alunt?

1 Regale ſacerdotium appellat Chriſti fideles, qui in baptiſmo ſpirituales & interni, non autem uiſibiles & externi efficiuntur ſacerdotes.

Ex militaribus profectò recenſionibus tuba cecinit ſanctus Martyr, multoſq́; diuerſis è patrijs ad propriam quetis ſedem & domum conuocauit, non ad bellicam inuitans expeditionem, ſed ad dulciſſimam chriſtianiſq́; maximè conuenientem pacem. Hic enim, 3 ut credimus, & anno ſuperiore barbarorum tempeſtatẽ 1 ſedauit, & horribile immaniũ Scytharum bellum compreſſit, grauem ipſis, qui iam iamq́; appropinquare uidebantur, terrorem incutiens, non galea criſtata, nec bene exacreto & ad ſolem fulgente gladio, ſed malorum expultrice omnipotentiq́; cruce Chriſti, pro quo etiã ipſe mortẽ oppetens hanc ſibi gloriã cõparauit.

2 Ecce quõ fiebant conuẽtus frequentes ad eccleſias ſãctorũ martyrum in die paſſionis eorum.

3 Vide quanta ſit ſanctorum poteſtas poſt mortem.

Quæſo autem uos, qui puræ huius celebritatis miniſtri eſtis, & Martyrum ſtudioſi, ut attentos mihi præbentes animos conſideretis, quantum lucri iuſtus hic fecerit, quantaq́; præmia ſit in hoc, inquam, mundo & apud nos, aſſecutus. Eorum enim præmiorum, quæ non cernuntur, magnitudinem animo complecti nullus poteſt. Cumq́; pietatis fructum cognoueritis, illorum, qui ſic honorati ſunt, mentem imitemini, eaq́; munera concupiſcatis, quæ Chriſtus certantibus pro cuiuſque dignitate diſtribuit. Ac, ſi uidetur, dum a futuris illis bonis, quæ iuſtis hominibus, donec humanæ uitæ iudex adueniat, ſpes bona conſeruat, perfruendis ſeiuncti ſumus quàm præclarus & magnificus ſit præſens ſanctorum ſtatus & conditio, conſideremus.

Animus enim ad proprias reuerſus ſedes, & corpore uacans cum ſui ſimilibus uiuit. Corpus autem caſtum & inuiolatum eius inſtrumentum, nullis proprijs affectionibus hoſpitis quondam ſui immortalitatẽ lædens, multo cum honore obſeruantiaq́; contectum præclarè iacet, & ueluti theſaurus quidam admodum precioſus in tempus regenerationis conſeruatur. Et quãuis ex eadem, ex qua cætera corpora, naturæ materia conſtet, nulla tamen ratione cum illis eſt comparandum. Aliorum.n. reliquiæ uulgò deteſtabiles ſunt, nulluſq́; uolens ad eorũ tumulos accedit. Quòd ſi dũ aperiuntur, in eos caſu quiſpiam incurrat, conietiſq́; deformitatem intus iacentium aſpiciat, magna oppletus moleſtia, & humanæ conditionis miſeriam deplorans præter currit. At ſi in locum ſimilem huic, ad quem uos hodie conueniſtis, ſibi iuſti memoria ſanctiq́; reliquiæ ſint, accedat, primũ quidem operũ, quæ cernit, magnificentia recreatur. Videt enim 4 ædem ut Dei templum ſtructuræ tum amplitudine tum pulchritudine ſplendidè exædificatum & exornatum, ubi & faber lignum ad animalium effigiem

4 Habes hoc in loco. Aedem ſplendidã ut Dei templũ magnifice extructam.

conformauit. Et lapicida marmor ad argenti leuitatem expoliuit. Et pi-
5 ctor 5 artis ſuæ flores in imaginibus, exprimens res martyris præclarè ge-
Habes uſum imaginum in eccleſia etiā apud antiquos patres. ſtas, labores, cruciatus, immanes tyrannorum aſpectus, impetus, ardentem
illam & flammas euomentem fornacem, beatiſſimum Athletę finē, Chri-
ſtiq; certamini præſidentis, ac præmia dantis humanæ formam imaginis.
Hæc inquam, nobis tanquam in libro loquente artificioſè deſcribens marty-
ris certamina ſapiēter expoſuit, & inſtar prati nitidum templum illuſtra-
uit. Nouit enim etiam pictura tacens in pariete loqui, & utilitatis plurimū
6 afferre. Quinetiam 6 lapillorum compoſitor, pauimentum, quod pedi-
Habes templi cultū. bus teritur, arte atq; emblemate uermiculatum hiſtoria dignum effecit.

Quamobrem his artis operibus ſenſibus obnoxĳs oculos oblectantes,
7 cupiunt loculo reliquas corporis partes admouere. Etenim 7 ipſo cōta-
Hos ex loculi ac oſſiū ſanctorum contactu, ſanctimoniā & charitatem excitari. ctu ſanctimoniam credunt & charitatem excitari. Siquis autem puluerē
8 in ipſa loculi ſuperficie, ubi corpus Martiris requieſcit, inhærentem
præbeat, pro ingenti munere accipiunt, & terram tanquam rem pretio-
ſiſſimam reponunt. Nam ſicuti forte facultas detur, ut ipſas reliquias at-
8 tingat, id uerò eiuſmodi cenſetur donū, ut ſupremo uoto nihil maius opta-
Vide non ſolum ſanctorum reliquias uenerandas eſſe, ſed et res exteras ad eos quoquo modo pertinentes, puta puluerē qui eſt in ſuperficie loculi. ri poſſe uideatur. Hoc qui experti ſunt, norunt, quiq; eo tenentur deſi-
derio. Ipſum enim 9 corpus perinde, ac ſi uiſura floreſq; eſſet, amplectū-
tur & deoſculātur, oculis, ore, auribus, omnibus denique ſenſibus adhę-
rent, lacrymaſq; pietatis & affectionis indices effundunt, martyriq; 10
ut omnibus partibus integro ac uigenti ſupplicāt, ut pro ſe apud Deū le-
gationis munere fungatur. Vti Dei miniſtrum appellant, qui, quando
uult, inuocatus munera impetret. Ex his omnibus pius populus diſcit,
quam pretioſa ſit in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Etenim li-
9 cet ex eadem maſſa conflata concretaq; ſint omnia hominum corpora,
Reſponde hic ſi potes, ſanctorum inimice, qui negas eorum corpora uenerāda eē. ea tamen, quæ ſimpliciter intereunt, temerè proiecta iacent, quæ uerò
Martyrĳ gratiam obtinuerunt, ſic amabilia iucundaq; ſunt, & omnium
ſtudĳs certatim complectanda, ut in præſentia declarauimus. Ex his er-
go, quæ uidemus, ea credimus, quæ non cernuntur. & ex his, quæ expe-
10 rimur in hac uita, ſperamus ea, quæ futura promittuntur in altera. Sunt
Nota ſanctos uiuere, pro nobis legationis munere fungi apud Deum, inuocari, & inuocatos quādo uolunt munera impetrare. enim multi, qui in uentre, inaniq; gloria, & caducis atque fragilibus re-
bus cumulandis ſummum bonum collocantes, quid futurum ſit, negli-
gunt, atque huius uitæ fine putant omnia terminari.

Sed tu, qui ſapiens es, ex paruis magna conĳcito, ex adumbratis uera
& ſolida cogitato. Quis ex ĳs, qui apud homines fuerunt excellentiſſimi,
huiuſmodi monumentis celebratur? Quis eorum imperatorum, qui muni-
tiſſimas urbes expugnarunt, qui gentes innumerabiles ſubegerunt, ita de-
cantatus eſt, ut miles hic pauper, qui nuper erat in militiam aſcitus, quem
Paulus armauit, quem Angeli ad certamen unxerunt, quem uictorē Chri-
ſtus coronauit? Verùm quia dicendo ad martyris pugnas appropinqua-
uimus, agè ſingularem de ipſo ſermonem inſtituamus, gratum eſt enim
cuique, quod ipſi proprium eſt.

Patria fuit uiro generoſo ea regio, quæ uergit ad orientem ſolem. No-
bilis enim & hic, quemadmodum Iob inter eos qui ad ſolis ortum habi-
tant. Quare cùm eandem haberet patriam, eoſdem etiam mores imita-
tus eſt. Nunc autem patria eſt illi orbis terrarum. Omnis enim Martyr
eius regionis, quę ſub ſole habitatur, ciuis cenſetur. Inde ad militiam pro-

fectus

fectus, cum propria cohorte in hanc regionem ſe contulit. Hic enim milites ab ipſis imperatoribus iuſſi fuerant hyemare. Sed aliud non ex barbarorum impetu, ſed ex lege & decreto impio ſatanæ ſuſcitatum eſt bellum. Omnes enim Chriſtiani nefaria ſententia condemnati ad ſupplicium ducebantur. Tunc igitur, tunc hic ter beatus pietate inſignis, & fidem in Chriſtum ſic ubique circunferens, ut tantùm non in fronte confeſſionem inſcriptam gereret, non amplius tyronis, aut nuper delecti militis robur præ ſe tulit, neque ſe rei militaris imperitum, aut pugnæ ignarum exhibuit, ſed generoſos ac ſtrenuos ſpūs ad ſubeunda pericula ſumens, haudquaquam demiſit animum, aut hæſitauit, aut ullam in loquendo timoris ſuſpicionem præbuit. Nam cùm improbi illi iudices Dux & Centurio in idem, ut olim Herodes & Pilatus, conſpirantes conſediſſent, † crucíq; affixi ſeruum in eiuſmodi iudicium, quo Dominus quondam eius circunuentus fuerat, arceſſiſſent, dic nobis, inquiunt, unde tibi tantum audaciæ & confidentiæ ingenitum ſit, ut regias leges deſpicias, neque mandata Domini contremiſcens uenerere, & eorum, qui rerum potiuntur, decreta colas & obſerues? Hi nanque tunc in Maximini regia principem locum obtinebant.

Quibus ille conſtanti uultu mentéq; intrepida opportuné reſpondit, ego, inquiens, Deos ignoro, qui reuera nulli ſunt. Vos autem impoſtores Dæmonas, Dei nomine cohoneſtantes aberratis. Mihi quidē Deus eſt Chriſtus, qui Dei filius eſt unigenitus. Quamobrem me religionem ac fidem ipſius confitentem, & uulnerator feriat, & percuſſor cædat, & combuſtor mihi flammam admoueat, & qui uocibus meis offenditur, linguam excindat. Corpus enim in ſingulis partibus procreatori ſuo patientiam & tolerantiam debet. His rationibus uicti ſunt Tyranni, nec primum ſtrenui militis impetum ſuſtinuerunt, cū adoleſcentem ad ſubeunda tormenta promptum & alacrem cernerent, mortemq; tanquam dulce aliquod poculom haurire cupientem.

Dum igitur parumper hæſitant illi, & quid facto opus ſit, inter ſe conſultant, quidam ex ea legione, qui facundior & aſtutior eſſe putabatur, Martyris reſponſionem eludens, eſt'ne, inquit, ó Theodore, filius Deo tuo? & generat ille, quemadmodum homines, cum perturbatione? Nullam in generando (reſpondit) nouit perturbationem Deus meus. Ex quo & filium ego confiteor, & generationem Deo conuenientem intelligo. Te ueró, ó rationis expers, atque infans, nonne pudet? nonne rubore ſuffunderis, Deum etiam fœminam aſſerens, qui ipſam quidem ut filiorum genitricem, & inſtar leporum aut ſuum fœcundam dæmonem, facilé tū uterum gerentem, tum parientem colas? Sic igitur ſancto duplicem in Idolorum cultorem irriſionem retorquenti Tyranni ad ſpeciem humanitatis modicum (inquiunt) temporis ſpatium ad conſiderandum furenti cō cedatur. fortaſſe interim depoſita inſania reſipiſcet, & ad meliorem frugem ſe recipiet. Inſaniam enim dementes ſapientiam appellabant, ſtuporem autem & furorem pietatem & religionem. Quemadmodum fit, quando illi, qui ebrij ſunt, ſobrijs exprobrant morbum ſuum.

At pius uir & Chriſti miles ad uirile facinus conficiendum, ſpatium illud conuertit. ecquod autem facinus? Tempus iam eſt, ut cum lętitia narrationem hanc excipiatis. In Metropoli Amaſia fanum fuit, quod

ſabuloſæ Deorũ matri decepti illi quondam homines uanitate, quodam in loco propter fluminis ripam conſtruxerunt. Hoc fanum generoſus ille dum per inducias liber ac tutus eſſet, opportunitatem & propitium auræ flatum obſeruans, incendit atque combuſſit. Itaque quod omnino poſt deliberationem expectabant, reipſa ſceleratis reſponſum dedit. Quod quidem omnibus patefactum eſt, ſiquidem nec clariſſimus in parte ciuitatis accenſus ignis, id occultari permiſit, & ipſe adeo latere non ſtuduit, ut apertè tum preclaro facinore gloriari, tum perturbatione, qua propter templi ſtatuęq; combuſtionem conterriti erant impij, gaudere maiorem in modum uideretur. Cùm igitur ad præfectos author incendij delatus eſſet, multo horribilius in eum, quam antea iudicium eſt conſtitutum, ut par erat, animis eorum tanti momenti re concitatis. Quamobrem cùm in tribunali reſediſſent, Theodorus præſenti animo in medio ſtetit, imperãtiſque fiduciam prę ſe tulit, non ut reus reſpondens, ſed uti iudex interrogans, & celeritate confeſſionis interrogationem interrumpens. Quare poſteaquam non ſtupidus aut attonitus apparuit, atque illi acerbitate minarum, quibus minimè pepercerant, ſe nihil proficere animaduerterũt, ad artes contrarias confugere, & promiſſis iniuſtis hominem iuſtum, rebuſq; inglorijs glorioſum allicere conati, tibi, inquiunt, ſacerdotij primarij dignitatem pollicemur.

Quo quidem audito uir beatiſſimus, uehementi irriſione, ego, (reſpondit) cùm ſacerdotes Idolorum miſeros duco eorumq; me, quòd tam ſtulto munere fungantur, miſeret, tum ſacerdotum principes multo magis cõmiſeror & deteſtor. Inter flagitioſos enim quo quis maior atque præſtãtior, eo nequior & infelicior. Sic inter iniuſtos qui iniuſtior eſt; ſic inter homicidas, qui crudelior; inter adulatores, qui petulantior. Iccirco poſthac a perniciosis pollicitationibus abſtinete. Ignoratis enim, ò uiri, uos malorum extremum mihi polliceri. Nam piè & rectè uiuere profitentem, præſtat abiectum eſſe in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ego uel iſtos Reges, quorum aſſiduè leges iniquas proponitis, miſeror, qui maxima inter homines regij muneris dignitate non contenti, ſibi ſacerdotum principis dignitatem uendicarunt, ideoq; lugubrem & tenebricoſam purpuram induuntur, inſtar infelicium principum ſacerdotum, illuſtri regiæ dignitati triſtem amictum inducentes. Quinetiam aliquando ad nefarias aras accedentes, pro Regibus fiunt coqui, dum aues ſacrificant, & pecudum uiſcera miſerè perſpiciunt, & ſanguinis tabo tanquam laniones quidam inquinantur.

Poſt has iuſti hominis uoces ne fictam quidem & ſimulatam amplius humanitatem præ ſe tulerunt, ſed illum & in Deos maximè impium, & in Reges contumelioſum & maledictum uocantes, primũ ligno, quo torquentur homines, ſuſpenſum ceciderunt ac lacerarunt. Ille uerò carnificibus uehementer ſæuientibus, forti alacriq; animo perferens, uerſum etiam illum è pſalmo decantabat: Laudabo Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Ipſi carnes eius dilaniabant. At ille pſallebat, ut ſi non ipſe, ſed alius eos cruciatus ſuſtineret. Sic autem laceratum ac dilaniatum carcer excepit. Vbi rurſus circa ſanctum admiranda gerebantur. Etenim per totam noctem uox multitudinis canentium exaudita eſt; & eiuſmodi faces eluxerunt, ut ijs, qui extra carcerem erant, tota nocte ſplen-

dor effulſerit. Quo quidem ſpectaculo cantuq́; admirabili commotus carceris cuſtos in cubiculum inſilijt, ſed præter martyrem quieſcentẽ, & multos uinctos, qui dormiebant, inuenit neminem.

Cùm igitur multis tormentis adhibitis in confeſſione religioneq́; magis ipſe perſtaret, ſententia in eum lata eſt, ut igne uitam finiret. Atq; ita præclarum beatumq́; iter ad Deum confecit, nobis autem memoriam certaminis tanquam magiſtram reliquit. Qua 11 quidem ille populos congregat, eccleſiam inſtituit, dæmones fugat, conciliat angelos pacis, orat a Deo, quæ nobis utilia ſunt. Hunc enim locum tanquam diuerſis morbis medicinas ſuppeditantem officinam conſtituit, procellis tempeſtatibuſq; periclitantium portum, egentium opulentum ærarium, dulce peregrinorum hoſpitium, feſtos dies celebrantium nũquam deſinentem cõgreſſum. Quanuis enim certum 12 & ſolennem hunc diem quotãnis celebremus, nunquam tamen deficit ſtudioſe aduenientium multitudo. Quamobrem publica, quæ ducit huc, uia formicarum ſimilitudinem conſeruat, alijs redeuntibus, alijs uenientibus, alijs ſuccedentibus.

Nos igitur ò beate, anni circulo benignitate creatoris peracto, ſacrum hunc martyrumq́; ſtudioſum cœtum congregauimus, communem 14 adorantes Dominum, certaminumq́; tuorum præconium memorabile celebrantes. Tu uerò, celebritatis author, quæcunq; te ora tenet, huc 15 ad nos ueni. Nos enim te uocantem uiciſſim uocamus. Quocirca ſiue ſublimi in æthere moraris, ſiue cœleſtem aliquam apſidem circunuertis, ſiue inter angelorum choros conſtitutus Domino aſſiſtis, ſiue inter Principatus & Poteſtates ut ſeruus fidelis eum adoras, iſtis omnibus parumper intermiſſis ad nos, qui te 16 colimus & honoramus, accede. Ac licet oculis noſtris minimè perſpicuus ſis, ſacrificia noſtra tamen intuere, ut quas Deo, qui tibi pro uno ſupplicio, & pia unica confeſſione tam multa munera largitur, gratias agimus, ipſe conduplices. Meritã ex ſanguine, quẽ effudiſti, & ignis cruciatu, quem pertuliſti, lætitiam percipe. Quot enim tunc ſupplicij tui ſpectatores erant, tot nunc honoris miniſtros habes.

Multis beneficijs indigemus. Tu legationis 17 munere fungere apud communem Regem pro patria tua. Martyris enim patria eſt locus, ubi ille paſſus eſt, ciues, & fratres, & propinqui, qui reliquias 18 eius ornant, qui tuentur, qui uenerant. Calamitates metuimus, pericula formidamus. Haud procul abſunt exitiales ſcythæ, qui cõtra nos machinantur bellum. Vt miles propugna, ut martyr pro conſeruis dicendi utere libertate. Quãquam tu uitam hanc tranſcendiſti, humanas tamen moleſtias & neceſſitates non ignoras. 19 Impetra 20 nobis pacem, ne ipſe celebritates intermittantur, ne rabidus & ſacrilegus barbarus in templis et altaribus comeſetur ne ſancta profanus conculcet. Nos quidem q; hactenus ſancti te cti ſeruati ſimus, tibi acceptum referimus, ſed in poſterum etiam ſecuritatem poſtulamus.

Quod ſi maiore ſit opus auxilio fratrum tuorum martyrum 21 chorũ adhibe, & unà cum omnibus ſupplica. Multorum 22 preces iuſtorum nationum & populorum crimina diluant. Petrum admone, Paulum excita, Ioannem Theologum dilectum diſcipulum aduoca, ut eccleſiarũ, quas conſtituerunt, pro quibus catenas pertulerunt, pro quibus pericula & cædes perpeſſi ſunt, ſolliciti curam ſuſcipiant. Ne cultus Idolorum cõtra nos

11 *Vide ſanctorum ſepulchra in quanta et olim ueneratione haberentur, & quòd uirtutes magnæ per eos (uel ipſis dæmonibus teſtibus) ibi præſtabantur.*

12 *Certus & ſolennis dies beati Theodori.*

13 *Ecce populorum frequẽtiam in die martyris ad eius memoriam.*

14 *Vide quõ ſolũ Deum adoramus, ſanctos uero ut Dei amicos ueneramur, eorũq; præclara certamina celebramus.*

15 *Inuocat ſanctum, nõ tanquam mortuum ſed uiuentem, neq; propter hoc timet neceſſariã ſummi Dei obſcurari inuocationem.*

16 *Qui ſe colimus et honoramus. Cultu ſemper duliæ intellige ubi hmõi ſubeſt locutio.*

17 *Ecce iterum ſanctos legatos noſtros eſſe apud Deum.*

18 *Qui martyris reliquias ornãt, tuentur & uenerantur.*

19 *Vide ſanctos in Dei*

lumine ſcire quę circa nos aguntur.

caput tollat,ne hæreſes tanquam ſpinæ uineam ſuppullulantes lędant,ne zizania creſcētia triticum ſuffocent,ne qua petra ueri roris pinguedinem
20 nobis excutiat. Sed tuæ precationis ope magnus fructuum prouentus ap
pareat, recteq́ꝫ inſtituta chriſtianorum uita,tanquam in pingui atqꝫ frugifero ſolo,p̄claram & admirabilem ad finem uſqꝫ ſegetē ferat, unde nobis proueniat fructus æternæ uitæ in Chriſto Ieſu domino noſtro,qui cum patri,& ſpiritui ſancto gloria, honor,& imperium in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Ecce quomodo ſancti orant pro nobis, & impetrant ac exhibent beneficiis.

21 *Sancti alios ſanctos ſecum adhibere interdum ſolent,ut ſimul iuncti pro nobis ad Deum intercedant.*

22 *Vide quomodo multorum ſanctorum preces, nationum & populorum crimina diluant.*

23 *Conſidera an eccleſiæ per Apoſtolos conſtitutæ pro quibus etiam mortem paſsi ſunt, ſint inuiſibiles,ut quidam modo nugantur,an uiſibiles & palpabiles?*

Habetur in eius Periſtephano.

VITA ET MORS SANCTI QVIRINI martyris Epiſcopi Eccleſiæ Siſcianæ per Aurelium Prudentium uirum conſularem ſcripta.

1 *Ecce ſanctorum merita apud Deum.*

INſignem meriti 1 uirum
Quirinum placitum Deo
Vrbis mœnia Siſcię
Conceſſum ſibi martyrem
Complexu patrio fouent.
Hunc ſub Galerio duce
Qui tunc illiricos ſinus
Vrgebat ditionibus:
Ferunt catholicam fidem
Illuſtraſſe per exitum.
Non illum gladij rigor,
Non incendia; non feræ
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluuialibus
Gurges dum rapit: abluit.
Nil refert uitreo æquore:
An de flumine ſanguinis
Tingat paſſio martyrem,
Aeque gloria prouenit
Fluctu quolibet uuida.
Summo pontis ab ardui
Sanctę plebis epiſcopus
In præceps fluuio datur,
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Deiectum placidiſſimo
Amnis uertice ſuſcipit:
Nec mergi patitur ſibi
Miris uaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.

2 *Sanctorum animæ laqueis corporis abſolutæ,ad Deum euolant.*

Spectant eminus e ſolo
Doctorem pauidi greges,
Nam Chriſti populus frequens
Riparum ſinuamina
Stipato agmine ſepſerat.
Sed Quirinus ut eminus
Os circuntulit,heu ſuo
Exemplo trepidos uidet,
Nil ipſe proprij memor
Inter ſtagna periculi.
Confirmat pia pectora
Verbis mirificis rogans:
Ne quam talia terreant,
Heu conſtans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga uehunt uadis,
Nec ſubſtrata profunditas
Saxoqꝫ & laqueo & uiro
Audet ſponte dehiſcere.
Sentit martyr epiſcopus
Iam partam ſibi præripi
Palmam mortis & exitus:
Aſcenſumqꝫ 2 negarier
Aeterni ad ſolium patris.
Ieſu cunctipotens ait:
Haud quaquam tibi gloria
Hęc eſt inſolita aut noua:
Calcare fremitum maris:
Prona & flumina ſiſtere.

Scimus

Scimus diſcipulum Petrum:
Cum ueſtigia tingeret
Mortali trepidus pede:
Dextræ ſubſidio tuæ
Subieciſſe ſalum ſolo.
Iordanem quoq; nouimus
Tortis uorticibus uagum:
Dum fertur rapido impetu:
Ad fontem refluis retro
Confugiſſe meatibus.
Hæc miracula ſunt tuæ
Virtutis domine: ut modo
Suſpendar leue prenatans
Summo gurgite fluminis,
Cum collo ſcopulum traham.
Iam plenus titulus tui eſt
Et uis prodita nominis:
Quam gentilis habet ſtupor.
Abſoluas precor optime
Huius nunc animæ moras.
Quid poſſis: probat ammicus
Qui uectat ſilicem liquor.
Hoc iam quod ſupereſt cedo:
Quo nil eſt precioſius,
Pro te Chriſte Deus mori.
Orantem ſimul halitus
Et uox deſerit, & calor,
Scandit ſpiritus ardua.
Fit pondus graue ſaxum,
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

EPISTOLA SANCTI EVSEBII EPISCOpi Vercellenſis, dum eſſet in exilio, ad preſbyteros & ad plebes quaſdam Italiæ tranſmiſſa, qua de ſtatu ſuo & uita illos commonefacit.

Habetur in lib. antiquiſſimo Mediolani typis excuſſo.

DIlectiſſimis fratribus, & ſatis deſideratiſſimis preſbyteris, ſed & ſanctis in fide conſiſtentibus, Plebibus Vercellenſibus, Nouarienſibus, Hipporegienſibus, necnon etiam Dertonenſibus, Euſebius epiſcopus in domino æternam ſalutem.

Licet nos multis dominus noſter a uobis corpore ſeparatos foueret bonis, & ueſtram admodum, in aduentu & uiſitatione plurimorum fratrum nobis præſentiam exhiberet, tamen mœſti, ac triſtes, & ſine lachrymis non eramus, quia longo temporis interuallo ueſtre ſanctitatis nō accipientes ſcripta, uerebamur ne qua uos aut accepiſſet diabolica ſubtilitas, aut poteſtas humana infidelibus ſubiugaſſet.

His ergo dum afficimur cogitationibus, & omnem conſolationē fratrum, qui ad nos è diuerſis ueniebāt prouincijs, ad dolorem magis abſentiæ ueſtræ, quàm ad letitiam uerteremus; hoc preſtare dignatus eſt dominus, ut id de quo eram ſolicitus, non ſolum literis ſynceritatis ueſtræ, ſed & præſentia charorum noſtrorum Syri diaconi, & Victorini exorciſtæ, cognoſcere potuerim. Agnoui itaq; fratres chariſsimi, uos, ut deſiderabā eſſe incolumes. Et quaſi ſubito raptum omni longinquitate terrarum (ut Abacuc factum eſt, qui per Angelum portatus fuit uſque ad Danielem) ſic me iudicaui ad uos perueniſſe. Dum autem ſingulorum literas accipio, dumq; ſanctos animos ueſtros, & amorem in ſcriptis ueſtris percurro, miſcebantur mihi cum gaudio lachrymæ; & auidus ad legendū animus occupatione lachrymarum tenebatur. Et erant utraque neceſſaria, ut ſinguli ſenſus in hoc complementum deſiderij ſua dilectionis officia cuperent preuenire. Sic per dies in occupatione hac uobiſcū me famulari iudicans, præteritos labores obliuiſcebar. Ita enim undique circundabant me gaudia, hinc ſtabilem fidem, hinc dilectionem, hinc fructum porrigentia, ut in tot & tantis conſtitutus bonis, ſubito me (ut ſuperius dixi) non in exi-

lio,ſed uobiſcum eſſe iudicarem.

Gaudeo itaque,fratres chariſſimi,de fide ueſtra; gaudeo de ſalute,quæ fidem ſequitur; gaudeo de fructibus,quod non ſolum illic conſtituti, ſed & longe pergitis. Vt enim agricola arbori bonæ inſeruit illi, quæ fructuũ cauſa non ſecurim patitur, non ignibus mancipatur,ita & nos ueſtræ ſanctitati non ſolum ſeruitium ſecundum carnem uolumus & cupimus exhibere,ſed & animas noſtras pro ueſtra ſalute impendere. Extendiſtis (ut dixi)firmos fructu ramos,& per tam longa terrarum ſpatia ad me pertingere laboraſtis. Gaudeo agricola,et libens noſtri laboris poma decerpo, quia tantum facere uoluiſtis; nec ſolum ego,uel qui mecum ſunt ſanctiſſimi noſtri preſbyteri,& diaconi, uel cæteri fratres, ſed & omnes qui deſiderantes ſumus. Repleſtis enim (ut Apoſtolus beatiſſimus dicit) uiſcera mea, cum compleſtis mandata diuina, quæ complere chriſtianos in Epiſcopum uel eccleſiaſticos uiros decet, quos in exilio fidei cauſa noſtis laborare. Compleſtis quæ oportebat fratres fratribus facere, & patri filios exhibere.

Sed cum nos ſecũdum mandata diuina, uobis uolentes de terrenis cœleſtes, de caducis ſtabiles, de fragilibus ſempiternos fructus facere, cœpimus per neceſſitatem patientes quotidie ſeminare. Gaudebant de ueſtris fructibus pauperes; glorificabant Deum non ſolum ciuitatis ipſius homines,ſed & omnes: qui autem uidere potuerunt quam mecum dilectionem haberetis, ex ipſis fructibus uidentes glorificabãt Deũ, & omni nos honore cum ueſtra benedictione nominabant. Videns hoc diabolus innocentium hoſtis, iuſtitiæ inimicus, contrarius fidei, quia in hoc opere benedicebatur Deus, inflammauit aduerſum nos Arriomanitas ſuos(qui iam longo tempore ſuſpirabant) non ſolum de hoc opere, ſed & de ſua infidelitate, ad quam nos perſuadere non poterant,ut exiſterent uiolenti, more hoc quo ſemper eſt uſus,ut quos perſuadere non poterat,ui & poteſtate terreret. Congregauit itaq; ſuorum multitudinem, qui nos ad officinam infidelitatis ſuæ rapiunt,& eludũt; & totam hanc poteſtatem traditam ſibi ab Imperatore dicunt.

His ergo multa dicentibus,& de ſua poteſtate gloriantibus,in hoc illis oſtendere uolui,quia nihil erant,nec poterant, dum tacens ut carnificibus corpus tradidi, quod Dominus dicebat poſſe in perſecutionibus tradi. Quàm libero autem fuerim animo, dum ab ipſis patior, & recludor, & per quatriduum ſeruor, & diuerſorum increpationes & perſuaſiones audio,in hoc oſtendi,quia nec unum ſermonem dixi. Addere uoluerũt ad malitiam ſuam,ut a me ceſſarent fratres, ideſt preſbyteri & diacones,ſed & cęteros dicebant ſe eſſe prohibituros,ne ad me accederent. Ego ne ab infidelium manibus, uel potius tranſgreſſorum, quod deterius eſt, infidelium, (ut Apoſtolus dicit) manducarem cibum, libellum ad ipſos hoc more feci.

Exemplar libelli facti ad Patrophilum cum ſuis.

Seruus Dei Euſebius cum conſeruis ſuis,qui mecum fidei cauſa laborãt, Patrophile cuſtodi cum ſuis.

Qui me in multorum furore non ſolum tractum per terram, ſed interdum nudato corpore ſupinum portaſtis,de hoc hoſpitio, quod mihi per ueſtros & agentes in rebus dediſtis, me nunquam niſi cum ueſtra uiolen

tia egredi paſſi fuiſtis. Et Deus ſcit, & ciuitas nouit, nec uos hic & in futuro negare poteſtis. Ideo Deo cauſam reſeruo, ut quemadmodum ipſe ordinauerit, finem poſſit accipere. Interim hoc me decreuiſſe ſciatis (ut ratio nunc, & in futuro, & hic poſſit ſtare) in hoſpitio quo me clauſum tenetis in quo me poſt primã portationem retrudentes crudelius auſi fuiſtis inde eodem modo portare, & in unam cellam reficere, non panem manducaturum, neq; aquam bibiturum, niſi ante ſinguli profeſſi fueritis, non ſolum uerbo, ſed & manu, uos non ꝓhibituros fratres meos, qui mecũ hæc fidei cauſa libenter patiuntur, de hoſpitio quo manent, neceſſarias eſcas offerre, nec eos qui me dignati fuerint requirere. Oportuerat qdem exire de corpore, ne tantum ſcelus quod contra ius diuinum & publicum commiſiſtis, ſępe ſcire uolentibus cogeret dicere. Sed ne quis de infidelibus uos in nobis crudeles appellet, & ignorantes diuina præcepta putet, nos confuſionem potius uitare noluiſſe quàm Domino parere, ideo hoc uoluiſſe præſumere; iterum dico, quod niſi profeſſi & uerbo & conſcriptione fueritis, eritis homicidæ prohibendo. Nouit hoc omnipotens Deus; nouit et eius unigenitus inenarrabiliter de ipſo natus filius, qui ſalutis noſtrę cauſa Deus ſempiternæ uirtutis hominem perfectum induit, pati uoluit, morte triumphata, tertia die reſurrexit, ad dexteram patris ſedet, uenturus iudicare uiuos & mortuos; nouit & Spiritus ſanctus; teſtis eſt eccleſia catholica, quæ ſic confitetur: quia non ego in me reus ero, ſed uos, qui conſeruos meos neceſſaria miniſtraturos prohibere uoluiſtis. Et ſi hoc putaueritis uos debere contemnere; non quaſi mortem timentem, ſed ne poſt exceſſum meum dicatis me uoluntaria morte exire uoluiſſe, & quandam uobis nebulam excuſationis inueniatis, cõuenturum me ſcitote eccleſias, quas clauſus interim literis poſſim pertingere, cõuenturum & Dei ſeruos, ut ipſis concurrentibus, orbis terrarũ, quod fides integra, quę ab uniuerſis catholicis epiſcopis comprobata eſt, ab Arriomanitis patiat͞, quos ante damnauit, poſſit agnoſcere. Item ſubſcripſi ego Euſebius epiſcopus.

Adiuro te, qui has literas legeris, per patrem, filium & ſpiritum ſanctũ, ut non ſupprimas, ſed alijs legendas tradas.

Hi ergo uix quarta die ad hunc libellum mitigata, ieiunos ad hoſpitiũ in quo manſeramus, reuertere nos compulerunt. Viderũt in terra quemadmodum nos reuertentes populi cum gaudio ſuſceperunt. Lucernis noſtrum hoſpitium circundederunt. Cœpimus annuente Domino iterum egentibus miniſtrare. Non hoc ſuſtinuit ipſorum inhumanitas, & noſtrũ amorem in ſuũ odium peruiderunt. Vix ferè uiginti & quinq; tolerare potuerunt dies. Erumpunt denuo, & cum perdita multorũ manu ad noſtrũ hoſpitium ueniunt, armati fuſtibus, per aliena clauſtra parietem rumpũt, & ad nos uolentes perueniunt. Iterum rapiunt, & in arctiore cuſtodia cũ ſolo chariſſimo Tegrino preſbytero recludunt. Noſtros quoq; fratres, ideſt preſbyteros, diacones, & omnes rapiunt & includunt. Poſt triduũ poteſtate ſua per loca diuerſa in exilium mittũt. Alios fratres, qui ad nos uenerant uiſitãdos, in carcere publico mittunt, perplurimos dies reclusos tenent. Aduolantes iterum ad hoſpitium, omnia quæ aut in ſumptu, aut pauperibus fuerant comparata, diruunt. Sed quia hoc publicum ipſorũ facinus ab omnibus ciuibus notabatur, argumento hoc uſi ſunt, ut aliqua rederent leuiora, & ſe nobis noſtra reddidiſſe iactarent. Sumptus uero

apud ſe tenuerunt; & poſt tantum ſcelus quærebant, ſi fieri poſſit, ſic negare, ut nullum de meis ad me uenire permitterent, qui eſcas corpori neceſſarias afferrent. Vix ſexta die clamantibus ſibi diuerſis, unum uenire permiſerunt quantum ad ſe fuit oſtenderunt homicidæ animos, quem primũ (ne a malignitate ceſſarent) quarta die dimiſerunt. Poſtmodum ſexta uix deficientibus nobis, olim cum uictu uenire permiſerunt. Hæc itaque ſunt Arriomanitarum opera.

Videte ſanctiſſimi fratres, ſi non eſt perſecutio dum hæc patimur, qui ſidem catholicam cuſtodimus; & altius cogitate num ualde etiã deterior ſit quàm illa quæ fiebat per hos, qui idolis ſeruiebãt. Illi mittebant in carcerem, non tamen prohibebant ad ſe uenire ſuos. Quantum ergo Sathanas eccleſias uulnerauit per Arriomanitarum crudelitatem? In cuſtodia publica mittunt qui liberare debent. Violentiam faciunt, qui ut patiantur iuſtitiæ cauſa diſcunt. Aliena diripiunt, qui ſua direpta ne repetant, de diuina lege docentur. Præterea quanta illos inuaſit crudelitas, dum facultatibus temporalibus gaudẽt? In carcere latronibus clauſis a quæſtionarijs uel a iudicibus non denegatur facultas uiuendi ſuos, a nobis & noſtri prohibentur; & deuoti fratres ne ueniant, non ſolum ab hoſpitio arcẽtur, quo tenemur, ſed ne adeant, carcerum comminatione terrentur. Sic cunctos ſubiugauerunt, ut manifeſtiſſime agnouerim, ab epiſcopis incipiam, dum honorem quidam timent amittere, ipſos fidem perdidiſſe; dumq; facultates terrenas, & immunitates nolunt perdere, cœleſtes theſauros & ueram ſecuritatem nullam iudicaſſe. Sic quoq; ducti cæteri, dum epiſcopos hæc timentes perdere uident, amare cœperũt quæ ſemper habere nõ poſſunt. Sic Arriomanitæ diuites terrent, dum his ꝓſcriptionem minãtur: ſic pauperes, dum poteſtatem in carcere recludendi habent. Et quanta inſania eſt? In loco quo tenemur, non ſolum uiros qui nobis ſeruiunt, in carcerẽ mittunt, ſed et puellas ſanctimoniales ſine ullo diuino timore in cuſtodia publica recludunt. Sed ut gauiſi non ſunt ſeniores mali, qui pudicitiam ſuſannæ uiolare quęrebant, ita nec hi gaudebunt ſemp, qui eccleſiam perſecutione uaria, & depreſſione nimia ſuæ infidelitati conantur ſubijcere. Dixit enim ſanctus Daniel ad illos: ſic timentes filiæ Iſrael concumbebant uobiſcum. Sed recedat ſanctiſſimi, humanus timor a ueſtris animis, cum habeatis Domini conſolationem, qui dicit: Nolite timere illos qui corpus occidunt, animã autem occidere nõ poſſunt. Tempus eſt probationis, tempus eſt ut probati innoteſcant manifeſti. Ideo acceperũt humanum adiutorium, quia diuinum non habent, quem ſi haberent, nunq̃ poteſtate terrena innocentium ſibi animas ſubiugarent.

Multa de illorum malis, quibus nõ ſolus ego, ſed plurimi deprimimur, debueramus ſcribere, ſed ne poſſemus hoc facere, & ipſorum crudelitatem literis intimare arctiſſima cuſtodia ſeruamur ab ipſis. Ideo ad nos & alij, & noſtri amici prohibentur accedere. Sed conceſſit Dominus mihi hanc epiſtolam per chariſſimam noſtrum ad uos Syrum diaconem mittere, quem in poteſtate mittendi habui, quia prouidentia Domini noſtri eo tempore ad 1 uidenda loca ſancta acceſſerat, & cum cęteris fratribus inuentus non eſt. Cæterum uix hanc epiſtolam quomodocunque cõſcripſimus, Deum ſemper poſtulantes, ut cuſtodes in horas refrenaret, & concederet, ne ad uos Diaconus nũcium magis laboris noſtri, quàm qua-

1 *Vide peregrinationes ad loca sãcta antiquis patribus fuiſſe in uſu.*

le'ſcunque ſalutationis literas ferret. Propter quod ſatis uos peto, ut cum omni uigilantia cuſtodiatis fidem, ſeruetis concordiam, orationibus 2 incumbatis, noſtri memores ſine intermiſſione ſitis; ut dignetur Dominus 3 eccleſiam ſuam liberare, quæ ſuper uniuerſum orbem laborat, & ut nos qui deprimimur, poſſimus uobiſcum liberati gaudere, quod præſtare dignabitur Dominus, petentibus uobis, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt ſecum benedictus a ſeculis & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Iterum peto, & uos per miſericordiam Dei rogo, ut unuſquiſque in hac epiſtola ſalutationem ſuam nuncupet, quia ſingulis, ut ſolebam, faciente neceſſitate, ſcribere non potui. Ita in hac uos omnes, fratres, ſed & ſanctæ ſorores, filij, & filiæ omnem ſexum appello, omnem ætatem peto, ut hac contēti ſalutatione, noſtro obſequio, etiam hos qui foris ſunt, & nos dignantur diligere, ſalutare dignemini. Salutant uos fratres noſtri, qui mecum ſunt, preſbyteri & diacones, ſed & omnes noſtri qui una mecum ſatis petūt, ut noſtri memores omnes ueſtros noſtro dignemini obſequio ſalutare. Tranſmiſi præterea literas, quas ad Patrophilum cuſtodē meū feci, ut ex his agnoſcatis, nos Arriomanitarum nec inanis poſſe terreri, neque ipſorum ſerpentina blanda ſubtilitate poſſe ad ipſorum ſocietatem perduci. Diuinitas uos protegat, florenteſq́ue uiuere & hic & in futuro faciat cum omnibus ueſtris, fratres chariſſimi, & ſatis deſideratiſſimi.

2 *Orationibus incumbatis.*

3 *Putaſne hic deſiderabat ſanctus uir liberari eccleſiam inuiſibilem, an uiſibilē idest fideles qui tūc pſequutionibus premebantur?*

VITA SANCTORVM EVSEBII VERCELLENſIS & Dionyſii Mediolanenſis epiſcopoꝝ per diuum Ambroſium epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

Eſt in epiſtola 82. lib. 10. Epiſtolarum eiuſdem ad Vercellēſem eccleſiam ſcripta.

DIximus quid legis eſt, dicamus etiam quid rationis, ſed prius cognoſcamus, non ſolum hoc Apoſtolum de epiſcopo & preſbytero ſtatuiſſe, ſed etiam patres in concilio Niceni 4 tractatus addidiſſe, neque clericum quenquam debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſortitus ſit. Quomodo enim poteſt conſolari uiduam, honorare, cohortari, ad cuſtodiendam uiduitatem, ſeruandam marito fidem, quam ipſe priori coniugio non reſeruauerit? Aut 5 quid intereſſet inter populum & ſacerdotem, ſi iiſdem aſtringeretur legibus? Debet præponderare uita ſacerdotis, ſicut præponderat gratia. Nam qui alios præceptis ſuis ligat, debet ipſe legitima præcepta in ſe cuſtodire. Quam reſiſtebam, ne ordinarer? poſtremo cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur, ſed non ualuit præſcriptio, præualuit impreſſio. Tamen ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt, et tamē Neophytus ꝓhibetur ordinari, ne extollatur ſuperbia, ſi dilatio ordinationi defuit, uis cogentis eſt: Si non deeſt humilitas competens ſacerdotio, ubi cauſa non hæret, uitium non imputatur.

Quod ſi in aliis eccleſiis tanta ſuppetit ordinandi ſacerdotis conſideratio, quanta cura expetitur in Vercellenſi eccleſia, ubi duo pariter exigi uidentur ab epiſcopo, monaſterij continentia, & diſciplina eccleſiæ. Hæc enim 6 primus in occidentis partibus diuerſa inter ſe Euſebius ſanctę memoriæ cōiunxit, ut & in ciuitate poſitus inſtituta monachorum teneret, & eccleſiam regeret ieiunij ſobrietate. Multum enim adiumenti accedit

4 *Ecce quō ex Apoſtolo & ex Niceno Concilio bigami nō promouentur ad ordines.*

5 *Aduerte quod diſtantia eſſe debet inter populum & ſacerdotem, & ſicut is præponderat gratia, ita ēt eminere uita.*

6 *Primus Euſebius in partibus occidētis eccleſiam & monaſterium rexit, ac iuuentutem ſtudio abſtinentiæ et norma integritatis aſtrinxit.*

ad ſacerdotis gratiam, ſi ad ſtudium abſtinentię & norma in integritatis iuuentutem aſtringat, & uerſantes intra urbem, abdicet uſu urbis & conuerſatione. Hinc illi proceſſerunt uiri, Helias, Heliſeus, Ioannes Elizabet

7 qui 7 pelliceis tunicis & caprinis exuuiis induti, inopes atque egentes, anguſtis & doloribus afflicti, in ſolitudinibus errabant, inter alta & condenſa mōtium, inuia rupium, ſpeluncarum horrida, ſouearū uadoſa quorū conuerſatione dignus orbis terrarum non erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Azarias, Miſael, qui in aula regia paſcebantur, ieiunio alebantur tanquā in deſertis cibo aſpero potuque obuio, Meritoque regĳ ſeruuli regi pręualuerunt, & captiuitatem decuſſo iugo contempſerunt, poteſtates ſubegerūt, elementa uicerunt, naturā ignis extinxerunt, euitauerūt flammas, obtuderūt aciem gladĳ, ſtrinxerunt leonum ora, & ubi infimiores fieri exiſtimabantur, ibi fortiores reperiebant, non refugiebāt ludibria humana, qui cœleſtia ſperabant præmia, non horrebant tenebras carceris, quibus æterni luminis gratia refulgebat.

Vide in ſanctis antiquis ieiunium, et ueſtimentorum aſperitatem & uilitatem, ac eduliorū parcitatem.

Hos ſecutus Euſebius ſanctus, exiuit de terra ſua, & de cognatione ſua, & domeſtico otio peregrinationem prætulit, Pro fide quoque, exilĳ dura præoptauit atque elegit, cōiuncto ſibi ſanctæ memoriæ Dionyſio, qui poſthabuit imperatoris amicitiam exilio uolūtario. Itaque memorabiles uiri circumdati armis, uallati exercitu, cum raperentur de eccleſia, maiore triumphabant de imperio, quia contumelia terreſtri mercabantur mentis fortitudinem, regni potentiam: quibus militaris armorum ſtrepitus extorquere non potuit fidem, ſubegerunt beſtialis animi feritatem, quæ nocere ſanctis nequiuit. Ira enim regis ira leonis, ut in prouerbĳs habes. Confeſſus eſt uictum ſe eſſe, qui rogabat mutarent ſententiam, ſed illi ualidiorem calamum ſuum ferreis gladĳs arbitrabantur.

8 Denique uulnerata eſt perfidia ut occideret, non eſt uulnerata ſanctorum fides, non deſiderarunt patrium ſepulchrum, quibus reſeruabatur cœleſtę domicilium. Errauerunt toto orbe, nihil habentes & poſſidentes omnia. Quocunque miſſi eſſent, locus deliciarum putabatur. Neque enim illis quicquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Denique locupletabant alios ipſi inopes ad ſumptum, opimi ad gratiam: tentabantur, ſed non mortificabantur, in 8 ieiunĳs, in laboribus, in cuſtodĳs, in uigilĳs.

Hæc omnia hæretici noſtri tāquam peſtē aufugiunt, ſola ſua inani fide ſeruari ſe credentes.

9 Euaſerunt de infirmitate fortes, non expectabant deliciarum illecebras quos ſaginabat fames, non adurebant eos torrido æſtatis, quos refrigerabat æternæ ſpes gratiæ. Non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus feruenti ſpiritu uernabat deuotio. Non uerebantur uincula, quos Ieſus ſoluerat. Non deſiderabāt redimi a morte, qui pſumebāt a Xpo reſuſcitari.

Denique ſanctus Dionyſius exegit uotis, ut in exilio uitam poneret, ne regreſſus confuſa inſtitutis & uſu infidelium, ſtudia plebis aut cleri inueniret. Meruitque 9 hanc gratiam, ut pacem domini tranquillo affectu ſecum referret. Itaque Euſebius ſanctus prior leuauit uexillum confeſſionis, ita btūs Dionyſius in exilĳ locis ꝓpriore martyribus titulo exhalauit.

Meruit hanc gratiā, ideſt conſerri ſibi hoc donum, ne intelligas de gratia gratū faciēte, quia illa nō datur ex meritis, & ſi eius augmentū mereri poſſimus.

10 Hæc igitur patientia in ſancto Euſebio monaſterĳ coaluit uſu, & durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam. Nāque 10 hæc duo in attentiore Chriſtianorum deuotione præſtātiora eſſe quis ambigat, clericorum officia, & monachorum inſtituta? Iſta ad comitatem & moralitatem diſciplina, illa ad abſtinentiam aſſuefacta atque patien-

In chriſtianorū attētiore deuotione duo hæc pſtantiora ſunt, clericorū officia, & monachorum inſtituta.

tiam. Hæc uelut in quondam theatro, illa in ſecreto. Spectatur iſta, illa abſconditur. Ideo bonus Athleta ait, ſpectaculum facti ſumus huic mundo. Dignus ſanè qui ſpectaretur ab angelis, cum luctaretur ut ad Chriſti brauium perueniret, cum certaret, ut in terris uitam angelorum inſtrueret, in cœlo nequitiam angelorum refelleret, Colluctabatur enim nequitijs ſpiritualibus, merito mundus eum ſpectabat, ut mundus imitaretur, Hęc ergo uita in ſtadio, illa in ſpelunca, Hæc aduerſum confuſionem ſeculi, illa aduerſus carnis appetentiam, Hæc ſubijciens, illa refugiens corporis uoluptates. Hæc gratior: illa tutior, Hec ſe ipſam regens, illa ſemetipſam coercens. Vtraque tamen ſe abnegans ut fiat Chriſti, quia perfectis dictum eſt: Qui uult poſt me uenire, abneget ſeipſum ſibi, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Sequitur ergo Chriſtum qui poteſt dicere: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus.

ITEM VITA SANCTI EVSEBII EPISCOPI Vercellenſis per diuum Maximum epiſcopũ Taurineñ. ſcripta.

Habetur in uolumĩne ſermonum eius de ſanctis.

SAnctorum patrum memorias religioſis conuentibus 11 coronantes fratres chariſſimi, & propria eorum merita, & munera in eis diuina miramur. Qui iccirco nobis ſunt uenerabiles, quia pręſentis uitæ luce deſpecta, contemptoque ſuorum corporum cruciatu, ſæuientem mũdum Dei pro amore uicerunt. Sicut beatiſſimus hic pater noſter dum pro aſſertione indiſputabilis deitatis ſpiritu feruentiore conſurgens, Arrianis impietatibus obluctatur, & eccleſias Dei concertantium hæreticorum procellis ac turbinibus perturbatas, ſerenæ fidei tranquillitate pacauit, & 12 ſibi æterna pręmia multimoda paſſione quæſiuit, illius nimirum inconcuſſa ſequens ueſtigia, ad quem dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã, & portæ inferi non præualebũt ei.

11 Ecce quõ in die paſſionis ſanctorũ mos fuit antiquis patribus ſicut & nũc eſt, ſolennes conuentus apud illos agere, eorumq; merita, & diuina in illos munera uenerari.

12 Et ſibi æterna pmia multimoda paſſione queſiuit.

Vere ac merito cunctis poſteritatibus honorandus ille, qui firmiſſimæ petræ ſoliditatem ſequutus, inimicos Chriſti, & cœleſtis ſpiritus autoritate confudit, & infatigate patientiæ fortitudine triumphauit. Nec inferni, ſicut dictum eſt, aduerſus eum porta præualuit, qui ſibi portæ æternalis ingreſſum, regem gloriæ confeſſus aperuit. Aut quomodo ei non pateret porta illa uitalis, quæ plenitudine euangelicæ lectionis edoctus, in patre filioque eius inſcrutabile unicæ maieſtatis aſſeruit ſacramentum, edocens & oſtendens quæ eſſet in uno eodemque Dei filio, & ſuſceptæ carnis ratio, & naturalis priuilegium deitatis? Sciebat profecto ſaluatorem dixiſſe, Ego & pater unum ſumus, Et qui me uidet, uidet & patrem. Hæc illum confeſſio & honorabilem terris, & cœlo reddidit glorioſum.

Sed neceſſarium nunc eſſe reor, ut occaſione beati huius patris noſtri, quem in tantam gloriam catholicarum eccleſiarum fides indeclinabiliter ab eo ſeruata prouexit, nos quoque propitio largiente Deo, ſalutaribus doctrinæ dominicæ teſtimonijs imbuamur. Ait ergo dominus, Ego & pater unum ſumus. Qui dicit ſumus, ſolitarius non eſt, qui dicit, unum ſumus, utique ab eo cum quo unum eſt, non poteſt eſſe diuiſus. Quid mihi nunc hęretice in patre & eius filio diuerſitatem conaris aſtruere, cum filius ſubſtantię ſuę nos edocens ueritatem, dixerit, Ego & pater unum ſumus? Qui & unum dicit, & ſumus nec ſeparatione ſe diuidit, nec unione confun

dit. Qui unum cum patre eſt, nec perpetuitate a patre differt, nec uirtute diſcordat cumque ſit cum patre unum, de patre tamen natus aſſeritur, ne ut impius blaſphemat Arrius, aut creatura quæcunque filius, aut patri impar eſſe credatur.

Audis ergo o homo Deum de Deo natum, ſed in tantum hoc profundo habes quod fide credas, non habes quod diſcutias argumentis. Audis filium de patre natum, ſed ne ſexum aliquem poſſis in diuinitate rimari, ipſe filius, & uerbum dicitur, & lumen. Dicitur etiã Dei uirtus & Dei ſapientia, ut aduertas non quaſi per liniamenta genitalium corporaliter creaſſe patrem, ſed per ineffabile maieſtatis ſecretum, de uirtute prodiſſe uirtutem, & lumen manaſſe de lumine. Rurſus ne uerbum ipſum non ſubſtantiam ueritatis ſed prolatiuum lonquentis Dei putares eſſe ſermonem, dicit̃ filius, ut in eo illius q pater eſt, & conſonãtiã eſſe diſceres & affectũ.

Iterum quia lumen dicitur, ne forte eum uelut radium ſolis aut ſplendorem lucernæ, alieno putares lucere fulgore, ait de ſe ipſo beatus Euangeliſta Ioannes, cui archanum Dei & uidere & reuelare conceſſum eſt dicens, erat lumen uerum. Verum lumen ait, ut ſcias illum non cuiuſcunq; creaturalis deficientiſque luminis eſſe fulgorem, ſed a uera luce ueritatem eſſe quod lumen eſt. Intantum autem uerum eſt lumen, ut non ſolum non egeat illuminari, ſed illuminandi habeat poteſtatem. Illuminat enim ut legitur, omnem hominem uenientẽ in hunc mundum. Ait ergo Chriſtus ut dictũ eſt: qui me uidet, uidet & patrẽ, Qui me (inqt) uidet, uidet & patrem, quomodo non & duo & unum ſunt, cum alter uideatur in altero, & unum uidiſſe, ſit utriuſque cognitio? Et reuera fratres, ſicut uidere filiũ, uidere eſt patrem, ita intellecto patre, intelligitur & filius. Nam qui patrem credit & confitetur æternum, credat neceſſe eſt & filium coęternũ.

Sed iam uideamus quis iſte ſit aſpectus in filio quo pariter uideri aſſeritur & pater. Videt ſine dubio in filio patrem, qui credit filium ſecundũ incogitabilem deitatis naturam, ineffabiliter natum eſſe de patre. Nec poſſe aliud hunc eſſe qui natus eſt, quam eſt ille qui genuit. Videt in Chriſto patrem, qui opera Chriſti non extraneę poſſibilitatis, ſed paternę credidit eſſe uirtutis. Videt in filio patrem, qui intendit illum ſub communione paterni nominis, non ingenioſæ artis induſtria, ſed ſimplicis poteſtate pręcepti, aquas in una uertentem, creaturarũ mutare naturas, ubertate etiã benedictionis ſuæ, exeſum panem fœcundis eſurientium morſibus augmẽtantem. Multiplicando nanque eſcas in ore mandentium, & panes reformando de micis, fecit pene non eſſe mirabile, quod manna fluxit e cœlo.

Quis non aduertat in Chriſto paternæ æqualitatis opus, quum uideat eum auctoritate dominantis terrere dæmones, fugare languores, oculos dare homini nec dum figuratos in homine? cuius etiam ueſtimenti fimbrias occulto aditu mulier ægrota tãgendo, uelut furtiuam ſubripuit ſanitatem, ſed tanquam uerus Deus, quem nullum humanorum pectorum poterat latere ſecretum, & egreſſam de ſe mox prodidit medicinam, & circunſtantibus turbis credentis fœminæ meritum publicauit. Videt in filio maieſtatem paternam qui aſpicit Chriſtum non impetrantis gratia, ſed iubentis imperio, & paternæ uoluntatis aſſenſu, aut de lectulis ſuis mortuos, aut de tumulis ſuſcitantem: ſi diuinæ eſt operationis creaſſe hominem, eique dediſſe uitam, quomodo non diuini eſt operis ſalutem reddi-

didiſſe

diſſe defuncto? Qui uidet(inquit)me,uidet & patrem. Quomodo fratres in patre filioq́ eius unus eſſe poterat,et idiſcretus aſpectus,niſi eſſet ei una & indiſcreta ſubſtantia? Chriſtus igitur natura Deus, natura & homo, in utroque uerus,in utroque perfectus eſt,quia & humanitatem ueraciter ſumpſit a matre, & de patre habet naturaliter deitatem. Qui ſic uidet filium,uidet patrem,quia cum Chriſtum eundem Deum confitemur & hominem, neceſſario paſſiones homini,Deo mirabilia deputamus,ut intelligatur unigenitus Dei,nec a paterna maieſtate diſpar, nec a materna carne diſſimilis.

Per hanc fidem chariſſimi a patribus noſtris Arriana eſt confutata perfidia,qui utique Arrius beati Ioannis euangelio contradicens, dum uerbũ Dei Deum, & apud Deum eſſe negat, infidelitatis ſuæ cęcatus obſcuritate,nec patrem potuit uidere nec filium,dumq́ factorem omnium facturã eſſe contendit,& intemporali Deo temporalia conatus aſcribere, pręſumptionis, ſuæ furore confuſus, utriuſque in Chriſto naturæ ſalutare perdidit ſacramentum.

At uenerandus iſte pater qui legerat dixiſſe dominum: Ego in patre & pater in me eſt,ſciens in hac doctrina perſonarum eſſe diſtinctionem,non naturæ diſtantiam patris filijq́ eius,qui non unus,ſed unum ſunt, indiſſociabilem tenuit, & edocuit unitatem, aſſerens pariter in Chriſto domino noſtro,& paſſibilem carnem,& impaſſibilem deitatem.

ITEM DE EODEM SANCTO EVSEBIO per eundem D. Maximum Epiſcopum.

Eſt ſermo immediate ſequens ſuperiorẽ.

AD ſancti ac beatiſſimi iſtius patris noſtri,cuius hodie 13 feſta celebramus, laudes addidiſſe, aliquid decerpſiſſe eſt: ſiquidem uirtutum eius gratia non ſermonibus exponenda eſt, ſed opibus cõprobanda. Cũ enim dicat ſcriptura: Gloria patris eſt filius ſapiens,quantæ huius ſunt gloriæ, qui tantorum filiorum ſapientia & deuotione lætatur. In Chriſto enim Ieſu per euangelium ipſe nos genuit.

13 *Feſta D. Euſebij hodie celebramus.*

Quicquid igitur in hac ſancta plebe poteſt eſſe uirtutis & gratiæ, de hoc quaſi quodam fonte lucidiſſimo omnium riuulorum puritas emanauit. Etenim quia 14 caſtitatis pollebat uigore, quia abſtinentiæ gloriabatur anguſtijs, quia blandimentis erat præditus lenitatis, omnium ciuium in Deum prouocauit affectum, quia pontificis adminiſtratione fulgebat, plures è diſcipulis reliquit ſui ſacerdotij ſucceſſores. Bene & congrue in hac die quã nobis beati patris noſtri huius 15 ad paradiſum tranſitus exultabilem reddit, præſentis pſalmi uerſiculum decantauimus: In memoria æterna erit iuſtus. Digne enim in memoriam uertitur hominũ, qui ad gaudium tranſijt angelorum. Dicit ſermo diuinus: Ne laudes hominem in uita ſua. Tanquam ſi diceret, lauda poſt uitam,magnifica poſt conſummationem. Duplici enim ex cauſa utilius eſt hominum magis memoriæ laudem dare quàm uitæ, ut illo potiſſimum tempora merita ſanctitatis extollas,quãdo nec laudantem adulatio nocet,nec laudatum tentet elatio. Lauda ergo poſt periculum: prædica ſecurum: lauda non nauigantis fœlicitatem, ſed cum peruenit ad portum: Lauda ducis uirtutẽ, ſed cum perductus eſt ad triumphum.

14 *Ecce quomodo ſancti caſtitatis & abſtinẽtiæ rigore, carnis concupiſcentiam calcabant.*

15 *Anima Euſebij hodie tranſiuit ad paradiſum.*

Quis autem uiuens tuto poſſit ac ſine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit ſe habere quod doleat, et de futuro uidet ſibi ſupereſſe quod timent? Qui uero in hoc corpuſculo poſiti debeant ſibi quicquam uendicare de meritis, quos iterum dæmonum infeſtatio uelut latronum obſidet multitudo, quibus per omnes uias ſupplantatores inuiſi animarum laqueos tendunt, innumerabilium mortibus expaueſcendos? Nauigantibus enim nobis per hoc mare magnum & ſpatioſum, in quo ſunt reptilia quorum non eſt numerus, animalia puſilla & magna, ideſt, diuerſa genera inimicorum, qui ſecundum noſtrarum uirium quantitatem, compenſato nobiſcum agone luctantur. In huius mundi itaque pelago ualde nobis pertimeſcendũ eſt, ne nauẽ noſtram aut ꝓcella tẽpeſtatis abripiat, aut fluctus abſorbeat, aut in æternam prædam pirata crudelis abducat.

Aduerſus hæc ergo multiforma ſæculi mala, caſtigatis ac caſtis actibus reſiſtamus. Beata autem patris merita iam in tuto poſita ſecuri magnificemus, qui gubernaculum fidei uiriliter tenens, anchoram ſpei tranquilla iam in ſtatione compoſuit, & plenam cœleſtibus diuitijs, & æternis mercibus nauem optato in littore collocauit. Qui contra omnes aduerſarios ſcutum timoris Dei, tam diu infatigabiliter tenuit, donec ad uictoriam perueniret. Quid enim fuit totus uitæ illius curſus, niſi unius cũ uigili hoſte conflictus?

Quantis hic cęcis a uia ueritatis errantibus, & de ſumma iam in profundum rupe pendentibus, amiſſum reddidit uiſum, & illum quo Chriſtus uideretur, reparauit intuitum. Quantorũ auribus ſurdis & infidelitatis obturatione damnatis, ad percipiendam uocem cœleſtium mandatoꝝ, precioſum infudit auditum, ut uocanti Deo ad miſericordiam, reſponderet per obedientiã? Quãtos intrinſecus uulneratos angelici oris arte, & orationũ firmitate curauit? Quantos per longam incuriam peccati labe reſolutos, & quadam lepræ contagione perfuſos, caſtigationibus & exhortationibus expiando, Dei in ſe operante uirtute inundauit? Quantoꝝ animas uiuentes in corpore, iam defunctas, & delictorum mole obrutas ac ſepultas, ad emendationem tanquam ad lucem uocando, Deo reſuſcitauit, ut domini ſui admirandus imitator, iam mortuas Deo, ecõtrario mortificet tuitali morte peccato.

Tunc in alia parte ea quæ aperuerat, ſalubritate claudebat, ne eis res aliena concupiſcibilis appareret, ne interiori homini maculã exterior culpa tranſmitteret, ne ad cor tenebræ per uias lucis intrarẽt, ne in unoquoq; prophetica illa interminatio compleretur, Mors (inquit) intrauit per feneſtras ueſtras. Miniſteria enim aurium & oculorum, feneſtræ eſſe probantur animarum. Quando enim aperimus auditum mala & iniqua loquentibus, ac damnabiliter obtrectantibus, & quæ Deo ſunt contraria ſuadentibus, mors intrat per feneſtras noſtras, horror mortiferę noctis irrumpit, per quas ſol iuſtitiæ intrare debuerat. Quando iſtæ peccati feneſtrę apertæ ſunt, ianua ſalutis & uitæ, ac portæ paradiſi clauſę ſunt. Has iſte uir beatus feneſtras, multis feris diuini timoris obſtruxit.

De quantoꝝ cordibus quos inhoneſta iniquitas & impietas poſſidebat, fugauit luxuriam, deiecit iram, extinxit inuidiam, & uelut de antiqua domo barbaris hoſpitibus perturbatis, reuocando illuc fidem, caſtitatẽ iuſtitiam, miſericordiam, habitatores pacificos intromiſit, per quos in do

micilium mentis, caput horum bonorum Chriſtus intraret: & appoſitis pœnitentiæ medicamētis, uelut quatriduanum fœtentem, increpationum fremitu ſuſcitabat, & emendatione ſuſcepta, de medijs mortis faucibus erutos, temporina reſurrectione uitæ reſtituebat.

Hæc itaque atq; huiuſmodi plura gerens, quæ proferre per nos atque expedire ut dignum eſt, non poteſt ſermo pauperculus, melius uobis ea ueſter dicet affectus. Summę enim alacritatis inſtantia fuit cultor & cuſtos animarum, cupiditates reſecans, iras comprimens, malitias extirpans. His etiam magis uiriſte temporibus neceſſarius fuit, quibus tanta iniquitas ſumptis quotidie (deficiente iuſtitia) uiribus conualeſcit.

Et quidem ille in hac peregrinatione ſolo corpore conſtitutus, cogitatione & auiditate in illa æterna patria conuerſatus eſt, & quaſi bonus ratiocinator, uelut ad centuplum manum porrigens, ſemper de ſiniſtra trāſmiſit ad dexteram, & in cœlo repoſuit ſudores ſuos. Nam & ſi hic opera eius uidentur, 16 illuc operum merita tranſierunt. Illius ergo in quantū poſſumus ueſtigijs inſiſtamus, quibus per illam nimis arctam uiam ad cęli ampla feſtinans, qua eum ſequeremur, oſtendit.

16 Merita operum ſancti tranſierunt in cœlum.

VITA SANCTÆ EVLALIÆ VIRGINIS ET martyris, per Aurelium Prudentium uirum conſularem conſcripta.

Habetur in eius Periſtephano.

Germine nobilis Eulalia
Mortis & indole nobilior
Emeritam ſacra uirgo ſua:
Cuius ab ubere progenita eſt:
Oſſibus 1 ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus eſt:
Qui tulit hoc decus egregium:
Vrbe potens, populis locuples:
Sed mage ſanguine martyrij
Virgineoque potens titulo.
Curriculis tribus atque nouem
Tris hyemes quater attigerat:
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aſpera carnifices
Supplicium ſibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium
Tendere ſe patris ad ſolum:
Nec ſua membra dicata toro
Ipſa crepundia repulerat
Ludere neſcia puſiola.
Spernere ſuccina, flere roſas,
Fulua monilia reſpuere.
Ore ſeuera. modeſta gradu.
Moribus & nimium teneris
Caniciem meditata ſenum.
Aſt ubi ſe furiata lues
Excitat in famulos domini:
Chriſticolaſque cruento iubet
Thura cremare: iecur pecudis
Mortiferis adolere Deis:
Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus: ingenioque ferox:
Turbida frangere bella parat:
Et rude pectus anhela Deo
Fœmina, prouocat arma uirum.
Sed pia cura parentis agit,
Virgo animoſa domi ut lateat,
Abdita rure & ab urbe procul:
Ne fera ſanguinis in precium
Mortis amore puella ruat.
Illa peroſa quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte fores ſine teſte mouet:
Septaque clauſtra fugax aperit.
Inde per inuia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris.
Per loca ſenta ſitu & uepribus
Angelico comitata choro.
Et licet horrida nox ſileat:
Lucis habet tamen illa ducem.
Sic habuit generoſa patrum
Turba columni ferunt radiū: †

1 Eulalia ornat Emeritam ſuis oſſibus.

Scindere qui tenebroſa potens,
Nocte uiam face preſpicua
Pręſtitit intereunte chao.
Non aliter pia uirgo uiam
Nocte ſecuta diem meruit:
Nec tenebris adoperta fuit:
Regna canopica cum fugeret.
Et ſuper aſtra pararet iter.
Illa gradu cita peruigili
Milia multa prius peragit:
Quam plaga pandat eoa polum.
Mane ſuperba tribunal adit.
Faſcibus adſtat: & in medijs.
Vociferans(rogo)quis pudor eſt
Perdere pręcipites animas:
Et male prodiga corda ſui
Sternere raſilibus ſcopulis:
Omnipatremque negare Deum?
Quæritis. o miſeranda manus
Chriſticolum genus? en ego ſum
Dæmoniacis inimica ſacris.
Idola protero ſub pedibus.
Pectore & ore Deum fateor.
Iſis, Apollo, Venus, nihil eſt.
Maximianus & ipſe nihil.
Illa nihil: quia facta manu,
Hic manuum quia facta colit.
Friuola utraque, & utraq; nihil.
Maximianus opum dominus
Et tamen ipſe cliens lapidum
Proſtituat, uoueatque ſuis
Numinis caput ipſe ſuum.
Pectora cur generoſa quatit?
Dux bonus, arbiter egregius
Sanguine paſcitur innocuo.
Corporibuſque pijs inhians
Viſcera ſobria dilacerat:
Gaudet & excruciare fidem.
Ergo age tortor adure, ſeca,
Diuide membra coacta luto.
Soluere rem fragilem facile eſt.
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus
Talibus excitus in furias
Prętor ait, rape precipitem
Lictor: & obrue ſupplicijs.
Sentiat eſſe Deos patrios;
Nec leue principis imperium:
Quam cuperem tamen ante necem
Si potis es reuocare tuam
Torua puellula nequitiam.
Reſpice gaudia quanta metas:
Quæ tibi fert genialis honor.
Te lacrymis labefacta domus
Proſequitur: generiſque tui
Ingemit anxia nobilitas:
Flore quod occidis in tenero
Proxima dotibus & thalamo
Non mouet aurea pompa tori,
Non pietas ueneranda ſenum,
Quos temeraria debilitas.
Ecce parata miniſteria
Excruciabilis exitij.
Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris.
Aut facibus data fumicis
Flebiliterque ululanda tuis
In cineres reſoluta flues.
Hæc(rogo)quis labor eſt fugere?
Si modicum ſalis eminulis
Thuris & exiguum digitis
Tangere uirgo benigna uelis.
Pœna grauis procul abfuerit.
Martyr ad iſta nihil: ſed enim
Infremit: inquam tyranni oculos
Sputa iacit, ſimulachra dehinc
Diſſipat, impoſitamque molam
Thuribulis pede proſubigit.
Nec mora carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant:
Et latus ungula uirgineum
Pulſat utrinque: & ad oſſa ſecat
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi domine.
Quam iuuat hos apices legere:
Qui tua Chriſte trophea notant.
Nomen & ipſa ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis eliciti.
Hæc ſine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida.
Dirus abeſt dolor ex animo.
Membraque picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauant.
Vltima carnificina dehinc
Non laceratio uulnifica
Cratetenus: nec arata cutis:

Flamma ſed undiq; lampadibus
In latera ſtomachumq; ſuxit. †
Crinis odorus ut in iugulos
Fluxerat inuolitans humeris
Quo pudibunda pudicitia
Virgineuſque lateret honos
Tegmine uerticis oppoſito.
Flamma crepans uolat in faciem
Perque comas uegetata caput
Occupat: exſuperatq; apicem]
Virgo citum cupiens obitum
Appetit: & bibit ore rogum:
Emicat inde columba repens
Martyris os niue candidior
Viſa relinquere & aſtra ſequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt abeunte anima.
Et rogus igneus emoritur.
Pax datur artubus exanimis.
Flatus in æthere plaudit ouans:
Templaque celſa petit uolucer.
Vidit & ipſe ſatelles auem
Fœmine ab ore meare palam.
Obſtupefactus & adtonitus
Proſilit: & ſua geſta fugit.
Lictor & ipſe fugit pauidus.
Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit: & tegit omne forum.
Membra tegit ſimul Eulaliæ
Axe iacentia ſub gelido
Pallioli uice linteoli.
Cedat amor lachrymãtũ hominũ:
Qui c lebrare ſuprema ſolent.
Flebile cedat & officium.
Ipſa elementa iubente Deo
Exequias tibi uirgo ferunt.
Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara Colonia Vettoniæ.
Quam memorabilis Amnis ana
Præterit: & uiridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lauat.
Hic ubi marmore perſpicuo.
Atria luminat alma nitor.
Et peregrinus & indigena.
Reliquias 2 cinereſque ſacros
Seruat humus Veneranda ſinu.
Tecta coruſca ſuper rutilant
De laquearibus aureolis.
Saxaque cæſa ſolum uariant
Floribus ut roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.
Carpite purpureas uiolas,
Sanguineoſque crocos metite.
Non caret his genialis hyems,
Laxat & arua tepens glacies:
Floribus ut cumulet calathos.
Iſta comantibus e folijs
Munera uirgo puerque date.
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactilico
Vilia, marcida, feſta tamen.
Sic ueneraner 3 oſſa libet
Oſſibus altar & impoſitum.
Illa Dei ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc, populoſque ſuos
Carmine propitiata fouet.

2 *Humus ueneranda ſeruat reliquias et ſacros cineres Eulaliæ.*

3 *Ecce uenerationẽ oſſium ſanctorum. Ecce quomodo eorũ animæ ſunt in cœlo. Ecce q̃uo ſciunt et uident q̃ circa nos ſunt. Ecce demq; q̃uo ſuffragia nobis p̃ſtant.*

Habetur in eius Periſtephano.

VITA SANCTORVM MARTYRVM EMIterij & Chaledomij Calaguritanorum per Aureliũ Prudentium uirum conſularem ſcripta.

SCripta ſunt cœlo duorum martyrum uocabula:
Aureiſque Chriſtus illic annotauit litteris,
Sanguinis notis eadem ſcripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem terra ibera ſtemmate.
Hic locus dignus tenendis oſſibus uiſus Deo:
Qui beatorum 1 pudicus eſſet hoſpes corporum.
Hic calentes auſit undas cæde tinctus duplici.
Illitas cruore ſancto nunc arenas incolæ
Confrequentant 2 obſecrantes uoce, uotis, munere,

1 *Hoſpes pudicus beatorum corporum.*

2 *Vides hic multa dici*

Noſne Chriſto procreati Mamonę dicabimur,
Et Dei formam gerentes ſeruiemus ſeculo?
Abſit ut cœleſtis ignis ſe tenebris miſceat.
Sit ſatis quod capta primo uita ſub chirographo
Debitum perſoluit omne functa rebus Cæſaris.
Tempus eſt Deo rependi: quicquid eſt proprium Dei.
Ite ſignorum magiſtri, & uos tribuni abſiſtite.
Aureos auferte torques: ſauciorum pręmia.
Clara nos hinc angelorum iam uocant ſtipendia.
Chriſtus illic candidatis præſidet cohortibus.
Et throno regnans ab alto damnat infames Deos.
Voſque qui ridenda uobis monſtra diuos fingitis.
Hæc loquentes obruuntur mille pœnis martyres.
Nexibus manus utraſque flexus inuoluit rigor
Et chalybs adtrita colla grauibus ambit circulis.
O' ueruſtatis ſilentis obſoleta obliuio.
Inuidentur iſta nobis: fama & ipſa extinguitur.
Chartulas 3 blaſphemus olim nam ſatelles abſtulit: 3 *Nota hic cauſam quã re multæ ſanctorum uitæ perierint.*
Ne tenacibus libellis erudita ſecula
Ordinem, tempus, modumque paſſionis proditum
Dulcibus linguis per aures poſterorum ſpargerent.
Quo uiros dolore tortor, qua ue pœna ornauerit.
Iugibus longum cathenis an capillum pauerint.
Hoc tamen ſolum ueruſta ſubtrahunt ſilentia:
Illa laus occulta non eſt, nec ſeneſcit tempore.
Miſſa quod ſurſum per auras euolarunt munera.
Quæ uiam patere cœli pręmicando oſtenderent.
Illius fidem figurans nube fertur anulus.
Hic ſui dat pignus oris (ut ferunt) orarium.
Quæ ſuperno raptá flatu lucis intrant intimum.
Per poli liquentis axem fulgur auri abſconditur.
Ac diu uiſum ſequacem textilis candor fugit.
Sebuehuntur uſque in aſtra, nec uidentur amplius.
Vidit hoc conuentus adſtans, ipſe uidit carnifex.
Et manum repreſſit hærens, ac ſtupore obpalluit:
Sed tamen peregit ictum: ne periret gloria.
Iam ne credis bruta quondam uaſconum gentilitas:
Quam ſacrum crudelis error immolarit ſanguinem?
Credis in Deum relatos hoſtiarum ſpiritus?
Cerne quam 4 palam feroces hic domantur dęmones: 4 *Ecce quæ uirtutes fiãt ad ſepulchra ſanctorum Martyrum. Et quõ uicti Dæmones ab obſeſſorũ corporibus recedere compellantur.*
Qui lupino capta rictu deuorant pręcordia.
Strangulant mentes & ipſas: ſeque miſcent ſenſibus.
Tunc ſuo iam plenus hoſte ſiſtitur furens homo
Spumeas efflans ſaliuas, cruda torquens luminæ.
Expiandus quęſtione non ſuorum criminum.
Audias: nec tortor adſtat: eiulatus flebiles.
Scinditur per flagra corpus: nec flagellum cernitur.
Creſcit & ſuſpenſus ipſe uinculis latentibus.

His modis ſpurcum latronem martyrum uirtus quatit.
Hęc coercet, torquet, urit, hęc catenas incutit.
Prędo uexatus relictis ſe medullis exuit.
Linquit inlęſam rapinam. faucibus ſiccis fugit:
Vngue ab imo uſque ad capillum ſalua reddit omnia
Confidens ardere ſeſe, nam gehennæ eſt incola.
5 Quid loquar 5 purgata longis alba morbis corpora:
Algidus cum decoloros horror artus concutit?
Hic tumor uultum relinquit, hic color uerus redit,
Hoc bonum Saluator ipſe quo fruamur pręſtitit:
Martyrum cum membra noſtro conſecrauit oppido:
Soſpitant quę nunc colonos quos Iberus alluit.
State nunc hymniſtę matres pro receptis paruulis.
6 Coniugum ſalute læta uox maritarum ſtrepat
Sit dies hęc 6 feſta nobis: ſit ſacratum gaudium:

Vide quot curationes fiant apud ſanctorũ pignora.

Feſta dies horũ Martyrum.

ALOYSIVS EPISCOPVS VERONENSIS PIO LECTORI.

LIBRVM *hunc tertium ſecundi* Tomi *uitarum ſanctorum propter eius nimiam, ut uidemus, magnitudinem, quò lectori tedium tollatur, in tres partes diuiſimus. In prima Theodoreti Epiſcopi Cyrrhenſis, Hiſtorici egregij librum, qui Philotheus dicitur, poſuimus, in quo ſanctorum monachorum, qui in Aegypto, Alexandria, & uicinis alijs prouincijs, uel ſuo tempore, uel paulò ſupra floruerunt, uitas omni laude dignas deſcribit. In ſecunda miſcellanea quędam, & certe meo iudicio perpulchra fecimus; ubi plurimæ ſanctorum patrum cum Græcorum, tum latinorum uitæ a celeberrimis doctiſsimiſq; patribus, quorum doctrina in eccleſia uelut ſol, & luna refulget, deſcriptæ interſeruntur. In tertia uerò ſanctorum epiſcoporum, & religioſorum uirorum, ac mulierum, qui in eccleſia Anglicana Deo omnipotenti toto corde, & animo inſeruierunt, uitæ ponuntur; quas uenerabilis, maximiq; nominis presbyter Beda Angloſaxo, Eccleſiæ illius lumen, in Hiſtoria ſua eccleſiaſtica Anglicana per quinque libros digeſta, magna cum diligentia deſcripſit. In eius etiam tertiæ partis loco nouiſsimo (quia multi noſtro tempore arroganter nimis effutire ſolent, Monachorum noſtrorum inſtitutum nouitium eſſe, ac longe ab inſtituto antiquorum monachorum diſtare, priſcosq; illos non habuiſſe certas regulas conſtitutionesq; uiuendi, inſeruiſſe libertati potius quàm obedientiæ, manibus omnes laboraſſe, & non ex ſolis eleemoſynis fidelium uictitaſſe, nullis conſtrictos fuiſſe uotis, & alia huiuſmodi plurima, quæ non minus impie, quàm falſo dicuntur) ex aliquot priſcis ſanctiſsimis patribus, quæ, & qualis fuerit priſcorum monachorum uita, & conuerſatio a primitiuæ eccleſiæ tempore citra, uſque ad diuum Bernardum oſtendimus. Ex quibus manifeſtum fit quantis in tenebris uerſentur, qui hoc tempore contra bonos noſtros, & ſanctos monachos latrare audent. Ne autem quis dubitet primam libri huius partem ab ipſo Theodoreto fuiſſe compoſitam, legat qui uolet Hiſtoriam eccleſiaſticam ab eodem conſcriptam, in qua de hoc libro (quem Philotheum appellat, & qui de uitis ſanctorum patrum monachorum inſcribitur) frequenter mentionem facit. Hi autem præcipue nunc ſeſe offerunt loci. Libro 1. cap. 7. libro 2. cap. 30. libro 4. cap. 25. & 27.*

THEODORETI EPISCOPI CYRRHENſis in uitas ſanctorum patrum qui ſequūtur pręfatio. Alberico longo Salentino interprete.

VIRORVM fortium, & pro uirtute pugnantium ſpectaculis intereſſe pulcherrimum quidem eſt. Cum enim res laudabiles oculis ſubiiciuntur, non tantum ſe deſiderandas, ac poſſidendas admonent, ſed etiam ad ſui poſſeſſionem ſpectatores ipſos alliciunt, & inuitant. Et tamen, ſi huiuſmodi geſta ab eis qui interfuere illis narrentur, quibus intereſſe non contigit, profecto non mediocrem etiam afferunt utilitatem. Quamuis enim plerique dicant, oculos eſſe auribus fideliores; Auditus tamen, ſi rem ipſam dictorum ueritate perpendat, nō paruam ſanè uim ad perſuadendum habet. Quemadmodum enim dulcedine, & amaritie, atque aliis huiuſmodi qualitatibus lingua tantum, & palatus res iudicare norunt, paricꝙ modo nos de rebus ipſis iuxtà eorum iudicium ſententiam proferimus; ſic etiam auditus circa uerborum diſcretionem affectus eſt. Solus enim hic ſenſus quæ illorum utilia, quę'ue damnoſa ſint nouit diſcernere.

Si ergo rerum geſtarum, eorundemcꝙ utilium memoria inuiolata maneret, & obliuionis liuor uelut caligo quædam diſſipatus euaneſceret; profecto eiuſmodi res memoriæ mandare, quarum fructus poſſit in poſteros peruenire, inutile opus, ac ſuperuacaneum eſſet. Verùm cùm tempus corpori humano ſenectutem, mortemcꝙ afferens, rebus geſtis obliuionem inducens, memoriamcꝙ retundens, omnia perdat atque deuaſtet; immeritò ſanè quiſpiam eos reprehendat, qui piorum hominum uitam, uitæcꝙ rationes, & inſtituta ſcribenda aggrediuntur. Nam quemadmodum illi, qui medendi rationem tenent, quaſi bellum cum morbo geſturi, ęgrotoſcꝙ defenſuri medicinas parãt; ſic etiam huiuſmodi rebus ſcribendis ſuſceptus labor, ueluti quoddam præſentaneum remedium, obliuioni excidium, memoriæ uerò præſidium comparat. Abſurdū enim eſſet; poëtas, & ſcriptores multorum, geſta conſcribere; Tragœdos clades illas, quæ melius fortaſſe in obſcuro iacerent, non in ſcenam tantum afferre, ſed literis etiam mandare; Alios pręterea quamplurimos uerborum, laborumcꝙ diſpendium in comœdiam, & riſum facere, Nos uero illos, qui mortali, patibilicꝙ corpore cum eſſent, ſe iūctos, & ab affectibus immunes exhibuere, incorporearum rerum naturam præ ſe ferentes, traditos obliuioni negligere.

Qua uerò pœna nos ipſos indignos reputaremus, ſi tantorum tamcꝙ admirabilium certaminum memoriam deleri permitteremus? Si enim illi ſummam ſuorum patrum ſapientiam imitati, non ære, neque literis eorꝫ ſculpſere memoriã, ſed omnem illorꝫ uirtutem in ſe prorſus exprimentes, tanquam uiuas eorum imagines, & columnas ſe ipſos præſtitere; quam nos, quæſo, ueniam merebimur, ſi glorioſam eorum uitam nullis literarum monumentis illuſtrauerimus? Præſertim cùm Athletæ, & Pancratiaſtæ ludis Olympicis decertãtes, imaginibus honorentur, Aurigæ etiã ex equorum curſu uictores declarati iiſdem honoribus honeſtentur, necꝙ

hos tantum, ſed fœminas etiam & maſculos, & effœminatos, ancipitiſq; ſexus ſiue maſculi ſint, ſiue fœminę, quicunq; eorum contemplatione delectantur, in tabellis exprimant, illorum memoriam quandiu poſſunt ſeruare cupientes, neq; illam animabus utilem, ſed damnoſam potius. Et tamen qui hos amant, has; qui uero illos, dum corrumpunt, pictura condecorant. imò, poſtquam mortalem eorum naturam mors occupauit, iterum confuſis coloribus illorum ſimulacra in tabulis effingētes, memoriam eorum uita longè diuturniorem reddere conantur.

Nos autem uitam ſapientię magiſtram, politięq; cœleſtis ęmulam ſcribimus; pingimuſq; non corporum ſpecies, neq; illorum effigiem oſtendimus ignorantibus, ſed inuiſibilium animorum Ideas adumbramus; prę liaq;, & congreſſiones obſcuras patefacimus; talem enim illis armaturā
" totius eorum phalangis dux, & anteſignamus Paulus propoſuit. Aſſu-
" mite, enim inquit, uniuerſam armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die
" mala, & omnibus peractis, ſtare. Et rurſus. State igitur lumbis circum-
" cinctis baltheo per ueritatem, & induti thoracem iuſtitiæ, & calceati pe-
" dibus, ut parati ſitis ad euangelium pacis, ſuper omnia aſſumpto ſcuto fi
" dei; quo poſſitis omnia iacula mali illius extinguere. galeamq; ſalutaris
" accipite, & gladium ſpiritus, qui eſt uerbum Dei. Hanc illos armaturā
indutos in certamen adduxit. Talis enim natura hoſtiū eſt, incorporea, inuiſibilis, obſcurè inuadens, occultè inſidians, fallens ſæpius, atque ex inſperato adoriens. Hoc ipſum enim admonens idem Imperator dixit,
" Non eſt nobis lucta aduerſum ſanguinem, & carnem, ſed aduerſus prin-
" cipatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mūdi dominos, rectores tenebra-
" rum ſeculi huius, aduerſus ſpiritales aſtutias in cœleſtibus.

Et licet huiuſmodi aduerſarios horum ſanctorum acies habuiſſet, imò ipſorū quilibet a tot tantiſq; hoſtibus circūuentus eſſet) non enim omnes in uniuerſos impetum fecere, ſed modo hunc, modo uerò illum adorti ſunt) tamen uictoriam adeo illuſtrem reportarunt, ut, illis non tantum fugatis, ſed funditus etiam euerſis, trophæum, nemine impediente, erigerent. Præbuit autem illis uictoriā ipſam non natura, mortalis enim hæc eſt, atq; infinitis affectibus obnoxia, ſed mens ipſa, diuinam ad ſe gratiā attrahens. Ardentes enim diuinæ formæ amatores effecti, alacritérque omnia & facere, & pati pro re amata parati, affectuum ipſorū quaſi rebellionem, & inſolentiam, æquo animo tulere. & diabolicorū telorum
" nubes conſtanter declinauere. Vtq; Apoſtolus ait, corpus ipſum ex car-
" nificantes, & in ſeruitutem redigentes, animi quidem feruores extinxere,
appetitus uerò rabiem domuere. Ieiunijs [1] præterea, & abſtinentijs paſſiones omnes cohercentes, earumq; reprimentes inſultus, corpus ipſum animæ deditionem facere compulerunt; & finem bello huic inteſtino impoſuerunt. ita ut uniuerſo hoſtiū agmine fuſo, atq; fugato, rebus omnibus pacem ſtatuerent. Cum enim hoſtes ipſi internis proditoribus carerent, humanorumq; membrorū auxilio ſpoliati eſſent, nulla amplius illis gerendi belli facultas erat. Diabolus enim membris noſtris pro iaculis utitur. Cū enim oculi non ineſcantur, aures non deliniuntur, tactus non titillatur, neq; cogitationes praua agitant conſilia, omne inſidiatorū ſtudium uanum eſt. Quemadmodū enim urbem in edito loco poſitam, firmiſq; męnibus, ac profundis foſſis circumuallatam, nullo præſertim in-

1 *Ecce quō ieiuniū & abſtinētia ualent ad refrenādas carnis cōcupiſcentias, & earum illicitos motus comprimendum.*

terno proditore poſticum aliquod furtim aperiente, hoſtes capere nō poſſunt, ſic etiam Demonijs diuina gratia munitas animas oppugnantibus, niſi alicuius cogitationis licentia feneſtram aliquam noſtrorum ſenſuum ſubaperiat, & per hanc hoſtes admittat, expugnare non datur.

Hæc igitur illi a nobis celebrati uiri diuinis ſcriptis edocti. Deumq́ audientes per prophetam dicentem, quod intrauit mors per feneſtras, ſenſus eorum diuinis legibus, tanquam repagulis quibuſdā, & uectibus obſerantes, horum claues rationi credidere; ita, ut nec lingua labra aperiret, neq́ pupillæ rationis in iuſſu palpebras unquam attollere auderent. Auditus uero cum prauis uocibus aditum præcludere non poſſet, inſanis ſermonibus excluſis, illos tantum admittebat, quos ratio iuſſiſſet. Olfactū præterea a rebus odoratis, & ad molliendos, effœminandoſq́ animos aptis amouebant. Ventri pariter nimiam ſaturitatem prohibebant, eoſq́ cibos capere docebant, qui non libidinem, ſed neceſſitatem explerent, & hos non multos, ſed quot ad uitam a fame defendendam ſatis eſſent. Dulcem quoq́ ſomni tyrannidem euertebant, ita ut oculos ab illius ſeruitute uendicatos imperare potius quàm ſeruire docerent, illiuſq́ uſum admittere, non cum ille irruiſſet, ſed cùm ipſi, ad breue quodam paruulumq́ naturæ ſubſidium uocaſſent. Hoc igitur pacto, & muros, & portas cuſtodientes, interniſq́ cogitationibus pacem, atq́ concordiam imperantes, extrinſecus irruentes hoſtes negligebant: quippe diuina munitos gratia & tutos a proditoribus qui hoſtes admittere auderent, expugnare non poterant. Et licet uiſibilis, naturęq́ legibus ſubiecti corporis, aduerſarij inuiſibilem naturam haberent, uincere tamen non ualebant. Illius enim Auriga, & muſicus, & Gubernator, apte quidem retinens habenas, equos ipſos temperato quodam gradu iubebat incedere, & chordas ſenſuum rithmicè admodum plectens, ſuauiſſimum ſonum, omniq́ harmonia compoſitum edere cogebat. Clauum præterea ſapienter gubernans, cum undarū occurſus, tum etiam uentorꝫ incurſus declinabat.

Hos igitur, qui eorum uitam per infinitos traxere labores, qui ſudoribus, & erumnis corpus domuere, qui cum 2 æuum in luctu, & lachrymis egiſſent, quid eſſet riſus penitus ignorarunt, qui ſybariticas delicias ieiunium eſſe duxere, dulciſſimum ſomnum laborioſas uigilias, mollia ſtragula ſoli duritiem, uoluptatem immenſam & inexplebilem in orationibus & canticis uerſari, quiq́ adeo omnem uirtutis ſpeciem adepti ſunt, quis non iure admiretur? imo quis unquam pro dignitate laudauerit: Noui equidem præclarè, nullum orationis genus poſſe horum uirtutes æquare; tentandum nihilominus iudico; non enim ſe rectè res haberet, ſi quia ſummi uiri, ueræq́ uirtutis amatores fuere, propterea ne minimas quidem laudes aſſequantur. Ad illas igitur ſcribēdas aggrediemur, non eaſdem omnium; diuerſa enim in illos a Deo collata ſunt beneficia; Nam hoc ipſum docens beatiſſimus Paulus inquit. Huic quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij uero, ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij uerò dona ſanationum ſecundum eundem ſpiritum, alij uero fides per eundem ſpiritum, alij uerò efficaciæ potentiarum, alij uerò prophetia, alij uerò diſcretiones ſpirituum, alij uerò genera linguarum, alij uerò illarum interpretatio: Et cum omnium harum rerum fontem oſtendiſſet; ſubdit; ſed omnia hæc efficit unus ille, & idem ſpiritus, diuidens pe-

2 *Vide ſanctorum uitā in quo uerſata ſit.*

peculiariter unicuique ſicut uult.

Cum igitur diuerſa ſint aſſecuti munera, iure propriam uniuſcuiuſq; uitam enarrabimus; non omnia eorum geſta cõplectentes, nam ad omnia percurrenda totius uitæ noſtræ tẽpus non ſatis eſſet; ſed ex pauculis quibuſdam excerptis, totius uitæ ſimilitudine unius expreſſa, ad alterum aggrediemur. Nec omnium ubique terrarum emicãtium ſanctorum uitam deſcribere conabimur; nam neque omnium notitiam habemus, neque omnes ab uno colligi poſſunt: ſed eorum tantum, qui ex oriẽtis partibus ueluti luminaria quædam refulgentia, & ultimos orbis terrarum terminos ſuis radijs illuſtrantia apparuere. Oratio autem non legibus, quæ ad laudationes pertinent, erit obnoxia, ſed pauculis quibuſdã rebus, & his citra artificium diſpoſitis, in modum narrationis procedet.

Eos autem, qui in huius hiſtoriæ, gymnaſticæ'ue politiæ (licet enim illam quomodolibet appellare) lectionem inciderint, oro, atq; obſecro, ut ſiquid, quod ſupra eorum uires ſit, ſcriptum inuenerint, fidem præſtent; neque illorum uirtutem ex propria ipſorũ metiri uelint. Deus enim piorum uirorum mentibus ſpiritus ſancti dona cõferre, & perfectioribus maiora præſtare conſueuit. hæc autem illis dicta eſſe uelim, qui res diuinas non diligenter admodum reminiſcuntur; Nam qui ſpiritus arcana rectè perſcrutantur, ſpiritus benignitatem ac munificentiam norunt; & quæ inter homines per homines operetur dum miraculorum magnificẽtia incredulos ad Dei cognitionẽ attrahit, probè intelligunt. Qui uero his quę a nobis narranda ſunt fidem non præſtiterit; non dubium eſt quin et illis, quæ a Moſe, ab Ieſu, ab Helia, ab Heliſeo facta ſunt, ut ueris fidem præſtiturus non ſit, & quod ea, quæ a ſanctis Apoſtolis ſunt effecta miracula, ſit tanquam fabulas habiturus. Quod ſi illa uera eſſe teſtabitur, cur hæc etiam ab omni mendacio immunia eſſe non credat? quæ enim in illis operata eſt gratia, eadem ſanè per hos fecit ea, quæ fecit. Cum enim illa perennis ſit, eos diligẽs qui ſe dignos pręſtãt, per eos, quaſi per quoſdam riuos ſuæ benignitatis fluctus ubertim diffundit.

Quę uero narranda ſunt, eorum pleriſque ego ipſe interfui, quibus autẽ intereſſe non potui, ab alijs, qui interfuerant, accepi; uiris quidem uirtutis ſtudioſis, atque horum aſpectu, doctrinaq; dignis habitis. Nam non Matthęus tantum, & Ioannes (uiri quidem magni, & Euangeliſtarum primi, quippe qui dominicis interſuere miraculis, & inde doctrinã euangelicam ſcripſere) digni ſunt, quibus fides pręſtetur, ſed Lucas etiam, & Marcus, quos quidem ijs, quos ſtatim ab initio operum ſpectatores, & uerbi miniſtros fuiſſe conſtat, non tantum quę dominus paſſus fuerit, quęue fecerit, ſed quę docuerit etiam diligẽter erudiere. Beatus itaque Lucas, & ſi rerum ſpectator non fuit tamen cum ſcribendi initium faceret, de rebus certiſſimæ fidei ſe narrationem facturum pollicetur. ita, ut quamuis nos audiamus illum earum rerum quarum narrationem aggreditur ſpectatorem non fuiſſe, ſed ab alijs accepiſſe, tamen nihilominus illi, quam Matthęo, & Ioanni credamus; fidus enim narrator uterque eſt, quamuis ab alijs qui rebus interfuerunt, ea quę narrat acceperit. Quamobrẽ & nos alia quidem ut eorum ſpectatores, alia uero ut qui ab alijs ſpectatoribus illorumq; uitam imitãtibus accepimus, narrare conabimur. ſed de his, dum me uera narraturum ſuadere cupio, plura dixi fortaſſe, quam opus

fuerat. iam uero ad rem ipſam aggrediar.

AVTORIS INVOCATIO.

Moſes ille, diuinus legis lator, qui infimas maris partes enudauit quiq; res alias magnas, & admirabiles fecit, Veterum patrum uitam, non ea uſus ſapientia, quã ab Aegyptijs acceperat, ſed ſupernæ gratię ſplendore illuſtratus deſcripſit. Vnde enim Abelis uirtutem, Enochi pietatẽ, Noẽ iuſtitiam, pium Melchiſedech ſacerdotium. Abraham uocationem, fidẽ, patientiam, promptam hoſpitalitatem uulgatam filij oblationem, aliorumque geſtorum catalogum, &, ut breuiter dicam, diuinorum uirorum pręlia, uictorias, pręconiaq; edidiciſſet, niſi ab intelligentis, diuiniq; ſpiritus radijs fuiſſet edoctus? Nobis igitur dum Paucorum ſanctorum uirorum ante nos, & noſtra tempeſtate florentium uitam ſcribere, & quaſi leges quaſdam illos imitari uolentibus proponere conamur, eiuſdem ope indigentibus, 3 illa eorundem ſanctorum precibus prius implorata, narrationis initium faciendum eſt.

3 *Antequã ſanctorũ uitas narrare incipiat, ſanctos inuocat.*

VITA BEATI IACOBI EPISCOPI NISIbenſis per Theodoretum Cyrrhi epiſcopũ ſcripta, Alberico longo ſalentino interprete.

Habetur in lib. eius qui Philotheus dicitur, & nuper latinis in lucem edita eſt.

NIſibis urbs eſt intra Romani, Perſiciq; imperij fines poſita: quæ cum Romanorum ditioni ſubeſſet, tributum illis pendebat. Hinc oriundus magnus ille Iacobus. quietam uitam, & in ſolitudine degendum elegit. Cum igitur altiſſimorũ montium cacumina cõſcendiſſet, ibi uitam agebat, ubi uere, ęſtate, & autunno pro domo ſyluis, pro tecto cœlo utebatur. Hiberno uero tempore antrum quoddam tenui admodum integumento colebat 1 cibum autem non labore partum, neque ſatum, ſed ſua ſponte natum capiebat, quos enim agreſtes arbores fructus ultro protuliſſent, hos, & herbarum maxime eſculentas, & oleraceas colligens, nullo ignis uſus adminiculo, eaque ſuſtendando corpori ſatis eſſent ſuppeditabat. Lanarum 2 uero uſus illi ſuperuacaneus erat: aſperrimi enim caprarum pili earum uicem ſupplebant: nam ex his tunicam ſibi confecerat. Et quamuis ſymplex illud indumentũ corpus contereret, ſpiritale tamen alimentum, atque perpetuum animę afferebat, ita ut mẽtis oculos repurgans, & pellucidum ſpiritus ſancti ſpeculum illos redẽs, detecto uultu (iuxtà diuinum Apoſtolum) Deiq; glorię oppoſito, ſe in illam ex gloria in gloriam, tanquã a domini ſpiritu transformabat. Hinc illa petẽdi facultas, quam apud Deum erat aſſecutus, in dies adoleſcebat; ita ut ea petens, quæ Deum petere decebat, confeſtim impetraret. Hinc etiam futura, propheticè, pręuidebat: & miraculorum poteſtas illi ex ſpiritus ſancti gratia fiebat quorum pauca percurram, eiuſq; apoſtolici ſplẽdoris radium ignorantibusq; patefaciam.

1 *Ecce parſimoniam et ciborum uilitatẽ & aſperitatem ſancti uiri.*

2 *Ecce & indumenti duritiam & ſimplicitatem.*

Vigebat ea tempeſtate hominum inſania circa Idola, ita, ut inanima ſimulachra ſibi Dei honorem uendicarẽt: Dei uerò miniſterium a quãplurimis deſereretur. quin illi, qui eorum furoris participes eſſe noluiſſent, ſed in uirtute perſeuerantes ueritatiſq; plenam habẽtes notitiam, illorum deluſis ac neglectis Idolis rerum omnium auctorem uenerabantur contemptui habebantur. Hoc igitur tẽpore Iacobus pietatis germina inuiſurus,

decenſq; illis miniſterium exhibiturus, deſcendit in perſidem. Vbi cũ fontem quendam, pertranſeuntem illum puellę balneis præfectæ contractis ueſtibus, nudiſq; ſuris uidiſſent; uenerandam uiri pręſentiam nę ueritę quidem ſunt; imò abiecta uerecundia, detecto capite, cõtractiſq; ueſtibus, impudentibus oculis ſanctum uirum ſpectabant. Quam rem uir Dei ęgreferens, uolenſq; diuinam uirtutem ad tempus manifeſtam facere: fonti maledixit, & confeſtim, aquarum curſus exaruit. maledixit etiã puellis, & impudentẽ earum iuuentutem immatura canitiæ puniuit. nam, cum ſtatim res uerbum ſubſecuta eſſet, Capillorum nigror in candorẽ mutatus eſt, ita, ut puellę nouis arborum plantis ſimiles euaderent; quas uerno tempore autumnalibus folijs languere uidemus.

Sentientes itaque pœnam (nam fontis fluenta iam defecerant, & mutuo intuitu repentinam illam capitis mutationem cernebãt) ad ciuitatem, accurrunt quod ſibi contigerat enarrant, quare accepta, properant ciues magnoq; Iacobo obuiam ueniunt, conueniunt, rogant, ut iram ponere, & fontem ab illata pœna liberare uellet. Ille, omni mora poſt habita,
3 oblatis 3 domino precibus, aquarum fontes rurſus ſcaturire iubet, qui
Oratione fuſa, ſanctus fontẽ rurſus ſcaturire facit. confeſtim iuſti uiri imperio obtemperantes, è cõſuetis uenis manare incipiunt. Hoc impetrato, puellarum capillis priorem reſtitui colorẽ orant. Is reſtituturum ſe pollicetur, ſi pœna illa affectæ puellæ ad ſe reuertantur, quod cum ſe facturas negaſſent, noluit illos a pęna liberare. Facinus quidẽ pręclarum, & temperantiæ, modeſtiæq; exemplum, necnõ illuſtre, atq; perpetuum diuinę potentię monumentum. Tale fuit noui huius Moſis mi
4 raculum. non ictu uirgę factum, 4 ſed ſigno crucis ſuſcipiens efficaciã.
Signo crucis hoc miraculum ſuſcepit efficaciam. Equidem ita ſum affectus, ut, pręter miraculum, eximiam animi manſuetudinem admirer: non enim, ut magnus Eliſeus, uoracibus urſis impudentes illas puellas tradidit, ſed innocua quadam pœna, parumque turpitudinis habente excogitata, atque illata pietatem pariter, & clementiam præ ſe tulit. Hæc ad ſcripti, non ut prophetæ ſęuitiam redarguerem, non enim ſum adeo inſanus, ſed ut oſtendam quod ea potentia præditus, & chriſtianę manſuetudini, & nouo teſtamento ſatisfecit.

Idem aliàs cum iudicem quondam perſen iniquam ſententiam ferre uideret, ſaxo cuidam adiacenti maledixit. quo ſtatim effracto, & in minutiſſimas partes diſiecto, iniquam iudicis ſententiam redarguit. qua ſanè re perterrefactis aſtantibus, magnoq; incuſſo iudici terrore; priore ſententia reuocata, alteram iuſtam ꝓtulit. Hac igitur in re ſuum dominum eſt imitatus, qui uolens oſtendere, quàm patienter ferret animi motus, & quam facile uiros improbos punire ſi uellet, non illos quidem ultus eſt, ſed inanimam ficus arborem faciens exareſcere, propriam potentiam demonſtrauit. Hanc ipſam Iacobus imitatus humanitatem, non de iniquo iudice ſupplicium cœpit, ſed illum ſaxi fragore iuſtitiã edocuit. His igitur rebus factus illuſtris, omnibuſq; chariſſimus, in ore omnium uerſabatur, ita ut epiſcopale munus, Patrięq; regimen ſubire cogeretur.

Omiſſa igitur montana illa uiuendi ratione, ad urbana ſe non ſponte
5 conuertit uerum neque conſuetum cibum, neque ueſtem mutauit; loca
Ieiunijs, uigilijs, ſacceoq; indumento alia addebantur. quidem ipſe alternatim colebat, at uitæ ratio uiciſſitudines non patiebatur. imò labores multiplicabantur, & prioribus longe maiores fiebant: nam 5 ieiunijs, uigilijs, ſacceoq; indumento id etiam addebatur, ut aſſi-

duis moleſtijs prouidendis rebus conficeretur, ueluti uiduarũ, orphano-
rumq́ cura, & in opprimendis iniquis, oppreſſis uero ſubleuandis diligẽ
tia. Sed quid opus eſt eis, qui pulcrè norunt illius commemorare proui-
dentiam: qua cùm in omnes uſus eſſet, omnes eius beneficia perſenſere.
Hos ille labores cęteris ſanè rebus anteponebat, q̃ppe prę cęteris rebus
ouium dominum & diligebat, & formidabat. Et quanto plures uirtutis
opes ſibi comparabat, tanto maiori ſpiritus ſancti gratia fruebatur. Nam
cum in caſtellum quoddam, uel ciuitatem, proficiſceretur; Pauperes qui-
dam ſociorum unum quaſi mortuum efferentes accedunt, rogantq́ dari
ſibi aliquid quo illum poſſint ſepelire. Ille, primùm poſtulantibus, ob-
ſecutus, ſtatim pro 6 mortuo Deum rogat ut dimiſſis illi peccatis, quæ, 6
dum uiueret, admiſiſſet, in piorum numerum aſciſcere dignaret̃. His di-
ctis ſpiritus illius, qui ſe mortuum ſimulabat exceſſit, corpuſq́ uerè ſepe-
liendum reliquit. Cùm uir ſanctus Paulum proceſſiſſet; ijs, qui fabulam
illam compoſuerant, iacentem ſurgere iubebant, at cum illum carere ſen
ſu intelligunt, fictumque mortui uultum in uerum eſſe transformatum,
confeſtim ad magnum Iacobum accurrunt, illiuſque pedibus obuolu-
ti, audacis facinoris culpa in paupertatem reiecta, ſe ab eo ſcelere re-
purgari, & exanimato animam reſtitui rogabant. Dominicam itaque
benignitatem imitatus, cum precibus locum dedit, tum etiam miraculũ 7
oſtendit: nam 7 uitam per orationem ſublatam mortuo, per orationẽ
reſtituit. Quod profectò miraculum magni Petri miraculo mihi ſimillimũ
uidetur. qui Ananiam, & Sapphiram fures, atque mendaces morti dam-
nauit. Sic etiam Iacobus ei, qui ueritatem tegebat, mendacioq́ niteba-
tur, uitam abſtulit. Sed ille ſpiritus ſancti gratia reuelante, cognito ſur-
to, pœnam inflixit; hic uerò fabulę illius argumentum ignorans, preces
quidem obtulit Deo, at mendacem illum rurſus ad uitæ curſum excitauit.
Et diuinus quidem Apoſtolus illos uitæ non reſtituit. Sic enim illius prę-
conij ſalutaris initium fieri poſtulabat. Hinc uero Apoſtolicę gratię ple-
nus, & puniuit illum ad tempus, & rurſus a pœna uendicauit. hoc enim
pacto lucrifieri peccatores oportebat.

Quid dicis hæretice? Nõne antiquiſsimus eccleſiæ uſus eſt, ut uiui orent pro defunctis?

I Vitam per orationẽ ſublatã mortuo, per orationẽ reſtituit.

Sed accedendum eſt ad alia eaq́ breuiter enarrãdum. Cũ enim Arrius
illius contra unigenitum filium & ſpiritum ſanctum blaſfemiæ pater, &
auctor, cõtra id quod factum erat auſus debacchari, magnos in Aegypto
rumores atque tumultus excitaſſet: Et Conſtantinus ille maximus impe
rator, gregiſq́ noſtri alter Zorobabel, pios omnes in captiuitatem reda
ctos ab exilio reuocaſſet, ſacraq́ templa ſolo ęquata inſtauraſſet; Om-
neſq́ eccleſiarum primarios Nicęę cõgregaſſet: magnus etiam Iacobus
unà cum alijs pro ueris dogmatibus ut egregius miles, totiuſq́ Phalangis
anteſignanus pugnaturus acceſſit. Niſi bis enim ea tempeſtate Romano
ſubiecta erat imperio. Multis itaque ibi bene, & recte, non nullis etiam
perperam ſentiẽtibus. (Nam pauci quidẽ erant qui contrarias partes tue-
rentur; at cùm ſuam impietatem manifeſtare non auderent, illam tamen
quibuſdam offuſcabant illecebris, non omnibus quidẽ notis, ſed illis qui
accuratè ueritatem perſcrutati erãt notiſſimis) admittitur ea, quę tũc per
uniuerſum orbem uicerat, ac diuulgata fuerat fidei confeſſio; omneſq́
quotquot aderant, & manu, & calamo ita ſe credere ſignificarũt, ac ſen
tire confeſſi ſunt. Verum eorum magna pars hoc libenter egit. at quidam

numero ſeptem, Arrianę blasfemiæ aſſertores, lingua quidem, & manu aſſentientes ſententia omnino repugnabant. iuxtà Prophetam dicentem, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. & iuxtà Hieremię uocem, palàm clamantis; Prope os eorum es tu, at procul a renibus eorum. Beatus etiam Dauid eandem quaſi ſententiam p rotulit, ore eorum benedicebāt tibi, corde autem maledicebant. Et rurſus, Mollita ſunt uerba eorum propter miſericordiam, ipſi uerò ſunt ſagittæ.

Hi ſeptem igitur magnum Alexandrum Alexandrinorum epiſcopum Ario exauctorato iā, & a tota illa phalange eiecto ignoſci rogabāt. Quo dolos eorū prǽſentiente, illiuſq́ prauum ingenium ſuſpectum habente, nonnulli ſimplicis ac bonæ fidei uiri multa de clementiæ laudibus diſſerentes, hac uirtute prę cęteris omnibus Deum delectari aſſerebant. Quibus auditis, cum magnus Alexander clementiam hanc inclementiam futurā dixiſſet, ſi uniuerſo gregi peſtem, ac contagionem foret illatura; magnus
8 Iacobus hortatus eſt omnes, ut ſeptem dies & ieiunio 8 ſe macerarent, & in orationem pariter incumberent: Deumq́ rogarent, ut id fieri iuberet, quod utile futurum eſſet eccleſijs. Probato igitur ab omnibus uiri ſancti conſilio; norant enim illum apoſtolica gratia prędictum; confeſtim ieiunio iuſtę ſunt preces. Quamobrem eccleſijs omnibus, a ſupremo earū rectore id conſultum eſt, quod eis erat utile ac ſalutare. Nam cum ſtatutus dies aduentaſſet, quo plures uirum impium, at ſceleſtum receptum
9 iri ſperabant, 9 diuiniq́ ſacrificij tempus ueniſſet, pręter eorum expectationem magnum ſanè miraculum, atque omnibus admirandum accidit. Cum enim impius ille in locis quibuſdam fętidis, & abominandis immēſam ciborum ingluuiem egereret ſimul cum illis inteſtina etiam excreuit, quibus ſolutis, & effuſis, miſeram efflauit animam; turpiſſimamque mortem oppetijt, fętida illius blasfemia in locis fętidis dante ſupplicium, dū magni Iacobi lingua iugularetur.

Vides quod per ieiunium & orationem beneficia & gratiæ impetrantur a Deo.

Diuiniq; ſacrificij tēpus aduenniſſet. Cum hodie Eccleſia catholica nullum habeat ſacrificium hierarchicum, ſacramentale uel externum niſi Miſſam, conſtat miſſam diuinum eſſe ſacrificium.

Admiratur ſanè diuina ſcriptura Phinees ſacerdotem, ac iure quidem Admiratur, quod Zabræ populatis exitij auctorem interfeciſſet, quare pſallēs beatus Dauid dixit. Stetit Phineès, & ſedata eſt, & ceſſauit quaſſatio; & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, in generationem, & generationem, uſque in ſeculum. Ille tamen bellico uſus telo, iuſtam illam, ac celebrem cedem commiſit, huic autem pro haſta & enſe ad occidendum, impium, ne gloriam Dei uideret, lingua ſatis fuit; quę etiam ſe maxime ſtrenuam ad Arrianę impietatis hęredum inſaniam redarguendam exhibuit. Talis enim tantuſq́ uir dogmatum confectorum ſe ipſum præconem, ac defenſorem prǽſtitit; ac ita uehementer horum eſt abominatus impietatem, ut eius patrem, & auctorem non gladio, ſed lingua interfecerit.

Cum autem ſacroſancta illa ſynodus dimiſſa fuiſſet, & patrum unuſquiſque ſe domum recepiſſet, hic etiam ut ſtrenuū uictorem decet, cum pietatis trophęis ouans reuerſus eſt. Procedente uerò tempore, magnus ille, atque admirabilis imperator, parto pietatis triumpho, uita exceſſit, cuius morte filij imperio ſucceſſere. Quos perſarum Rex, Sabores nomine, patria uirtute inferiores exiſtimans, Niſibin urbem, magno peditum, equituq́ exercitu, quamplurimiſq́ elephantis petit. Quo cùm perueniſſet, exercitu ipſo ſtatim diſpoſito ciuitatem obſidet, machinas ſtruit, ędificat ambitus, aggereſq́ cratibus adglutinās, interiacentia illorum ſpacia

ramis

ramis arborum impedit, iubetq́ milites tellurem congerere, & turres cōtra turres erigere, ubi diſpoſitis ſagittarijs, iuſſiſq́ ſagittas in eos, qui mœnibus præfecti eſſent, dimittere, militum reliquos ad inferiores mœnium partes effodiendas, diruendaſq́ collocat. Sed cum uiri ſancti precibus impeditus nihil proficeret, multa militum manu, machiniſq́ quibuſdam detento curſu fluminis, quid iuxta mœnia fluebat? magnam aquarum uim collegit, quā deinde toto curſu dimiſit in muros, qui cum eius impetū ferre nō poſſent, concuſſi, diſcuſſiq́ ex ea parte funditus corruêre, non ſine magno oppidanorum, de urbis ſalute deſperantium, clamore; corruêre quippe firmum ſtabilemq́ murum non cognoſcebant. hoſtes tamen uidentes urbem aquarum inundatione inacceſſibilem, ab oppugnatione abſtinebant. ſecedentes itaque, tanquam fruſtra ſuſcepto labore, & ſe, & equos quieti tradidere.

Oppidani interea magnū Iacobū interceſſorē habētes orationi diligētius operam dabant. Qui uero maxime iuuentute uigebant, muros feſtinanter inſtaurant, ita, ut nocte una tantum ſuſceperint incrementi, quantum ad equorum incurſus & hominum ſine ſcalis aſcenſus arcendos ſatis eſſet. Tunc omnibus uirum Dei rogantibus, ut muros aſcenderet, & hoſtibus malediceret, obſecutus eſt. Quo cū aſcendiſſet, infinitumq́ hoſtium numerū uidiſſet: Deum rogauit, 10 ut Aſilore, culicumque uim magnam illis immitteret; Quod cùm non minus, quàm olim Moſes impetraſſet, confeſtim homines diuinis illis ſpiculis uulnerari cœpere. Equi præterea, atque elefantes, diruptis uinculis, huc illuc exagitati ferebantur: pati nanque illorum aculeos non ualebant. Cum igitur impius Rex nil machinas profeciſſe, aquarum incurſus fuiſſe prorſus inutiles (quæ enim muri pars corruerat, iam erecta erat) exercitum ipſum immenſis laboribus, atque uigilijs ſub dio ductis defeſſum, diuiniſq́ plagis percitum atque confectum, ſanctumq́ uirum per muros deambulantem uidiſſet, & Imperatorem operi præfecti agnouiſſet ex purpura, & diademate, quibus ornatus, emicabat, illis omnibus ſuccenſuit, qui ſe feſelliſſent; Imperatoremq́ abeſſe aſſerentes, bellum inferre perſuaſiſſent: quibus omnibus capite damnatis, dimiſſoq́ exercitu, ad proprios penates reuertitur.

10 *Vide quātum ualuerit iuſti deprecatio contra infideliū exercitum.*

Huiuſmodi ſanè miracula per Ezechiam hunc effecit Deus, nec illis minora, ſed maiora meo iudicio. Nam diruto muro, oppidum ſeruatū eſſe ab hoſtibus, quam, quæſo, admirationē non excedit. Illud præterea mihi admirandum uidetur, quod imprecationibus uſus, non fulminum iactus petijt, quod magnus fecit Helias, cum utrunq́ Centurionem cum ſuis militibus in ſe irruentem uideret. Audierat enim dominum Iacobo, & Ioanni idem facere conantibus, clare dixiſſe, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Quāobrem non illis terram dehiſcere petijt, neque igni exercitum flagrare, ſed paruulis illis animalibus ulcerari rogauit, ita ut Dei potentiam agnoſcentes, ſero propriam impietatem animaduerterent. Tanto diuinus hic homo apud Deum fauore pollebat, tantumq́ ſupernæ in eū grēę redūdaret.

Circa huiuſmodi uitæ rationes igit, & inſtituta uerſatus, & in dies pietatis maius incrementum ſuſcipiens, non ſine maxima gloria ceſſit è uita, & huic peregrinationi finem impoſuit. Procedente uerò tempore, cum oppidum hoc ab eo, qui tūc regnabat, Perſico ſubiectum fuiſſet imperio, omnes incolę relinquentes illud, Ducis huius corpus ferebāt, flentes qui-

Tranſiturus ad aliã narrationem, prius implorat & impetrare uult ſancti opem. Quomodo ergo audent nonnulli ſanctos inuocantes deteſtari?

dem, & lugentes quod relictis proprijs laribus ſibi in alia loca migrandũ eſſet, uerum ſtrenui huius uictoris uirtutẽ decantantes, ac dicentes, ꝙ ſi uixiſſet, nunquam barbarorum imperio paruiſſent. His de hoc uiro diuino enarratis, 11 ope implorata prius, atque impetrata, ad aliam narrationem aggrediar.

Habetur in lib. eius qui Philotheus inſcribitur, nunc primũ latinis in lucem edita.

VITA IVLIANI SABÆ SERVI DEI, PER Theodoretum Cyrrhenſem Epiſcopum ſcripta, Alberico Longo Salentino interprete.

IVLIANVS, cui Saban indigenę honoris gratia cognomen indidere, quod preſbyterum Græca uoce ſonat, in ea regione, quæ olim Parthorum, nunc autem oſthonorum dicitur, monaſticæ uitæ aptum tuguriolum compegit. Protenditur autem hęc regio ab occidente uſque ad ripam eufratis fluminis; ab oriente uero ſole terminum habet Romanum imperium. Aſſyriam enim quam adiabenam poſtea dixerunt, Perſici imperij finem eſſe compertum eſt. In hac multæ quidem ciuitates ſunt, cum magnitudine, tum etiam hominum frequentia inſignes. Huius regionis magna pars habitatur, magna etiam deſerta eſt.

Ad ultimas igitur terræ huius ſolitudines profectus hic uir, antrũq; nactus non manufactum, neque curioſé perpolitum, ſed quale parum admodum integumenti ad ſe confugere uolentibus præſtare potuiſſet, locum illum auro, atq; argento fulgentibus regijs anteponens, quàm libentiſſimo animo coluit. Vbi cum uitam degeret, ſemel tãtum 1 tota hebdomada cibum capiebat; erat autem illi cibus, panis ex ordei furfure cõfectus, obſonium uerò, ſal: dulciſſimus autem potus fons aquæ uiuus; quem nõ ſacietate, ſed ſumpti potius cibi neceſſitate metiebatur. Voluptas autem, & delitiæ, atque adeo omne conuiuiorũ genus illi erant Dauidis cantica, aſſiduaq; cum Deo colloquia. Quibus rebus íſatiabiliter fruentem facietas capere neſciebat, at quo magis eis replebatur, ęo magis clamabat;

1 *Ecce ſancti abſtinentia, cibi potusq; parcitas & tenuitas.*

" Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, & ſupra mel, & fauum
" ori meo. Audierat enim Dauid ipſum dicentem: Iudicia domini uera, iu-
" ſtificata in idipſum, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum mul
" tum, & dulciora ſupra mel & fauum. Audierat etiam eundem canentem,
" Delectare in domino, & dabit tibi deſideria cordis tui. Et rurſus, lætetur
" cor quærentium dominum. Et, lætifica cor meum, ut timeat nomen tuũ.
" Et, Guſtate, & uidete, quoniam bonus eſt dominus. Et, ſitiuit anima mea
" ad Deum fontem, & uiuentem. Et, Adhęſit anima mea poſt te. Eius itaq;

amorem, qui huiuſmodi uerba proferebat in ſe tranſtulit. non enim aliã ob cauſam magnus ille Dauid pſallens hæc edocuit niſi, ut multos æmulos in dilectione Dei ſibi compararet, neque ſpe fruſtratus eſt. Nam & hunc uirum ſanctum, & alios innumeros habuit, quos diuino amore percelleret. Tanto enim rei adamatæ igne flagrabat hic, ut illius ebrius penè deſiderio, omnia terrena deſpiceret, & ſolam illam nocte ſomniaret, illam interdiu cogitatione complecteretur.

Cuius uni ſummam ſapientiam cum multi è uicinis longinquiſq; partibus accepiſſent, concurrebant rogantes, ut ſibi per eum liceret huiuſmodi paleſtræ fieri participes. & ſub illius, tanquam alicuius magiſtri diſciplina reliquum uitæ degere. Venantur enim non tantum aues, alias aues

eiuſdem generis, dum cantu illas ad ſe inuitāt, & ad occultas trahunt inſidias; ſed homines etiam hominum alios quidem ad perniciem, alios uero ad ſalutem alliciunt. Conuenere igitˀ confeſtim decem; qui poſtea multoties duplicati centum effecti ſunt. Tamen omnem eorū numerum antrū idem capiebat. a ſene.n.corporis curam abijcere didicerant. Veſcebātur 2 autem & hi, quemadmodum magiſter, pane ordeaceo, cum ſale, procedente uerò tempore, olera ſua ſponte nata colligentes, edebant. tandem fabas ſerentes, & ſale quantum ſatis eſſet cōditas illis pro obſonio tradebant, qui cum aliqua indigebant. Sed quoniam huic legumini humida loca inimica ſunt; Cariem enim illi ac putredinem ingenerare conſueuere; antrūq; illud multa undiq; humiditate ſcateret, ſenē rogant ſocij ut domunculā, quanta ad uaſa leguminis illius plena capienda ſatis eſſet, ædificari permitteret. Qua, eorum petitione pro tempore non admiſſa; tandem, quia Paulum dicentem audierat; non quæ ſua ſunt quærere, ſed ſe infirmis potius hominibus accōmodare; obſecutus illis, domunculæq; menſura quadam breui data; procul ab antro, cōſuetas Deo preces oblaturus, ſeceſſit. Plerunq; enim quinquaginta ſtadijs, ſæpius etiam centum ſe ab hominum cōmercio ſegregare, atque ibi ſecum Deum alloqui, diuinamq; illius, & ineffabilem formam ſpeculari conſueuerat. Quod ocium nacti ij qui ſenis cura digni habiti fuerant, domunculæ uſum mediocrem quidem, ſed maiorem quàm illis iuſſum fuerat parauere.

2 *Vide quam parca et abſtinens fuerit horū ſanctorum uita.*

Poſt decimum igitur diem, tanquam Moſes aliquis, a monte, & ineffabili illa conuerſatione reuerſus, & ædificium illud maius quàm uoluiſſet intuitus; uereor inquit, ò uiri, ne terrena hæc hoſpitia dilatantes, cœleſtia reddamus anguſta. At qui ſciendum eſt hæc eſſe parua, & nobis ad tempus accōmodata; illa uerò infinita, & ſempiterna. hæc autem dixit, ut ad ea, quæ perfectiora eſſent, illos excitaret. a cæteris tamen ſe temperauit apoſtolicæ uocis memor, non quæ mea ſunt quæro, ſed quæ multorum, ut ſeruentur. Admonuit etiā illos, ut, dum intus eſſent, omnes unà 3 pſallerent Deo, ſed poſt auroram Gini in ſolitudinem exirent, ibiq; altero flexis genibus Deum adorante, alter ſtans quindecim Dauidicos pſalmos pangeret, & hoc mutuis uicibus facerent a luce uſque ad ueſperum. Ante tamen ſolis occaſum, cùm paululum quieti indulſiſſent, undiq; omnes in antrum, ueſpertinos hymnos domino pariter oblaturi conueniebant.

3 *Ecce antiquiſſimus uſus pſalmodiæ, & orationis cum genuflexione.*

Conſueuerat autem hic ſenex unum ex inſignioribus ſecum ad orationis munus per ſolitudines aſciſcere, ſequebaturq; eum ut plurimū uir quidam perſa genere, corpore procerus, & admirabilis, Sed qui forma ipſa corporis animum magis admirandum haberet. Erat huic nomen Iacobo. qui etiam poſt ſenis obitum omni ſanè uirtute refulſit. Fuit enim inſignis, atque notiſſimus non eis tantum, qui aderant, ſed uniuerſis etiam, quæ in Syria erant, huiuſmodi philoſophiæ ſcolis; ubi quartum, ut peribent, & centeſimum ætatis annum agens, uitam finiuit. Hic igitur cum ſenis comitem ſæpius ſe præſtaret; dum in ſolitudinem proficiſceretur procul ab eo ſequebatur. Magiſter enim ut omnem colloquiorum uitaret occaſionem, ad ſe eū appropinquare non permittebat; colloquia enim mentem a diuinarum rerum cogitatione abſtrahere conſueuerunt. Accidit autem, ut dum eum ſequeretur, immenſæ magnitudinis draconem iacentem aſpiceret, quo uiſo, ulterius progredi non auſus eſt. Et cùm ſæpius timore

perculſus pedem referre decreuiſſet, rurſus tamen confirmato animo, arreptum lapidem coniecit in illum, ſed cum immobilem uidiſſet, ſenis opera interfectum iudicauit.

Confecto itaque itinere, cũ quietis tempus aduentaſſet, Pſallendi munere defunctus ſenex, paululum quieſcebat. Sed ubi, poſt aliquantulũ ſilentij ſermocinandi initium ſubridens fecit, rogauit eum Iacobus, ut ſibi, quod ignorabat, oſtenderet, factaq; ſibi interrogandi poteſtate; Vidi, inquit, inuſitatæ magnitudinis draconem in itinere iacentem, quem cum ui uũ prius exiſtimaſſem, exhorrui, tandem exanimum illum eſſe intelligens progredi audacter incepi. Dic, quæſo, pater, quis nam eum interfecit? nam præter te præcedentem neminem aliũ uidi. Parce, inquit ſenex, harum rerũ eſſe curioſus, quæ nullam prorſus afferunt utilitatem, ille magis audiendi cupidus, nihilò minus urget. Senex itaque, etſi id occultare prorſus decreuerat, illum tamen diutius excruciari non ſuſtinens: Quoniam, inquit, te ſciendi per Cupidum intelligo, rem omnem manifeſtabo, caue tamen alij cuipiam factum hoc me uiuo cõmunices. huiuſmodi enim res, quæ ſuperbiam, & in animo tumorẽ plerunque excitant, ſunt penitus occultandæ. Cum autẽ uita exceſſero, neque ab huiuſmodi affectibus in libertatẽ uendicato, quin diuinæ gratiæ uirtutem patefacias, ac manifeſtes nihil uetabit. Scito igitur inquit, quod me iter facientẽ, bellua illa dehiſcens, ut deuo-

4 raret inuaſit. Ego Dei ope ïplorata. Crucisq; 4 trophæo digitis obiecto,

Mira uirtus ſignaculi crucis oſtenditur.

omnẽ prorſus terrorem excuſſi, confeſtimq; beſtiam cadentem aſpexi. Quare cum cõmuni omniũ ſeruatori gratias egiſſem, quod reliquum erat itineris confeci. His enarratis, antrum uerſus iter arripuit.

Poſthæc. Adoleſcẽs quidã nobili genere ortus, & delicatius educatus, animi prõptitudine longe uiribus maiore fretus, ſenem rogauit, ut ſe, dum in ſolitudinẽ abiret, ſecũ duceret, & itineris participem faceret, non illius frequentati, & quod quotidie ab uno quoque conficeretur, ſed q̃ longiſſimi, & plerunque octo, plerunq; uero decem dierũ. Hic autem ille maxime celebratus Aſterius erat; Quem & ſi ſenex ab incepto reuocare, & aquarũ penuria cõmemoranda perterrefacere conabatur, ille tñ nihilominus inſtabat, donec uictus illius precibus ſenex aſſenſus eſt. Ac primùm quidẽ alacriter ſequebatur: poſt tertiũ uero diem, quoniã æſtas erat, qua maxime uigente, ſol ipſe uehementiorẽ uim habet, ſiti quidẽ conficiebatur. At memor eorũ, quæ magiſter illi prædixiſſet, corporis morbũ palàm facere uerebatur. Victus tandẽ animiq; defeſſus; magiſtrũ, ut ſui uelit miſereri rogat. Is quæ ei prædicta fuerant recenſens iuſſit recedere. Adoleſcens neque itineris antrũ ducentis ſe ſatis reminiſci nec, ſi reminiſcatur, cõfectũ iam a ſiti poſſe incedere reſpondet. Miſertus itaque uir ſanctus adoleſcentis affectũ, & corporis imbecillitati dans ueniam; pronus humi, ſolumq; lachrymis irrigans, miſero uitã aliquam ſalutis efflagitabat. Quare,

5 ille, qui ſe timentiũ preces ſemper exaudit, quem 5 locũ ſenis lachrymæ

Vides quanta ſit orationis cum lachrymis uirtus?

irrigarant, inde uiuũ aquæ fontem iuſſit emanare: unde, ſedata ſiti, ſenex adoleſcentem in antrũ reuerti iuſſit. Fons autem ille durat adhuc, Moſaicaſq; uiri ſancti preces teſtatur. Nam quẽadmodum ille a ſterili ſaxo uirga percuſſo uberrimum aquarũ profluuium emanare fecit, ut innumeras hominũ turbas ſitientes expleret; ſic etiã hic ſanctus uir arenam illam lachrymis rigans, aquarũ riuos excitauit non ut multorũ miliũ, ſed ut unius

adoleſcentis

adoleſcentis ſitim reſtingueret: nam ſpiritus ſancti gratia mentē illuſtratus, futurā uitæ hominis perfectionē manifeſtiſſime præuidebat. Hic enim multo tp̄e poſt, diuina uocatus gratia; ut alios quāplurimos in eadē diſciplina exerceret, circa Gidaꝶ (eſt autē caſtellū hoc magnitudine excellens, & Antiochenoꝶ ditioni ſubiectū) gymnaſticam paleſtrā inſtituit, quò alios quāplurimos huiuſmodi philoſophiæ athletas traxit: ſed præter cæteros magnū Acacium uirum illum inquā celebrem, & in monaſtica uita ita illuſtrem, ut Berrœæ aſſecutus epiſcopatū, uirtutis radios per totū terraꝶ orbem emitteret. Nam cū octo, & ſeptuaginta annos prouinciæ illius onus ſuſtineret, uitæ prioris inſtitutū nunq̃ omiſit, imò gymnaſticam uirtutem ita politicæ miſcuit, ut ab altera diligentiam, ab altera uero ordinem mutuatus, duas res ſibi diſſentientes conciliaret.

Huiuſmodi uirtutis, & uenator, & exercitator Aſterius ille fuit, qui adeo ardenter in huius egregij ſenis amore perſeuerauit, ut ſępe bis in anno, plerunque etiam ter eum inuiſeret; Quò dum proficiſcerẽt, tria uel quatuor iumenta caricis onuſta ad ſocios ducere conſueuit. quarum etiā duos medimnos ſelectos, ſeni per annum ſuffecturos, proprijs humeris imponebat; ſe ipſum ſui magiſtri iumentum & appellans, & faciens: ferebatq́; huiuſmodi onus non decem, aut uiginti ſtadia, ſed ſeptem dierū iter conficiēs. Cum igitur magiſter eum tanto onere grauatum moleſte ferret, ait, ſe illas nequaquam eſurum; iniquum enim eſſe putabat, tantum laboris eum ſubire, ſe uero illius frui ſudoribus. adiurāte uero illo ſe onus nunquam depoſiturum, ni prius ſenex cibo illo uſurum ſe polliceretur, faciam inquit quod iubes, modo ſacculum deponas, in hac re etiam apoſtolorum principem imitatus, cui domino pedes lauare parante, primum quidem obnixe reſiſtens, ſe paſſurum negauit, at cum audiſſet; ni ſe lauari permitteret, domini participem non futurum; pręter pedes; & manus, porrexit, & caput. Eodem modo & Ioannes ille, ſeruatorem baptizare iuſſus, primum declarato illo domino, ſe ſeruum faſſus eſt, mox quod iuſſus fuerat executus, nō audacia uſus, ſed domino obſecutus eſt. Sic etiam diuinus hic uir ſe alienis nutriri laboribus ęgre quidem ferebat, ſed cùm ardentem illius animi promptitudinem cognouiſſet, proprię uoluntati illius benignitatem antepoſuit. Sed pleriſq́; fortaſſe, qui aliena tā tum repręhendere nouerunt, factum hoc memoria indignum eſſe uidebitur: ego uero alijs huius uiri uirtutibus hanc etiam addidi, non tantum qua eum ſummi uiri proſequerentur obſeruantiam oſtendere cupiens, ſed etiam, quia eius naturę benignitatem, & modeſtiam ſilentio prętermittere flagitium omnino exiſtimabam. Cum enim tali ac tanta uirtute preditus eſſet, ne minimi quidem honoris ſe dignum reputabat; renuebatq́; eum, tanquam nullis ſuis meritis ad ſe pertinentem; eoq́; tempera bat, quoniam illos honore dignos ducebat, qui honeſte feciſſent.

Hunc igitur cupiens effugere, (nam cum omnibus conſpicuus eſſet, omnes uirtutis ſtudioſos fama ipſa ad ſe trahebat) in Singum montem cum paucis admodum familiaribus proficiſcitur; & non urbes, neque caſtella, ſed inacceſſibilem ſolitudinem aſcendens, acceſſibilem reddidit. Vehebant 6 humeris neceſſarium uictum, panem ſcilicet, & ſal; & uas quoddam cum poculo ligneo, & ſpongia funiculo alligata, ut ſi quando profundiorem aquam inueniſſent, quàm ut manibus tangi poſſet, ſpongia eā

6 *Vehebant humeris neceſſarium uictum, panem ſcilicet et ſal, & uas cum poculo ligneo pro aqua. Quid his abſtinentiùs excogitari poteſt?*

exhaurirent, mox in poculo expreſſam biberent. Multorum itaque dierum confecto itinere, optatum montem aſſequuntur, ubi cum Deo gratias egiſſent, diu cōmorati ſunt; regionis illius ſolitudinem, animiq; quietem maximas eſſe delitias reputantes. In eo autē ſaxo, quo occultus Moſes Deum uidere, prout uideri poterat dignus habitus eſt, constructo 7 templo, locoq; ad ſacrificandum apto (quod hac etiam tempeſtate durat) in propriam, & conſuetam paleſtram ſe recepit, ubi cum cognominis quidem, & impij imperatoris minas accepiſſet; qui uniuerſale pijs omnibus exitium comminatus, in Perſas exercitum miſerat. donec quicunq; eiuſdem impietatis errore agebantur, execrabilem illius reditum inhiarēt, decem dies in orationem 8 incumbēs, uocem audiuit dicentē; foetidum illum, abominandumq; porcum è medio ſublatum eſſe. Qua uoce accepta, tamen ab oratione non deſtitit, ſed, illa hymnum conuerſa, ſuorum ſeruatori, at alienorum clementi potentiq; aduerſario gratias egit, qui cū diutius illius impietatem patienter tuliſſet, ubi eius patientiam in maiorem rabiem ſceleſtum illum euexiſſe comperit, opportunè penam inflixit.

7 *Sanctus uir in monte Sina conſtituit templum, & locum aptū ad ſacrificandum. Nō ergo mala res templa ædificare, ſed bona & Deo grata.*

8 *Decem dies in oratio nem incumbens.*

Abſolutis itaque precibus. & 9 hymnis, cum ad familiares reuerſus eſſet, lętitiam uultu diſſimulare non potuit. quibus nouum ſpectaculum admirantibus, (natura enim triſtis, ac tetricus cùm eſſet tunc uidens, lętuſq; uidebatur.) lętitięque Cauſam interrogantibus, Tempus hoc, ait, o uiri lętitiam poſtulat; Ceſſauit enim impius, iuxta Heliſęi uocem & qui contra Deum creatorem pariter, & ſeruatorem tyrannidem exercebat, ſubditi dextera iugulatus, pęnas pro meritis dedit. Hac igitur de cauſa lętus ſum, quoniam tandiu ab eo uexatas eccleſias lętas, & ſceleſtum illū ſuis fretum dęmonibus, omni ope deſtitutum uideo. De hac igitur cede huiuſmodi notitiam primus habuit.

9 *Abſolutis precibus et hymnis.*

Poſt Iuliani mortem, cùm Romani imperij regimen penès Valentem eſſet, qui euangelicorū dogmatū ueritate neglecta, Arrianorū errorē ſequutus eſt, tunc ſanè maior procella inuaſit eccleſias, quippe expulſis undique gubernatoribus, multiſq; in eas piratis, ac hoſtibus impetum facientibus. Sed, ne omnem illam tragędiam in pręſenti enarrem; omiſſis reliquis, unius tantum rei mentionem faciam. quæ uigentem in hoc ſene ſpirituſſancti gratiam manifeſtè oſtendat. Expulſus fuerat ab Antiochia magnus ille Meletius, cui urbem ipſam rerum omnium Deus regendam tradiderat. Eiecti etiam iuuenes, qui ad rerum ſacrarum miniſterium aſſumpti fuerant, una cum magno fidelium choro, qui unam trinitatis diuinam ſubſtantiam uenerabantur; & modo montana loca tenentes, ibi ad rem diuinam conueniebant, modo uero fluminis ripam interdum etiam gymnatium, quod polemicum appellatur apud urbis portam quę ad ſeptentrionem uergit, orationi deſtinabant; hoſtes enim eundem locum pios ſemper colere non permittebant. Diuulgarant autem tunc temporis mendacij patres, & famam per omnes urbes diſſeminarant, magnum Iulianum, hunc ſenem inquam, a ſe celebratorū dogmatum ſocium, atque participem eſſe. Quæ ſanè res piorum animos maxime ſollicitos habebat: uerebantur enim ne huius modi rumor ſimpliciū atque imperitorū mentes inuadens, corrumpat, & in hęreticorum laqueos conijciat. Quare diuini beatiq; uiri Flauianus, & Diodorus, ſacerdotio prędıti, piorūque gregi pręfecti, & Aphraates, cuius uitam per ſe fauente Deo deſcri-

pturus ſum, magno illi Acacio de qua iam mentionem fecimus perſuaſere, ut aſſumpto itineris comite Aſterio, ſuo ipſius magiſtro, ſanctiq; ſenis diſcipulo, ad cõmunem pietatis ſpſendorem, euangelicęq; doctrinæ, propugnaculum proficiſcantur, ſuadeantq; ; ut relicta ſolitudine, tot gentibus lapſis in inſidias, & laborantibus opem ferat; ſuiq; aduentus rore Arrianam flammam extinguat.

Accurit diuus Acacius, aſſumptoq;, ut ſibi impoſitum fuerat: Magno Aſterio, ad maximum eccleſię lumen proficiſcitur. Quo prius ſalutato; Dic, inquit, quęſo, pater; cuius nam rei gratia uniuerſum hunc laborem libenter ſuſtines? Quoniam, inquit, Deo ſeruire apud me & corpore & anima, & demum uita ipſa precioſius eſt. Itaque ſeruitium ipſum omni prorſus ſorde immune pręſtare, & in omnibus placere pro uiribus conor. Atqui, ait Acacius, inueniam ego aptiorem modum, quo poſſis illi te magis gratum reddere; idq; oſtendam non ratione tantum, ſed illius etiam ſermone edoctus. Interrogans enim olim Petrum, an ſe pluſquam alias quaſcunque res diligeret; audienſq; id, quod ante quam Petrus reſponderet optime norat, tu enim inquit ſcis domine quia diligo te, mox oſtendit, quo nam pacto poſſet illi rem gratiam facere. ſi enim, inquit, amas me, paſce oues, & agnos meos. Idem, pater, tibi faciendum arbitror, etenim magnum periculum gregibus imminet, ne a lupis deuorentur. Cum igitur greges ipſos maxime diligatis, quē tu maxime diligis; propriumque amantũ munus ſit, ea facere, quæ ſi fiant, rei adamatæ futura ſint gratiſſima; uide ne magni illi multique a te ſuſcepti labores, & ſudores in maximum iacturæ diſcrimen adducantur, ſi ueritatem circumueniri, eiuſq; ſectatores propter crimen, quod tibi imputatur, hoſtium pędam fieri neglexeris. te enim pręcipuum ſuæ impietatis ſocium & fautorem Arrianæ inſaniæ duces habere iactant.

Quare accepta, ſenex, illo uitæ genere, pro tempore abdicat, Antiochiam uerſus iter arripuit, & duorum triũmue dierum itinere per ſolitudinem confecto, in oppidum quoddam nocte deprenſus, cum aliis ingreſſus eſt. Quos cum mulier quędam opulenta eo aduentaſſe accepiſſet, cõfeſtim ad eos beneficium aliquod acceptura confugit; eorumq; pedibus obuoluta, rogabat, ut ad eius domum diuerterent. Senex, quamuis per quadraginta annos antea huiuſmodi ſpectaculis abſtinuiſſet, diuertit tamen ad oblatum hoſpitium. Dum igitur egregia mulier eorum miniſterio operã daret; ſeptennis filius, quem, Saræ hoſpitalitatis ęmula, unicum habebat, cũ aduesperaſceret in puteum lapſus eſt. Quare maximo tumultu (ut in huiuſmodi rebus ſolet) excitato, res ad matris aures peruenit; quæ cum omnibus ſilentiũ facere iuſſiſſet, operto puteo, ad ceptum miniſterium reuertitur. Senex autem cum paratam menſam uidiſſet, mulieris puerũ adduci iubet, ut unà diſcumbat, & ſanctorum uirorum benedictionem accipiat. Quem cũ mater morbo quodam laborare illum diceret, expectabat ut ad ſe afferretur. Mox cum illa rem omnem manifeſtam feciſſet, relicta menſa, currit ad puteũ, cuius amoto operculo, cum lumen afferri iuſſiſſet, puerum in aquę ſuperficie ſedentẽ, & cũ aquis pueriliter ludentem uidet. ita quod quæ mors reputabatur, puerilis, quidã luſus eſſe deprenſus eſt. Mox uirum quendã funi alligatum demittentes, puerũ extrahunt, qui confeſtim ad ſenis pedes accurrens, ſpectaſſe cum

in aquis ſeruantem ſe ne peſſundaretur aiebat. huiuſmodi mercedem uenerandus ſenex eximiæ illius mulieris hoſpitalitati perſoluit.

Sed, ut cætera omittam, quæ in illo itinere accidere; Cum Anthiochiam aduenissent, omnes cũ uidendi uiri ſancti gratia, tum etiam ſuis malis remedium aliquod inuenire cupientes, undique confluebant. Ille interea ad ſpeluncã quæ a latere montis erat adducitur, quo etiam beatus Paulus apoſtolus delituiſſe dicitur; ibiq́; confeſtim, ut omnes hominem eſſe illum iudicent, acutiſſima febri correptus eſt. Quamobrẽ magnus Acacius, cum tantum hominum conuentum uideret, caſum illum ęgre ferebat. Verebatur enim, ne, ſi eum ęgrotantem accepiſſent, a quo non paruũ ſuis morbis remediũ expectabant, perculſis eorũ animis, omni prorſus ſpe caderent. Quod cum intelligeret ſenex, ne timeas, inquit, nam ſi mea ſalus horum ſaluti neceſſaria eſt; hoc etiam Deus ipſe præſtabit. His

10 dictis, confeſtim ad orationẽ conuerſus, pronus 10 humi cadenſq́; in faciem, Deum rogabat, ut ſi quid utilitatis ex ſua ſalute populus ille accepturus eſſet, redderetur incolumis. uix finem precibus impoſuerat, cum magna ſudorum uis exorta febris flãmã extinxit. Deinde, cum multos a plurimis morborũ generibus liberaſſet, ad fidelium conuentum proficiſcitur, & dum Regię domus portas pertranſiret; mendicus quidam, qui pedum uice clunibus utebatur, & per terrã trahebatur, manus ad 11 cili-

Vide hic orationẽ cũ totius pſtratione corporis. Quare ergo a quibuſdam deridetur?

11 cium ſenis extendens, ſola fide ſe a morbo liberauit. ſtatimq́; deſiliens, claudo illi ſimilis, quem Petrus & Ioannes excitarunt priſtinã currendi facultatem pręſe tulit. Quo facto, totius urbis multitudo confluebat ad illum; ita ut palenicũ gymnaſium ſpectatoribus impleretur. Quamobrẽ magno pudore mendacij auctoribus affectis; ueritatis filij omni prorſus gaudio, lętitiaq́; exultantes incedebant. Inde illi, qui aliqua ope indigebant, illud ſanctitatis ſpecimen aliud ad proprias domos trahebant.

Vides quia ſanctus ſenex cilicio utebatur pro indumento?

Vir igitur quidam orienti pręfectus, rogat per miniſtros ut ad ſe uir ſanctus ueniat, & eum a quodam urgente morbo liberet. Ille, omni mora poſthabita, adeſt, fuſiſq́; ad dominũ precibus, uerbo tantùm morbum ſedauit; Iuſſitq́; illi, ut liber iam, Deo gratias agat. Cùm hęc, aliaq́; huiuſmodi peregiſſet, ad gymnaſticum, & conſuetum eius tuguriolum reuerti decreuit. quare iter per Gyrrhum faciens, inter quam urbẽ, & Antiochiam duorum dierũ iter interiacet, in diui martyris Dionyſij templum diuertit, quo ij, qui diuino cultui pręfecti erant, conueniẽtes rogabãt, ut ſe ab iminenti exitio liberaret. Aſterium enim quendam in ſophiſticis mendacijs educatum, mox in hęreticorum numerum aſcitum, & epiſcopali honore inſignitum, mendacium uehementer tueri, at uerſutia ueritatẽ oppugnare dicebant. Vereri igitur ſeſe, ne dicendi ſuauitate, ueluti eſca quadã mendacij hamum occultans, & ſyllogiſmorum nexus quaſi laqueos quoſdã tendens, multos imperitorum alliciat ad perniciem. non enim

12 alia de cauſa in aduerſariorũ turbam receptum eſſe dicebant. Confidite, ait ſenex, & nobiſcum unà 12 abſtinentijs, & orationibus Deum rogate. orantibus itaque illis, ante eum diẽ, quo ueritatis oppugnator, mẽdacij uero propugnator orationem erat habiturus, diuina plaga percuſſus eſt; ita; ut cum unum tantũ diem ægrotaſſet, uita excederet: uocem illam uere audiens: ſtulte, hac nocte repetent animam tuã a te, mala uero, quę molitus es, laqueos uidelicet, & retia, tibi erunt, & non alij. Eadem etiam

Conſidera qđ abſtinẽtijs et orationibus, nõ crapulis et ebrietatibus, ſancti obtinuerunt a Deo quæcũq; voluerunt.

etiam Balaam perpeſſus eſt,qui & ipſe uocatus eſt contra populum Dei.
Nam cum impium contra populum ipſum Bala'c conſiliū dediſſet, iſrae-
litica dextera interfectus, pœnas dedit. Sic & Aſterius cū populo Dei
exitium machinaretur, per eundem etiam uita priuatus eſt. huiuſmodi
beneficiū per huius ſenis interceſſionē Cyrrhus accepit.Hæc nobis a diui
no illo capite magno Acacio,qui oīa diligenter tenebat,enarrata ſunr.

Cum igitur inde abiiſſet, & ſocios inuiſiſſet, diutiuſq; apud eos mora-
tus eſſet; in aliam uitā quę neque ſenectutem,neque corruptionem nouit,
migrauit alacriter, nihil aliud meditatus,dum in mortali natura eſſet quā
conſtantiam,in paſſionibus, & corporis immortalitatem. Hic ego huius 13
enarrandis geſtis fine impoſito, ad alium aggrediar, ſi prius uiros illos,de
quibus in hac narratione mentionem feci, rogauero; ut 13 mihi diuinæ
gratiæ beneficium impetrare contendant.

Inuocat ſanctos de quibus hucuſq; mentionem fecit.

VITA MARCIANI SERVI DEI PER THEO doretum Cyrrhenſem epiſcopum ſcripta, Alberico Longo Salentino interprete.

Habetur in eius opera qui Philotheus dicitur, et nouiſsime latinis in lucem edita eſt.

MArcianum autem uirum illum egregiū quo nam pacto ſatis pro
dignitate laudabimus? dignus enim eſt, qui aut Heliæ, aut Ioan-
ni, aut eorum alicui comparetur, qui rerum omniū egeni, miſeri,
ac triſtes, ouinis, caprinisue pellibus induebantur: quibus quia mundus
dignus non erat, per ſolitudines, per mōtes, per ſpeluncas, perq; cauernas
terrę uagabantur.

Hic enim, de quo loquimur, Cyrrhum, de qua ſupra mentionem feci-
mus, olim patriam habuit, poſtea uero Heremū,nunc demum,& hac,& 1
illa relicta,cœlum 1 habitat. nam ut illarum altera genuit eū,altera edu
cauit,& uictorē declarauit,ita hoc triūphantem accepit. Cum enim ma-
gna animi prudentia polleret, quamq; ex illuſtri familia ducebat originē;
contempta tamen pręſtantia generis,regioq; ſplendore, in quibus educa
tus,corporis proceritate,ac forma,quas ab auctore naturæ acceperat,prę
ſtabat,ſeq;,ſuoſq; affectus omnes Deo,eiuſq; miniſterio addixit. Qđ ut
cōmodius faceret,medias ſolitudines adiit;ibiq; domuncula quæ uix eius
corpus æquaret ędificata,eam colebat aſſidue; ubi cum rerum omniū do
minū alloqueretur, ſuauem illius uocē uiciſſim audiebat; nam cū ſemper 2
in diuinis oraculis uerſaretur ſemper diuinis reſponſis frui ſibi uidebatur.

Marcianus relicta terrena patria, cœlū habitat.

Exercitium ſancti erat oratio,cantica,et ſacrarum ſcripturarum lectio.

Itaq; dum in precibus & oratione perſeueraret, quāuis īmenſam inde
caperet uoluptatem,nunquā tamen expleri poterat: Audiuerat enim ſpi
ritū ſanctum per os Dauid pſallentem; Quoniā qui in lege domini nocte,
& die meditatur, erit tanquā lignum quod plantatum eſt ſecus de curſus 3
aquarū,quod fructū ſuū dabit in tpe ſuo,et foliū eius nō defluet: ita ut 2
orationem cantica,cantica uero oratio, et rurſus diuinorꝫ ſcriptorꝫ lectio
utrunq; ſequeretur. Cibus 3 autem erat illi ſolus panis, neque ad libitū,
ſed menſura quadam acceptus; quæ tanta erat,ut uix infanti nuper a la-
cte diuulſo ſatis eſſet. Aiunt enim panis libram quadrifariā diuiſam, per
dies quatuor eum pauiſſe; nam ſingulo quoque die partem unam ueſpe-
ri capere conſueuerat. Saturari enim nunquā, eſurire aūt ſemper decre-
uerat; neque unquā plura q̄ quæ ad uitam ſuſtentandam ſufficerent cor-

Mirum eſt quod oēs ſerui Dei fuerint cibi parciſsimi & uiliſſimi, & tamen quædam hoc tpe crapulis ſe putant regnum cœlorum adipiſci.

pori præſtare ſtatuerat. Dicebat enim, quod qui per multos dies uentri indulget; is ſanè difficilè diebus, quibus ieiunandũ eſt, diuina munia obire poteſt, & rurſus, poſt ieiunia, quo primũ die cibum capit, uentrem ipſum plus q̃ par eſt onerat; quo facto, animus ſegnior efficitur ad uigilias: Præſtare igitur; quotidie cibum, ſed nunquã ad ſacietatem capere, uerũ enim ieiunium aſſidua eſuries eſt.

Has uiuendi leges uir ſanctus continuè proponebat, & quãuis procerus ſtatura, atque omniũ hominum, qui ſua tempeſtate erant, & maximus, & formoſiſſimus eſſet, corpus tamen huiuſmodi ſuſtentabat alimento. Poſt aliquot annos duos contubernales admiſit; Euſebiũ, qui poſt eius obitũ ſacri illius tugurioli fuit hęres; et Agapetũ, qui has angelicas legũ tabulas, in Apameorũ regionem tranſtulit, ubi oppidũ eſt Nicerte nomine, & magnitudine, & hominũ frequentia inſigne. Duaſq; illic maximas huius philoſophiæ ſcolas inſtituit. Alterã a ſe, alterã uero a Simeone illo egregio & admirabili uiro denominatã, qui per quinquaginta annos in huiuſmodi diſciplina refulſit. In qua etiã uſque ad hanc noſtrã tempeſtatem plures q̃ quadringenti uiri, uirtutis athletę, pietatiſq; cultores degũt, & ad cœlũ maximis laboribus contendunt. Cuius ſanè politię Agapetus quidem, & Simeonis fuerę legũlatores, at leges ipſas a Magno Martiano habuere. atque ab his infinitus athletarũ numerus prodijt, qui eiſdem legibus utitur. quorũ omnium uir hic ſanctus auctor extitit, & propagator. Quiſquis enim optimũ ſemen ſeminauit, hic pululantium bonorũ auctor meritò appellari poteſt.

Primũ itaque, ut dicebam, ſolus uoluntariũ illum carcerem habitabat, deinde, quãuis hos duos ſuſcepiſſet, non tamen eodem contubernio utebantur. Nam cũ paruulum eſſet, non omnes capere poterat. quin illi ſoli neque ſtanti, neque iacenti ſatis cõmodum erat. Quippe corporis proceritatẽ, nec altitudine, nec longitudine æquabat. Quare iuſſit illis, ut aliud ſibi pararent, atq; ibi habitarent, & ſecũ ipſi pſalmis, 4 precibus, & diuinarũ rerum lectioni operam darent. Cum uerò plures conuenire neceſſe fuiſſet, aliud eis habitaculũ parati permiſit; eorumq; ducẽ ſtatuit Euſebium, qui ipſius diſciplinã propagaret. Diuus aũt Agapetus inſtructus, ut par erat, & in paleſtra illa optimè exercitus; diſceſſit ut dicebã, & quęcunq; a diuino illo animo acceperat ſemina diſſeminabat, ita ut breui factus illuſtris, atque conſpicuus, in epiſcopalem dignitatẽ eueheretur, quã cum eſſet aſſecutus in patria, omnia illius curæ credita ſunt. Euſebius aũt congregato gregi præfectus, Magiſtri etiam curã gerebat, & ſolus ad illũ accedendi, & rogandi ſiquid uellet, poteſtatem habebat.

4 *Secũ ipſi pſalmis, precibus, & diuinarum rerum lectioni operam darent.*

Quãobrem, cupiens hic uidere, quid nã ille noctu ageret; per feneſtrã quæ parua erat auſus omnia ſpeculari, uidet lumen non lucernę, neque humana factũ induſtria, ſed diuinũ, et intra domunculam a ſuperna imiſſum gratia, ſupra magiſtri uerticẽ refulgere; & in diuinis ſcriptis literarũ ſtructurã oſtendere. Librum enim, prę manibus habebat, atque inuiolabile diuinę uoluntatis theſaurũ quęrebat. Hæc cũm intuitus eſſet Euſebius, magno timore, ac ſtupore perculſus, infuſam famulo Dei gratiam, & quali Deus ipſe ſeruos ſuos beneuolentia proſequatur edidicit.

Aliàs, cùm in domus ueſtibulo magnus Martianus orationi operam daret, Draco quidam cùm ad ſummam muri partem, quæ orientem ſpe-

ctat,repens aſcendiſſet,toruo aſpectu, dehiſcenſq; ſe facturũ impetum minari uidebatur. Quem cũ Euſebius procul uidiſſet, horribili ſanè ſpectaculo perterrefactus,magiſtrũ,quem iminentis exitÿ negligentẽ arbitrabatur,alta uoce appellãs,rogat,ut fugiat. Qui cũ illius metũ,tanq; pernicioſum affectũ prius increpaſſet,digitis 5 ſignata cruce, antiquas inter illũ, & hominem inimicitias oſtendit quo ueluti flãma quadã correptus, & uelut harundo concrematus,in multas partes diſſectus eſt.Qua ſanè in re dominũ ſuum, ut beneuolus ſanus, mihi imitari uoluiſſe uidetur. Is enim inſanientibus undis in diſcipulorum nauiculam,quãuis eos laborantes aſpiceret,non prius tamen maris æſtum ſedauit,quàm illorum incredulitatẽ redarguiſſet. Eodem modo uir hic ſanctus, primũ a diſcipulo metũ excuſſit, deinceps uerò belluam ſupplicio dedit. Hæc erat magni Martiani & ſapientia & poteſtas circa miracula,& in Deum fiducia.

5 *Digitis ſignata cruce, draco in multas partes diſſectus eſt.*

At quãuis huiuſmodi dotibus ornatus eſſet; tamen graſſatioris illius, qui ſemper uirtutẽ inſectatur,technas ſuſpectos habens, eas occultabat, uerebatur enim ne is inanis gloriæ affectu titillato, diuturno labore collectos fructus momento temporis diripere conaretur. Quamobrẽ collatã in ſe gratiã libenter cęlabat; & inuitus miracula faciebat, quorum ſplẽdor occultã illius potentiam manifeſtare ualeret. Procedente tamen tempore res quędam accidit huiuſmodi.

Vir quidã a Berrǽa Syrię oppido oriundus. qui plerunque propter uirtutem militaribus magiſtratibus ornatus fuerat,cum filiã haberet diu debaccatã,& quæ a maligno ſpiritu ſæpius uexata, in rabiẽ redacta fuerat, ad ſolitudines illas, ubi Martianus, quo cũ antea familiaritatẽ habuerat, habitabat,profectus eſt; Cum huius rei gratia, tum etiã, ut illum cõueniret,& uetuſtã cum eo gratiam renouaret. Sed ſpe fruſtratus(ſeruũ enim Dei uidere non fas erat)ſenem quandã, qui eo tempore uiri ſancti miniſterio ſe addixerat,rogat,ut uaſculo olei pleno accepto, id præ domunculæ foribus collocaret.Senex,cum ſępe ſe huiuſmodi rem facturũ negaſſet,ſępe tamen rogatus,tandem precibus locũ dedit. Accepto itaque uaſe acceſſit ad fores; cuius ſtrepitũ cum ſenſiſſet uir ſanctus,ecquis nam eſſet,et cuius rei gratia ueniſſet interrogauit. Ille aũt uera ſui aduẽtus cauſa tecta; ueni inquit,percõtaturus,an aliquid uelles. His dictis,abÿt. Rurſus ſummo mane; Cùm puellę pater reſtitui ſibi uaſculũ rogaret,ſenex nõ ſine magno timore pedetentim ad fores regreditur; manumq; extendens,ſurrepto uaſculo,inſcio illo diſcedere conabatur. At iterũ cuiuſnã rei gratia ueniſſet interrogatus,eandẽ attulit excuſationem quam antea; quã rem uir Dei moleſte ferens, quia ſenex præter conſuetudinẽ ad ſe frequentius aduentaſſet;ſibi uera reſponderi iubet. Senex tremebundus,& latère uirum diuina gratia pręditũ impotens,rem omnẽ,ut acta erat manifeſtat, & uaſculum oſtendit. ægre tulit uir ſanctus,ut par erat,quoniã uim ſuam patefieri nolebat; Cõminatus tamẽ, ſi rurſus aliquid huiuſmodi auſus fuiſſet, conſuetudine illa, & miniſterio priuatũ iri,(quã ſanè pœnam ÿ, qui lucrũ inde guſtarant,non parui faciebant)abire,& uaſculũ reſtituere iuſſit. Dũ hæc ille fieri iuberet,Demon, qui quatuor dierũ iter diſtabat,ſe eÿcientis uirtutẽ prędicans,exclamabat; ita ut Martianus in Berrhęa,quãuis inde procul eſſet)iudicis tamen officiũ exerceret, uſus uidelicet carnificũ mini-

ſterio contra Dæmonem,dum illũ eiiceret; & puellam ab eius ſtimulis liberaret. Quod quidẽ puellę patrẽ non latuit; dum enim reuerteretur, nec procul eſſet ab oppido famulus quidam, qui a domina in agrũ miſſus fuerat,occurrens,miraculi nunciũ affert, quod quatuor ante diebus accidiſſe narrat. quibus enumeratis,& hora diligenter inueſtigata,illam fuiſſe deprendit,qua ſenex ad ſe uaſculum afferebat.

Hæc dum mecũ diligenter reputo,nihil planè uir hic efficere nõ potuiſſe,ſi miraculis dare operã uoluiſſet. nam, ſi, dum propriã uirtutem occultare ſtudebat,tanto emicabat ſplendore,quid nam ille uolens non peregiſſet? At quãuis ab initio ſpiritalem illam ſapientiã non manifeſtaſſet; poſtremo tamen,poſt dominicę paſſionis,& reſurrectionis ſolẽnitates,ad ſe quicunq; uoluiſſet,admitti iuſſit. Quare cũ omnes ea tempeſtate eius uidendi deſiderio tenerentur,conuenerunt cum epiſcoporũ primi; Magnus Flauianus Antiochenorũ gregi pręfectus,diuus Acacius, de quo etiã ſupra mentionẽ fecimus,Euſebius Chalcidenſiũ epiſcopus,& Iſidorus ſumma uirtute clarus, cuius curæ tunc Cyrrhus ſe crediderat. Erat unà etiam Theodotus,officio,ac manſuetudine pollens, qui Hierapolitanorũ urbẽ regebat, aderant etiã magiſtratus quidam, uiriq; alij præſtantes, fideiq; flagrantes incendio. Quibus omnibus cũ ſilentio ſedentibus, & ſacrã illã uocem expectantibus; is etiã ſegnis ad loquendũ, ad audiendum promptus tacebat. Tunc aſſidentiũ unus, dignitate præſtans,& qui ſuæ ſalutis cupidus,ſenis familiaritate uſus antea fuerat; huiuſmodi uerba fecit. Oẽs hi uiri ſanctiſſimi, pater,tuæ doctrinæ fontes ſitiunt, quãobrem quęſo eorũ curſum ne ſiſtas; ſed eos potius in ſitientiũ pectora deſcendere permittas. Is aũt cùm ſuſpiraſſet; Rerum omniũ Deus inqt,per omnia quę creata ſunt,& per diuina ſcripta quotidie loquitur: & nos cũ minis perterrefaciens,tum etiam promiſſionibus alliciens, ad ea quæ decent,quæq; utilia ſunt,hortatur aſſiduè; nec tamen aliquid proficit. Quoniam igitur pacto Marcianus,qui unà cum alijs diuinis cohortationibus refragatur,ſuis uerbis proficiet quicquã? Hinc multi inter patres ſermones habiti ſunt,quos ſanè his narrationibus inſerere ſuperuacaneũ eſſe duxi. Cũ igitur conſurrexiſſent,fuſis ad dominũ precibus,omnes patres creare illum ſacerdotẽ cupiebant; unuſquiſq; tamen manus illi imponere uerebatur; Cũ igitur mutuis cohortationibus nihil profeciſſent; ſeſe omnes domũ receperunt.

Nunc aliud, ex quo diuina illius ſapientia manifeſtiſſime deprehendi poſſit, aggrediar. Vir quidẽ Abitus nomine, in eadem ſolitudine primus tuguriolum ędificaret. quod boreę ſubiectius erat, quam hoc, uerum ex parte ſolis orientis,& ſecundum ſeptentrionem,qui ſubſolano uento propinquus eſt,iacebat. Hic magno Martiano & ętate,& labore antiquior. uir philoſophus & in duro uitæ genere exercitus; Cùm ex omni parte uulgatam uiri uirtutẽ accepiſſet, diuturnę illi quieti huiuſmodi ſpectaculũ anteponens, ad fruendam rem optatam properat. Cuius aduentum cũ magnus Martianus accepiſſet; aperta ianua ad ſe illum admittit, iubetque Euſebio, ut ſiquid leguminum, aut olerum haberet, coqueret; Cum

6 autem mutuis rerum diuinarum colloquijs ſatiati, alter alterius uirtutem cognouiſſet 6 pſallendi munus quod nona hora obiri conſueuerat, unà obierunt. Adeſt interea Euſebius, menſam parat,panemq; apponit, Accede, inquit, Martianus omniũ iucundiſſime Abite. ut his etiam dapibus

Pſallendi munus qđ nona hora obiri conſueuerat.

communiter uefcamur. Reſpondet Abitus ſe ante ueſperum cibum nunquam capere conſueuiſſe. imò duos plerunque & tres dies ieiunum peragraſſe. Rogo inquit Marcianus, ut hodie huiuſmodi inſtituto mea cauſa deroges, cum enim corpore ſim imbecillus, quin cibum ante ueſperum capiam me temperare non poſſum. Quibus uerbis cũ nihil profeciſſet, ſuſpiraſſe atque hoc modo locutus eſſe dicitur. At ego diſcrucior animo, quoniã ut laboribus exercitum hominẽ ac philoſophum uideres, tantum confeceris itineris ſed ſpe fruſtratus, cauponem, & intemperantem pro philoſopho inueniſti. Huiuſmodi uerba ſanctiſſimus Abitus moleſte ferens, uel carnibus, inquit, libentius me ueſcipatiar, quã hæc a te audire. At qui ait Marcianus, nos etiam, amice, ad eundem ſcopum contendimus, eaſdemq́ 7 uitę rationes ſectamur. & inſtituta; & quieti labores anteponimus, & ſobrietati magis, quàm gulę inſeruimus, nec unquam cibũ ante ueſperum capimus; uerũ quia ſcimus charitatem eſſe ieiunio pręponendam, hæc enim diuinæ legis opus eſt, illud uero in noſtra poteſtate poſitum; decet autẽ diuinas leges multò noſtris pręſtantiores eſſe putare. Cum hæc inter cęnandum dixiſſent, Deoq́ 8 hymnis, & cãticis gratias egiſſent, poſt tres dies corpore quidem, at non animo ſeparati ſunt. Quis nam, quæſo, huius uiri ſapientiam non admiretur? Cuius ſplendoris uſus adminiculo, & ieiunĳ & fraternę charitatis tempus pręclare norat. Videbat etiam quę nã inter uirtutis partes eſſet differentia, & quam partem uictam, quam rurſus uictricem declarare pro tempore opus eſſet.

7 *Vides q̃ etiam anti qui monachi inſtituta & leges ac rationes quaſdam uiuendi habebant?*

8 *Deque hymnis et cãticis gratias egiſſẽt.*

Aliud narrandum reſtat, ex quo quod nam eius circa res diuinas ſtudium fuiſſet facile cognoſci poſſit. Venerat ad eum ſoror eius cum unico filio, qui iã pubertatis adoleſcentię annos exceſſerat, & in Cyrrho patria princeps erat, ſecumq́ multa, quę ad uictũ neceſſariũ pertinebant, attulerat. Is uero ſororis 9 quidem aſpectum pati non potuit, nepotem tamẽ, quoniã eum alloquendi tempus erat, admiſit. At cum rogaſſent, ut ea, quæ ſecum attulerant uellet accipere, quot, inquit, monaſteria pertranſiſtis, quibus has res impartiti fuiſtis? nulla prorſus aiunt, Abite igitur, inquit, cum his quæ attuliſtis; nos enim nihil horum indigemus, neque ſi idigeremus, acciperemus: quoniam, uos naturalis cognationis potius, quam diui miniſterĳ ſtudioſi, hæc nobis dono adduciris, ſi enim non affinitatis gratia tantùm hæc parauiſſetis, nõ ſolos nos huiuſmodi rebus dignos habuiſſetis. His dictis, nepotem cum ſorore dimittit; ſuiſq́ iubet ut nihil omnino ex allatis rebus accipiant. Sic ille a naturali abhorrebat, & cœleſtem tantũ politiam ſectabatur. Namque quod ſolum Deum ſpectaret, quod nam ſignum hoc manifeſtius eſſe poterat? Quippe illius uerbis admonitus fuerat, qui dixit; Qui non relinquit patrem, & matrẽ & fratres, & ſorores, & uxorem, & filios non eſt me dignus. Quòd ſi qui non eos relinquit, indignus eſt; certè hic, qui relinquit, atque ita relinquit, ut ab illis propter Deum ſit alieniſſimus, digniſſimus eſt.

9 *Si ſanctus uir ſororis aſpectum pati non potuit, quando paſſus eſſet alterius cuiuſpiam mulieris?*

Equidem, pręter hæc, eius dogmatũ integritatem admiror, Arrianam enim inſaniam ea tempeſtate a Regia potentia ſuſcitatã abominabatur. ab Appollinarĳ dementia abhorrebat, ſtrenueq́ contra eos, qui Sabellĳ ſententiam turbantur, & tres ſubſtantias in unam congerebant, dimicabat. eos etiam, qui Euchitę appellabantur, & ſub monaſtica ſpecie Manichæorum morbo laborabant funditus euertebat. eoq́ ardentiori zelo

pro eccleſiæ tuendis dogmatibus pugnabat, quo cum uiro admirabili ac diuino ſibi certamen erat. Abraames enim quidam in ĳſdē ſolitudinibus commorabatur, uir ſane non minus capillis quam ſapiētia canus; at quāuis omni uirtutis ſpecie polleret, & præ quibuſdam animi affectibus cōtinuis lachrymis ſcateret, primus tamen ſimplicitate quadam ductus, uetuſtoq; more uiuere cupiēs, paſca celebrare abſtinuerat; ignorabat enim, ut uidetur, quidnā circa hoc a patribus in Nicęa decretum fuiſſet. Qua ſanè ignorantia, cum plerique hominū ea tempeſtate laborarent; magnus Martianus ſenem illum Abraamen, (ſic enim ab indigenis appellabatur) multis uerbis ab illiuſmodi ſententia 10 reuocare, & ad id quod eccleſia ſenſiſſet adducere conatus eſt. ſed cum nihil omnino proficeret, ſe ab illius commercio temperauit. Procedente tamen tēpore uir ille diuinus macula illa abſterſa, amplexus eccleſię concordiam uere cecinit; Beati ímaculati in uia, qui ambulant in lege domini. atque huius pręclari facinoris Martianus auctor extitit.

10 *Vides quid faciant ſancti uiri? Cum ſimplices homines a praua ſententia reuocare, & ad id quod ſentit eccleſia adducere non poſſunt, ab eorū cōmunione abſtinēt.*

Cui quidem pleriq; in multis partibus templa dedicabant, ſed in Cyrrho potiſſimū nepos eius Alypius; in Chalcide uero Zenobiana quædam, genere, uirtute, atque opibus inſignis, alĳq; non pauci uictorem illum athletam ad ſe trahere contendentes, idem facere. Quod cùm accepiſſet uir Dei; uocatum ad ſe uirum illū admirabilem Euſebium, tali iureiurando aſtrinxit, quale maximū in eum potuit terrorem incutere; at in ea regione corpus ſuum ſepeliat; idq; nemini, pręter duos, ex eius familiariſſimis & domeſticis, niſi poſt longam annorū ſeriem patefaciat. Quod ſane iuramentum uir ille egregius inuiolabiliter ſeruauit. Nam ſimul ac uictor ille uita functus eſt, & angelorū chorus ſanctiſſimam eius animam 11 in cœleſtium ſedibus collocauit, non prius eum mortuum indicauit, quā cum duobus ex neceſſarioribus ſepulto corpore, terræ ſuperficiem adęquaſſet. Sed poſt quinquaginta annos, & amplius, Cum eò profecti plurimi corpus illud diligenter inueſtigaſſent, nihil profecere. At poſtquam unū quodque eorum templorum, quæ illi dedicata fuerant aliorū ſanctorum, aut apoſtolorum, aut martyrum reliquĳs 12 ornatū eſt tunc ſanè illi qui eius ſcenæ, atque diſciplinæ hęredes relicti fuerant, his duobus annis ante, lapideam arcam parantes, in 13 ea uenerabilis corporis reliquias condidere. uno, qui illis tribus ſuperſtes fuerat, oſtendente ſepulchrum. hic autem Euſebius fuit, qui eius uirtutis imitator, diu corpus macerauit. Nam cum centum & uiginti ferri libras indutus eſſet, alias quinquaginta, quas Agapetus, & alias octoginta quas Martianus reliquerat, ſuperimpoſuit. Eratq; ei domicilium foſſa quędā, aquis tamen uacua in qua tres annos huiuſmodi uitam degit.

11 *Ecce animā ſancti uiri a choris angelorū in cœlos delatum.*

12 *Notas qd' tēpla chriſtianorum, ſanctorū reliquiis ornantur?*

13 *In ea uenerabilis corporis reliquias condidere.*

Hæc obiter enarraui, ut quot bonorū Martianus auctor extiterit oſtēderem. Cuius etiā ſapientia uiro illi egregio ac magno Baſilio non parū attulit, adiumenti. Is enim poſt multos annos omni uirtutis ſpecie ſed charitate potiſſimum, quæ Deo gratiſſima eſt, & hoſpitalitatis officio pollens, monaſticā ſcolā inſtituit; ubi quot operarios, ut apoſtoli uerbis utar, non erubeſcendos exercuerit, quis nam breuiter & uere de omnibus ut decet mentionem faciat? Tamen, ut alios omittam, laude quidem dignos, ſed quorum omnia geſta recenſeri breuitas non patitur, de uno tantum dicam.

Erat quidã huius diſcipulus, Saminus nomine, qui laboribus immenſis corpus macerabat; nam neque pane, neque aliquo obſonij genere ueſcębatur. Erat 14 autẽ illi cibus farina aqua madefacta. Cuius quidem farinæ tantũ aquã illã uir ſanctus miſcebat, quantum ad menſtruum cibũ ſatis eſſet. Et hoc ex induſtria, ut putreſceret, & male oleret. Cupiebat enim huiuſmodi cibo corporis appetitus obtundi: & illius fętore uoluptatem langueſcere. Cum huiuſmodi uitam degeret; ſi amicorum quiſpiã inuiſiſſet eum, quęcunque appoſita erant ſine delectu ueſcebatur. Quare tantum gratiæ in illum a Deo collatum eſt, ut mulier quędã & genere, & opibus inſignis, ad eum uſque ab Antiochia confugeret, rogaretq; ut filię a Dæmonio uexatę opem ferret; uidiſſe enim quendam in ſomnis narrabat, qui ſeſe ut eò confugeret hortabatur, & cętus illius præſidis orationibus ſalutem filiæ procuraret. Is autem qui reſponſis ferendis præfectus erat, non moris eſſe dicebat præſides cũ mulieribus loqui. Vrgente tamen illa precibus, lacrymis, & luctibus, præſes uenit. Quem cum uidiſſet, hunc illum eſſe quem petebat, negauit: aliumq; ſibi oſtendi rogauit, ſubrufum, & qui puſtulas quaſdam circa genas haberet. Illi cũ animaduertiſſent, quem peteret (erat enim illius cętus tertius nõ primus) adducunt eum ad mulierem, cuius uultu ſtatim agnito, malus dæmon uociferans puellã reliquit. Huiuſmodi gratijs magni Martiani diſcipulorũ diſcipuli pollebant. huiuſmodi plantas ubique terrarũ optimus ille agricola propagauit. Ego uero rurſus huic narrationi ſine impoſito, oro, 15 atque obſecro, ut horum omnium precibus adiutus, diuinam opem me conſecutum ſentiam.

14 *Vide ſancti Monachi abſtinentiam & auſteritatem.*

15 *Orat ut ſanctorũ præmiſſorũ precibus, diuinam ſe opem conſecutum ſentiat.*

VITA EVSEBII MONACHI SERVI DEI
per Theodoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, eodem Alberico longo ſalentino Interprete.

Habetur in lib. eiuſdẽ qui Philotheus inſcribitur, & nouiſſime latinis in lucem edita eſt.

QVos nam fructus mites, maturos, propagatori gratos & uiris prudentibus ſuaues, atque iucundos infructuoſę ſolitudines Deo ferre cõſueuerint, in his quæ ſcripta ſunt oſtendimus. Sed ne quis arbitretur loco circumſcriptã eſſe uirtutem, & ſolas ſolitudines ad huiuſmodi fructus ferendos aptas eſſe, ad urbes iam, & habitata loca orationem noſtram conuertemus. oſtendemuſq; hominum frequentiã huiuſmodi philoſophię fructus capere uolentibus non eſſe impedimento.

Inter Berrhæã igitur, & Antiochiã mons eſt editiſſimus, adiacentiũq; montium eminentiſſimus. Qui pineæ nucis formã habens, ab altitudine ſua nomen accipit: Coryphen enim incolæ eum appellant, quod latinè uerticem ſonat. In huius cacumine olim dęmonum templum erat, uicinis habitatoribus uenerandum, eidemq; meridiem uerſus ſinuoſa planicies ſubiecta eſt, angulis non multum editis utrinque cohercita, Qui cũ uſque ad equeſtrem uiam protendantur, utraſq; ſemitas, quæ a meridie ad ſeptentrionem ducunt, complectuntur. In hac igitur planitie & parua, & magna oppida montibus hinc atque hinc adiacentia ſita ſunt. Sed in illius editiſſimi montis radicibus caſtellum quoddam eſt, magnitudine, atque hominũ frequentia inſigne, quod domeſtico uocabulo Teledã

incolę

incolę appellant. huic rupes īminet non admodū ardua, ſed quæ paulu lū accliuis planiciem illam, & auſtrū ſpectat: in qua philophię ſcolam uir quidam Ammianus nomine inſtituit, qui cum multis alĳs uirtutibus polleret, modeſtia certè cęteris omnibus anteibat.

Atque hoc uerū eſſe ex hac re potiſſimum conlectari poteſt, nam quāuis ea doctrina prędiţus eſſet, quæ non ſuorum tantùm diſcipulorum multitudini, ſed etiam totidem alĳs ſatis eſſe potuiſſet, ſępius tamen ad magnum Euſebium confugiens, rogabat, ut ſecum inſtitutę a ſe paleſtrę ſocius, & exercitator, & magiſter eſſe uelit, diſtabat enim quinque & uiginti ſtadĳs, habitabatqꝫ domicilium quoddam, paruum admodum, & quod feneſtras, unde lucem admittere poſſet, nullas habebat. Huius diſciplinæ auctor fuit illi Marianus eius auunculus, & fidelis Dei ſeruus, quā hoc nomine inſignire ſatis eſt. Dominus enim magnū illum Moſen hoc tantum cognomine honeſtauit.

Hic Marianus cum diuino amore dignus habitus eſſet, tanto bono ſe ſolum frui noluit, ſed pleroſqꝫ alios ſibi ſocios aſciuit, cū quibus magnum etiam Euſebium eiuſqꝫ fratrem allexit; fecitqꝫ, ut quemadmodum natura, ita etiam pari uitæ ratione fratres eſſent: Iniquum enim eſſe putabat, eos, qui nihil ad ſe pertinerent, ad rectum uirtutis iter inuitare, nepotes uero negligere. Ambos igitur domunculæ incluſos euangelicam politiā inſtruebat. Sed alter a morbo primum, mox a morte pręuentus, a cepto uitæ curiculo deſtitit. Paucis enim diebus poſtquam illinc exiuiſſet, diem ſuum obĳt. Cui ſuperſtes Euſebius, donec auunculus uixit, neque alicuius colloquĳs uſus, neque ſolis lucem intuitus, tenebroſo illo carcere fruebatur. nec tamen defuncto auunculo, eiuſmodi uitam repudiaſſet, niſi magnus ille Ammianus multis eius animum precibus demulſiſſet, & ab ea ſententia reuocaſſet.

Dic enim, quæſo, o bone, inquit, cui nam placere ſtudens, iſtiuſmodi uitam laborioſam, & ſqualidam elegiſti? Deo uerę uirtutis duci, atqꝫ auctori reſpondit, ut par erat. Atqui, inquit Ammianus, quoniā huic placere ſtude, ego tibi uiam quandā proponam, per quam & ardentius ames, & rei amatæ ſis gratior. Nam quicunqꝫ ſibi ſoli conſulit, nō poteſt meo iudicio, nimiæ ſui ipſius curæ reprehenſionem effugere; Iubet enim diuina lex, ut unuſquiſqꝫ proximū ſuum diligat, ut ſe ipſum, multis aūt opes ꝓprias cōmunicare, dilectionis munus eſt ꝓprium, quā diuus Paulus legis plenitudinē appellauit. Clamanſqꝫ alibi; uniuerſa lex, inquit, et Prophetę ad hoc uerbū rediguntur, dilige proximū tuū ſicut te ipſum. Et dominus in euangelio, Petro, qui ſe illū prę cęteris diligere faſſus erat, paſcere eius oues iubet. Eos uero qui hæc negligunt, per Prophetam increpās, dicit. O paſtores, nunquid paſtores ſe ipſos paſcunt? Nonne oues potius? huius etiam rei gratia magnū Heliam iſtiuſmodi uitā ambientē īter impios uerſari iuſſit, & Ioannem illum uirū ſanctiſſimum, atqꝫ alterū Heliam, qui ſolitudine etiā delectabatur, ad Iordani ripas miſit: Iuſſitqꝫ ut ibi baptizaret, & prædicaret. Tibi igitur tuum creatorem ardenter amanti, ſi cupis illi rem gratiſſimā facere, quāplurimi coamatores, & ſocĳ parandi ſunt: ob hanc rem enim Ezechielem uocabat, & flagitiorū quæ a peccatoribus admittebantur, teſtem eſſe iubebat. Ionam etiā Niniuem properare uoluit, ac renitentem uinctum miſit.

Hæc,

Hęc, aliaq́; huiuſmodi recenſens, ſanctũ uirum ad ſuã ſententiam traxit, ita ut relicto illo uoluntario carcere, Ammianũ ſequeretur, eiuſq; ſociorũ curã ſuſciperet. Equidem illiúſne modeſtiã an prõptum huius obſequiũ potius admirer neſcio. Ille enim cũ impetrandi periculum uidiſſet, ſe imperio abdicauit, & ſubditorum unus eſſe maluit; hic uero quãuis antea ab hominum frequentia fuiſſet alienus, ceſſit tamen, & dilectionis laqueis irretitus, paſcendi gregis onus ſubiuit, ita ut chorum duceret. ad quẽ docendum non multis uerbis opus erat, nã ſua tantum pręſentia unumquẽque uel ignauiſſimum ad uirtutis curſum excitabat.

Narrant enim qui geſtis illius interfuere, uultum eius talem ſemper ſeueritatem præſetuliſſe, qualis ad mediocrem metum ſpectatoribus incutiendum ſatis erat. Cibum autem ipſe quidem poſt tres, quatuórue dies capiebat; ſocijs uero ſingulo quoque die capere iubebat. uolebatq́; 1 ut unuſquiſque Deum aſſidue orationibus alloqueretur, nullumq́; diẽ huius muneris expertem pertranſire permitteret. Iuſſa tamen munia communiter ſtatuto tempore ſubirent. Sed intercedente temporis ſpacio, quilibet ſecũ ipſe uel ſub alicuius arboris umbra, uel ſub aliqua rupe, uel ubicũque quietius id effici poſſe uideretur aut ſtans, aut humi proſtratus Deum rogaret, ſibiq́; ſalutem peteret. Totius autem corporis partes ita ad uirtutis opus comparabat, ut ea ſolum facerent, quæ ratio imperaret. quod ut omnibus manifeſtum fiat, ex omnibus eius geſtis unum attingam.

1 *Volebat ut unuſquiſque Deũ aſsidue orationibus alloqueretur, nulluſq; dies huius muneris expers pertranſiret.*

Vide quantã curam oratiõis habebat ſanctus uir.

Dum ille, & Ammianus cuidam ſaxo aſſediſſent, & alter euangelicã hiſtoriam legeret, alter explanaret, agricolæ quidem in ſubiecta planitie agros colebant: quos dum ſpectaret Euſebius, & in illorum contemplationẽ diſtraheretẽ, legens Ammianus in locum quendam incidit, cuius interpretationẽ poſtulauit: iuſſuſq; ab Euſebio, ut locũ illum repeteret, nihil mirum inquit Ammianus, ſi culturæ illius aſpectu delectatus euangelica uerba, ut decebat, non percepiſti. Quibus dictis, Euſebius adeo erubuit, ut proprijs oculis imperaret, nullo unquam tempore neque uallis illius, neque cœli ſidereq́; aſpectu oblectarentur. Mox ſemitam ingreſſus, quam dodrantalis latitudinis fuiſſe ferunt, per hanc ſe ad oratorium recepit. extra quam reliquo ſuæ uitę tempore incedere noluit, atq; his legibus quadraginta annos, & amplius uixiſſe dicunt. Et ut neceſſitas etiam ſimul cũ ratione eum ad huiuſmodi leges cogeret, ferrea zona pręcinctis lumbis, grauiorique catena ceruici impoſita, alio quodam ferro zonam catenę adnexuit, ut hoc modo curuus ad terram ſemper inclinare cogeretur. huiuſmodi 2 pœnas culturę illius gratia, quam ſpectarat, a ſemetipſo exegit.

Hæc ſanè multi, qui interfuere, & uitam illius diligenter perſcrutati ſunt mihi narrauere, ſed pręcipue ſenex Acacius, de quo ſupra facta eſt mentio. Qui cùm illum ita incurſum uidiſſet, interrogauit ecquemnam fructum ex huiuſmodi pęna capiens, neque cœlum, neque uallem ſpectare, neque extra ſemitam illam incedere uoluiſſet? Hæc omnia reſpondit, contra Dæmonis artes, & ſtratagemata oppono; nã ne de rebus magnis mihi bellum inferat; ideſt, ne iram exacuens, & concupiſcentiam excitãs, temperantiam obruat & iuſtitiam, meque ſuperbię ſpiritu influet, alijſq; huiuſmodi telis animæ meę exitium moliatur, ad hac res paruulas omnẽ belli impetum deriuare conor, in quibus ſi uicerit non multum noceat, ſi uincetur, magis erit ridiculus, quippe qui ne in paruis quidem rebus pro-

2 *Vide pro paruo peccato quantam ſatisfactionem ſanctus uir ſibi impoſuerit.*

ficiat aliquid. Quoniā igitur hoc genus belli minori cū periculo geri poſſe uidetur, uulneratus enim quiſpiam non multū detrimenti capiat, (quid enim uallis, ſiue cœli aſpectus noceat. In huius belli ſimulacro me libenter exerceo, in quo neq; occidere me, neq; capere ualeat. cum illius tela mortifera non ſint, hoc enim ferri pondus omnem illorū cuſpidem obtundit. Hæc ſe audiſſe, & bellicā illius uirtutē, & peritiam admiratū eſſe magnus Acacius narrabat. qui hanc etiam illius actionem & admiratione, & memoria dignam ſcire cupientibus reddebat.

Cum huius uiri gloria in omniū ore uerſaretur, omnes uirtutis cupidos ad ſe trahebat. Quare Iacobus perſa, et Agrippa ſenis illius Iuliani, cuius geſta iam ſcripſimus, ſucceſſores, & totius illius gregis duces, poſt illius obitū, hunc Euſebium conuenere, regi enim potius, q̃ regere cupiebant. Hic aūt ille Iacobus eſt, quem ſupra memorauimus, & breuiter, atq; ſuccinctè eius geſta cōplexi ſumus. Is (ut nunc ēt eius ſummæ ſapiētiæ ſignū manifeſtū oſtendā) cum a diuo Euſebio ex hac uita migraturo eius gregi præfectus fuiſſet, gubernari cupidus magis q̃ gubernare, onus refutauit, ad quod cum ſocij eius cupidi, magis hortarentur, neque deſiſterent, ſe in aliū gregem contulit; ibiq́ poſt multos annos uitā finiuit. hoc igitur imperium, quod gerebat Euſebius, ſuſcepit Agrippa, uir quidem alijs uirtutibus prǽditus, ſed animi candore, atq; mundicia cæteris antecellens. Quare cū diuinam formam ſemper animo cōplecteretur, atq; illius amore flagraret, continuis lachrymis ſcatebat.

Hic etiam cū diuinū illum gregē diu bene, ac legitime pauiſſet, uita exceſſit; Cuius imperio diuus Dauides, quem ego uidi, ſucceſſit: Vir ſanè, qui, iuxtà diuinū Apoſtolum, membra ſua uerè mortificabat. adeo enim magni Euſebij doctrina profuit illi, ut quinq; & quadraginta annos in ea ſcola irę penitus expers degerit. nam poſt ſuſceptū imperium nūquā illū quiſpiam huiuſmodi affectu uictū audiuit, neq; uidit, quāuis eum pleriq; multoties prouocaſſent. uiris enim centū & quinquaginta illius conſilio regebantur. quorū alij ueterani, ac uirtute præſtantes, raptim ad cœleſtē politiam contendebant, alij tyrones ad huc, & quaſi implumes ſe a terra pedetentim attollere, & uolare diſcebant. Cū uerò (ut in tanta turba fieri ſolet) pleriq; a recta uia aberrarent, (iuuenes enim nō omnia exacte, & ad amuſſim efficere poſſunt) uir tamen ſanctus ita imobilis, & inuictus permanebat, ut nulla corporis mole indutus uideretur; nihil enim illū ad irā prouocare poterat.

Hæc non ab alio accepi, ſed egomet ſum expertus; aliquādo enim gregis illius uidendi cupidus, cum alijs quibuſdam comitibus, qui idem uitæ genus, quod ego, ſequebantur, ad illum profectus ſum. Apud quem cū integram hebdomadā fuiſſemus, nullum illius non inconſtantē, & modo lætitia effuſum, modo triſtitia contractū, ſed nullā prorſus patientē mutationem uidimus. oculos rurſus non aliquan do toruos, aliquando ridētes ſed ſemper eodem modo affectos, & in eodē decoro permanentes aſpeximus; ita, ut ex illis animus tranquillus & nulli penitus perturbationi obnoxius perſpici facile potuiſſet. Quare id quod nobis præſentibus accidit enarrare cogor.

Cum aſſediſſet nobiſcū uir ille diuinis, in quoſdā ſermones incidit, per quos intima euāgelicæ doctrinæ penetralia perſcrutabatur. Dū hęc age-

rentur, uir quidam Olympius nomine, genere Romanus moribus egregius, ſacerdotij dignitate præditus, & qui imperij illius ſecũdas partes gerebat, uenit ad nos, diuumq́; Dauidem increpans alta uoce, manſuetudinem illam cõmunem perniciem, & inſaniam potius, q̃ manſuetudinẽ appellabat. Omneſq́;, qui eius imperio ſubeſſent huiuſmodi benignitate corrũpi dicebat. Ille aũt, quaſi adamantino munitus pectore, contumelias illas æquo animo ferebat; & non modo earum aculeos non ſentiebat, ſed ne uultus quidem mutabatur. Imò a cepto ſermone non deſtitit. uerum manſueta uoce, & uerbis, quæ facile animi tranquillitatem præſeferebãt, ſenem illum dimiſit, rogans ut rerum, quarũ ei magis eſſet libitũ, curã haberet, ſe huiuſmodi colloquijs delectari, quæ uitæ maxime neceſſaria iudicabat. Quo pacto, quæſo animi manſuetudo manifeſtius oſtendi poterat? nam principem eius collegij uinũ ab eo, qui ſecundus eſſet, huiuſmodi pati contumelias, præſertim coràm uiris externis, quod nam fortitudinis, & patientiæ culmen non ſuperet?

Diuus quidem Apoſtolus humanæ naturæ imbecillitatem animaduertens, legem natura ipſa metitur. Iraſcimini, & nolite peccare, ſol non occidat ſuper iracundia ueſtra. Cum enim animi motus naturales eſſe, difficileq́; admodũ, ac fortaſſè nullo pacto cohiberi poſſe uideret, illis terminũ potius, quam legem imponit, rationis habenis eos, temperari iubens, nec ultra metam progredi permittens. Hic aũt uir diuinus tantũ celebrat, ut legis benignitate abuteretur, ut illa ne uti quidem uoluerit, non enim uſq; ad ſolis occaſum, quod lex permittit, iracũdiæ cedebat, ſed ne momento quidem temporis cedebat. huiuſmodi fructus uir hic a magni Euſebij cõſuetudine ceperat. Et multos etiam alios huius philoſophię & ſectatores, & emulos, dum in eo tuguriolo degerem uidi, alios quidem ætatis flore uigentes, alios uero ſenectutis mole oppreſſos. huiuſmodi enĩ uiri aderãt qui cùm nonageſimũ ætatis annũ agerent, tamen a uita illa laboribus plena nũq; receſſere: ſed, perinde ac ſi iuuenes eſſent, labores, & ſudores oẽs æquo animo ferebant. nocturnis, 3 diurniſq́; precibus operã dantes, tenuemq́; cibũ illum binis quibuſq́; diebus parcè capientes. Sed ut alios, omni quidem laude dignos, cauſa breuitatis omittam, de uno tantum mentionem faciam.

Fuit in loco illo ſanctiſſimo uir quidam Amman` nomine, qui etſi a ſtirpe Iſmaelitica trahebat originem; non tamen ab Abrahamęa erat alienus ſed ad paternam capiendam hęreditatem unà cũ Iſaac acceſſerat, imò ipſum regnũ cœlorũ ſurripuerat; ſtatim ab ætatis ſuæ initio huiuſmodi uitę rationem ſecutus eſt, cuius optimũ magiſtrũ Maroſan` nomine qui ea tẽpeſtate ſolitudines incolebat ſectandũ ſibi propoſuit. Qui ſanè Maroſan` in alios imperiũ habere nolens, in hunc gregem una cũ Amman` ſe contulit, ubi cũ diu uixiſſet, poſt magnifica certamina ſplendidaſq́; uictorias uita exceſſit. Amman` uero octo ac triginta annos ibi perinde laboribus intentus eſt, ac ſi nuper laborare incepiſſet. nam uſq; ad hodiernũ diem nudis 4 pedibus ambulat, ac hieme umbram, æſtate ſolis radios habitat, illius æſtu perinde ac zephiri aura delectatur: Nunq; aquam guſtauit, neq; cibis ijs ueſcit, qui illis, qui potu abſtinere cupiunt plurimũ conferre ſolent; (cibis enim humidioribus uti conſueuerũt) Sed quibus alij ueſcũtur uerũ paucis, & qui nõ multum roboris afferant, potum enim ſuperua-

3 *Nocturnis diurniſq́; precibus operam dantes, tenuemq́; cibum illum binis quibusq́; diebus parce capientes.*

Abbun` alij codices.

Maronàs alij.

4 *Ecce quot labores, inedias, & abſtinentias ſancti uiri tolerarunt, ut regnum cœlorum adipiſcerentur. Et noſtri heretici nihil hmõi adire uolũt, niſi illa ſua tantũ nuda fide inniti.*

caneum eſſe putat. Ferriq́ꝫ mole lumbos pręcinctus, parum ſedet, & bo-nam diei noctiſq́ꝫ partem, ſtans potius, q̃ꝫ genibus innixus ſacras domino preces offert. Diſcumbere aũt noluit unq̃ꝫ, neq́ꝫ aliquis hactenus illum diſcũbentem uidit. Sed collegij illius princeps declaratus, & imperium aſſecutus, omnem laborem æquo animo fert; Philoſophiæ archetypum ſubditis omnibus ſemetipſum exhibens.

Huiuſmodi triumphantes athletas diuus Euſebius magiſter, & exercitator Deo ſtatuit, aliosq́ꝫ quãplurimos uictores declaratos, alijs paleſtris magiſtros præfecit, qui ſacrũ illum montem omnem huiuſmodi floribus diuinis, & odoratis ornauerũt. Quamuis enim ex parte orientis tuguriolũ illud compactũ fuiſſet, tamen ex partibus occidẽtis, & meridiei etiam huius philoſophiæ propagines uidere licet, haud ſecus ac ſtellas circa lunam micantes, & alios q̃dem græco, alios uero proprio idiomate creatorẽ laudantes. Sed ſi omnia illius diuini animi geſta percurrere uelim, rem certe quæ fieri non poteſt aggrediar. Quare huic narrationi fine impoſito pergã ad aliam, unde alius generis fructus excerpi poſſint, ſi prius tamen ab his uiris magnis ueniam impetraro.

Habetur in Philotheo eiuſdem, et nũc primum latinis eſt ædita.

VITA BEATI PVBLII MONACHI PER Theodoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, eodem Alberico longo ſalentino Interprete.

EAdem tempeſtate fuit q̃dam Publius, corporis quidem forma pulcherrimus, ſed qui animũ pulcritudine non inferiorem, imò longe ſuperiorem habebat. Hic ex ſenatorijs maioribus ortus, eius urbis dominus erat, apud quam Xerxes ille, cũ in Græciam exercitũ duceret, Eufratemq́ꝫ flumen tranſmittere aggrederetur, multis congeſtis nauibus, coniũctiſq́ꝫ, per has, ueluti per pontẽ tranſiuit; ita ut urbs illa ab euentu nomen acciperet, Zeugma enim cępit deinceps appellari.

1 Vide quõ ſancti Priſci monachi cõſilium domini de uolũtaria paupertate amplecte bantur, nam relictis omnibus quæ habebant, ab hominum cœtu ſecedebant, ut ſoli Deo liberius inſeruirẽt, ſicut & modo faciunt qui ſe ueros monachos profitentur & ſunt.

Hinc igitur, atq́ꝫ ex eo genere originem trahens, editũ quendam locũ, nec plus triginta ſtadijs a ciuitate diſtantem aſcendit, ubi paruulo quodã conſtructo domicilio, uniuerſo patrimonio iuxtà diuinũ conſilium 1 diſtributo, ut ædibus, gregibus, armentis, edulijs, uaſis, æneis & argenteis, alijſq́ꝫ huiuſmodi ſupellectilibus, abiectaq́ꝫ omni rerum humanarũ cura, unam & hanc diuinam pro multis complectitur, nempe in illius miniſterium incũbere, qui ſe uocarat. ita, ut de hoc tantũ cogitaret, in hoc ſe oblectaret, & quonam pacto in eo adoleſcere poſſet, die ac nocte inueſtigaret. Quamobrem labor eius in dies icrementũ accipiebat. qui q̃dem, & ſuauis erat, & uoluptatis plenus, & ſacietatis expers. Nam ne minimã quidem diei partem uidit eum quiſpiam ocioſum, ſed pſalmis 2 preces; precibus pſalmi; his diuinorũ ſcriptorũ lectio: omnibus aũt prompta erga hoſpites, aut aliqua rerum neceſſariarum cura ſuccedebat.

2 Ecce ſancti monachi exercitium. Pſalmi, preces, ſcripturarum lectio, hoſpitalis.

Itaque huiuſmodi uitam degens, ſeque ipſum omnibus imitari uolentibus tanquam pręclarum exemplar, & archetypum proponens, uelut auis quędam ſuauiloqua multos ex contribulibus ad hos laqueos ſalutares allexit. Sed initio neminẽ ſibi contubernalem aſciuit, uerum anguſtis quibuſdam domicilijs coniunctiſq́ꝫ foribus diſpoſitis, ibi eos ſingillatim collocauit. aſſidueq́ꝫ ſpeculabatur, & diligenter inueſtigabat: ne q̃d

pręter

pręter res neceſſarias reconditū haberent. Imò dicūt ſtateŕā cum circūfe rentem, panem diligenter ponderaſſe, quem ſi ſtatuto pondere grauiorē inueniſſet, ęgreferentem iraſci guloſosq́ illos appellare ſolitū. Iubebatq́ eis ut neque comederent, neque biberent ad ſacietatē, ſed quantum ad tuendam uitā ſatis eſſet. Quòd ſi furfures interdum farina ſegregatos uidiſſet, increpabat eos, ſybariticæq́ laſciuiæ æmulos appellabat. Nocte 3 ex improuiſo in unius cuiuſq́ ianuam aduentans, ſi uigilantem quempiam, & pſalmis, ac precibus operam dantem inueniſſet, ſilentio prętеribat: ſin autem ſomno oppreſſum, manu quidem fores; lingua uero iacentem illū, & ſomno pluſquam par erat indulgentem pulſabat.

3 *Nocte uolebat diſcipulos ſanctus uir uigilantes, pſallētes & orantes.*

Hunc eius laborē cum qui eadem ſentiebant uidiſſent, unum construere habitaculum conſuluere: nam hos, qui diſpoſiti erant, ſi in eundem locum cogantur, commodius uiuere, & eius animum tot curis liberum melius omnibus conſulere poſſe affirmabant. Quorū concilio accepto uir ſapientiſſimus, diſiectiſq́ domicilijs illis, omnes in idem habitaculū congregat: rogatq́ ut unà rempublicā gerant, & alterutrum ad uirtutē excitent, atque hortentur. ita ut alter alterius manſuetudinem imitetur. ille huius zelo ſuam humanitatem temperaret. alius alij uigilantiā inſtrueret, & uiciſſim ab illo ediſceret abſtinentiā. Nā hoc pacto inquit, ſi mutuis officijs id quod decet præſtiterimus, id quod in uirtute perfectum, atque abſolutum eſt, parabimus nobis. Quemadmodū enim in foro uenali fieri conſueuit, nā hic panem uendit, ille olus; alius ueſtes, alius calceamenta conficit: mox his omnibus inter ſe commutatis, commodius uiuunt; ſic etiā nos p̄cioſiſſimas uirtutis partes inter nos cōmutare decet.

Dum itaque eiuſdem idiomatis uiri in huiuſmodi paleſtra ſe exercerēt, Deumq́ gręca uoce collaudarent, eius inſtituti eos etiā qui alieni erāt, deſiderium cępit. profecti itaque multi, ſe in gregem illum admitti, & ſacrę eius doctrinę fieri participes rogabant. Memor autē ille diuini pręcepti, quod dominus ſacris apoſtolis tradiderat, ut euntes omnes gentes doceant: eorum petitionibus locū dedit. Itaque penes illud habitaculū altero ędificato, ibi eos habitare iuſſit. mox conſtructo 4 tēplo, in id & hos, & illos mane, & ueſpere conuenire præcepit ut matutinas ueſpertinaſq́ preces unam offerrent domino. Biſariam igitur diuiſi, proprioq́ utentes idiomate, alternis in choro pſallebant. duratq́ is pſallēdi modus uſque ad hanc tempeſtatē, ita, ut neque tēpus, quod hęc aliaq́ huiuſmodi deuaſtare conſueuit, neque illius ſucceſſores huic unquam inſtituto derogare auſi ſint, cū pręſertim non duos, aut tres, ſed plurimos habuerint.

4 *Conſtruit ſanctus tēplum, ut diſcipuli in eo matutinas & ueſpertinas preces dominō offerrent.*

Nam cum primum ille certamine defunctus, diem ſuum abijſſet, & ad beatam, ſempiternamq́ uitam migraſſet, Theotecnus natione græcus, & Aphthonius ſyrus, columnæ quidem ſpirantes, & illius uirtutis ſimulacra, imperio ſucceſſere, in quo adeo egregie ſe geſſere, Publiūq́ ipſum in ſingulis eorum actionibus egere, ut neque ſocij, neque alieni aliquam illius morte iacturam factam eſſe putarent. Sed diuus Theotecnus poſt paucos annos uita exceſſit. imperioq́ Theodoto reliquit, Aphthonius autē diu ſuperſtes, gregem illum iuxta poſitas leges gubernauit.

Hic autem Theodotus natione Armenus, cum primum huiuſmodi ſcolam ingreſſus eſſet, ex ſubditorū ordine magnis Theotecni iuſſis obtem

perabat; mox uero illo uita defuncto, ut dicebã, regendi munus ſubiuit, in quo tot uirtutibus adoleuit, ut parum abfuerit, quin maiorũ gloriam obſcuraret, talẽ enim diuinus amor eum reddiderat, totq́; ac tantis uulneribus affecerat, ut nocte, ac die aſſiduis lacrymis ſcateret. adeoq́; diuina in illũ gratia redundabat, ut, donec oraret, omnes qui aderant, magno ſilentio ſacris illius uerbis ĩtenti eſſent, nihilque magis in optatis haberent, quam illum audire. Quis enim adeo fuiſſet adamantinus, ut uerbis illis ſuauiter prolatis, non demulceret animũ, omnique illius mollita duritię diuino miniſterio non addiceret? hoc ſane modo ille quotidie opes augebat, inuiolabilemq́; theſaurum huiuſmodi bonis refertum omnibus patere uolebat.

Cum autẽ quinque, & uiginti annos gregem illum accurate pauiſſet, optimã aſſecutus ſenectutem, uitaq́; defunctus, penes maiores ſuos iuxtà diuina ſcripta ſepultus eſt. Suumque regendi munus Theotecno natura quidem nepoti, moribus autem, ac relligione, fratri, reliquit. Diuus autẽ Aphthonius, cum plus quadraginta annis gregi pręfuiſſet, quamuis epiſcopalẽ aſſecutus eſſet dignitatem, non tamen illud uitę genus omiſit, neque 5 pelliceam ueſtem, & ex caprarum uillis conteſtam tunicã abiecit: eiuſdemque cibis, quibus ante quam eſſet epiſcopus ueſcebatur. eandemq́; gregis illius curam habebat, quam antea, nam bonã temporis partem apud eũ cõmorabatur, ita, ut aliquando ſociorum lites dirimeret, interdum autẽ eos tuerentur, quibus aliquis intuliſſet iniuriam. Plerunq́; uerò ſocios ad res ſaluti neceſſarias hortabatur, atque hęc omnia non per ocium faciebat, ſed modo contubernaliũ ueſtimenta reſarciens, modo purgans legumina, modo frumentũ abluens, uel aliquid huiuſmodi tractans, hoc pacto & dignitatẽ ſuam ornans, & uirtutẽ augens ad 6 cœleſtes ſedes aſſumptus eſt.

5 *Vide monachum factum epm, eadem uili tunica, & tenuibus cibis utentẽ, quibus utebatur prius.*

6 *Ad cœleſtes ſedes aſſumptus eſt.*

Aliij codicei Macario habent.

Quid enim dicam de Theotecno, & Gregorio qui poſt Theotecnum fuit? quorũ alter uel in ipſo iuuentutis flore omne uirtutis punctum eſt aſſecutus, alter uſque ad hanc tempeſtatẽ durat, & licet ſenectute confectus ſit, nullos tamen corporis labores ſubterfugit. Nunquam 7 enim neque uinum, neque acetum, neque paſſam uuam, neque liquidum lac, aut coagulatum guſtauit. quippe huiuſmodi dogmata a Publio acceperat. Oleo uero, 8 uel quadrageſimę tempore abſtinebat.

7 *Vide mirabilem abſtinentiam & ciborum delectum uiri ſancti.*

Hęc ſanè ſunt, quę de magno Publio habui, quorum alia ab aliijs accepi. alia uero ab eius diſcipulis, dum præceptoris exemplar in illis intuerer, & qualis ille fuiſſet ex athletarũ uirtute pręſens perſpicerem audiui. Quę omnia obliuioni relinquere cùm iniqui, atque inuidi eſſe arbitrarer, non enim parum adiumenti hominibus afferre poſſunt, ignorantibus narraui, ut & illis prodeſſem, & ipſe ex eorum memoria aliquid lucrifacerẽ. Dominum enim dicentem audio, qui confeſſus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo qui in cœlis eſt. Præterea compertum habeo, quod ſi eorum geſta apud homines memorię mãdato, ſentiam certe eorum de me memoriam apud Deum.

8 *Oleo quadrageſimæ tpe abſtinebat. Ecce quantæ obſeruantiæ apud Priſcos patres erat quadrageſima.*

VITA BEATI SIMEONIS MAIORIS PER Theodoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta. Alberico longo ſalentino Interprete.

Habetur in libro Philothei eiuſdem, & nouiſſime latina facta.

MAiorem uero Simeonem ſi quis ſciens, prudenſq; negligat, eiuſq; geſta ſilentio prętereat, iniuſtitiæ ſanè, atque inuidiæ notam non effugiat; quoniam neque laudanda laudat; neque pulcherrima facta imitari uolentibus, imitanda proponit. Ego, uerò non metu accuſationis, ſed laudis potius deſiderio ductus, uitam eius deſcribam.

Hic enim diu ſolitudine delectatus, anguſtamq; ſpeluncam habitans, nullo humano ſolatio fruebatur, ſolus enim uitā ducere, ac rerum omniū Deum aſſidue alloqui decreuerat. herbarūq; maxime 1 eſculentis ueſcebatur; Que quidem labore cœleſtis gratiæ theſaurum ſibi comparauerat. ita ut in feras truculentaſq; belluas imperium haberet. Hoc autem non fidelibus tantū, ſed incredulis etiam iudæis notiſſimum eſt. Quorū aliquos, cū oppidum quoddā extra noſtram regionem poſitū adirent, magnus, ac denſiſſimus imber adortus eſt, ita ut illius caligine impediti, atque oculorum aciem obtuſi, a recto itinere aberrare, & in ſolitudines incidere cogerentur; ubi neque uillā, neque antrū, nec uiatorem quempiam inuenientes, in ipſa continente perinde atque in medijs fluctibus uagabantur. Tandem in diui Simeonis ſpeluncam, tanquam in aliquem portū deueniunt, uidentq; hominē ſqualidum, ſordidum, laceriſq; pellibus 2 indutū humeros; qui eos, cum primum uidiſſet, ſalutauit: erat enim natura affabilis, cauſamque illorū aduentus interrogauit. Qui cum rem, ut geſta erat, narraſſent, atque iter ad oppidum oſtendi ſibi rogaſſent expectate inquit, aliquantulū; iam enim optati itineris duces habebitis; quibus obtēperantibus, illiuſq; dictis acquieſcentibus; duo leones aduenere, non toruo aſpectu, ſed leni ac manſueto, & qui ſe ad eius, tanquam ad domini nutū promptos eſſe ſignificabant. His igitur innuit, ut uiros illos in rectam uiam, unde aberrarant, reducerent.

1 Herbis maxime eſculentis uerſebatur ſanctus uir.

2 Vide ſancti patris indumenta qualia eſſent.

Quis quæſo fabuloſum hoc eſſe putet, cum cōmunes ueritatis hoſtes huius beneficij teſtes habeat? nā illi met, i quos collatum eſt, hoc ipſum prædicant; quod etiā magnus Iacobus mihi narrauit, qui ſe interfuiſſe dicebat, dum illi beato Maroni rem omnē exponerent. Quiſquis igitur, Iudæis ipſis miraculum confitentibus, non credit, mirum in magis incredulus eſt, quàm illi. ſiquidem illi, licet ueritatis hoſtes ſint, ei tamen aſſentiūtur; qui uero ſe amicos, & ſocios profitentur, ne hoſtibus quidem diuinā potentiam teſtificantibus credūt. Huiuſmodi miraculis uir ille diuinus factus inſignis, uicinorum barbarorum quamplurimos, qui ſe Iſmaelitas profitebantur, ad ſe trahebat. Quare quietis cupidus, ſpeluncam illā relinquere coactus eſt: multorumq; dierum confecto itinere, in montē peruenit, qui Amanus appellatur. Vbi cum multa diuini ſpiritus gratia prędıtus degeret, multis miraculis refulſit, & eius, quę nunc ibi uiget pietatis auctor fuit, & propagator. Sed quoniam omnia illius geſta narrare difficile eſt, mihique fortaſſe impoſſibile, unū attingam, ut quaſi quoddā exēplari aut eius circa miracula, apoſtolicę, propheticęq; facultatis charactere propoſito, qualis eius in reliquis geſtis diuinæ gratię potentia fue

rit, uolentes cognoſcere poſſint.

Cum meſſis eſſet, & ſegetũ manipuli in areas congererentur; uir quidam ſuis laboribus non contentus, ſed alieni appetens, uicini manipulos ſurripuerat: atque hoc pacto proprium augere cumulum conabatur; uerum eius furtum diuinam iram non diu effugit, cũ enim è cœlo flamma in aream cecidiſſet, comburi ſtatim incepit, ita ut miſer ille ad uirũ Dei non multum a uilla diſtantem confeſtim confugere ſit coactus. Quò cũ appuliſſet, ſuas calamitates, tecta tamen cauſa illarũ, exponit. iuſſus tamẽ id quod uerũ erat fateri, furtũ confeſſus eſt, timor enim inſtantis periculi ſe ipſum etiam accuſare coẽgit. Quod cũ accepiſſet uir ſanctus, pœnam

3 eum effugere non poſſe reſpondit, niſi 3 prius culpã expiauerit. Si enim, inquit, ſurreptos manipulos reſtitueris, diuinus ille ignis extinguetur. Videre erat properantẽ illum, ſurreptaſq́ue uicino ſpicas reſtituentẽ, ignemq́ue illum non aquæ, ſed uiri ſancti precibus extinctũ. Quod ſanè miraculũ non accolas tantũ, ſed omnem Antiochenorũ urbem, cui ea uilla ſubiecta erat, perterrefecit.

Tu qui negas ſatisfactionem canonicã eẽ partem neceſſariam pœnitentiæ, uide an ſanctus pater ſatisfactione expiandã furti culpam mãdauerit, an tãtum furi dixerit ſufficit tibi xp̃i paſsio, aut crede culpam tibi eſſe remiſſam?

Multi itaque ad ſanctum ſenem confugiunt; quorũ alij ut eius precibus diuinam a ſe iram auerteret, alij ut febrim ſedaret, alij ut ſuis morbis aliquid remedij daretur, rogabant. Ille autem affatim in eos ſuæ gratiæ fontes effundebat. Sed iterũ quietis cupidus ad Sinçum montẽ proficiſci decreuit; quòd cũ plerique uiri boni accepiſſent, capti eiuſdẽ uitæ deſiderio, unà cũ illo alacriter iter arripiunt. Multorum itaque dierum itinere confecto, in ſolitudines circa Sodomã perueniũt, ubi uiri manus è profundo loco ad cœlum ſublatas proſpiciunt. Quod ſanè primũ dæmonis eſſe illuſionem ſuſpicati ſunt. mox, cũ, poſt multas preces, idem cernerẽt, locũ illum uerſus iter arripiunt, conſpiciuntque anguſtum quoddã latibulum, quale ſibi uulpes parare ſolent, nihil tamen ibi amplius apparere animaduertunt. Qui enim extra latibulũ manus paulo ante ſuſtulerat, audito pedũ ſtrepitu, delituit. Senex aliquandiu dubius, cępit tandẽ rogare, ut ſi ille naturã haberet humanã, neque Dæmon eſſet, qui huiuſmodi ſimulachris hominibus illuderet, ſemetipſam quiſquis eſſet patefaceret: Etenim, ait, nos etiã ipſi monaſticam, quietamq́ue uitam ambientes, perq́ue has ſolitudines uagantes, in Sinçum montẽ Deum ibi adoraturi contendimus. ubi ſeruo ſuo Moſi ſemetipſum oſtendens, legis tabulas dedit. Non quod diuinitatẽ ipſam loco circumſcriptam eſſe arbitramur; audimus enim illum dicentẽ, quoniam cœlum, & terrã ego impleo, dicit Dominus, & quod complectitur orbem terrarũ, & omnes habitantes in eo, tanquã fines: Sed quoniã ab his, qui ardenter amant, non tantũ res amata, ſed loca etiã ueneranda, quę illius præſentiam uiderant, & uerba acceperunt, deſiderantur.

4 Cum hęc ſenex dixſſet, is, qui delituerat, ſemetipſum patefecit, 4 aſpectu agreſtem, coma ſqualidũ, uultu ſordidum, omnia corporis mẽbra lacerũ horridiſq́ue pellibus, & palmarũ folijs conſutis indutum. qui, omnibus pacis primùm ſalutatione donatis, qui nã eſſet: unde ueniret, & quo tenderent interrogauit. Senex cũ ad interrogata reſpondit, tum etiã unde illuc ueniſſet, & cuius rei gratia illiuſmodi uitæ rationẽ inijſſet uiciſſim rogauit. Cũ hùc loci, inq̃t, eodẽ quo uos deſiderio captus, p̃ficiſci decreuiſſem, familiarem quendã meũ, neque a mea ſententia alienum, mihi comitem

Semetipſum patefecit, aſpectu agreſtẽ, coma ſqualidum, & quæ ſequũtur. Vides ergo quod & ſancti uiri habent cultum ſuum, & propria corporis indumenta?

mitem aſciui; ſed prius nos ipſos mutuo iuramento obſtrinximus, quòd ne morte quidẽ ipſa ullo unquã tempore ſeparabimur. Dum itaq; per has regiones iter faceremus, ille morte præuentus occubuit hic, ubi ego, iuramento obnoxius, tellure pro uiribus effoſſa, corpus eius ſepulturæ dedi, iuxta quam altera mihi parata, uitæ finem expectans, domino conſuetum prӕſto miniſterium, ueſcorq; 5 palmarum fructibus, quos mihi frater quidam illius iuſſu, qui mei curam habet afferre conſueuit. 5

5 *Veſcor palmarũ fructibus: Ecce ſerui dei cibus.*

His dictis leo quidam procul apparuit, cuius aſpectu Simeonis comitibus perterrefactis, ille, qui in latibulo erat, conſurgens innuit leoni, ut ex alia parte ad ſe ueniat. Ille confeſtim obſecutus, aliunde accedit ad illum, palmarumq; racemũ affert; quo depoſito, iterum abiens procul ab illis aſſedit. Diſtributis itaque palmarũ fructibus, abſolutiſq; una cũ eis pſalmis 6 & precibus, primo mane ſalutatos, nouoq; ſpectaculo ſtupefactos, dimiſit. His ſi fidem quiſquam prӕſtare noluerit, magni Heliӕ uitã, & coruorũ miniſteria reminiſcatur, qui matutino tempore panem, ueſpertino autẽ carnes illi afferebant. Facile enim rerũ omnium creator, omne genus uictum famulis ſuis ſuppeditare poteſt. Sic etiã Ionã in uentre Ceti tres dies totidemq; noctes ſeruauit. Leoneſq; in lacu erga Danielẽ manſuetos reddidit inanimũque ignẽ non abſque ratione qui intus erant illuſtrare, qui uero foris comburere iuſſit. Sed hæc hactenus, nã de diuina potentia uelle demonſtrationem facere ſuperuacaneum arbitror. 6

6 *Abſolutis una cũ eis pſalmis & pcibus.*

Cum igitur ad optatũ montem perueniſſet; dicunt, hunc admirabilẽ ſenẽ in eo loco, ubi Moſes Deũ uidere dignus eſt habitus, (quod fieri poſſe ab humana natura comprehendit) genibus innixus nunquam inde ſurrexiſſe, donec diuina uoce fuiſſet admonitus, Deum eſſe illi propitiũ. Qđ cum per integram 7 hebdomadã feciſſet, nec unq; cibũ guſtaſſet, eadẽ uox iuſſit ut oblata acciperet, & cum alacritate comederet. Quare manũ extendens, duo poma inuenit, quæ cum pro dantis imperio comediſſet, omni robore ſe confirmatũ ſenſit, & maximo cũ gaudio socijs ſalutatis, omnibus lætitijs incedebat, tanquã is qui diuinam uocem audiuerat, cœleſtemq; cibum ſumpſerat. 7

7 *Orauit genuflexus & ieiunus ſanctus uir per integrã hebdomadam.*

Poſt hæc duas philoſophiæ ſcolas, alteram in dorſo montis, de quo dicebamus, alterã uerò in illius radicibus ӕdificauit. ubi uirtutis athletis congregatis, ſe utriſq; magiſtrum prӕſtitit & exercitatorẽ; ita ut dum illos ſolitos hoſtis incurſus doceret, uiciſſim ſupremi magiſtri gratiã admoneret. Illos præterea ad fortitudinem, & conſtantiam hortabatur; iubebatq;, ut erga ſocios modeſtiã, erga hoſtes audaciam prӕſeferrent, & magnanimitatẽ. Hæc illos docens, Hanc uitam ducens, huiuſmodi miraculis pollens, omniq; gloria ſplendens, huic laborioſe uitæ fine impoſito, ad beatam, perpetuamque migrauit. Immortalemque ſui gloriam & ſempiternam memoriam reliquit. Hunc autem uirum uidit, & ab eo benedictionem accepit beatiſſima mater mea, a qua multa eorum quæ dicta ſunt ſæpius audiui. Nunc rogo 8 ut eius orationum apud Deum aliquem fructum ſentiam, ac ſcio me impetraturum. Omnino enim ſui domini benignitatem imitatus, preces meas admittet. 8

8 *Orat ſanctũm uirũ ut pro ſe roget dominum, & confidit illũ admiſſurũ pces ſuas.*

Habetur in Philotheo eiuſdem, nunc primum latinis cognita.

VITA PALLADII SERVI DEI PER THEODORETUM epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, Alberico longo Salentino Interprete.

PALLADIVS autem uir ille notiſſimus, coëtaneus huc, et amicus, & familiaris, nec uirtute inferior fuit: Sæpius enim conueniſſe, & ex mutuis colloquijs uberrimos fructus cępiſſe dicuntur. quippe alter alterum incendebat, & ad rerum diuinarũ zelum prouocabat.

Hic aũt iuxtà oppidũ & magnitudine, & hominũ frequentia inſigne, quod Imme appellabatur, domũ quandam anguſtam habitabat. Cuius abſtinentiam, 1 uigilantiam & aſſiduas preces recẽſere ſuperuacaneũ eſſe duxi; quęcunq; enim de diuo Simeone dicta ſunt, de hoc etiam dici poſſunt, uterq; enim idem iugũ trahebat. Verũ, miraculum illud, quod illius opera factũ eſt; & cuius memoria uſq; ad hanc tempeſtatem durat, narrare operęprecium eſſe arbitror. Mercatus, quo mercatores, aliorũq; hominũ iumenta multitudo confluxerat, iuxtà idem oppidũ habebatur. Vnde mercator quidam, mercibus diuenditis, magnaq; pecuniarũ ſũma contracta, diſcedere decreuerat. At ſicarius quidem auri illius deſiderio captus, in tantũ furoris erupit, ut uigil totam noctem mercatoris diſceſſum obſeruaret ille poſt galli cantũ nihil mali ſuſpicatus, diſcedit. Cùm aũt eo perueniſſet, ubi hic pauloante ſe inſidijs collocarat, repente incuſſo in eũ uulnere, interficit, neq; hoc contentus ſcelere, aliud perpetraſſe dicitur. Sublato enim auro, cadauer ipſum prę magni Palladij foribus proiicit. Adueniẽte die, cũ fama uagari, & cõuentus omnis facinus illud ſummurmurare cœpiſſet, omnes ad magni Palladij domum impetũ faciunt, effractiſq; foribus irrũpunt, penaſq; ab eo exigi debere cõclamant, inter quos etiam flagitij auctor erat, atq; hoc fieri maxime inſtabat. Vir ſanctus, tanta hominũ turba circũuentus, oculos ad cœlum tollit, rogatq; dominum, ut detecto ſcelere, ueritatem oſtendat. Mox apprehenſa cadaueris dextera, dic, inquit, adoleſcens, quis tibi uulnus incuſſit? oſtende ſceleris auctorem, & innocentem ad huiuſmodi iniquo crimine libera. Vix ea dixerat, cũ conſurgens ille, aſſedit, cœpitq; omnes oculis obſeruare, mox homicidam digito oſtendit: Confeſtim clamor omniũ, & miraculo ſtupentiũ, et ſcelus abominantiũ ſequitur. Dein diligenter omnia perſcrutati, cum gladium cruentũ, tum etiam aurũ homicidij cauſam ſub ueſtibus inueniũt. Diuus aũt Palladius ut antea erat omnibus admirabilis, ita poſtea nemo ſatis illum admirari poterat. Facile enim ex huiuſmodi miraculo quanta ille apud Deum gratia floreret intelligebat.

1 *Superuacaneum duxi ſancti abſtinentiã uigilantiã & aſſiduas pces recenſere.*

2 *Miracula quæ poſt ſanctorũ mortẽ fiũt, ſplendorem uitæ illorum confitentur.*

3 *Confidit ſcriptor adiuuari precibus ſanctorum, quorũ uitas deſcribit, & quorum memoria lingua illius ſanctificatur.*

Fuit etiam eiuſdem ſcenæ magnus ille Abraames, qui locum quendam, quem Paratomum appellant incoluit, ubi cum omnibus uirtutis radijs refulſiſſet illius uitæ 2 ſplendorem confecta poſt eius obitum miracula teſtantur. Scatet enim eius ſepulcrum uſq; ad hanc tempeſtatem omni medicinarum genere. Teſtes ſunt illi, qui eas magna cum fide inde ubertim exhauriunt. Quamobrem rogo ut mihi dum eorũ memoria linguam meam ſanctificat, illorum 3 preces aliquid afferant adiumenti.

VITA APRHAATIS SERVI DEI, PER Theodoretum Cyrrhenſem epiſcopum ſcripta; eodem Alberico Longo Interprete.

Habetur & ipſa in Philotheo eiuſdē, & nunc primum Latinis cognita.

QVod omnium hominũ & Græcorũ & Barbarorũ ingeniũ idem ſit, multis ſanè uarijſq; argumẽtis diligenter periſcrutari uolentes, facile intelligere poſſunt. Verũ ſi Aphraatis uitam quiſpiam accurate conſideret, uel ex hoc ſolo ita eſſe deprehendat. Quanuis enim apud Perſas, populos ſanè profanos natus, atq; educatus, eorumq; legibus inſtructus fuerit, tamẽ tantam uirtutis gloriam conſecutus eſt, quantam uix illi, qui pijs maioribus oriuntur, & pietatem ipſam a teneris annis ediſcunt, attingant.

Primũ enim neglecto generis ſplendore, (quod ſanè clarũ erat, atq; illuſtre) maiores eius Magos imitatus, cæterorũ uero impietatem abominatus, ſe domino totũ addixit, & dedicauit. Edaſam itaq; urbem, magnitudine, & hominũ frequentia inſignem, ac pietate cæteris eius regionis urbibus antecellentem profectus domũculam quandam, extra mœnia poſitam inuenit. Vbi cum ſemetipſe cohercuiſſet, animæ ſalutem procurabat. & ut ſedulus agricola affectuũ ſpinis radicitus extirpatis, diuinaq; ſegete repurgata, euangelicæ plantæ fructus maturos domino offerebat. Mox Antiochiam ea tempeſtate hæreticorũ procellis fluctuantem petit: ubi quandam philoſophiæ ſcolã, prope urbem poſitam ingreſſu, græciq; idiomatis quaſdam uoculas aſſecutus, ad diuinos eius ſermones audiendos quamplurimos allexit. Et licet lingua ſemibarbara uteretur, mentis tamen ſenſa ita exprimebat, ut diuinæ gratiæ fontes imbibiſſe uiderẽ. Quis enim eorũ, qui linguæ elegantiam profitentur, qui contracto ſupercilio arroganter loquuntur, & ſyllogiſmorũ laqueis pueriliter ineptiunt, rudem, illam barbaramq; uocem potuit unq; ſuperare? Cum rationibus rationes, diuiniſq; uerbis philoſophorũ ſententias expugnabat, & cum beato Paulo rudem ſe oratione, at non ſententia profitebatur?

Cum hanc uitam degeret, &, iuxtà uocem apoſtolicã, ſenſus extenuaret, illoſq; uoluntati diuinæ ſummitteret, omnemq; intellectum Chriſto captiuaret, uidere erat eos, qui uel officio, uel dignitate, uel aliquo militari ornamento præditi erant quiq; manibus ſuis uictum querebant, Idiotas & milites, doctos & indoctos, pauperes & diuites, ad illũ confluentes; quorũ cũ ſilentio eius uerba capiebant, alij uero iterrogabant, & loquẽdi materiã ſuppeditabãt. Cùm tantũ laboris ſubiret, ſociũ tamen nunq; admiſit, ſed ſe potius laborare quam oblatũ ab alijs auxiliũ expectare malebat. Imò cùm in domus ueſtibulo concionem haberet, ipſemet adaperiẽs claudenſq; fores ingredientibus & egredientibus inſeruiebat. Nihil aũt ab aliquo ſuſcepit unq;, neq; panem, neq; obſoniũ, neq; ueſtem; ſed unus tantum familiarium panem illi ſuppeditabat.

Cum aũt decrepitus eſſet, poſt ſolis occaſum una 1 cũ pane oleribus uefcebatur. Vir quidã, qui poſtea illius prouinciæ præſes fuit, & conſul, cũ legatus ad Perſas miſſus eſſet, tunicam Aphraati apud illos cõſuetam attuliſſe, atque huiuſmodi uerba apud eum habuiſſe dicitur. Cum animaduerterem patriam, terrã, fructuſq; in ea natos unicuiq; hominũ eſſe rerum

1 Poſt ſolis occaſũ unà cũ pane oleribus ueſcebatur.

gni eius. quod etiam a diuo Paulo audiuerant, cũ iubet, ut homines orent ubiq; tollentes puras manus abſq; ira, & contentione. Quod ipſe etiã dominus cum Samaritanã mulierem alloqueretur manifeſtius prædixit, cũ dixit, Amen dico tibi mulier, quod ueniet hora, & nunc eſt, quando neque hic, neq; Hieroſolymis, ſed ubiq; terrarum patrem adorabunt. Hæc præclare ſcientes, & domi, & foris, & ut apoſtolico uerbo utar, publice, & priuatim Chriſtũ profitebantur. Et ut optimi imperatores ſuos tuebantur, hoſtes uero paſſim ſternebant. Verũ magnus quidem Flauianus, & Diodorus, ad hæc præclara facinora exercitabantur, quia & duces, & militaribus ſubiecti legibus erant. At ſapientiſſimus Aphraates, ſponte ſua huiuſmodi certamina ſubiuit. Cum enim antea quietũ, atq; tranquillum uitę genus elegiſſet, &, quod dicitur, extra teli iactũ aſſediſſet, urgente tamen bello, ocium repudiauit, quo ad tempus intermiſſo, ſe piorum phalangis anteſignanũ præſtitit. ita, ut multos, uita, uerbis, & miraculis uulneraret, ipſe autem a nemine uulneraretur.

Cum igitur aliquando in Polemicum gymnaſiũ, quo omnes Trinitatis propugnatores conuenerant, ſe conferret, iter eum per fluminis ripam facientẽ furioſo imperatori quidam eius familiaris oſtendit, qui cũ eum nunquã antea uidiſſet, tunc per quaſdam domus feneſtras interrogauit eum, quo ſic feſtinanter tenderet, preces, pro toto terrarũ orbe, atq; illius imperio oblaturus domino, reſpondit. Cur, inquit Imperator, tu qui monaſticam uitam, hactenus profeſſus es, omiſſa illa nunc in media hominum turba uerſaris? Ille autem, quoniã domini exemplo, parabolicè loqui conſueuerat, Dic, ait, quæſo, Imperator: ſi uirgo eſſem, et, dum in cubiculo clauſa degerem, paternas ędes ab aliquo incendi uiderẽ, ita ut omnes incendio flagrarẽt, quid nam faciendũ mihi cõſuleres? Oſcitãtémne incenſas illas negligere? nequaquã credo, quoniam illarum incendio mea ſane res ageretur. Quod ſi me omnia tentare, & aquam ferentẽ ignem reſtinguere oportuiſſe dices, cur nunc mihi hoc ipſum facienti ſuccenſes? idem enim quod tu quieſcenti in thalamo uirgini cõſuluiſſes, ego qui monaſticam uitã ante profitebar, nunc facere compellor. Tibi igitur ipſi potius ſuccenſeas, qui huiuſmodi flãmas ingeris in domum Dei, non mihi, qui eas conor extinguere: quoniã paternis ędibus igne flagrantibus opem ferre oportere tutemet confeſſus es. Quod autem terrenis parentibus cœleſtis ille pater dignior eſt, atque pręſtantior, unicuique uel diuinarum rerũ imperitiſſimo manifeſtum eſt. Nõ igitur ab inſtituto noſtro alienũ eſt, Imperator, pium gregem cuſtodire, ac paſcere. His dictis Imperator tacite aſſenſus eſt. non enĩ abſq; ratione dicta eſſe animaduertit.

Aderat autem quidam eorum, qui neq; in uirorum, neque in mulierum numero haberi poſſunt, & qui hac de cauſa ſe regi amicos eſſe putant, eiuſq; beneuolentiam aucupantur. Hic igitur cum diu in uirũ ſanctum debacchatus eſſet, mortem illi cõminatus eſt. uerũ non multo poſt audacię pęnas dedit. Dum enim Imperator in balneo cutem curabat, ille ad uas magnum calidæ aquæ plenum acceſſit ubi cũ ſuam formam ſolus contemplaretur in aquas cecidit, ibiq; excoctus animam efflauit. Poſt aliquot horas, cũ non reuerteretur, mittitur quidam ab Imperatore, ut illum accerſat. is reuerſus, neminẽ ſe inueniſſe renunciat. Quare multi eorũ accurrunt, uaſaq; omnia perquirentes, eũ in aquis exanimatũ inueniunt; ma-

gnoq; omniũ ululatu, alĳ aquam exhauriunt, alĳ miſerũ cadauer extra-hunt. Magnus inde terror Imperatori, ac cæteris contra pietatem armatis incutit. famaq; per uniuerſam ciuitatẽ uagator, quales ille in Aphraatem contumeliarũ pœnas dederit. ita ut omnes uno ore Aphraatis Deũ collaudarent. Quare multis uirũ ſanctum in exilium mitti urgentibus prohibuit: Perterrefactus enim Imperator huiuſmodi rem ſuadẽtibus obtemparenoluit. uirũ enim illum coluit ſemper, & obſeruauit. Nã ex alia re etiã uirtutem eius cognitam, atq; perſpectam habebat.

Cum enim equus quidã generoſus, & commodus, & Imperatori chariſſimus morbo quodam laboraret, Imperator ipſe moleſte ferebat. Vexabat autem equũ ipſum ſuperfluorum humorũ excretio, quare uocati ad illius curationem huiuſmodi artis periti, nihil omnino profecere. Cùm Imperator tum ille etiam, qui equorũ omnium curę pręfectus erat uir quidem pius, & in fide confirmatus ęgreferebat. Sed circa meridianã horam ſecum unà equũ ducens ad magni Aphraatis hoſpitium accedit, ſuaq; expoſita cauſa, & fide, rogauit, ut eius precibus equũ a morbo liberaret. Ille omni mora poſthabita, poſt aliquas preces, aquam è puteo hauriri iubet, quam 2 ſigno crucis ſignatam equo bibendã exhiberi mandat. Ille pręter eius conſuetudinẽ aquã ipſam bibit. Poſthęc benedicto oleo equi uterũ ungit, ita, ut cum primũ manu illum attigiſſet, a morbo liberaretur, & ſuperflua illa humorũ uis in naturalem, ac temperatã cõuerteret. Quare lętus ille equũ ad ſtabulum reducit. erat autẽ crepuſculum noctis, qua hora Imperator in ſtabulum ipſum deſcendere conſueuerat. Cum igitur illuc aduentaſſet, percontatur quomodo ſe equus haberet; ille equi ſalute annunciata, fortem, ſubſaltantem, hinnientem, & ceruicem concinne mouentẽ educit. Mox ſalutis cauſſam interrogatus; proferre illam uerebatur, timebat enim medicum illum fuiſſe fateri, cui Imperatorẽ infenſum eſſe ſciebat. Tandẽ coactus, ueritatem faſſus eſt; & medicinæ modum oſtendit. Perculſus Imperator, uirũ illum egregium, atque admirãdum eſſe confeſſus eſt. at non propterea conceptus ille furor deferbuit, ſed maius incrementũ accepit, donec Barbarico igne combuſtus, ne ſepulchrũ quidem uel ſeruo homine dignum aſſecutus eſt. Aphraates autem & in ea procella propriã uirtutem manifeſtauit, & in ocio quoq; a primo inſtituto non recedens, alia infinita miracula fecit. Quorum cùm unum & alterũ recenſuero, finem faciam.

2
Aphraates aqua ſigno crucis ſignata, & oleo benedicto, equi Imperatoris morbum curauit. Quid hic dicis tu qui creaturarum benedictionibus detrahis?

Cum mulier quędam nobilis genere flagitioſo uiro nupſiſſet ad uirum ſanctum proprias deploratura calamitates acceſſit, dicebat enim uirum meretricis amore captũ, & incãtationibus quibuſdam detentũ, ſecũ quotidie rixari. Hæc omnia narrabat mulier ſtans pro ueſtibuli foribus, unde mulieres ipſas affari conſueuerat: nullã enim intra ueſtibulũ admiſit unquã. Venerandam itaque mulierẽ miſeram uniuerſas illas incantationes precibus ſoluit. Mox olei uaſculo, 3 quod ab illa allatũ fuerat, diuini nóis inuocatione ſanctificato, dat, iubetq;, ut eo uirum ungat. Mulier his omnibus peractis uirũ ſibi reconciliat, confeſtim enim omnem amorẽ a meretrice in uxorem tranſtulit legitimumq; lectum inceſto antepoſuit.

3
Si ſanctificare oleum diuini nominis inuocatione ſuperſtitio eſſet, qũo oleum hmõi tantã efficaciam habuiſſet, ut deperditũ amore adulteræ uirũ ad legitimæ uxoris dilectionem conuertere poſſet?

Dicunt etiam, quod cum magna locuſtarũ uis, more flammę omnes terrę fructus, ſegetes ualet & plantas, & nemora, & prata deuaſtaret, uenit ad eum uir quidã pius, rogans, atque obſecrans, ut unico agello, unde

ſibi,uxori,filijs,& domeſticis omnibus uictum parabat,& regium tributum pendebat,opem ferret.Rurſus ille dominicā benignitatem imitatus, diuas aquę afferri iubet,manuq; illi impoſita, Deū rogat, ut elemēto illi ſuā gratiam impartiatur. Abſolutis precibus, iubet ut agelli fines aqua illa aſpergantur, quę pro imperio ſparſa,ſe inexpugnabile, atque inuiolabile illius agelli munimentū preſtitit. Nam cum uſque ad illius fines locuſtarū acies perueniſſet,diuinam 4 aquę potentiam uerita,& tanquā aliquibus habenis repreſſa retrogreſſa eſt.

4 *Acies locuſtarum diuinā aquę per ſanctum benedictę potentiā uerita eſt. & tanquā aliquibus habenis repreſſa,retrogreſſa eſt.*

Sed quid omnia diuini illius animi geſta recenſere oportet, Cū hæc ad diuinæ gratię potentiam quæ in illo erat oſtendendam ſatis ſuperq; ſint? Equidem ipſe adoleſcentulus adhuc una cū matre mea ad eū profectus, ſum,eiuſq; ſpectator fui,& una cū illa ab eo benedictionem accepi ſed illi pro ueſtibuli quidē foſibus, mihi uero intro admiſſo,ſuæ orationis theſaurum impartitus eſt: quā utinam nunc etiam me conſecutū ſentiam, cum illum 5 uiuere, & in angelorū chorum relatum multa gratia apud Deū florere credo; Quam ſanè gratiā tunc Deus mortali eius corpore metiebatur,ne ſi redundaret,deſidem illū redderet; nūc autē depoſito affectuū onere ut triumphator athleta a domino magni penditur, cuius rei gratia, eius apud Deū orationis 6 me participem fieri rogabam.

5 *Credit Aphraatem mortuum uiuere, et in angelorum chorū relatum, multa gretia apud Deum florere.*

6 *Ecce quō ſancti intercedunt ad Deum pro uiuentibus.*

VITA BEATI PETRI SERVI DEI PER Theodoretum Cyrrhi epiſcopum ſcripta,eodem Alberico longo Interprete.

Habetur in Philotheo eiuſdē,& nunc primum latinis incognita eſt.

GAlatarum alios occidentalē Europę partem habitantes audimus. alios autē ab eis ducentes originem,eam Aſię regionem,quæ iuxtà Euxinum pontū eſt incolentes uidimus. Ab his oriundus beatiſſimus Petrus, ſeptem annos, ab eius natali die apud parentes uixiſſe, reliquū uerò uitæ ſpacium in huiuſmodi philoſophię gymnaſiis confeciſſe dicitur. Cum autem nonū & nonageſimum ętatis annum ageret, uita defunctus eſt.Quis igitur eum, qui duos & nonaginta annos decertauit; & nocturnas, atque diurnas uictorias conſecutus eſt,ſatis pro dignitate laudauerit? Quæ lingua unquam ad omnia illius in omnibus ętatis gradibus geſta narranda ſuffecerit? quis ſudores recenſebit? quis tot eius paleſtras enumerabit? quæ unquam oratio uel ab illo ſparſa ſemina,uel collectos manipulos æquabit? Quę tàm alta mens eſt,quę ex pulcherrimis mercibus contractas opes cōmode complecti poſſit? Video ſanè rerum ab eo geſtarū pelagus, earumq; narrationem aggredi contremiſco, uereor enim ne mea demergatur oratio; Quamobrem profundis ipſius pelagi partibus illi relictis qui,iuxta diuina ſcripta, profunda inueſtigat, & occulta cognoſcit, deambulans per littus ab ipſa continente oculis altū mare percurram & admirabor.

Hic igitur Galatiæ primam paleſtrā exercuit,mox in Paleſtinam proficiſcitur,ut uiſis locis,ubi dominus paſſus eſt,in illis ſeruatorem Deū adoraret, Non quod illum loco circumſcriptū eſſe arbitraretur.ſciebat enim immenſam eius naturā circumſcribi non poſſe, ſed ut 1 oculos potius adamatæ rei aſpectu paſceret; ne ſolus animus ſpiritali frueretur alimento,hoc enim eſt amantū ingenium ut non tantū rei amatæ contemplatio-

1 *Vides rationē quare ſancti uiri ſuſcipiebāt peregrinationes ad loca ſancta.*

ne delectentur, ſed eius etiam domum, ueſtes, calceamenta, aliaq́; huiuſmodi magna cum delectatione ſpectent. Huiuſmodi amore capta ſponſa illa in canticis canticorum hoc pacto ſponſo ſuo canebat: ſicut malus inter ligna ſyluarum ſic dilectus meus inter filios ſub umbra illius, quē deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Vir hic igitur ſanctus eodē ſui ſpōſi amore captus, nihil abſurdi fecit, ſi ſponſæ illius uerbis uſus, flagrans amore, & quaſi umbrā aliquam ſponſi uidere geſtiens, in loca illa unde uniuerſo orbi ſalutis fontes emanarunt, profectus eſt. Aſſecutus igitur quod optabat, Antiochiam reuertitur, cuius urbis pietate perſpecta, patrio ſolo alienū antepoſuit, ciues reputans non contribules atque propinquos, ſed qui fidei, pietatisq́; ſocij eſſent.

Hic igitur habitaturus non ſcenam conſtituit, non tugurium cōpegit, neq; domū erexit, ſed omnem uitæ curſum in aliena ſepultura confecit, quæ tabulatū quendā habebat, ante tabulatū uero cancellum cui applicita ſcala aditū aſcendere uolentibus offerebat. ibi, tanquā in carcere cohercitus diu uixit. frigidamq́; a bibebat aquā, & ſolo pane non quotidie, ſed alternis diebus ueſcebatur. Cū ad illum furioſus quidā, & dęmonis ſpiritu exagitatus acceſſiſſet, oratione mūdauit eum, & a diabolica inſania liberauit. qui, recepta ſalute, cū diſcedere nollet, ſed collati in ſe beneficij aliquā ſeruitute pręſtanda rependere illi gratiā cuperet, rogaretq́; ut ſe famulū admitteret, precibus locū dedit. Vidi ego hunc, & miraculum in memoria habeo, & repenſam ſeruitio mercedē ſpectaui. Illos etiā de me, dum puer eſſem, ſermonē habentes audiui dicebat autē Daniel, ſic enim appellabatur, me etiā fore pulcherrimi illius miniſterij ſociū, uir autē ſanctus quanto ego amore parentes proſequerer animaduertens, hoc futurum negauit. Sæpe autē tenens me in ſinu, pane, atq; uua paſſa paſcebat, Cum.n. mater mea ſpiritus ſancti gratia pręditū illū probe intelligeret; ſemel me in hebdomada ad eius accepiendā benedictionē mittere conſueuerat. Iniuerat autem eius familiaritatem ex huiuſmodi cauſa;

a Bibebat aquam frigidam, & ſolo pane alternis diebus ueſcebatur.

Cùm alter eius oculus tali morbo laboraret, qualis arte medica depelli non poterat; nihil enim remedij ab antiquis ſcriptū neque a poſteris inuentū eſt, quod illi non admoueretur. Sed cū omnia nihil omnino proficere deprenſa eſſent, mulierū. Familiarium quędā de huius uiri uirtute mētionem fecit, atque, ut dictis fidem adhiberet, uxorē eius, qui ea tempeſtate rebus orientis præfectus erat, graui morbo laborantē ab hoc uiro precibus tantū & ſigno crucis liberatā narrauit. Quod cum mater accepiſſet, confeſtim uittis, & torquibus aureis, ſericiſq́; ueſtibus ornata ſe ad illum contulit, non enim uerā adhuc uirtutem attingerat, ſed inani iuuentutis, ac formę gloria titillabatur. Quam cū uir diuinus uidiſſet huiuſmodi, primū uerbis uanos illos ornamentorū affectus radicitus extirpauit. Dic mihi filia (ijſdē enim uerbis, quibus lingua illa ſanctiſſima uſa eſt, utar & ego) ſiquis pictor, artis peritiſſimus imaginē aliquam ad unguem exprimat, mox admiſſis ſpectatoribus ueniat quiſpiā picturæ nō æque peritus, ſed qui ſciat tantū quicquid in mentem uenerit citra delectū pingere, mox reprehenſis ijs quæ maximo artificio facta ſunt, ſupercilijs atq; palpebris longiores lineas appingat, uultū candidiorem faciat, & genis fucū illiniat, nonne iudices priorē illū pictorē meritó iraſci poſſe? certe; quoniam dum ſuę picturę ab imperita manu aliquid additur, maxima afficitur iniuria.

tur iniuria. Credite igitur illum rerũ omnium creatorẽ, totiuſq; naturę fictorẽ atque pictorem non mediocriter iraſci quoties ineffabilẽ eius ſcientiã, ut ignorantiã redarguitis nõ enim albo iſto ſiue rubro colore uoſmet inficeretis, niſi his additamentis ad formę perfectionẽ opus eſſe iudicaretis. Cũ aũt corporis formã huiuſmodi adminiculis indigere arbitramini, creatoris impotentiam accuſatis. Atqui, Dauid inquit, qđ omnia, quæ uoluit fecit dñs; dat igitur omnibus quod cõfert ad ſalutem, at negat quod nocet. Non igitur uobis Dei imaginem corrũpere licet, neq; ea uobis aſſumere, quæ ille ſapienter denegauit, neq; formam hanc adulterinam excogitare, quę uobis damnum affert, ſpectatoribus parat inſidias.

His auditis, optima mulier, confeſtim in Petri retia incidit, (quippe piſcabatur hic perinde atq; alius eius cognominis) Aduoluta igiť illius pedibus, oculo primũ aliquid remedñ adhiberi rogat, Ille uero ſe hominem eſſe eiuſdemq; naturæ, cuius & illa, magnoq; peccatorꝫ pondere oppreſſum, petere aliquid a domino non audere dicebat. Illa uero lachrymari, rogare, ſeq; inde non receſſuram niſi prius oculi ſalutem fuerit conſecuta affirmare ſolus (inquit ille) Deus remediũ afferre poteſt, ſolus tamen eſt qui benigne fidelium petitiones admittit. Quare huiuſmodi beneficium non mihi ſed tuæ fidei, modo firma ſit atq; ſincera pręſtabit. Quæ ſi talis eſt, medicis omnibus, eorumq; medicinis contemptis, hoc tibi remedium accipe. Manum 3 oculo imponit, factoq; ſalutis noſtræ ſigno omnem morbum depellit. Illa domũ reuertitur, ubi diluto a genis fuco, depoſitiſq; ornamentis, reliquũ uitæ ſpacium ad eam normam redegit, quam a Petro acceperat. Nam quamuis iunior eẽt, tertium.n. ac uigeſimũ ætatis annum agebat, tamen neq; ueſtiũ uarietate, neq; auro delectata amplius eſt. Poſt hæc ſeptimo anno me primũ, atq; ultimum peperit. In tãtum itaq; magni Petri conſilium, atq; remedium profecit, ut duplex ab eo beneficium, alterum corpori, alterũ uero animo ſe conſecutam diceret, tali & uerba & preces illius potentia pręditа erant.

3 *Tactu manus oculo appoſito, ac ſignaculo crucis facto, morbũ oculi mulieris ſanauit.*

Aliás cum ſeruũ coquum maligno ſpiritu uexatũ ad illum adduxiſſet, rogabat, ut illi opem ferret. Vir ſanctus oblatis Deo precibus, iuſſit Dæmoni ut cauſam afferret, quare in illam Dei creaturam haberet imperium. Ille aũt perinde atq; homicida, ſiue fur coram iudice conſtitutus, & cauſam dicere, ueritatemq; præter eius conſuetudinem fateri coactus, huiuſmodi uerba fecit. In urbe ſolis, huius ſerui domino ęgrotante, domina uero ęgroto aſſiſtente, ancillæ eorꝫ congregatę monachorꝫ qui Antiochiæ ſunt uitam, & quantam in Dæmones potentiam haberent, narrabant. Poſthæc ancillæ ipſæ, ut puellarꝫ mos eſt, dæmonio exagitatas mulieres perluſum agere incipiunt: ſeruus uero cilicio 4 indutus monachorꝫ more illas exorcizabat. Dum hæc agerentur, ſtans ego præ foribus domus, & arrogantiũ, quos de monachis habuerant ſermonum impatiens periculum facere decreui, an illi ea potentia præditi eſſent, quam puellæ affirmabant. Omiſſis itaq; illis, in hunc ingreſſus ſum, ſcire cupiens, quo nam pacto a monachis ipſis expelli poſſum; quod ſane iam didici, neq; alia experientia indigeo, tua enim opera iam expellor. hiſq; dictis aufugit. ſeruus autem liberatus eſt.

4 *Ecce apertum indicium quod antiqui monachi cilicio induebãtur; quia dicit monachorum more cilicio indutus.*

Poſt aliquot dies auia mea ex matre ruſticum quendam a dæmonio uexatum ad uirum ſanctum adduxit, petiitq; ab eo auxiliũ. Ille rurſus cuius

eſſet, & quanam de cauſa imperium in illum haberet, interrogat. Quo nil
5 reſpondente genibus 5 innixus Deum rogat, ut ſuorum famulorum potentiã
Orat ſanctus genibus innixus. iniquo dęmoni patefaciat. Poſt preces cõſurgit, nil ille reſpondet, pergitq́
ita uſq; ad nonam horam. Vir ſanctus fuſis ardentius precibus cõſurgit iterum atq; ait. non tibi Petrus, ſed Petri Deus imperat, quare illius coactus imperio reſponde. Erubuit dæmon, quamuis natura ſit impudens, uiri ſancti modeſtiam, altaq́ uoce clamauit, et dixit. Cum in Amano mõte ocioſus eſſem, hunc a puteo quodam aquam haurientem, atq; bibentem aſpicio: quare corpus eius ingreſſus illud habito. At exi inquit uir ſanctus in nomine eius, qui pro uniuerſo terrarum orbe crucifixus eſt. his uerbis perterritus dęmon, aufugit, et liberũ a rabie ruſticũ auię meę reliquit. Multa alia huiuſmodi ſanctiſſimi illius animi geſta narrare poſſem, quę de multorum uel ritus imbecillitate prętermitto, nam propriam naturam perpedentes aliquid ſanctorum uirorum miraculis fidẽ non pręſtant. quare uno duobuſue tãtum narratis ad alium me conuertam,

Olim quidam præfectus militum libidinoſus, ac petulans innuptæ cuiuſdam puellæ, quæ in ſua diœceſi, erat captus amore, illam ſollicitabat.
6 quæ, relicta matre, cæteriſq́ domeſticis in mulierũ cętum, quæ 6 in monaſterio uitam degunt, ſe contulit: mulieres enim æque ac uiri ad beatum
Vides quod etiã Monialium monaſteria antiquiſſima ſunt? finem uirtute, laboribuſq́ contendunt. Cuius accepta fuga, pręfectus puellæ matrem uerberibus ceſam coniecit in uincula, neq; prius eam inde exemit, q̃ ſanctarum mulierum monaſterium oſtendiſſet. Quare nefaria impulſus rabię, inde puellam abſtrahit, propriamq́ domũ ducit, ſperatq́ miſer conceptam ſe libidinem poſſe explere. Sed qui Pharaonem maximis plagis affecit propter Saram Abraham uxorem & ſodomitas in hoſpites incorporeos debacchari cogitantes, cęcitate percuſſit, idem etiã huius oculis offuſa caligine, prædam è medijs laqueis liberauit. ita ut illo thalamũ ingreſſo, ea, quæ intus aſſeruabatur, continuo euaderet, & ad optatũ monaſteriũ confugeret. Quare cũ animaduertiſſet inſanus eam ſe expugnare non poſſe, quæ diuinũ ſponſum cæteris antepoſuerat, furorem deponere, & diuina potentia munitam dimittere coactus eſt.

Eadem puella procedente tempore graui cãceris morbo oppreſſa eſt, quo cũ mammillę extumeſcerent; & dolor creſceret, cum maxime dolore laborabat, tum magni Petri nomen appellabat; dicebatq́, quod ſtatim uoce illius audita, ceſſabat dolor: quare ſæpius illum acceſſi iubens, tot malis hoc tantũ ſolatium habebat, Quãdiu enim ille aderat, tandiu dolor quieſcebat. uerum poſt multa certamina poſtq́ multas uictoriæ laudes ex hac uita migrauit. Idem matrem meã poſt meos natales uocatus a nutrice, propè a morte reuocauit. Cũ enim magno morbo laboraret, mediciq́ ſalutem eius deſperaſſent, propinqui omnes illam tanq̃ uita defunctã lugebant; animaduertebant enim graui æſtuantẽ febri, obtuſa oculorum acie neminem dignoſcere. Sed aduentãte illo, qui apoſtolico nomine gratiaq; uere fulgebat, & Pax tibi, filia, dicente, (hoc modo enim ſalutare cõſueuerat) Confeſtim oculos aperuiſſe dicitur, & illum attẽte ſpectaſſe, ita ut fructum quem ab eiuſmodi ſalutatione cœperat pręſeferret. Quare, cùm præ mæſtitia ſimul, & lętitia mulierũ turba cœpiſſet ululare, illarum ſedatis uocibus, iuſſit ut unà ſecum orationi operam darẽt. Sic enim Tabitam ſalutem aſſecutam dicebat. Viduis itaq; mulieribus lachrymantibus, & Petro ca-

rum lachrymas offerente Deo,id euenit,quod ille prędixerat. Nam 7 facto orationis fine,reliquit eam morbus; nam ſudore undiq; emanante,febris extincta eſt,manifeſtaq; ſalutis ſigna apparuerunt. Huiuſmodi miracula etiam hoc tempore facit dominus per ſeruos ſuos.

7 *Oratione ſanauit ſanctus uir matrem ſcriptoris magno morbo laborantem.*

Huius etiam ueſtes eandem quam beatiſſimi Pauli uim habebant,neq; hoc hyperbolicè dictum exiſtimari uelim. ueritatem enim ipſam meis uerbis aſtipulantem habeo,nam cum propriam 8 zonam, quę lata erat,& longa,Craſſo lino contexta,bifariam incidiſſet,dimidia ſuos lumbos cinxit;dimidia uero meos. Hanc cum ſæpius ægrotanti mihi, & patri etiā matri imponeret morbū omnem depellebat. Ipſa etiam huiuſmodi remedio morbo aliquo laborans plerunq; utebatur. Vicinorū quoq;, ac familiariū complures cum zonæ uim accepiſſent,illius ope a morbis liberabant, donec neſcio quis acceptam beneficij imemor, non amplius reſtituit: Hoc pacto munere illo priuati ſumus. Sic ille ſplēdens, ſuiſq; radijs Antiochiā omnem illuſtrans,uita exceſſit. & ad ſtatutam triumphantibus coronam contendit. Ego uero 9 quam uiuo illo ſum gratiam aſſecutus, eandē ab eo uita defuncto impartiri mihi obſecrans,aliam narrationē aggrediar.

8 *Ecce quomodo ueſtes & Zona ſancti uiri gratiarum beneficia præſtabāt, qđ ipſum ſplēdori innocentis uitæ eius atteſtabatur.*

9 *Obſecrat impartiri ſibi tādē gratiā a ſancto defuncto quā uiuo illo erat aſſecutus.*

VITA THEODOSII SERVI DEI PER Theodoretum epiſcopum Cyrrhi ſcripta, eodem quo ſupra interprete.

Et hæc habetur in libro eius qui Philotheus inſcribitur, ac nouiſsime latine reddita.

RHoſus urbs eſt Ciliciæ, quæ Sinum illius prouinciæ nauigātis dexteram ſpectat. Huic ex ea parte,quæ intra ſolem orientem, & meridiem eſt,mons editus, magnus, & opacus adiacet; quem propter nimiam arborū denſitatem ferę quamplurimæ incolunt. In hoc monte rupe quadam iuxta mare inuenta,magnus ille Theodoſius ex urbe Antiochia,clariſq; maioribus oriundus peranguſtam domū ædificauit: ibiq; neglecto generis ſplendore,atq; alijs huiuſmodi, euangelicam uitam inſtituit; & precioſam illam margaritam iuxtà ſeruatoris uerba coēmit.

Eius abſtinentias, 1 uigilias,cōfectaq; ex pilis indumēta illis recenſere, qui hæc omnia in ſocijs & ſectatoribus eius, tanq; in ſpeculo intueri poſſunt ſuperuacaneum eſſe duxi, quanquam ille tanto ardentius, rigidiuſq; ſe macerabat quantò magis ſe diſcipulorū exemplum fieri cupiebat. Nā præter hæc magnum ferri pondus ceruici,lumbis ambabuſq; manibus impoſuerat. Comā uero ſqualidam, & ultra pedes portentā,ſed fæmoribus alligatam gerebat. Orationi, 2 & hymnis aſſiduam operam nauabat. Iram, concupiſcentiam, ſuperbiam, cæteraſq; huiuſmodi belluas uirtute domabat. Labores laboribus addebat, ita ut nunq; ocioſus eſſet,ſed modo ſportulas,modo calathos ex uiminibus contexeret,interdum hortulos in rupe pararet,qui ex oleribus quotidianum uictum ſuppeditaret.

1 *Non uult recenſere abſtinentias & uigilias ſancti,confectaq; ex pilis indumenta.*

2 *Orationi & hymnis aſsiduam operam dabat.*

Procedente uero tempore, cum eius nomen pro ora omniū uolitaret, multi eiuſdem uitæ deſiderio capti, ad illū undiq; confluebant;quos omnes admiſſos huiuſmodi diſciplinam inſtituebat. Videre itaque erat hos uela,illos cilicia,alios calathos,alios ſportulas contexentes,nonnullos uero terrā fodientes. Et quoniam locus ille maritimus erat, confecto nauigio,uel cū ſociorum opera efferre,uel cum res ad uictū neceſſarias afferre uellet,utebatur. Nam Apoſtolicę uocis memor; noctæ atque die labo

„ rantes ne alicui ueſtrum oneri eſſemus. Et; Manus hæ mihi, & his qui
„ mecum erant, uictũ ſuppeditabant; ſeq; & ſocios exercebat aſſiduè; cor
poris enim ſudores ſpiritalibus laboribus conferre admodũ exiſtimabat.
Abſurdũ enim eſſe, dicebat, eos, qui in cõmuni uita uerſantur, defatigari,
affligiq; quotidie, ut uxores, & filios alant, ut tributa pendant, ut uectiga
lia ſoluant, ut Deo primicias offerant, & res ad uictũ neceſſarias compa/
rent, nos uero, paruo admodũ uictus, atq; ueſtitus adminiculo contenti,
hęc nobis ipſis tantũ parare non poſſe, ſed ocioſos frui quęcunq; alienis la
boribus parta ſunt. His uerbis, atq; aliјs huiuſmodi illos hortabatur ut
laborarent. Quare diuinis officiјs ſtatuta hora peractis, reliquũ temporis
alicui operi faciendo impendebant.

Hoſpitum prȩterea curã habebat non paruã eiſq; accipiendis illos prȩ
ficiebat, quos manſuetudine, modeſtiaq; probe ornatos, & in proximos
bene affectos intelligebat. Ipſe præterea accuratè uidebat, ut omnia ex-
acte, & ꝓ dignitate fierẽt. Quare ita prȩclarus magniq; nominis effectus
eſt, ut qui nauigabant, Theodoſii Deum in periculis inuocarent; qua in-
uocatione maris æſtum omnino ſedabant. Quin crudeles impiјq; hoſtes,
qui tunc bonam orientis partem diripuerant, & in ſeruitutem redegerãt,
Theodoſiũ ipſum uerebantur. Quis enim eoꝝ qui has regiones incolũt,
eſt, qui neſciat, quot & quanta damna ab eis qui Solymi prius dein Iſau/
ri appellati ſunt, eo tempore nobis illata fuere? direptis tamen urbibus,
combuſtiſq; caſtellis omnibus quæ in eorũ poteſtate habere potuerunt,
ſcolæ illi tantũ pepercere; unde pane ſolum accepto, iuſſiſq; monachis,
ut pro ſe orarent; illęſos, atq; intactos reliquere. hoc autẽ non ſemel ſed
bis fecere. Eccleſiaꝝ tamen proceres, ueriti, ne Diabolus incuſſo Bar-
baris opum deſiderio, auctor eis eſſet, ut prȩclarũ uirum caperent, ad quẽ
redimendũ immenſum auri põdus conferre chriſtianos oportuiſſet, duo-
rum procere exemplo admoniti, pro quibus captis quatuordecim mill-
bus aureorum nummorum datis conuenere ut illinc diſcederent, & quo
uellent abirent. perſuadẽt Theodoſio, ut ſe Antiochiam recipiat. Quo ꝑ/
fectus, ſcholam in ripa fluminis ædificat, omneſq; eiuſdem diſciplinæ
3 appetentes ad ſe trahit, ſed paulo poſt uita 3 defunctus in angelicũ cho
rum migrauit.

3 Vita defunctus in angelicum chorũ migrauit.

Cum itaq; cadauer per urbẽ mediam ferretur, ferrea illa zona haud ſe-
cus atque aurea corona refulgebat. Quod cum omnes urbis magiſtra-
4 tus ſequerentur, de ſubeundo 4 feretro contendebant, omnes enim ali-
quid beneficiј ſe inde conſequuturos ſperabant. Interea ad ſanctorũ mar
tyrum templũ fertur, Iuliani ueræ pietatis athletæ, propugnatoriſq; ſo-
cius, & cõtubernalis, in eodemq; ſepulcro collocatur, ubi ſanctiſſimus,
ac beatiſſimus Aphraates reconditus fuerat: Gregis uero curam Hella/
dius uir ꝓclarus ſuſcepit: qui ſexaginta annos onus illud ſuſtinuit. Poſt
hæc in Ciliciam ad epiſcopatũ diuinitus aſſumptus eſt. Cȩptum tamen
diſciplinam nunquã omiſit, ſed prioribus laboribus, epiſcopatus etiã ſudo
res in dies addebat. Huius autẽ diſcipulus Romulus illius gregis cuſtos
declaratus eſt; permanſitq; Cȩtus ille, ſub eiuſdem politiæ legibus uſq;
ad hanc tempeſtatẽ; oppidum autem Marató Syra lingua dictum, ſcolȩ
adiacet. Ego uero huius narrationis facto fine, rogo ut eius gratiam me cõ
ſecutum ſentiam.

4 Ecce ſolenne funus ſancti uiri, qui in tẽplo ſancti Iuliani iuxta beatiſſimũ Aphraatem ſepelitur.

VITA

VITA BEATI ROMANI MONACHI,

per eundem Theodoretum ſcripta, eodemq; quo ſupra Interprete.

Eſt in lib. ubi ſupra, & nunc primum latinis in lucem edita.

MAgnus itaque Theodoſius Antiochia oriundus, in Rhoſęis montibus exercitus, mox in patriam reuerſus, huiuſmodi uitæ finem habuit. Diuus Romanus Rhoſi natus & educatus, Antiochię propriam uirtutem dimicando patefecit. nam extra urbis mœnia, in montis radicibus alienam quidē, ſed anguſtiſſimā domum habitans, neque ignis neque lucernę adminiculo uſus eſt unquam pane 1 tantū, & ſale ueſcebatur, aquā fontis bibebat. Comam, ueſtem, & ferri pondus quale magnus Theodoſius, habebat, eademq; morum facilitate præditus erat. Quare diuinæ gratiæ ſplendore illuſtratus; ea ſæpe ſecum uerba repetebat, Ad quem autē reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementē ſermones meos? Et rurſus quod ſuis diſcipulis dixerat dominus diſcite a me, quoniā mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus ueſtris. & rurſus, beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrā, hac enim uirtute Moſes precipue pollebatur, erat enim omniū hominum manſuetiſſimus. Hoc etiā Dauidi prophetæ ſpiritus ſanctus attribuit. Memento, inquit, domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Audiuimus etiam de Patriarcha Iacob quod manſuetus eſſet.

1 Pane tantum et ſale ueſcebatur, aquā fontis bibēs. Vide ergo abſtinentiam ſancti, et ciborum delectū.

Has igitur uirtutes qualis apes ex diuinis pratis decerpens, ueræ ſapiētie mel conficiebat. Verū non ſolus illo fruebatur, dulciſſimos enim liquores in alios etiā effundebat? ita, ut erga eos, qui ad ſe ueniebant, manſueta iucundaq; uoce uſus, multa de amore in proximū, multa etiā de concordia, & pace diſſereret, Quam plurimos etiā ſola præſentia ad diuinarum rerū amorem excitaret. Quis enim tantū ſenem macie 2 confectū, ferro onuſtum, cilicio indutū, tantoq; uſum cibo, quantus ad arcendam ex inedia mortē ſatis eſſet, non admirarēt? Ad hęc ſpiritus ſancti gratia, quæ in eo uigebat, omnes ad illius cultum, & obſeruantiā impellebat. Diuerſa enim morborū genera ſępe a multis depulit, non paucos etiā ſterilibus mulieribus partus conceſſit. tantaq; ſpiritus ſancti gratia diues, & opulentus, pauperem tamen ſe, atq; mendicum profitebatur.

2 Ecce ſenem macie confectum, ferro onuſtū, cilicio indutum, tenuiſſimoq; uſum cibo.

Cum igitur uniuerſis, qui ad eum confluebant, & præſentia & uerbis profuiſſet, uitæ finē impoſuit, & in 3 angelicos choros aſſumptus, perpetuam ſui, ſempiternamq; memoriā reliquit. Vnde uolente, uberrimos fructus capere poſſunt. Ego igitur huius gratiam aſſecutus, ad aliorum athletarum uitam pro uiribus enarrandam aggrediar.

3 In angelicos choros aſſumptus.

Eſt in libro Philothei eiuſdem, & nunc primum latinis cognita

VITA BEATI ZENONIS MONACHI, PER

Theodoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, Alberico longo ſalentino Interprete.

ZEnonem uirum ad mirabilem, nec multi norunt, nec ſi norint ſatis pro dignitate admirentur. Hic multis opibus, quas poſſidebat in ponto, ubi patria terra erat, relictis, ad Regem opulentiſſimū ſub cuius ditione ea tempeſtate Cappadocia erat, ſe contulit. apud quē

multas, ut ipſe dicebat, opes ſibi comparauit. Mox Regia liberalitate dignos fructus protulit. Valente enim imperatore uita defuncto militarẽ, Zonam depoſuit, atque in tabellariorũ numerum relatus eſt. Poſthęc in ſepulchrũ quoddam, cuiuſmodi multa ſunt in monte Antiochiæ adiacente ſe recipiens, ibi habitabat. animoq́; ab impijs cogitationibus ſoluto, res tantũ diuinas, & quo nam pacto ad Deũ aſcendi poteſt conſiderabat, ita ut columbinas alas habere, quibus ad cęleſtes ſedes uolare poſſet cuperet. Quare non

1 mensam, non lucernã, non focum, non ollam, non uas oleariũ, nõ arculam, non librum, neque aliud quippiã pręter ueterem atque laceram ueſtem, & crepidas ex contextis funibus pertuſiſq́; ſoleis confeſtas habebat. Familiariũ autem unus binis quibuſq́; diebus 2 unicum panem ad neceſſarium uictũ ſuppeditabat. aquam procul exhauſtã proprijs humeris ferebat. Quare cũ quidam onuſtum illum uidiſſet, rogauit, ut ſinat leuari ſibi pondus. Ille cũ gratias egiſſet, aquã ſe bibiturũ negat, quę alieno labore ſibi allata fuiſſet. Quibus uerbis cũ nihil proficeret, ambas illi amphoras, quas utraq; manu ferebat porrigit, mox cũ in domus ueſtibulum adueniſſent, effuſa aqua illa, ad fontẽ reuertit, uerbaq́; re ipſa confirmat.

1 Ecce uobi ncatiã ſancti uiri paupertatem ecce tenuem humilemq; ueſtitum.

2 Cibus ſancti, unicus panis erat, binis quibusq; diebus propinatus, potus, aqua procul exhauſta, et proprijs humeris lata. Quid abſtinentius hoc uiro excogitari poteſt?

Ego etiam cũ ad eum uidendũ in montem profectus eſſem, uidi illum utraque manu amphoras ferentẽ quem cũ rogaſſem ut admirabilis Zenonis hoſpitium oſtenderet; ille, huiuſmodi cognominis monachum ſe uidiſſe negat. Ego uero ex uerbis illũ eſſe conijciens ſequor, ingreſſuſq́; domũ, alterum lectũ ex feno confectum, alterum uero, ferri idoneũ lapidibus ſubſtratum, aſpicio, hac de cauſa, ut arbitror, ut quicunq; hoſpes aduentaſſet in eo commode iacere poſſet. Cum igitur me interrogante, ille uero reſpondente, multa de philoſophia diſſeruiſſemus, diſcedere cupiens rogaui, ut ſuæ benedictionis munera mihi impartiret. Ille, nos inquit potius accipere a nobis benedictionẽ decet. Nos enim priuati ſumus, nos duces nam eo tẽpore ſacra ſcripta christiano populo forte explanabam. ego adoleſcentem me, & immaturę ętatis eſſe dicens, quippe uix iuuentutis annos attigerã, iuro me ad illum non amplius reuerſurum, ſi tunc id facere compulſus fuiſſem. Is dato tandem precibus loco, cępit orare, multaq́; inter orandũ in ſui excuſationem afferre, ſe id beneuolentiæ, atque obedientię, gratia, non alia de cauſa factum, cum enim prope illum orantem eſſe, quæcunq; ille diceret, audiebam

Quis igitur ſenem uirum quadraginta annos diuino exercitũ miniſterio, tanta modeſtia præditum pro dignitate admiretur? Quis tantã animi magnitudinem, & uirtutis opes laudibus unq; equabit? Qui ſumma contentus inopia, in ſacrũ templum ſingulo quoq; die dominico cum alijs conueniebat, ubi diuino uerbo, a doctoribus audito, factus myſticę menſe particeps, in uacuum illud hoſpitium reuertebatur, quod cũ nullum cuſtodem haberet furibus tamen inacceſſibile atq; inuiolabile erat. Quinimo tanta premebatur inopia, ut ne

3 libellũ quidem haberet. ſed quotieſcũq; legere aliquid animus eſſet, ab aliquo familiariũ acciperet, mox eum perlectũ reſtitueret. At quanuis domus eius neq; ſerã, neq; uectẽ, neq; aliquid nutrimenti haberet, diuina tamen potentia illã cuſtodiebat, quod ſane res ipſa manifeſtauit. Cum.n. Iſaurorũ exercitus nocte arcem cœpiſſet, & apparente aurora uſq; ad montis radices in actionẽ fuiſſet, multoſq́; mona-

3 Hic hic pfectus erat euãgelicæ paupertatis ſectator.

chos,& monachas paſſim obtrũcaſſet,uir tñ diuiniſſimus alioꝝ ſtragem intuitus,precibus, 4 eoꝝ oculis caliginẽ offũdit,ita,ut dum præ foribus eſſent,aditũ non uiderent.&(ut nobis poſtea,ueritatẽ ipſam teſtatus narrauit)tres adoleſcentes omnem barbaroꝝ turbã fundentes,atq; fugantes uideret,& qualis eſſet Dei potẽtia manifeſte cognoſceret.Quę igitur eius uita fuerit, & quanta gratia uir hic ſanctiſſimus apud Deum floruerit ex his quæ dicta ſunt facile poſſet intelligi: Verum illud ſilentio prætereundum non eſt.

4 Precibus oculis Barbarorum caliginem offundit.

Moleſte ferebat ſe opes aliquas poſſidere,nec poſſe illas, ut lex 5 euãgelica præcipit uendere,ac diſtribuere: Cum.n.fratres cum quibus omnia cõmunia habebat,ímaturæ adhuc ætatis eſſent,ſe portionẽ ſuã diſtribuendam accipere, aliíq; totius patrimonij partẽ uendere nolebat. uerebat.n. ne emptores auaritia ducti,aliquid in fratres molirentur,ſibiq; notam aliquã inurerent.Talia ſecum uoluens,diu uenditionem diſtulit,demũ familiariũ cuidam diuenditis omnibus, bonam precij partẽ diſtribuit. Mox cum in morbũ quandam incidiſſet,uocato ciuitatis epiſcopo, Erat aũt is magnus Alexander pietatis ſplendor,uirtutis columen,ſummęq; philoſophiæ ſimulacrũ.Qui cum ueniſſet, ades,inquit,diuinum caput,eſtoq; mihi optimus haꝝ pecuniaꝝ diſtributor,atq; ita diſtribuas,ut coram ſummo iudice mox rationẽ relaturus, nam iuſſus ego è uita diſcedere, has etiam, quemadmodũ alias diſpenſare non potui. Quare te epiſcopum, & epiſcopo digna facientẽ huic rei præficio.His dictis non multò poſt,ut Olympicus uictor,è uitę curriculo,non apud homines tantũ,ſed ẽt apud angelos, pro meritis, laudem aſſecutus, diſceſſit. Ego uero hoc etiam apud Deum 6 mihi deprecatore conſtituto, ad alium me conuertam.

5 Tu qui dicis paupertatem euangelicã nolentibus tendere ad perfectionem non habere mandatum domini, uide quid hoc locò hac de re dicatur

6 Si ſcriptor conſtituit ſanctum uirum ꝑ ſe apud Deum precatorem, conſequens eſt, ut ſancti in cœlo orẽt deum ꝑ uiuentibus.

VITA MACEDONII SERVI DEI PER Theodoretum epiſcopum Cyrrhi ſcripta, Alberi.o eodem longo Interprete.

Eſt in Philotheo eiuſdẽ; & nunc primum latinis cognita.

MAcedonium autem cognomento crithophagum(quod ſanè cognomen impoſitum illi eſt, quoniam ordeaceo cibo ueſcebatur) nouerunt quidem non tantum Phenices, Syri, ac Cilices, ſed his etiam finitimi, atq; uicini populi; eorum enim alij illius miraculis interfuere, alij uero famâ,quæ regiones illas omnes peruagabatur, accepere.Nec tamen omnes nouiſſe omnia potuere, at quod nouere, iure quidẽ admirantur, atq; ſuſpiciunt. Quare ego qui me melius quam cæteri omnes nouiſſe illum intelligo,ſuo enim iuſſu domũ eius quotidie frequentabam, omnia eius geſta narranda pro uiribus aggrediar. Ne tamen admiretur aliquis quòd hunc illi locum dederim, neq; inter primos collocauerim, non enim id feci, quoniam illum uirtute inferiorem exiſtimauerim; ſed quoniam diutius,quàm illi, de quibus mentionem feci, uixit, & poſt illos uita defunctus eſt.

Hic igitur paleſtras,& ſtadia in montiũ cacuminibus habuit, neq; 1 ſemper eundem locũ incoluit,ſed modo huc,modo illùc uagabatur.Hoc autem non locorum odio faciebat, ſed ut eorum turbam fugeret, qui ad ſe undique confluebant. Quinq; autẽ, & quadraginta annos in huiuſmodi uitæ genere uerſatus,nunquam tentoria, neq; tuguria,ſed cauernas ha

1 Non accipiat ex hoc loco argumẽtum hæreticus,quod antiqui monachi huc illucq; uagabantur,et quãdocunq; uolebant ad monaſteria reuertebantur, quia præter id qđ ſanctos hic ex anachoretis potiꝰ quã ex Cœnobitis erat, uagatio eius non ex uagatione mentis et inſtabilitate cordis ꝓcedebat, ſed ut turbas hominum ad ſe uenientium fugeret

queadmodum et ſanctum Hilarionem ſe uiſſe comperimus.

bitabat. quamobrẽ multi illum Gubbā Syra lingua, quod noſtra cuniculum ſonat appellauere. Cum autẽ ad ſenectutis annos perueniſſet, amicis rogantibus obſecutus, Tuguriolũ, mox domunculas, ne has quidem proprias, ſed alienas, quinque & uiginti annos habitauit. Septuagin ta igitur annos ſe huiuſmodi laboribus exercuit.

2 Vide ſi abſtinentiorem hoc uiro unquā inueniſti.

Alias, uoluptatem. nam τρυφὴν habent alij codices.

2 Veſcebatur autem non pane, neq; aliquo leguminũ genere, ſed 2 ordei priſanario aqua tantũ madefacto, cuiuſmodi cibum mater mea illi familiaris diu ſuppeditauit. Ad quam cũ olim morbo quodam laborantẽ ueniſſet; audiſſetq; nolle illam eum cibum ſumere, quem medici pro recuperanda ſalute præceperant; quippe poſt uiri mortẽ monaſterio ſe addixerat; hortatus eſt, ut medicis morem gerat; cibumq; illum non Cibum ſibi, ſed medicinam exiſtimet; non enim uictus, ſed ſalutis cauſa exhibebatur. nam & ego, inquit, quadraginta annos cibo uſus ordeaceo tantum ut noſti, cum in morbũ quendam incidiſſem, iuſſi familiari meo, ut mihi panis aliquantulũ peteret, & afferret: putabam enim, quòd ſi eo morbo uictus occubuiſſem, pęnas diuino iudici dediſſem, eo quod in prælio locum deſeruiſſem, & ſeruitutis labores effugiſſem; cum enim exiguo cibo mortem arcere, uiuuſq; multas ærumnas non 3 ſine magna mercedis ſpe ſuſtinere potuiſſem, inedia mori, quàm philoſophicè uiuere maluerim. Quare metu perculſus, obtuſa mentis acie panem afferri mihi iuſſi, allatumq; comedi teq; admoneo ut non ordeaceum amplius cibũ, ſed frumentaceũ mihi panem deinceps conficias. A ueraci ergo lingua audiuimus quadraginta annos ordeum comediſſe.

3 Ecce quomodo ſancti pter id qđ in eorum intentione ſemp eſt pcipuum, pati uidelicet in hoc mundo ærũnas & tribulationes ut Deo placeant, & illius mandata ſeruent, etiam ob ſpem æternæ mercedis recipiendæ illas ſuſtinẽt, nec in hoc peccatum eſt ullũ, ut ſomniāt quidam, dicente etiā Propheta. Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatiões tuas in æternũ pp retributionem.

Quoniam igitur laborioſa eius uita ex ijs quę dicebantur facile intelligi poteſt, nũc morũ ſimplicitatem, atque integritatẽ dicere aggrediar. Cũ magnus ille Flauianus magno Chriſtianorum gregi pręfectus eſſet, atque huius uiri, qui ea tempeſtate in omnium ore erat, notitiam haberet, inſtāte myſtici ſacrificij tempore illum quaſi calumniam quandam, quæ illi obiecta fuerat repurgaturum, a cacumine montis reuocat, admouetq; altari, ac ſacerdotem 4 inſcium illum quidem creat. Abſoluto autem ſacrificio, 5 quidam ex aſtantibus rem omnem ut geſta erat aperuit. Qua re accepta, primum in omnes uerbis inuectus eſt, mox arrepto baculo quo propter ętatis imbecilitatem inniti conſueuerat, cum ipſum epiſcopum, tum alios etiam quotquot aderant, inſequitur. Putabat enim ſacerdotio illo, & montis uertice, & optata uita ſe priuatum iri. Vix tamen iratum tunc familiarium quidam placauere. Sed cũ iterũ exacta 6 hebdomada, dñici feſti dies aduentaſſet, magnuſq; Flauianus accerſi illum iuſſiſſet, illis qui miſſi ad ſe fuerant, ita reſpõdit, an eo, quod actum eſt non contenti, me rurſus preſbyterum creare uult s? Quibus fieri non poſſe reſpondentibus, ut idem bis preſbyter crearetur, noluit obtemperare, tādem & tempore, & amicorũ admonitionibus perſuaſus, ſubit onus, quod prius recuſauerat. Sciebam quidẽ hoc minime, admiratione dignum uiſum iri pleriſq;. tamẽ narraui, quoniā ex hoc eius animi ſimplicitas, atque integritas facile perſpici poſſe iudicabam. Talibus enim dominus cœleſte regnum pollicitus eſt. Amen, inquit, dico uobis, quod niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli iſti minimi, non intrabitis in regnum cœlorũ. Nunc cum eius animi characterem paucis uerbis oſtenderimus, dicendi etiam libertatem, quam uirtute conſecutus erat, oſtendamus.

4 Vides qđ Flauianus epſ creat Macedoniũ ſacerdotem, non populus aut magiſtratus de conſenſu plebis, ut noſtri tpis pſeudo prophetæ garriunt.

5 Animaduertis bis hoc in loco miſſam ſacrificium nuncupari.

6 Cum iterum exacta hebdomada dominici feſti dies aduẽtaſſet.

Dux

Dux militię quidam, qui uenatione delectabatur, montem uenaturus aſcẽdit, ſequebantur autem eũ canes, milites, & quæcunq; apta ſunt uenationi. Cum autem procul hominem uidiſſet, & quis nam eſſet a domeſticis accepiſſet, confeſtim equo deſcẽdẽs, acceſſit, ac ſalutauit rogauitq;, ecquid illic ageret? Tu uero, inquit, cuius rei gratia huc te contuliſti? ut feras uenarer, ait ille. Et ego, reſpondit, meum Deũ hic uenor, & capere eum geſtio, & uidere deſidero. neq; unquã ab huiuſmodi uenationis genere deſiſtam. His dictis, Dux, admiratus uirtutem eius, abſceſſit.

Cum ciuitas olim malo quodã Dæmone exagitata, in colũnas, & ſtatuas Regias debacchata fuiſſet, ueterani regis milites facto impetu, ſe illã funditus euerſuros minitabantur: Hic autem cum è monte deſcendiſſet, ambos eorum militum duces apud forum inuenit. Quo agnito illi confeſtim ab equis deſiliunt; eiusq́; manus amplexantes ſalutant, Is autẽ iuſſit eos Regi ſuo renũciare, quod Rex ipſe homo eſſet, nec alienus ab illis qui ſibi iniuriam feciſſent, & cũ iram natura ipſa metiri opus ſit, ille tamen ſe ab ea uincit ſinit, & propriarũ imaginum gratia, diuinas obtrũcat, proq́; ęneis colũnis corpora mortidat, quorũ ęneas fortaſſe imagines effingere facilę nobis fuerit. Ille uero, q̃uis Rex ſit, occiſa corpora ab inferis reuocare non poteſt. Quid corpora dico, cũ ne unicum q̃dem pilũ effingere poſſit? Hæc Syro idiomate locutus eſt quæ per gręcum interpretẽ itellecta, magnum illis metum incuſſere. Quare ſtatim ſe Regi omnia renunciaturos polliciti ſunt. Equidem hęc omnia illum ſpiritus ſancti gratia locutũ arbitror. Quo enim pacto uir cuiuſuis expers diſciplinę, in locis agreſtibus eductus, in uerticibus montium educatus, ſymplex ſacrarumq; literarum imperitiſſimus, huiuſmodi uerba fari unquam potuiſſet?

Iam uerò ſpiritali eius ſapientia, modeſtaq; dicendi libertate patefacta, miraculorum narrationem aggrediar. Mulier quędam opulẽta, in explebilis edẽdi auiditatis morbo laborabat: ita, ut alij dęmonis opera hoc illi contigiſſe, alij uero proprium corporis morbũ eſſe arbitrarentur. Sed ſiue hoc, ſiue illud fuerit, id certè notiſſimum eſt, quòd ſingulo quoq; die triginta gallinis expleri nõ poterat. Sed alias appetebat. Quare ꝓpinqui opes eius ita diſſipari miſerti, uirum ſanctũ rogant, ut illi aliquid afferat remedij. Ille obſecutus, uenit, poſtq; 7 multas preces dexteram immergit aquę, quã crucis ſigno ſignatam mulieri bibendam porrigit. Mox exhauſta morbũ depellit, adeoq; edendi auiditatem illam obtundit, ut deinceps exiguo admodum gallinę fruſtulo contenta eſſet. Morbus itaq; ille huiuſmodi finẽ habuit.

aliàs, nobilis, nam alij codices τῶν αὐπαρτῶν habent.

7 *Aqua ſigno crucis ſignata, in eamq; poſt multas preces dextera immiſſa, ſanctus uir edacitatis morbũ a muliere depellit.*

Puella uero quędam cũ dæmonis ſtimulo exagitaretur, pater illius ad uirum ſanctum confugit, rogatq́; lachrymãs, ut puellę ſalutem reſtituat. Ille uerò poſt aliquas preces, iubet Dęmoni, ut a puella diſcedat, reſpondet ille, ſe non ſponte ſua, ſed magicis quibuſdam artibus coactũ eius corpus obſidere, eoq́; nominato, qui ſe coegiſſet, cauſam omnem in amorẽ reijcit. Quod cum puellæ pater audiuiſſet, uictus iracundia, puellæ ſalutẽ non amplius expectat, ſed ad ſupremum urbis magiſtratũ feſtinans re expoſita, hominẽ accuſat. Vocatus reus negat, & accuſationem illã ſicophantiam eſſe dicit. Accuſator non aliam teſtem, quam Dęmonem pręſtigiarum miniſtrum appellat, rogatq́; iudicem, ut ad uirum ſanctũ profectus, dæmonis teſtimonium accipiat. Negante Iudice ęquum ſanctũq́;

eſſe in monaſterio examen aliquod fieri; puellæ pater diuū Macedonium in iudicium ducere pollicitus, properat, perſuadet, ducit. Iudex extra tribunal ſedens, non iudicem amplius ſe, ſed ſpectatorem exhibet. Iudicis enim partes magnus Macedonius ſubibat, dęmoniq́ iubebat, ut omiſſa mētiendi cōſuetudine, omnes illius tragœdiæ actus uerè narraret. Quare coactus uera fateri, & uirum, qui ſe magicis artibus compuliſſet, & ancillam, per quam amatoriū poculum puellæ exhibitū fuerat, oſtendit. Multaq́ alia dicere aggredientem, quæ multis impellentibus perpetrarat, uidelicet ut multorū ædes combuſſerit, nonnullorū armenta conſtrauerit, aliorū uerò alia diſſipauerit, uir ſanctus cōpeſcuit, & procul a puella, atq; ab urbe recedere iuſſit. Ille uero regio quaſi imperio obtēperans, aufugit, uir ſanctus, puella ab inſania liberata, miſerū illum etiam qui accuſatus fuerat abſoluit, & capitis ſententiā mox a Iudice proferendam ſuſtulit. Iniquū enim eſſe putabat, eos morte damnari, quorū delicta per ſe deprenſa fuiſſent; imò peccatorem ad pœnitentiā uocare propriū chriſtiani munus eſſe arbitrabatur. Hæc ſanè ad eius circa miracula potentiam oſtendendam ſatis eſſe potuiſſent, ſed alia illius geſta narrare operęprecium eſſe iudico.

Mulier quædā, Aſtriū nomine, genere, atq; opibus inſignis, magna dementia laborabat, ita ut domeſticorū neminem agnoſceret. Cibū autem, aut potum ne guſtare quidem poterat. Sed modo huc, modo illuc ieiuna uagabatur. Quod ſanè multi dęmonis opera accidiſſe illi arbitrabant, medici uero propriū cerebri morbū eſſe dicebant. Verum nullo artis remedio proficere quicquā poterant. Quare uir eius Abodianus nomine, urbano magiſtratu ac dignitate prædítus, ad uirum ſanctū cōfugit, morboq́ uxoris expoſito, aliqd ab eo remedĳ petit. Quare uir Dei omni mora poſthabita, ſe in domū illius contulit. ubi poſt multas p̄ces, accepto uaſculo aquę pleno, aquā ipſam ſigno crucis ſignatā mulieri bibendam exhibuit. Quod

8 cùm 8 medici ꝓhiberent, nā frigida aqua epota, morbū incrementū ſuſceptum dicebant, omni eorū contempta multitudine, poculum tradidit, hauſta aqua continuo mulier in ſe reuertitur, atq; a morbo illo prorſus liberatur, quare agnito uiro ſancto, eius dexteram dari ſibi rogauit, qua accepta, oculiſq́, & ori impoſita, nunq̄ amplius in eiuſmodi morbū incidit.

Ecce aliud ſignū aq̄ ſignaculo crucis Chriſti a ſancto uiro benedicta perpetratum.

Idem dum in montibus uitā degeret, paſtor quidam ouiū aliquas a reliquo grege euagatas, & multa nocte, & obſcura circūuentus caligine q̄rebat. Interea tū circū ſe pyrā accenſam duoſq́ uiros albis īdutos ueſtibus, lignorū materiam igni ſuppeditantes aſpiciebat. Cum enim in Deū ſpem omnem poſuiſſet, non mirū ſi ſe diuina ope adiutū ſenſit. Neq; hac tantū, ſed prophetica etiam gratia uir hic pollebat. Nam cū olim ad illum dux quidam militię pietate illuſtris aduētaſſet, (quis enim Luppicini uirtutem ignoret?) ſe maxime ſollicitū eſſe prædicabat, quoniā cum multi eorū qui per mare res ad uictū neceſſarias ad ſe ferre conſueuerant, è Regiæ urbis portu ſoluiſſent, diutiuſq́ quam par erat, abeſſent, nullū adhuc de illis nūtium acceperat. Ille confeſtim reſpondet, nauigiorū alterū naufragiū paſſum eſſe, alterū uero Seleuciæ portum poſtridie ingreſſurū: Quod re ipſa ſanè ita eſſe expertus eſt. ſed, ut cætera omittam, ea tantum quæ noſtrę familiæ ſunt narrabo.

Mater mea, quæ patri meo tredecim annos iuncta fuerat, nunq̄ conceperat. Sterilis enim erat, & fructū aliquem ferre inuita natura non poterat.

Quod ſanè minimè moleſte ferebat, nam diuinæ legis perita, hoc ſibi, quàm illud conducibilius eſſe credebat. Pater uerò, qui ſe orbũ eſſe filijs ægre ferebat; omnia tentabat, deiq́ famulos nunquàm orare ceſſabat, ut illi filios ſuis precibus impetrarent. Quorũ alij Deum ſe rogaturos pollicebant, interea tamen quod Deus ipſe iuberet æquo animo ferri opus eſſe admonebant. Hic uero ſe oraturũ aſſidue, ut unicus ei filius concederetur promiſit, quod cum triennio expectaſſet pater, exacto illo ad uirum ſanctũ properat, petitq́ dari ſibi, quod promiſſum fuerat. Ille iubet ut ad ſe mittat uxorem, cui, cũ aduectaſſet, uir ſanctus petiturũ ſe, atq; impetraturũ filium pollicere, uerũ ſuſceptum illum dantis offerri miniſterio opus eſſe admonet. Mater, de animæ ſalute tantũ ſe ſollicitam eſſe, cętera uero diuino arbitrio ſe permiſſuram reſpondet. Hac igitur lege, inquit ille, Deus qui maiora donare poteſt tibi filiũ donabit, quiſquis enim ſyncerè petit cumulatiſſima refert ab eo beneficia. Mater promiſſionis munere læta reuertit, quadriennio poſt promiſſionem, fœtum concipit, mox ad uirum ſanctũ proficiſcit, promiſſioniſq́ fructũ oſtendit. Verùm quinto mense poſt conceptũ fœtũ, cũ abortionis periculum imineret, rurſus ad nouũ Heliſeum mittit, nam ſe ad eum uenire malũ prohibebat. Ille uero cũ aduenientem procul uiuiſſet, ſtatim cuius rei gratia aduenisſet intelligit, nocte enim illi dominus malũ pariter, & ſalutem patefecerat, quare innixus baculo ad illam contendit. Ingreſſus itaq; domũ oblataq́ conſueta pacis ſalute, ne timeas inquit, qui enim tibi fœtũ conceſſit, modo tu pactionibus ſtes non auferet, Nam ſi recte meminiſti, te illum danti oblaturã, eiuſq́ addicturam miniſterio pollicita es. Hac lege, reſpondet illa me parêre & uolo & rogo; alias enim abortũ partui antepoſuerim. Bibe igitur, inquit uir ſanctus, aquam hanc, confeſtim enim te diuinam opem conſecutam ſenties. qua epota ſtatim abortus periculum euaſit.

Huiuſmodi noſtri Heliſei fuere miracula, cuius ſanctitatis, atq; doctrinæ fructus ego ſæpius decerpti, plerunq; enim, dum me rectum uitæ curſum iſtitueret, his uerbis utebatur. Multis, o fili, laboribus partus es, totas enim noctes, ut te tuis parentibus impetrarem, & id fieri, quod tu uel ipſo nomine profiteris, me uigilaſſe memini. Tuũ eſt igitur, ut te laboribus illis dignũ præſtes; quoniã ante partum maternis 9 uotis oblatus es Deo. 9 Dei aũt donaria ueneranda, atq; inuiolabilia eſſe debent. Decet igitur te malos animi motus nõ admittere, ſed ea tantũ cogitare, dicere; ac facere, quæ uirtutis auctorem Deum non offendant. Hæc aliaq́ huiuſmodi uir ſanctus me quotidie admonebat. Ego autem, & uerborum memini, & diuinas opes intelligo, ſi autẽ opera admonitionibus non reſpondent, rogo ut diuinam gratiã huius uiri precibus me aſſecutũ ſentiam. ut quod ſupereſt uitæ ſpatium, iuxta illius præcepta conficiam.

Tu qui detrahis uotis, uide hunc epm antequam naſceretur, maternis uotis oblatum fuiſſe Deo.

Qualis igitur ille fuerit, & quibus laboribus diuina gratia dignus habitus ſit ſatis declaratũ arbitror. Eum tamen uitæ finem impoſuit, qualem 10 eius labores decebat, 10 omnes enim & ciues, & peregrini, & publici, & priuati uiri ſacrum illud feretrum ſubeuntes in triũphantium martyrũ templũ aduexere, & beatum corpus cũ ſanctis uiris Aphraate, & Theodoſio collocarunt. Sui uero gloriam ita ſempiternam reliquit, ut nullo unquam tempore deleri poſſit. nos autem fine impoſito narrationi, ſuauem ex ea fructum decerptum a nobis eſſe intelligimus.

Vide ſolennes exequias uiri ſancti, uide ſepultum in templo martyrũ, & cum alijs ſanctis collocatũ.

Reperitur in Philothei eiuſdem, & nũc primũ latinis in lucem edita eſt.

VITA BEATI MAESIMAE MONACHI PER Theodoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, eodem Alberico longo, Salentino Interprete.

SCimus quidem, alia pietatis lumina apud Antiochiã reſulſiſſe, ut Seucris ille magnus, Petrus Aegyptius, Eutychius, Cyrillus, Moſes, Malchus, aliiq́ quamplurimi; qui eodem uitæ genere delectabantur. Sed ſi omniũ geſta memoriæ mandare uelimus, totius uitæ ſpacium uix nobis ſufficiat. Adde id, quod multa lectio pleriſq́ moleſtiam afferre conſueuit. Quare ex his, quæ ſcripta ſunt, de aliquorũ uita homines coniecturam faciant, laudent, imitentur, atq; imitationis fructus capiant. Ego interea ad Prata Cyrrentia me conuertam, eorumq́ florũ odorem ac uarietatẽ pro uiribus oſtendam.

Fuit olim Mæſimas quidã Syrus, ruſtice ſanè educatus, ſed qui omne uirtutis ſpecimen præſeferebat. Huius uitæ ſplendor, fecit, ut caſtellum quoddam eius curæ, ac fidei ſeſe cõmitteret. Quare diuinis obeundis officiis paſcendiſq́ gregibus, ſic ſe gerebat, ut a diuinis præceptis ne latum

1 quidem unguem diſcederet. Aiunt illum 1 nunq̃ neq; tunicam mutaſſe, neq; ciliciũ; ſed lacera illa iterum, atq; iterum reſarſiſſe. hoc ſanè pacto ſe in ſenectute gerebat. Hoſpitũ uero, ac pauperũ ita miſerebatur, ut omnibus qui aderant domus eius pateret. Duo enim dolia habuiſſe fertur, alterum panis, alterũ uerò olei plenum; unde omnia egenis omnibus diſtribuebat. eãdem enim gratiã, quæ in Sareptanã uiduam collata fuerat, eius etiam dolia fuerant conſecuta. Dominus enim omniũ largus eſt in omnes, qui nomen eius inuocant, nam quemadmodũ hydriã illam, uaſq́ oleariũ, ſemper redundare, atq; hoſpitalitatis fructus ferre iuſſit; ita uiro huic liberaliſſimo rerũ copiam uoluntati æquam ſuppeditauit. Et quanuis magnã circa miracula a rerum omnium Deo, gratiam ſit cõſecutus; uno tamen, alteróque narrato cætera ſilentio prætermittam, ad aliorum geſta ſcribenda properabo.

Ecce qualis habitus ſanctorum priſcorum monachorum.

Mulier quædam et genere & fide inſignis, filium puerũ adhuc, & morbo quoddam laborantem, multorũ medicorũ curæ, experientiæq́ cõmiſerat. a quibus cum nil remedii conſequi poſſet, omniq́ ſalutis ſpe deſtitueretur, mater tamen meliores ſpes minime obiecit. Sed ſunamitidem illã imitata, clitella mulis impoſita, unà cum filio aſcendit, arreptoq́ itinere ad uirum ſanctum ſe contulit. Cuius pedibus obuoluta, lachrymiſq́ maternum affectum præſeferens, opem ſibi implorabat. Ille acceptũ in ſinu pue-

2 rũ prope baſim altaris collocat. mox 2 humi proſtratus, cõmunem corporum, atque animorũ medicum pro illius ſalute rogat. Qua impetrata filium incolumem parenti reſtituit, quę poſtea mihi cùm miraculum, tùm etiam filii ſalutem narrauit.

Vide orationem cum proſtratione, et illius a Deo exauditionẽ. Ergo res bona oratio hmoĩ, et Deo placẽs.

Dicunt etiam, caſtelli illius dominum litoĭum nomine, Antiocheni Senatus principem, ad illũ olim aduentaſſe; qui cùm impius, & natura crudelis eſſet, cenſum ab agricultoribus rigidius, atq; ſeuerius quã par erat exigebat. Quare uiro diuino multa apud eum de humanitate, ac miſericordia differente durum illum uerba eius neglexiſſe, meritum tamen obſtinationis fructũ cepiſſe; Cum enim paratis quadrigis diſcedere uellet,

aurigam mulos agitare iubet; quibus trahere neruis omnibus contendẽtibus, quadrigę ęque mouebantur ac ſi ferro aut plumbo cõpactę eſſent. Agreſtiũ multitudo, uectibus currere rotas impellere, nihil tamen proficere, donec familiariũ unus, qui propè Litoium ſedebat, ſenis ſacerdotis imprecationibus id cõtigiſſe, illumq́; placari opus eſſe admonuiſſet. Quare deſiliens è curru Litoius, ad illum propere confugit, eiusq́; pedibus ſupplex aſſedit, quem paulo ante contempſerat. Laceramq́; illius ueſtẽ exoſculatus, irã deponere rogat, Admiſſis ille precibus, eiuſdemq́; domino oblatis inuiſibilia quadrigarũ uincula diſſoluit, liberaſq́; dimiſit.

Plurima huiuſmodi de uiro illo ſancto narrant. Nos tamen hæc pauca conſcripſimus, non alia de cauſa, niſi ut omnes intelligant, quod urbes, hominumq́; frequẽtia curſum eorũ, qui ad uirtutem contendunt, minimè impediunt. nam & hic, & alij etiã, qui ea tempeſtate uigebãt, deiq́; miniſterio ſe addixerant, oſtenderunt quòd uel per mediã hominum turbam, ad ueræ uirtutis culmẽ licet aſcẽdere. Quorũ precibus utinã adiutus ego, paululum ſaltem ab illius radicibus ſurſum extollar.

VITA ACEPSIMÆ SERVI DEI PER Theodoretum epiſcopum Cirrhenſem ſcrpta, eodem quo ſupra Interprete.

Eſt in Philotheo eiuſdem, quæ modo latinis et non ante cognita eſt.

ACepſimãs etiã cuius gloria omnem orientem peruagata eſt, eadẽ tempeſtate floruit. Hic anguſta quadã domo cohercitus, ibi ſexaginta annos habitauit, neque uiſus ab aliquo, neque unquam cũ aliquo collocutus, ſed dũ ſecum ipſe Deũ contemplaretur, mirum illinc ſolatiũ ſentiebat: iuxtà Prophetã dicentem, oblectare in domino, & pete ab eo, & dabit tibi omnia deſideria cordis tui. Ibi itaque per foramen quoddam manũ extendens, allatum ſibi cibum capiebat. Quod ſanè foramen non per diametrũ, ſed oblique pertuſum erat; ne aliquis, quid intus ageretur, ſpeculari poſſet.

Cibus 1 autem erat lens aqua madefacta. Semel enim nocte exiens, ex uicino puteo tantũ hauriebat aquę, quantum tota hebdomada ſatis eſſet. Quare cum olim paſtor quidã, qui ouium gregi prę̨erat, uiſum illum per tenebras lupũ eſſe putauit. multo enim ferri pondere oppreſſus, curuus incedebat; arreptã ſubito fundam, lapidẽ in eum uibraturus torquebat. Sed manus diu coercita eſt, ita, ut lapidem donec uir ſanctus hauſta aqua domũ reuerteretur, nunquã dimittere poſſet. Quare agnito ignorãtiæ crimine, confeſtim adueniente die, ad uirũ ſanctũ accedit, expoſitaq́; cauſa delicti ueniam petit, quã ſe impetraſſe non aliqua eius uoce, ſed recepto dexteræ motu ſentit.

1 Cibus ſãcti uiri lens erat, potus aqua.

Alius quidã uir ſceleſtus, curioſus admodum, & quid ille totũ tempus intus ageret, ſcire ſollicitus; platanum, quę iuxta domus parietẽ conſita erat, aſcendere auſus eſt. Sed confeſtim audaciæ pœnas dedit. nam corporis medium a ſummo uertice uſq; ad pedes, læſum, atq; detentum eſt. Confeſſus itaq; culpam, ueniã petijt. reſpondet uir ſanctus, niſi prius exciſa platano ſalutem illum conſequi non poſſe. Quare ne alius quiſpiam eodẽ ſcelere perpetrato, eaſdẽ pœnas daret, arborẽ excindi iubet, qua ex-

2 ciſa, confeſtim euadit incolumis. Tanta uir hic facilitate tantaq; ſpiritus ſancti gratia pręditus erat.

Epūs magis admirabatur facultatē creādi presbyteros, quā epatum ipſum. Ergo creare ſacerdotes ius eſt epāle, nō aliorum

Cum autē tēpus, ut ex hac uita migraret aduenıſſet, quinquaginta diebus antea futurā ſui mortem uaticinatus eſt. Quare omnes, qui ſe uidere cupiebant, cępit admittere: Cum quibus epiſcopus etiā adueniens, rogauit eum, ut ſacerdotij inſignia uellet accipere. Noui, inquiens, o pater, tuę ſapientiæ theſaurum, meamq; inopiam. Sed cum mihi epiſcopatus cura committebatur, hāc 2 ipſam creādi presbyteros facultatē potius, quam epiſcopatum ipſum admirabar. Suſcipe igitur ſacerdotij munus quod mea 3 tibi dextera, ſpiritus ſancti gratia muneratur. Illum autē ad hæc his uerbis uſum accepimus, ſi diutius hic cōmoraturus eſſem, pœnarum metu, quæ propter negligentiam infliguntur, periculoſum hoc ſacerdotij onus omnino recuſarem, nunc cum paulo poſt a uita receſſurus, omniaq; ſim dimiſſurus, imperium libenter accipio. Mox nemine impellente genibus innixus, gratiam 4 hic expectabat, ille ſpiritui manibus impoſitis cooperabatur.

3 *Epūs ſua dextra ſe daturū ordinem presbyteratus ſpūs ſancti gratia promittit, non autē magiſtratus de conſenſu plebis,*

4 *vides qđ ſemp presbyteri ordinati ſunt cum manuum impoſitione, et qđ in ordinatione huiuſmodi confertur gratia ſpiritus ſancti?*

Paucis autē diebus, poſt acceptū ſacerdotiū, uitā uita cō mutauit; & ꝓ ſol cita, & momentanea, quietā, ac ſempiternā accepit. Quare oībus de cadauere contentibus (unus quodq; .n. oppidorum ad ſe illud rapere conabatur) aſſurgens unus, eiuſq; uoluntatem, dū in uita eſſet, aperiens, litem diremit, dixit enim ſe ab illo iureiurando adſtrictū, ut in ſuo caſtello corpus eius ſepeliret. Hoc pacto cœli etiam 5 habitatores, de corporis domicilio poſt mortem ſolliciti erant. Ita, ut nec uiui aliquo humano affectu laborare; nec mortui ſtatutis honoribus carere uelle uiderentur. Verum omnem amorem in cœleſtē ſponſum collocabāt, prudenteſq; mulieres imitabantur, quæ ſanè a coniugibus amari ac probari potiſſimū ſtudent, ſed alienorū etiam laudes minime contemnunt. Quamobrē ſponſus ille diuinus, uel nolentes, gloriā laudéſq; immenſas apud homines cōſequi uoluit. Cū enim quiſquam diuinarū rerum cupidus, petit cœleſtia, largitur illi Deus cū hæc, tum alia etiā quam plurima: Quoniā dum leges ferret, dixit, petite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcietur uobis. Et rurſus, Qui relinquit patrem & matrem, & fratres, & uxorē, & filios propter me, & euangelium, in hoc ſeculo centuplū accipiet, & in futuro uitam æternam poſſidebit. Hæc ille dixit, & fecit. Cuius uerbis, & operibus inſtructi, utinam 6 eius etiā precibus adiuti cœleſti uocatione digni efficiamur, in Chriſto domino noſtro.

5 *Si habitatores cœli de corporis domicilio etiā poſt mortem ſolliciti ſunt, quare dicunt modo quidā ſepulturam negligendam eſſe & non curandam?*

6 *Rogat ut pcibus ſancti adiutus, cœleſti uocatione dignus efficiatur.*

Eſt in libro philothei eiuſdem, nouiſſimeq; latine reddita.

VITA BEATI MARONIS SERVI DEI per Theodoretum Cyrrhi epiſcopum ſcripta, Alberico Longo ſalentino Interprete.

IAm uero de Marone dicendum eſt, nam & hic cœleſtem angelorum chorum ornauit: uitā enim ſub dio acturus, montis uerticem impijs olim hominibus uenerandum aſcendit: Temploq; Dæmonū, quod ibi erat, uero Deo conſecrato anguſtaq; domo haud procul ab illo ædificata, ibi, non aſſidue tamen, habitabat. Cum autē quam opulentus eſſet philoſophię illius thæſaurus conſideraret, non conſuetis tantū laboribus exercebatur, ſed alios etiā excogitabat. & tamen omnes eius conatus ſpiritus ſancti gratia adiuuabat: quātum enim medendis morbis gratiæ

diuina benignitas in eum contulerat ut eius fama per omnes propemodum orbis partes peruagata, omnes ad illum traheret reqꝫ ipſa uerũ eſſe quod prædicabatur, oſtenderet. Videre enim erat febres benedictionis rore extinctas, ſedatos humores, expulſos dęmones, uarioſqꝫ morbos unica tantũ medicina depulſos. Medici enim aptã unicuiqꝫ medicinã adhibere ſanctorũ uero oratio 1 commune morbis omnibus remediũ afferre cõſueuit. Hic autẽ non corporibus ſolũ, ſed animis etiã laborantibus opẽ ferebat, namqꝫ ab aliјs auaritiam, ab aliјs iram depellebat; hos temperantiam, illos iuſtitiam edocebat. nonnullis intemperantiam pleriſqꝫ ſegnitiẽ amouebat. Quare huiuſmodi uſus cultura, multas Philoſophię plãtas eduxit; & eum, qui hac tẽpeſtate apud Cyrihenſes floret paradiſum, ipſe conſeuit.

1 *Sanctorum oratio commune morbis omnibus remediũ afferre conſueuit.*

Huius culturę magnus Iacobus unus fuit; de quo uere quiſp iam Propheticum illud dicere poſſet, „ Iuſtus ut palma florebit, & ſicut cedrus, qui eſt in libano multiplicabitur „: cęteriqꝫ omnes, de quorũ geſtis uolente Deo propriam conficiemus hiſtoriam.

Dum igitur hoc pacto diuus Maro diuinæ culturæ operam dat, & animas pariter ſeruat & corpora, morbo quodã, quo & naturæ imbecillitatẽ, & animi conſtantiam oſtenderet, oppreſſus, diſceſſit è uita. De cuius corpore cũ non parua contentio orta eſſet, opidum quoddã finitimum, hominum multitudine prępotens, facto impetu, cæteros quidẽ fugauit thesaurum uero illum omnibus optatũ abſtulit. Cui magno templo dedicato, 2 eius fructus uſqꝫ ad tempeſtatẽ decerpunt, magnoqꝫ hominũ conuentu ſpiritũ illum triumphãtem uenerantur. nos uero, quamuis abſentes ſimus, eius tamen beneficia ſentimus ſufficit enim nobis illius memoria pro ſepulchro.

2 *Magnum templum ſancto defuncto dedicarunt.*

VITA ABRAAMIS EPISCOPI CARRORum, per Theodoretum Epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, Alberico Longo ſalentino Interprete.

Reperitur in philotheo eiuſdem, & nouiſſime latinis cognita eſt.

ABraamen uero uirũ egregium ſilentio præterire non ęqum eſt, Sed eò magis mihi laudandus uidetur, quò poſt partum epiſcopatum uitam priori non abſimilem degit. additis enim epiſcopatus cuius laboribus illis, qbus dũ monachus eſſet exercebat, uitæ ſpacium confecit.

Hic autem Cyrrhi natus, & educatus, monaſticæ uirtutis theſaurum elegit. Tantaque 1 uigilantia, & abſtinentia corpus maceraſſe fertur, ut diu immobilis permaneret, incedere enim nullo pacto poterat. Verùm a morbo illo diuina prouidentia liberatus, eiuſdẽ ope fretus, magna pro fide pericula ſubire decreuit. Quare, cum libanum, urbẽ magnitudine inſignẽ impietatis tenebris occupatã accipiſſet, ad illã pficiſcit; ubi ſe mercatorẽ primũ eſſe diſſimulans, ſacculos unà cũ aliјs, quaſi nuces, quibus maxime urbs illa abundabat, mercaturus ferebat, mox conducta domo, ſolutaqꝫ mercedis parte domino, tribus ibi diebus, aut quatuor ſilentium fecit, deinde diuina officia mediocri uoce incipit celebrare. Poſthæc, 2 quaſi fidei pręco pſalmis & hymnis clamat, omneſqꝫ conuocat, artimqꝫ illorũ congregat. Quare uiri, mulieres, ac pueri impetũ facientes, clauſa ianua, tectũ aſcendunt, unde tantũ intra domũ pulueris demi

1 *Macerauit corpus magna uigilãtia & abſtinentia.*

2 *Poſthæc quaſi fidei pco, pſalmis & hymnis clamat.*

ſere,ut congregatos omnes propemodũ necarent quos cum ſeniorũ quidam immobiles,ac precibus tantũ dare operam animaduerterent,ſedata uirorum ac puerorum inſania, fores aperiunt, illoſq; a puluere extractos recedere iubent.

Eadem tẽpeſtate regij exactores in eam urbẽ ueniunt, ciuiumq; alios in uinculę coniectos, alios uerberibus cæcos uectigalia pendere cogunt. Quare uir ſanctus contumeliarũ immemor, domini exemplo, qui uel cruci affixus, ſceleris auctorũ curam habebat, exactores ipſos, ut pecunias humanius exigere uellent, rogabat. Quibus fideiuſſores petẽtibus, ſpõte ſemetipſum exhibuit, atq; conſtituit; & pecunias ipſas poſt paucos dies ſe ſoluturum promiſit. Quare ijdem qui paulo ante tot iniurijs uirũ ſanctum affecerant, eius humanitatem admirati, primum dari ſibi ueniã petunt; mox rogant ut ciuitatis habenas ſuſcipere uelit. non enim dominum habebant, ſed ipſimet & agricolæ erant, & domini. Ille in urbem Emiſam profectus, ibiq; ab amicis nũmos aureos centũ mutuatus, reuertitur, ſtatoq; die debitum exactoribus perſoluit.

Oppidani, hac eius accepta benignitate, ut urbi pręeſſe uelit magis urgent; ille ſe id facturũ pollicetur, ſi prius templum ædificent; rogant illi opus quãprimũ aggrediatur, mox, circunducentes illum, loca futuro ędificio aptiora oſtendunt. Is uero modo hunc modo illum approbans, tãdem aptiorem elegit, iactiſq; fundamentis poſt exiguũ temporis ſpacium

3 tectum imponit. Facto 3 itaq; ędificandi fine, ſacerdotẽ aliquem creari iubet, illi ſe aliũ admiſſuros negare, ſed ſolũ illum & patrem, & paſtorẽ uelle, pręterea neminem. Quare uolens illis morẽ gerere, ſacerdotij dignitatem accipit. Exacto tamen triennio aliũ diuinis rebus probe peritũ ſibi ſubſtituit ipſe ad monaſticam uitam reuertitur.

Sancti uiri in conuerſione populorum tẽpla in honorẽ Dei ædificabat, & epiſcopos qui illos in ſpiritualibus regerent creari procurabant.

Sed (ne omnia illius geſta longa narratione commemorẽ) cum diu in hoc uitæ inſtituto refulſiſſet, epiſcopale onus apud Garros ſubiuit; quorum ciuitas diu impietatis furijs exagitata, dęmonumq; addicta miniſterio, mirũm quam breui tempore huius uiri diligẽtia, doctrinaq; exculta diuino amore flagrauerit. ita, ut primis illis impietatis uepribus extirpatis, nunc ſpiritus ſancti ſegetibus lęta, maturos ſpicarum manipulos ferat Deo. Verum non paucis quidẽ, ſed immenſis laboribus uir ſanctus huiuſmodi agros exercuit. Optimos enim medicos imitatus, alios ſuauibus uerbis demulcebat, alios uero acerbis pharmacis exagitabat, nonnũquã cultrum, interdũ etiam cauterium ad eorũ ſalutem adhibebat. Sed doctrinam, alioq; labores uitæ etiam ſplendor adiuuabat. Quo ſanẽ homines illuſtrati, eius admonitionibus ſe obſequentiores præſtabant. Toto

4 enim epiſcopatus tẽpore, nec pane, 4 nec aqua, nec lecto, nec igne uſus eſt. Præterea noctis tempore quadraginta hymnos, qui diuerſis horis cãtantur recenſere, interpoſitarum uerò precum numerũ geminare; reliquũ quem noctis ſpacium thoro innixus, perexiguam membris quietem tradere conſueuerat.

Vide mirã abſtinentiam ſancti epiſcopi, uigilias nocturnas, hymnorum recitationem, & precum ingeminationem.

Quod autem non in ſolo pane uiuat homo dixit quidẽ Moſes legis lator; Cuius uerbis Dominus etiam, cũ tentatoris imperiũ refelleret aſtipulatus eſt. Quod uero ſine aqua uita duci poſſit, nuſquã ſcriptum inuenio. Helias enim primũ quidem in torrente bibendi auiditatẽ expleuit; mox ad ſareptanam uiduã profectus, aquã ſibi, deinde panẽ afferri iuſſit.

Vir

Vir autẽ hic admirabilis toto ſacerdotĳ tempore, neq; panẽ, neq; aliquod leguminũ genus, neq; cocta olera, neq; aquam. (Quod ſané quatuor elementorum, ſummorũ philoſophorum teſtimonio propter eius uſum primũ eſt) guſtauit: uerũ 5 ex lactucis, cicorĳs, apĳs, alĳſq; huiuſmodi herbis ſibi cibum pariter & potũ parabat; piſtorum, & coquorum artes inutiles eſſe demonſtrans. Autunni uero tempore fructibus tantũ poſt ueſpertinũ officium pro neceſſitate ueſcebatur.

5 *Cibus & potus ſancti epiſcopi erant, lactuce, cicoriæ apiæ, et aliæ huiuſmodi herbæ, & autumni tempore fructus.*

Et quanuis huiuſmodi laboribus propriũ corpus maceraret, alienorũ tamen ita ſollicitus erat, ut aduentantibus hoſpitibus, & lectus, & panis mundiſſimus, & uinũ optimum, & piſces, & olera, cæteraq; huiuſmodi parata eſſent. Diſcumbere autẽ & ipſe una cum conuiuis conſueuerat, quorũ unicuiq; modo aliquid ex appoſitis dapibus, modo uero pocula offerebat, ac bibere imperabat. ita ut cognominem ſuum, patriarcham inquã imitatus, dum hoſpitibus miniſtraret, nihil prorſus guſtabat. Lites autem, & contentiones non ſeueris iudicĳs dirimebat, ſed manſuetos mãſuetudine reconciliabat, moroſos uero dulcibus uerbis ad cõcordiam hortabat. ita ut iniquorũ nemo uictoriã propter audaciam reportaret. dum enim oppreſſum iniuria ſubleuabat inexpugnabilem illum, & aduerſario præſtantiorem eſſe demonſtrabat. Ita ut optimi medici exemplo, ſublata humorũ exhuberantia, illos pro ſubiecta materia temperaret.

Huius uidẽdi deſiderio captus imperator (uolat enim fama, & uitia ſimul, et uirtutes ad hominũ aures quã celerrime perfert) illum ad ſe uocat. Mox aduenientem amplectitur, & ruſticanum 6 illud cilicium admiratus, propria purpura precioſius exiſtimat. Mox Imperatrix, & filię manibus eius genibuſq; apparentis, uiro græcæ linguæ imperito ſupplices aſſidebant, adeo, & a regibus, et a cæteris hominibus non tantũ philoſophia ueneratur, ſed eius etiam profeſſores, uel mortui maiorem gloriam conſecuntur. Quod multis ſané argumentis, ſed huius morte potiſſimum probari poteſt.

6 *Vides quod ſanctus cilicio ruſticano induebatur?*

Cum enim Imperator hunc uita defunctũ accepiſſet, uolebat quidem in aliquo ſacrorũ templorũ corpus eius deponere; animaduertens tamẽ, quod æquum, ſanctũq; ſit, paſtoris corpus gregibus concedi, 7 pręcedens ipſe, Imperatoris uero fęmine cum cæteris magiſtratibus, & priuatis uiris, & militibus ſequentes, funus comitabantur, donec Antiochia perq; alias ciuitates pertranſeuntes in Eufratem peruenere, ad cuius ripam & ciues, & hoſpites, & incolę, & finitimi gratiam aliquã conſequi cupientes confluebant. Multa tamẽ armatorũ cohors feretrum comitabatur, ne diſcerpto mortui cilicio ab his qui eius reliquias aliquas habere geſtiebant, defuncti corpus nudaretur. Audire etiam erat alios pſallentes, alios uero lugentes, illumq; curatorem, parentem, paſtorem, magiſtrum, tutorem ac defenſorẽ appellantes, donec ſacroſanctũ illud corpus ſepulturæ 8 traderetur. Ego uero admiratus, quod mutato uitæ inſtituto, ipſam uiuendi rationem, ne poſt epiſcopalem quidem dignitatem mutauerit, imo labores auxerit, in monachorum numerum illum retuli, neque ab eorum ſocietate qua ille magnopere deteſtabantur, ſeparaui. Quare ab hoc impetrata gratia.

7 *Ecce quã nobiles & ſolẽnes exequiæ fuerint ſancto uiro celebratæ.*

8 *Donec ſacroſanctum illud corpus ſepulturæ traderetur.*

Habetur in Philotheo eiuſdem, et nūc primum in lucem latinis ædita.

VITA ALTERIVS EVSEBII SERVI DEI per Theodoretum Cyrrhi Epiſcopum ſcripta, Alberico longo Salentino Interprete.

SVperioribus uiris ſanctis magnū etiam Euſebium addam, qui quidem non multo ante uita defunctus eſt, uerū cum diu uixiſſet, uitam ipſam laboribus, labores uerò uirtutibus æquauit. Quare cum certaminis auctor athletarum uirtutes ſemper præmijs ſuperare cōtendat, hic certè magna lucratus eſt. Nam domeſticarū rerū cura alijs relicta, illud iter arripuit, quo ab eis uocabatur, qui ſingulares, ac propè diuini homines erant. Inter quos uerſatus, recteq́ & accurate philoſophicas artes inſtructus, monaſticam uitam elegit. Quare apud caſtellum magnitudine inſigne, quod Aſicham incolæ appellant, montis ſciſſuram ingreſſus, ibi ſepto quodam ex cementis nulla calce duratis confecto circundatus, 1 cilicioq́ indutus, cicere, ac faba aqua madefactis, interdum etiā caricis ueſcebatur, ac ſub dio uitam agebat.

1 *Cilicium erat ueſtis ſancti, cicer & faba aqua madeſacta, ac carices cibus.*

Hoc pacto obfirmata corporis imbecillitate adeo ſenex effectus eſt, ut dentium plurimos amitteret, cibū tamen, aut domicilium nunquam mutaret. Quinimo contrarias hiemis, & ætatis habitudines æquo animo ferebat. Vultum rugoſiſſimū, membra ſicca, totū deniq; corpus adeo laboribus exhauſtū habebat, ut lumbi zonam ſuſtinere non poſſent: abſumptis enim ilibus, atq; fœmoribus, quod illam fulciret, non erat. Quare ne dilaberetur, aſſuere illam tunicæ cogebatur. Multorū cōmercium ægre ferebat, aſſidua nanq; diuinarū rerum contemplatione delectatus, mētem ab ea auertere non poterat. Interdū tamen apertis foribus nonnullos admittebat; quibus cum ſacra ſcripta explanaſſet, recedentibus imperabat, ut ianuam clauderent, limóq; obturarent. Mox ſaxo quodam ad fores obuoluto, aditum omnibus præcluſit, ita ut per anguſtam feneſtellam unde etiam exiguū illum uictum accipiebat, familiarium aliquos ita alloquebatur ut nō uideretur ab eis, quippe ita illam fabricauerat, ut oculorū aciem non admitteret. Demum excluſis omnibus, me ſolum diuina illa ſuauiq́ uoce dignum faciebat; ita ut recedere uolentem plerūq; non dimitteret, donec multa de rebus diuinis diſſeruiſſet.

2 *Vide in quanta abſtinentia totam ſanctā quadrageſimam peragrauit.*

Cum tamen multos benedictionis eius fructum decerpere cupidos, & ad ſe aduentantes moleſte ferret, nulla neq; ſenectutis, neq; corporis imbecillitatis habita ratione ſepti illius murū, uix robuſtis iuuenibus ſuperabilē, cōſcendebat. aſſumptóq; ſociorū cętu, ſeptū aliud non ꝓcul a primo, longe anguſtius habitabat, ibiq; cōſuetis laboribus exercebat. Gregis illius Præfectus, uir ſanè omni uirtute ꝑditus, ſenem hunc, ꝑdicabat quindecim 2 tantū caricis ſeptē ſanctæ q̄drageſimę hebdomadas peragraſſe.

3 *Ecce quō operantur ſancti, ſemper enim Deum omnipotentē, & propoſita prǽmia prę oculis habent.*

In huiuſmodi itaq; cōflictibus plus nonaginta annis uixit, corpore quidem imbecillo, ſed qui animi robore labores omnes ſuperaret, diuinus enim ardor, quo maxime flagrabat, omnia illi facilia proponebat. Huiuſmodi ſudoribus fluens, certaminiſq́ 3 magiſtrū, & ꝓpoſita præmia ſemper prę oculis habens, ad metam peruenit. Cuius precibus utinā nunc etiam adiuuer, ut olim, dum in hac uita eſſet, adiuuabar, nam 4 uiuere certe illum, maioriq́ apud Deum gratia florere credo.

4 *Viuere enim certe illum, maioriq; apud Deum gratia florere credo. Cur ergo appellant nunc aliqui ſanctos emortuos?*

VITA BEATI SALAMANIS MONACHI per Theodoretum Epiſcopum Cyrrhi ſcripta, eodem Alberico longo Interprete.

Habetur in Philotheo eiuſdem, & nouiſsime latinis cognita.

SI egregia Salamanis geſta obliuionis caligine obuoluta, poſteriſq; incognita reliquero uirtuti ſanè iniuriam me facturum arbitror. Quare breuem eorum narrationem aggrediar.

Apud Eufratem flumen a Sole occidente oppidum quoddam ſitũ eſt; unde Salamanes oriundus monaſtica uiuendi ratione cæteris antepoſita, ad ulteriorem fluminis ripam quæ contra oppidum eſt, profectus, domũ quandam per anguſtam inuenit cuius foribus, atque feneſtris occluſis, ibi ſemetipſum cohercuit. Semelq; in anno effoſa terra, annuũ illinc uictum capiebat. Soloq; ſuæ uitæ ſpacio quod ſanè longiſſimũ fuit, nunquam allocutus eſt aliquem. Quare ciuitatis Epiſcopus, cuius diœceſis oppidum erat, accepta hominis uirtute, ornare illum ſacerdotij dignitate cupidus, ad eum proficiſcitur, dirutáq; domus parte, ingreditur, manúq; impoſita, benedicit 1 illi, multáq; de accepta ſpiritus ſancti gratia edifferit. Mox cum nullũ ab eo uerbũ accepiſſet, domũculam inſtaurari iubens, recedit.

1 Semper epiſcoporum fuit inferioribus benedicere.

Rurſus oppidani apud quos natus erat, flumine noctis tempore tranato, domũ effingunt, captumq; illum ac nihil prorſus dicentem, neq; ſupplicantem in oppidũ reducunt, conſtructáq; domuncula, priori non abſimili, ibi quaſi mutum concludunt. Rurſus, poſt paucos dies, qui ulteriorem fluminis ripam incolebãt, nocte tranſmiſſo flumine dirutáq; domuncula, illum minimè renitentem, neq; aliquo modo repugnantem rapiunt. adeo ſemetipſum donec uixit mortificauerat. ita ut apoſtolicã illam uocem uere de ſe pronunciare poſſet, Cum Chriſto crucifixus ſum, uiuo autem non amplius ego, ſed uiuit in me Chriſtus, quod autem nunc in carne uiuo, in fide uiuo filij Dei, Qui me dilexit, deditq; ſemetipſum pro me.

Talis hic uir fuit, talemq; ſe geſſit. Ex his enim, quæ dicta ſunt, reliquæ eius uirtutes facile intelligi poſſunt. Ego uero huius aſſecutus gratiam, ad alios me conuertam.

VITA MARIS SERVI DEI PER EVNdem Theodoretum Epiſcopum ſcripta, eodemq; Alberico Interprete.

Eſt in Philotheo eiuſdem, nunc primum latinis in lucem edita.

APud nos oppidum quoddam eſt, quod homeri dicitur. Iuxta quod Mares uir ſanctus anguſta domo ædificata, in illa ſeptem, & triginta annos ſponte incluſus uixit. Quæ cum monti cuidam adiaceret, ſemper humida erat. hieme etiam ſtillicidijs undiq; ſcatebat. Quæ omnia quot, qualeſq; morbos humanis corporibus gignant, norunt & ciues, & accolę, ſed potiſſimum agreſtes. Nullo tamen horum metu uir Dei perculſus, unquam, domicilium mutauit; ſed ibi obfirmato animo uitæ ſpacium confecit.

Priorem uero uitam non abſq; laboribus degerat, ſed per uirtutes iter incedens, ut ille mihi narrabat, corpus, 1 & animum æque integrum, & intactum ſeruauit, ac cũ è materno utero in lucem prodijt. Proinde dum

1 Tu qui ſeruare uirginitatem dicis eſſe impoſsibile, unde ſi ſanctus hic pater eã integrã uſq; ad mortem ſeruauit.

Vides quod in natalibus ſanctorũ martyrum celebres haberi panagyreis, & hominum conuentus fieri, antiquus mos fuit.

iuuenis erat, multas Panegyreis, quę 2 ſanctoꝝ martyrum natali haberi conſueuerant obibat, ubi ſuaui oratione, non ſine magna laude conuentus hominum deliniebat. Mox uero pſalmis operã 3 nauabat. Et quamuis corporis forma polleret, tamen neq; illa, neq; uocis concinnitas, qua maxime præſtabat, neq; multoꝝ cõmercium animi pulchritudinem uitiare unquam potuit. Sed perinde ac ſi aliquo monaſterio incluſus eſſet, animæ ſuæ curam habebat; donec uere incluſus & uirtutem auxit, & ingentem gloriam eſt aſſecutus.

3 *Mox pſalmis operam nauabat.*

Huius cõmercio ego ſępius uſus ſum, non tantũ enim domũ mihi patere uolebat, ſed ingredientẽ etiam amplectabatur, multáq; mecum de philoſophia diſſerebat. Neq; his ſolum uirtutibus, ſed animi etiã ſimplicitate pręſtabat, uafroſq́; mores omnino deteſtabatur. Inopiã ipſam quibuſuis opibus anteponebat. Nonaginta 4 annos cilicio uſus eſt, pane tantũ, ac ſale cõtentus erat. Cũ 5 aũt ſpiritalis, myſticiq; ſacrificij uidẽdi deſiderio teneretur, rogauit ut qñq; apud ſe fieret. Cuius uotis obtemperare cupiens; curaui, ut uaſa ſacra illuc tranſportentur. Oppidum enim non procul erat. Quo cum ueniſſem miniſtroꝝ manibus pro altari uſus, myſticũ, atq; diuinũ, & ſalutare ſacrificium feci, ita ut ille ſpiritali quadam affectus uoluptate, intimas cœli partes uidere ſe, nullamq́; antea eiuſmodi lætitiã ſenſiſſe prędicaret.

4 *Vide rem mirabilẽ. Nonaginta annos cilicio uſus eſt, pane tantum ac ſale cõtentus.*

5 *Ecce quõ hic et infra appellat ſacram miſſam, ſpirituale, myſticum, diuinum ac ſalutare ſacrificium.*

Ego uero quẽ ille ardenter amabat, iniurius certe & illi fuiſſem, ſi meritis eum poſt mortem laudibus defraudaſſem, & alijs etiam, ſi optimam eius uitam imitandam non propoſuiſſem. Quare 6 eius ope implorata, narrationi finem imponam.

6 *Implorat Autor ſancti mortui opem.*

Habetur in lib. eiuſdem qui Philotheus inſcribitur, nunc primũ latinis in lucem edita.

VITA ALTERIVS IACOBI SERVI DEI
per Theodoretum Cyrrhenſem Epiſcopum ſcripta, Alberico Longo Salentino Interprete.

SVperiorum uiroꝝ pro uirtute certantiũm conflictibus, laboribus, ſudoribus, illuſtribuſq́; uictorijs ſupra enarratis, reliquum eſt, ut eoꝝ geſta deinceps ſcribenda, utilemq́; poſteris memoriã relinquendam aggrediamur, qui ſtrenue dimicantes, maioꝝ ſuoꝝ gloriam obſcurare conati ſunt. Quemadmodũ enim illuſtris illoꝝ uitã eis, qui poſt ſe fuerunt, non parum ad uirtutem attulit adiumenti, ſic etiam ex horum geſtis ſcribendis, tanquam ab aliquo exemplari, qui poſt nos erunt, ubertimos fructus capient.

Quorum ſanè ducẽ, & anteſignanũ magnum Iacobum facere uiſum eſt, hic enim & tempore, & labore cęteris antecellit, ita, ut qui hunc imitantur, rem certe admirabilem, & incredibilem faciant. Contigit autem neſcio quo fato, ut quemadmodũ inter illos, ſic etiã inter hos nomen hoc primũ locum occuparet, cum enim illorũ initium facerẽ, diuo Iacobo primas partes dedi, illi inquam Iacobo, qui perſicum exercitum ſolius orationis ope fudit, atq; fugauit qui dirutis urbis mœnibus, non ſolum illam tutatus eſt, ſed hoſtes etiã ipſos culicum, atq; aſylorum copijs ad fugam compulit. Illius igitur cognominis reliquorũ princeps eſto, non quia cognominis, ſed quoniã uirtutẽ eius imitatus, cæteris uiam ad illam affectãtibus ſe ducem prębuit: Vſus enim Maronis uiri illius egregij & familiaritate,

ritate, & diſciplina, magiſtri gloriã magis arduis laboribus obeundis, ob ſcurauit. Ille enim uetuſti, ut dicebamus, erroris templum pro domicilio, habebat. cilicio autẽ contra pluuiarũ niuiumq; impetum utebatur. Hic uero neglectis illis pro umbra, pro ſcena, pro tecto cœli tantum tegmine ſe defẽdebat, omneſq; aëris iniurias ęquo animo ferebat, ita ut modo magna imbrium ui opprimeretur, modo acuta glacie congelaret; interdũ uero nimio ſolis ęſtu flagraret: omnia tamen perinde ac ſi non proprio, ſed alieno corpore pugnaret, patienter ferebat, Quippe imbecillam corporis naturã conſtantia obfirmare didicerat, mortalis enim, atq; patibilis ita pugnabat, ac ſi immortalis & impatibilis eſſet: & corporea uita ad incorpoream contendens, cũ diuo Paulo clamabat: In carne ambulantes, non „
ſecundum carnem militamus, nam arma militiæ noſtrę non carnalia ſunt, „
ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionũ conſilia deſtruentes, & „
omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiui- „
tatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. „

Sed in his ſupernaturalibus ludis maioribus ſe laboribus exercuit; Cũ enim in domo perangusta primũ ſemetipſum cohercuiſſet, et fixa in Deũ mente, animum a terrenis uinculis in libertatem uendicaſſet, ad ſummũ bonum neruis omnibus contendebat. mox ibi optime exercitus, maiora ſubire certamina auſus eſt; Quare cum montem quendam centum ab hac urbe ſtadijs diſtantem aſcendiſſet, obſcurum prius, ac ſterilem; illuſtrem & fructuoſum reddidit; tantumq; gratiæ huius uiri pręſentia ſuſcepiſſe creditum eſt, ut tellus illi ſubiecta, tota ſumeretẽ ab eis, qui undiq; confluẽtes, illam non citra ſpem aliquã futuræ utilitatis glebatim, atq; certatim auferebant. Hunc igitur montẽ incolens, nullum neque antrum, ut dicebam, neque ſcenam, neque tugurium, neq; ſeptum aliquod habere Quin, ſiue ſtet, ſiue ſedeat, ſiue iaceat, ſiue ſanus ſit, ſiue ęgrotus, aſſiduã orationi operam nauare uidetur. Et quoniã ſemper eius actionibus ſpectatores interſunt, pręſentibus illis ita ſe temperat, ut ne id quidẽ, quod naturę neceſſario debemus, perſoluere uelit. Cum enim cęteri homines ſubliberalius educati, præſentibus alijs haud facile corporis ſuperfluitates excernant; quid mirum, ſi ei qui ſummã attigit philoſophiam idem contigit?

Hæc appoſui nõ ab alijs accepta, ſed quibus egomet interfui. Cũ enim quatuordecim annis ante, ipſo ęſtatis uigore, cum aëre, uentiſq; quieſcentibus, ſolis radij uehementiores ſunt, in morbũ quendam grauiſſimum incidiſſet, ita eſt affectus, ut eũ, qui mortali natura ſit pręditus, affici par eſt. Conſtabat enim morbus ipſe ex choleræ exuberantia, quæ ad inferiores corporis partes deſcenderat, ubi remorſo craſſiori inteſtino, erumpere conabaẽ. Tunc ſanè maximã hominis patientiã admiratus ſum; Cũ enim accolarum multi ad rapiendũ corpus eius confluxiſſent, diſtracto in diuerſas partes animo ſedebat, Qua ſuis enim a natura ad egerenda corporis excrementa cogeretur, ueritus tamen tanti conuentus præſentiã perferre decreuit. Quare cũ hoc animaduerterem, cępi turbę ſuadere, mox comminari, tandẽ pro ſacerdotalis dignitatis imperio cogere, ut recederet, uix tamen poſt ſolis occaſum dimiſi. Vir autẽ ſanctus, ne his quidem recedẽtibus naturę parẽre uoluit. Sed uſq; ad multã noctem, donec omnes abijſſemus, conſtantiſſime pertulit. Poſtridie uero ad eum profectus, cũ ſolis ęſtum uehementiorem, internamq; febrim ui externi caloris auctam eſſe

animaduertiſſem; diſſimulato capitis dolore, ſolis radios ferre me nō poſſe dixi, rogauiq́;, ut liceat mihi per illum exiguā umbrā parare, quo impetrato, tribus calamis humi affixis, duobusq́; ciliciȷs ſuper impoſitis, quod uolebamus fecimus. mox ſubire illam iuſſus, turpe inquā eſt, pater, me & iuuenem, & robuſtū huius umbrę uti pręſidio; te uero ſenem iam, & febricitantem ſolis radȷs expoſitū ſedere. Quare ſi me eam ſubire cupis, tu primus ſubeas; Cupio enim tecū eſſe aliquantulū, ſed ſolis ęſtum perferre nō poſſum. Cum hæc dixiſſem, meam ille ſalutem, propriæ ſententiæ anteponens, morem geſſit mihi. Quare cū umbrā illam unà ſubȷſſemus, mihi, inquam, iacendū eſt, ſedere enim nequeo, quo iubente ut iaceam, abſit, reſpondeo, ut iacens ego, te ſedentem aſpiciam; ſi me quieſcere deſideras, unà iaceamus, ſolus enim iacere erubeſco. huiuſmodi uerbis capta eius cōtinentia, feci ut aliquod iacendo ſolatium ſentiret. Mox quibuſdam facetȷs cęui animū eius delinire. deinde, iniecta humeris manu, illos fricare conabar. Tunc ſanè magnū illud ferri pondus, quod lumbos pariter, & ceruicē cōplectebatur, inueni. Quatuor præterea catenas, duas, ex anteriori, duas uerò ex poſteriori parte a ceruice ad femora in x litterę formā annexas deprehendi; cuiuſmodi etiā duabus brachia iuxta cubitus detinebantur. Cum igitur pondus illud grauiſſimum uidiſſem, rogaui, ut corpori laboranti, eodemq́; tēpore, & ſpontaneū onus, & inuitā ualetudinē ferre impotenti ſuccurreret, nunc enim inquā, pater ſublato ferri pondere, febris ipſa partes illius ſuſtinebit, qua depulſa, pōdus ipſum cū libitū fuerit ſubire ruſus in tua poteſtate erit. Qua etiam iure multis huiuſmodi precibus delinitus mihi morem geſſit.

Sed cum paucos poſt dies a morbo illo conualuiſſet, procedente tempore in grauiorem incidit. ad quem iterū multi ſanctū illius corpus arrepturi confluxere. Quod cū oppidani accepiſſent, militibus quidē militaribus armis, reliquis uero utcunq́; armatis concurrunt, congreſſiq́; pugnā cient, præliantur, ita tamen, ut iactis telis, lapidibusq́; hoſtes non uulnerarent, ſed perterrefacerent tantum. Quibus fugatis athletam illum, eorum quæ geſta erant prorſus ignauum (quippe ne caſtellum quidem eius direptum ab agreſtibus ſenſerat) feretro impoſitum in urbem ferebant; cūq́; in prophetarum templum appuliſſent, in ſcola illi propinqua feretrū deponunt. Interea quidā illorū Berrhęam, ubi tunc ego forte cōmorabar, accurrit, omniaq́; prout geſta erant ſignificat. Quare ſtatim arrepto itinere, totā noctem in eo conſumpſi. Luceſcente uero die hominem neq́; loquentem, neq́; aſtantiā quempiā agnoſcentē inuenio. Quem cū ſalutaſſem, diſſimulata uoce, magnū Acacium alloqui eum ſignifico, ille apertis oculis, confeſtim ut ſe haberet, & quando ueniſſet, interrogat: ad quæ cū ego reſpondiſſem, clauſis iterū oculis obticuit. Triduo poſt, circa ueſperū, ubi nā eſſet interrogat, qđ cū accepiſſet, admodū moleſte tulit, rogauitq́; ut ſe in monte referrent: cui ego obſecutus, in optatū locum re ferri iuſſi.

Tunc ſanè uenerandū uirum ab omni prorſus ambitione immunē eſſe animaduerti; Cum enim poſtridie frigidum ordei ſuccum ad illum attuliſſem; nanq́; a rebus calidis omnino abſtinebat, rogo ut accipiat, quod cum ſe facturum negaret, oro, inquam pater, ut nobis in hac re tantū morem geras, ſalutem enim tuā communē nobis exiſtimamus, non tantum enim nobis exemplo es, ſed tuis etiam precibus, quibus Deū nobis propi

tium reddis, magnũ affers adiumentum. Quod ſi a cibi nouitate abhorres,hoc etiã æquo animo tibi ferendum arbitror, nam hoc quoque philoſophi munus eſt propriũ. Quemadmodũ enim dum incolumis eſſes,abſtinentia cibi auiditatẽ compeſcebas,ſic nunc,dum ille tibi ſtomachum facit,eum ſumendo,patientiæ tuę uirtutẽ oſtende. Hæc mihi dicenti aderat etiam uir Dei Polychronius; Qui ut meis uotis ſuffragaretur,ipſe primus,qui 1 plerunq;' ſeptem dies ieiunus peragrabat,cibũ illum, matutino prę ſertim tẽpore guſtauit. Quare uictus ille,unicum ſurci illius poculum clauſis oculis,quod amaris potionibus bibẽdis facere conſueuimus, hauſit. Cum autẽ pedes,qui propter languorem greſſum amiſerant,aqua ſubhumectare perſuaſiſſemus (nam hanc etiã eius ſapientiam manifeſtã facere operęprecium eſſe arbitror)prope illum ſcyphus erat,quem, ne ab aduentantibus uideretur,cũ miniſtrorũ quidam ſtorea obtegere conaretur,cur,inquit ſcyphum obtegis? ne aduenientium ſpectaculo ſit,reſpõdet. Caue,inquit,puer,ea hominibus occultare,quę Deo manifeſta ſunt: cum enim illi ſoli uiuere cupiam, quã de me homines opinionem habeãt non laboro. Quis enim fructus, ſi mei labores ab hominibus magni, a Deo uerò minimi fiant? nullus ſané. Eorũ enim pręmia nõ ab hominibus, ſed a Deo expectanda ſunt. Quis,quęſo, mentem illam unde huiuſmodi uerba oriebantur ſatis admiretur?

1 *Polycronius plerumq; ſeptem dies ieiunus pagrabat. Vide quãti faceret ſanctus pater ieiunÿ obſeruantiam.*

Huic ſimile illud etiã fuit: Cum edendi tẽpus eſſet,accepta ad multam noctem madidę lentis olla,quo ſolo cibo 2 utebatur, comedebat. Interea oppidanus quidam militari officio prędítus,ueniebat ad illum,quem quanuis procul uidiſſet, lentem tamen non depoſuit, ſed edens pergebat. Mox dęmonem eſſe illum opinatus, urgens eum uerbis,expellebat ut hoſtem, interea, ut ſe intrepidum oſtenderet, lentem ori inferre non ceſſabat. Ille uero qui contumelÿs afficiebatur, rogabat ut ſibi parceret, homo enim,inquit, ſum, & cuiuſdam uoti reus ab urbe ſero egreſſus,ante hanc horã uenire non potui. His acceptis uerbis,ne timeas inquit, ſed accede,mihiq; ſodalis eſto: mox cũ preces abſolueris, abito. His dictis dexterã illius lente impleuit,iuſſitq;' ut illam comedat; ita inanis etiã gloriæ affectum una cum alÿs ab animo radicitus extirparat.

2 *Solo madidæ lentis cibo utebatur. O mirã ſancti abſtinentiam.*

De patientia uero illius dicere ſuperuacaneum eſt. nam quanta fuerit res ipſa docet. Plerunq; enim cũ tres dies, totidemq;' noctes iungeret, pronus humi, Deoq;' ſupplex,tanta ui niuis operiebãt,ut ne minima quidem eius ueſtis particula uideretur, & plerunq; palis, ac ligonibus oppreſſum ſubleuarent. His ille laboribus diuinæ gratiæ fructus capiebat, illius enim benedictione tantũ multę extinctę ſunt,extinguunturq;' febres; multi etiã dęmonũ fuſi omnino ſunt, atq; fugati. aqua 3 etiã illius manibus benedicta in efficaciſſimum remedium conuertitur. quis enim neſcit extinctũ puerum huius precibus ſurrexiſſe? Cuius ſanè pater cum multos alios ſuſcepiſſet quidem,ſed immatura morte prę uentos amiſiſſet,hoc nato tandẽ,ad uirũ Dei confugerat rogaueratq;' ut eius precibus longæuus ille fieret, quod ſi impetraſſet,Dei miniſterio ſe illũ addictũrũ pollicebatur. Verũ quadriennio poſt natalem pueri diem, abſente patre moritur, reuerſus pater cum gnatum offerri deprẽdiſſet, ſublato illo,decet,inquit, me promiſſum ſoluere, atq; ita defunctũ uiro Dei reſtituere. His dictis, puerũ affert,ÿſdemq; uerbis repetitis,ad illius pedes proicit. Vir Dei ac-

3 *Aquã etiã illius manibus benedicta, in efficaciſſimum remedium cõuertitur.*

cepto puero,atq; oblato,uitæ ac mortis dominũ obſecrat. Quare adueniente nocte,puer uocẽ emittit,patremq́; uocat; qua audita uir Dei puerum reſurrexiſſe ſentiens conſurgit; actiſq́; gratijs illi,qui ſe timentiũ preces admittit,filiũ patri reſtituit. His omnibus & ipſemet interfui,& patrẽ miraculũ narrantẽ audiui,multiſq́; narraui, nã maximo futurum illis adiumento putabam. Ipſe etiam quamplurima ab eo beneficia accepi,quorum unum, uel ad ſummum duo, ne ingrati animi uitio laborare uidear, commemorabo.

Marcion ille nepharius multas impietatis ſpinas Cyrrhi diſſeminarat: Quas cũ radicitus extirpare cuperẽ,uias omnes tentabã, omnemq́; quod aiunt,lapidẽ mouebam. Qui uero per me ſalutem receperant, ijdem illi, pro beneuolentia, quã de illis, ut apoſtoli uerbis utar,meritus fuerã,calũnias,& pro bono malũ rependebat; proq́; meo in illos amore,odio proſequebantur. ita ut prꝗſtigiatorũ ac dꝗmonũ opera freti, inuiſibile in me bellũ gererent. Quare ad multã noctẽ malus quidã Dæmon ad me profectus, ſyro idiomate clamans; quid inquit,o miſer,bellũ in Marcionem geris? qua in re tibi unquã moleſtus fuit? omitte inimicitias, relinque ſimultates,re ſiquidẽ ipſa iam expertus es, quã ſalutare ſit ociũ. ſcis enim me olim uulnus in te fuiſſe incuſſurum,ni martyrũ chorum unà cum Iacobo tibi prꝗſidio eſſe animaduertiſſem. Hꝗc profectò egomet audiui, & quendam prope me iacentẽ an audiſſet interrogaui. Ille uero & audiſſe ſe,ac ſurgere,& quis nam loqueretur ſpeculari uoluiſſe, uerum ne me dormientẽ excitaret,nihil horũ feciſſe,reſpondit. Mox conſurgentes ambo, ecquis eſſet obſeruabamus, ſed neminẽ amplius nec loqui uidimus, nec moueri audiuimus. Domeſticorũ etiã multi eadẽ uerba ſe audiuiſſe confeſſi ſunt. Animaduerti tamen, ꝙ martyrũ chori appellatione, olei ampullam 4 innuere uoluit quod a multis martyribus benedictũ,mecum prope lectum; & ſub puluino magni Iacobi uetus indumẽtum,quod me uel quouis adamantino munimento fortius tutabatur habebam.

4

Vide deuotionem antiquorũ eporũ. Theodoretus ꝑpe lectum ampullam olei a multis martyribus benedicti, & ſub puluino ſancti Iacobi uetus indumentum quod eum tutabatur habebat, ꝑpter quæ dæmon etiam confeſſus fuit non potuiſſe in eum uulnus infligere.

Alias cum maximũ eorundẽ hꝗreticorum oppidũ inuadere uolentem, multa interiecta obſtacula impedirent, mei Heſaïæ ope implorata,confide,inquit,quoniã omnia uelut araneorũ telꝗ diſſecta, ſolutaq́; ſunt. Hæc ſanè nocte me uir ſanctus admonuit,non imagine aliqua,ſed re ipſa demõſtrãs. Cum enim(inquit,pſallere incepiſſem, 5 uidi in ea regione,ubi oppida ipſa ſita ſunt,ſerpentem quẽdam igneũ, qui per mediam aëris regionem ab occidente in orientem ferebatur,cum uero tertiũ oraſſem,uidi illũ rurſus in ſpiras ſphericamq́; figurã reflexũ,caudam capiti annectere,octauum aũt,bifariam inciſum euanuiſſe.Hæc ſanè ille. Nos aũt re ipſa uaticinium eius uerum fuiſſe comperimus.ſtatim enim adueniente die,illi qui ab omnium maloꝝ fonte,ſerpente ſcilicet,obſidebãtur, qui olim Marcionis, nunc aũt apoſtolicꝗ ſectꝗ ſunt, qui ueſpere nudos nobis enſes oſtenderãt, hora quidem tertia, ſerpentis illius more, qui caudam capiti coniunxerat, ſe collegêre,octaua uerò diſiecti,ac diſſipati,deditionem facere,oppidũq́; nobis tradere coacti ſunt.Quod cum ingrederemur, ſerpentem æneũ, qui ab illis adorabatur inuenimus.Cum enim in rerum omniũ creatorem aperte bellum ſuſcepiſſent,execrabilem illum ſerpentem,ut antiquum illius hoſtem ducem ſibi creauerant. Huiuſmodi ſane fuere beneficia quæ in me a ſancto uiro collata ſunt.

5

Vir ſanctus cum nocte pſallere incepiſſet.

Sed cum

Sed cum in diuinas reuelationes ſermo noſter inciderit, eorũ equidem narrationem aggrediar, quæcunq; a ueraci illa lingua accepi. Narrabat autem non oſtentationis gratia, ſiquidem ab huiuſmodi affectu omnino immunis erat, ſed quia diuina quædam neceſſitas illum cogebat ut ea manifeſtaret quæ occulta habere maluiſſet. Rogabam illum, ut rerũ omniũ Deo pro me preces effunderet, obſecraretq; ut ſegetem mihi quauis zizania repurgatam, nulloq; hæretico ſemine infectam ſeruaret nephariĳ enim Marcionis error me maxime ſollicitũ habebat. Qui mihi ſubblanditus ita reſpõdit. neq; me, neq; alio tibi deprecatore opus eſt. habes 6 enim Ioan- 6
nem illum ſanctiſsimũ uerbi Dei prçconẽ, & domini præcurſorẽ, qui pro te rogat aſſidue. Et huius (inquam) precibus, et aliorũ etiam apoſtolorũ et prophetarũ, quorum reliquiæ nuper nobis allatæ ſunt fretus, tuas etiã poſtulo. Confide, ait, quoniam Ioannem baptiſtam habes. Ego aũt ſcire cupidus, cur hũc magis quam alios nominaret, multo magis urgeo. Ad hæc ille. Vellem (inqt) optabiles eius reliqas oſtendi mihi. Non oſtendã, inquã, ni prius, te, q̃cunq; uideris mihi manifeſtaturũ ꝓmiſeris. Qđ cũ ꝓmiſiſſet, poſtridie reliquias ipſas ad illũ affero. Ille remotis arbitris, hmõi uerba fecit. Cum hęc urbiũ p̃ſidia è Phenicę, Paleſtinaq; aduentantia choræis Dauidicis ſuſcipiebas, neſcio quid dubĳ in aĩo meo ſubortum eſt, Ioãnis ne illius uiri ſanctiſſimi hæ religę, an alius martyris eius cognominis eſſent. Poſtridie uero cum ad 7 multã noctẽ hymnis operã darem, uirum quendã 7
albis ueſtibus idutũ uideo, qui me his uerbis allocutus eſt. Iacobe frater, dic, quæſo, quamobrẽ aduentantibus non obuiã ueniſti? Quibus nam? inquam. Illis, ait, qui heri a Phenice, Paleſtinaq; aduenere, quos 8 cum 8
omnes et paſtor, & populus, & incolæ, & accolæ, alacri animo ſuſcepiſſent, tu ſolus inhonoratos habuiſti (his aũt uerbis dubiũ, quod in me de reliquĳs ſubortum fuerat, annuebat.) Quoniã inquam uobis, alĳſq; omnibus abſentibus Deum honoro. Poſtridie aũt eodem hora idem apparens, Iacobe, ait, frater, uidesne illum cuius ueſtis niuis candorem præfefert; ſtãtem præ ignis clibano? ad quem cum oculos conuertiſſem, Ioannemq; baptiſtam ex ſtola, & dextera, quam tanq; baptizaturus protenderat, eſſe cõieciſſem, hic ille eſt, inquit, quem tu eſſe exiſtimas. Aliàs, aiebat, Cum circa primam noctis horam in caſtellũ ſeditionẽ ibi exortam ſedaturus profectus eſſem, iuſſiſſemq;, ut 9 orationi diligentius operã darent, longis et ui- 9
gilĳs dominũ rogabã, mox abſolutis precibus, uocem mihi dicentem audiui; ne timeas, Iacobe, magnus enim Ioannes baptiſta totã noctem rerũ omniũ Deũ rogauit. multaq; clades facta iam eſſet, niſi illius precibus diaboli debellata fuiſſet audacia. Hæc cum dixiſſet, omnia inquit apud te ſeruato neq; alĳ cõmunicaueris. Ego uero cõmunis utilitatis gratia, non ſolũ alĳs narraui, ſed literis etiã mandare decreui. Dicebat etiam ſe Ioſephum patriarcham capite, mentoq; canũ uidiſſe, quiq; uel in ſenectute ipſa pulcritudinis ſplendore fulgebat, ſeque ſanctorũ omnium poſtremum ac minimũ appellabat, nã cum ego, dicebat, illorũ omnium, qui cum eo ſepulti erant principem appellaſſem, ille ſe poſtremum eſſe aiebat.

Si ſanct' domini præcurſor Ioannes aſſiduo pro Theodoreto orabat, ergo ſancti in cælo orant pro uiuentibus.

Cum ad multam noctem hymnis operam darem.

Vide quanto cum populi cõcurſu & iucunditate, ſuſceptæ fuiſſent ſanctorum reliquiæ.

Ecce orationem populi diligentem, Lõgas uigilias, etiam preces ſancti Ioannis baptiſtæ per totam noctem effuſas, quibus diaboli debellata eſt audacia.

Narrauit etiã plerunq; demonũ inſultus quos quotidie paſſus eſt. Cũ primũ enim, dicebat, huic uitæ inſtituto me addixiſſem, uir quidã nudus, igneis oculis, & Aethiopis ſpeciem præſeferens apparuit. Quem cũ uidiſſem, timore perculſus dimiſſo cibo, cuius capiendi tempore apparuerat,

me ad orationem conuerto, ſed cum ſeptem, octo ac decem demum dies
10 ieiunus 10 peragraſſem, tandem contēpto illo cibū ſumere incipio. Ille
Cum ſeptem, octo, ac decem dies ieiunus peragraſſem.
huiuſmodi animi conſtantiā ferre impotens, mihi uerbera cōminatur; Ego uero, ſi tibi a rerum omniū domino huiuſmodi facultas datur uerberato, inquā, perinde enim feram ac ſi ab illo uerberer. Sin aūt, rumpatis licet, nō uerberabis. Hæc cū dixiſſem, fugit tunc. Poſt hæc aūt me clam eludere incepit. Mea enim accepta forma, illi obuiā ibat, ꝗ bis in hebdomada mihi aquā a mōtis radice, ferre cōſueuerat. Qua ab eius manibus accepta, abire iubebat, mox illam effundebat. Quod ſanè cū nō ſemel aut bis tm̄, ſed ſæpius faceret, hac arte ſiti me conficiebat. Quod cū moleſte ferrem, eum qui aquā ferebat, rogo, cur per tot dies ab īſtituto deſtitiſſet, ter, inquit, aquā attuli tuꝗ́ illam accepiſti. Ecquando, inquā, a te aquam accepi? Cū ille mihi locum oſtendiſſet, caue, inquam, ne ſibi mihi uel ſexcenties alibi quā hic occuteris, aquam præbeas.

Hac arte eluſus dæmon, aliā aggreſſus eſt uiā. nā clamās nocte alta uoce, minabatur, quod tanto dedecore, tantaꝗ́ me affecturus erat infamia; quod nemo unquā ad me amplius appropinquare auſus eēt. Ad hæc ego reſpondebā, quod ſi hoc feciſſet, maximā a me gratiā, uel inuitus initurus erat; quoniā in Dei contemplatione maiori cū ocio me oblectaturus erā.
11 Poſt paucos itaꝗ dies circa meridianā horam, dum 11 diuinū ſacrificiū
Dum diuinum ſacrificium pro more facerem. Ecce quō miſſam appellat diuinū ſacrificium.
pro more facerem, duas mulieres è monte deſcendentes aſpicio. Mihi uero inſuetū ſpectaculū ægreferenti, lapidibus illas petere animus erat, cum minorꝫ illarum in mentem uenit, hanc ſcilicet eſſe infamiā illam quā mihi cōminatus fuerat. Confeſtim itaꝗ clamans, inquā, uel ſi ipſas meis humeris impoſueris, orationis præſidio fretus, æquo animo feram. His dictis, illæ unà cum uerbis meis euanuere.
12 Poſt hęc uero iterū nocte, dū ego orationi 12 operā nauarem, quendā
Nocte dum ego orationi operam nauarem.
quadrigarū ſtrepitum, & aurigæ uocem cum equorꝫ himnitibus audio. Quare nouitate rei perculſus, neꝗ enim ciuitatis princeps tūc ab urbe aberat, neꝗ iter, neꝗ tempus illud aptū quadrigis erat, arrectis auribus, quidnam illud eſſet obſeruabā. Interea tumultus quidē irruentis multitudinis auditur, ita ut Centuriones pariter, ac milites clamare, ſibilare, turbā è medio expellere, uiamꝗ́ duci parare uiderentur: Quem cū mihi iam propinquum eſſe iudicarem; quis, inquā, es, & unde, & cuius rei gratia, hac hora me petis, meamꝗ́ conſtantiā, miſer, negligis? Hęc ego cōuerſus ad orientem ſolem dicebā ſimul, & precibus operā dabam. Ille uero conatus quidem eſt, at impetū in me facere non potuit: diuina enim gratia, qua ego munitus eram, uires eius labefactabat. quare ſtatim omnia euanuerunt.
Dicebat etiā ſe prædomibus illis Iſauricis[1], qui ea tēpeſtate bonā orientis partem diripuerant, maxime perterritū, non ſanè mortis metu, uitā enim haud magni faciebat, ſed ne in ſeruitutē redactus illorꝫ impietatis, & crudelitatis ſpectaculo intereſſet. Hunc eius metū, cum diabolus acciperet audierat enim illū plerunꝗ apud amicos de hac re differentem, nocte mulieres ululantes, atꝗ hoſtes aduētare moreꝗ́ ignis in oppida impetū facere dicentes imitatus eſt. Confeſtim ego (aiebat) diuiſis capitis crinibus, alteros a ſiniſtra, alteros uerò a dextera parte a ceruice in pectus contraho, ut futuro enſis ictui liberius pateat, & iugulatus nefario ſceleratorꝫ ſpecta culo non interſim. Quod ſanè cum per totā noctem uigilans expectaſſem,

luceſcente die aduenientes quoſdã qd de Iſauris accepiſſent rogaui, nihil prorſus inquiunt.quare illam etiã diabolicam fuiſſe illuſionem conieci.

Aliàs,inquit,adoleſcẽs quidam forma bona, flauiſq; crinibus decorus, frigeſcenti ſimilis ridens ſimul,ac ludens accedit ad me,ego metu perculſus,multiſq; in eum inuectus cõtumelijs abdico, ille meretricio more aſpiciens,riſuq;,ac ſermone libidinẽ præſeferens,pergit ludere. Tunc ego magnopere iratus, quoniã pacto, inquam, ſolus cũ ſis, totum terrarũ orbem peragrare,totq; inſidias tantæ hominũ multitudini innectere potes? Ad hæc ille,non ſolus,inquit,ſum,ſed magna dęmonũ ludentium ſimul,& ſerio conantiũ turba orbem circuit,perque huiuſmodi illuſiones humanam naturã prorſus delere geſtit. Tu uero,inquã,Chriſti cõpulſus imperio, qui legionẽ illam per porcorũ turbam in profundũ maris adegit, abi hinc. Ille, neq; enim dominicæ potentiæ nomen ferre, neq; ſeruilis ſapientiæ radiũ ſpectare poterat,aufugit. Scio etiã alia multa, quæ quidẽ literis mandare non eſt animus, uereor enim ne multitudo eorũ plurimis icredulitatis anſam præbeat,quãquã illis qui ſanctiſſimi uiri geſtis interfuere,ac interſunt etiã,nihil horum ſit incredibile. Spectata enim uirtus dicta confirmat. At quoniã hæc in poſteros ſunt peruentura,& pleriq; oculis magis, q̃ auribus credunt,narrationem ipſam auditorũ incredulitate metiar.

In oppido itaq; huic monti propinquo, templũ alij maximũ huic uiro ædificarũt, quin ego ipſe ſepulcrũ illi in triumphantiũ apoſtolorũ templo condiderã. Verum cũ hæc accepiſſet,uir Dei,mecũ ſępius egit,ut ſe in mõte ipſo ſepelirem; Reſpondi non decere eũ,qui uitã hanc neglexerit, ſepulturæ ſollicitũ eſſe; Cum aũt incredibili huius rei deſiderio teneri illũ intelligerẽ,me id facturũ eſſe polliceor,arcamq; lapideã incidi,afferriq; iubeo, quam cũ aſſiduis imbribus labefactari uiderem, rogaui, ut per illũ liceret arcã illam perangusta domo circundari,quo impetrato, confeſtim ædificari iubeo, & iam illi tectũ impoſiturus eram, cũ ille nequaquã, inquit, Iacobi templũ hoc,ſed triumphantiũ martyrũ appellabitur. me uero,modo eorũ contubernio dignus ſim, tanq̃ hoſpitem, ac peregrinũ in alia ſepultura collocari uolo. Hæc aũt non dixit tantũ, ſed etiã fecit, collectis.n. undiq; prophetarũ,apoſtolorũ,martyrumq; reliquijs,& in eadẽ arcula recondit is, Cũ illis habitare reſurgere,atq; in cœlũ aſcendere,diuinãq; faciem contẽplari uoluit. Qua ex re quãta modeſtia præditus eſſet,facile intelligi poteſt: qui enim tanto uirtutis theſauro ditiſſimus erat, apud opulentiſſimos,quaſi extrema oppreſſus inopia maluit habitare. Quales itaq; uenerandi huius uiri labores,quales erũnæ fuerint, quantamq; apud Deũ gratiã ſit aſſecutus, & quot demũ uictorias reportarit,facile ex his quę dicta ſunt intelligi poteſt. Quoniã uero multi eius morũ aſperitatem accuſant,ac proinde uitam monaſticã & quietã, quaſi agreſtem reprehendũt; ſi pauca prius de hac re diſſeruero,narrationi finem imponam.

Manifeſtũ ſanè omnibus eſt, quod uir hic ſanctus, neq; tecto,neq; tugurio,neq; ſcena utitur. Quippe unicuiq; ad illũ proficiſcenti, & cũ eo loqui uolenti,patet aditus. Quod ſanè a multis huiuſmodi ſapientiæ profeſſoribus fieri non inuenias,tectis enim,portiſq; muniti,quiete uiuũt, hoſpites aũt admittunt cũ uolunt,cum nolunt,reiciunt,& ad diuinarũ rerũ contemplationẽ ſe recipiunt,apud hũc aũt nihil eſt horũ. Et licet eos maxime moleſte ferat,qui eũ orationis tempore cõueniunt,tamen ſi iuſſi abire ſta-

tim diſcedant, ſe rurſus ad orationē recipit. Si autem moleſti eſſe pergūt, & ſemel, biſq; admoniti non obtemperant, tunc ſane in illos inuehitur. Equidem de hac re multos cum eo ſermones habui, multoſq; id ægre ferre oſtendi, quod cum ad illū benedictionis cauſa ueniant, repellant. Equū eſſe tamen dicebam eos qui huius rei gratia multorū dierū iter cōfeciſſent, non meſtos, ſed alacres, tuiſq; philoſophicis ſermonibus ebrios dimittere. Ille aūt ad hæc, nō aliorū, ſed ſui ipſius gratia montē ſe habitare dicit, quoniam cū multis peccatorū uulneribus confectus ſim, multis etiā remedijs egeo, quę a domini noſtri benignitate impetrare contendo. An hoc nō abſurdum eſſet, orationis filum, intempeſtiuis hominū ſermonibus inciderē? Si enim alicuius hominis ſeruus eſſem, dumq; exhibendi miniſterij tēpus inſtaret, neglecto domino, cū aliquo conſeruorū ſermocinarer, nonne multis uerberibus dignus eſſem? Præterea ſi coràm Iudice accepiā ab aliquo iniuriā narrare inciperem, atq; inter narrandū ad aſtantiū aliquem conuerſus, aliud orationis genus aggrederer, nonne iudicem merito mihi iraſci, ſuamq; opem negare, & uerberibus cęſum extra cancellas exigere poſſe exiſtimas? Poſſe, inquam. Equúmne igitur tibi uidetur, ait, ſeruum domini rationem habere, me uero ad Deum, ac dominum ſempiternum iuſtiſſimumq; iudicem, regemq; omniū accedentem, maieſtate illa contēpta, ad conſeruos conuerſum, longa apud eos orationem inſtituere? Hæc & audiui, & ad eius uitæ reprehenſores detuli, recte enim mihi dixiſſe uidebaē. Nam præter illa, quæ ab eo dicta ſunt, hoc certe nemo negarit, proprium amantum munus eſſe, cætera præ re amata negligere, atq; contemnere, illamq; ſolam nocte, ac die cogitatione cōplecti. Hac igitur de cauſa illos moleſte ferre mihi uidetur qui eum ab oratione reuocant, quoniā optatæ illius formæ contemplatione expleri non poteſt.

Hæc ſanè dum in narrationis modū ſcriberem, breuitati quā maxime poteram conſulebam, ne nimiū prolixa oratio, alicuius patientiā effenderet. Verū ſi uir hic uiuet ad huc, pleriſq; alijs ſcribendi materiā ſuppeditabit. nos enim maxima ex hac uita cōmigrandi cupiditate ardemus. Optamus interea ut huiuſmodi ludi auctor, atq; magiſter finē huic athletæ ſuis laboribus dignū cōcedat, ut quod ſupereſt illi uitę ſpacium, priori conſentiat, & ipſe uictor tandē ad metā perueniat, noſtramq; imbecillitatem ſuis precibus confirmet, ut diuina ope communiti, acceptas clades reſartiamus, & ex hac uita triumphantes recedamus.

Habetur in Philotheo eiuſdem, & nūc primum Latinis cognita.

VITA LIMNÆI SERVI DEI PER THEOdoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta Alberico Longo interprete.

Alias aſper. τραχὺς habet alius codex.

Tillina oppidū eſt apud nos, quod olim Marcionico morbo laborabat, nunc autem euangelica ſalute perfruitur. Huic, meridiem uerſus, collis adiacet, nec ualde humilis, nec admodū erectus, ubi Thalaſſius multis quidē alijs dotibus ornatus ſed qui morū integritate, modeſtia, ac māſuetudine cæteris antecellebat, domicilium monaſticæ uitæ aptum habebat. Cuius quidem uirtutes, non ab alijs tantum accepi, ſed de illis etiam ſępe periculum feci; domum enim eius frequentabam, iucundaq; illius conſuetudine perfruebar. Huius gregis fuit Limnæus ille,

qui nunc in omnium ore uerſatur.

Hic enim admodũ adoleſcens in ea paleſtra exercitus, ſummaq; hac philoſophia probe inſtructus, primũ quidẽ 1 linguæ ſilentiũ imperauit, norat enĩ quã naturâ labilis eſſet. Mox cũ a diuino ſene ita eſſet effictus, ut uerã præceptoris imaginẽ præſeferret, ad magnũ Maronem, de quo ſupra ſcripſimus, eadẽ tempeſtate cum diuo Iacobo ſe contulit. A quo cũ magnũ uirtutis incremẽtũ accepiſſet, illius uitã ſub dio agendam æmulatus, alterũ montis uerticẽ Targalæ oppido imminentem aſcendit. Vbi adhuc habitat, nec domus, uel ſcenæ aut tugurĳ tegmine, ſed ſepto quodam ex lapidibus confecto, quodq; unicã portam limo compactam habet, utitur, quam ſanè portam ad ſe aduentantium nemini, præter me, patere uult. Quare cũ homines me ad illum profecturum eſſe accipiunt, confluunt undiq;, rogantq;, ut illos mihi comites aſſumã; alios uero qui ad eum uidendũ aliunde proficiſcuntur, per feneſtellam quandam alloquitur, ſuaq; benedictione impartitur. per quã multos ſanè in nomine domini tantũ, apoſtolorũ more, a multis morborũ generibus liberat. neq; alĳs ſolum, ſed eadem opera ſibi ipſe medetur.

Craſſioris olim inteſtini dolore laborabat, qui ſanè morbus, quæ tormenta, quóue cruciatus ferat, non illi tantũ qui experti ſunt, norunt ſed ĳ etiam qui eorum ſpectatores fuerunt. uolutantur enim atque huc, & illuc rabioſorum more feruntur, pedeſq; modo extendunt, modo uero contrahunt. Sedent, exurgunt, ambulant, quietem aliquam aucupantes, & modo balnea, modo locũ aliquem opacũ petunt. Quid uerbis opus eſt? malis omnibus hic morbus antecellit, quo quidem ille laborans, non ad medicos lectum cõfugiebat, nec aliquod a medicinis, ſiue cibis refrigeriũ appetebat, ſed humi ſuper quandã tabellam aſſidens, precibus, 2 & ſigno crucis, diuiniq; nominis appellatione tantũ. Sedatis doloribus a morbo conualuit. Aliàs cũ nocte ambularet, anguẽ iacentẽ pede preſſit, quare conuerſus ille pedẽ momordit, dumq; manuũ altera pedi opem ferre ſtudet, ſe quoq; anguis dentibus ictam ſenſit: quod etiã ſiniſtræ contigit, dum dexteræ præſidio eſſe conatur. Quare cũ anguis ira deferbuiſſet, pluribus enim quã decẽ uulneribus illum affecerat, diſceſſit, ſeq; in latibulo recondidit, Vir Dei quamuis acerbis doloribus laboraret, nullo tamen medicæ artis præſidio uſus eſt, ſed 3 fidei tantũ remedia, crucem uidelicet, preces, deiq; nomen uulneribus adhibebat. Non tamen alia de cauſa, ut ego arbitror, rerum omniũ Deus omne illud uenenum in uirũ ſanctũ euomi permiſit, niſi ut diuini illius animi patientiam omnibus manifeſtã facerer. Eadem enim contra Iobem uirũ ſtrenuũ illius permiſſu facta eſſe cõperimus, multis namque illum procellis agitari uoluit, ut gubernatoris peritia omnibus probaret. Vnde enim aut illius patientiam, aut huius conſtantiam dignoſcere potuiſſemus, ręi pietatis hoſtis omne telorum genus in hos conĳciendi poteſtatem habuiſſet? At quoniam ex his, quæ dicta ſunt uiri huius conſtantia facile deprehendi poteſt, nunc eius humanitatem oſtendamus.

Cũ enim pleroſq; oculis captos, ac propterea mendicare coactos, cõgregaſſet, per domicilia quæ ab oriente & occidente eius ſepti ſita erant, diſpoſuit, ibiq; 4 canticis, & hymnis Deum laudere iuſſit; uictũ autem illis neceſſariũ ab alĳs ad ſe proficiſcentibus ſuppeditari curabat. Ipſe uero

1 *Vides q. etiam antiqui monachi utebantur linguæ ſilentio?*

2 *Precibus et ſigno crucis, diuiniq; nominis appellatione tãtum, a morbo inteſtinorũ ſanctus pater conualuit.*

3 *Rurſus adhibita cruce, precibus, Deiq; nomine uulneribus ab angue inflictis, uir Dei ſanatus eſt.*

4 *Vides hymnorum et canticorũ quib. Deus laudatur, modulationem, antiquiſsimam eſſe? Cur ergo nunc tam acriter a quibuſdam reprehenditur?*

cum in medio eorū eſſet,utroſq; ad hymnos decantandos hortabatū. Ita ut uſq; ad hanc tempeſtatē dominū aſſidue laudent. huiuſmodi ſanè humanitate erga fratres uir ſanctus utitur. Iamq; octauus & trigeſimus annus eſt,ex quo ipſe magnuſq; Iacobus in huiuſmodi arenā deſcendēre.

Habetur in lib. Philothei,nouiſsime latinis in lucem edita.

VITA BEATI IOANNIS MONACHI PER Theodoretum epiſcopum ſcripta,eodem quo ſupra Alberico Interprete.

IN quam etiā Ioannes,uir ſane præter alias animi dotes, manſuetudine,atq; integritate morum inſignis ſe contulit. Hic enim montis ſciſſuram quandā incultā, & ſeptētrioni ſubiectā, quinq; iam,& uiginti annos aëris expoſitus iniurijs,habitat. Cætera uero,uictus uidelicet,ac ueſtitus,& ferri pondera eadem illi ſunt,quæ alijs, de quibus ſupra dicebamus. Res uero terrenas adeo contemnit, ut nullam in eis uerū ſolatium inueniri poſſe putet. Quod ſanè re ipſa oſtendit.

Cum enim uir quidā non ignobilis, amigdalum iuxta eius habitaculū conſeruiſſet,quæ quidem adulta,& umbram faciebat,& oculos etiā delectabat,uir ſanctus ne aliquid ab ea ſolatij caperet,incidi iuſſit Huiuſmodi uitæ inſtituto Moyſes etiam ſe addixit,qui ſenectute confectus propemodum, montis uerticē Rhamę oppido imminentē ſepto incluſus incolit. Antoninus pręterea,qui ſenex admodū perinde ſe exercetac Iuuenis. Quibus ſane 1 idem eſt uictus,idē ueſtitus,idem orandi modus,ijdem diurni nocturniq; labores,neque tēpus,neque ſenectus,neq; naturę imbecillitas illos a cępto uitæ curſu laboribuſq; deterret; Quin imò incredibili laborandi cupiditate ardent. Alios ēt athletas huiuſmodi ludi magiſter Deus in his montibus ac uallibus habet,quos quidem uel munere ſolum difficile ſit,ne dum uniuſcuiuſque uitam deſcribere. Quare hoc propoſito exēplo illos imitari uolentibus, horumq; benedictione impetrata, ad alios conuertamur.

1 Si ſanctis his monachis idē erat uictus, idem ueſtitus, idem orandi modus, ijdem diurni nocturniq; labores,patet q̄d etiam antiqui monachi habuerunt regulas & conſtitutiones quaſdam, quibus uniformiter uiuebant.

Habetur in libro ſupradicto & nunc primum latinis eſt cognita.

VITA ZEBENÆ SERVI DEI PER EVNdem Theodoretum ſcripta,eodemq; Alberico Interprete.

ZEbenam uel uſq; ad hodiernū diem celebrant illi,qui eius ſpectaculo digni habiti ſunt. dicuntq; illum multa oppreſſum ſenectute,ęque ſe laboribus uſq; ad uitæ finē exercuiſſe, ac ſi iunior eſſet; nauanda uerò precibus 1 opera oībus hominibus præſtitiſſe. Cū enim in illas nocte ac die incumberet,tantū aberat ut illum orandi ſacietas caperet, ut multo magis eius rei deſiderio flagraret. Illos uero quicunq; ad ſe aduentaſſent. Paucis allocutus dimiſſebat, ſeq; ad diuinarū rerum contemplationem,aqua abſtrahi non poterat,referebat.

Cum uero aſſidue ſtare propter ſenectutem nō poſſet, baculo innixus pſallebat pariter; & orabat. Cum autē præter cęteras uirtutes hoſpitalitate maxime polleret,multos eorū,qui ad ſe ueniebāt, morari uſq; ad ueſperum iubebat,qui quoniā nouerant illum totam 2 noctem ſtantē orare conſueuiſſe,a q̄buſdā negocijs domū ſe reuocari diſſimulātes diſcedebāt,

1 Orandi munere uir Dei omnibus mortalibus p̄ſtitit, ceu qui in diuinas preces nocte ac die incumberet,et in illis nunquā defatigaretur.

2 Vide rem mirā. Sanctus tota nocte ſtans orabat.

atq; his technis labores illos uitabant.

Hunc ſanè uir magnus ille Maro maxime ſuſpiciebat, & obſeruabat, ita ut illos quos eum inuiſendi gratia proficiſcentes uideret, feſtinare, ac uiri ſancti benedictionis fructũ capere hortaretur; patrẽ illum, ac præceptorem, omniſq; uirtutis ſpecimen, & archetypum appellans. Cum quo ſepeliri ſe rogabat, ſed per eos, qui corpus eius arripuere, & ad oppidum, de quo ſupra dictũ eſt attulere, non licuit.

Vir autẽ ſanctus Zebenas ante Maronem uita defunctus, in oppido illi propinquo, quod citta dicitur, ſepulturã eſt aſſecutus; 3 eiq; magnum templũ ędificatũ eſt, ſcatetq; eius ſepultura omni medicinarũ genere illis, qui cũ fide ad eum accedunt, ubi martyres etiam, qui apud Perſes dimicauere, conſepulti ſunt, annuiſq; 4 feſtis uenerantur.

3 In honorem ſancti tẽplum magnum ædificatum eſt, ſcatetq; ſepultura ei' omni medicinarum genere illis qui cum fide ad eum accedunt.

4 Ecce qđ etiam tũnc mos erat annuis feſtis ſanctos martyres uenerari.

VITA BEATI POLYCHRONII MONACHI per Theodoretum epiſcopum Cyrrhenſem ſcripta, Alberico Longo Salentino Interprete.

Habetũr in loco ubi ſupra, & nunc primũ latinis uiſa eſt.

HVius doctrina magnus etiã Polychronius inſtructus eſt; Sanctiſſimuſq; Iacobus ad hoc primũ ſe cilicio 1 indutum ait. Equidem quamuis eum non uiderim unquam, nã prius quam ad illũ proficiſcerer, uita defunctus eſt. In ipſo certe Polychronio Zebenæ ipſius ſapientiam agnoſco. non enim ita cera anulorũ typum, ut hic illius imaginem repreſentat. Quod ſane manifeſte intellexi, cũ eius geſta huius actionibus comparaui: nam nihilo ſecius hic 2 diuino flagrans deſiderio, res terrenas contemnit quã ille, & corporis mole oppreſſus, animã tamen uolatilem habet, ita ut aëra penetret, ac ſupra cœlum aſcendat, ſemperq; in diuinarũ rerũ contẽplatione uerſetur, neq; ab ea mentẽ abſtrahat. Et quãuis aliquando familiarium colloquijs indulgeat, mentem tamen ſemper ibi fixam habet.

1 Vides qđ habitũs antiquorum monachorũ ut in pluribus erat cilicium?

2 Quid dicis tu qui ſanctorum monachorum inſtituto detrahis? Nonne horũ uita magis appropinquat deo & degentes in corpore, angelicam ducũt conuerſationem?

Nocturnis 3 uero uigilijs eius interſui plerunq;, illumq; aſſidue ſtantẽ uidi. Itaq; cũ eum nullã neq; ſenectutis, neq; imbecillitatis rationẽ habere uiderẽ, multis precibus perſuaſi, ut duos contubernales, qui eius curã haberent, admitteret. Qui cũ uiros uirtute prędito, monaſticęq; uitę aſſuetos petijſſet, admiſiſſetq;, uiros illos egregios, & admirabiles rogaui, ut eius curã rebus omnibus anteponerent. Qui ſanè poſt paucos dies, cũ illum per totã noctem ſtantẽ ferre non poſſent, fugã adornabant. Verùm ante quã fugerent, uirum ſanctum rogarunt, ut uelit ſibi ipſi parcere, & labores corporis imbecillitate metiretur. Ille uerò ad hæc non ſolũ, inquit, nõ cogo uos, ut aſſidue ſtetis, quemadmodũ ego, ſed etiã ut quieſcatis ſępius iubeo. Illi autẽ, quonam pacto, inquiunt, te ſene ſtante, nullamq; tuæ imbecillitatis rationẽ habente, nos iuuenes, ac robuſtiores quieſcemus? huiuſmodi ſanè fuiſſe nocturnos eius labores noui. Viri autẽ illi procedente tempore tantũ profecere, ut ad eundẽ ſcopum cum hoc magno uiro contenderent. Ac Moyſes quidẽ, hoc enim eorũ alteri nomen erat, hucuſque apud illum eſt, omneq; ut patri, ac domino miniſteriũ pręſtat, & eius uirtutis ſplendorẽ imitatur, & ad unguem exprimit. Alter uero Damianus noĩe, in oppidũ quoddam qđ Niara dicitur, nõ admodũ diſtans ab hoc peranguſtã domũ habitat, ibiq; ſe exercet, ita, ut qui recte, et hinc & illos

3 Nocturnis eius uigilijs interſui plerũq;, illumq; aſſidue ſtantem uidi.

nouerit, ſi alterutrũ uiderit, magni Polychronij animã in hos migraſſe iu-ret, eadem enim manſuetudo, & ſimplicitas, & modeſtia, & ſermonis fa-cilitas, & iucunditas, & animi erectio, & diuinarum rerũ cogitatio, & ſta tus, & labor, & uigiliæ, & uictus, & pro diuina lege inopia eſt. Nihil enim in eorũ domicilio præter ſportulã, ubi madida lens repoſita eſt, inuenias. tantũ fructus ex magni Polychronij conſuetudine ceperunt.

Ego uero omiſſis diſcipulis ad præceptorem conuertar. Riuus enim qlibet a fonte principiũ habet. Hic igitur una cum alijs affectibus ambitione depulſa, inaniſq; gloriæ tyrrannide conculcata, labores ſuos ſemper occultos habere conabatur. ferri autem pondus ferre noluit, ueritus ne ſenſus tumore aliquo ſuperbiæ inflatus animã offenderet. Quare iuſſit cuidam, ut grauiſſimã quercus radicẽ ſibi tanquam ad alium uſum afferret. Qua quidẽ nocte humeris impoſita orabat die uerò depoſita illa quieſcebat. Cum quidã ad illum profectus radicẽ ante fores inuentam occultaſſet, quidã alius uiſam illã oſtendit mihi, quã ego quanti eſſet põderis dũ experior, uix ambabus manibus attollere potui. Ille uero cum me attollentem eam uidiſſet, iuſſit ut deponerẽ. Ego contra rogabã ut auferri ſineret (miſerebar enim ſenem illũ tantum ponderis ſubire) quẽ cum moleſte ferentẽ uiderem, dimiſi.

Huiuſmodi ſanè laboribus magnã apud Deum gratiam eſt aſſecutus, eiuſq; precibus multa miracula fieri uidemus. Cum enim ſiccitas illa immenſa qua homines conficiebantur, omnes ad faciendas ſupplicationes excitaret, magna ſacerdotũ turba confugit ad illum, cum quibus is etiam uenerat, qui multis Antiochenæ ditionis oppidis præfectus erat. Hic ſeniores rogauit, ut uiro ſancto ſuaderent, ut cuidã uaſculo dexterã imponeret, quibus hoc facturũ illum negantibus, orari ceptũ eſt. Ille interea ſtãs retro uirũ ſanctum, ambabus manibus uaſculũ porrigit, quod ſanè confeſtim ſcatere incipit ita, ut duo, uel tres, qui manus illi ſuppoſuere oleo plenas referrent. Quamuis tamen tanta gratia floreat, tanque pulcherrimis actionibus polleat, & quotidie uberrimos ſuæ ſapientiæ fructus capiat, ita tamen modeſtus eſt, ut omniũ, ſiue militũ, ſiue artificum, ſiue agreſtiũ ad ſeuenientiũ pedibus ſe proſternat.

His enarratis, ea etiã deſcribere animus eſt, ex quibus eius ſimplicitas, morumq; integritas facile perſpici poſſit. Vir quidã egregius huius populi imperium aſſecutus, cum Cyrrhũ aduenisset, mecũ una uiros hos inuiſere uoluit. Accedimus, uiſiſq; alijs, ad hunc, de cuius uirtute uerba facimus, uenimus. Cui ego, cum uirũ illum, qui ad eum ueniſſet magiſtratu præditum & æquitatis, pietatiſq; ſtudioſum eſſe ſignificaſſem, confeſtim uir ſanctus ambabus ſublatis manibus ad pedes eius procidit, rogatq; an id quod petiturus ab eo eſſet admitteret? Ille moleſtè ferens, atq; exurgere iubens, admiſſurũ ſe pollicetur. Quoniam, inquit uir ſanctus, iureiurando pollicitus es rogo te, ut Deo pro me efficaciſſimas preces offeras. Ille uero frontẽ feriens, iuramento exolui ſe rogabat, tanquã is qui ſe uel pro ſeipſo Deo preces offerre indignum reputaret. Quis quæſo tantam ſummi uiri modeſtam oratione poſſit æquare?

Hic præterea ita erat affectus, ut quocũq; morbo oppreſſus eſſet, nihilominus ijſdem ſe laboribus exerceret. Quem ſanè multis uerbis ac precibus uix tandẽ exoraui, ut domunculam illam, quam nunc habitat, ſibi

ædificar

ædificari permitteret, quod unicum afflicto corpori ſolatium futurũ eſſet. Huic cum multi ſanè pecunias dono attuliſſent, multi etiam ex teſtamento reliquiſſent, nihil tamen ab aliquo unquã accepit, ſed eoſdem quæ ſibi uel donata, uel relicta fuerant, diſpenſare iubebat. Quin etiam cilicium ſibi a magno Iacobo miſſum, remiſit, quoniã illud denſius ꝙ par erat, & elaboratius eſſe uidit. Quippe abiectis 4 ac uilibus ueſtibus uti cõſueuit. Inopiam enim quibuſuis opibus præfert ita ut ne neceſſariũ quidem uictum habeat unquã. Pleruꝙ enim ego benedictionis gratia profectus ad illum, nil aliud 5 præter duas caricas inueni.

4 Vides ſanctum uirũ abiectis & uilib' uti conſueuiſſe ueſtibus?

Huius etiã præſentia ſpectatoribus iucunda, & oratio auctoribus dulciſſima eſt. Neminem enim eoꝝ qui carpendis aliis maxime delectantur huius uitam carpſiſſe unquã, ſed omnes omnibus laudibus ad cęlum tollere audiui, & qui ad eum proficiſcuntur, diſcedere nunquam uellent.

5 Vide etiam quãta uictus penuria laborabat.

VITA ASCLEPII SERVI DEI PER THEODORETUM EPM SCRIPTA, ALBERICO LONGO INTERPRETE.

Habetur in Philotheo eiuſdẽ et nũc primũ latina facta eſt.

EIuſdem gregis eſt uir ille admirabilis Aſclepius, qui decẽ ab hoc ſtadiis diſtans eũdem ſcopũ contendit. eodem 1 enim uictu, ueſtituꝙ utitur. eademꝙ morum integritate, hoſpitalitate, charitate in proximos, diuinarũ rerum contemplatione, extrema inopia, & uirtutis copia pollet. quibus uir ille ſanctiſſimus erat inſignis. Dicunt etiã, quod quando inter fratres, qui in ciuitate ſunt uerſatur, gymnaſticam illius integrãꝙ uitam nullum alienoꝝ comercium aut impedit, aut maculat. Cum igitur in utroque certamine urbano ſcilicet & ſolitario ſe recte geſſerit, duplicem certè coronam iure meretur.

1 Hoc innuit etiã antiquos monachos habuiſſe regulas et cõſtitutiones, ſicut modo & noſtri habent.

Multi etiam alii huiuſmodi politiam ſecuti ſunt, quorũ uirtute, non noſtra ſolũ, ſed uicinę etiam urbes, atque caſtella plena ſunt. Quoꝝ unus ſanctiſſimus Iacobus eſt, qui domuncula quadam iuxta oppidum Iamuzan appellatũ incluſus, quamuis uitę finis impendeat, ætatis enim annũ nonageſimum agit, ſolus tamen uitã degit, & a foramine quodam flexuoſo reſponſa dat, nec tamen ab aliquo uideri poteſt, nam neque ignis, neque lucernę lumine utitur. Me uerò ut ſuã in me beneuolentiam oſtenderet, bis admiſit, atꝙ hoc honore dignum habuit.

Quicunꝙ autẽ nunc uita fruũtur, hi ſane mea de his uiris ſanctis qui uiuunt narratione non indigent, eoꝝ enim uirtutis, modo uelint, ſpectatores, ipſimet eſſe poſſunt. Poſteris autem hic tantũ eoꝝ philoſophiæ quaſi character, ad illos inſtruendos ſatis erit. Quare fine huic narrationi impoſito, impetrataꝙ ab eis benedictione, ad aliam narrationem aggrediar.

VITA ALTERIUS BEATI SIMEONIS SERUI DEI PER THEODORETUM EPISCOPUM CYRIHENſEM ſCRIPTA, ALBERICO LONGO INTERPRETE.

Habetur in lib. qui Philotheus dicitur, & nunc primum latinis cognita eſt.

SIMEONEM uirum illuſtrem, ac maximũ terrarũ orbis miraculũ nouere quidem omnes, & qui Romano imperio ſubiecti ſunt, & Perſe, & Indi, & Medi, & Aethiopes, & ad Scythas etiam Nomadas huius geſtoꝝ fama aduolauit. Ego uero, quãuis omnes fere homines eius

actionum teſtes habeam, illarum tamen narrationem aggredi pertimeſco; ne, quoniã ſupra humanam naturã ſunt, omnemq́; fidem excedunt, fabuloſa, & ab omni prorſus ueritate remota poſteris eſſe uideantur: homines enim ea, quæ de alijs dicuntur natura ſua metiri conſueuerunt: & quæ ſibi quiſq; facilia factu putat, ęquo animo accipit, ſupra ea, ueluti ficta pro falſis ducit. Sed quoniã id illis tantum, qui diuinarum rerum imperiti ſunt accidit; periti uero, pijſq́; homines multi ſunt, qui quidem, ſpiritus ſancti gratia ſuadente, tantum aberit ut non credant, ut etiam maximam fidem præſtent, omnia eius geſta audacter, alacriterq́; percurram. illinc aũt initium faciam, unde uir hic ſanctus uocatus eſt.

Oppidum quoddam intra noſtros ciliciumq́; fines ſitum eſt, qđ incolę Siſan appellãt; Hinc oriũdus Simeones, ouiũ gregibus paſcẽdis primũ a parentibus pręfectus eſt; ut in hac re etiã uiris magnis ęquari poſſet; nempe Iacob patriarchę, Ioſepho uiro prudenti, Moſi legis latori, Dauidi Regi, & Prophetę, ac omnibus demũ ſanctiſſimis illius claſſis uiris. Cum aũt multa ui niuiũ oues in ſtabulis manere cogerentur, exiguũ illud ociũ nactus ad ſacrũ templum unà cũ parentibus, ut ipſemet mihi narrauit, profectus eſt, ubi cum euangelicã uocem accepiſſet, quæ flentes ac lugẽtes beatos; ridẽtes uero miſeros eſſe dicebat, quęq́; illos fortunatos appellabat, qui mundam animã poſſiderent, aſtantiũ quendam interrogauit ecquo nã precio poterit ſibi quicquã hęc omnia cõparare? Qui ſane reſpondens, ſi monaſticã, inquit, uitã, ſummamq́; philoſophiam ſectatus fuerit. Quare accepto uerbi Dei ſemine, atq; in intimis pectoris penetralibus repoſito, in propinquum ſanctorum martyrũ templum ſe contulit, ubi 1 proſtratus humi, eũ qui omnes uult ſaluos fieri, rogabat, ut ſibi rectũ pietatis iter oſtenderet. ubi cũ hoc pacto diu moraretur, ſomno oppreſſus eſt mox uiſione quadã ita ſe affectũ dicebat ut fundamenta quædã effodere uideret.

1 *Proſtratus humi deũ rogabat.*

Dum hæc agerem, inquit, uocem aſtantis cuiuſdam audio, altius effodi opus eſſe dicentis. Cuius ego imperio obſecutus, inſto operi, re tandẽ, ut mihi uidebatur peracta, me ad ocium rẹferebam. Cum rurſus ille mihi ad huc effodiendũ eſſe dicit. Cum hęc ter, aut quater fieri imperaſſet, ſatis, inquit, nunc aũt ſi ædificium perfici cupis, indefeſſe tibi laborandum eſt, nã abſq; aſſiduo labore fieri quicquam non poteſt. Quod ſane uaticiniũ uerum fuiſſe res ipſa indicat; quæ enim deinceps ab eo geſta ſunt, naturam omnem excedunt, nam cũ illinc ſurrexiſſet; confeſtim in propinquũ monachorum cętum ſe contulit. ubi biennio cõmoratus, ſummamq́; apud eos uirtutem aſſecutus; Teledam, de qua ſupra mentionẽ fecimus, profectus eſt: apud quã magni, diuiniq́; uiri Ammianus, et Euſebius gymnaſticã paleſtram inſtituerant. Sed non in hanc beatus Simeones, uerũ in aliã, quæ ab hac ipſa ducebat originem ſe contulit. Euſebonas enim, & Abibio Euſebij diſcipuli, ſcolam hanc conſtruxerant, nã moribus, & uita cõcordes, unamq́; animã duobus corporibus pręſeferentes, multos imitatores habuere. Et cum ex hac uita nõ ſine maxima gloria migraſſent, Heliodorus uir ſane egregius, gregis, illius dux creatus eſt: qui ſane cum quinque, & ſexaginta annos uixiſſet, duos, & ſexaginta in monaſterio degit, quoniã triennio poſt natalem diem, omniũ rerum quæ in uita aguntur expers, ſemetipſum incluſerat, Dicebat hic ſe, neq; porcos, neq; gallos, neque aliud huiuſmodi uidiſſe inquã; hunc ego ſępius uidi, eiuſq; morum ſimplicita-

tem animiq; integritatem ſum admiratus.

Ad hunc igitur præfectus magn animus hic pietatis athleta, decem annos apud eū cōmoratus eſt, ubi cū octoginta ſocios haberet, omnes ſupe rauit. Cū enim alij 2 binis quibuſq; diebus cibū ſumerent, hic certe totā hebdomadam ieiunus, idq; inuitis monaſterij præfectis, modumq; omnē excedere dicentibus, peragrabat. Audiui plerunq; gregis illius ducē narrantē quod aſperrimo fune ex palmarū folijs contexto modos lūbos cingebat, atq; ita conſtringebat, ut omnē illam corporis partem quā premebat dilaceraret, aſſiduuſq; cruor manaret ab ulcere. Quem cū quidam uidiſſet, unde nā ille cruor eſſet, rogauit. quo nil reſpondente, manibus uiolentes illatis cauſam edidicit; quā cum præfectus etiam accepiſſet, confeſtim, & uirgijs, & precibus ſæuitiam illam accuſans, fecit quidem, ut uinculum illud deponeret, uerum ut ulceri remediū aliquod adhiberet, perſuadere non potuit. Quare cū hæc aliaq; huiuſmodi in ſe ipſum admittere illū uiderent, iuſſerunt, ut ab eorū paleſtra excederet: uerebantur enim, ne corpore imbecillibus huiuſmodi rem imitari nolentibus mali alicuius cauſa eſſet. Ille diu per montis ſolitudines uagatus, foſſam quandam non admodū profundā, nec aquas habētem inuenit in quam ſemetipſum conijciens, Deo pſallebat. Poſt quinque uero dies gregis illius duces dimiſiſſe illum pœnituit. quare miſſis duobus ex fratribus, inuenire illū, ac reducere iuſſerunt. Illi totū montem peruagati, in paſtores quoſdā incidunt; Quos cū datis ſignis de illo interrogaſſent, oſtenſa a paſtoribus foſſa, cōfeſtim multis clamoribus funē afferunt, illumq; non abſq; magnis laboribus extrahunt illinc; non enim aſcenſus æque facilis eſt, atq; deſcenſus.

Reductus itaq;, parumq; apud illos cōmoratus, in oppidū Telaniſum proficiſcitur, quod ſanè montis uertici, ubi nunc ſitum eſt, ſubiacebat. Vbi cum anguſtā admodum domunculā inueniſſet, totum trienniū in ea incluſus permanſit, & cū uirtutis opes augere ſemper contenderet. Moſis, & Heliæ diuinorū uirorū exemplo, quadraginta dies ieiunare decreuit. Quare Baſſum, qui ea tempeſtate oppidorū preſbyteris præfectus, multa loca circuibat, rogat, ut nulla re intra domunculā relicta, fores ipſos cemētis obſtrueret. Qui rei difficultate ꝓpoſita, ab huiuſmodi incepto deterrebat. uiolentamq; ſibi mortem conſciſcere quenquā non eſſe uirtutē, ſed uitiū, & primum, & maximū admonebat. His acceptis uir Dei, depone, inquit, ô pater hic decē panes, & aquę 3 lagenā, nam ſi corpus cibi indigentem ſenſero, ſumā illum. Recte inqt ille. Mox pane, & aqua depoſita, fores obſtruxit, ut iuſſerat; Poſt quadraginta dies reuerſus Baſſus, dirutis foribus ingreditur; panumq; numerū & aquę lagenā ita, ut reliquerat certe, at illum exanimē, atq; mutū, & īmobilem inuenit. Quare accepta ſpongia labra illius primū madefacit, mox diuinorū myſteriorū ſymbola impoſuit: quibus ille refectus, ſurrexit, ac cibi aliquantulū ſumpſit, 4 lactucas ſcilicet, cicoria, aliaq; huiuſmodi, quas dentibus non admodū confectas dimittebat in ſtomachū. Quam rem admiratus Baſſus, in propriū gregem ſe recepit; magnumq; hoc miraculum ſuis enarrauit, quos pluſquā ducētos habebat; illos tamē neq; iumentū, neq; molas poſſidere, neq; allatas pecunias accipere, neq; monaſterij foribus aut ad res neceſſarias parandas, aut ad amicos inuiſcendos 5 egredi, ſed intus manere, & id tantum quod ſpiritus ſancti gratia ſibi miſſum fuiſſet accipere uolebat. Quas ſa-

2 *Cum alij binis quibusq; diebus cibum ſumerent, hic totam hebdomadā ieiunus peragrabat.* Vide *quanta apud ſanctos illos patres eſſet ieiunorum obſeruatio.*

3 *Ieiunās ſanctus quadraginta dies, nec de decē panibus, nec de lagena aquæ ſibi dimiſſis quicquam tetigit.* O *rem mirabilē.*

4 *Ecce uiri Dei cibum rudem & tenuem.*

5 *Vide etiam tūc temporis perpetuā monachorum clauſuram.*

nē leges uſq; ad hanc tempeſtatē eius ſectatores obſeruant, & quāuis eorum numerus iam auctus ſit, illis tamen minime derogant.

Nunc ad magnū Simeonem reuertor. Ab illa igitur uſq; ad hanc tempeſtatem octo, et uiginti anni præteriere, quorū uno quoq; quadraginta dies ieiunus peragrat. Verū & tempus, & imbecillitas bonam laborū partem diminuêre. Primis enim temporibus ſtans pſallere conſueuerat, mox cū propter inediā attenuatum corpus ſtare amplius non poſſet, diuinū officiū ſedens celebrabat, deinde abſumpto penitus, extinctóq; corporis robore, humi ſemimortuus iacebat. Cum uero ſupra columnā eſſet, deſcēdere quidem nolebat, ſed, ut ſtare poſſet, aliam machinatus eſt artem, nā trabe colūnę alligata, illi funibus annexus, quadraginta dies exegit: tādem fauente ſpiritus ſancti gratia ne trabis quidē uſus eſt adminiculo, ſed ſuis fretus uiribus quadraginta dies ieiunus ſtetit.

Triennio igitur, ut dicebā, in domuncula illa cōmoratus, poſtremo diuulgatū hunc uerticē aſcēdit. ibiq; ſexto quodā conſtructo, paratáq; catena quadā ferrea, uiginti cubitorū lōgitudinis, alterū eius caput lapidi cuidā maximo affixit, alterū uerò dextro pedi adnexuit, ita, ut ne uolens qdē extra fines illos abire poſſet, ſed ītra illos ꝑmanēs, cęlū, & q̄ ſupra cęlū ſunt aſſidue cōtēplari cogeret. Ferrea.n. uincula mentē ipſam, qn officio ſuo fungeret, ꝓhibere nequibāt. Cū uero Meletius, qui tunc Antiochenæ regioni ꝑfectus erat, uir ſane magna ſapientia prędítus, ſuꝑuacaneā eſſe ferrum illud dixiſſet. rationalia ſiquidem mentis uincula corpus ipſum optime cohibere poterant, eius admonitionibus obſecutus, fabrum uocari, ac uincula illa diſſolui iuſſit. Et quoniā pellis quedam hirſuta tibrę alligata erat, ne ferri rigor illam mordêre poſſet, ſoluto uinculo ipſam etiā pellem diſcerpi, ac proīci opus fuit. In qua pluſquā uiginti cimices, qui in ea nidificauerant, inueniſſe dicebant, nec magnus Meletius negabat.

Hæc ſane inſerui, ut ex hac etiā re magnā uiri patientiā oſtenderē, cum enim pellem ipſam manibus confricare & illos conficere poſſet, eorū tamen morſus ferre malebat, nempe, ut ex paruis ad maiora certamina aſſuefieret. Cum igitur fama eius regiones illas peruagaretur, omnes ad illum undiq; confluebant, nō uicini tantū, ſed qui maximè diſtabant. aliīq; languida corpora afferebant, aliī ęgrotis ſalutē petebant, aliī uero patres fieri rogabant. & quod a natura accipere beneficiū nequibant, eius precibus poſſe ſe impetrare credebant. quibus ſane rebus impetratis mox ſe domum alacres recipiebant, ubi acceptos fructus oſtendentes, multo plures ad uirum ſanctū dimittebant. Quare hominum pelagus undiq; aduentantium, & more fluminum confluentium apud illū uidere eſt. non enim noſtrates tantū, ſed & Iſmaelitæ, & Perſæ & horum finitimi Armenīj, & Hibêri, & Homeritæ, & interiores etiā populi conueniunt. multiēt illorū, qui ultimā Heſperiam incolunt, uidelicet Hiſpani, Britanni, et Galli qui in medio horum ſunt. nam de Italia dicere ſuperuacaneum eſt: Ita enim uirū hunc celebrem apud Romanos eſſe dicunt, ut præ omnibus of-
6 ficinarū ueſtibulis paruulæ huius imagines 6 collocatæ ſint. Quippe ſui cuſtodiā ac tutelam in illis eſſe credunt.

Ecce uſum imaginū huius ſerui Dei tpe.

Cum autē immenſa hominum multitudo ad illū confluerent, omneſq; tangere illum, & benedictionē accipere contenderent, ut uanum illū honorem aſſiduamq; moleſtiam effugeret, ſuper columna illa ſtare decreuit.

Quæ

Quæ ſane primũ ſex,mox duodecim,deinde uiginti, nunc demum ſex & triginta cubitorum longitudinis eſt. Quod ſanè meo iudicio non abſque diuina prouidentia factum eſt. Quamobrem eos,qui facta aliorum carpere delectantur,rogo,ut linguã compeſcant,& deſinant maledicere, animaduertantque potius, quod ſępe Dominus, ut ſegniores ad uirtutẽ excitaret, huiuſmodi technas excogitauit. Nam & Heſaïam nudum, & Hieremiã zona lumbos precinctum incredulis uaticinari, interdum etiã uectes ligneos ac ferreos ceruici imponere iuſſit. Oſee etiam meretricem uxorẽ ducere,eandemque malam,& adulteram diligere uoluit. Exechielem quoque in latus dexterũ quadraginta,in ſiniſtrũ uero centum, & quinquaginta dies,recumbere,rurſus carceris murum pertũdere,ac fugere, & cum fugiſſet,reuerti,ac ſe ipſum in ſeruitutẽ tradere, iterũ autem enſem acuere, eodemque acuto caput radere, crineſque quadrifariam hinc, & hinc incidere prę cepit: Et,ne cuncta percurram,hæc certe omnia rerum omnium creatoris imperio facta ſunt; ut eos,qui neque legibus obtemperabant,neque prophetas audire uolebant, hoc nouo ſpectaculo ad eorum uerba audiẽda cogeret. Quis enim non perterreſiat, ſi uirum ſanctũ ac diuinum nudũ incedentem uideat? Quis autem eius rei cauſam ſcire non optet? Quis nõ percontetur,quamobrem propheta meretricem uxorẽ habere ſuſtineat? Quemadmodũ igitur rerum omnium dominus ad communem multorũ utilitatem unumquodque eorum fieri iuſſit,ſic etiam ut deſides populos ad ſalutem excitaret,atque alliceret,nouũ hoc ſpectaculi genus edidit, ut homines illius nouitate moti conuenirent,ac proinde uerbum Dei audirent, & ſalui fierent. Et quemadmodũ illi qui in homines imperium habent, per aliquod temporis ſpacium nouas aliquas numiſmatibus imagines ſculpunt,leonum uidelicet,aut ſtellarum aut angelorũ,ut aurum illud nouo impreſſum charactere precioſius eſſe oſtendant, ſic etiam ille rerũ omnium imperator hoc uitæ genus, quaſi nouum characterem proponens, omnium non fidelium tantũ,ſed infidelium etiam linguas ad illius laudes decantandas excitat,& inflammat.

Qđ aũt hoc uerum ſit,nõ uerba,ſed res ipſa indicat:infinitũ.n.Iſmaelitarum numerum in impietatis tenebris errantem, ſtans ille ſuper columnam illuminauit. Illuſtris enim lucerna hæc tanquam ſuper candelabrum poſita, ut ſol quidam in omnes orbis partes radios emittit. Videre itaque eſt Hiberos,Armenos, ac Perſas ad illum cõfluentes baptizari. Iſmaelitę uero turmatim ueniunt,patriumque deteſtantes errorem,& Idola, uiri ſancti cõmercio a rebus uenereis, quarum cauſa ſe in Idolorum ſeruitutẽ redigerant, abſtinent. Legibuſque a ſacro illo ore acceptis, patrijſque ritibus abdicatis,non aſinorũ agreſtium,camelorumque carnibus ueſcuntur amplius, ſed diuinis myſterijs fruuntur.

Horum ſpectator ego ipſe fui ſanè, & patriã impietatem deteſtantes, euangelicamque doctrinam probantes audiui, nec ſine maximo meo periculo,nam cũ uir ſanctus iuſſiſſet, ut a me ſacerdotalẽ benedictionem 7 illis profuturam acciperent, impetum in me barbarico more facientes, alij a fronte,alij a tergo,alij uero a latere diſtrahebãt. alij uero ſuper alios conſcendentes,manuſque protendentes, uel barbam uellebant, uel ueſtẽ diſcerebant, ac me illi profectò necaſſent, niſi uir ſanctus alta uoce omnes a me abegiſſet. Tales irriſa illa a multis columna fructus ferebat, ta-

7 *Vides q̃ alijs benedicere,epiſcopalis muneris opus eſt?*

leq; diuinitatis lumen in cęcis barbarorum mentibus infundebat.

Illud etiam, quod ab huiuſmodi barbaris factum eſt, addam: Duę illorum tribus erant, quarum altera uirū ſanctum rogabat ut eius tribuno ſuam benedictionem mitteret, altera uerò refragabatur, dicebatq; non illi opus eſſe benedictione, qui iniquus eſſet, & impius, ſed ſuo potius tribuno, qui uir bonus eſſet ac iuſtus. Cum de hac re diutius contendiſſent, tādem me ſuadente deſiſtere uelle uidebantur. dicebam enim quod utriq; benedicturus erat. Illi ruiſus inſurgentes, iniquum eſſe aiebant illum benedictione impartiri. alij uerò de altero tantundem dicebant, donec uir ſanctus comminatus utriſq;, caneſq; illos appellans litem diremit. Hæc adſcripſi, ut ueram illorū fidem oſtenderem, non enim tanta altercatione inſaniuiſſent, in magnā uim uiri ſancti bñdictionē habere crediciſſent.

Aliàs etiam ſtupendū ſane miraculum uidi. Ingreſſus enim quidā Saracenorum tribunus, rogabat, ut cuidam ex ſuis opem ferret, cuius corporis membra in itinere ſoluta erant. in quem ſanè morbum apud callinicum, erat autem hoc præſidium quoddam, incidiſſe dicebat. Vir ſanctus, cum illum in medium afferri iuſſiſſet, imperat, ut maiorum ſuorum impietatē deteſtetur. Cum his dictis obtēperaſſet, rogatus an patri, & unigenito filio, ac ſpiritui ſancto crederet, ait ſe credere, ſi credis, inquit, ſurge. Qui cū ſurrexiſſet, iuſſit ut tribunum illum, uirum ſane maxime corpulentū, ſublatum humeris uſq; ad tentorium ferret qui ſubiens onus confeſtim abſtulit quo iuſſus erat. Quo ſane miraculo ſpectatores ſtupefacti, Deum laudabant, Hoc autē iuſſerat illi domini exemplo, qui Paralytico, ut grabatum tolleret, imperauerat. Nec aliquis imitationes has tyrannidem eſſe dicat; Ille enim dixit, Qui credit in me, opa quę ego facio & ipſe faciet. Cui ſane promiſſioni ſatis fieri ab illo uidimus, quanuis enim nuſquam inueniatur domini umbram aliquod feciſſe miraculum, Vmbra tamē magni Petri, & mortes abegit, & morbos depulit, & dæmones fugauit. Verum non dubium eſt quin dominus per ſeruos ſuos huiuſmodi fecit miracula tunc & nunc ēt per diuum Simeonē Petri cognominē infinita faciat.

Equidem non ſolum eius miraculorū ſpectator, ſed uaticiniorū etiam auditor fui. Siccitatem enim, atq; illum ſterilem annum, &, quę poſt eum ſecutæ ſunt famē, & peſtē duobus annis ante prædixerat. Cū ſe uirgam magna minitantem hominibus flagella uidiſſe dicebat. Alias etiam uermium illorum, quos bruchos appellant magnam futuram copiam, non multum tam illaturam detrimenti ſignificauit, eiuſdē enim dextere, a qua calamitas proficiſcebatur, benignitas præſidio nobis futura erat. Poſt triginta dies tanta illorum uis exorta eſt, ut quaſi nubes ſolis radios offuſcaret. Fruges tamen illas quæ ad iumentorum uictum pertinent, radicitus extirparunt, quæ uero ad hominum, intactas reliquere. Mihi etiam quē quidam bello laceſcebat, poſt quindecim dies pacem futuram prædixit, quod ſanè uerum fuiſſe comperij. Alià huiuſmodi multa ſciens prudenſq; gratia breuitatis omitto, nā ex his quę dicta ſunt, ſpiritus ſancti gratia, qua pollebat, ſatis, ſuperq; intelligi poteſt.

S Habes hic oleū a ſancto uiro benedictū. Ergo creaturarū benedictio non eſt ſuperſtitio, ut dicunt nonnulli.

Huius etiam gloria maximè apud Perſarum Regem uiguit. Cū enim legati, qui a nobis ad Regem ipſum profecti erant, de hoc uiro mentionē feciſſent, ſatis humanè, quę nam eſſe uita hominis, & qualia miracula interrogaſſe fertur. Dicitur etiam eius uxor oleum S ab eo benedictum pe

tĳſſe,ac ueluti precioſiſſimũ munus domũ reportaſſe. Omnes etiã Regis miniſtri huius fama moti, quanuis multas a ſuis Magis contra ipſum ſicophantias accepiſſent,rem tamen diligenter perſcrutati, uirũ hunc pluſquam humanũ eſſe dicebant. Cæterа uero Perſarum turba ad regis miniſtros et cohortes confugiens,pecuniam dabat, ut oleum a uiro ſancto benedictum ſibi impetrarent. Iſmaelitarum etiam Regina,cum ſterilis eſſet,& parere cuperet,uiros quoſdam dignitate prȩditos miſit, per quos matrem ſe fieri rogabat qua gratia impetrata, accepto Regio puero, ad diuinum ſenem properat,ſed quoniam mulieribus aditus præcluſus erat, miſſo ad illum infantulo,ut eius benedictionem acciperet, hæc uerba ſuo nomine ferri ad illum iuſſit. Hic fructus tuus eſt,ego enim multis cum lachrymis tuȩ benedictionis ſemẽ concepi,tu uero feciſti, ut ſemen illud fructus eſſet,illi enim imbrem diuinæ gratiæ tuis precibus impetraſti.

Sed quouſqȝ Atlantici maris profunditatem metiri contendo, cum ea quæ ab illo quotidie geruntur numerũ omnem excedant? Equidem præ cæteris eius animi dotibus, patientia potiſſimũ mihi admiranda uidetur. nocte enim ac die ſtans ſpectatur ab omnibus,foribus enim hoc tempore,ac magna murorũ parte ſublata,nouo,atqȝ admirabili omniũ ſpectaculo expoſitus eſt.modo 9 enim ſtãs,modo uero humi proſtratus Deũ adorat. Multi etiam aſtantium eius inclinationes enumerant; ſemel autem meorũ quidam mille ducentis quadraginta quatuor enumeratis defeſſus,tandem numerare amplius deſiit,dum autẽ inflectitur, frontem pedum tenus applicat. quippe,cum ſemel tantũ in hebdomada 10 cibum, & hunc exiguũ,capiat, dorſum facile incuruari poteſt. Fertur etiã,quod continue ſtando,pedum eius alter ulcus cõtraxit,ex quo multa ſanies aſſidue ſcatere uidetur.Verum nihil horũ ab inſtituto deterret.Sed æquiſſimo animo fert quæcunqȝ ſibi,& ſponte ſua, & ſe inuito obtingunt, omnia enim inuicta patientia uincit.

9 *Modo ſtans,modo humi proſtratus Deum adorat.*

10 *Semel tantum in hebdomada cibũ,et hunc exiguum capit. Vide admirabilem ſancti abſtinentiam.*

Hoc ſane ulcus olim oſtendere cuidam coactus eſt; hac de cauſa. Venerat quidam a Rhamene urbe uir ſanè egregius,& ad Chriſti miniſteriũ aſſumptus, qui cum montis illius uerticem aſcendiſſet, dic mihi inquit, per illam quȩſo ueritatem,quȩ humanum genus ad ſe conuertit,es ne homo, an incorporea natura? Quã ſanè interrogationes cum adſtantes moleſtè ferrent,iuſſo omnibus ſilentio;Cur me interrogas, ait? Quoniã inqt, una omniũ uoce audio,te,quod ſanè propriũ hominis eſt,neqȝ comedere,neqȝ dormire,quod ſi uerũ eſt miror,certè unde uiuas. Scalam columnæ primũ admouere illum,mox aſcendere, ac manibus explorare iubet. Qui dextera per interiores 11 cilicĳ partes iniecta,non pedes tantũ, ſed moleſtiſſimũ ulcus illud palpabat.quo inuento, illius magnitudine ſtupefactus,auditoqȝ quod cibũ etiam quandoqȝ ſumeret, deſcendit illinc; & cum me conueniſſet,omnia narrauit.

11 *Ecce quõ ueſtris ſerui Dei erat cilicium.*

In publicis autem 12 ſolemnitatibus aliud patientiæ ſpecimen prȩſetulit,nam ab occaſu ad ortum ſolis ſublatis ad cœlum manibus, totã noctem ſtetit,neqȝ ſomno uictus, neqȝ labore defeſſus. Tanta autẽ rerum geſtarũ miraculorumqȝ numero ſplendẽs,adeo modeſtus eſt,ut omnium hominum ſe infimum, atqȝ poſtremũ exiſtimet. Prȩter modeſtiam uero, ita facilis,affabilis,& humanus eſt,ut ad cuiuslibet ſiue artificis, ſiue medici,ſiue ruſtici,interrogata reſpondeat. Doctrinæ etiã munere Dei beni

12 *Vide longam uigiliã in publicis ſolemnitatibus. Vide & prolixam orationem cum ſubleuatione manuũ ad cœlum.*

gnitate donatus eſt:ita,ut bis in die turbas hominũ docens, aures eorum uerborũ uenuſtate,ſpiritaliq́ ſcientia demulceat pariter,ac referciat;horte turq́ illos ut cœlum tantum ſpectent,ad illud contendant,terrena deſpiciant,promiſſa regna cœleſtia complectantur, & quæ futura ſunt ſperent.

Eſt etiam illum iudicia exercentẽ æquaſq́ ſententias proferentẽ uidere. quibus rebus poſt nonam horã operã dat. poſt quã aſtãtes primũ docet, mox quorundã auditis petitionibus,illis ſubuenit, deinceps lites dirimit. Circa ſolis occaſum recipit ſe ad diuina colloquia. Et licet his alijſq; huiuſmodi negotijs impediatur,eccleſiarũ tamen curam nõ omittit,ſed modo græcorum impietatẽ expugnat,modo Iudęorum debellat audaciam, Interdum hæreticorũ acies fundit,nũc de negocijs omnibus Regem certiorem facit,nunc magiſtratus ad zelum Dei excitat, illoſq́ hortatur,ut magis quã paſtores ipſi de eccleſia Dei ſolliciti ſint.

Hæc ſcripſi,ut omnium uirtutum eius minimã partem oſtenderem,omnia enim,quæ de eo narrantur, quis complectatur unquam? neq; ego me complexurum ſanè,ſed paucis tantũ enarratis, totius eius ſapientiæ quaſi characterem oſtendere ſum pollicitus. Scribent autem alij ut par eſt, his multò plura,& ſi uir hic ſanctus uixerit adhuc, maiora fortaſſe miracula adijcient. Equidem illum,cum commune totius orbis, chriſtianæq; pietatis ſit ornamentum,proprijs precibus adiutum,in hmõi laboribus perſeuerare,eiuſq́ uitam euãgelicæ legi cõſentaneã eſſe, & opto & obſecro.

VITA BARADATI SERVI DEI PER Theodoretum Epiſcopum Cyrrhi ſcripta, Alberico Longo Interprete.

Habetur in Philotheo eiuſdem. nunc tantum latinis cognita.

QVemadmodũ communis humanæ naturæ hoſtis multa in illius perniciem excogitat ſtratagemata, ita pij homines uarias artes, quibus eluſo illo triumphantes ad cœlum aſcendant inueniunt. Horum ſanè infinitus numerus turmatim pręlia conferens,parta uictoria, ad ſempiternam gloriã, diuerſo tamen itinere, euadunt. Alij enim monaſticam uitã ſectantur,& diuinis tantum colloquijs delectati, cætera ſolatia contemnunt. alij uero in ſcenis,alij in tugurijs uitam agentes, domino pſallunt,pleriq; in antris,& ſpeluncis, multi etiam quorũ ſupra meminimus,neq; antra,neq; ſpeluncas neq; ſcenas,neq; tuguria habitant, ſed nuda corpora modo frigoribus,modo uero caloribus exponunt. horũ rurſus uita diuerſa eſt, alij enim aſſiduè ſtant,alij uero quandoq; ſtant,quandoq; ſedent. nonnulli etiã ſeptis incluſi, multorum commertia fugiunt. Aliqui uerò nullo huiuſmodi præſidio ſepti,ſe oĩum ſpectaculo exponũt.

Hæc ſanè,prius quã diui Baradati uitã aggredior, attingere uiſum eſt; nam hic etiã noua continentiæ exempla excogitauit.Initio enim domunculæ cuidã incluſus,diuino tantũ ſolatio fruebatur, mox in quãdam montis ſciſſuram ſe conferens,arculam,quę uix corpus eius capere poterat,ex lignis confecit, ibiq; habitabat. Quã, quia corporis proceritatem minime æquabat,quoties ingredi uolebat,incuruari opus erat.Pręterea; quoniam caueę potius quã arcę formam habebat,& pluuię, & ſolis ardori, haud ſecus ac ſi ſub dio eſſet, erat obnoxius; laboreſq́ omnes equo animo ferebat.

Cum

Cum autē huiuſmodi uitam diu egiſſet, tandem Theodoti Antiocheni epiſcopi admonitionibus obſecutus, ab arca egreſſus eſt, totus tamē præter os, & nares, unde ſpiritū admittere, & emittere poſſet, cilicio contectus ſtat, aſſiduéq; manus ad cœlum ſublatas habet. Et quanuis corpus eius uarijs morborum generibus ſit obnoxiū, labores tamē omnes ęquo animo fert. Flamma enim diuini arboris laborare impotentē ad labores excitat. Cumq́; magna ſapientia præditus ſit, & interrogantes audit, & ad interrogata reſpondet. Syllogiſmos etiam interdum melius quā illi, qui diu in Ariſtotelicis labyrinthis uerſati ſunt, in formā redigit. Et quāuis ſapientiæ culmen attigerit, omnem tamen arrogantiā uitat, nouit enim quantam pernitiem mens inani gloria tacta gignat.

Hæc ſanè uiri huius, ut paucis abſoluā, ſapientia eſt. Cui alacriter currenti, utinam ſpacij metam detur attingere, horum enim uictorum gloria communis piorum omnium lætitia eſt. Me uero eorum precibus adiutum a culmine, quod illi attigerunt, non procul eſſe, ſed a radicibus paulatim ſurſum attolli ſentiam; ut eorum ſpectaculo lętus interſim.

VITA THALLELÆI SERVI DEI PER Theodoretū Cyrrhi epiſcopum ſcripta, Alberico eodem Salentino Interprete.

Habetur in lib. Philothei eiuſdē nunc primum in lucem edita.

THallelæi uero geſta, quę non ab alijs accepi, ſed ego met illis interfui, ſilentio minimè prætereunda ſunt. Hic in Gabalorum urbē, uiginti ſtadijs hinc diſtantem, minimam quidam, ſed in amęniſſima regione ſitam, profectus, collem quendam aſcendit, ubi templum erat dæmonibus dedicatum, & a ueteri impietate multis ſacrificijs uenerabatur. Hoc autē facere illi dicebantur, ut magnam ipſorum dæmonum ſeuitiam demulcerent. multos enim & incolas, & accolas uexabant, neque homines ſolum, ſed mulos etiā, & boues, & pecudes, non quidem, ut cū brutis bellum gererent, ſed ut per illa homines offenderent. Tunc autem, cúm uirum hunc illuc profectum, tuguriolum ſibi compegiſſe uiderent, uerberibus eum cedere conabantur quidem, ſed fidei ſcuto communitū, & gratiæ præſidio tutum, lædere non poterant, Quare multa rabie, multóq; furore exagitati, in multas ficuum, oliuarumq́; arbores ibi conſitas impetū facientes, pluſquā quingentas radicitus extirparunt. Hæc ſanèab agreſtibus quibuſdam uicinis accepi, qui olim in denſis impietatis tenebris uerſati nunc huius uiri doctrinæ, atq; miraculorum ope adiuti fidei ſplendorem ſunt conſecuti.

Cum his igitur terroribus dæmones uirum ſanctū ab inſtituto curſu reuocare non potuiſſent, alia uia agreſſi ſunt. nocte enim magno ululatu, multis lampadibus hominē perterreſacere nitebantur. Quos eorum conatus dum irridet, uicti locum ceſſere. Ille autem duabus rotis bicubitalibus compactis, curruiq́; aptatis, in medio earum ſedit, clauiſq́; eas affixit, atq; coniunxit. Mox fixis humi tribus lignis, alijſq; ſuperimpoſitis, inter illa currum collocat, ita, ut ſuſpenſus uideretur, cuius interior pars bicubitalis altitudinis eſt, latitudinis uero cubitalis. In hoc igitur ſedens, imò ſuſpenſus, iam decimum annum agit. Et quia corporis magnitudine pollet, erigere ceruicem impotens, incuruato denſo ſedet, ita, ut genibus

frontem attingat.

Ad hunc ego profectus, euangelicos fructus deſcerpentem inueni, nouumq́ illius uitæ genus admiratus, rogaui, cur illud potius, quam aliud elegiſſet. Qui ſanè Græco idiomate, nam Cilix erat genere, Ego, inquit multitudine peccatorum oppreſſus, pœnarum impendentium metu, hoc uitæ genus excogitaui ut mediocriter ſaltem corpus affligerem, & his ſupplicijs futurorum uim detererem aliquantulũ, illa.n.grauiora, non quantitate ſolũ, ſed etiam qualitate ſunt: quippe inuitis nobis obueniunt, quod autem inuito aliquo fit, moleſtiſſimũ eſt. Sed quæ uolentibus nobis obtingunt, & ſi acerba, minus tamen moleſta ſunt. quicquid enim ſponte ſubimus id minime uiolentũ eſt. Si igitur paruis his cruciatibus eos, qui futuri ſunt attenuauero, magnũ certè ex hac re lucrum reportaro. His uerbis acceptis eius prudentiam ualde admiratus ſum, quoniã non tantũ caueæ illi inclusus militabat, & militiæ genus præmeditatũ habebat, ſed quoniã horum cauſas & cognoſcebat, & alios eas docebat.

1 *Si ædificare martyribus templa malũ eſſet, ut ſcioli quidã noſtri tpis nugantur, tã bonus uir euerſo dæmonum templo, non ædificaſſet ſãctis martyribus aliud.*

Huius ope, dicunt incolæ, non homines ſolum, ſed bruta etiam a morbis liberata eſſe. Quare illa hominũ turba, quæ olim impietatis morbo laborabat, nunc a patrijs erroribus reuocata, incolumitate fruit. Cuius opibus poſtea uir ſanctus, euerſo dæmonũ templo, aliud 1 triumphantibus martyribus ędificauit ac dedicauit, ita, ut falſis dijs abactis 2 diuina martyrum corpora in eorum locum ſubſtitueret, Quorum precibus hic adiutus, utinam uictoriam reportet. nos uero, & huius, & illorum præſidio ardentes eorum uirtutum imitatores efficiamur.

2 *Nota qđ martyrũ corpora diuina nominat, q̃ heretici modo audẽt cineres emortuos nuncupare.*

Habetur in lib. Philothei eiuſdem, nũc primum latinis in lucẽ' edita.

VITA MARANAE, ET CYRAE SANCTARVM mulierum per Theodoretum Cyrhi epiſcopum ſcripta. Alberico Longo Salentino Interprete.

VIrorum fortium geſtis deſcriptis, Mulierum etiã minime illis inferiora, et fortaſſe maiora deſcribere operępretium eſſe arbitror: Mulieres enim tanto maiorem laudem merentur, quanto imbecilliorẽ naturam nactæ, uirorum uirtutem æquant, & primã illam ſexus maculã delent. Dicam aũt in præſenti de Marana, & Cyra, quæ cæteras fœminas continentiæ gloria ſuperarunt.

1 *Hortentur familas ad aſsiduam orationem, & ad diuinum amorem accendunt.*

Hæ quidem Berrhæa patria oriundæ genere inſignes, & educatione illuſtres, neglectis his omnibus, ſeptũ quoddam prope urbem ingreſſæ, fores eius cementis obſtruxere, Famulas aũt eiuſdem uitæ deſiderio captas non admiſere, ſed prope ſe aliud illis habitaculũ ædificarunt. quas per feneſtellam quandã obſeruant, & illas ad aſſiduam 1 orationẽ hortantur, & ad diuinũ amorem accendunt. Ipſæ uero nullo tecti præſidio munitæ, ſub dio manent. & per eandem feneſtellam cibũ ſuſcipiunt; & cum alijs mulieribus ad ſe aduentantibus colloquuntur, quarum conuentus in Pentecoſte ſolum habetur. reliquo enim tpe ſe ab oratione impediri nolunt. Marana uero tantum cum illis loqui conſueuit, alteram enim nemo unquam loquentem audiuit.

Feruntetiã ferri pondus adeo magnũ, ut Cyra, quæ corpore eſt imbecillior, uſq; ad terrã incuruetur, nec unquã erigere dorſum poſſit. Togas prælongas habent, ita ut ex poſteriori parte uſq; ad infimos pedes, ante-

riori uerò uſq; ad zonam protenſę, uultum pariter & ceruicem, & pectora, & manus tegant.

Has ego plerunq; uidi ingreſſus per ianuam quam illę epiſcopalis dignitatis rationem habentes, dirui iubebant. Vidi etiam ferri illius pōdus, quantū uix quamlibet robuſtus uir ferat. Quare ego inſertus, rogabam, ut deponerent. Illę mihi pro tempore obſecutę, cū abiiſſem, onus illud iterum ceruice lumbis manibus, & pedibus ſubibant. Atq; hoc pacto non decem tantū, ſed duos iam & quadraginta annos uiuunt. Tantoq; labore tandiu exercitæ, ęquè tamen laborant, ac ſi nuper incepiſſent. Nam ſponſi 2 pulcritudinem contemplantes, & laborē ęquo animo ferunt & ad curriculi metam, ubi rem adamatā ſtantem, et coronam oſtendentē aſpiciūt, feſtinant. Quare quaſcunq; aëris iniurias ęquo animo ferunt. Quin ſanctiſſimi Moſis exemplo, ter iam per quadraginta dies ieiunarunt, & poſt ieiunium, exiguum cibum cepere. Danielem etiam imitatę ſemel poſt 3 tres hebdomadas comederunt.

Optātes 4 pręterea loca ſacra, ubi Chriſtus paſſus eſt, uidere, uſq; ad Helīam profectę ſunt, ubi cū adoraſſent, cibū ſumpſere, & iter 5 ieiunę ſe domū recepere, eſt aūt non minus q̄ uiginti dierū iter. Rurſus cum diu Theclę templū, qđ in Iſauria eſt uiſiſſent ieiunę domū rediere; adeo diuino ardore inflāmatę exagitabantur, adeo ſponſi deſiderio inſaniebant.

Huiuſmodi ſane geſtis 6 fœmineū ſexum ornantes, ſeq; aliis tanquam exemplū proponentes, triūphalem coronam morantur. Ego aūt fructu, qui ab his excerpi poteſt, propoſito, earūq; benedictione impetrata, ad aliam narrationem aggrediar.

2 Vides qđ ſancti bene operantes primum ad Deum quem ſup omnia diligunt, intuitū habent, deinde ad coronam, quam a iuſto iudice expectant?

3 Semel poſt tres hebdomadas comederūt. Vide quàm longum ieiunium.

4 Ecce pegrinationē ad loca ſancta uidendi ſtudio, etiam antiquis frequentatam.

5 Vides et hic miram ieiuniorum protelationem?

6 Si ſāctæ ob bene geſta triumphalē coronam morantur, uir eſt qđ quiſquā bonis opib' auſit dtrahere?

VITA DOMNENÆ MVLIERIS SANCTÆ per eundem Theodoretum ſcripta, eodemq; quo ſupra interprete.

Habetur in lib. Philothei eiuſdē, nunc primum latinis in lucem prodiens.

DOMNENA, diuini Maronis, de quo ſupra diximus, uitā imitata, in hortulo maternę domus ex lini culmo confectum tuguriū habitat, ibiq; aſſiduis lachrymis, non genas tantū, ſed ciliciū 1 ēt quod induit, madefactat. Sub galli cantu in propinquum templū profecta una cum aliis mulieribus, & uiris rerū omniū domino pſallit. hoc aūt non in ortu tantū, ſed etiam poſt ſolis occaſum facere conſueuit. locū 3 enim Deo ſacrū cęteris locis antecellere, & ipſa iudicat, & alios etiam docet. atq; hac de cauſa, & matri & fratribus perſuaſit, ut 4 in illo ędificādo omnes fere opes impenderent.

Cibus 5 aūt illi eſt lens aqua madefacta. Quos 6 ſanè labores fert

1 Vides ſanctam cilicio indutam?

2 Pſallit in tēplo cum aliis mulieribus et uiris, non tantū in ortu ſolis, ſed etiam poſt occaſum.

3 Heus hæretice qui impudentiſſime templis chriſtianorū detrahis, & nullā inter locum differētiā facis, pondera paulisper hæc uerba, locum Deo ſacrū cæteris locis antecellere & ipſa iudicat, et alios etiam docet.

4 Quare ſancta fœmina nō potius matri et fratrib' pſuaſit ut opes ſuas darent pauperibus, quā ut in tēplo ædificādo illas abſumerent, niſi qđ pſtat interdū diuitias in diuinū cultū, quā in paupes effundere? Habes de hoc exemplū in ſancta muliere tantum a domino cōmēdata, q̄ alabaſtrum ungueti pcioſi ſup caput illius recūbentis effudit Matth. 26. ca.

5 Vide ſanctæ fœminæ tenuiſſimum uictum, & cibi delectum.

6 Ecce quantum laborant ſancti in hoc mundo, & quales carnis tribulationes ferunt propter regnū cœlorum et noſtri tpis hæretici gaudentes et ridentes putant ſe in cœleſtem patriā irrumpere?

exhauſto ferè corpore, ac ſemi mortuo, nihil enim prçter oſſa, pellemque tenuiſſimam in ea uidetur. Caro enim aſſiduis laboribus iam abſumpta eſt. Patet autem omnium cum uirorum, tum etiam mulierum ſpectaculo. Sed nec aliorum uultus uidet, neque tuum uideri permittit: nam tota cilicio tecta caput inter genua reponit. Cum loquitur tenuis admodum uocula auditur, ac ſemper lachrymatur, quod ſane ipſemet ſum expertus. nam cum illi dexteram porrexiſſem, acceptam illam oculis impoſuit, lachrymiſq́; ſcatentem dimiſit.

Hãc igitur tantis ſapiẽtiæ opibus præditam, & perinde lachrymantẽ, ac ſi extrema inopia laboraret, quis quæſo ſatis pro dignitate laudauerit? lachrymę enim illæ certè a diuini deſiderij fonte emanãt, quod mentẽ aſſidue ad ſui contemplationem excitat, ſuiſq; radijs inflammat, ita ut ſemper ex hac uita migrare, & ad illum proficiſci cupiat. Quanuis autem in huiuſmodi laboribus noctes, atq; dies uerſetur cęteras tamen uirtutis partes non omittit, ſed ſemper, eorũ quorum ſupra meminimus, & quos reliquimus curam habet. Nec hoſpites ad ſe aduentãtes negligit, ſed ad oppidi paſtorem eos primũ adduci iubet, mox res omnes ad uictum neceſſarias ſuppeditat. Patent enim illi ad huiuſmodi ſumptus maternæ, fraternæq́; opes, pro quibus illi nihil aliud præter eius benedictionem rependi ſibi poſtulant. Mihi etiã ad oppidum illud, quod nobis ab auſtrali parte adiacet ſæpius proficiſcenti, panem, fructus, madidãq́; lentem mittit.

Sed quo uſque huius aliarumq́; multarum uirtutes deſcribere contendo quæ & hanc, & illas de quibus ſupra mentionẽ fecimus imitatæ ſunt? quarũ pars in ſolitudinibus, pars uero in media hominũ turba ſe exercuere. Quæ turmatim ſanè huiuſmodi uitam ſectatæ, eodem cibo ueſcuntur, & ſuper ſtorea recumbentes, manibus quidem lanam trahunt, ore autẽ hymnos decantant. Harũ profectò innumeræ ſcolæ ſunt, non in noſtra tãtum regione, ſed in toto oriente, harũ enim & Paleſtina, & Aegyptus, & Aſia, & Pontus, & tota demum Europa plena eſt. Ex quo 7 enim dominus natus è uirgine, uirginitatẽ ipſam magnifacere oſtendit, natura ipſa integra uirginitatis prata tuliſſe uidetur, quæ hos ſempiternos, & odoratos flores gignunt creatori, qui non matem plus quam fęminã facit, neq; ſapientiam bifariã diuidit. Corporum enim non animarum diſcrimen eſt. nam apud Chriſtum Ieſum iuxtà apoſtolum nullũ maſculi, & fęmine diſcrimen eſt, eadem enim illis data eſt fides, idẽ baptiſma, idem Deus, & pater omniũ ſuper omnes, & in omnibus nobis, Idẽ etiam regnum cœlorum idemq́; præmiũ uictoribus propoſuit.

7 *Mirabile dictum contra noſtros nouatores, qui adeo uirginitati detrahunt. Nẽpe qđ ex quo dominus natus e uirgine, Virginitatẽ ipſam magnificare oſtendit, natura ipſa, integra uirginitatis prata tuliſſe uidetur. Et quæ hic ſequuntur omnia.*

Multæ igitur, ut dicebam, uirorum & fęminarum pietatis paleſtræ non apud nos tãtum, ſed in omni Syria, & paleſtina, & cilicia, & Meſopotamia ſunt. Dicunt etiã aliqui in Aegypto quinq; ferè hominũ milia in monaſterijs habitare, ibiq́; inter laborandũ pſallere domino. Ex quorum laboribus non illis tantũ, ſed hoſpitibus etiam & pauperibus res ad uictum neceſſariæ cõparantur. Sed omniũ uitas recenſere nõ mihi tantũ uerũ etiã omnibus fermè ſcriptoribus difficillimũ eſſet. & ſi fieri poſſet, res meo quidem iudicio ſuperuacanea, & oſtentatio quedã inutilis eſſet, illarũ enim uotis, qui ab huiuſmodi hiſtoria fructum aliquẽ capere deſiderant, hęc ſanè facile reſpondeãt, non ãlia enim de cauſa, de uarijs multorum inſtitutis ſcripſi. Virilibus etiam muliebria geſta adieci, ut uterque ſexus habeat

quem ſequatur.

Quemadmodū enim Pictores exemplum aliquod præ oculis habentes, nares, os, genas, aures, oculos, frontē, cabilis crines, mentiq́; pilos, ſeſſionē deniq́;, & ſtatum, atq́; ipſum oculorū aſpectum, ſiue triſtem, ſiue hilarē imitantur, ſic etiam unumquēq́; imitatorem ad eius, quem imitatur formā ſe affingere decet. Et quemadmodū fabri, cum tabulas equāt, tandiu eas explanant, donec admotę amuſſi ſint conſentaneę; ſic etiā imitatorem alicuius, uitā eius quem imitatur quaſi normā quandam cū ſua tandiu conferre decet, donec proprijs uitijs diſſectis, omnes eius uirtutes conſequatur: non enim alia de cauſa tantū laboris ſuſcepimus niſi ut uolentibus prodeſſemus.

Obſecro autē eos qui alienis laboribus in ocio perfruuntur, ut mihi uiciſſim ſuis orationibus adiumento ſint, eos uero, quorum uitam ſcripſi, ne me ab illorum choro aberrantem negligant, ſed humi iacentem ſubleuēt, & ad ſe trahant, atq́; in eorū numerū referant. Vt non tantū alienas opes admirer, ſed illis etiā perfruar, dum re, mente ac oratione omniū ſeruatorem laudauero. Cum quo patri, & ſpiritui ſancto ſit gloria & nūc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

ALOYSIVS EPISCOPVS VERONENSIS LECTORI.

LIBRO hoc Theodoreti Cyrrhenſis Epiſcopi quem in prima huius tertij uoluminis noſtri parte poſuimus, a uiro docto dum eſſemus Tridenti beniġniſsime donati ſumus. Proinde rem tantæ beneuolentiæ in parem, & nobis ipſis indignam feciſſe uideremur, si is non in noſtris his laboribus locum uel primum obtinuiſſet. Hoc perlecto ad miſcellanea ueniendum, in quibus ne uniformitas te faſtidio afficeret, poetica te etiam oblectare induſtria procurauimus. Vale, & quecunque hic deprehenderis, ea charitate legito, qua & ſcripta ſunt.

VITA SANCTI SACERDOTIS DEI CARPI per diuum Dionyſium Ariopagitam deſcripta.

Habetur in fine epiſtolæ eius ad Demophilum.

Cum aliquando in Cretam ueniſſem, ſanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio; uir ob eximiam animi munditiam, ad Dei ſpeculationem ultra fermè omnes aptiſſimus. Denique nunquam 1 ſancta myſteria celebrare cœpiſſet, niſi prius inter eas preces (quæ antea conſumantur) ſacra illi ac propitia uiſio apparuiſſet.

Hunc igitur (ut ipſe referebat) infidelis quiſpiam contriſtarat aliquando. Erat autē cauſa triſtitiæ, quòd ille quendam ab eccleſiæ fide, ad impietatē erroris abduxerat. Cumq́; eius celebritatis (quam uulgus hilarias uocat) agerentur dies, qui debuerat pro utriſq́; benigniſſime orare, atq́; Dei ſaluatoris auxilio alterū ab errore conuertere, alterum bonitate ſuperare, nec deſiſtere, quin eos admoneret per omnem uitam, donec pœnitentiæ tempus ſupereſſet, & ita eos ad Dei cognitionē attrahere, ut iam

1 Cōſideras ne qđ etiā tpe apoſtolorum celebrabatur miſſa. & qđ ante ſanctam conſecrationē preces multæ conſumabantur, ſicut & modo fit? Cur ergo dicunt quidam miſſam eē nouitium inuentum?

VITA BEATI ANTONII SVMMATIM delibata, & de conuerſione duorum iuuenum ad lectionem uitę eius, per Dium Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum.

QVodam die, non recolo cauſam, qua erat abſens Nebridius, cum ecce ad nos domũ uenit & ad me & Alipium Potitianus quidam ciuis noſter, inquantũ Afer, præclare in palatio militans, neſcio quid a nobis uolebat. Et conſedimus, ut colloqueremur, & forte ſupra menſam luſoriam, quæ ante nos erat, attendit codicem, tulit aperuit, inuenit Apoſtolũ Paulum, inopinate ſanè, putauerat enim aliqd de libris, quorum profeſſio me conterebat. *Habetur lib. 8. ca. 6. confeſsionum eiuſdē.*

Tum uero arridẽs, meq; intuens, gratulatorie miratus eſt, quod eas & ſolas præ oculis meis, literas repente comperiſſet. Chriſtianus quippe & fidelis erat, & 1 ſępe tibi Deo noſtro proſternebatur in Eccleſia crebris & diuturnis orationibus. Cui ego, cum indicaſſem illis me ſcripturis curã maximã impendere, ortus eſt ſermo, ipſo narrante de Antonio Aegyptio monacho, cuius nomen excellenter clarebat, apud ſeruos tuos, nos autem uſq; in illam horam latebat. Quod ille ubi comperit, immoratus eſt in eo ſermone, inſinuens tantũ uirũ, ignorantibus, & admirans eãdem noſtrã ignorantiã. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, & prope noſtris temporibus, teſtatiſſima mirabilia tua in fide recta, & catholica eccleſia. Omnes mirabamur & nos, quia tam magna erãt, & ille, quia inaudita nobis erant.

1 Sæpe tibi Deo noſtro proſternebatur in eccleſia crebris & diuturnis oratiõibus. Vides orationẽ cum genuflexione ſeu pſtratione, & in eccleſia?

Inde ſermo eius deuolutus eſt ad monaſteriorũ greges & mores ſuaueolentiæ tuæ, & ubera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus. Et erat monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra urbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus.

Pertendebat ille & loquebatur adhuc, & nos intẽti tacebamus. Vnde incidit ut diceret neſcio quando ſe & tres alios contubernales ſuos nimirum apud Treueros, cum Imperator pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur, exiſſe deambulatũ in hortos muris contiguos, atq; illic ut forte combinati ſpatiabantur, unum ſecuũ ſeorſum, & alios duos itidem ſeorſum pariterq; digreſſos ſed illos uagabundos irruiſſe in quandã caſam, ubi habitabant quidam ſerui tui ſpiritu pauperes, qualium eſt regnum cęlorum, & inueniſſe ibi codicem in quo ſcripta erat uita Antonij. Quam legere cœpit unus eorũ, & mirari, & accendi, & inter legendũ meditari arripere talem uitam et relicta militia ſeculari ſeruire tibi. Erat autem ex eis quos dicunt agentes in rebus.

Tunc ſubito repletus amore ſancto & ſobrio pudore, iratus ita ſibi cõiecit oculos in amicũ, & ait illi. Dic quæſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris quò ambimus puenire? Quid quærimus? Cuius rei cauſa militamus? Maior ne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, q̃ ut amici Imperatoris ſimus? Et ibi quid non fragile plerũq; periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculũ? Et quandiu iſtud erit? Amicus autẽ Dei ſi uoluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbinus parturitione nouæ uitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus ubi tu uidebas, & exuebatur

domum, liberum uolaſſe ad ęthera, & in ſede cœleſti, cum Chriſto triumphare perenniter? His ita præmiſſis, rogamus te, monache Dei, cunctā poſtulare congregationē, ut fuſis precibus pariter obtineatis a domino, ut mihi imperito, ſcribendi tribuat facultatem: Qui cū uoluerit, nō tantū linguas infantium facit diſertas, ſed & brutorū animalium ora reſoluit, in uerba loquentiū. Deinde tu frater mi, ſpecialiter huius ſancti patrociniū 2 pro nobis petere non deſiſtas, ut ea quæ de illo ſcribere præſumimus, non humano, ſed diuino ſint approbata iudicio: Et ſicut 3 multos de eius protectione gauiſos, legimus, ita nos meritis illius, ex antiquo hoſte ereptos, & ab inimicis tutos fore lętemur.

2 *Orat ut pro ſe petat ſancti Nicolai patrocinium.*

3 *Sicut multos de eius protectione gauiſos legimus, ita nos meritis illius ex antiquo hoſte ereptos, & ab inimicis tutos fore lætemur.*

INCIPIT VITA BEATI NICOLAI EPISCOPI.

NICOLAVS itaq; ex illuſtri proſapia ortus, ciuis fuit Patere urbis: quæ una ex nobiliſſimis Lyciæ prouinciæ ciuitatibus, tantum quondā fama rutilabat, quantū et populoſo frequentabatur acceſſu. Modo peccatis exigentibus, paruiſſimi inſtar redacta oppidi, raro incolitur habitatore. De qua quia ſe occaſio prębuit, licet in exordio uideamur facere digreſſionem, tamen quia multis etiā reor illud profuturū, aliquid magni prodigij, ſicut per ſucceſſionis ſeriem fama uſq; ad nos manauit, ad poſteros tranſmittere curamus.

Eſt enim penes urbem tandem quidā locus cāpeſtris, qui totus flagroſæ creberrimis flāmæ alluuionibus, ita diſſoluitur, ſicut uetus ſcinditur ueſtimētum; & ex hiulcis meatibus fumū per diem emittit teterrimū, per noctem uero, quaſi ferrarij fornax igniuomā uaporat flāmam. Cuius natura dicitur eſſe, ut ſi quis experientiæ cauſa manus propius adhibuerit, ardorē quidem ſentit, ſed nullam patitur aduſtionē. O mira Domini pietas, mira clementia; Qui cum ſit omnipotens, cui nemo audet dicere, cur ita facis? nō ſtatim ſceleſtos percutit, nec perdit in crimine, ſed nunc paterno blanditur affectu, nunc tyrannicas intonat minas; crebro etiam, & claris exterritat ſignis, ut tādē de malefactis eos peniteat, ne iuſto iudicio dignas perſoluant uindictas. Sic quondā filijs Dei, cum filiabus hominū contra eius uoluntatem coeuntibus, iuſſit Noë arcam conſtruere, cuius ſaltem formidine territi, ab iniuſta deſiſterent copulatione. Sed quia nullo modo ſe coërcuerunt, aquoſa eos pdidit uindicta, qua totus ēt perijt mundus. Gomorręos nimirū & Sodomitas tāta ſuſtinuit patiētia, ut deſcēdere & uidere dignaretur, utrū opere ſuas compleuerint actiones. Cui Abraham obuians amica exegit colloquutione, ut pro decem iuſtis non perderet uniuerſos. Quid ergo? nunquid ueritas fefellit Abraham? Sed nullo ibi niſi Loth reperto iuſto, & hoc ipſo de medio eorū ablato, cæteros in ſulphuris uindicauit examine; & meritò: ut qui odorē ſuæ actionis longe lateq; diſperſerant, congruo demolirentur fœtore. Ecce nunc & infelices ciuitatis prędictę accolę, quia omnē proſequuti ſunt luxuriā, omnibuſq; ſe ſubdiderunt illecebris, ad emendationē, miſericorditer ſignum tremendę uindictæ acceperunt. De quibus datur intelligi, quod ſi ulla ſe pœnitudine redarguiſſent, nequaquam horribili plecterentur exterminio. Heu, heu, peſtis iniqua, tales ſunt tuæ retributiones, talia tua dona, ut quos male ſuades, male & perire facias. Veniet, ueniet, crede mihi, dies illa, quando

& tu, & auctor tuus diabolus, æterno damnabimini incendio. Cuius ſimilitudinem ignis præfatæ urbis habet, qui ardet, & non penitus exurit. Hęc compendioſe digeſſiſſe nulli ſit oneroſum. Nunc ad ea, quæ de ſancto uiro inchoauimus, accingamur.

Præfata uerò urbe adhuc multa plebium generoſitate referta, parentes eius inter cateruas potentũ quanto maiore honorificentia celebrabantur, tanto ſupernæ patriæ accenſi deſiderio, magis cœleſtis, ꝙ terrenæ dignitatis gloriam appetebant. Reuera enim cum eſſent nimium locupletati, nullius honoris inſignia, nullius ſummæ diſpoſitionis moderamina uoluerunt, ſed omni ſtudio continentiũ ſe lege uincientes, cœlibem uitam actitare ſatagebant: & mirum in modũ cum in primæuo iuuentutis flore hũc ſolum filiũ genuiſſent, cunctis ſe uoluptatibus obdicarunt, & inter ſuas preces, quas frequenter in domini templo fundebant, hunc ſolũ ſuperſtitem non ſolũ diuitiarꝫ, quantum & morum flagitabant hæredem. Quorꝫ uota Deus ex alto proſpectans, haud petitioni eorꝫ defuit: nimirũ qualis futurus eſſet puer, in ipſo (ut ita dicã) primordio natiuitatis eius, monſtrare dignatus eſt. Enim uero, cum matris adhuc lacte aleretur, cœpit 4 bis in hebdomada, die quarta ſcilicet, & ſexta feria, ſemel bibere mãmas; & hac uice contentus tota die ſic permanebat. Quis rerũ immẽſe Deus, quis, inquam, mortaliũ, de omnipotentiæ tuæ operibus audet diſputare? Quis nõ contremiſcat tuã magnificentiã, qui uocas ea quæ non ſunt, tanꝙ ea quæ ſunt? Ecce noui Zachariæ uates, ecce alterius Eliſabeth filius. Ille teneris in membris, immo in utero matris, ſpiritu ſancto eſt repletus: hic faſcia inuolutus, quibus ualebat impenſis eiuſdem ſpiritus ſancti templũ ædificabat. Ille de anu parente, Chriſtum indice prodit. hic de iuuene matre Chriſtũ ab infantia eſt ſequutus. Abſit tamen ut nos (quanꝙ ineffabilis meriti ſit apud Deũ iſte ſanctus, beato illum æquiparemus Ioanni, cũ Dominus dicat: Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioãne baptiſta: Sed ut fragiles inquantũ poſſumus, et quibus poſſumus uerbis laudemus magnalia Dei. Quis enim audit paruulũ in die ſemel, & non amplius papillas bibere matris, & facilè credit? Quis non obſtupeſcit tanto percuſſus auditu? Sed ſi Dominũ in euangelio dicentẽ attendimus: Pater meus uſꝙ modo operatur, & ego operor; omnis abſcedit incredulitas, omniſque ſopitur contentio.

4 Vide quomodo Nicolaus etiã infantulus, quartæ & ſextæ feriæ ieiunia celebrauerit.

Puerilibus igitur annis, ut Patriarcha Iacob, ſimpliciter domi trãſactis, cœpit bonæ indolis adoleſcens eſſe, & non ſicut illa ætas aſſolet, laſciuias complexus eſt mũdi, ſed nunc parentũ comitatus ueſtigijs, nunc ſolus eccleſiarꝫ terebat limina: & quod ibi patulo de ſcripturis aduertebat auditu, non imemor armariolo pectoris recõdebat. Vbi aũt utroꝙ parente orbatus eſt, ſæpius illud euangelicũ ante ſuę mentis oculos ducebat: Niſi qs renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: & cum anhelaret ad perficiendũ quod pio uertebat in pectore, iuuenilis formido cœpit titillare mentẽ, ne ſecularis aura perderet, quicquid pro Chriſto facere diſponebat. Hæc ſecũ, ad Deum uerũ totũ deſiderij ſui pandens uelamen, deprecabatur, ut ille qui habet omniũ ſcientiã, inſpiraret, quatenus de tantis ſibi relictis opibus ſic ordinaret, ut muta laude humana, conſpectui placeret diuino.

Talia eo cogitante, accidit, ut quidã conuicaneus eius nimiũ locuples

ad tantam ueniret inopiam,ut nec neceſſaria uitæ haberet. Quid plura? Ingruente inedia,tres uirgines quas habebat filias,quaꝝ nuptias et ignobiles uiri ſpernebant, fornicari conſtituit, ut eaꝝ ſaltem infami cõmertia infelicem ageret uitam.Proh pudor: extemplo fama tanti mali; qua non uelocius ullum mobilitate uiget; totã percurrit urbem,& multiplici eam ſermone replebat. Quod ubi ſanctus Nicolaus reperit, condoluit miſerrimo homini,atq; uirginũ execrans ſtuprum, decreuit omnino ex ſuis abundantijs earũ ſupplere inopiã, ne puellæ nobilibus ortæ natalibus lupanari macularentur infamia. Sed cum nollet aliũ in ſuis factis niſi Chriſtũ habere contemplatorẽ, cœpit explorare temporꝫ uices,quò id ſic operaretur, ut etiã eos lateret,quibus benefaceret: Taliaq; ſecum uoluens aiebat: Eia famule Dei,exime pauperiem patris,exime filiaꝝ ſcortũ; Tellus tuæ mentis hactenus ſancto exculta uomere,duplum ſubito prorumpat in fructũ, ut ex uno famelici ſatietur ingluuies, & ex alio uirginũ redimat incœſtus. Non occultes ferentis Chriſti fruges,quæ carent zizania. Aperi theſaurũ tuum,ubi pietatis gazę reſultant, nec paueas adulationis fomitẽ,quia non exurit flãma uitioꝝ diuitias,quas approbat Chriſtus. Non timet illa ædificatio ignem ęternũ,quæ fabricatur opifici ſummo.Rumpe morulas oẽs; opus perfice bonũ, ut uideant,imo ſentiant homines,& glorificẽt patrem tuum,qui in cœlis eſt.

Inuenta ergo cuiuſdam noctis hora,ſumens non modicũ aurũ,ligansq; in panno perrexit domum uiri: Qui undique circunſpiciens, per feneſtram, quæ competens uidebatur, clam introiecit, clamque diſceſſit. O nouam Iacob ſtropham. Ille commentatus eſt qualiter Laban mercedem non amitteret; hic autem ut cœleſtibus non priuaretur commodis. Ille in canalibus decorticatas ponebat uirgas, ut uaria quæque acciperet; hic ut cœli uaria oblectamenta quiret adipiſci,ædis inter clauſtra ligatum proiecit obrizũ. Hic eſt Ieſu magiſter bone, tuus non ſurdus auditor, qui iuſſis obtemperans tuis, duo impleuit præcepta, & miſeratus eſt hominem mendicũ; & opus ſic prodidit dextera,ut ignoraret ſiniſtra.

Mane itaq; facto, cum ſurrexiſſet homo, aurumq; reperiſſet illud, dirigit primũ: at tunc quanto geſtiuit gaudio,quantaſq; Deo gratias egit,ſi quis uelit,ex uberibus eius lachrymis,quas magnitudo lętitię fuderat,aduertere poteſt. Tamen aliquantiſper ſciſcitandus eſt uir iſte de inopinata ſua exultatione: Dic age rogo te homo,cur tanto exultas gaudio? Hactenus enim lugubrem uultũ tuum oſtendebas,nunc te hilarem cerno. Bene, inqt,lætari me uides,quia Dñs clemens,neſcio per quẽ præſtitit uitæ meę ſubſidiũ,quo carere queam infamia,quã inuitus incurrebã. Cui ergo aſcribis impenſam tibi benignitatẽ? forſitan fidei tuę. Prorſus illi? ò temeraria lingua uiri. Ante paululũ tante te oſtẽdiſti infidelitatis, ut tẽtatus nõ Deo ageres gratias, ſed proſtibulum eſſe decerneres templum ſpirituſſancti: Et nunc te aſtruis hoc dignũ fuiſſe. Quale,inquit,templum Dei dicis? Vis noſſe quale? Audi: Vas electionis clarè illud commendat: omnis, ait, q caſtè uiuit,templũ eſt Dei,& ſedes ſpiritus ſancti. ſi ita eſt, immo quia ità eſt,quamobrẽ tu filias tuas fornicari mandabas? Quia,inquit,inedia opprimebar. Et cur non laborabas manibus proprijs, ſicut Apoſtoli fecerunt,qui non tantũ pro ſe,ſed ut etiam haberent unde tribuerent neceſſitatem patienti,laboraſſe comprobantur? Nobilitas,ait, mea tenuebat ali

quod opus facere. Infelix, ſi te illuſtrem conſiderabas, cur puellas ex te genitas pomposo lenonum miniſterio ignobilitari malebas? Diſce ergo miſer, diſce, non tribuere hoc fidei tuæ, quæ ſententiã meruit Apoſtoli dicentis: Qui templũ Dei uiolauerit, diſperdet illum Deus: ſed largæ Dei clementiæ. qui non eſt paſſus diu contegi famuli ſui lucernam ſub modio, ne lux lateret in tenebris, ſed ut poſita ſuper candelabrum, luceret omnibus qui ſunt in domo Domini. Tu tantũ reuoca filias. Eſto pronubus copulę iuſtæ, non leno commixtionis iniuſte: Trade maritis quas proſternebas fornicatoribus: lętentur coniugio iuſto, non deformentur concubitu iniuſto. Præſto eſt, crede mihi, qui tibi dotẽ miniſtrat, ut omnes cõnubio ſtabili iungere poſſis. Celebratis igitur ex more primogenitæ filiæ ſuæ nuptijs, cœpit homo diligenter inquirere, quis inopiæ ſuæ tantam præſtitiſſet humanitatẽ. Cumq́; diu talia moliretur, Nicolaus Chriſti ſeruus haud multo poſt triduo quo prius, ſimile peregit opus. ò uirum omni imbutum peritia, omniq́; inſtructũ ſcientia, qui ut ſe utrunq; teſtamentum ſuſcipere profiteretur, non eſt cõtentus lege literæ, ſed annectit Euãgelicã gratiam ut duobus fluminibus uno ex meatu profluẽtibus, arentis fidei hortulum bene irrigaret; ne ultra ſentes falces pietatis incisæ, lolio infandæ uiſionis, lætam ualerent atterere frugem, Vbi uero reddita eſt dies, & homo proſiliuit de ſtatu ſuo, inuenitq́; fului pondo metalli prioris ęquale, tãto exultauit gaudio, ut ſi Homeri aut Maronis adeſſet facũdia, tantarum magnitudini laudum exprimendæ (puto) ſuccubuiſſet. Sed nos nõnulla orationis eius proſequentes, cætera ſagaci lectori melius ſub ſilentio ad intelligendum relinquere, quã indagare elegimus. Orauit autem ſic.

Domine, domine, abſq; cuius nutu nec paſſer ad terram, nec folium cadit arboris, precor clementiã tuã, ut tu qui omnia noſti, oſtendere digneris mihi peccatori, quis ſit ille qui tanta bona erga me exhibere non deſinit. Hæc uere Domine ideo peto, non ut temerario auſu pollutis eũ contingere quęram manibus, ſed ut ſciam famulũ tuum, qui inter homines degens, Angelicam habet conuerſationem, & magnificem nomen tuum benedictum in ſecula. Talibus dictis orabat, talibuſq́; ſe hortabatur ſermonibus: Auferam certe ſomnum ab oculis meis; excubabo ſolicitus, uigilanſq́; pernoctabo, forſitan oſtendet mihi Dominus ſeruum ſuũ. Dixit, & dictum cępit opere complere.

Interea paucis admodũ euolutis diebus, ecce cultor æternitatis aduenit Nicolaus, & iteratæ uicis factũ trino ſupplere cupiens numero, ęquale duorum iactauit talentũ. Cuius ſonitu excitatus homo, ſtatim egreſſus, iam uadentem, iamq́; fugientẽ tali ſubſequebatur uoce: ſiſte gradũ, neq; aſpectui te ſubtrahe noſtro: olim te concupiui cernere. Sic fatus ocyor aduolat, ſpatioq́; correpto, Nicolaum agnouit per umbras; moxq́; humi proſtratus oſculari ſatagebat pedes eius. Quod ſanctus pio ut erat pectore, fieri ꝓhibuit. Sed breuiter alloquutus, exegit ab eo, ne cuiquã, dũ uitales carperet auras, Nicolaũ huius rei indicaret auctorẽ. Fœlix felicẽ imitatus eſt magiſtrũ, qui non ſolum hoĩes ſed etiam dæmones cõprimebat, ne famam eius ſererent in populo. Ille.n. ne ueris falſa miſcerent; iſte uerò ne quolibet extollerẽt rumuſculo, interdixit homini, ut nullo modo pãderet nomen eius: iſte (inquã) oĩbus uotis colendus, omnibuſq́; pręconijs extollendus, qui ſciens duobus nõ poſſe placere dominis unũ elegit, cuius onus

leue eſt,

ſicut eſt,cui tota deuotione colla ſummittens, ponderoſam ſarcinā mundi cum oblectatione ſua proiecit.Noluit quoq; ſeculi captare famam ne ſanctorum contubernio priuaretur. Committebat ſe Deo aſſidue,qui diſpēſat,& ordinat omnia,quando uult,& quomodo uult.

His itaq; tranſactis Myrea metropolis orbata eſt ſuo epiſcopo: cuius obitum non mediocriter adiacentiū parochiarum condolebant Epiſcopi; fuerat enim bene religioſus. Conuenerunt itaq; in unum ſimul orantes; Vt Ieſu annuente Dominus prouideret illi eccleſiæ ſecundum ſcita canonum, 5 idoneum præſulem: Concioni itaq; intererat quidam pōtifex magnæ auctoritatis,ad cuius intuitum omnium pendebat ſentētia,ut quē ille uoce proderet,hunc procul dubio eligerent uniuerſi. Hic uerò per omnia ſequens Apoſtolorū ueſtigia,cunctos 6 ieiunijs & deuotiſſimis precibus hortatus eſt inſiſtere,ut ille q Mathiā indidit numero ſupplere Apoſtolicū,ipſe ſolita clementia pandere dignaretur, quem uellet fungi tanto ſacerdotio. Tunc omnes quaſi cœleſti commonerentur oraculo,ſic cōuerſi ad Deum,flagitabant ex intimis præcordijs,ut paſtor æternus utiliſſimum ſuarū ouium paſtorem oſtendere dignaretur. Illis quippe ſumma cum deuotione orantibus, uocē de cœlo audiuit dicentem ſibi prædictus Pontifex,ut egrediens ante portas eccleſiæ ſtaret, & quem primum horā matutinali uenire conſpiceret,ipſum conſecrarent Antiſtitem, adiungens etiā quod Nicolaus uocaretur. Tunc Præſul ille cæteris coepiſcopis hanc narrans reuelationem, adiecit: Vobis in oratione perſiſtentibus,ego foriſecus excubabo: credo enim quod non priuabimur promiſſione Dei. Sic ait,& ianuas Aſyli ſancta calliditate obſeruabat.

5
Ecce quomodo ſecundum ſtatuta canonū eligebantur epi.

6
Habes hic quod ieiunium & preces ualent ad promerēdum aliquid a Deo.

Mirum in medū matutinali hora quaſi a Domino miſſus, ſe ante omnes agebat Nicolaus. Cumq; ad eccleſiæ ianuas appropinquaſſet, inſecta manu eū apprehendit Epiſcopus,blandeq; ſciſcitatus eſt: Quod equidem nomen tibi eſt? Ille columbina ut erat ſimplicitate, inclinato capite; Nicolaus, inquit, ſeruus ueſtræ ſanctitatis. Cui protinus Præſul palmis innexis ait: Fili ueni mecum; eſt aliquid ſecreti, quod tuæ indoli fari debeā. Mox introgreſſus: En fratres,proclamauit,uere ait Dominus: Quodcunq; petieritis in nomine meo,credite quia accipietis, & fiet uobis: En, inquam,quod petiuimus,accipimus. Ecce adeſt,de quo noſtra flagitauit charitas. Quo uiſo,ingentem omnes tulere clamorē ad ſydera; & certatim laudabant ſaluatoris magnalia. Epiſcopi lætabantur pro collega cœlitus ſibi collato. Clerici alludebant ſicut bonæ pecudes. Quid moror? Licet plurimū renitens obſtiterit,plurimumq; repugnauerit,ſuper thronum impoſitus eſt illico; & ſicut mos eſt, illius regionis pontificalem accepit infulam.

Mira,prorſus mira,& ſtupenda ſunt,quæ narrantur,& ſi licet,antiquis per omnia comparanda. Quondā enim Samueli prophetæ ſanctus præcepit ſpiritus, ut ad domū Iſai pergeret, unumq; ex eius filijs placitū Deo Regem inungeret. Modo autē iſti Epiſcopo ex intimo precanti affectu, uox de cœlo iuſſit,ut coram templi foribus excubaret, quatenus ibidē dignum Deo & eccleſiæ ſuæ ſanctæ,quod utile foret reperiret epiſcopum. Illi quanquam uidenti locus tantū,non regis nomen prædicitur; huic & locus & nomen præſulis declaratur. Ille caput regiū cornu roborauit olei; iſte ſuper caput 7 Nicolai uirtutem inuocauit ſpiritus ſancti. Sed tamen

7
Nota antiquū eccleſiæ morem, ſup caput epi electi uirtutē inuocari ſpūs ſancti, qd noſtri heretici modo ſubſannant.

& Rex, & Præſul, uterq; electus eſt a Domino. Vnde nos minime irridendi ſumus, magnis componere parua. Hinc iam ad ea quæ in epiſcopatu geſſit, opem Domino ferente, uertatur ſtylus. Sed quia non noſtrum eſt ex amuſſim cuncta digerere, obnixius petimus, ut non ſuperbæ inſolentię, ſed humili ignoſcatur audaciæ; & quod balbutiendo uix pauciſſimis explicamus uerbis, ab amorem ſancti libenter lectores amplexentur.

8 Pontificali igitur cathedra ſublimatus, eandem morum grauitatē, quā prius, eandemq; ſectabatur humilitatem. Creber 8 in oratione peruigilabat, corpus ieiunijs macerabat. Mulierum 9 conſortia, licet ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore exhorruerit, tamen quandā ex hoc quaſi peſtem fugiebat. In ſuſcipiendis hominibus humilem, in loquendo efficacē ſe præbebat. Alacer erat in exhortando, ſeuerus in corripiendo. Viduarum, & orphanorum, atq; oppreſſorum ſic negocia curabat, ac ſi propria eſſent. Rapinā execrabatur potentiū, arguebat uiolentos, & ſi quem forte quolibet caſu afflictum cernebat, mirabiliter reficiebat, mirabiliſq; conſolabatur: Creſcebat quotidie fama bonitatis eius, quę ubiq; laudem ferebat Nicolai. Hinc potens hinc impotens nominabat illum. Gaudebat populus cunctus de tali patrono, lætabantur heroes de tanto pontifice; qui ita ſe auctoritate & gratia plenū exhibeat, ut omnium gereret curam, & Epiſcopi dignitatem non amitteret. Verum tempus mihi deficit, quin & ſermo deſerit, ſi de ſingulis eius ſcribere meritis contendam. Sed qui ſcire uoluerit, qualem ſe quantumq; præſtiterit, mordacem comprimat dentem, & ex ſubiectis agnoſcere ualebit.

8 Vide orationes aſſiduas, uigilias et ieiunia Nicolai.

9 Ecce quomodo eps fugere debet mulierum conſortia. At contra ſentiunt moderni dogmatiſtæ.

Cum igitur omniū chariſmatum uirtute corroboraretur Nicolaus, & nihil ſibi, ſed totum Dei gratiæ tribueret, cœpit ita coruſcare miraculis, ut non tantum ſui, ſed etiam alieni quilibet oppreſſi anguſtijs, inuocato nomine eius, ſtatim ſentirent leuamen. Quadā uero die cum quidam nautæ ſubita maris tempeſtate periclitarentur, adeo ut præſentem illis minitarētur omnia mortem, extemplo diſſolutis frigore membris, clamitabāt: Nicolae famule Dei, ſi uera ſunt ea, quæ de te audiuimus, nunc nunc nos in ſupremo periculo conſtituti experiamur, quatenus eruti ex ſœuientis fluctibus maris, Deo & tuæ liberationi gratias agamus. Mira res. Talia referētibus apparuit quidā in ſimilitudine uiri, dicens eis: Vocaſtis enim me, ecce adſum. Et cępit eos in rudentibus, & antennis, alijſq; iuuare nauticis armamentis. Nec multo poſt omnis pelagi cecidit fragor, omniſq; ceſſauit tempeſtas. Tunc læti nautæ pacata ſulcantes æquora, quantocyus optatum ſubeunt portum. Et mox egreſſi ſciſcitabantur, ubi Nicolaus eſſet. Cum autem indicatum fuiſſet eis, in eccleſia; è ueſtigio egreſſi (mirabile dictu) quem nunquā uiderant, ſine indice cognouerunt. Hic ad eius pedes proſtrati, cœperunt ei gratias agere dicentes, qualiter de confinio mortis, epiſcopo ſuffragante, liberati eſſent. Quibus ſanctus: Non meæ (inquit) poſſibilitatis arbitremini eſſe, quod factū eſt; ſolita Dei eſt miſericordia, qui propter credulitatē ueſtræ fidei uobis ſua ſuccurrere dignatus eſt clementia. Diſcite ergo quantum ualeat apud Deum fides uera, & petitio non ficta. Propter peccata enim noſtra quotidie flagellamur, tamen ſi ex toto corde ad bonū Deum conuerſi fuerimus, uiſcera miſericordiæ ſuæ illico ſuper nos cōmouet, & eripit nos de iminentibus periculis. Idcirco non pigeat uos fratres benefacere, ſectari humilitatē, libenter pau

peribus ſuccurrere. Credite meæ paruitati, quia ex quo homo in huiuſmo di uoragine propter delicta ſua deiectus eſt, nullum eius bonũ ſic Deus ap probare legitur, ſicut eleemoſynã, tamen ſi non ob mundi fiat gloriã. His, alijſq; talibus inſtructi, admirantesq; humilitatẽ ſpiritus, 10 uilitatẽ habitus, ſermonis facundiam atq; magnitudinem uirtutis eius diſceſſerunt. 10

Admirantes humilitatẽ ſpiritus, & utilitatem habitus.

Quodam itaque tempore cum eandem Lyciam regionem accolarum pro meritis ſic perniciosa fames oppreſſiſſet, ut ſeges ęgra uictum omnem negaret, mox a prouincialibus ruricolis ſæpedicto famulo Dei pro indigẽtibus maxime periclitanti, naues triticeis onuſtæ mercibus in littore Hadriatici portus adeſſe nunciantur. Quo uelox adueniens Nicolaus, nautis infit: Vos rogaturus acceſſi, ut populo huic tabe diuturnæ famis laborãti conſulentes, aliquantulũ remedij ex iſto impertiri ſtudeatis frumento. Sic ſanctus: Et ſancto ſic aiunt illi: Non audemus pater tuis obſequi præceptis, qa publica taxatione angariati Alexandriã perreximus, & modo hoc triticum deferimus per miniſtrorũ manus in Auguſtalium ſtipendia metiendũ. Quibus ſanctus: Audite, inquit, me; & ne hic amplius attenuetur populus, per unamquamq; ratem ſaltem centum mihi modios præbere; & ego in nomine Domini mei, cui ſeruio, in uirtute ſpondeo, polliceor, promitto, quia nullam minorationem habebitis apud Regium exactorẽ. Tandem interuentu Præſulis conuicti, ex ſingulis puppibus centum numeraue re modios; & confeſtim ſecundo ſurgẽtes uento claſſes, portũ relinquũt, atq; ſpirantibus auris uolucri curſu Byzantio applicuerunt urbi. Cum autem integram menſuram, quam Alexandriæ ſuſceperant, miniſtris Imperatoris numeraſſent, tantus ſtupor omnes cœpit, ut præ admiratione ſeriatim cuncta, quæ facta fuerant, eiſdem narrarent miniſtris. Qua relatione perculſi, Deũ omnium rerum auctorẽ, cõtinuata utriq; laude magnifica runt. Vir itaq; Dei accepto frumento, ſic per induſtriam illud partiri ſtuduit, ſicut unumquẽq; nouerat indigere. Mirandis plus mirãda ſuccedũt. Tanta enim omnipotentis Dei largitate, hoc ipſum parum, quod ſanctus diſtribuit, auctum eſt, ut non tantũ eodem, ſed etiam altero ſequenti anno ad uictũ ſingulis ſufficeret: Quin & multi ſpe credula exinde ſerere nõ dubitantes, nequaquã eos expectata ſeges uanis fruſtrata eſt ariſtis, ſed uberius ſparſit radices. Porrò nemini hoc incredibile uideatur, quia ſaluatoris promiſſio eſt iſta dicentis: ſi habueritis fidẽ, ſicut granum ſinapis, & dixeritis monti huic, te trãsfer, transferetur. Et illud: Qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. Vere.n. in eo credidit Nicolaus, in cuius opitulatione tale tãtumq; ualuit facere miraculum.

Ex multis igitur idolatrijs, quibus olim pręfata regio dedita fuerat, maximam dementiæ ſuæ deuotionẽ erga nefandiſſimæ Dianæ ſimulachrum exhibere ſtuduit; Adeo ut etiam illius ad uſq; ſerui Dei tẽpus, pleriq; ruſticorũ execrabili deſeruirent religioni. Sed uir Dei huius ſacrilegij ſuperſtitionem tanta perſequutus eſt inſtantia, ut diuino ſuffragatus adminiculo, penitus ex illis finibus obſcœni numinis culturam propelleret. Verùm quid diabolo malitioſius? Quid in orbe artificioſius? Cum aũt cerneret ſe priuatum tanto decoris ſui cultu, fellea face ſuccenſus, magnam contra Nicolaum exarſit in iram, & callido pectore noua uerſans conſilia, quoſdam adijt uiros omnibus imbutos, imo perditos maleficijs, eiſq; conficere oleum, quod Midiacon dicitur, ſub omni celeritate præcepit. Parent proti

nus egregij auditores dictis chari magiſtri, & quantocyus portentuoſi liquoris mixtionem cōponunt. Quo confecto, haud piger dæmon ad nocēdum, transformauit ſe in cuiuſdam religioſæ fœminæ uultum, atq; ſimulata ſpecie, quibuſdam nauigantibus, quorum deuotio ad ſeruum Dei tendebat, medio ſeſe contulit mari, & quaſi aliorum lembo uteretur, ait eis: Video quidem uos proficiſci domum Nicolai; mallem nunc & ego uenire uobiſcum, quia uotū habeo tanti patris perfrui benedictione; ſed quoniam nequeo, rogo uos, ut ſi moleſtum non eſt, hoc meæ paruitatis oleū ad eccleſiam Myream feratis, & ob memoriam mei ſumatis exemplum, & in pariete ipſius aulæ liniatis. Illi utro ignari doli, artiſq; fucatæ, ſumunt oleū claſſe, & libenter ſecum uehunt. Tunc monſtrum informe, umbra uelut tenuis, uelociter euanuit. Sed pius Dominus inuidorum aſpernator, non eſt paſſus diu ſimpliciter ad famulum ſuū properantes, munus ferre ſimulatę imaginis, nec ſermonibus fantaſticis deluſos pgredi. Ex improuiſo enim cernunt ſagenulam inſignibus refertam hominibus, inter quos conſpicantur quendā ſimillimū ſancti Nicolai, qui ad eos facetis interrogationibus orſus eſt: Heus, inquit, quænam mulier illa uobis loquuta eſt, uel quid nobis attulit? At illi ſeriatim cūcta narrantes: Enjaiunt, et oleum oſtendūt, quod ſe precata eſſet ad ſanctam portare eccleſiam. Quibus ille: Vultis euidentius ſapere, quæ fuit fœmina illa? Hęc enim eſt impudica Diana; & ut me certo uerum dicere cōprobetis, hoc uaſculum execrandi olei iſtos proijcite in fluctus. Nulla in mediū mora; incunctanter faciunt imperata. Mox autem ubi oleum illud æquoreas tetigit aquas, mirabile dictu, illico accenſus eſt ignis, & contra naturā elementi prolixo maris ſpatio uiſus eſt ardere. Hæc uero dum nautis ſtupenda uidentur, & defixo obtutu hęrent in tāto prodigio, utrorumq; naues magno diuiſæ ſunt interuallo, unde nec interrogare ualuerūt, qs eſſet ille, per quē callidi oſtis fruſtratas agnauere inſidias. Verūtamen ne deuolarunt ad ſanctū feſtinantes Nicolaum, clara uoce referebant obuiantibus ſibi, quid eis acciderat. Venientes autē ad ſeruum Dei, aiebant: Verè tu es ille, qui nobis in illo pelago horrendum oſtendiſti prodigium. Verè tu uerus es Dei famulus, ob cuius uitæ meritum erepti ſumus ab exitialibus diaboli inſidijs. Talia dicentes cunctum rei euentum per ordinem indicant. Quibus auditis, uir Domini ſolito more in laudem prorupit clementiſſimi patris, ac deinde monuit eos, iuſtè & piè uiuere, ac ſe tutelæ cuſtodis æterni ex toto cōmittere, qui neminē permittit tentari ſuper id poteſt. Talibus itaq; oraculis facilius informatos, optataq; benedictione exhilaratos, lętanteſq; homines illos Ieſu Chriſti famulus remiſit ad propria.

Præterea cum in Phrygiæ partibus gens cognomine Artaiphala, ſeditioſis machinantibus uiris, a Conſtantini Cæſaris Imperio diſceſſiſſet, confeſtim idem Auguſtus tres militiæ principes, quos Dolopes ſtratiles uocant, Nepotianum ſcilicet, Vrſum, & Harpilionem ex conſulto accitos alloquitur, eiſq; iuſſit, ut præparato nauali apparatu ad ſubijciendos proficiſcerentur rebelles. Armata itaq; iuuentute, & ſtipata militari ambitione, Conſtantinopoli egredientes, pacatum per æquor nauigare cœperunt. Qui poſtq; longiſſima maris itinera tranſfretarunt, & Pontum ſulcarunt Lyciæ regionis, ſubita intemperie exortæ incumbebant periclitantibus procellæ. Ac per hoc nec obniti contra, nec tendere ualentes, flectūt uiā

crebreſcentibus uentis, & tandem littoribus Hadriatici portus allabunt. Vbi iactis ex more anchoris, ſtabiliuntur claſſes, ſicq; demum optata potiti arena, cœperunt nonnulli huc atq; illuc deambulare iuuenes: aliqui uero eorum mercationis cauſa uſque ad locum nundinarum, qui placomata uocatur, accedentes, rapinam (ut illud hominum genus conſuetum eſt, infigere non deſinebant. Quod mobile accolarum uulgus aduertẽs, omne ruit ad obſiſtendum. Quibus uiciſſim, ceu aduerſis magno turbine uentis confligentibus, tumultus repentinus Pateræ urbi pro nuncio fuit. Vnde factũ eſt, ut eadem ciuitas ad arcendam uim tantæ ſeditionis tota concurreret. Qua uir domini cõmotione perculſus exit, ciuiumq́ furentium indignationem ſagaciter comprimens, ad præfatum portum, qui ab ipſa urbe tribus diſparatur milibus, feſtinus perrexit: Ibiq; repertis Principibus illis, poſt ſalutationis officium oſcula libauit, ac deinde percontatus eſt, dicẽs. Qui eſtis? Vnde? Pacémne huc fertis an arma? At illi; Pater, inquiũt, ſancte, pacifici ſumus, & tempeſtas nos ueſtris appulit oris: nam curſus noſter Phrygiam tendit; Increuerunt enim quidam rebelles, ad quorum cõtumaciam edomandam ab Imperatoria ſumus poteſtate directi: Ideóque petimus ut tuis nos comiteris orationibus, quatenus id decenter perficere poſſimus. Hic Præſul alacriter eos alloquutus inuitauit, ut pariter ad urbis proficiſcentes mœnia, non dedignarentur illius perfrui benedictione. Mox ſtratilates illi tantam ſerui Dei admirantes efficaciam, illico omni ſuo interdixerunt populo, ut nõ barbarice fremerent, nec indiſciplinate ultra ſe agentes, uim quibuslibet facere præſumerent.

His ita ſedatis, ecce relatum eſt a dicentibus: Domine ſancte, ſi tua præſto fuiſſet in ciuitate paternitas, nullo modo iniuſte fieret trium iuuenum militum cædes: Nam & ciues omnes ualde ueſtram condoluerunt abſentiam, quoniam Conſul magno excæcatus munere, neci eorum conſenſit. Quibus auditis, uir Domini pietatis igne inflammatus, præfatos rogauit principes, ut cum illo rapidis feſtinarent paſſibus. Nec mora ingrediũtur urbem, & in locum, qui Leonti dicitur applicantes, interrogauit ſanctus Nicolaus quos ibi reperit, ſi adhuc uiuerent, qui capitalem acceperãt ſententiam. Reſpondentes illi dixerunt: Feſtina uenerabilis pater, feſtina, quia in platea Dioſcori uiui detinentur. Mox ad eccleſiam martyrum Creſcentij & Dioſcori, pro quo ipſa cognominabatur platea, concurrẽs, & non eos reperiens, ſciſcitatus eſt, ubi eſſent. Cui dictum eſt: Iam modo portas illi urbis egrediuntur. Quódum tenderet, audiuit eos aſportatos in Birram, ubi damnaticij perimebãtur. Hoc ueredarius, & famulus Chriſti audito, licet tanto fatigatus itinere, abijt, cucurrit, & ad locum uſq; expeditus perueniens, reperit eos poplite flexo, uelata facie, atq; ſuper exertam ceruicem operiri iam libratũ ſpiculatoris enſem. Hic experiri poteſt ueridica illa ſententia: Iuſtus ut leo confidit: Nam non de poteſtate mũdana, non mucrone territus, totum ſe in lictorem ingeſſit, eminuſq; de manu eius gladium propellens, non prius abſceſſit, quàm illos ſolutos a uinculis ſecum reduceret, repetens: Me me, inquam, nam pro iſtis innocenter condemnatis paratus ſum dedere leto. Ex carnificibus autem illis nemo ſaltem ei mutire audebat, ſcientes eum magni meriti, magnæq́ uirtutis, & inuictæ eſſe conſtantiæ, ac in Chriſto plurimum ualere. Fauore igitur proſequutus populi, qui eius expectãdo aduentum gladiatoribus im-

pedimento fuerat, ad prętorium Proconſulis acceſſit. Cuius foribus ui magis ꝙ uoluntarie reſeratis (erant enim clauſæ) nūciatum eſt Euſtachio conſuli a cubicularijs de aduentu Præſulis. Illico dux ille feſtinus ei occurrens ſalutauit eum, ſed quia ſcriptum eſt: Probata autē uirtus corripit inſipientes, aſpernās ſanctus aiebat: Inimice Dei, præuaricator legis, cuius os innocentium cruorē dulcius ebibit melle, qua temeritate præſumpſiſti uultum conſpicere noſtrum, tanti conſcius reatus? Cruentiſſime, quare non attendiſti Dominicam præceptionem, quæ quotidie intonat: Innocētem & iuſtum nolite condemnare? Ad quem reſponſum paucis ita reddidit heros: (ut me ſic accipis ſerue Dei? cur fruſtra in me ſæuis? Animaduerte quia magis Eudoxius & Simonides huius urbis inſignes, ex hoc arguēdi ſunt, ꝙ ego. Reuera enim ipſi ſunt uehementer accenſi ad effundendum ſanguinem horꝝ. Cui Præſul è contra: Non Simonides, inquit, nec Eudoxius, ſed auri argentiqꝫ cupido te illexit, ut ad patrandum tantum facinus conſentires. Crede meę paruitati, quia quomodolibet regimen tuum, quo diſponis, imo quo deprædaris hanc patriam, piiſſimis Auguſti inſinuabitur auribus, qui factis tuis dignam recompenſet æquitatem. Hæc & alia perſtabat memorans, fixuſqꝫ manebat, & Ducem infamabat. Tandem aliquando accedentes præfati milites multum obſecrabant, ut ſe poſito furore, Conſuli uehementi rubore ſuffuſo ueniam daret. Quorꝝ poſtulationem uir Domini clementer accipiens, Ducem Euſtachium, quem coram omnibus infamarat, coram omnibus humiliter mulceræ ſtuduit. Stracilates deinde illi poſt celebratum conuiuium, Pontificis 11 benedictione aucti, lætanter ſocios claſſemqꝫ reuiſunt. Inde ubi prima quies pelago reddita eſt, iter aggreſſi ſunt cœptum; & flatibus inuecti ſecundis, uelociter Phrygiam perrexerunt. Quam cum ſagaciter, ablatis ſeditionis fautoribus ſub imperij iura redegiſſent, Conſtantinopolim repetierunt urbem, Quibus non ſolum gratulabundus occurrit populus, ſed procerum multi: Imperator etiam ob ſubactos ſine ſanguine hoſtes, geſtiens gaudio, triumphantium more illos recepit.

11 *Epiſcopū ſemper fuit alijs benedicere.*

Sed hæc non æquis oculis ille antiquus humanæ ſalutis æmulus aſpiciens, in longum quieuit. Tandiu enim ſe formas uertit in omnes, quouſqꝫ inuidos quoſdam ſtimulis cogeret amaris, qui eorꝝ dignitatem zelo proſequentes, aut dedecus, aut necem contra illos molirentur. Quid multa? Accedentes quidam doloſi ad quendam Præfectum nomine Ablauium, quem Achiui Eparchum uocant, in multis eos accuſabant præſertim contra Auguſtum eos nitebantur oſtendere conſpiratores; adijcientes ſubdolam eſſe illorꝝ loquutionem, & fucatam humilitatem, ex quo tanta ſimultas non eſſet attendenda; quia ubi tempus inuenerint, ſecus apparebunt. Sed cum ſe inanibus uocibus nihil affectare conſpicerent, cœperunt magnis muneribus animum uiri illicere, & eum in perniciem armare innocētium. Verùm quid non cogit mortalia pectora auri ſacra fames? Extemplo corruptus Eparchus immenſitate fului metalli, intrauit ad Auguſtū, & ſic orſus eſt: Excellentiſſime Domine, cuius moderamine totus mundus pacatus quieſcit, ecce inuidia diaboli, a quo omnis nequitiæ ſeminarium oritur, infeſtos contra nos ſuſcitauit inimicos. Reuera enim ſtratilates illi, quos dudum in Phrygiam ueſtra miſit ſublimitas, inſidias machinantur domino meo. Nam conuenticula crebra agentes, promittunt con

fœderatores ſuos ditari opibus, & magnis extolli dignitatibus. Hoc ego pro certo ſciens, ideo coram tua ueni narrare præſentia, ne diuinum iudicium, & Imperialem incurrerem iram; quoniã quidem non ſolum rei ſunt qui male faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus; maxime cum hæc proculdubio a ſocijs eoꝝ didiciſſem. Vnde cœlitus uobis collata ꝓuideat ſagacitas, quid facto opus ſit.

Credidit itaq; Auguſtus fallacijs eius, utpote Pręfecti ſui; & iratus è ueſtigio comprehendi eos iuſſit, & in carcere retrudi. Illis uerò carceralibus cuſtodijs mancipatis, accidit, haud reor ſine nutu diuino, ut Imperator in ſummis Reipublicæ præoccupatus negocijs, hoꝝ protelaret ſententiam. Sed quia cęcum pectus, quod ſemel inficitur, difficile pœnitudine renitescit; prædicti calumniatores paucis effluxis diebus adſunt, & memorato Præfecto promiſſa munera deferentes: Quo pacto, inquiunt, inimicos noſtros uitæ donaſtis, & non capti cominus ſunt iugulati? An ſperaſtis ſeditioni uos poſſe finem imponere, ſi eos arctari ergaſtulo iuberetis? Ecce enim retruſi, ſocijs eoꝝ adminiculantibus, exire ſatagunt, & meditatam implere nequitiam: Idcirco te conari neceſſe eſt, ne tale quid qđ nõ optamus: perficere poſſint. Alioquin uigilaſſe pro pace ueſtra nos pœnitebit; & uos celerrime peribitis Coactus ergo præfectus illo magis cruente munere, q̃ ſermone, denuo auribus Cęſaris talia uenena infudit: Domine, Auguſte, ſceleſti illi quos pietas ueſtra uiuere ſinit, non ceſſant cum ſuis conſpiratoribus peſtifera meditari conſilia. Certe enim certius noueritis eos extrinſecus habere coniuratos, qui illos uiriliter adiuuare ſatagunt, ut egredientes inſperate ad necandum ſuper dominũ noſtrum irruant. Illico Auguſtus quaſi ſuam comperiſſet mortem, tanta furia actus eſt, ut abſq; inquiſitionis reſpectu præceperit illos occidi. Quo mandato auarus accepto, præ gaudio magno miſit ad cuſtodem carceris, ut hos ſegregatos ſolicitus obſeruaret, quatenus ſubſequenti nocte clãculo perimerentur. Cuſtos autem ille bonæ compaſſionis uir, & meritò Hylarianus uocitatus, præripuit ſe ad carcerem, & mœſto hanc ædidit pectore uocem: Vtinam uos, domini, nunquam ſciſſem: proh dolor, hodie ſeparamur ab inuicem; & lachrymis ſuffuſus ait: Eloquar, an ſileam? Sed tamen cogor loqui uobis: ſciatis ab Auguſto egreſſam eſſe ſententiam, ut hac nocte abſq; dilatione occidamini; Præordinate ergo de rebus ueſtris, ne poſtmodum in ſupremo conſtituti, magis eas exterminio, quàm teſtamento delegatas relinquatis.

Quibus auditis, extemplò gelidus per tota cucurrit oſſa tremor, & ingemiſcentes ſparſis crinibus ſcidêre ueſtimẽta ſua, atq; ululatu magno talia clamitabant: Heu quiſnam eſt tantus iſte furor? quę tanta ſeueritas, ut ſic moriamur ſicut craſſatores populoꝝ, qui ſaltem nec interrogatione digni habentur? Immanis eſt iſta crudelitas, & nec audita in gentilibus. Cũ autem diu multumq; ita gemerẽt, Nepotianus unus ex eis recordatus eſt, qualiter ſanctus Nicolaus iuuenum liberator trium mirabilis fuiſſet; & ſuſpirans iterum iterumq;, tandem hanc precem fudit: Rex Deus excelſe, ſuccurre miſeris perituris, meamq; humillimam deprecationem, non noſtris, ſed ſerui tui Nicolai meritis, dignanter attende; quatenus ſicut eius inſtantia tres illos erutos a morte conſpeximus, ita nos per eius interceſſionem ab inſtanti eripiamur ſententia: quoniam quidem ſi non adeſt cor-

poraliter, credimus tamen illum ſpiritualiter omniũ compati neceſſitatibus, pro quibus tibi ſæpius ſupplicaret. Te igitur precamur Domine, tu qui uoluntatem timentium te facis, propter orationes eius libera nos. Sic Nepotianus, ſic & comites eius ſupplicabant, atq; ſimul uno ore clamabant: ſancte Nicolae, adiuua nos; ſerue Dei licet abſens interueni pro nobis, ut eruti a præſenti iugulo, tuam deuoti uidere faciem, tuoſq; ſacratiſſimos mereamur oſculari pedes. O' clemens pietas Saluatoris. O' immenſa benignitas creatoris; quæ tanto laudanda eſt præconio, quantum ab omnibus ſimpliciter ſe petentibus exorabilis inuenitur. Quis unquã eum quæſiuit puro corde, & non inuenit? Quis petiuit ab eo miſericordiam, & non accepit? Ipſe enim ſe obligauit dicens: Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, fiet uobis. Huius enim ſponſionem ueritatis inter anguſtias hi tres mirabiliter ſunt experti. Nam uir Dei adhuc uitam carpebat præſentem; & bonus Dominus ſic prædictorum ſupplicum preces audire dignatus eſt, ac ſi ſanctus Nicolaus interuentor in ſuperiore regno penès eum fuiſſet. Sed hæc cuius ſunt, niſi tua Chriſte dona, tuæ retributiones, tuæ prorſus, Domine, qui glorificantes te non ſolum coram tuo patre in cœlis, ſed etiam in terris coram hominibus glorificare conſueuiſti.

Nocte igitur inſequuta, qua plectendi erant ſtratilates illi, cum ſe Imperator, Eparchuſq; ſopori dediſſent, ſimilia uiderunt ſomnia. Quæ ideo ſingillatim narramus, ut euidentiſſimè omnipotentem intelligamus, non tantum palàm, ſed etiam per uiſiones minari iuſtitiæ præuaricatoribus. Neque id fruſtra facit; ſed quia plus gaudet ſuper uno peccatore, quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, oſtendit ſe malle cunctorum pœnitentiam. Viſiones autem huiuſmodi fuerunt. Apparuit quædam effigies ſancti Nicolai dicentis: Conſtantine, cur ſtratilates illos iniuſte comprehendi feciſti? Cur ſine crimine morti abdicaſti? Surge celer, eoſq; dimitti quantocyus iubeto. Quòd ſi fortaſſe me ſpreto, aliud facere uolueris, cœleſtem precor regem, ut contemptus mei ultor exiſtens, tibi indurato bellum ſinat insurgere, & te ibi perempto, caro tua beſtijs auibuſq; ſit cibus. Cui Auguſtus: Quis, & cuius auctoritatis es tu, ut hac hora palatium meum ingreſſus, talia audeas loqui? Et ille: Ego ſum Nicolaus peccator, Myreæ Metropolis Epiſcopus. Hæc dicens abijt, Eparchumq; ſic territat ipſum: Ablabi uecors mente & ſenſu perdite, quæ tibi neceſſitas incubuit, ut obſtinatus innocentium fores delator? Perge uelox, illoſq; continuo è carcere educi facito. Sin autem ab Imperatoris ęterni maieſtate obtineo, ut totum corpus tuum ſcaturiat uermibus, & domus tua quantocyus diripiatur. Ad quem præfectus ſic turbatis uocibus infit: Tu uero quis es, qui tanta minaris? Cui ille: Me ſcito eſſe Nicolaum, Myrenſem Epiſcopum. Dixit, & procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Talibus igitur cęſar, & Eparchus perterriti uiſionibus, excutiũtur ſomno & maturato officio, quæ quiſq; uiderat celeriter remiſerunt ſibi dicẽda. Deinde ubi prima ſtellas aurora fugauit, è ueſtigio Imperator accerſitis magnatibus ſuis, & eodẽ Eparcho, fecit ſibi ſtratilates illos pręſentari. Quibus aſtantibus, toruo aſpectu ita exorſus eſt. Quas magicas noſtis artes, ut tantis nos illudatis phantaſiis, tantiſq; exagitetis ſomnijs? Illi attoniti tanto interrogantis auſpicio, nullum dederunt reſponſum. Et denuo Auguſtus: Edicite nobis, quæ ſint maleficia ueſtra. Ad quem Nepo-

tianus ſolus pro cunctis ſic pauitanti uoce reſpondit: Excellentiſſime Imperator, cui Deus Regni commiſit habenas, abſit ut nos documentis nefariæ artis ſimus inſtructi; nunquã enim Domine tali uacauimus magiſterio. Quippe & nos conſtanter profitemur, non illius eſſe cõmiſſi, ut capita li ſubijciamur ſententiæ. Tunc Auguſtus: Noſtis, inquit, aliquem hominem, cui Nicolaus nomen eſt? Mox illi audito tanto nomine tendentes ad ſydera palmas utraſq;, uoce magna dicebant: Benedictus es Domine Deus Nicolai ſancti, qui non relinquis ſperantes in te, & de tua miſericordia præſumentes. Benedictus es & laudabilis in ſecula, qui clementer infelices tuos ſeruos dignatus es reſpicere. Et nũc Domine, Domine, miſerere noſtri, & famuli tui interceſſione eripe nos ab hac perditione, ſicut erepti ſunt tres uiri illi a pernicioſo iugulatu.

Cæſar uerò ſciens, & ardens ſciſcitari, & quærere cauſas, propius eos ad ſe accedere iuſſit. Tumq; demũ eos intuitus: dicite, inquit, hic, quẽ inuocaſtis, quo eſt ſanguine progenitus, quis, quantú ue ſit uel ſi uera ſunt, quæ dicitis, coram pandere maturetis. Mox idem Nepotianus confortatus ait: Iſte eſt uerè ſanctus per omnia, cuius meritis nos credimus erui ab intentato exitio. Iſte eſt, quem in noſtra inuocauimus perditione; & ecce (ut cernimus) alacrem ſenſimus adiutorem. Vere enim Dei dignũ credimus illum ſeruum eſſe, ob quem, tantis licet terrarũ ſpatijs longe ab eo poſitos, ſub uno noctis momento Chriſtus nos exaudire dignatus eſt. Hoc dixit, & continuò proſequens narrauit, qualis, quantæ humilitatis, quantæq; eſſet bonitatis. Nam & ereptionẽ iuuenum totiens memoratã, ſicut ſcripta eſt, per ordinẽ pandit. Imperator autẽ hæc audiens, multum miratus eſt, & pro tanti uiri bonitate Deũ uenerans: Ite ait, & famulo Dei gratias agite, immo Deo, qui uos per eum liberauit. Ex Conſtantini autem donarijs munuſcula, necnon & apices noſtros uobiſcum ferte; Hũc etiam Euangelij librum mirifice auro contectum, & 12 cimilia hæc ſimul, & duas ex auro chirothecas, uaſq; hoc aliud aureũ gemmis pretioſiſſimis decoratũ. Eiq; dicite, ut dignanter iſta ſuſcipiat, & mihi lubentiſſimè præceptis eius obedienti, non minari, ſed orare ſtudeat; atq; pro pace regni noſtri magis totius orbis Dominũ poſcat. Poſt paucos igitẽ dies ſtratilates prædicti, acceptis Epiſtolis, Auguſtalibuſq; muneribus, ad ſeruum Dei, uti deuouerant, ire cœperunt. Qui uenientes, illicò conſternati ſolo, pedes eius oſculati ſunt, & præ magnitudine lætitiæ claris repetebant uocibus: Vere dilectiſſimus Dei es famulus. Verè cultor & amator Chriſti. Verè tu omniũ ore laudabilis, propter quem mirabiliter a morte liberati ſumus. Hæc & alia diutiſſime conclamantes, tandem deditionis ſeriẽ retulerunt, atq; offerentes munera, necnõ & imperiales Epiſtolas, inditia oſtenderunt ſuæ liberationis. Mox doctor egregius, eleuatis ad cęlũ brachijs, collaudabat ſaluatorem dicens: Magnus es Domine Deus noſter, magnus & mirabilis, cuius magnitudinis non eſt finis. Tu es enim Dominus diues in omnibus, qui facis mirabilia magna ſolus. His dictis, conuerſus ad illos, tãtis eos irrigauit ſcripturarũ fluentis, ut plurima de rebus ꝓprijs largirentur egenis. Dehinc ſicuti ſecularũ moris eſt tanto geſtierũt gaudio, ut ſibi tonderent, quos in carcere miſerant, crines. Exacto itaque apud uirum Dei aliquanto tẽpore cum ingenti lætitia, inſtructi doctrinis eius, & aucti benedictione remearunt ad propria, magnificantes Deũ no-

Vide quæ munera dono mittat Conſtantinus Imperator Nicolao. 12

ſtrum Ieſum Chriſtum,qui regnat cum patre & ſpirituſancto unus Deus æquali maieſtate,æquali poteſtate,per omnia ſecula ſeculorum,Amen.

Nunc igit̃ fratres chariſſimi,ſi uobis placuerit, de ſolennitate huius diei beatiſſimi Nicolai confeſſoris atq; Pontificis in eius laudẽ aliquid loquamur. Qm̃ 13 illius ſolennitas agitur,quem non ſolũ græcia, ſed penè totus orbis prædicat. Et iuſte quidẽ, quia licet perpauca ſcripta ſint ex his, quæ ſanctus uir in uita ſua patrauit,tamen ex quo ad Chriſtũ perrexit,tãta 14 quotidie miracula exhibet, ut nulla carnis ſufficiat lingua referre. Quis enim digne poteſt explicare,qualiter eius meritis promerẽtibus, cæcis uiſus,ſurdis auditus,& (ut breuiter dicam) debilibus cũctis celerrima & optima redditur ualetudo? Quis,inquam tantæ eſt facundiæ, ut facilè poſſit exprimere,qualiter ex marmore tumuli eius ſacrum reſudat oleum, quod ab excubantibus miniſtris penniculo collectum ſtudioſiſſime reconditur,ad diuerſorum languorum utilẽ admodũ unctionẽ? Refero itaque charitati ueſtræ,quod ueridica relatione a quibuſdã Graijs comperi. Sed illi hoc ipſum fama Myrenſium accolarum didiciſſe profitebantur; tamẽ ſiue aliter,ſiue ita ſe ueritas habeat,iudicio narrantium eſt commitendum

13 *Agitur illius ſolennitas, quem non ſolum Græcia, ſed pene totus orbis prædicat.*

14 *Quã potens ſit apud Deum meritis Nicolaus, hinc oſtenditur, quod tot miracula ad eius inuocationẽ hominibus præſtantur.*

Quodam ſiquidem tempore cũ quidam magnatum ciuitatis prædictę inuidioſa factione pontificem ſedis ipſius propellere non erubuiſſent, cõtinuò deſiuit oleum tantæ perfluere benedictionis. At ubi idem Antiſtes ſuam recepit cathedrã,confeſtim ſalutaris liquor ſtillare more priſtino cępit. Mirabilis quippe Deus in ſanctis ſuis,quoniã ſic famulos ſuos glorificare conſueuit,ut in omnem terram exeat ſonus eorũ. Qualis ſonus? nẽpe uictoriæ, ac triumphi: Quia dum ſuis ſupplicibus collata cælitus non denegant patrocinia,oſtendunt ſe,mundi deuicto principe,diademate redimitos æterno. Lętemur ergo chariſſimi,lętemur in Domino, & diẽ 15 feſtũ ſancti Nicolai ſalubriter celebremus. Quoniã ſi nos ille concorditer feſtiuos inſpexerit,fauet credite mihi,fauet noſtræ deuotioni. Quin &,ſecundum nominis ethymologiam, Nicolaus Eolice uictoria populi reſonans,impetus ferociſſimos cõterit repugnantium, & caſtra uincere iuuat hoſtilia. Omnis ergo ſexus,omniſq; conditio protectionis eius tutamen expectet,imploret ſuffragia,quærat auxilia. Nouit enim olim cęleſti palma miſericorditer ſubuenire afflictis,liberare oppreſſos, & peſtiferos ſoluere nexus. His ita premiſſis, effundamus aliquantulum coram illo precẽ ut in fine pagellę patrocinijs eius fruamur. Oramus 16 itaq; te ſanctiſſime pater Nicolae,ut humillimas noſtræ petitionis uoces attendas, affectum conſpicias,& conſiderato noſtræ conditionis figmento, hoſtẽ comprimas,expellas tyrannidem,diſſidentes pacifices, tuearis præſules, gubernas cleros,Abbates dirigas,foueas monachos,& omnibus,qui deuote tua ſolennia peragunt,cęleſte regnum adire acceleres: Noſq; miſellos, qui uelut inertes operam dedimus,& exilem gloriæ tuæ formauimus laudem,ex omni perturbatione inſidiantiũ eripias. Suggeſtionẽ ſpirituũ immundorum cuſtodias, quatenus fideliter Ieſu Chriſto ſeruire mereamur, qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.

15 *Diem feſtum ſancti Nicolai ſalubriter celebremus.*

16 *Inuocat diuum Nicolaum, & eius patrocinium expoſcit.*

Cum uerò de Aphricæ partibus Vandalorum exercitus applicuiſſet ad terram Calabrindem,atq; eandem regionem igne ſuccenderent,reperta ibi eſt a quodã barbaro in cuiuſdam chriſticolæ domo ſancti Nicolai

imago in tabula honeſtè depicta. Quã protinus in ſinu ſuo proiecit, & abſcondit quãuis ab eo ignoraretur omnino quid eſſet. Cũ autem perueniſſet ad eos, qui chriſticolas captiuos deducebãt uinctos, interrogauit unũ ex eis, & ait: Rogo ut mihi indicetur, cuius eſt figura in hac tabula tam pulchre depicta. Et hæc dicens demonſtrauit eis anchonam. Cum ergo contemplati eam eſſent chriſtiani, cũ gemitu & lachrymis dixerunt: Imago hæc, quã cernimus, ſancti Nicolai dicitur, qui multis miraculis & uirtutibus apud Deũ exiſtẽs clarus, manifeſtè edocet ſe uiuere etiam poſt ſepulchrum. Cumq́ hoc auditu percepiſſet ille barbarus, continuò abſcondit eam propter ſuos ſocios, nemini ex hoc aliquid pandens. Cum autem reuerſus eſſet exercitus Vandalorũ in Aphricam cum plurimis captiuis, & ſpolijs multis, redijt & ipſe barbarus, qui ſancti Nicolai habebat tabulã in domũ ſuam. Erat autẽ ipſe telonarius. Quadam autẽ die tulit ipſam anchonam, & poſuit eam ante teloneum ſuum, ubi erant omnia quæ habebat, aurũ, argentum, & ueſtes. Et ſic loquutus eſt ei dicens: Nicolae habeto cuſtodiam ſuper teloneũ hoc, nam ego alio neceſſe habeo proficiſci. Hæc loquutus imagini, diſceſſit, apertũ omnino relinquens teloneũ ſecurus proficiſcens, quaſi ibi plurimos cuſtodes dimitteret. Cum autẽ ſecus eundem teloneum latrones tranſirent, & uidiſſent apertum, & neminem cuſtodem ibidẽ eſſe, dixerunt ad inuicem, ut uenientes nocte eadem, diriperent omnia, quæ intrinſecus erant poſita. Quod ita factum eſt. Nã uenientes nocte, omnia abſtulerunt, aurum, argentum, ueſtes, & cætera. Et ſic profecti ſunt. Sola anchona deforis pendẽs ſuperſtes remanſit. Hęc autem Dei diſpẽſatione agebantur, ut huiuſcemodi occaſione reperiretur quanti meriti Nicolaus eſſet, & apud Aphricanas regiones manifeſtè clareſceret. Veniente autẽ barbaro, cuius teloneum erat, reperit eum uacuũ, nil omnino habentẽ, niſi ipſam ſancti Nicolai anchonam. Tunc plorans, & gemens, uehementiſſimos ſtridores emittebat, & turbido aſpectu cõuerſus in faciẽ imaginis beati Nicolai, quaſi ad uiuentem hominẽ & ratione utentem, hæc uerba proferebat dicens: O' Nicolae, bonum te cuſtodem telonei mei poſui. Quid feciſti? Redde mihi res meas, alioquin cędo te flagellis. Et cum hæc diceret, accepto flagello tundebat ſancti Nicolai imaginem. Cũ uero fatigatus eſſet cędendo eam, dixit ei, certe in igne te proijciam, ſi non reddideris cauſam meam. Pijſſimus autẽ confeſſor 17 beatus Nicolaus nimia miſeratione ductus ſuper anchonã ſuã, ac ſi ipſe flagellis cæderetur, ſub feſtinatione ad locum acceſſit propius, ubi latrones cuncta diuidebant, quæ de illius ſaraceni teloneo abſtulerant. Tunc dixit ad eos ſanctus Nicolaus: O' infelices, & miſeri, quid facitis? Nunqd ignoratis, quoniã ego ipſe ibidem eram quando hoc malũ perpetraſtis? Nam oculi mei conſpexerunt, quando has & illas res abſtuliſtis. Quantitatem & numerum etiã cunctarum rerum, quas de teloneo abſtulerant, ſingillatim eis exponens, addidit dicens. Scitote autẽ, quoniã furtũ, quod perpetraſtis, ſi non mihi acquieueritis, ut reuocetis cuncta quę abſtuliſtis, ego illud publice manifeſtare curabo. Nam ſub mea cura uniuerſa fuerũt poſita: & ideo pro ueſtro ſcelere ego innocens quã grauiter flagellis cęſus ſum. Credite mihi quia nullo modo uobis parcã, ſi meis non acquieſcitis conſilijs, ſed craſtina die morti tradere uos faciã. Illi autẽ fures cum uiderent ſe deprehenſos, exiſtimantes quempiã fuiſſe de populis, qui eos

17 *Huius imaginis miraculum cunctas modernorum* Heretico*rum blaſphemias & delyramenta conuellit.* Nam *ſi earũ uſus eſſet illicitus, &* Deo *diſplicerent, nequaquã mira hæc interuẽtu imaginis iſtius fieri permiſiſſet.*

exploraſſet, nimium mente conſternati, & ultra q̃ credi poteſt exterriti, uehementer metu mortis coacti, per tetræ noctis ſilentia reportauerũt omnia & in teloneo repoſuerunt. Mane autẽ facto, cũ ueniſſet barbarus, & uideret cunctã ſubſtantiã, quam amiſerat, flere cœpit præ gaudio, cui tale miraculũ fuerat demonſtratũ per ſanctũ Nicolaum. Tunc apprehenſa imagine deoſculari eam cœpit, dicens: O ſancte Nicolae fidelis, & iuſte, pijſſime & miſericordiſſime ſerue Dei excelſi, quã ſublimis, quàm magnus, quã prepotens factus es, quàm proximus, & familiaris Deo regi immortali, cui uiuens militare non ceſſaſti, a quo poteſtatẽ accepiſſe comprobaris, ut talia facere poſſis, qualia mihi gentili ex ære inſenſibili patrare dignatus es. Ab iſta nanq; die credo in Chriſtum, & in te. Credidit autẽ in Chriſtum Dominum, & baptizatus eſt ipſe & domus eius tota, &

Conſtr 18 in honuxit eccleſiam colrorem ſancti Ni

18 cõſtruxit 18 eccleſiam honorẽ ſancti Nicolai. In qua mortuus eſt cum uxore ſua & filijs, pariter glorificantes Dominũ & beatum Nicolaum.

Hęc fuit prima occaſio, qua apud Aphricanas Regiones beatus agnitus eſt Nicolaus: & paulatim ita nomen eius apud barbaros ſuccreuit obſequijs, ut etiã ab his qui carẽt baptiſmate frequentaretur aſſidue. Nullus enim (ut extimamus) eſt iamiã in orbe terrarũ locus, tam remotus, tã abditus, nec etiam ſolitudo ut eremus, quẽ fama & miracula Nicolai confeſſoris pijſſimi non illuſtrauerint. Teſtes ex hoc exiſtunt non ſolũ omnes prouincię Gręcorũ, de quibus originem duxiſſe comprebatur, uerũ etiam omne Orientale Regnũ. Teſtes etiam & barbarorum diuerſæ nationes diuerſis linguis utentes, uniuerſam penè Aphricam habitantes, quæ obſequia ei piæ deuotionis exhibent.

19 Itali feſta diui Nicolai ſolẽniter celebrare ceperunt, & eccleſias plurimas in eius honore conſtruxerũt & dedicarunt, ut eũ apud Deum interceſſorem habeant. Nota hæc omnia.

19 Italiæ uero habitatores promptis animis (quamuis noſtris temporibus inchoauerint, deuote celebrare eius 19 feſta ſolenniter didicerunt, eius miraculis aſſidue iucundati: Eccleſias plurimas, auxiliante Domino, in honore eius conſtruere iã & dedicare meruerunt; ut hic eum patronũ & aduocatum, & in futuro apud ipſum mundi conditorẽ interceſſorem habeant. Per eum qui uiuit & regnat cũ patre in unitate ſpiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Sed ſi ueſtræ charitati durius non eſt, uolo adhuc de mirabilibus beati Nicolai uobis enarrare miraculum. Beatus itaq; & electus Domini noſtri Ieſu Chriſti Nicolaus epiſcopus, dum uitam finiret, & de hac luce migraret ad Dominum, animã eius qui illi dedit eam, ad ſe de hac luce recepit. Clerici nanq; & ſacerdotes ſui, dum hoc conſpicerent gratias egerũt

20 Qui animam confeſſoris ſui ita eleuaret ad cœlum.

20 Deo, qui ita ſui 20 confeſſoris animam eleuaret ad cœlum. Tunc accepta aqua, ut corpus lauarent beati Nicolai, apprehenderunt linteamina ſancti corporis, & expoliare cœperunt. Erat aũt ibidem quidam homo nomine Cethron, et cœpit rogare eoſdẽ ſacerdotes et clericos, ut oſtenderẽt in eum miſericordiam, & ut aliquid de ſancti uiri ueſtimentis ſibi dari debuiſſent. Et dicebat eis cũ lachrymis, & deſiderio magno: Ego ueni benedictionẽ a Domino meo Nicolao accipere, & conceſſum mihi nõ fuit:

21 Ecce quomodo omnes res etiã externæ ſanctorum uenerandæ ſunt.

21 ut uel uitã eius conſpicerẽ. Obſecro uos, ut uel aliquid de ueſtimẽtis eius ſancti corporis mihi prębeatis, ut id habeam tantũ in honorem ſanctiſſimi Domini mei. Preſbyteri uerò & clerici beatiſſimi Nicolai hæc audiẽtes, & talem petitionem & deſiderium cognoſcentes, dederunt ei unum 21 de linteaminibus ſanctiſſimi uiri. Cethron autẽ ut accepit ueſtimentum beati Nicolai cum deſiderio magno, tulit locellum nouum, ubi nul-

lus hominum uſus fuit, & cum gaudio reclúſit illud, & ibat lœtus dicens, Gratias tibi ago Dñe, quia de confeſſore tuo ſanctiſsimo reliquias porto. Obſecro Domine ut per has beati Nicolai reliquias de lumbis meis des mihi filium.

Reuerſus deniq; Cethron in ciuitatem ſuam, quæ dicitur Excoranda, ad uxorem ſuam, quę dicebatur Euphroſina, cœpit dicere: Ecce reliquias beati Nicolai Archiepiſcopi, quem tu deſideraſti uidere: deprecemur illũ ut per ſuas ſacras 22 reliquias aperiat Deus uuluam tuam, & de tuis uiſceribus det nobis filium. Tunc Euphroſina repleta gaudio dicebat: Domine tibi gloria, qui nobis peccatoribus tantam gratiam cõceſſiſti, ut beati Nicolai haberemus reliquias, & rogare cœpit uirum ſuũ Cethron, ut eccleſiam in honorem beati Nicolai cõſtrueret, ut per ſuas orationes adimpleret Deus deſiderium ſuũ. Cuius precibus Cethron benigne fauẽs, eccleſiam fabricare cœpit extra portas ciuitatis in parte Orientis quaſi ſtadijs duobus. Quæ dum completa fuiſſet, 23 dedicauit eam Apolonius epiſcopus eiuſdem ciuitatis, in honorem beati Nicolai, in qua recondidit linteamen illud. Tantũ 24 aũt odorẽ cœperũt habere reliquiæ ueſtimenti ſancti uiri, quod uſq; ad duo completa ſtadia locus ille ſplenderet miraculis, 25 ut undecunq; ibidem languentes uenirent, ſtatim Deus per beati Nicolai merita beneficia præſtaret. Cęcos illuminabat, ſurdis auditum præbebat, & qui ſpiritus diuerſis iniquitatibus habebant, ſanabant. Omnes deniq; gratias Deo & beatiſſimo Nicolao cœperunt agere, qui tanta miracula operari dignatus eſt in populo ſuo per ſeruũ ſuum Nicolaum. Orauit itaq; Cethron latera muri coronis aureis, & decãtabat Domino Deo laudem quotidie, & dicebat: Domine 26 pijſſime & miſericordiſſime Nicolae, ego ſeruus tuus peto, ut adimpleas deſiderium meũ, & depreceris pro me Dominum, ut de carne mea det mihi filium. Cumq; quotidie hæc oraret, concepit Euphroſina ex eo filium, & expleto tempore peperit eum in ſexto die menſis decembris, & uocauit eum Adeodatũ & ad omnes dicebat gratanter: Quia per beati Nicolai reliquias dedit mihi Dominus hunc quem cõſpicitis filium. Erat enim infans clariſſimus & ſpecioſus ualde. Poſt hæc omni anno cum lętitia magna cœperunt celebrare ſolẽnitatem beati Nicolai in anniuerſario natiuitatis filij ſui.

22 *Linteamen ſancti ſacras reliquias appellat, & uult orare ut per eas Deus uxoris ſuæ uuluam aperiat.*

23 *Aedificauit eccleſiam in honorem ſancti Nicolai, & eam eps conſecrauit.*

24 *Vide quid faciat Deus pro oſtenſione ſanctitatis rerum ſanctorum.*

25 *Quanta miracula & beneficia pſtet Deus per merita beati Nicolai.*

26 *Inuocat diuum Nicolaum.*

Cum aũt compleſſet puer annos ſeptem, uenit Cethron & Euphroſina cum filio ſuo, & cum his qui inuitati erant, ad feſtiuitatem beati Nicolai Venerunt autem & Agareni, & prædati ſunt omnes uiros ac mulieres, inter quos etiam & puer captus eſt filius Cethronis. Cethron uero cũ uxore ſua liberatus eſt, & oblito puero præ pauore & timore, uenerunt in ciuitatem ſuam Excorandam. Agareni uero duxerunt captiuos in Babyloniam & diuidentibus inter ſe captos, peruenit puer Adeodatus filius Cethronis in manum Regis Marmorini. Euphroſina uero & Cethron cœperunt filium quærere: Et cum non inueniſſent, ſciderunt ueſtimenta ſua, & capillos cœperunt euellere, & facies ſuas percutientes atq; lachrymãtes, mater dicebat: Heu heu mihi, unice fili mi, quid miſere matri fili de te accidit. Ego miſera cum petitione magna a Domino meo Nicolao cum uiro meo petij; & ille rogauit Dominũ meũ, & te nobis donauit. Nõ ideo petiuimus ut oculis noſtris uideremus de te talem perditionem, ſed gaudium & exultationem in uita noſtra de te expectauimus, & optabamus

ut tu clauderes oculos noſtros; Ecce nunc ego uacua ſum de te fili mi.
O Dñe meus beate Nicolae confeſſor Chriſti, quia per te illum habui, tu
illum mihi redde, ut uideam illum antequam moriar. Per tuam ſantam in-
terceſſionem uenter meus dolorem perpeſſus, & caput meũ infirmatum
eſt; & poſtq̃ illum filium meum ante oculos meos uidi, præ gaudio non
memini preſſuræ, ſed gaudens permanſi. O ſancte Nicolae miſerearis mi
ſeriarum mearũ, quia te ſciente ego miſera illum nutriui, ego laui; & nunc
plenum eſt pectus meũ doloribus, quia non uideo unicum filium meum.
Sancte Nicolae obſecro, redde filium meũ, ut ſicut me lętam feciſti, quan
do illum mihi dediſti, ita & nunc quando in captiuitate eſt deſtitutus, ob
27 ſecro ut & certiorem me ex illo facias, & reddas filium meũ. Carnem 27
non comedam, uinum non bibam, quouſq; filium meũ non uideam. Tũc
cœpit Euphroſina ieiunare, & orare, & non comedebat niſi tribus in heb-
domada dieb9; & ſemp dicebat: Beate Nicolae redde, obſecro, filiũ meũ.

Ecce abſtinentiam a carne & a uino cum uoto, ieiunia & orationes cum ſancti inuocatione, pro impetratione reditus filij captiui.

Cum perueniſſet aũt propinquius ſanctæ ſolẽnitati beatiſſimi Nicolai
die q̃nto menſe Decembrio, cœpit dicere uxori ſuæ Euphroſinę Cethron:
Mulier acquieſce conſilijs meis, & pergamus ad beatiſſimi Nicolai ſolen-
nitatem, & quicquid Dominus dederit nobis, pauperibus erogemus; &
patrem noſtrum ſanctiſſimũ rogemus: Forſitan ſicut liberauit tres illos
innocentes de laqueo mortis, & de ira Conſtantini Imperatoris, & ad ſa-
lutem adduxit, ita filium noſtrũ reuocabit. Credo equidem, quia ab illo
hæc mihi inſpiratio uenit. Euphroſina deniq; ubi talia audiuit, commota
28 ſunt uiſcere eius, & cœpit flere, & facere ſicut uir eius præceperat. Cumq;
in eccleſiam ingreſſa fuiſſet, expandit 28 ad cœlum manus ſuas dicens:
Domine Ieſu Chriſte fili Dei uiui, reſpice in me peccatricem, exaudi me;
& per merita huius beatiſſimi Nicolai, ſicut liberaſti multos uiros de pe-
lago mortis, & ad ſalutem adduxiſti, & tres innocentes de periculo mor-
tis, ſic libera Domine filium meum de manu Regis Agarenorũ, & duc eũ
ad me; ut cognoſcamus, & credamus, quia tu es qui omnia potes, & ua-
les eripere omnes qui in te confidunt, & annexu te uinculo mortis libera-
re, & es mirabilis in ſanctis tuis in ſempiternum; qui uiuis & regnas in ſe
cula ſeculorum, Amen.

Oratio cum expanſione manus ad cœlum

Cumq; orationem compleſſet, ſalutauit omnes, & refectionem cœpit pa
rare clericis & pauperibus, qui ad ſolẽnitatem uenerant ſanctiſſimi Nico-
29 lai. Sacerdotes 29 uero & leuitæ ſimul oẽs canere cœperũt horas ad lau
dem Domini & beati Confeſſoris & Epiſcopi. Poſt actas horas omnes
ſe ordinantes pariter cibum cœperunt inuicem ſumere; & ſtatim res mi-
ra & inaudita ſequuta eſt, Ipſa hora, qua ſacerdotes cibum ſumere cœpe-
runt in ſolẽnitate beati Nicolai, eadem, inquam, hora, Rex qui erat in Ba-
bylonia, in cuius obſequio erat infans, cœpit dicere militibus ſuis atque
magiſtratibus, & ducibus: Dico uobis, beatiſſimi mei, quia ab hora qua
natus ſum uſq; modo, non fuit mihi unquam comedendi uoluntas ſicut
modo eſt. Parate mihi cum feſtinatione cibum, quo ueſci debeam & men
ſam ponite. Miniſtri uero cum talia audiſſent, poſuerunt menſam, & oẽs
pariter cœperunt cibum ſumere. Cœpit Rex poſt hæc clamare, & dicere:
Poculum mihi præbete, quia uelociter bibere cupio. Tunc infans, qui erat
in obſequio ſuo, cum talia audiſſet, parare ſcyphum, & aqua mũdare cœ
pit; Et ſubito cõmemorauit iter ſe, & dixit: Heu me quia expletus eſt an-

Sacerdotes & leuitæ cœperunt canere horas ad laudem domini & beati confeſoris & epiſcopi.

mus,quo captiuus ueni in obſequium regis; & longa ſuſpiria trahebat in ſenſu ſuo. Rex uerò cum audiſſet talia ſuſpiria, cœpit dicere ei: Dic mihi, pro qua cauſa ſic fortiter ſuſpiraſti? Infans uerò tremefactus cum timore cœpit ei dicere: Domine rex,recordatus ſum ſubito in mente mea,quia hodie expletus eſt annus, quo hic apud te captiuus exiſto, quia pater meus & mater mea in hac die faciebant magnam ſolennitatem in Eccleſia ſancti Nicolai Domini noſtri. Rex cum talia audiſſet, reſpondit, & dixit ei: O miſelli,quid uobis prodeſt iſta cogitare,cū ego uos apud me habeo? Et quis eſt qui de manu mea uos tollere poſsit,quandiu Deus noſter uult facere,ut uos habere debeamus? Fer mihi bibere. Infans accepit ſcyphum ad potum parandum,& aquam in manu ſua ad lauandum ſcyphum. Subito 30 uir Dei Nicolaus affuit, & apprehendit infantem per uerticem capilli capitis ſui,& reportauit,& reddidit illum matri ſuæ. Cumq́; reficerentur omnes extra fores Eccleſiæ, uiderunt illum ibidem ſtantem, & ſcyphum & aquam in manu tenentem: qui euntes interrogare cœperunt eum dicentes: Quis es tu? Et ille dicit: Ego ſum Adeodatus Cethronis filius. Cum audiſſet hæc Euphroſina mater eius, commota ſunt quippe uiſcera eius ſuper eum,& cœpit flere præ gaudio,& currens amplexata eſt eum, & tenens collum filij ſui gaudere cœpit, & dicere: gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte fili dei uiui,qui non me fraudaſti à gratia tua,ſed exaudiſti me ſuper filium meum, & uidi illum oculis meis,antequam me uocares de hoc ſeculo: Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

30 *Quid hic dicis Hæretice,qui blatteras ſanctos eſſe emortuos? Videtur ne tibi mortuus Nicolaus,qui tā mirabile opus patrauit?*

VITA SANCTI GREGORII THAVMATVRGI, ideſt, mirabilium operum effectoris, qui fuit Epiſcopus Neocæſareæ, per D. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum ſcripta, Gentiano Herueto Gallo interprete.

Habetur in operibus eius,& nouiſſime latine edita eſt.

HVius,quæ in præſentia habetur,orationis, & ueſtri cõuentus,unus, idemq́; eſt ſcopus,& inſtitutum. Magnus enim Gregorius,& uobis cauſa fuit ut conueniretis,& mihi de eo propoſitum eſt dicere. Ego quidem exiſtimo eiuſdem eſſe facultatis, ſe ex uirtute præclarè & recte gerere,& ſermone,quæ ſunt pulchra & honeſta,referre. Quamobrem idem fuerit inuocandum auxilium,per quod ille in uita recte uirtutem exercuit. Id autem eſt,ut ego quidem iudico,gratia ſancti ſpiritus,quę & ad uitam,& ad dicendi facultatem ijs uires præbet,eosque confirmat,qui in utroque ſtudium poſuere. Quoniam ergo præclara illa & inſignis uita, ſancti ſpiritus uirtute recte geſta eſt,orandum eſt, ut ad orationem tãtum detur auxilium,quãtum illis affuit in uita;ut rerum geſtarum dignitas laudem minime antecellat: ſed talis oſtendatur præſentibus in ea,quæ fit de eo,commemoratione, qualis in ipſis cernebatur factis,ijs, qui erant illo tempore.

Atque ſi inutile quidem eſſet meminiſſe eorum,qui uirtute præſtant,et ijs qui audiunt,ad id quod eſt bonum,nullus rediret fructus,eſſet fortaſſe ſuperuacaneum,& inutile,nullius commodi gratia accedere ad laudationē, cum & ipſe narret temere,& fruſtra auribus exhibeat moleſtiam. Cū autem,ſi ea, quam par eſt adeſſe, adfuerit elegantia, & gratia orationis,

erit commune luctum eorum qui audiunt,non ſecus atq; fax ῆs, quæ in mari nauigant,ad ſeipſam dirigens eos, qui per mare errant in tenebris,exiſtimo opus eſſe utriſq; æquali ſtudio,& uobis ad audiendum,& mihi ad dicendum. Clarum eſt enim in eius uitam recte & ex uirtute geſtam, facis inſtar per recordationem noſtras animas illuminantem, futuram eſſe uiã ad id,quod bonum eſt & honeſtum,& ei qui narrat, & eis qui audiunt. Natura enim quodammodo inſitum eſt hominibus, ut ſint apti & accõmodati ad omne, quod eſt honeſtum, & laudabile, & id poſsidere deſiderent.

Atque eorum quidem, quæ ſunt dicenda, argumentum eſt eiuſmodi, quod quidem mihi audenti ſuſcipere nulla ex parte imminet periculum, ſiue ſe ad rerum geſtarum magnitudinem extollere potuerit oratio, ſiue non.In utroq; enim horum par erit laus ei,qui laudatur.Nam ſi res quidẽ geſtas aſſecuta fuerit oratio, earum admiratione aures omnino obſtupeſcent. Sin autem ea à tergo longe relicta fuerit, ſic quoque eius qui laudatur,gloria illuſtratur.Eſt enim maxima laus hominis,ſi oſtenſum fuerit eũ eſſe talem,ut omnes omnium laudes ſuperet. Nemo autem ex ῆs qui ſunt diuina inſtituti ſapientia, quærat pro more externo,ut qui ſpiritalibus celebratur laudibus,artificioſa encomiorum laudetur ratione.Non eſt enim nobis & alῆs ſimile de eo,quod bonum & honeſtum eſt,iudicium. Neq; eaſdem de ῆſdem inuenerit aliquis opiniones apud eos, qui in mundo uiuunt,& eos qui mundum ſuperarunt. Illis enim uidentur magna & digna in quæ ſtudium conferatur,diuitiæ & gloria,& mundanæ poteſtates, & fabulæ quæ patriæ ſuæ tradunt originem,& quæ ῆs,qui ſapiunt, fugiendę ſunt narrationes,trophæa & prælia,& mala,quæ ex bellis proueniũt. Noſtra autem oratione una honorata eſt patria,paradiſus,quæ fuit prima ſedes hominum generis.Vna eſt ciuitas,quę eſt cœleſtis,& per uiuos eſt cõſtructa lapides,cuius artifex & opifex eſt Deus. Vna eſt generis claritas, quę nobis cum Deo intercedit neceſsitudo,& affinitas,quæ non caſu alicui euenit, cõuenienter ei quæ in mundo eſt,cognationi, quę fluẽs per hãc caſus conſequentiam,ſępe fertur etiam ad improbos; ſed quę nõ aliter parari poteſt,niſi libero ac uoluntario animi inſtituto. Quotquot enim, inquit,eam acceperunt,dedit eis poteſtatem,ut filῆ dei fierent.Hac autẽ nobilitate quidnam fuerit præclarius?

Sunt alῆs quidem omnibus patria fabulæ,& figmenta, & Dæmonum fraudes admixtæ fabuloſis narrationibus.Patria autem noſtra nullis indiget narratoribus. Nam qui cœlum aſpexerit, & eam quæ eſt in ipſo pulchritudinem,& creatam omnẽ naturam mentis acie conſiderauerit,quæcunque potuerit miracula in eo comprehendere,ea inueniet noſtræ patrię eſſe narrationes,immo uero non patriæ,ſed potius colonię, in quam ex uita excelſiore a mandati, in mundum præſentem uenimus. Si autẽ talis eſt colonia,conſiderare oportet, quænam fuerit ciuitas, ex qua illa deducta eſt,quænam illius pulchritudo,quales in ea regiæ,quæ beatitudo eorum, qui illam ſortiti ſunt habitationem. Si enim quæ in rebus creatis cernuntur,ſunt eiuſmodi,ut orationem ſuperẽt, quid exiſtimare oportet id,quod eas ſuperat,quod eſt eiuſmodi, ut nec poſsit oculis apprehendi, nec aure capi,neque mente conῆci?His de cauſis a ſpiritali commẽdatione eorum, qui laudantur,ſecernit inferiores nugas lex diuina encomiorum,turpe eſſe iudicans,

ſe iudicans, ut qui ex ijs, quæ ſunt eiuſmodi, ſunt cogniti, de ijs glorien-tur, quæ ſunt pretioſa in terris.

Quo circa mundanus quidẽ uir quiſpiã ad terrenam reſpiciens beati-tudinem, ex ijs, quæ ſunt eiuſmodi, laudẽ colligat hoĩbus, nempe, ſi alicui obtigerit patria fertilis pecoribus: ſi mare ꝓpinquũ per ſe ſuppeditat materiam ijs, qui laborant ingluuie: ſi gemmarũ frequentes inter ſe conſertæ poſituræ ſtructuras exornãt. Ei autẽ, qui ad uitã aſpicit supernã, pulchri-tudo quidem eſt animæ puritas, diuitiæ aũt nil poſſidere; patria autẽ uir-tus, ciuitas uerò ipſa Dei regia. Quo fit ut in rebus terrenis gloriã conſe-ctari pro probro ſit habiturus. Idcirco nos quoq; his relictis, neq; patriã adijciemus laudibus Magni Gregorij, neq; aſſumemus maiores, ut ferant auxilium illius encomijs, cum ſciamus nullã eſſe ueram laudem, quæ non ſit propria eorũ qui laudantur. Propriũ autem dicimus, quod omnino manet in perpetuum eiuſmodi, ut non poſſit auferri.

Quoniam ergo ſeparati ab oĩbus, diuitijs, claritate generis, gloria, delitijs, cognatis, & amicis, ab ea, quæ eſt ex uitio, uel uirtute, affectione manemus inſeparabiles, id ſolũ eſſe exiſtimandum beatum iudicamus, quod ex uirtute geritur. Neq; uerò exiſtimet aliquis, me, quoniam nihil habeam præclarum, quod poſſim narrare de patria, uel maioribus Gregorij, præ-meferendo hæc contemnere, dedecus latenter effugere. Quis enim neſcit eximiũ Ponti cognomen, quod eſt genti impoſitũ ab hominibus, quod teſtatur uirtutem eorum, qui ab initio eum locũ ſortiti ſunt? ſolus enim ex uniuerſo mari, & uniuerſa terra, Pontus Euxeinus nominatur, ſiue in eos, qui illic uerſantur, hoſpites, ipſo nomine illorũ teſtante humanitatem, ſiue etiam quòd talis eſt locus, ut non ſolum incolis & indigenis, ſed ijs etiã, qui ad ipſum undequaq; ueniũt, abundè ſuppeditet, quę ſunt ad uictũ neceſſaria. Talis enim eſt natura regionis, ut ſit fertiliſſima omniũ, quæ uſui ſunt ad uictũ, & nullo careat ex ijs bonis, q̃ ſunt apud alios, utpote quòd mare efficiat, ut quæcunq; ſunt apud alios, ſint eorum propria. Cum autẽ ſit tota gens eiuſmodi, ut quancunq; quis eius partẽ per ſe cõſiderauerit, exiſtimet eam eſſe potiorem cæteris, nihilo ſerius communi gentis iudicio, quæ circuncirca habitatur, eſt aliarũ ueluti quidam uertex ciuitas Magni Gregorij, quam quidã inſignis Imperator ex ijs, qui Romanorũ obtinebant imperium, Cæſar nomine, amore loci captus & deſiderio, uoluit ut ciuitas ſuo nomine uocaretur Neocæſarea.

Sed hęc nihil faciunt ad noſtrum inſtitutũ, ut per hęc exiſtimemus de-monſtrare præclariorem illum Magnũ inter ſanctos Gregorium, ſi regio abundet fructibus, ſi ciuitas eſt magnificis ornata ædificijs, ſi uicino mari undequaq; quicquid uidetur, affatim importetur. Sed nec eius maiorũ, q̃ ortum in carne præceſſerunt, mentionem faciã in oratione, diuitias, & honores, mundanoſq; eorũ ſplendores referens. Quid enim hæc ad laudem cõtulerint, ſepulchrum, columnę, & inſcriptiones, & mortuę narrationes, apud eũ, qui ſe ſupra mundũ uniuerſum extulerit? Alioqui aũt nec fieri poteſt ut illos ad eius laudis deducamus ſocietatẽ, quorum is abnegauit cognationẽ eius quæ eſt in anima affinitatis. Illi. n. infatuati fuerant in errore idolorum. Hic autẽ reſpiciens ad ueritatem, ſupernę cognationi ſeipſum inſeruit per fidem. Sed quẽadmodũ quidẽ aut a quibus natus ſit, aut quam nam ab initio habitarit ciuitatem, ut quæ ad propoſitã narrationẽ nihil

nobis conferant, prætermittemus. Eius autē laudationis ducemus principium a uita, quam is egit ex uirtute.

Cum enim in corpore admodum iuuenili eſſet defectus naturali curatione, morte obita a parentibus, quando præ ętate imperfecta multis intelligentia ab eius, quod bonū & honeſtū eſt, aberrat iudicio, ſtatim oſtēdit ab ineunte ætate qualis, ea iam perfecta, eſſet futurus. Et ſicut generoſa germina quando in primo incremento ramos directos ædiderint, agricolis per præſentem ſpeciem oſtendunt eam, quæ poſtea futura eſt pulchritudinem. Eodem modo ille quoq;, quando alijs lubrica & inſtabilis eſt anima, ad ea quę ſunt uana & ſtulta prompti, ut plurimū labente adoleſcentia, tunc ſtatim per primum ſuum uitę inſtitutum oſtendit, in ſe ipſo Dauid uerum dicere, Iuſtus ut palma florebit. Ea enim ſola ex arboribus perfecta uerticis craſſitudine è terra enaſcitur, & creſcente augmento longitudinis, nullum in latitudinem additamentum accipit a tempore. Sic ille quoq; floruit a prima germinatione, uitæ inſtituto confeſtim exortus perfectus, & excelſis comatus frondibus. A tenera enim ætate omnia relinquens, quæ iuuenlis ætas ſtupet, & admiratur, equos, uenationē, ornatas ueſtes, ludos talorum, omneſq; delitias, ſe totum ſtatim contulit ad parandas uirtutes, qđ pſenti ſemp ætati eſſet conducibile, deinceps eligēs.

Prima autem ex uirtutibus ei paratur, ſtudium ſapientiæ. Hanc autem tanquam matrē coniunctus quidam pullus conſequebatur temperantia. Ad utraq; autem erat adiutrix, & ſocia continentia. Vt a faſtu autē, & arrogantia, & etiam ab iracundia eſſet omnino remotus, egregiè effecerat pecuniæ deſpicientia. Non aliunde enim oritur factus, & ſuperbia, quàm ex auaritia, & plura habendi cupiditate, quæ ſecū hæc inducit uitia. Quomodo autem Patriarcham Abraham tradit ſcriptura, cum chaldaicę philoſophiæ habuiſſet ſcientiam, numeroſamq; & ordinatam aſtrorū poſiturām, motumq; comprehendiſſet intelligentia, uſum eſſe eorum cognitione, tanquam ac baſi fundamento ad ſupereminentis boni contēplationem: & cū animo reputaſſet, ſi quę ſenſu percipiuntur, huiuſmodi ſunt, qd nam fuerint ea quæ ſenſum ſuperant, ſic conſecutū fuiſſe, quod quærebat, ut qui externa ſapientia, ueluti euectus eſſet, & per eā euaſiſſet excelſior, adeò ut per eam quodammodo appropinquaret ijs, quę non poſſunt cōprehendi: Ita 1 etiam hic Magnus in externa philoſophia ſtudioſè uerſatus, per quæ in multis hominibus error confirmatur gentilium, per ea deductus eſt ad intelligendū chriſtianiſmum; & relicta falſa parentum religione, eorum, quæ ſunt, quærebat ueritatē ex ijs, quæ ſunt laborata ab externis, doctus non poſſe conſiſtere dogmata gentilium.

1 Vides quod ſancti patres illi priſci, non reiecerunt a ſe liberalium & externarum diſciplinarum ſtudia, quinimo eorū medio uſi ſunt ad peruenięndum ad ueram Chriſti ſapientiam.

Quoniā aūt in opinionibus de Deo uidet in diuerſas ſcindi diſtrahiq; opiniones, ſapientiā ſimiliter & græcā, & barbarā, & dogmatū principes neq; inter ſe cōuenire, & unūquenq; pro ſe ſedulò cōtendere, ut ſuū ingenij acumine & rationū ſubtilitate cōfirmet; eos quidē reliquit, ut qui bello inteſtino ſe uiciſſim euertant, & accedit ad firmū ac ſtabile uerbū fidei, qđ nulla cōfirmatur uerborū curioſitate, & artificioſis nexibus, ſed p uerborū ſimplicitatē æqualiter prædicaē omnibus, q eo ipſo q ſit ſupra ſidē, habet quod ſit fidele ac credibile. Si enim quod dicitur, eſſet eiuſmodi, ut cōprehenderetur a uiribus humanarum cogitationū, nihil inter eam & Gręcam interfuiſſet ſapientiam. Nam illi quoq; quod potuerint comprehē-

dere, illud quoq; eſſe opinantur. Quoniam autẽ non poſſunt humanę rationes peruenire ad cõprehenſionem naturæ, quæ ſupereminet, ea de cauſa exiſtit fides pro rationibus, quæ ſe extendit ſupra rationẽ & comprehenſionem. Propterea ut de Moyſe dicit ſcriptura, eum didiciſſe omnem Aegyptiorũ ſapientiã; ita etiã hic Magnus cum percurriſſet omnẽ gentilium eruditionem, & cum cognouiſſet experiẽtia, quàm eſſent imbecilla, & quàm non poſſent conſiſtere, quę ſunt apud eos dogmata, euangelij efficitur diſcipulus, & priuſquam duceretur ad myſticam, & incorpoream generationẽ, tã recte uitã egit, ut nullas peccati ſordes deferret ad lauacrũ.

De inſidijs a iuuenibus & meretrice in eum comparatis.

Cum autem uitam ageret in Aegypto in magna Alexandri ciuitate, in quã etiam undique confluebat iuuentus ex ijs, qui dabant operam philoſophiæ, & medicinæ, graue erat eius æqualibus ſpectaculum, adoleſcens, qui ornamento temperantiæ ſuperabat caniciem. Laus enim eius, qui puram caſtamq; uitam agebat, erat probrum eorum, qui fœde & inceſtè uiuebant. Vt ergo impudicis eſſet excuſatio, ne ipſi ſoli uiderẽtur eſſe tales, ſtructis inſidijs ab eis initur ratio, ut illius magni uitæ labes aliqua inureretur. Ad calumniam autem in illum intentandam producitur ab eis è domo meretrix muliercula, quæ notata fuerat infamia. Cum is autem pro more cũ uiris eximijs in habitu honeſto diſſereret de re aliquá ex ijs, quæ pertinebant ad philoſophiam, accedit muliercula petulãter, & laſciuè ſe gerens, & ijs quæ loquebatur, & faciebat, præ ſe ferens, ſe cum eo habuiſſe ſtupri conſuetudinẽ, deinde dicebat ſe mercede eſſe fraudatam, adijciens etiam cur cauſaretur ſe fruſtratam eſſe mercede. Cum hi autem qui puram ac caſtam eius uitam cognouiſſent, ægre ferrent, & in mulierculam ita commouerentur, ipſe neque conturbatus eſt unà cum ijs, qui id ægre ferebant, neque cum calumnijs appeteretur, dixit aliquid eiuſmodi, quod conſentaneum eſt ab eo dici, qui iraſcatur. Non ſuæ uitæ citauit teſtes, non iureiurando illatum ſibi probrum repulit, non eorũ, qui aduerſus ſe hæc ſtruxerant, arguit malitiam; ſed quieta & conſtanti uoce conuerſus ad quẽdam ex familiaribus, Heus, inquit, ſolue ei pecuniam, ne amplius moleſtiam exhibens, rei propoſitæ ſtudiũ interturbet. Cum autem is, cui iuſſum fuerat, didiciſſet à meretrice quantũ ex ipſo peteret pecuniæ, eam protinus numerauit, finémque acceperunt ab impudicis aduerſus temperantem comparatæ inſidiæ, & in infamis fœminæ manibus iam erat lucrum.

Tunc autem diuinitus oritur teſtimonium temperantię adoleſcentis, et eius æqualium calumniæ refutatio. Nam ſimul atque manu accepit pecuniam, à ſpiritu dęmonis uexata, & ſtridore beluino pręter uocem humanã eiulans, prona cadit in medio eorum, qui collecti fuerant. Horrendum, & terribile ſpectaculum ijs, qui aderant, diſiectis crinibus, & auerſis oculis, & ore ſpumam expuente; neque prius eam remiſit, qui ipſam ſuffocabat dęmon, quàm magnus ille Deum inuocaſſet, & illum ei reddidiſſet propitium. Hęc ſunt, quę narrantur de huius magni uiri adoleſcentia. Verè digna prooemia eius uitę, quę poſtea ab eo acta eſt. Quanquam tantum eſt hoc miraculum, ut etiam ſi poſtea nihil poſſet aliud dici, nulli eorum, qui uirtute excelluerunt, ex hoc ſolo eſſet in laude ſecũdus. Diues adoleſcẽs, qui ex patrię finibus exceſſerat, in frequentiſsima ciuitate uitam degens,

re,ut uir ille magnus apud eos maneret,futurus tanquàm ædificator uirtu tis,& uitę legiſlator. Sed undequaq; fugiens materiam arrogantię,ut qui ſciret uitium ſuperbię ut plurimum fuiſſe cauſam,& principium malæ, ac ſceleratę uitę,ad uitam quietam in patria degendam,tanquàm in portum aliquem confugit.

Cum autem tota gens illa eum uirum aſpiceret,& omnes expectarent, ut in publicis conuentibus ipſe ſuam aperiret eruditionem,ut longorũ laborum fructum aliquem perciperet,gloriam,& exiſtimationem: ſciret au tem uir ille magnus, unde nam oporteat ueram philoſophiã publicari ab ĳs,qui eam uere exercent,nec aliqua ambitione, laudiſq; & honoris cupiditate eius fauciaretur animus. Grauis enim laus eſt eorum, qui audiunt, cum arrogantia,& gloriæ cupiditas frangat, & eneruet robur animæ, ea de cauſa oſtentationis loco uſus eſt ſilentio,re ipſa, non uerbis oſtendens theſaurum reconditum. Cumq; à fori tumultibus,& ut in ſumma dicam, a uita,quæ in ciuitate tranſigitur,ſeipſum ſeparaſſet,in quadam ſolitudine ſecum ſolummodo uerſabatur,& per ſe ipſum cum deo,uniuerſi mundi,et eorum,quæ ſunt in ipſo paruam ducẽs rationem, non de regnis ſollicitus, non de magiſtratibus anxie curam gerens, aliquidue ſciſcitans, non quo modo ex rebus publicis communiter aliquid adminiſtretur, narrantẽ audiens,ſed ut anima per uirtutẽ perficeretur curans,ad hoc toto ſtudio con tendebat,uitam, & quæcunq; in ea ſunt ualere iubens,quidam alius Moſes noſtris temporibus reuera cum illius contendens miraculis.

Exierunt ambo ab hac turbulenta uita, & ſtrepitu referta, Moſes, & Gregorius uterq; ſuo tempore priuatim, & ſeorſum uiuentes,donec utriſque,Deo eis apparente,manifeſtum fuit puræ uitæ lucrũ.Sed Moſes quidem,qui fuit contubernalis philoſophię,uxorem una quoq; adiunxit.Gregorius autem ſolam aſciuit uirtutem,quæ ſecum habitaret. Cum ergo in utriſq; par fuerit ſcopus & inſtitutũ,utriſq; enim finis fuit, ut a uulgo ſecederet,& puriſsimo animæ oculo diuina contemplaretur myſteria,licet ei, qui ſcit uirtutem reſpicere,iudicare, utri maiore impatibilitate uita fuerit roborata,eíne qui deſcendit ad legitimum & conceſſum uſum uoluptatum,an ei, qui ipſum quoq; ſuperauit, & materiali affectioni nullum dedit aditum.

De Phœdimo Amaſeæ Epiſcopo, & eiuſdem Gregorĳ Thaumaturgi ab eo ordinatione.

CVM autem Phœdimus Amaſeæ Eccleſiæ illo tempore præfectus, cui diuinitus ex ſancto ſpiritu inerat uis prę ſciendi futura,omne ſtu dium poneret,ut ſi in manus eius ueniret magnus Gregorius, eum Eccleſiæ prę ficeret,ne uir tam præclarus ocioſam & inutilem uitam traduceret,is ſentiens quid cuperet,et pararet Epiſcopus, conabatur latere, nunc ad hanc,nunc ad aliam tranſiens ſolitudinem. Quoniam autem nihil non experiens inſignis ille Phœdimus, omnibuſq; utens machinis & artibus, non poterat Gregorium adducere ad ſacerdotium, ut qui diligentiſsime obſeruaret,& circũſpiceret,nequando eum ſacerdos manu apprehenderet;eratq; utriq; æquale ſtudium,cum alter quidem capere, alter uero effugere cuperet perſequentem.Nam alter quidem cupiebat Deo ſacrũ offerre donarium,alter uero timebat, ne ei afferret ad philoſophiam aliquid impedimentũ ſacerdotĳ cura,tanquàm graue aliquod onus,eius uitæ im-

poſita,ea de cauſa diuiniore quodam impetu ad ſtudiũ propoſitũ impulſus Phœdimus,nihil attendẽs, quod inter eos intercedebat ſpatium, quo remotus erat a Gregorio,qui ab eo diſtabat trium dierum itinere. Sed ad Deum reſpiciens,& dicens,& ſe,& illum a Deo hora illa aſpici,pro manu uerbũ imponit Gregorio,eum deo conſecrans, qui corpore nõ aderat; & ei illam ciuitatem attribuens, quam uſq; ad ea tempora contigerat teneri tanto errore idolorũ,ut cum eſſent innumerabiles,qui & ipſam habitabant ciuitatem, & eam quæ eſt circumcirca regionem, non inuenti ſint plures quàm ſeptemdecim,qui uerbum fidei accepiſſent.

De Theologia reuelata per ſanctum Ioannem Theologum & Euangeliſtam, & ſanctam Deiparam.

CVM ſic ergo iugum coactus ſubijſſet, omnibus legitimis poſtea in ipſo peractis & ab eo qui ſacerdotem ipſum renuntiarat, breue tempus petijſſet ad myſterium accuratè conſiderandum, non amplius ſicut dicit Apoſtolus, exiſtimauit oportere attendere carni, & ſanguini, ſed petijt,ut ſibi fieret diuinitus manifeſtatio occultorum:neque prius auſus eſt accedere ad uerbi prædicationem: quàm per quandam uiſionẽ fuiſſet ſibi reuelata ueritas. Nam cum noctu aliquando de uerbo fidei conſideraret,& omne genus cogitationes uerſaret, erat enim tunc quoque quidam,qui probabilibus argumentis piam adulterabat doctrinã, ſæpe etiã intelligentibus dubiam reddentes ueritatem,pro qua tunc ei uigilanti,& diligenter meditanti reuera apparet quidam,tanquam in figura humana, honeſta ueſte pontificia indutus,forma ſenili, uultuſq; dignitate & honeſtate habitus,magnam uirtutem præſeferens. Is uero uiſu ſtupefactus ſurrexit quidem e cubili,rogauitq; ut ſciret quiſnam eſſet,& quanam de cauſa ueniret. Cum ille autem uoce quieta ſedaſſet eius animi perturbationẽ, & dixiſſet ſe iuſſu diuino ei apparuiſſe propter ea de quibus dubitabat,ut ei reuelaretur piæ fidei ueritas,illius uerbis ei confirmatus eſt animus: illumq; aſpexit cum quadam lætitia & admiratione. Deinde cum ille manum directo porrexiſſet, & ei tectis digitis ueluti oſtenderet id quod ex obliqua apparebat,ipſe quoq; una cum porrecta illius manu ſuam quoq; uultum conuertit,& ex aduerſo eius quod uiderat, aliud uidit ſpectaculũ in muliebris figura,quæ formam ſuperabat hominis.

Rurſus autẽ ſtupefactus in ſeipſum inclinauit, dubioq; ac omnino perplexo fuit animo propter ſpectaculum, ut qui oculis non ferret uiſionem. Etenim in hoc maxime conſiſtebat admirabilitas uiſionis, q; cum eſſet nox profunda ſimul cum ijs,quæ uiſa fuerant,lux reſplendebat, tanquam cuiuſdam lucidi conflagrantis thalami. Quoniam ergo non poterat oculis ferre uiſionem,audiuit quendam dialogum eorum,qui a ſe uiſi fuerant, explicantium inter ſe inuicem rationem eius quod quærebatur; per quos non ſolum didicit ueram fidei cognitionem, ſed etiam nominatim cognouit,eos qui apparuerant,cũ uterq; ex his uocaret alterum ſuo nomine. Dicitur enim audiſſe ab ea, quæ in figura muliebri apparuerat, rogante Ioannem Euangeliſtam, ut manifeſtaret iuueni myſterium ueritatis: illum autem dixiſſe, ſe paratum eſſe matri Domini in hoc quoque gratificari, quoniam ei ita placeat. Et ita cum dixiſſet breuem, & quæ facile deſcribi poterat,orationem,ſe ab eius ſubduxiſſe oculis;eum autem diuinam illam myſtagogiam protinus mandaſſe literis; & illo tempore prædicaſſe uer-

bum in Eccleſia,& poſteris ueluti quandam hæreditatem,illam diuinitus datam doctrinam reliquiſſe,per quam in hodiernum uſque diem in myſterio inſtituitur,qui eſt apud illos populos,qui permanſit intactus ab omni uitio hæretico.

Hæc ſunt autem uerba myſtigogiæ. Vnus Deus pater uerbi uiuentis,cõſiſtentis ſapientiæ,& uirtutis,& characteris æterni,perfectus perfecti genitor,pater filij unigeniti. Vnus dominus,ſolus ex ſolo,Deus ex Deo,character & imago diuinitatis,Verbum efficax,ſapientia,quę eorum quę ſunt continet conſtitutionem, & uirtus effectrix uniuerſæ creaturæ. Verus filius ueri patris,inuiſibilis patris filius inuiſibilis, & qui interire non poteſt eius in quem non cadit interitus, & qui mori non poteſt, immortalis, & æternus æterni. Vnus ſpiritus ſanctus,qui ex Deo quod ſit habet, & per filium ſcilicet apparuit hominibus,imago filij perfecti perfecta. Vita,cauſa uiuentium,fons ſanctus,ſanctitas ſuppeditatrix ſanctificationis,in quo manifeſtatur Deus pater,qui eſt ſuper omnia, & in omnibus, & Deus filius qui per omnia. Trinitas perfecta, quæ gloria & æternitate, & regno non diuiditur,neque abalienatur. Neque ergo creatum eſt aliquid, aut ſeruum in Trinitate,neque aductitium, tanquam quod prius quidem non eſſet,poſtea autem ſit ingreſſum. Neque enim filius unquam defecit patri, neque filio ſpiritus,ſed immutabilis,& inalterabilis,ſemper eſt eadem Trinitas. Quòd ſi quis uelit de hac re ſibi fidem fieri,audiat Eccleſiam,in qua uerbum prædicabat. Apud eos enim in hodiernum uſque diem ſeruantur beatæ illius manus characteres.

An non hæc cum illis tabulis a Deo fabricatis certant gratiæ magnitudine? Illas autem dico tabulas: in quibus diuinæ uoluntatis impreſſa eſt legislatio. Quomodo enim Moſem dicit ſcriptura, cum fuiſſet extra id quod apparet,& intra ea quæ oculis cerni nequeunt, adita anima perueniſſet:Hoc enim ſignificat caligo,& diuina myſteria didiciſſe, & per ſe totum populum in cognitione Dei inſtituiſſe. In hoc quoque magno uiro licet eandem uidere ueconomiam: cui mons quidem erat, non tumulus aliquis ſenſilis,ſed altitudo uerorum dogmatum cupiditatis. Caligo autem id quod alij capere non poſſunt ſpectaculum. Tabula uero anima. Literæ autem quæ erant in tabulis,uox eius qui fuit ab eo uiſus. Per quæ omnia, & ſibi,& ijs qui ab ipſo inſtituebantur, fuit declaratum myſterium.

Poſtquam ergo fiducia quadam & audacia per hãc impletus eſt uiſionem,non ſecus ac athleta quiſpiam,qui quantum ſatis eſt experientiæ, & uirium,a puerorum,qui exercebantur,magiſtro nactus ad certamina,fidẽti & audaci animo ſe exuit ad ſtadium, & in puluere decertat contra aduerſarios:eodem modo & ſuo ſtudio,& eius,quæ ſibi apparuit,gratiæ auxilio,animo ſatis inſtructus,certamina ſic aggreditur. Non oportet enim aliquid aliud uocare,quàm certamina,& contentiones,omnem uitam,quam ipſe egit in ſacerdotio, in quo per fidem proſtrauit omnes uires aduerſarij. Nam cum ſtatim ſe a ſolitudine mouiſſet, & ad urbem contenderet,in qua oportebat cum Deo conſtruere Eccleſiam, cum cognouiſſet totum locum a fraude Dæmonum obtineri, & ueri quidem Dei templum nuſquam eſſe conſtructum,totam autem ciuitatem, & quæ circumcirca ſita eſt regionem,eſſe plenum altaribus,delubris,& ſimulacrhis, uniuerſo populo ſuum in hoc ponente ſtudium,ut ornata eſſent nemora,& ſacra ido-

lorum, & inſanus ſimulachrorum cultus maneret apud homines, confirmatus pompis, & myſterĳs, & eorum quæ in altaribus mactantur, inquinamentis: non ſecus ac fortis aliquis miles cum Duce exercitus pugna cõgreſſus, per illum uincit eos, qui parẽt illius imperio: Ita etaim hic uir Magnus incipit aduerſus ipſos Dæmones ſe p̃clare gerere, ſed quonã modo?

De manſione in Templo, & fuga Dęmonum, & Aedituo.

NAM cum a remota illa ſolitudine uiam Vrbem uerſus conficeret, nox autem deprehendiſſet, & cum uehementior pluuia retardaret ſubit quoddam templum cum ſuis comitibus. Erat autem illud templum inſigne, in quo qui colebantur dęmones, ad Aedituos aperte uentitabant, ut qui illic diuinarent, & reſponſa redderent. Cum autem ſubĳſſet templum cum ſuis comitibus, Dæmones quidem confeſtim exterruit Chriſti nominis inuocatione. Figura autem crucis aere expiato, qui erat

2 inquinatus nidoribus, illic manſit, pro 2 more totam noctem in orationibus, & hymnis decantandis uigilans, adeo ut eſſet transformatum in domum orationis templum, quod propter cruorem uictimarum, & ſimulachra erat abominandum. Cum hoc modo totam noctem peregiſſet, mane rurſus cœpit ultra progredi. Cum uero Aedituus mane conſuetum dæmonibus cultum exhibuiſſet, apparentes ei dæmones dicunt clamantes, non licere eis templum ingredi propter eum qui illic manſerat. Is autẽ quibuſdã piaculis utẽs, et quædam ſacrificia adhibens, per ea conabatur dæmones rurſus in templo collocare. Poſtq̃ autem eo nihil non experiente, erat ei labor irritus, cum dæmones non amplius pro more exaudirent eius uocationem, tunc ira percitus Aedituus, Magnum illum uirum offendit, omnes in eum minas aperte intentans, ſe & eum ad magiſtratus delaturum: & manus ei illaturum, & audax eius ceptum Imperatoribus eſſe ſignificaturum, quôd cum eſſet Chriſtianus, & Dĳs inimicus, auſus ſit tẽplum ingredi, cuius ingreſſum eſſe auerſatam, quæ in ſacris operatur, poteſtatem, nec amplius in eis locis habitare, ut ſolebat, diuinantem dæmonũ operationem. Cum is autem temerariam & inſolentem Aeditui iram eximia repreſsiſſet prudentia, & oppoſuiſſet omnibus eius minis uerum Dei auxilium, & diceret, ſe in eius, qui pro eo pugnaret, uiribus tantam poſuiſſe fiduciam, ut poteſtatem habeat expellẽdi Dæmones unde uelit, & eos collocandi in quibus uelit locis, & pollicetur, ſe ea quę diceret iam eſſe demonſtraturnm: Admiratus Aedituus, & magnitudine poteſtatis obſtupefactus, rogauit ut in his ipſis ſuam oſtenderet poteſtatem, & rurſus in templum reduceret Dæmonia. Cum Magnus autem ille hæc audiſſet, rupit breuem quandam libelli particulam, & eam dedit Aedituo, in ea impreſſa quadam uoce imperante dæmonibus. Hæc autem uerba cõtinebat ſcriptura: Gregorius ſatanæ. Ingredere. Cum autem accepiſſet Aedituus libellum, altari impoſuit. Deinde cum ei conſuetos obtuliſſet nidores, & inquinamenta, rurſus uidet ea quæ prius uiderat, antequam a templo eſſent exterminati Dæmones. Cum hæc autem facta eſſent, cœpit cogitare diuinam quandam poteſtatem eſſe in Gregorio, per quam uiſus erat eſſe potentior Dæmonibus. Cum eum ergo rurſus magno eſſet ſtudio conſequutus, priuſquam ueniſſet in ciuitatem, rogauit ut ab eo diſceret myſterium, & quiſnam eſſet ille Deus, qui ſibi ſubiectam haberet Dæmonum naturam. Cum autem paucis ei dixiſſet Magnus ille myſterium pietatis,

Pro more totam noctẽ in orationibus & hymnis decantandis uigilans.

ſta fuit affectus Æditᴜus,ut eſt uerisimile eum affici,qui rebus diuinis initiatus,& opinatus eſt rem eſſe uiliorem,& abiectiorem,quàm ut exiſtimaretur Deus per carnem humanam apparuiſſe. Cum is autem dixiſſet eius rei fidem non confirmari uerbis,ſed eorum quæ fiunt, probari miraculis, Aedituus adhuc ex eo quæsijt miraculum. Deinde per id quod factum eſt,adductus eſt, ut fidei aſſentiretur. Quo tempore dicitur Magnus ille feciſſe miraculum omnium minime credibile.

De miraculo, quod factum eſt in lapide.

NAM cum requireret Aedituus ingentem quendam lapidem, qui eorum oculis ſe obtulit, manu autem humana moueri non poterat, per ſolam ex fide poteſtatem, iuſſu Gregorij transferri ad alium locum,nihil differens ille magnus, ſtatim tanquam animato imperauit lapidi, ut trãſiret ad illum locum,quem oſtendit Aedituus. Vbi autem hoc factũ eſt,uir ſtatim uerbo credidit,& omnibus relictis,genere,domo, uxore,poſſeſsionibus,filijs,amicis,ſacerdotio,focis,& penatibus, pro his omnibus delegit cum magno illo uiro uerſari, & eſſe eius laborũ particeps, & diuina illa frui philoſophia,& eruditione. Sileat ad hæc omne ſcriptorum artificium,miracula per hiſtoriam augens,& amplificans. Non enim in his quæ dicta ſunt,tale eſt miraculum, ut dicentis eloquentia ſeipſo fiat maius, aut minus. Quid enim dicens quiſpiam præter ea quæ dicta ſunt, additamentum adiunxerit miraculo? Quomodo autem auditorum minuerit admirationẽ de eo quod factum eſt? Lapis abducit lapidẽ, nẽpe eos q ſeruiebãt lapidibus. Lapis fit præco fidei diuinæ, & dux ad ſalutem infidelibus,non uoce aliqua & uerbo diuinam prædicans poteſtatem,ſed ijs quæ fecit,Deum eſſe oſtendens eum,qui prædicatur a Gregorio, cui ſubiecta omnis paret creatura eadem honoris æqualitate; neque ſolum quicquid eſt ui ſentiendi prẹditum,& ſpirat,& eſt animatum, ſed ẽt ſiquid eſt extra hęc,miniſtri iuſſa capeſſunt,tanquam quæ ſenſu non careant. Nam quis eſt auditus lapidis? qui ſenſus eius quod iubetur? quænam eſt in eo poteſtas ſe tranſmouendi? quænam membrorum & articulorum eſt ei conſtructio? ſed hæc omnia,quæ ſunt huiuſmodi,fiunt uirtute iubentis. Quam cũ uidiſſet ille Aedituus, ſtatim fraudem Dæmonũ,qua utebãtur ad humanã decipiendam naturã,& animaduertit,& eſt abominatus, & ad uerum Deum ſe cõuertit cum per ea,quæ a ſeruis facta fuerant,conſideraſſet inexplicabilem Domini poteſtatem. Si enim talis eſt ſerui poteſtas, ut uerbo moueat ea,quę ſunt immobilia,& utatur imperio in ea,quę ſunt nullo ſenſu prædita, & præcipiat rebus inanimis; quãtam poteſtatis abũdantiam cõſentaneum eſt exiſtimare ineſſe in Domino uniuerſi,cuius uoluntas fuit conſtructio, & uis ipſius mundi, & omnium quæ ſunt in ipſo & omnium quæ ſunt ſupra ipſum.

Dehinc cum ille Magnus cœpiſſet ſe præclare & fortiter gerere aduerſus Dæmones, & ueluti quoddam trophœum aduerſus deuictos circunducens Aedituum, iam ſui nominis fama perculſa gente,cum bona fiducia ſic ingreſſus eſt ciuitatem, non curribus, & equis, & mulis, & comitatus multitudine ſe iactans, ſed circumcirca ſtipatus uirtutibus. Publice autem effuſis omnibus urbis habitatoribus ad nouum uidendum ſpectaculum,& omnibus uidere cupiẽtibus, quiſnam ſit ille Gregorius, qui cum ſit homo, tanquam rex quiſpiam habeat poteſtatem in

eos,qui apud ipſos exiſtimantur eſſe Dij,pro imperio ferens,& agens quo cunque uoluerit Dæmonia,& undenam uoluerit,pro arbitrio expellens,et inducens tanquam mancipia,& illorum ferat cultorem ueluti ui quadam redactum in ſeruitutem,deſpicientem quidem honorem,in quo prius fuerat,pluris autem facientem una cum eo uerſari,quam omnia quæ habebat. Omnibus autem eo animo ante ciuitatem illum expectantibus,cum eo acceſsit,omnibus illum fixis oculis aſpicientibus,tanquam materiam inanimam homines præteriens,ad nullam conuerſus eorū,qui occurrebant, & recta pergens in ciuitatem, multo magis eos obſtupefecit,cum eum uidentibus famam uideretur ſuperare. In magnam enim ciuitatem primum ingredientem,cum nulla ei prius fuiſſet eiuſmodi conſuetudo,non admiratum fuiſſe tantum populum,ſed tanquam incedentem per ſolitudinem,ad ſe ipſum ſolum,& ad iter reſpicere,ad nullum ſe conuertentem ex ijs,qui circa ipſum congregati fuerant,hoc uiſum eſt hominibus ſuperare miraculum,quod factum eſt in lapide.Ea de cauſa habita eſt ratio eorum,qui,ut ante dixi,fidem ante eius aduentum acceperant,utpote uniuerſa ciuitate honorante eius ſacerdotiū. Sic ingreſſus eſt undique compreſſus,& coarctatus ab ijs q eū deducebant. Deinde uero ſimul ac attigit philoſophiā, ab omnibus tanquā ab aliquo onere,ſeipſum liberauit,& nihil ei erat ex ijs,quæ ſunt ad uitam neceſſaria,non ager,non locus,non domus,ſed ipſe erat ſibi oīa: uel potius uirtus & fides erat ei patria,& focus,& diuitiæ.

Poſtquam ergo fuit quidem intra ciuitatem,ad quieſcendum aūt nuſquam ei erat domus,non Eccleſiæ,non propria:ijs qui erant cum ipſo tumultuantibus,& quomodo diuerſaretur,& apud quem tegumentum inueniret dubitantibus,Quid hæc (inquit ad eos magiſter) dubitatis tanquam ſitis extra Dei tegumētum,ubinam ueſtra corpora quieti daturi ſitis?Vobiſne parua domus uidetur eſſe Deus,ſiquidem in ipſo uiuimus,& mouemur,& ſumus?Anguſtum'ne ducitis cœli tegumentum,& ab eo quæritis aliud diuerſorium? Sit uobis ſtudio una domus,nempe ſua unicuique uita, quæ per uirtutes ædificatur,& in altum erigitur.Hoc ſolum uobis ſit curę, ne tale habitaculum ſit nobis imparatum.Terreſtrium enim murorū ambitus non afferūt lucrum ijs,qui uiuunt in uirtute,potius autem ab ijs qui uitio inquinantur,parietum uſus iure requiratur,quoniam occultorū probrorum domus ſæpe eſt operculum. Qui autem ex uirtute uitam gerunt, non habent parietes quidnam eorum occultent.

Quemadmodum domi ſuæ eum exceperit Muſonius.

CVM autem hæc diceret ijs,qui cum ipſo uerſabantur,accedens quidam uir inſignis,qui genere,& diuitijs,reliquiſque copijs,& potentia erat inter primos numerādus,nomine Muſonius,cum uidiſſet multos eodem teneri ſtudio,ut Gregorium ſui ædibus exciperent,occupans alijs præripit hanc gratiam,rogans ut ille Magnus hoſpitio a ſe exciperetur,& ingreſſu domum ſuam honoraret,ut eſſet ſplendidior & glorioſior in futurū,& memoriam huius honoris ad poſteros tranſmitteret.Cū aūt concurrentes multi eadem rogarent,æquum eſſe cēſens,eam gratiam concedere ei qui præuenerat,cū alios benignis uerbis proſecutus eſſet,& uiciſsim honoraſſet,diuertit ad eum,qui prior inuitarat. Si aūt eorum,quæ de ipſo dicūtur,hiſtoria conſiſtit in nuda ac ſimplici narratione,nec ad ſe confirmandam ullis utitur argumentis,eas quæ excogitari poſſunt ampli

ficationes noſtra oratione conſulto prætermittente,fuerit hoc quoq; ijs,q res recte iudicant,non paruū teſtimoniū,quod nihil ſit excogitatū,ut eius cuius meminimus,augeantur miracula,ſed ad perfectiſsimam laudem ſufficiant rerū ab eo geſtarū memoria,ueluti quædam naturalis in facie pulchritudo,quæ nulla curioſa fucandi arte effloreſcit.

Cum autem eſſet exiguus numerus eorum,qui prius in uerbo initiati & inſtructi fuerāt,antequàm dies præterijſſet,& ſol ueniſſet ad occaſum, tantus acceſsit numerus in prima congreſsione,ut ad conſtituendam populi congregationem ſufficeret multitudo eorum,qui crediderant. Mane aduenerat,& rurſus aderat populus pro foribus, & ipſi, & uxores,& filij,& ætas cōfecta ſenio,& ſi quis aut a dæmonibus uexatus, aut ab aliquo alio incommodo,& calamitate corporis, illeq; in medio eorum,ad uſum eorū,qui conuenerant,congruenter uirtuti ſpiritus ſe diuidens,prædicans,examinans,admonens,docens,curās.Hac enim prędicatione multos maxime adducebat,quod uiſus ad auditum accederet, & per utraq; diuinæ uirtutis in eo reſplenderent indicia.Aures enim ſermo,oculos uero adducebant in admirationem,quæ in ægroto fiebant, miracula. Qui lugebat,audiebat quod eum conſolaretur.Iuuenis caſtigabatur,et docebatur temperantiam. Seni porrigebatur medicina uerbis cōuenientibus.Serui docebantur,ut bene afficerentur in dominos.Qui dominatum obtinebant,ut eſſent benigni,& clementes in eos, qui ſubijciebantur eorū imperio.Pauper,ut ſolas diuitias exiſtimaret uirtutem,cuius poſſeſsio eſt in cuiuslibet poteſtate poſita.Is qui ſe de ſuis iactabat diuitijs,cōuenienter admonebatur,ut eorū quæ habebat,eſſet œconomus,non dominus;Mulieribus conducibilia,pueris conuenientia,& patribus ea, quæ decebat, diſtribuens:& factus omnia omnibus, tantū repente populum induxit auxilio ſancti ſpiritus,ut ad 3 templū ædificādum fuerit incitatus,pecunijs & corporibus omnibus ad id ſuum ſtudiū cōferentibus.Hoc eſt templū, cuius conſtructionis ille iecit ſundamenta,& id cœpit ædificare. Exornauit autem quidam ex ſucceſſoribus pro illius dignitate,quod etiam in hodiernū uſq; diem oſtenditur.Id autem uir ille magnus protinus huic rei incumbens,ueluti ſui ſacerdotij fundamentū quoddam,& quandam baſim uiro ciuitatis clariſsimo commendauit, diuina quadā impulſione,& maiori ope ſtudens operi,ut ſequens tempus teſtificatur. Nam cū noſtris tēporibus grauiſsimus aliquando terræmotus ciuitatem labefactaſſet, & omnia propemodū funditus perijſſent,& publica ac priuata ædificia omnia corruiſſent,ſolum illud templū manſit infractum, & inconcuſſum, ut uel ex hoc ſit manifeſtū cum cuiuſmodi poteſtate uir ille magnus, ea,quę a ſe erant gerenda,ſuſciperet. Sed hæc quidem multis poſtea temporibus a diuina potentia demonſtrata fuere ad huius magni uiri fidem teſtificandam.Tunc autem cū omnes,tam qui urbem, quàm qui circūcirca poſitā regionem habitabant,apoſtolica miracula ſtupuiſſent,& quicquid ab eo dicebatur,ac fiebat,ui diuina geri, & dici credidiſſent,ne earū quidem cōtrouerſiarum,quæ ad hanc uitam pertinebant, exiſtimabant ullū eſſe pręſtantiorem iudicem,ſed omne iudiciū, perplexumq; & implicitum negotium illius conſilio expediebatur. Ex quo & bonarū legum obſeruatio, paxq; & trāquillitas,& publice & priuatim eis aderat illius beneficio, & magnum bonorum incrementum,cum nullum uitium eorum inter ſe com

3 Primū ſuſceptæ Chriſtianæ fidei in aliquo populo indicium eſt, templorū ędificatio. Cur ergo hoc damnāt Heretici noſtri tanquam rem deteſtabilem.

cordiam abrumperet.

Non alienũ autem fortaſſe fuerit, ſi unius eius iudicij fecero mẽtionem, ut ſicut eſt in prouerbio, ex fimbria nobis appareat totus ueſtimenti contextus. Etenim diuina ſcriptura, cũ Salomon apud ſuos ſubditos multa fecerit iudicia, ſatis habuit per unum ſuam oſtendere ſapientiam, quãdo inter illas duas matres fuit iudex. Quoniam autem non poterat argui maleficium, cũ utraq; earum ex æquo mortuũ quidem infantem non admitteret, ſuperſtitem autem ſibi uendicaret, ingenioſe conſtituit occultam inueſtigare ueritatem. Quoniam enim ad probandũ maleficiũ nulli producebantur teſtes, & in utriſq; erat æqualis ueri & falſi coniectura, produxit naturam ad ferendũ ueritati teſtimoniũ, callidis minis celans ſui animi inſtitutum. Iubens enim uiui & mortui corpus in æquales partes enſe diſſecari, & dimidias filiorũ partes utriſq; tribui, permiſit naturæ iudiciũ ueritatis. Vbi enim una quidẽ quod imperatũ fuerat, lubenter excepit, & carnificem induxit; altera uero maternis commota uiſceribus, confeſſa eſt ſe eſſe uictam, rogans ut parceretur filio, ſeq; gratiam habituram, ſi quomodocunq; ſeruaretur infans. Hoc eſſe ueritatis iudiciũ rex decernens, eam quæ ſua ſponte uicta fuerat, uictricem ſua ſententia pronuntiat, reputans quod quæ cœdi filij non pepercerat, a natura arguatur non eſſe mater eius, ad cuius mortem properabat. Non ergo huius quoq; magni Gregorij aliquod narrabimus iudicium.

De Stagno, & duobus fratribus.

Duo quidem fratres ætate iuuenes, qui paternam hæreditatem nuper inter ſe diuiſerant, unum ſtagnum uendicabant, uterque totum id habere contendens, & non admittens alter alterum in ſocietatem poſſeſsionis. Fit magiſter, cauſæ arbiter, qui cum ad locum perueniſſet, in arbitrio uſus eſt ſuis legibus, hoc agens, ut reconciliaretur iuuenes, & redirent in gratiam, & lucrum pacis exiſtimarent uectigali præſtantius; Illud enim ſemper manet, & uiuis & mortuis, hoc autem uſum quidem ad tẽpus durantem, æternam autem propter iniuriam habet condemnationẽ; & quæcunque par erat eum dicere, ad reprimendam iuuentutis inſolentiam, & immoderationem. Cum autem eſſet inutilis eius exhortatio, & ferueret adoleſcentia, & maiori ira incẽderetur, ſpe lucri æſtuans, & utrinque ex ſubditis pararetur exercitus, & magna manus ira duce, ac furore, cædem ſpirans, conſtitutũ fuit tempus certaminis. Cum autem poſtridie eius diei eſſet utrinque committendũ prælium, permanens homo Dei in ſtagni ripis, & totam noctem agens inſomnem, fecit quoddã Moſaycum in aqua miraculum, non ictu uirgæ profundum in duas partes ſcindens, ſed eam totam tanquam terram conſolidans, effecit continentem plane aridam, & omni humore uacuam, ut ne in cauo quidẽ ullo quidem ullas habeat aquæ reliquias, quæ ante orationẽ inſtar pelagi exundabat. Atque ille quidem cum diuina poteſtate hanc tuliſſet ſententiam, rurſus domum redijt. Adoleſcentibus autem lata factis ipſis ſententia, diremit contentionem. Cum enim id non eſſet, pro quo bellum inter ſe parabant, pax iram eſt conſequuta, & rurſus natura inter fratres dedit ſui ſignificationem. Ac nunc quoque diuinæ illius ſententiæ licet uidere ſigna euidentia. Nam circa id, quod olim fuit ſtagnum, in hodiernum diem ſeruantur aliqua ueſtigia aquæ inundationis. Quicquid autem erat aquæ profundum,

dum,id totum eſt tranſmutatum,ut quod à ſyluis,pratis, agris,& habitatione ſit occupatum.

Hoc fuit eiuſmodi iudicium,ut ne ipſum quidem longè clariſsimum, & qui eſt maximi nominis Solomonem, exiſtimem uelle ſibi primas partes tribuere. Quid enim ad uirtutem tantum eſt,materno uberi ſeruare infantem lactantem, cui quod ad ſalutem quidem attinet, perinde erat, ſeu à parente,ſeu ab alia ei alimentum præberetur; & duobus adoleſcentibus procurare ſalutem, qui cum in ipſo flore ætatis, & feruore adoleſcentiæ, de ijs quæ ad uictum pertinent, contendebant,ad mutuam cędem ueſtro quodam iracundiæ perciti erant poſteris, ut horrendum oſtendendi ſpectaculum; ut qui ſibi manus inuicem attuliſſent, quos erat ueriſimile, uel ambos à ſe inuicem interituros, uel unum omnino reum futurum fratricidij ſceleris: ut eos omittamus,q eadem ira cum utriſque in eadem ſtabant acie,qui hoc unum ſibi proponebant,hoc unum concupiſcebant, ut aduerſarios ſuos morte afficerent. Qui ergo mortis ſententiam ductu mali dæmonis in eos confirmatam precatione reſcidit, & naturam ſibi reconciliauit,& mortalem contentionem in pacificam conuertit lætitiam,quãto eſt conuenientius eum propter iudicium haberi in admiratione, quàm eum qui meretricis deprehendit maleficium? Nam quod in aqua factum eſt miraculum,quemadmodum repẽte in terram mutatum ſit, quod erat nauigabile,& campus,& cauum factum ſit ſtagnum,& quemadmodum quæ in eo loco prius erat inſtar maris, ad fructus ferendos nunc colatur, exiſtimo eſſe ſatius id ſilentio præterire,quàm perſequi oratione, cum non poſsit pro dignitate extollere miraculum. Quid enim didicimus huiuſmodi in ijs,quæ ſcripta ſunt,miraculis,ut poſsit cum hoc conferri? Stitit Ieſus Naue filius,fluentum Iordanis,ſed tantiſper dum arca erat in aqua. Cum autem tranſmiſiſſet populus,& arca transijſſet,ſuæ conſuetudini redditus eſt fluuius. Nudatur aqua in rubro mari, id quod ſubiectum erat profundo,mari à ſpiritu in obliqua protruſo. Sed tempus miraculi fuit tranſitus exercitus,qui fuit per ſiccum in profundo. Poſt hoc autem ſimul cũ aqua redijt, ea quę prius erat ſuperficies, & quod parumper fuerat diuiſum, rurſus coijt. Hic autem quod ſemel factum eſt,remanſit quale fuit,ne temporis curriculo fides non habeatur miraculo,quod ea quæ cernuntur, teſtantur in perpetuum. Ea quidem, que de ſtagno dicuntur,& oſtenduntur,hoc modo ſe habent.

De miraculo quod factum eſt in fluuio.

Alterum autem eius poſt hoc tale miraculum oſtenditur, & memoratur. Quidam apud eos fluuius præterfluit regionem, ipſo nomine indicans, quàm ſit aſperum, & immane fluentum. Lycus enim nominatur,quòd ſit accolis noxius. Is uel ex ipſis quidem Armeniæ fontibus deſcendit cum magno aquæ impetu, cum per montes qui ei ſupereminent lapſus copioſum fluentum ſuppeditet. Cũ in concauis autem locis ſubter præcipitiorum radices undique præterlabatur,hibernis torrentibus longè euadit uiolentior,quę confluunt è montibus, aquas in ſe excipiens. Cum uerò in ſupina et humili,quã pręterfluit regione,ſępe ſuis marginibus anguſtè coërceretur,in aliqua parte ripa effundebatur,agros omnes ſubiectos,& quicquid erat aliud ſuo fluento per trãſuerſum inundãs, adeò ut eius loci accolis ex improuiſo continua inferret pericula, intempe-

ſta nocte, uel etiam interdiu flumine in agros irruente. Quo fiebat, ut nō ſolum plantę, & ſemina, & pecora aquarum impetu interirent, ſed etiam ad ipſos uſque habitatores perueniret periculum, qui ex improuiſo aquę inundatione domi erant naufragi. Cum ergo quę à magno Gregorio prę clare facta fuerant miracula, totā gentem peruaſiſſent, ſurgentes qui ad illā fluuij parte habitabant, ipſi, & uxores, & liberi publice omnes magno fiunt Gregorio ſupplices, rogantes ut aliqua ratione ab inſperatis eos malis liberaret. Dicebant enim Deum in eo poſſe omnia, quę nulla ingenij humani ope poſſunt fieri. Nihil enim quod conſiliū, & uires humanę pręſtare poſsint, ab eis eſſe prætermiſſum, ut qui lapidibus & aggeribus, & ſi quid aliud aduerſus huiuſmodi mala excogitari ſoleat, oīa fecerint, nec ui mali potuerint reſiſtere: & ut magis ab ipſis moueretur ad miſericordiā, rogarunt ut ipſe uideret calamitatem, & ſciret, nec fieri quidem poſſe, ut trāſmutarent habitationem, & quòd propter aquæ impetum eis mors omni ex parte oſtenretur. Cum ergo ad locum perueniſſet, nulla enim cunctatio eius ad bonum ſtudium retardabat, nec uehiculo, nec equis, nec ex aliquo ex ijs, quæ ipſum poſſent portare, indigens, ſed baculo cuidam initens, totum iter confecit, ſimul etiam cum uiæ comitibus de ſpe altiore philoſophans, inter quos ſemper in eo, quod erat principale, immorans, præ maiori illo ſtudio, reliqua omnia faciebat, ueluti tranſiens.

Poſtquam ergo ab ijs, qui eum deduxerant, oſtenſum eſt fluuij diuortium, & idipſum quod cernebatur, explicauit calamitatem, cum propter aquæ irruptionem eū locū profunda occupaſſet lacuna, hæc dicit ad eos; qui erant congregati: Non eſt hominum, ò fratres, aquæ motum terminis circūmſcribere. Eſt ſolius diuinæ potentiæ hoc opus, aquæ motum intra terminos concludere. Sic enim dicit ad Deum Propheta: Terminum poſuiſti, quem non tranſgredietur. Soli creatæ naturæ Domino eſt ſubiecta elementorum natura, in quibus locis collocata fuerit, in ijs ſemper permanens. Quoniā ergo Deus eſt, qui aquis præſcribit terminos, ſolus ille propria poteſtate poteſt huius fluuij compeſcere inſolentiā. Et diuiniore cogitatione ueluti à Deo afflatus, & magna uoce Chriſtū ad id, quod erat propoſitū, adiutorem ſibi adeſſe precatus, quem manu geſtabat baculū, defigit in corrupto ripæ loco. Cum autem eſſet terra in eo loco madefacta, & mollis, facilè profundum ſubijt, ſimul & ponderi baculi, & manui eius, qui figebat, cedens. Deinde cū Deum oraſſet, ut hoc eſſet ueluti clauſtrum, & obſtaculum aquarum uiolentię, rurſus reuerſus eſt, re ipſa oſtendens quicquid ab illo fiebat, diuina fieri poteſtate. Statim enim haud ita longo poſt tempore, baculus quidem actis in ripa radicibus, arbor euaſit: planta autem fluento poſita eſt terminus, & in hodiernum uſque diem incolę plantam & uident, & narrant. Quando enim imbribus, & torrentibus, Lycus ille pro more inundans, magna ui ſonoque fertur rapidus, tunc cum inferiorem partem arboris in ſuperficie leuiter aqua contigerit, rurſus tumeſcens in medium contrahitur alueum, & ueluti qui extimeſcat appropinquare arbori, curua unda locum tranſgreditur. Talis magni Gregorij fuit uirtus, uel potius Dei, qui in illo operabatur miracula, & ueluti ſubiecta elementorū natura, oſtēſa eſt, prout ei uidebatur, mutari eius iuſſis, adeò ut ſtagnū quidem ſit mutatū in agrū frumentariū, aquę autem lacunę fuerint habitatę, habitatoribus baculo fidei iubente, & tutos eos fu-

turos cauente. Nomen autem in hodiernū uſque diem arbori eſt baculus, Gregorij gratiæ & uirtutis munimentum, quod in omni tempore ſeruatur ab incolis.

Quodnam ex miraculis propheticis uis his opponere, & cū eis conferre? Dicámne Iordanis diuiſionem, quam ouinæ pellis percuſsione fecit Elias ante aſcenſum, & poſtea Heliſęus hæres, & pellis ouinæ, & ſpiritus? Sed in his, ſolis prophetis, tēpore quo fuit opus, ſciſſo fluento, potuit trāſmitti Iordanes, tantū in ſe diſtracto fluento, quantum ſatis eſſet pedibus prophetarū, ut per ſiccum fundū tranſirent. Sequentibus autem temporibus, & reliquis hominibus talis erat, qualis fuit antea. Ille autē lycus ab inſolenti & immoderato motu repulſus, nouū in ſempiternum Gregorij miraculū facit omni tempore, quod deinceps conſequitur, talis manens, qualem magni illius uiri fides fecit tempore miraculi. Scopus eorū quæ fiebant, non erat ut ij qui uidebant, adducerētur in ſtuporem; ſed ut ij, qui prope fluuiū habitabant, ſeruarentur. Quamobrem ut par ſit miraculum, nam & prophetis, & imitatori prophetarū ex æquo ceſsit aquæ natura, ſi tamen libere dicendū eſt, quod ab eo factum eſt, antecellit humanitate, per quam firma & ſtabilis facta eſt ſalus accolarū, cum fluentū ſic ſemel eſſet compreſſum, & in poſterū manſiſſet immobile, quandoquidem cū per totam regionē peruaderent hæc miracula, quę uirtute fidei in Chriſtum credita ſunt fieri, cupiebant omnes eſſe illius fidei participes, quam talia teſtabantur miracula: Et in omnem partem procedebat prędicatio, eratq́ue uere efficax myſteriū, & ad id quod bonum eſt, creſcebat ſtudiū, conſtituto apud omnes ſacerdotio, ut per omnia fides abundaret, & creſceret.

De ijs, quæ in electione ſancti Alexandri facta ſunt.

Mittitur ad eū legatio ex quadam propinqua ciuitate, ut ad eos ueniret, & per ſacerdotium Eccleſiam eorū cōſtitueret. Eſt autem ciuitati nomen Comana, in qua Magnum Gregorium uolebant hoſpitio excipi, publice gratiam poſtulantes. Cum ergo apud eos fuiſſet, & aliquot dies degiſſet, & ijs quę faciebat, & loquebatur, eorū ad myſterium cupiditatem uehementius accendiſſet, cum tempus eſſet ut eorū legatio ad finem perueniret, & crearetur aliquis Pontifex eorum Eccleſię, tunc quidem ex ijs, qui magiſtratus gerebant, quos nouerant, eos curioſe indagabant, qui dicendi facultate, & genere, & reliquis inſignibus ornamentis uidebantur excellere. Exiſtimabant enim quoniā hæc in magno quoq; Gregorio inerant, nec eorum debere eſſe expertem eū, qui ad hanc perueniret gratiam. Cum autem multiplicia eſſent eorum ſuffragia, & alij alium præponerēt, expectabat magnus Gregorius, donec ſibi diuinitus daretur aliquod conſilium ad id quod erat propoſitū: Et quomodo fertur Samuel nō eſſe admiratus pulchritudinem & magnitudinē corporum in regis iudicio, ſed animū requiſijſſe regium, etiam ſi ſit in uili & contempto corpore: Ita ille quoq; deſpiciens ſtudia eorum, qui ferebant ſuffragia, hoc unum ſolūmodo ſpectabat, num quis uel antequam renuncietur, uitæ & uirtutis exercēdæ induſtria in moribus ferat ſacerdotiū? Cum autem illi eos, quibus ſua dederant ſuffragia, adducerent cum laudationibus, unuſquiſq; eum, qui a ſe eligebatur, proponens, ille uero etiam uiliores iubebat reſpicere, quoad uitæ honeſtatem: fieri enim poſſe, ut etiam in his inueniatur aliquis ijs, qui

(dixit eis magiſter) ſi oculis decepti eſtis, & ſoli ſenſui eius quod bonū eſt iudicium permiſiſtis. Veritatis enim eorū quæ ſunt, iudex incertus eſt ſenſus, qui per ſe arcet, ne profundū animi penetretur. Simul autē ipſi quoq; ueritatis & pietatis inimico dęmoni gratū erat, ut eſſet omnino ocioſum uas electionis, quod occultabat ignoratio, nec is uir prodiret in medium, qui eſſet futurus euerſor illius potentiæ. Hæc cū dixiſſet, Deo uirū offert per ſacerdotium, cum eum pro more initiatum gratia conſecraſſet. Omnibuſq; nouū ſacerdotem intuentibus, is rogatus ut uerba faceret ad Eccleſiam, ſtatim ab exordio oſtendit Alexander, non falſum de eo Gregorĳ fuiſſe iudicium. Erat enim ei plena ſententia oratio, minus ornata dictionis floribus. Quo factum eſt, ut quidam elatus adoleſcens, qui ex Attica apud eos degebat, inornatam irriſerit dictionem, quod non eſſet Atticis exculta ornamentis. Quem dicunt fuiſſe correctum a quadam uiſione, cū uidiſſet columbarum gregem quadam admirabili refulgentem pulchritudine, & quendam audiſſet dicētem, has eſſe Alexandri columbas, quas ille irriſerit.

Quidnam ex his quiſpiam miretur ante aliud? Non reueritum eſſe hūc uirum ſuffragium magiſtratuum, & nō abreptum eſſe à teſti nonĳs eorū, qui præcellebant. An potius eſſe miratum occultatas in carbonibus diuitias; quod ſtatim recti iudicĳ ſtatim eſt conſequutum à Deo teſtimoniū, per uiſionem oratoris. Mihi enim utrunque eorum in ſe tale eſſe uidetur, ut ea inter ſe quidem contendant, inter omnia autem, quæ propter miraculum commemorantur, primas partes obtineant. Nam & eorum, qui pręcellebant, reſtitiſſe deſiderio, eſt immutabilis et excelſi animi argumentū, quo quæcunque in mundo apparebat ſimiliter ab eo cernebantur, cū & in id quod eſt maius, & illuſtrius, & in id quod eſt abiectum & humile, æqualiter eſſet affectus, ſolam autem uirtutem cæteris præponens, & ſolam quæ in uitio agitur, uitam iudicans reĳciendam, nihili ducebat omnia, quæ in hac uita, uel in honore habētur, uel nihili penduntur. Quod tunc quoque feciſſe oſtenditur. Nam cum quæreret inuenire eum, qui Deo eſſet gratus, non fidedignum exiſtimauit teſtimonium, ſi diuitias accepiſſet, & auctoritates, & huius mundi ſplendores; quorum in bonorum catologis nihil diuina enumerauit ſcriptura. Non eſt ergo hoc ſolum dignum laude, & admiratione, quod principum & uirorum ſtudia non admiſerit; ſed etiam per ea, quæ deinceps ſunt conſequuta, ipſe ſeipſum ſuperauit. Qui enim ſolum indignum repulit ſuffragium, uſui autem non adiecit id quod deerat, malum quidem prohibuit, bonum autem non fecit. Qui autē præter id quod non eſt aſſenſus deteriori, inuenit etiam id quod bonum eſt & honeſtum, per utraque perfecit id, quod bonum eſt, neque malo concedens aditum, & bonum producens in actum, adeò ut in utriſque conſtiterit in ciuitatem huius magni uiri beneficium, ut qui & quod per ignorantiam ab eis peccabatur, auerterit, & quod apud ipſos erat occultum, bonum per ſe declarauerit.

De Hebręis, & de ĳs quæ facta ſunt in itinere.

Cum autem magno huic uiro omnia ſucceſſiſſent ex ſententia, auxilio ſancti ſpiritus non alienū fuerit id quoque narrare, quod in uia ab eo obiter factum eſt, ut per omnia oſtendatur gratia, quæ huic uiro aderat. Quoniam enim erat omnibus manifeſtum, hoc ipſi eſſe curæ præ cæteris, ut

omnia ſpectarent ad ſolatium egentium, ſiue ad lucrum reſpicientes duo quidam ex Hebræis, ſiue etiam aliqua reprehenſionis macula eum aſpergere cogitantes, ut quem eſſet facile decipere, obſeruant eius reditum. Et unus quidem ex ĳs, qui uidebatur eſſe mortuus, iacebat ſupinus in uia publica. Alter autem miſerabiliter eiulans propter eum qui iacebat, imitabatur uoces lamentantium, & magnum illum prætereuntem magna uoce clamando uocabat, dicens hunc miſerum ſubita morte correptum nudum iacere, nec paratum eſſe aliquid, quo ſepeliretur. Rogabat ergo magnum hunc uirum, ne ſancta eius anima ipſum deſpiceret; ſed paupertatis metus miſericordia, ex ĳs quæ habebat, præberet ultimum amictũ corpori inĳciendũ. Ille quidem hæc & alia dicens ſupplicabat. Hic uero nihil cunctatus, diploide, qua erat indutus, iniecta iacenti, perrexit ultra progredi in itinere. Poſtquam autem illo prætergreſſo ſoli erant, qui hæc aduerſus eũ fecerant, deceptor ille in riſum mutata ſimulata lamentatione, iuſſit eum, qui iacebat, ſurgere, pr gaudio cachinnos edens ob lucrum eis ex fraude factum. Is autem in eodem erat, quo prius habitu, nihil audiens ex ĳs, quæ dicebantur. Altero autem maiori uoce utente, & pede ſimul eum excitante, nihilomagis is qui iacebat, neque uocem exaudiit, nec ictum ſenſit, ſed in ſimili erat figura extenſus. Simul enim ac iniecta eſt ueſtis, fuit mortuus, re uera morte functus, quam ſimulabat, ad magnum illum decipiendum, adeo ut non fuerit homo Dei deceptus, ſed cuius cauſa fuerat ab eo data ueſtis, ad id utilis fuerit ei, qui acceperat.

Si autem uidetur triſte hoc opus, magni illius fidei ne uideatur cuiquã hoc eſſe alienum, ad magnum Petrum reſpicienti. Etenim ille non ſolum beneficiis oſtendit eam, quę in ſe inerat poteſtatem, eum qui erat claudus ab ortu, populo currentem oſtendens, & ſalientem, aut umbra ſui corporis curans ægrotos, quam tranſeunte Apoſtolo, per tranſuerſum corporis ſol eis admouerat: ſed etiam eo quod morte damnarit Ananiam, qui inhabitantem uirtutem contempſerat, ut, ſicut opinor, illo metu adductum quidquid in populo erat propenſum ad contemnendum, hoc terribili exẽplo corrigeretur, ne eodem modo caſtigaretur. Merito ergo Petri imitator, qui multis in benefaciendo miraculis oſtenderat uirtutis magnitudinem, eum quoqꝫ qui aduerſus ſanctum ſpiritum fraude uti eſt conatus, effecit ut de ſe uera diceret. Oportet enim, ut exiſtimo, euerſorem mendacĳ etiam in deceptore mendacium traducere ad ueritatem, ut per hoc omnibus eſſet euidens, quod quicquid ab illo dicebatur, erat ueritas, & quod id, quod ut uerum acceperat, non erat falſum. Iudæi ergo, qui hoc modo illius magni uirtutem ludificati fuerant, fuerunt alĳs documento, ne audeant decipere, cum eos, qui id auſi fuerint, Deus puniat.

De Adoleſcente qui habebat ſpiritum.

Poſt hæc cum aliquando haberetur conuentus ſub dio in quodam loco in ea regione, & admirarentur omnes eius doctrinam, quidam adoleſcẽs clamauit ad eos, qui aderant, Doctorem non hæc à ſe dicere, ſed ei alium aſtantem uerba facere. Adducto autem puero, poſtquam dimiſſus eſſet conuentus, dicitur magnus dixiſſe ĳs qui aderant, adoleſcentem non eſſe mundum à Dæmone, & ſimul cum ſibi ſuſtuliſſet uelum, quod habebat in humeris, & id oris ſui admouiſſet anhelitui, ſic inieciſſe in adoleſcentem. Cum hoc autem factum eſſet, conturbatum eſſe, & exclamaſſe adoleſcẽ-

tem,& cecidiſſe,& ſe dilaceraſſe,& omnia paſſum eſſe,quæ patiūtur,qui ſunt Dæmoniaci. Deinde cum ſanctus ei manum impoſuiſſet, & ſedaſſet perturbationem,ab eo quidem euolaſſe dæmonium.Cum adſe autem rediſſet,non amplius dixiſſe, ſe uidere eū, qui unà cum ſancto loquebatur. Eſt quidem certe hoc quoqꝫ ex magnis illius miraculis,quòd non aliquo in curationibus adhibito artificio effecerit miracula: ſed ad expellendos dæmones,& corporis ſanandas ægritudines,ſuffecerit ex eius ore anhelitus,qui per linteum adhibebatur ægroto. Sed omnia quidem illius miracula ordine perſequi, longi fuerit operis, & orationis, quæ plus requirat ocij. Si unius autem,aut duorum,quæ de ipſo dicuntur, fecero mentionē, finem imponam orationi.

De ea quæ fuit perſequutione & quemadmodum in montem profectus eſt Magnus Gregorius.

Iam enim in omnem partem perſeuerat diuina prædicatio, & omnes tam in ciuitate,quàm in ea,quæ circumcirca ſita eſt, regione, ad piam rectamqꝫ dogmatis fidem erant traducti, altariaqꝫ & templa, & quæ fuerant in eis ſimulachra,erant euerſa:expurgata autem erat humana uita ab idolorum inquinamentis,extinctusqꝫ erat ſceleratus nidor ſacrificiorum, ablutusqꝫ cruor ex altaribus,& ſordes cæſorum animantium: omnes autem in omni loco in Chriſti nomine templa erigebant oratoria: cū Romanorum, qui tunc erat, Imperatorem ſubijt ira & inuidia, propterea quòd falſa quidem eius patria neglectui eſſet ſuperſtitio; augebatur autem myſterium Chriſtianorum, & per totum orbem terræ multiplicabatur Eccleſia,per eos,qui ſemper uerbo adijciebātur, creſcens in magnitudinem. Et cum exiſtimaſſet fieri poſſe, ut diuinæ uirtuti ſua reſiſteret acerbitas,& reprimeret quidem myſterij prędicationem, diſſolueret aūt cœtus Eccleſiarum,rurſus autē traduceret ad ſimulachra eos, qui ad uerbum proceſſerant, ad gentium Præſides mittit edicta, terribiles ſupplicij minas in eos ſtatuens,niſi omnibus probris,contumelijs,& cruciatibus afficerent eos, qui nomen Chriſti adorabant, & terrore & cruciatibus eos rurſus adducerent ad patrium cultum Dæmonum.

Poſtqꝫ autem magiſtratibus eſt annuntiatum hoc ſceleratum & impium edictum, cum per totum peruaſiſſent Imperium, qui ad hoc erant conſtituti a Tyrannica crudelitate: Et in gentem Ponticam is obtinebat dominatum, cui ad ſceleratum deſiderium non deerat ſumma poteſtas, ut qui feritatem & acerbitatem haberet ingeneratā, & odium in eos qui uerbo crediderant,ab eo publice proſcribitur, oportere uel fidem abiurare, uel omne genus ſupplicijs & mortibus affici. Neque aliud tunc publicum,aut priuatum quicquam agebatur,aut ullum ponebatur ſtudium ab ijs,qui tractabant publica, quàm ut obſiderent,& punirent eos,qui fidē ſequebantur.Erant autem non ſolum minæ uerborum terribiles,ſed cum ijs uarius apparatus ſuppliciorum,nullum nō afferebat ſtuporem, & antequam ueniretur ad periculum, metum incutiebat hominibus,enſes, & ignis,& beſtiæ,& foſſæ, & inſtrumenta ad torquendum membra accōmodata, & ferreæ in igne cathedræ, & ligna erecta, in quibus eorum extenſa,qui perſiſtebant,corpora,proiectis horrendis laniabantur ungulis, & alia innumerabilia ad multiplices corporum cruciatus inuenta ab eis excogitabantur. Vnumqꝫ erat ſtudium ijs,qui hanc habebant poteſtatē,

ut nullus eo poſſet oſtendi ſcelere ſuperior. Aliȷ̃ quidem deferebant. Alij uerò indicabant. Aliȷ̃ uerò ſcrutabantur eos, qui erant abſconſi. Aliȷ̃ inuadebant eos, qui fugiebant. Aliȷ̃ autem iniectis oculis in facultates fidelium, ut rebus eorum potirentur, prætextu pietatis, ac religionis, eos, qui fidem amplectebantur, expellebant.

Erat autem in gente confuſio, perplexaq́, & inexplicabilis animi dubitatio, cum eſſent omnes inter ſe ſuſpecti, cùm nec in tanto terrore maneret filiorum in parentes beneficentia, neque paternæ curæ à natura ingenerata fidelitas remaneret parentibus in filios. In uarios autem ritus religionis inter ſe ſcindebantur genera. Et filius qui erat gentilis, erat proditor parentum fidelium, & filium, qui crediderat, pater incredulus accuſabat. Et frater, qui erat ex eadem eſſentia, pugnabat cum natura, ſanctum eſſe exiſtimans, ſumere pœnas de conſanguineo, ſi pietatem amplecteretur. Hinc plenæ quidem erant ſolitudines ȷ̃s, qui expellebantur, habitatoribus autem ædes erant inanes, multa autem publica habitacula ad uſum carcerum deſeruiebant. Non poterant enim carceres capere eorum multitudinem qui propter fidem puniebantur: Foraq́ omnia, & omnes publici & priuati cœtus, pro conſueta lætitia calamitatis erant talis particeps, cum aliȷ̃ quidem attraherentur, aliȷ̃ uerò abducerentur, aliȷ̃ propter ea, quæ fiebant, uel riderent, uel flerent. Non erat infantium miſericordia, non honor canitiei, non uirtutis reuerentia, ſed perinde atq; in captiuitate debebatur omnis ætas inimicis fidei. Ne fœminis quidem dabat naturalis generis imbecillitas, ut remotæ eſſent ab his ærumnis, ſed una in omnes æqualis erat lex crudelitatis, eos adducens, qui erant alieni ab idolis, naturam non diſcernens.

Cum tunc ergo imbecillitatem naturæ uidiſſet uir ille magnus, utpote ꝙ multi non poſſent pro pietate uſq; ad mortem decertare, conſuluit Eccleſiæ, ut parumper cederet terribili irruptioni, dicens eſſe melius, fugiendo ſuas conſeruare animas, quàm ſi ſtarẽt in acie certaminum, eſſent ordinum fidei deſertores: & ut maxime perſuaſum eſſet hominibus, nullũ animæ afferre periculum, ſi fuga fidem ſeruarent, ſuo exemplo eis conſulit, ut ſecederent, ipſe ante alios cedens uehementi periculo. Simul autem ȷ̃s quoq;, penes quos erat poteſtas, hoc maximo erat ſtudio, ut illo tanq̃ duce exercitus expugnato, omnem fidei aciem frangerent, & diſſoluerent. Et ideo inimici magnopere ſtudebant, ut ille in eorum ueniret poteſtatẽ. Ipſe autem cum deſertum quendam collem occupaſſet, ſecum habens eũ, qui ex Aedituo adductus fuerat ad fidem ab initio, iam Diaconatus gratiæ inſeruientem; Cum autem qui perſequebantur, magna multitudine ſequerentur eorum ueſtigia, a quopiam eis oſtenſo loco, in quo abſcondebatur, aliȷ̃ quidem uallem colli ſubiectam circunſeptam cuſtodiebant, ut ei nulla ex parte liceret effugere, ſi ad hoc eſſet conuerſus; Aliȷ̃ autem cum in montem acceſsiſſent, per omnem partem ſcrutantes iam Magno illi uiro conſpecti fuerant, recta ad ipſum currentes. Ille autem cum iuſsiſſet ei, qui erat cum ipſo, ut ſtaret certa & ſolida in Deum fiducia, & ei ſuam crederet ſalutem, manus tendens ad orationem, & nec etiam ſi propè fuerint inimici, metu excutiatur fides. Præcepti autem exemplum ſe præbuit Diacono, fixo, 4 & ſtabili oculo cœlum intuens, extenſis manibus, recta figura. Et hi quidem in his erant. Illi autem cum ad eos accurriſſent, & omnem

4 *Ecce oratio cum ex-*

nem

nem locum diligenter inſpexiſſent, omnemq́ in rubo ſtationem, & omnem rupis acceſſum, & omnem a Lacuna effectam concauitatem diligentiſsime ſcrutati eſſent, rurſus in uallem redeũt, quaſi metu eorum qui ſcrutabantur, ipſe in fugam conuerſus incidiſſet in manus eorum, qui circunſidebant. Poſtquam ergo nec ab his eſt inuentus, nec erat apud illus, qui locum aſpexerat, in quo Magnus ille degebat, ſignis deſcripſit eum, in quo affirmabant quæſitores, ſe neminem uidiſſe, niſi ſolas duas arbores, a ſe inuicem parum diſtantes. Cum autem receſsiſſent qui quærebant, relictus index cum illum Magnum offendiſſet in oratione, & eum qui cum ipſo erat, & diuinum cognouiſſet præſidium, per quod illi eis uiſi ſunt arbores, accidit ad eius pedes, & uerbo credit, & qui paulo ante fuerat perſequutor, fit unus ex fugientibus. *tenſione manuum & oculorum ad cœlum.*

Iis ergo longo tempore manentibus in ſolitudine, bellum enim inualebat aduerſus fidem, & grauiter furente præſide in eos, qui ad uerbum pietatis accedebant, & omnibus in fugam conuerſis, quoniam nulla ſpes relicta erat fore, ut Magnus Gregorius ueniret in manus perſequutorum, tunc omni ſua rabie, & acerbitate conuerſa in reliquos, ubiq; per gentem ſcrutabantur omnes ſimiliter uiros, mulieres, & pueros, quibus Chriſti nomen erat uenerabile, eosq́ trahebant in ciuitatem, & replebant carceres, pro alio ſcelere intentãtes eis crimen pietatis, adeo ut nulli ex rebus publicis tunc uacarent iudicia, niſi huic tantum, quod ĳs qui tunc imperiũ obtinebant, erat curæ ut omnes contumelias, & omnia tormenta, quæ excogitari poterant, in eos inferrent, qui fidem retinebant. Quo quidem tempore fuit omnibus longe euidentiſsimum, Magnum illum uirum nihil conſuluiſſe ſine Dei numine. Nam cum ſe per fugam populo conſeruaſſet, erat commune auxilium omnibus, qui pro fide decertabant. Sicut enim de Moſe, audimus q; ab Amalecitarũ acie procul remotus, p orationẽ ĳs, qui erãt ſui generis, dabat uires aduerſus inimicos: eodẽ modo ille quoq; animæ oculo intuens ea, quæ uidebantur, diuinum inuocabat auxiliũ ĳs, qui decorabant pro fidei confeſsione.

De uiſione, quæ facta eſt in monte, & de martyrio ſancti Troadĳ.

Cumq́ aliquando una cum ĳs, qui cum eo erant, pro more Deum oraret, repente angore & animi perturbatione plenus, aperte præ ſe tulit ĳs, qui aderant, a ſe ſpectaculum uideri alienum, ſeq; id ægre ferre, auresq́ obſtruere, tanq; ſono aliquo ad eum perueniente: & non exiguo interiecti interuallo, cum toto tempore, quod interceſsit, inflexibilis mãſiſſet, & immobilis; tanquam propoſitum ſpectaculum bonum eſſet exitum aſſecutum, ad ſuam redĳt conſuetudinem, & clara uoce Deum laudauit, hymnum uictoriæ, & gratĳs agendis appoſitum pronuntians, quem ſæpe audimus Dauid dicentem in pſalmodia: Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Iis autem admirantibus, & ut ex eo ſcirent rogantibus quodnam fuerit hoc ſpectaculum, quod eius oculis ſubiectum eſt, fertur dixiſſe, ſe illo tempore magnum uidiſſe caſum, proſtrato diabolo a quodam adoleſcente in certamine pro pietate. Iis autem quod dicebatur adhuc ignorantibus, narrat eis apertius, quod illa hora quidam nobilis adoleſcens maiori fretus auxilio, magnis ſudoribus pro fide decertauit, a lictoribus productus ad præſidem. Nomen quoq; adiecit, eum nominans Troadium, & q; poſt multa quæ fortiter tulit tormenta, fuit mar

tyrii corona redimitus. Auditione autem obſtupefactus Diaconus, neque audens non credere ei quod dicebatur, & ſimul credens eſſe maius, quam ut cadat in humanam naturam, ut qui procul erat a ciuitate, cum nemo ei renunciaſſet, dicat iis, qui cum eo ſunt ea, quæ fiunt, perinde ac ſi intereſſet, ſupplex rogat magiſtrum, ut ſibi permittatur ea cernere oculis, & ne ab eo prohibeatur, ne ueniat ad loca ipſa, in quibus factum eſt miraculum. Cum is autem diceret, eſſe pertimeſcendum adeſſe in medio eorum, qui occidunt, ſæpeque diaboli peruerſitate accidere aliquid, quod nollemus, Diaconus dixit, ſe confidere auxilio eius orationem, hac apud eum uoce utens: Tu me Deo commendes, nec me ullus inſequetur metus inimicorum. Cum is autem per orationem ueluti ſocium cum eo miſiſſet diuinum auxiliũ, confidens uiã confecit, ad nullũ ſe conuertens ex ĳs q occurrebãt.

De Balneo, & de Dæmone, qui in ipſo habebat poteſtatem.

Cum autem ueſpere ingreſſus eſſet ciuitatem, & laſſus eſſet ex itinere, neceſſe eſſe duxit, corpus lauacro reficere. In eo autem loco dominatum obtinebat quidam Dæmon homicida, uerſans in lauacro, cuius uis exitialis poſt tenebras operabatur in eos, qui accedebant. Ea de cauſa poſt occaſum ſolis non patebat ad id aditus, neque id exercebatur. Ad quod cum acceſsiſſet, rogabat eum qui illi præerat, ut id ei aperiret, & non ei inuideret balnei uſum, quo ſe recrearet. Cum is autem teſtaretur, nullum ex ĳs, qui illa hora auſi ſunt aquam ingredi, ſuis redĳſſe pedibus, ſed Dęmonem omnes ueſpere ſuperaſſe, multoſque ob ignorationem paſſos eſſe grauiſsima; quos pro ſperata recreatione exceperunt lamentationes, eiulatus, & ſepulchra. Cum hæc referret, & quæ ſunt huiuſmodi, ille nihil de ſuo remiſit deſiderio; ſed inſtabat omnino cogens, ut eum intromitteret. Ille autem ſatis ſe lucrifacere exiſtimans, ſi non cum hoſpitis ignoratione una ueniret in periculum, cum ei dediſſet clauẽ, procul recedit a Balneo. Poſtquam autem nudatus fuit intus, multiplices terrores, & uariæ obſtupefaciendi cauſæ adornabantur a Dæmonio, nempe omnis generis uiſa, oſtendentia naturam igne, & fumo mixtam, & quæ in forma hominum, & ferarum in oculos incurrebant, in auribus reſonabant, anhelitui appropinquabant, & in orbem circa corpus effundebantur. Ille uero ſe 5 muniẽs,

5 *Signaculũ Crucis facit ad expellendos dæmones.*

& Chriſti nomen inuocans, domos perſuaſit illæſus. Interius autem progreſſus, in grauiora incidit ſpectacula, in grauiorem aſpectum transformato Dæmonio. Nam & ſimul terræmotu domum exiſtimabat concuti, & per ruptum ſolum nudam flammam oſtendere inferius, & ſcintillas ex aquis emitti flammeas. Rurſuſque ei arma itidem fuere 6 ſignaculum,

6 *Arma ei fuere ſignaculum & Chriſti nomen.*

& Chriſti nomen. Et quod per magiſtri preces ferebatur auxilium, diſcutiebat quæ uidebantur, & fiebant terribilia. Aqua autem recreatus, cum properaret egredi, rurſus prohibebatur, fores opponente Dæmonio Sed hoc quoque rurſus impedimentum, pari rurſus uirtute eſt ſolutum, foribus ſignaculo cedentibus. Poſtquam autem ei omnia proceſſerunt ex ſententia, dicitur Dæmonium uoce humana ad eum exclamaſſe, ne ſibi uim illam attribueret, per quam effugit exitium. Vox enim, quæ eum commendauit, ei qui cuſtodiebat, præſtitit, ut minime læderetur. Hoc ergo modo conſeruatus, magnam attulit admirationem ĳs, qui loco præerant, cum nullus apparuiſſet uiuus ex ĳs, qui illa hora aquam auſi eſſent ingredi.

Poſtquam autem ei quiſnam eſſet narrauit, & quæ in ciuitate fortiter

geſta erant a Martyribus, cognouit eo modo ſe habuiſſe, quo Magnus ille in ſolitudine degens prius narrauerat, cum cæteris, quæ de ipſo narrauit, & eius miraculis adieciſſet quæ uidit, et quæ audiꝭt, & quomodo ipſa in ſe experientia didiciſſet uirtutem fidei Magni Gregoriꝭ, cui tulit teſtimonium Dæmonium; reuertitur ad magiſtrum ſuum, tam ſuis æqualibus, quàm poſteris relinquens commune munimentum, ut per ſacerdotes unuſquiſque ſeipſum Deo commendet, & nunc eſt quidem per uniuerſam eccleſiam, præcipue autem apud illos, ea uox monimentum auxilii, quod ei datum eſt a Gregorio.

Cum autem diuina ope ſoluta eſſet illa Tyrannis, & humanam uitam pax rurſus excepiſſet, per quam erat omnibus liberum rebus diuinis dare operam; rurſus deſcendens in ciuitatem, & totam in orbem circuiens regionem, ꝭs qui erant ubique populis magnam fecit acceſsionem in Deum ſtudꝭ, & pietatis, 7 ſtatuẽs ut pro ꝭs, qui pro fide decertarant, agerentur feſti dies, & celebres conuentus. Cumque alius alibi corpora martyrũ accepiſſent, quotannis finita annui orbis conuerſione, conuenientes exultabant, diem feſtũ celebrantes in honorem martyrũ. Eſt certe hoc quoque argumentum magnæ eius ſapientiæ, quòd cum omne ſimul hominũ genus ſuo tempore ad uitam communẽ componeret, ueluti quidam Auriga naturam regens, & frenis Dei cognitionis eos tuto ſubiungens, concedebat ut ſub iugo fidei lætitia exilirent ſubditi. Cũ enim animaduertiſſet, quòd propter corporeas delectationes in idolorum errore permaneret puerile uulgus, et ineruditũ; ut interim in eo quod eſt præcipuum, nempe in Deũ, ſe recte gererent, pro illis inanibus ſuperſtitionis ritibus, permiſit eis, ut in ſanctorũ Martyrum memorꝭs ſe exhilararent, exultantesque oblectarent, utpote quòd procedente tempore futurũ erat, ut uita traduceretur ad id, quod eſt honeſtius & præſtantius, & fides eos ad id deduceret, quod quidem iam in multis recte ſucceſsit, omni delectatione ab ꝭs, quæ ſunt iucũda corpori, traducta ad genus lætitiæ ſpiritalis.

7 *Statuens ut pro ꝭs qui pro fide decertarant, agerentur feſti dies & celebres conuentus.*

Hoc autem modo ſe gerens in Eccleſia, & omni ſtudio incumbens, ut ante ſuũ e uita exceſſum, uideret omnes ad fidem ſalutarem traductos a ſimulachris, poſtquam cognouit ſuũ inſtare obitum, totam circumcirca regionem, & ciuitatem eſt perſcrutatus, cupiens ſcire an eſſent aliqui relicti extra fidem. Vbi autem cognouit omnes, qui permanſerant in antiquo errore, non eſſe plures quàm ſeptemdecim, dicit hoc quidem eſſe dolendum, ad Deum reſpiciens, quòd aliquid deſit ad plenitudinem eorũ, qui ſeruantur: Veruntamen iure magnas eſſe agendas gratias, quòd ſuo in Eccleſia ſucceſſori tot relinquit ſimulachrorum cultores, quot ipſe accepit Chriſtianos. Cum autem precatus eſſet, ut & qui iam crediderãt, creſcerent in perfectionem, & infideles conuerterentur, ita ab humana uita migrauit ad Deũ, mandans ſuis neceſſarꝭs, ut nullum proprium locũ ei compararent ad ſepulturam. Si enim uiuus non ſuſtinuit uocari alicuius loci Dominus, ſed inquilinus uixit in alienis, neque poſt mortem pudebit eũ eſſe inquilinum. Sed hoc, inquit, narretur poſteris, quod Gregorius neque uiuus alicuius loci poſſeſſor eſt nominatus, & poſt mortem fuit inquilinus alienorum ſepulchrorũ, ſeipſum ſeiungens ab omni in terra poſſeſsione, adeo ut nec in proprio quidem loco uoluerit ſepeliri. Solam enim eã poſſeſsionem iudicauit pretioſam, quæ in ſe auaritiæ non ſuſcipit ueſtigiũ. Repenti

nam autem totius gentis traductionē a gentili uanitate ad ueritatis agnitionem, nemo miretur, qui hāc legerit orationem, reſpiciens Oeconomiā, per quam facta eſt tanta mutatio eorū, qui traducti ſunt a falſo ad ueritatem. Nam quod factum eſt in primis temporibus eius ſacerdotij, quòd ad reliqua miracula feſtinans præterijt oratio, nunc aſſumens narrabo.

De die feſto qui agebatur in ciuitate, & de peſte quæ irruit.

Erat quidam dies feſtus publicus in ciuitate, qui more patrio agebatur cuidam dæmoni ex ijs qui erant in regione. Ad eum tota fere gens confluxerat, tota regione una feſtū agente cum ciuitate. Erat autem theatrū plenum ijs, qui concurrerant, & effundebatur undiq; ſuper ſedes multitudo eorū, qui confluxerant. Cumq; omnes circa ſpectacula, & acroamata ad orcheſtram aſpicere magnopere cuperent, erat ſcena plena tumultu. Fruſtraq; fuit præſtigiatoribus miraculorum ſuorū oſtētatio, cum tumultus eorū, qui arcte comprimebantur, non ſolum muſicæ uſum interrumperet, ſed nec præſtigiatoribus ſua oſtendere permitteret. Quo quidē tempore a toto populo communis hæc uox erupit, dæmonem inuocantiū, cui hūc diem feſtum agebant, & rogantium, ut eis ab illo latius præberetur ſpatium. Poſtquam autem omnibus inter ſe colloquentibus, uox in altū efferebatur, & uidebatur totius ciuitatis, tanq; unius oris eſſe oratio, quæ has preces offerebat dæmoni. Erat autem precatio, ut iiſdem uerbis a me dicetur: Iuppiter fac nobis locum.

Cum audiſſet magnus ille uocem eorū, qui dæmonem nominatim inuocabant, a quo petebant, ut ciuitati fieret latum ſpatium, dicit ad eos, miſſo quodam ex ijs qui adſtabant, mox eis eſſe dandum latius ſpatium, q̃ precabantur. Hac autem uoce tanquàm triſti prolata ſententia, publicam illam celebritatem mox peſtis excipit, & in choris ſtatim admixta eſt lamentatio, adeo ut oblectationes conuerterētur in luctus, & calamitates, pro tibiis, & quæ ad numerū fiebant ſaltationibus, & plauſibus, lugubri carmine aſsidue ciuitatem excipiente. Nam cū morbus ſpe citius ingruiſſet hominibus, is peruadebat ignis inſtar domos depaſcens. Quo factum eſt, ut implerentur quidem templa ijs, qui morbo interiebant, qui quidem ſpe curationis ad ea confugiebant, pleni quoq; eſſent riui, & fontes, & putei ijs, qui præ morbi uehementia maiori ſiti ardebāt, quàm ut aqua, quæ erat in profundo, flammam eorum extingueret, cū ij, quos ſemel is morbus inuaſiſſet, & poſt & ante aquæ potum ſimiliter ſe haberent; multi autem ſua ſponte fugerent ad ſepulchra, quoniam ij qui erāt ſuperſtites, ad eos ſepeliendos minime ſufficiebant: eſſet autem non inopinata mali hominibus irruptio: ſed cum domui interiturę quoddam uiſum apparuiſſet, ita conſequeretur interitus.

Poſtquàm ergo fuit manifeſta omnibus morbi cauſa, nempe quòd inuocatum ab eis dæmonium ſtultorum uotū maligne implebat, hanc ſcelerata ſpatij latitudinem morbo ciuitati afferens: eo quidem tempore magnum Gregorium ſupplices adeunt, rogantes ut uim morbi compeſceret per eū, quem ipſe cognoſcebat, & prædicabat, Deum, quem ſolū uere fatebantur eſſe Deum, & habere in omnes poteſtatem. Nam cum illud uiſum ante futurū domus interitum appareret, & deſperationem uitæ protinus afferret, una periclitantibus erat uia ſalutis, ſi intra illam domū magnus fuiſſet Gregorius, & precibus propulſaſſet morbum, qui domui im-

minebat. Cum autem per eos, qui primi hanc erant ſalutẽ conſequuti, uelox fama per omnes peruaſiſſet, ceſſarunt omnia, quæ prius ab eis magno ſtudio procurabantur, oraculorũ ſciſcitationes, piacula, & apud ſimulachra diuturnæ ſupplicationes, aſpicientibus omnibus ad magnum ſacerdotem, & unoquoq; eũ ad ſe trahente, ad ſalutem totius generis. Erat autem ei merces ab ĳs, qui ſeruabantur, eorũ ſalus animarum. Nam cum tali experientia manifeſtata eſſet pietas ſacerdotis, nulla erat amplius dilatio, quominus myſterio aſſentirentur ĳ, qui uirtutẽ fidei docebantur. Sic fuit illis hominibus morbus ſalute præſtantior. Qui enim cum ſani eſſent, ad myſterĳ doctrinam excipiendam infirma erant animi intelligentia, corporis morbo fuerunt confirmati ad fidem. Et ſic confutato errore idolorum, traducti ſunt omnes ad nomen Chriſti. Alĳ quidẽ per morbum, qui inuaſerat, deducti ad ueritatem. Alii uero ut a peſte ſeruarentur, fidem in Chriſtum aſſumentes, tanq; propugnaculum. Sunt autem etiã alia in hodiernum uſq; diem memoriæ mandata miracula, quæ quidem auribus parcẽtes non credentibus, ne ĳ lædantur, qui quod in rerum quæ dicuntur magnitudine uerũ eſt, falſum eſſe putant, ĳs quæ ſcripta ſunt, non adiecimus.

VITA PVLCHERIÆ PVELLÆ MAGNI Theodoſii Imperatoris filiẽ, per Gregorium Nyſſæ pontificẽ ſcripta, Petro Franciſco Zino clerico Veronenſe Interprete.

QVoniam modo dicere incipiam, neſcio. Duplex enim argumentũ, ſed utrunq; triſte propoſitum uideo, ut utrunuis tractetur, ſine lacrimis oratio non poſſit inſtitui. Præſens enim anni tempus, ut heri nobis Paſtor indicabat, acerbam eorum, quæ ex terræmotu uicinæ urbi grauia quondam acciderunt, memoriam renouat, quæ ſine fletu quis perſequatur? Hæc autem magna, & illuſtris uniuerſoq; orienti præfecta ciuitas, ex altero terræmotu nõ mediocri ornamento ſpoliata eſt. Quamobrem extincta repente luce, quæ in ſe ad imperatoriæ felicitatis cumulũ fulgebat, ex triſtitia Principum in luctu ſqualoreq; uerſatur. *Habetur in eius operibus, et nouiſsime in lucem Latinis reddita eſt.*

Quod autem dico, non ignoratis omnino uos, qui frequentes huc conueniſtis, cum uideatis & locum hunc, ubi congregati eſtis, & hanc adoleſcentulam, pro qua mœrentem ciuitatem, me, qui præ calamitatis magnitudine pariter afflictus ſum ſtantem oportet ratione aliqua conſolari. Quanuis enim non omnes, qui huius mali participes interſunt, ſciant doloribus tum maioribus tum minoribus arte medicinam adhibere, tamen, ſi, quemadmodum aſſerunt ĳ, qui artem medẽdi callent, cum corpus unũ duplici laborat morbo, altero quidem uehemẽti, altero haud ita magno, morbus, qui magis urget, prior curandus eſt, poſthabito interim minus graui. Sic in præſentia nobis faciendum uideo. Hic enim recens ac noſter dolor, eo, quem nobis memoria renouat, nos grauius premit. Quis enim tam graui caſu non doleat? Quis eſt animo tam inhumano? Quis tã ferreis moribus prȩditus, qui communem hanc moleſtiam non ſentiat? Noſtis enim omnes, quomodo hæc noua columba, quæ in regia cauea nutriebatur, quæ ſplendidis alis nuper uolitabat, quæ gratia ſuperabat ætatem, relicta cauea abierit, quomodo ab oculis noſtris auolarit, quomodo

repente nobis è manibus erepta ſit hæc, ſiue columba appellanda eſt, ſiue noua roſa, quæ ſe nondum e calyce totam pandebat, ſed partim quidem licet parua imperfectaq; iam emicabat, partim emicatura ſperabatur. Hæc nobis repente in ipſo folliculo extincta eſt, hæc antequam plane creſceret, totumq; florem ſuum oſtenderet, defluxit, & aruit. Nec eam quiſquā decerpſit, nullus ex ea ſibi coronam ornauit, ut fruſtra laboraſſe natura uideatur. Bonum illius erat in ſpe, ſed inuidia tanquam gladius anteuertens ſpem intercidit.

Aduerſus quidam terræmotus fuit, fratres, terræmotus grauibus calamitatibus nihilo leuior. Non enim inanimatam ædificij pulchritudinem dextruxit. Non floridas picturas, aut inſignia marmorum monumenta humi proſtrauit, ſed ipſius naturæ fabricam decore conſpicuam, & gratijs præfulgentem repentinus iſte terræmotus diſſoluit. Vidi ego ſublimem arborem, comis præcelſam palmam, imperatoris, inquam amplitudinē, regijs uirtutibus quaſi quibuſdam ramis uniuerſum orbem ſuperantē atq; omnia complectentem. Vidi & generoſam uitem palmæ circumplicatā, quæ nobis germen hoc edidit, & quales rurſus dolores non corpore ſed animo pertulerit, cum germen ipſum auulſum eſt. Quis ſine gemitu ad hāc calamitatem accurriſſet? Quis id uitæ detrimentum non eſſet cōqueſtus? Quis tali ſpectaculo non illacrimaſſet? Quis communi cumqueſtu proprias lamentationis uoces non coniunxiſſet? Vidi rem admirandam, incredibilem, cui fidem non habeant, qui auribus ipſam acceperint. Vidi ex hominibus denſis & conſtipatis effectum pelagus, quod tanquam aquam omni ex parte oculis oſtentabat. Plenum erat templum, plenum eius ueſtibulum, plena platea, referta biuia, medium, latera, latitudo ędium multitudine hominum redundabat, tanquam orbis totus ad calamitatē concurriſſet. Spectandus omnibus erat propoſitus ſacer ille flos, qui aureo in lectulo efferebatur. Quam triſtes erāt ſpectantiū uultus? Quomodo oculi lacrimas effundebant? manus complodebantur? dolorem intimum ſuſpiria præferebant?

Non uidebatur mihi eo tempore, nec poſtea fortaſſe, præſentium aurū ſolitum naturæ ſplendorem emittere, ſed & lapillorum fulgores, & ex auro contextæ ueſtes, & argenti nitor, & lux ignis, quæ ex perpetuo 1 cereorum ordine, multa copioſaq; paſſim protendebatur calamitate contaminata, communiq; meſtitia affecta eſſe. Tunc magnus Dauid proprias cantilenas lamētationibus commiſcebat, & hilaris chori loco triſtem ac lugubrem ſumens queſtum cantibus excitabat. Tunc omni ex animis depulſa uoluptate ſolæ lacrimæ iucundæ erant.

1 *Vides quod fideliūm defuncti cum cereis accenſis, & Dauidicis pſalmis decantatis tumulantur?*

Verum quoniam dolori tantum indulſimus, tempus iam eſt, ut iacentes animos ratione & conſilio pro uiribus cōfirmemus. Alioquin non paruū periculum erit, ut Apoſtoli uoce in eorum numero iudicemur, qui ſpē non habent. Ait enim, ut nuper recitantem audiuimus, non eſſe dolendū, propter eos, qui dormierunt. Eam enim affectionem in eos ſolum cadere, qui ſpe carent. At aliquis eorum, qui puſillo ſunt animo, dicet, Diuinum Apoſtolum ea iubere, quæ pręſtari non poſſunt, quęq; naturam ſuperant. Qui enim fieri poſſit, ut dū hic uiuimus, has perturbationes uincamus, nec ſuccumbamus dolori in eiuſmodi ſpectaculo? quando non ſuo tempore in ipſa ſenectute mors uenit, Sed in prima ętate, extinctaq; eſt pulchritudo,

& oculorum radij palpebris occluſi, & pallore genarū rubor occupatur, & os ſilentio compreſſum eſt, & flos labiorum intercidit. Quęquidem nō parentibus modo, ſed omnibus intuentibus grauia uidentur.

Quid igitur nos ad hęc? non noſtra, fratres, ſed quę ex Euangelio lecta ſunt, uerba reſpondebimus. Audiuiſtis enim dicentem Dominum. Sinite paruulos, & nolite prohibere eos uenire ad me, talium enim eſt regnum 2
cœlorum. Quare ſi abs te diſceſſit puellula, acceſſit ad Dominum, quem tibi oculum clauſit, luci aperuit ſempiternę. Amenſa receſſit tua, ſed angelicę accubuit. Quę hinc euulſa eſt planta, in Paradiſo conſita eſt. Migrauit e regno, purpuræ florem exuit, ſed regni cœleſtis ueſtimentum induit, Diuini autem ueſtimenti materiam tibi declarabo. Non enim eſt linum, aut lana, aut ſerum fila. Audi Dauidem exponentem unde ueſtimenta contexantur Deo. Confeſſionem, inquit, & decorem induiſti, amictus lumine ſicut ueſtimento. Vides quæ quibus commutarit? Angeris, quòd illa corporis pulchritudo non appareat amplius, quia non cernis ueram ipſius pulchritudinem animi, qua nunc in celebri cœleſtium cœtu gloriatur. O quàm pulcher eſt ille oculus, qui Deum intuetur. Quàm iucundum os, quod diuinis cantibus exornatur. Ex ore inquit, infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Quàm decoræ manus, quæ nihil unquam patrarunt mali. Quàm pulchri pedes, qui in malitia nō ambularunt, nec in peccatorum uia ueſtigium fixerunt. Quam præclarus illius animi totus aſpectus non lapillorum nitore, ſed ſimplicitate, & innocentia ſplendens.

Anima paruulæ pulcheriæ acceſſit ad Dominum, & in paradiſo ſita eſt.

Doles fortaſſe, quod non peruenerit ad ſenectutem? Ecquid obſecro, pulchri cernis in ea? Num pulchrum exiſtimas, cum lippiunt, caligantq; oculi? cum rugis exaratæ ſunt genæ? cum ex ore defluunt dentes, & linguæ hœſitantiam afferunt? An quod id ætatis homines manus tremulas habent? quod cernui terram aſpiciunt? quod pedibus claudicant? quod alienis manibus innituntur? Quod nec corde, nec uoce utuntur bene? Hęc enim eis contingunt neceſſario. Et tu indignaris, quod hæc illa experta nō ſit, cum gratulandum ſit eis, quorum uita moleſtias eiuſmodi non deguſtauit, et nihil triſte, uel in hac uita ſenſit, uel in altera percipiet? Talis enim animus nihil habens, quamobrem iudicetur, geennam non reformidat, iudicium non metuit, impauida ſecuraq; manet, cum nullius flagitij ſibi conſcia ſit, quod ei terrorem incutiat.

At oportebat, inquis, eam ad perfectam ætatem peruenire, & in nuptiali thalamo oblectari. Ad hoc uerus tibi ſponſus reſpondebit, cœleſtem thalamum eſſe præſtantiorem, ubi uiduitatis nullus eſt timor. Quibus igitur bonis orbata eſt, quæſo, quæ iſtas carnis exuuias depoſuit? Vis dicam tibi, quænam huiuſce uitæ ſint bona? Dolores, uoluptates, iræ, timores, ſpes, cupiditates. Hæc, et ſimilia ſunt, quibus in hac uita implicamur. Quid igitur mali pertulit, quæ ab iſtis quaſi tyrannis liberata eſt. Omnis enim, quæ animum noſtrum occupat, perturbatio, tyrannum agit in nobis, rationem ipſam opprimens ſeruitute.

Num ægrefertis, quod nec pariendi doloribus, nec educādi liberos ſollicitudinibus afflicta fuerit? Quod non eas moleſtias ſenſerit, quas parentes eius propter ipſam pertulerunt? Atqui propter hæc beata potius, quā miſera dicenda eſt. Nullis enim moleſtijs affici præſtabilius eſt, quam ut in naturam humanam poſſe cadere uideatur. Quare ſapiens Salomon

in ſcriptis ſuis ſepultum ſuperſtite beatiorem eſſe dicit. Et Magnus Dauid mortalem hanc uitam lamentatione, luctuq; dignam prædicat. Quanuis enim ambo rerum omnium, quæ in hac uita iucunda ſunt, copijs affluentes regnarent, non tamen iccirco præſentibus uoluptatipus adducti ſunt, quominus ea, quæ uitæ incorporeæ propoſita ſunt, bona cupientes, calamitoſum eſſe ducerent in carne uiuere. Audiuiſti ſæpenumero Dauidem in ſacris ſuis carminibus optantem ſe ab hac eximi neceſſitate, in quibus modo quidem ait: Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini, alias autem: Educ de cuſtodia animam meam. Et Hieremias execratur illum diem, qui ſibi talis uitæ primordium tulit. Licet alias multas eiuſmodi ueterum ſanctorũ hominum uoces inuenire, quibus ueræ uitę deſiderio terreſtris iſta uita grauis uidebatur. Sic olim & Magnus Habraham Deo chariſſimum filium alacriter immolabat, ſciens eum ad meliora diuinioraq; profecturum.

Vos autem, qui hiſtorię periti eſtis, quę de ipſo narrentur, non ignoratis omnino. Cũ enim iuuenis eſſet, ut ſcriptura teſtatur diuinitus ei filius promittitur. Sed cum robur ętatis defeciſſet, & ipſe iam ſenectute confectus eſſet, quando ſe natura non auget, nec appetitioni ſenectus amplius obtẽperat, tũc pręter ſpem ei promiſſum perſoluitur, & filium ſuſcipit Iſaac, qui cum adoleſceret, & pulchritudine, ac magnitudine tanquam germen creſcens parentum oculis adoleſcentię decore iucundiſſimus eſſet, tunc exploratur, & probatur animus Abraham, nunquid in rerum natura pulchrius cerneret, & pręſentem hanc uitam ſolum ſpectaret. Dixit enim ad illum Deus, Tolle filium tuum, et ſacrifica illum mihi in holocauſtũ. Cernitis planè, qui patres eſtis, & filios habetis, ab ipſaq; natura beneuolentiam in eos hauſiſtis, quonam animo eſſe debuerit Abraham, ſi hanc uitã tantummodo reſpexiſſet, & uitæ dulcedinem in hac uita collocaſſet.

Verum cur de illo ſolum loquimur omiſſa fœmina, quę eſt naturę humanę pars imbecillior? niſi enim & illa didiciſſet a uiro, que diuiniora ſunt, niſi uitam, quę non uidetur, hac quam cernimus, crediſiſſet eſſe pręſtãtiorẽ, nunquã marito permiſiſſet, ut tale facinus in filiũ admitteret, ſed maternis uiſceribus plane commotis ſe filio circunfudiſſet, eumq; complexa, mortem ipſa prior oppetiſſet. Nonne ad Abraham dixiſſet hęc uerba? Parce filio, marite, ne fias, ſcelerata uitę fabula, ne futuris temporibus ſermonis cauſam prębeas, ne inuideas filio uitam, ne priues eum hac dulci luce, thalamus filijs non tumulus à parentibus adornatur, corona nuptialis, non lethalis ſica, fax genialis, non funeſtus ignis. Hęc latrones, & hoſtibus, non parentum manus filijs ſtruunt. Quòd ſi facinus omnino uitari nõ poteſt, abſit, ut oculus Sarrę Iſaac occiſum uideat. Huc in utrunq; gladiũ adige, & à me miſera fac initium cędis. Vnicũ uulnus ambos tollet. Vnus utriq; lapis imponatur, una communem utriuſq; calamitatem acerbiſſimam inſcriptio teſtetur. Hęc & id genus alia profectò dixiſſet Sarra, niſi ea oculis conſpexiſſet, quę nos intueri non poſſumus. Nouerat enim finem iſtius uitę, quę in carne agitur decedentibus melioris uitę principium eſſe. Relinquunt umbram, & ueritatem comprehendunt. Deſerunt fraudes, dolos, & tumultus, & inueniunt illa bona, quę nec oculus, nec auris, nec cor capit. Non amor eos excruciabit, non ſordida cupiditas inficiet, non inflabit ſuperbia. Nulla deniq; earum perturbationum, quæ animum angunt,

gunt, oppugnabit. Sed Deus illis ſit omnia. His de cauſis prompto animo filium obtulit Deo.

Quid autem Magnus Iob, cui facultatibus oĩbus ſpoliato, priuſquam animus eius priores plagas plane intelligeret, plaga poſterior nuntiabatur, quomodo filiorum tulit calamitatem? Erant illi tres filiæ, & filij ſeptẽ, pulchra prole beatus uidebatur. Etenim cum tot eſſent numero, unus tamen erãt omnes ob mutuam beneuolentiam. Neque enim apud ſe quiſque ſeparatim degebat, ſed modò unius, modò alterius domi comiter accepti mutuis conuiuijs ſe ſe uiciſſim omnes oblectabant. Ac tunc ordine ſic exigente conuiuium apud natu maximum ex ipſis celebrabatur. Pleni crateres, plena dapibus menſa, in manibus calices, ſpectacula, fabulæ, propinationes, dulcia colloquia, luſus, riſus, omnes denique lætitiæ, & gaudia, & deliciæ aderant, quæ in congreſſu iuuenum conuiuantium reperiri ueriſimile eſt. Quid ergo poſt hæc? in ipſo ſummarum uoluptatum articulo tectum excutitur, conuiuas opprimit, & conuiuium in ſepulchrum redigit. Sanguine iuuenum pocula commiſcentur, & corporũ tabo epulæ coinquinantur. Nuntiatur Iob grauiſſimus caſus.

Hic mihi animum attende, ac pugilem contemplare, non ut uictorem duntaxat admireris. Paruum enim ex admiratione lucrum eſſet, ſed ut in ſimilibus certaminibus uirum imitere, ut tibi magiſter ſit, & quo tempore cum tentationibus congrediendum eſt, exemplo ſuo tanquam oleo animum tuum ad patientiam, & fortitudinem ungat, & roboret. Quomodo igitur ſe geſſit uir? Num ſignum aliquod ignaui paruique animi, aut uoce, aut geſtu præ ſe tulit? ut uel faciẽ unguibus dilaniaret, uel capillum diuelleret, uel puluerem ſpargeret, uel pectus manibus uerberaret, uel humi ſe ſe proijceret, uel conquerentes adhiberet, uel nominatim filios defunctos compellans memoriæ ipſorũ illacrymaret? Nihil ille fecit eiuſmodi. Verùm ſimulatque de filiorum calamitate factus eſt certior, cœpit de rerum natura philoſophari, differens, unde illæ ſint, & à quo proueniant, & quis earum moderator eſſe debeat. Dominus dedit, Dominus abſtulit. A Deo eſt, inquit hominum ad uitam introitus, ad eundem è uita exitus. Vnde profecti ſunt, illuc reuertuntur. Deus igitur, cuius eſt dãdi facultas, habet item auferendi poteſtatem. Bona decernit, quia bonus eſt, utilia nouit, quia ſapiens, ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Placuit autem omnino, quòd rectum eſt, idque perfecit. Sit nomen domini benedictum.

Cernis quanta ſit ſtrenui uiri magnitudo animi, atque præſtantia, qui tẽpus afflictionis ad rerum contemplationem conuertit. Veram enim uitam per ſpem eſſe repoſitam, & præſentem uitam futuræ uitæ ueluti ſemẽ eſſe non ignorabat. Tantum autem eſt inter ea, quæ adſunt, atque illa, quæ ſperantur, diſcrimen, quantum ſpica differt à ſemine, unde ipſa naſcitur. Nam præſens uita ſeminis granulo ſimilis eſt, at uita illa, quam expectamus, ſpicæ pulchritudine declaratur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Huc reſpiciens Iob filios beatos putat, eiſque tãquam huius uitæ uinculo ſolutis gratulatur. Cuius quidem rei illud indicium eſt, quod cum ex promiſſione Dei, illa, quæ amiſerat, duplicia recepiſſet, duplicem filiorum numerum non poſtulauit, ſed decem tantum ſuſcepit filios, quot erant illi uidelicet, qui adempti fuerant. Hominum enim animi æterni ſunt. Itaque cætera, quæ

perdiderat, accepit duplicata. Quod etiam ad filios pertinet, duplo plures habuit. Etenim filij, quos ante genuerat, cum illis, quos poſtea genuit, connumerantur, quippe cum omnes Deo uiuant, nec temporaria mors uetet, quominus ſint illi, qui deceſſerunt. Nihil enim aliud eſt in hominibus mori, quam à malitia expurgari. Quandoquidem omnium Deus ab initio naturā noſtram tanquam uas ad bona ſuſcipienda aptū conſtituit. At animorū noſtrorum hoſtis dolo malū nobis infudit, ut bono noneſſet locus.

Quamobrem ne æterna in nobis malitia permaneat, meliori prouidētia Deus uas ad tempus morte diſſoluit, ut effluente malitia refingat hominem, & malitiæ expertem priſtinæ uitæ reſtituat. Reſurrectio enim eſt naturæ priſtinum in ſtatum reſtitutio. Quod ſi in melius reformari natura non poteſt ſine reſurrectione, reſurrectio uerò fieri nequit, niſi mors ipſa pręcedat, mors eſt bona, quæ nobis mutationis in melius principium eſt & uita. Quapropter abijciamus, fratres mœrorem ſuſceptum ab eos, qui dormierunt, quo ſoli afficiuntur illi, qui ſpem nō habent, ſpes autem Chriſtus eſt, cui gloria, & imperium in ſecula ſeculorum Amen.

Habetur in eius operibus, & nouiſſime Latinis in lucem red dita eſt

VITA BEATÆ PLACILLÆ MAGNI THODOSII coniugis per D. Gregorium Nyſſæ Pontificem ſcripta, Petro Franciſco Zino Clerico Veronenſe Interprete.

FIdelis & prudens diſpenſator (exordiar enim ab ijs, quæ ex diuino Euangelio lecta ſunt.) quem conſtituit dominus ſuper familiam hāc, ut det in tempore illis, quos regit, tritici menſuram. Qui antehac calamitatis magnitudinem plane ſentiens, ſermoni taciturnitatem prudenter antepoſuit, & in mœrore ſilendum cenſuit, is quomodo nunc mutato conſilio rurſum eccleſiæ orationem habendam iudicet, neſcio. Equidem cum multis in rebus tum in hac potiſsimum magiſtri prudentiam admirabar, q̄ ſapienter in calamitate conticeſceret. Vtile enim mœrentibus & accommodatum medicamentum eſſe ſilentium exiſtimo, quod tumentem animi dolorem die & quiete mollit atq; exquoquit. Quòd ſiquis æſtuantem mœſtitia animum ſermone permouerit, uulnus rerum moleſtarum recordatione. Tanquam ſpinarum contactum exaſperatum grauius efficitur. Quod niſi nimium arrogantis eſſet, in aliquo magiſtrum emendare, ego quoq; rectum fortaſſe fore dixiſſem, ſi ad hoc uſq; tempus ſilentium ſeruaretur, ne ſermonis remedium ægritudini admotum audientes diſcruciaret. Nondum enim tantum temporis ſpatium interceſsit, ut animus ad dolorem obduruerit. Adhuc recens eſt morbus, & erit ſemper fortaſſe. Adhuc ęſtuat cor noſtrum, ac ueluti fluctuans mare ex profundo, calamitatis procella perturbatur. Noſtræ adhuc mentes intumeſcunt, memoriaq; malorum ebulliunt.

Cum igitur his fluctibus annus & mœſtitiæ quaſi tempeſtate iactetur, quomodo adhibeať oratio? Hac enim ego, quando iubenti parendū eſt, quemadmodum utar, ignoro. Nam quæ ſit eius mens, conijcere nequeo, niſi forte uult, ut ijs, qui ad commiſerandum promptiores ſunt, lacrymas moueamus. Quod ille ſi cogitat, mea quidem ſententia & hoc recte facit. Debemus enim ſicut rebus iucundis libenter fruimur, ſic etiam moleſtas

æquo animo ferre. Siquidem & Eccleſiaſtes id conſulit, eſt, inquiens, tempus ridendi, & tempus flendi, & quibus intelligimus, ſic animum affici, ut exigit rerum fluxus, opportunum eſt lætari. At ſi triſtitiæ tempus aduenerit, lætitia in lacrymas uertenda eſt. Quemadmodum enim riſus eſt interioris hilaritatis indicium, ſic cordis mœſtitia lamentationibus declaratur. Et lacrymæ ſunt ueluti ſanguis uulnerum animi. Id quod illud Salomonis prouerbium ſignificat: Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus. Quare neceſſe eſt, in mœrore animi mœſtum etiam ſermonem adhibere, et ſi reperiri poſſent, eiuſmodi uerbis uti, quibus olim in Iſraelitarum calamitate conquerens Hieremias utebatur. Hæc enim rebus noſtris præſentibus magis conueniunt, quàm triſtibus ueterum temporibus, quorum extet memoria.

Acerba ſunt, quæ de Iob narrantur. Sed quid attinet exaggerare, & opponere unius familiæ calamitates, quæ facile numerari poſſunt? Si magna & peruulgata mala percurras, ut terræmotus, bella, ut eluuiones, & hiatus, parua tamen uideant. Si cum præſentibus comparentur. Quid ita? Quoniam nullo eorum totus unquam repente orbis afficitur. Sed ſi pars una premitur bello, altera in pace uerſatur: Si pars aliqua uel fulmine combuſta, uel aquis obruta, uel hiatibus euerſa eſt, reliquæ integræ manent. At præſentis uulnere calamitatis uniuerſus plane orbis afflictus eſt: non gentem unam, non ciuitatem unam ad plorandum oportet aduocare: Sed conuenit fortaſſe uti ijs uocibus, quibus ſubditos allocutus eſt Nabuchodonoſor, nobis, inquiens, dico, populi, tribus linguæ. Quinetiam id mihi concedite, ut edicto Aſſyrij aliquid addam, clarioriq́ue uoce prædicem calamitatem, & tanquam in ſcena ſic exclamen, o ciuitates, o populi, o gentes, et uniuerſa terra, & quicquid in mari uel nauigatur, uel colitur. O quicquid apud nos habitatur, o quicquid imperij ſceptro regitur, o quicunque ubicunque degitis homines, communem gemitum edite, communem lamentationem conficite, communem iacturam deplorate.

Vultis ut pro uiribus, quænam hæc iactura ſit, uobis exponam? Tulit hac noſtra ætate natura, proprios terminos ſolitamq́ue menſuram tranſiliens, tulit, inquam, natura, uel potius naturæ Deus uirilem animum in muliebri corpore, ſupra omnia propemodum uirtutis exempla, quæ præceſſerunt: In hac enim muliere omnes corporis, omnes animi uirtutes concurrentes, humanæ uitæ rem admirabilem & incredibilem oſtendebant, ut unus animus in uno corpore tot bonorum cumulum poſsideret. Quæ quidem ætatis huius felicitas, quo illuſtrior eſſet, in excelſo regni ſolio conſtituitur, ut è ſublimi dignitate terras omnes tanquam ſol uirtutum radijs illuſtraret, eiq; qui diuina uoluntate orbis imperium obtinet, ad uitæ regniq́ue ſocietatem coniuncta, ſubditos opera ſua beatos redderet, uere, ut ſcriptum eſt, adiuuans eum ad omne bonum. Nam ſiue tempus humanitatem requirebat, uel cum ipſo ſimul ad benemerendum accurrebat, uel etiam anteuertebat. Par utrinque tanquam in ſtatera pondus erat humanitatis.

Hæc autem eſſe uera declarant innumerabilia tum præterita, tum præſentia teſtimonia, quæ nunc a ueritatis præcone audiuimus. Siue religio poſtulabatur, communis erat utriuſque ad pietatem curſus. Siue prudentiæ ſiue iuſtitiæ, ſiue aliarum uirtutum officium aliquod opportunitas expoſcebat, certatim illud obibant, ſeq; uicisſim benefactis uincere conabantur.

Neuter tamen uincebatur. Sed æqualis erat utriuſq; gratia. Illa enim pro uirtutis præmio habebat eum, qui orbi terrarum imperabat. Ipſe uero ſe tali coniuge, quàm terræ ac maris imperio feliciorem arbitrabatur: mutua ob ſeruantia ſeſe colentes atq; ſpectantes, paria ſibi uiciſsim gaudia præbebant. Ille quidem eſt ea pulchritudine, qua nullus præſtantiorem queat oſtendere, ut uel talis in filijs conſpecta ſatis eſſe uideatur. Ipſa uero qualis fuerit oratione non poteſt explicari. Neq; enim ulla ipſius effigies arte diligenter expreſſa relicta eſt. Quòd ſi quæ illius imagines pictæ fictæ'ue ſunt, a ueritate tamen omnes abſunt quàm longiſsime.

Et hæc quidem hactenus commode habent, At deinceps qualia cogimur exclamare? ac mihi quæſo exclamanti ueniam date, o Thraciæ nomen horrendum, o locus infelix, gens calamitatibus nobilis, o quæ antehac igne hoſtili & barbarorũ incurſionibus uaſtata fuit, nunc autem in ſe communis calamitatis caput accepit. Illic bonum ipſum ſurreptum eſt. Illic inuidia contra imperium eſt debacchata. Illic factum eſt orbis terræ naufragium, illic tanq; in aliqua tempeſtate ad ſcopulũ eliſi, doloris profunditate demerſi ſumus. o infelicem illam peregrinationem, quæ reditum non conceſsit: o amaras aquas, quarum fontes appetiuit, quod non debuit: o locum ubi calamitas contigit, cui iccirco fortaſſe ab obſcuritate cognomen eſt additum, audio enim illum ab ea gente patria lingua Scotumen quod obſcurum, & tenebricoſum ſonat appellari: illic obſcuratus eſt ſplendor; illic extinctum eſt lumen, illic uirtutum radij ſunt tenebris obruti. Abijt ornamentum regni, iuſtitiæ gubernaculum, humanitatis imago, uel ipſum potius exemplar. Beneuolentiæ erga maritum locus ſublatus eſt, caſtum temperantiæ ſpecimen, incredibilis grauitas, ueneranda manſuetudo, ſublimis modeſtia, libera uerecundia, bonorum concentus. Diſceſsit ardor fidei, Eccleſiæ columna, altarium ornatus, pauperum opulentia, dextera munifica, communis afflictorum portus.

Lugeant uirgines, plorent uiduæ, conquerantur pupilli, cognoſcant, quanto orbati ſint bono. Ac ne per partes atq; ordines lamentationem diuidam, uniuerſum hominũ genus ingemiſcat, profundum e medio corde ſuſpirium trahens. Mœreat ſimul & ſacerdotũ dignitas, cuius præſidium & decus e mundo ſublatũ eſt. Num arrogantis ſit dicere illud prophetæ? Vt quid Deus reſpexiſti in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ? Quorum peccatorum pœnas luimus? cur tot calamitatibus affligamur? An quia uariarũ hæreſum creuit impietas, hæc contra nos forte ſententia lata eſt? Videte enim quibus malis breui tempore affecti ſumus. Nondum priore afflicti plaga reſpiraueramus, nõdum abſterſeramus, ab oculis lacrymas, cùm tam graui rurſum uulnere deiecti ſumus. Tunc recẽtem florem excuſſum deflebamus, num ipſam plantam, unde flos ille prodierat, extinctam lugemus. Tunc ſperatũ decus, nunc uigens; tunc expectatum, nunc præſens bonum nobis ereptum lamentamur.

Ignoſcetis mihi, fratres, ſiquid præ dolore uobis uidebor delirare? forte ipſa quoq; creatura, ut ait Apoſtolus, nobiſcum ob hanc calamitatem ingemuit: Vobis autem, quæ tunc acciderint, in memoriam reuocabo. Et multos e uobis aſſenſuros arbitror: meminiſtis enim quemadmodũ quũ auro purpuraq́; induta Regina in urbem lectica ferretur, & omniũ dignitatum atq; ordinum hominibus ex urbe profuſis, præcedentibus ijs, qui in

dignitate erant conſtituti,uiæ prę multitudine anguſtę redderentur,ſol ne bulis radios ſuos contexerit, ne forte puro lumine reginam ſic ingredientem ciuitatem aſpiceret,ut ſpecies illa non in curru aliquo aut rheda regio more exornata,ſatellitibus plaudẽtibus ueheretur,ſed in loculo triſti operimento contecta, graui miſerandoq; ſpectaculo lacrymarum materiam præbens illis, qui ex omni ciuium & peregrinorũ multitudine coacti non fauſtis acclamationibus,ſed mœſtis lamentationibus aduenientẽ excipiebant.Tunc & aër obſcuritate ſe tanq̃ pullo pallio induens,mœrorem prę ſe tulit.Et nubes,quantũ illis licuit,collacrymarunt, teneris pluuiæ guttis lacrymarum loco funus aſpergentes.An nugę ſunt hæ, & quę commemorentur,indignæ?Siquid enim eiúſmodi contigit in rebus procreatis,quod calamitatem indicaret,id non ab ipſis, ſed ab earum domino factum eſt, qui operibus ſuis ſanctæ fœminæ mortẽ honorabat.pretioſa enim,inquit, in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

Vidi autem ego tunc aliud ſpectaculum illis, quę dicta ſunt,admirabilius.Duplicem pluuiam uidi,alteram ex aëre, alteram ex lacrymis in terram defluentem.Nec minor erat illa,quæ ex oculis,q̃ quæ ex nebulis pro ficiſcebatur.Ex tot enim hominũ milibus,qui conuenerant,nullius erat oculus,qui non lacrymarũ ſtillis humũ irrigaret.Cæterũ haud recte forſitaſſe magiſtri mentem coniecimus,dũ luctuoſa hęc magis amplificamus, quàm oportebat.Nam ipſe forte malebat, ut audientium dolorem curaremus,q̃ amplificaremus.Nos autem contrarium præſtitimus,nõ aliter, ac ſi medicus aliquis uulneratũ curandum ſuſcipiens, non modo negligẽs eſſet, uerum etiam medicamentis corrodentibus uulnus irritans,dolorem adaugeret.Quamobrem uulneri ſermonis oleũ inſtillemus.Eſt enim euãgelicæ curationis molliens oleum aſtringẽti uino commiſcere. Vas igitur olei ſumentes,a ſcriptura uobis oleum infundamus,& quæ dicta ſunt,triſtia in conſolationem conuertamus.

Nullus autem ijs,quæ dicentur abroget fidem, licet noua & mirabilia uideantur. 1 Viuit,fratres,bonum quod quęrimus,uiuit,inquam,nequaquàm obijt.Minus dixi,quàm habet ueritas.Neq; enim modo bonũ hoc uiuit,ſed meliore conditione uiuit,q̃ antea Reginam quęris? in aula regia uitam agit.Oculis eam deſideras intueri? At faciem eius tibi nõ licet aſpicere. Terribilis enim ſtipat illam turba ſatellitũ, qui non ferreis telis, ſed flammeis gladijs ſunt armati,quorum aſpectum mortales oculi ſuſtinere non poſſunt.In regiæ penetralibus habitat. Tunc ipſam intueberis, cum etiam tu e corpore diſceſſeris. Neq; enim aliter in regiæ adita fas eſt aſpirare,niſi carnis uelum depoſueris. Quòd ſi præſtare putas in carne uiuere, nõ es edoctus a diuino Apoſtolo, qui in paradiſum admiſſus arcana myſteria didicit.Quid autem ille de iſta uita loquitur? Ex communi,opinor hominũ ſenſu,infelix ego homo,inquit,quis me liberabit de corpore mortis huius?Cur id dicit? Quoniam diſſolui & eſſe cum Chriſto multo prę ſtantius eſſe affirmat.Quid magnus ille Dauid, qui tã amplo imperio potiebatur,& omnibus,quæ uoluptatem afferunt,copijs abundabat,nonne uitam hanc anguſtam arbitratur? nonne eam carcerem appellat? nonne clamat ad dominũ.Educ,inquiens,de cuſtodia animam meã?Nonne uitę dilatione cruciatur? hei mihi,inquiens, quia incolatus meus prolungatus eſt?an,quod utilius eſt, a minus utili diiudicare neſciebant uiri ſancti,& ic

1 *Tu qui uocas ſanctos emortuos,uide hic an melius uiuant quam ante.*

circo diſceſſum a corpore animo optandum exiſtimabant?

Tu uero dic,quæſo;quid boni cernis in uita. Conſidera quid in ea ſpectetur. Non dico tibi Prophetæ uocem:omnis caro fœnum. Hoc enim exẽplum naturæ noſtræ miſeriam eleuat. Nam melius cum illa forſitan ageretur,ſi fœnum eſſet,quàm illud ipſum,quod eſt. Etenim a natura fœnum nihil habet inſuaue. At caro noſtra fœtoris eſt officina. corrumpit enim quęcunq; recipit. nam uentris ſeruitio ſemper addictũ eſſe,quo ſupplicio non eſt acerbius? Videtis enim perpetuũ hunc exactorem, uentrem dico, qui tributi ſoluendi quotidie neceſsitatẽ affert, cui ſiquando plus pendimus, quàm iuſſum eſt,nihil tamen futurũ debitum imminuimus. Nonne infelicium illorum animaliũ, quæ obtectis oculis in piſtrino molunt,ſimiles ſumus? & in eiſdem ſemper ſatagentes, & ad eadem reuertentes, uitæ molam uerſamus?

Vis ut continuum iſtum tibi laborũ orbem exponam? appetitio,ſatietas,ſomnus,uigilia,exinanitio,repletio. Semper ex illis hęc,& hæc ex illis, & rurſum hęc proueniunt,nec unquàm deſinimus in orbem currere & circunuerti,donec e uitæ piſtrino receſſerimus. Recte Salomon dolium pertuſum,& alienam domũ hanc uitam nominat. Vere aliena eſt,non autem noſtra,ſiquidẽ in manu noſtra non eſt, nec in eã ingredi quando uolumus, nec quandiu uolumus in ea manere:ſed cum & introducimur & expellimur,ignoramus. Dolĳ autem agnoſces ſimilitudinem, ſi inexplebilem cupiditatum ſitim conſiderabis. Cernis,ꝙ auide homines hauriãt honores, imperia,gloriam,& his ſimilia:ſed quod hauſtum eſt, habenti nõ manet, ſed effluit. Etenim cum aſsidue in gloriæ, imperĳ,atq; honoris ſtudium incumbatur,cupiditatis tamẽ doliũ non expletur: Nam quid de auaritia dicam? nonne hæc uere eſt doliũ pertuſum,quod toto fundo perfluit? cui ſi uniuerſum mare infuderis, non tamen implebitur?

Cur igitur doleamus, ꝙ beata illa receſſerit ab his malis? & iſtas corporis ueluti maculas ſordesq́ rejciens animo puro ad uitam migrauerit immortalem:in qua nec fraus uerſatur,nec calumnia fidẽ inuenit,nec adulatio locũ habet,nec mendacium immiſcetur,& libido,& moleſtia,& timor,& audacia,& paupertas, & opulentia,& ſeruitus,& dominatio,& omnis eiuſmodi uitæ inæqualitas quã longiſsime exterminat? Illinc,ut ait, Propheta,dolor,& mœror,& gemitus aufugit. Horũ autem loco quid ibi uiget? omniũ uacuitas moleſtiarum,malorũ omnium liberatio, angelorũ conſuetudo,eorũ,quæ cerni nequeunt,contemplatio,coniunctio cũ Deo, & lętitia ſempiterna. Mœrendumne,inquã,eſt,quòd regina deceſſerit,cum ſciamus,quæ quibus cõmutarit? Terreſtre reliquit regnũ,ſed cœleſte cõſecuta eſt;coronam lapillis ornatã depoſuit,ſed gloriæ coronam accepit. Purpurã exuit,ſed Chriſtũ induit. Hoc uere regium & præclarũ indumẽtum eſt. Hæc noſtra purpura, ut audio,conchilĳ cuiuſdam ſanguine inficitur. At illã cœleſtem Chriſti ſanguis ſplendidam reddit. Vidiſti,quantum ſit diſcrimen indumentorum?

Vis autem cognoſcere illam his eſſe exornatã, euangeliũ lege. Venite, inquit,benedicti patris mei. Hæc iudex ad eos,qui ad dextram. Poſsidete paratũ uobis regnum,a quonã paratũ. Quod uobis ipſi,inquit, 2 operibus parauiſtis. Quonã pacto? Exuriui,ſitiui,hoſpes fui, nudus,infirmus, in carcere,quatenus uni ex his minimis feciſtis mihi feciſtis. Quòd ſi eiuſ

2 *Sancti poſſident cœleſte regnum quod bo*

modi ſtudio regnũ cõparatur, numerate, ſi 3 numero comprehendi poſ-ſunt, quot ab ea ueſtimentis operti ſint, quot magna illa dextera enutriti, quot in carcere concluſi non uiſitati modo, ſed plane liberati. Quod ſi in carcerem coniectum hominem inuiſere regnũ acquirit; liberare multo ma-ius profecto præmiũ meretur, ſi regno maius præmiũ inuenitur. Verũ laus eius his terminis non eſt incluſa. recte factis enim egreditur, quę iuſſa ſunt: quam multi per illã reuixerunt? qui capite damnati per leges, mortisq; la-ta ſententia in uitam ab illa reuocati ſunt? Ante oculos ſunt eorum, quæ dicimus, teſtimonia, uidiſti apud altare deſperatã ſalutem adoleſcens. Vi-diſti mœſta mulier fratris condemnatione: Audiuiſti bona Eccleſiæ prędi-cantem, quomodo reginæ recordatione, triſtis mortis ſententia in uitam conuerſa eſt.

nis operibus ſibi para-uerunt. Quid tu igi-tur Heretice bona ſi-delium opera per ho-minum ora ſic impu-dentem traducis?

3 *Vide hic an ſancta Regina ſola fide cæ-lum meruerit, an & bonorum operum con-gerie.*

Quid autem hæcne ſola cõmemoranda ſunt? At ubi eius ſummiſsionẽ animi collocabimus, quam omni uirtutis officio ſuperiorem ſcriptura di-cit? Hæc cũ magno Imperatore gubernans imperiũ, cui regna omnia pa-rent, cui tot gentes uectigal pendent, terra & mare ex proprijs copijs mu-nera offerunt, nullũ ſuperbiæ ad ſe aditũ patefecit. Semper enim ſe ipſam, non externas opes intuebatur: Quapropter beatitudinis hęres effecta eſt, et temporaria ſummiſsione uerã amplitudinem acquiſiuit. Ali quodne e-tiam charitatis erga maritũ iudicium proferã? oportebat enim omnino, ut corporeo ſeiuncta coniugio diuideret bona, qua ipſis aderant. Quã igi-tur in ea diuiſione rationem adhibuit? Cũ tres liberos ſuſcepiſſent, (hęc e-nim erat præcipua bonorum ſumma) mares patri reliquit, qui forent im-perij firmamenta, propriã autem partem unicã ſibi filiam ſumpſit. Vides quàm beneuole, & amanter in rebus pretioſis ſe geſſerit, maiorem partẽ marito concedens?

Vnum, quod nobis in primis ſuſpiciendũ eſt, addam, & perorabo; O-mnes, qui chriſtiana fide cenſentur, cõmuni conſenſu oderunt idola, quo-rum illa cultum pręcipuo quodã odio ſic proſequebatur, ut arianam per-fidiam idololatriæ affinẽ inſectaretur eos enim nihilominus impios Idola colentibus exiſtimabat, idq; rectiſsime iudicans. Quiſquis enim creaturã adorat, licet id faciat ſub Chriſti nomine, eſt idololatria, quippe qui idolo Chriſti nomen imponit. Quamobrem cũ plane ſciret, nullum eſſe deum nouũ, unam in patre & filio & ſpiritu ſancto compræhenſam diuinitatem adorabat. In hac 4 educata eſt fide, in hac ſpiritũ emiſit, per hanc in pa-rentis fidei Abraham ſinum peruenit, propter paradiſi fontem, cuius ſtilla non uenit ad infideles, ſub umbra ligni uitæ ſati iuxta decurſus aquarum, quibus nos item deus dignos efficiat in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſempiternum. Amen.

4 *Vides quod ea fides tenenda eſt quam pa-tres precedentes ſer-uauerunt, & in qua nati & educati ſu-mus, & non quæ a paucis recens inuenta eſt & ſi gulis menſibus, ne dicamus die-bus mutatur?*

VITA BEATÆ MACRINÆ VIRGINIS SORO-ris D. Gregorij Nyſſæ Pontificis per eundem ſcripta, Pe-tro Franciſco Zino Veronenſe Interprete.

Eſt Epiſtola eius ad Olimpium Monachũ ſcripta.

HOc quidem uoluminis genus ex inſcriptione epiſtola uidetur eſſe, ſed eius longitudo modum epiſtolæ ſuperat, & iuſtam lebri com-plectitur magnitudinem. Me tamen rei, quam ut literis conſignarẽ, imperaſti, defendit argumentum. Eſt enim maius, & uberius, quã ut epi-

ſtolæ terminis concludi poſsit. Omnino conſuetudinis illius oblitus eſſe
1 non debes, cũ ad urbem Antiochi congreſsi ſumus, quo tempore 1 petebas Hieroſolymam, ut monumenta Chriſti peregrinationis, dum in carne eſſet, inuiſeres, eorumq́; ſermonum, quos uarijs de rebus inter uos contulimus. Neq; enim congreſſus ille tacitus eſſe potuit, cũ prudentia tua multiplicem colloquendi occaſionem ſubijceret.

1 Vide quomodo etiam priſcis temporibus fiebant peregrinationes ad Loca ſancta, quas modo rident pſeudo magiſtri.

Inter diſputandũ igitur, ut in eiuſmodi congreſsionibus fit, in mentionẽ probæ cuiuſdam mulieris incidimus. Si tamen ex natura mulier a nobis appellanda eſt, quæ naturæ cõditione præſtantior fuit. Non autẽ ex alieris ſermonibus narrationi fidem faciebat oratio, ſed diligenter ea, quorũ experientia magiſtra fuerat, perſequebatur, & nihil ferealieno auditus teſtimonio confirmabat. Neq; enim uirgo, qua de uerba faciebamus, genere nobis erat peregrina, ut quę admirabilia de illa dicenda erant, per alios cognoſcere nos oporteret, ſed eiſdem orta parentibus, quippe quę tanquã fructus primitiarũ ex materno utero prima pullulauerat. Quoniam igitur bonorũ hiſtoriam eſſe frugiferam, cenſuiſti, ne uitæ illius uirginis, quæ ad humanæ uirtutis faſtigium per ſapientiæ ſtudium peruenit, exemplum poſteros lateat, neue ſine fructu ſilentio tranſeat inuolutum, mihi faciendum exiſtimaui, ut tibi parerẽ, & incompoſita ſimpliciq́; oratione uitam eius quàm breuiſsime poſſem, explicarem.

Macrinæ uirgini nomen erat, ſic a parentibus appellatæ, ꝙ olim inſignis quędam in noſtra familia Macrina fuerat, patris noſtri uidelicet mater, quæ tempore perſecutionum pro Chriſti cõfeſsione pugnauerat. Hoc quidem uulgato nomine a familiaribus uocabatur, ſed arcanum, & recõditum, alterum habebat nomen, quo per uiſum fuerat inſignita prius, q̃ in lucem a matre per dolores ederetur. Nam ipſa quoq; mater ea uirtute erat, ut conſilio Dei ſeſe in omnibus regeret, puramq́;, & integram uiuendi rationem in primis diligeret, adeo, ut non ſponte, ſed inuita quodammodo nupſerit. Etenim quum utroq; parente orbata, in ipſo eſſet ætatis flore, famaq́; pulchritudinis multos, ut eam ſibi uxorem cuperent, incitaret, & periculum eſſet, niſi uolens in matrimonio cuipiam collocaretur, ne per uim aduerſi aliquid ei contingeret. (Nam eius forma capti ad rapinam ſpectabant) ut ſaluti conſuleret, uitæ grauitate ſpectatum cõmendatumq; uirum elegit, primoq́; partu huiuſce facta eſt mater.

Verum cum pariendi tempus inſtaret, ſomno conſopita, manu geſtare ſibi uiſa eſt id, quod adhuc intra uiſcera continebat, & quendam humana ſpecie, & forma auguſtiorem intueri, qui Theclæ nomine filiolam appellauit, Theclæ, inquam, illius inter martyres celeberrimæ. Id autem cũ ter repetens teſtatum reliquiſſet, diſceſsit, ea uero ſtatim ſomno ſoluta eſt, et partu facile leuata, ut & ſomno ſimul excitata ſit, & quod in quiete uiderat, effectum inſpexerit. Arcanum igitur nomen hoc illi fuit. Videtur autem mihi is, qui per quietem apparuerat, eam uocem pronũciaſſe, non tam, ut quo nomine appellanda eſſet, indicaret, quàm ut ſimilitudine nominis idẽ oſtenderet uiuendi ſtudium, & inſtitutum.

Educatur ergo puellula, & quanq; propria illi nutrix aderat, tamen in manibus ferè matris enutriebatur. Cũ autem infantiæ ætatem eſſet, egreſſa, docilem admodum naturam in perdiſcendis puerilibus illis inſtitutis præ ſe tulit. Quicquid enim ei diſcendum parentes iudicabant, in eo puel

læ ingenium excellebat. Studebat autem mater, ut filia quidem erudire-tur, ſed non iſta tamen externa diſciplinarum ſerie, qua plerunque ex poe-tarum lectione primæ diſcentium ætates imbuuntur. Turpe enim & in de corum prorſus exiſtimabat, uel tragicis fœminarum perturbationibus, un de ſcribendi principia, & argumenta poetæ ſumpſerunt, uel comœdiarũ fœditatibus, uel pudendis eorum, qui tot ærumnas ad Ilium pertulerant, factis, tenerũ, et bene formatum aĩmum infici, et minus grauibus de fœmi nis narrationibus quodammodo coinquinari. Proinde quæ ex diuino ſpi-ritu dictata ſcriptura primæ illi ætatulæ faciliora, aptioraq; uidebantur, di ſcenda proponebat. Cum primus autem Sapientiam Solomonis, idq; ex ea potiſsimum, quod ad uitam & mores maxime conducebat. Erat etiã pſalmorũ haudquaq; ignara, præfinitamq; eorũ partem ſtatutis tempori-bus percurrebat. Nam ſiue ſurgeret è lectulo, ſiue ad ſtudia accederet, ſi-ue diſcederet ab eis, ſiue cibum ſumeret, ſiue a menſa recederet, ſiue cubi-tum ſe conferret, ſiue ad præcandum exurgeret, ſemper ut bonam. Seq; nullo tempore deſerentem comitem pſalmorum habebat cantilenam.

Dum his & ſimilibus inſtitutis educatur, manuumq; tractãda lana ex-cellenter exercet, ad duodecimum ætatis annum peruenit. Quo quidem tempore iuuentæ flos mirifice ſplendere cœpit, &, quod admiratione dignum eſt quanuis cœlaretur puellę pulchritudo, latere tamen non po-tuit, Nec in Patria quicquam æque admirabile uidebantur, atque forma, & uenuſtas illius, ut ne pictorũ quidem manus eius decorem aſſequeren-tur, & quæ ars nihil non machinatur, & effingit, maxima quæq; audens, & ipſorum etiam imagines elementorũ imitatione exprimens, ea illius for mæ felicitatem imitari non poſſet. Quamobrem magnum iuuenũ nuptias eius ambientium examen parentes circunſtabat. Pater autem, qui ſane q̃ prudens, & in rebus honeſtis diiudicandis expertus erat, quendam tum genere tum moribus honeſtum probatumq; adoleſcentem reliquis præ-tulit, eiq; ſi ad ætatem perueniſſet, filiam deſpondit. Interim ille magnam de ſe expectationem concitare, in iudicijsq; reos defendendo egregiam dicendi facultatem præ ſe ferre, atque ita patri puellæ tanq; gratum dare ſponſalium munus. Quam tamen præclaram ſpem interrupit inuidia, eũ uitæ in ipſa miſeranda ſurripiens adoleſcentia.

Quę autem a patre ſtatuta fuiſſent, puella non ignorabat, nã adoleſcẽ-tis obitu cognouit conſiliũ patris. Itaque iudiciũ illius connubiũ uocans, tanq; id, qđ pater decreuerat, effectũ eſſet, in relinquũ uitę tẽpus apud ſe manere conſtituit. In ſententiaq; permanſit conſtantius, q̃ ab illa ætate poſtulabatur. Etenim cum ſæpenumero parentum ad eam deferrentur ſer mones, propterea q; multi erant, qui fama pulchritudinis eius adducti, il-lam ſibi cuperent uxorem adiungere, abſurdum, & iniquum eſſe dicebat, ſibi non permitti, ut illud coniugium coleret, quo ſemel a patre deuincta eſſet, ſed ad alterum cogi reſpicere, cum 2 unum natura ſit matrimoniũ, quemadmodum unus ortus, & una mors. Eum uero, cui a parentibus fuiſ ſet deſponſa, non eſſe mortuum contendebat, ſed ſpe reſurrectionis Deo uiuere. Quapropter eum ſe non obiiſſe, ſed peregre profectum eſſe iudica-re, & nefas fore, ſi peregrinanti ſponſo fidem non ſeruaret. Eiuſmodi ra-tionibus repellens eos, qui ſibi perſuadere conabantur, decreuit in eo, quod ſibi propoſuerat, perſtare, ac ne momento quidem temporis a late-

2 *Vnum dicebat natũ ra eſſe matrimoniũ, & ideo noluit ſecun das nuptias contrahe re. Neſcio ſi hoc con ſilium dediſſent ſan*

ctiſsimæ mulieri noui n ſtri temporis m.gi ſtri, qui etiam ſanctis moniales uirgines nu bere nedum hortan ſed etiā cogunt.

re matris unquam diſcedere. Quamobrem ei ſæpe dicebat mater, ſe reliquos liberos in utero tempore quodam præfinito geſsiſſe, illam uero perpetuo in uiſceribus ſuis quodamodo circūferre. Filiæ tamen conuictus, nec labo rem, matri nec damnū afferebat. Quin ēt officioſa eius ſedulitas, multarū ancillarum inſtar erat. Et mutua quędam inter eas uigebat remuneratio. Siquidem altera cuſtodiebat animum filiæ, altera corpori matris inſeruiebat, eique in reliquis officijs omnibus miniſtrabat, ut proprijs etiam manibus matri panem præberet, Quæ tamen illi pręcipua cura non erat. Sed poſteaquam ſacris officijs ſatisfecerat, exiſtimans id ſuo uitæ inſtituto conuenire, ex labore ſuo matri uictum ſubminiſtrabat. Idque non ei ſolum ab ea, ſed tribus præterea principibus præſtabatur, quoniam eius poſſeſsio in tot gentibus diſſeminata erat.

Cum igitur mater uarijs curis diſtringeretur. (Pater enim iam naturæ conceſſerat) in omnibus laboribus matri ſe ſociam præbebat, & ſollicitudinum partem ipſa ſubiens, eam graui moleſtiarum onere leuabat. Simul autem & matris diſciplina uitam ab omni reprehenſione integrā ſeruauit, cum in eius oculis ſemper ageret, eiuſdemque teſtimonio probaretur & ſe uiciſsim ei magnam ad parem philoſophiæ ſcopum exemplo uitæ ſuæ ducem præbuit, paulatim ipſam ad puriorem perfectioremque uitam trahens. Cum autem reliquæ ſorores honeſte collocatæ eſſent a matre, a publicis literarum gymnaſijs, in quibus diu uerſatus fuerat, reuertitur Magnus Baſilius ipſius Macrinæ frater, quem illa ſcientia, & eloquentia uehementer elatum exiſtimans, omneſque deſpicientem dignitates, & faſtu ſuperantem eos, qui in magiſtratu eſſent, tanta celeritate ad idem ſapientiæ ſtudium incitauit, ut mundi poſt habita claritate, deſpectaque eloquentiæ gloria, laborioſum hoc, operoſumque uiuendi genus per paupertatem perfectam amplexus, expeditam ſibi ad uirtutem uiam ſtruxerit. Cæterū illius uitam, ac inſtituta, quibus in omnibus orbis partibus, quæ illuſtrantur a Sole, celebratus gloria ſua ſplendorem omnium uirtute illuſtriū obſcurauit, longam ſcriptionem & multum temporis deſiderant. Quapropter illuc, unde digreſſa eſt noſtra reuertatur oratio.

Cum ipſa a ſe omnem turbulentioris uitæ materiam amputaſſet, perſuaſit matri, ut relicta priſtina uitæ conſuetudine, elatioreque uiuendi modo, quas ante ſubditas, & ancillas ad uſus proprios adhibuerat, ſecū eiuſdē ſortis, atque ordinis eſſe uellet, atque una cū illis uitā cū uirginibus traduceret. Sed narrationis filū uolo parūper intermittere, ne rē, qua ſublimitas uirginis magis declaratur, ſilentio tūā eamus. Ex quatuor fratribus is, qui ſecundū Baſiliū natu maximus erat, Naucratius uocabatur, iuuenis eximijs tū ingenij tū corporis dotibus præditus. Nam & pulchritudine, & robore, & celeritate, & habilitate quadā ad omnia peragenda reliquis pręſtabat Qui cū uigeſimū ſecundū ętatis annū confeciſſet, dicēdoque publice tale ſtudiorum ſuorum ſpecimen dediſſet, ut omne audientiū Theatrū ipſius admiratione cōmoueretur, diuina quadā prouidentia magno mentis impetu ductus, ſpretis omnibus, quę in manibus habebat, ad ſolitariā, & inopē uitā ſe contulit, nihil ſecū pręter ſe ipſum ferens. Secutus eſt eū è domeſticis unus Chryſaphius nomine, qui & illū diligebat, & eodē uitę ſtudio tenebatur. Nactus igitur ſeceſſum quendā propter Iridē. Eſt autē Iris fluuius, qui per mediā Ponti prouinciā labitur, ortus principiū ab ipſa du-

cens Armenia,per regionemq́ noſtrã influit in Pontũ Euxinũ. Apud hũc fluuium nactus adoleſcens locum quẽdam denſis nemoribus conſitum, & collem dorſo præcelſi montis ſuper extenſo reconditũ,in eo procul ab urbanis tumultibus, omnibuſq́ tum militiæ tum iudiciorum perturbationibus,& ſtrepitu conſtitutus uitam agebat,ſeq́ ab illis moleſtijs, quibus humana uita uexatur,liberans,ſenes quoſdam ſimul uiuentes, egeſtate,et morbo laborantes curabat, ſtudiũ & negotium illud putans à ſuo uiuendi inſtituto non abhorrere. Venando igitur,quoniã ad omne genus,uenaticæ induſtriæ ſolertiſsimus erat,uictum ſenibus quæritabat, & his laboribus pariter domabat adoleſcentiam, nec ob id alacri animo maternæ uoluntati parere deſinebat, ſi quid ab ea aliquando mandabatur,duplici ſtudio rectè uitã inſtituens, ut & labore feruorem ætatis extingueret, & obſequendo matri recta uia ad Deũ per diuina mandata contenderet.

Sic igitur philoſophans, & uita ſua matrẽ beatam reddens, quintum annũ exegerat,cum & temperantia pectus inſtrueret, et totis uiribus matris obſequeretur uoluntati,quãdo miseræ,dolis,ut opinor, aduerſarij graue & tragicũ uulnus inflictum eſt, quod calamitate & mœrore totam familiã affecit. Repente enim adoleſcens uitæ ſurripitur,nõ morbo aliquo, aut ſolita ulla ratione, immatura morte ſublatus. Sed cum ad uenationẽ profectus eſſet, qua induſtria ſenio confectis illis uictui ſuppeditabat neceſſaria, mortuus domum reportatur una cum illo ipſo ſocio, & in omni uita coniunctiſsimo Chryſaphio. Procul autem aberat mater trium dierũ itinere ab ea remota calamitate. Quæ licet in omni genere uirtutis perfecta eſſet,tamen cum tam acerbum nuntium a quodam accepiſſet,natura, ut par eſt,ſuperante,collapſa exanimataq́ tantum non ſimul cũ uoce ſpiritum amiſit.Ratio enim doloris magnitudine uicta ſuccubuit.Ipſaq́ uelu ti generoſus quidam athleta,improuiſo uulnere afflicta iacuit. Hic magnę Macrinæ uirtus apparuit. Quęnon ſolum ſe inuictam,atq; erectam ſeruauit, uerum etiam matris imbecillitatem fulſit atq; ſuſtinuit.Nam animũ eius grauiſsimo caſu deiectum excitans, & recreans inuicto robore ſuo, ad fortitudinem,& tolerantiam inſtituit.

Sic igitur tandem mater dolori reſtitit, nec indignum aut effœminatũ quippiam admiſit, ut uel uociferaretur, uel pallium ſcinderet, uel eiularet, uel luctuoſis clamoribus lamẽtationes intenderet. Sed ratione ſenſim impetus naturæ depulit, tum proprijs tum filiæ conſilijs ægritudini medicinam afferentibus. Tunc enim maxime uirginis animus excelſus & ſublimis extitit. Etenim quamuis in ea uim ſuam natura exerceret. Erat enim frater, & fratrum chariſsimus, qui tam acerbo genere mortis extinctus fuerat, tamen natura ſublimior facta rationibus ſuis matrem ſubleuabat, exemploq; ſuo ad patientiam & uirtutem erudiens perficiebat,ut dolore ſuperior exiſteret. Quanq; & eius uita uirtute ſemper excellens, nullum ſinebat eſſe tempus,quo mater propter mœſtitiam potius angeretur,q̃ pręſenti bono gauderet.

Cum igitur iam & nutriendorum liberorum cura, & educationis,atq; collocationis eorum eſſet ſollicitudine liberata,& moleſtię domiſticę maiore ex parte inter ipſos filios diuiſæ forent,author,ut dictum eſt,matri uirgo fuit,ut ad ſapientiæ ſtudium, & puram uiuendi rationem ſe ſe conferret,eamq́ a reliquis omnibus rebus, & priſtina conſuetudine ad propriã

3 humidis abiectæq́; uitæ moderationem adduxit, ut in ea 3 uirginum mul

Ecce & illo tempore Monaſteria uirginū in cōmuni uiuentiū.

titudine eadem cum illis conditione uiueret, unaq́; menſa, ſimili lectulo, pari deniq́;, & æqua rerum omnium, quæ ad uitam pertinent, ratione ute retur, omni ex ipſarum uita dignitatis differentia ſublata. Quamobrem ta lis erat uitæ ordo, tantaq́; in ſapientiæ ſtudio præſtantia, & tam grauis ui uendi diſciplina, ut nulla deſcribi poſsit orationis facultate. Quales enim ſunt animi, qui corporis uinculis ſoluti moleſtijsq́; liberati, ex hoc uitæ carcere auolauerunt, talis erat earum uita, quippe quæ ab omni rerū hu manarum uanitate aliena, ad Angelorum uitæ ſimilitudinem proxime ac cedebat. Non ira, non inuidia, non odium, non ſuſpicio inter eas cernebatur; omnis honoris, gloriæ, & aliarum id genus inanium 4 rerum cupidi

4

Vide in antiquis uirginibus Euangelicā paupertatem, ac rerum omnium & cupiditatum ſpontaneam abdicationem perpetuum die noctuq́; orādi ſtudium, & aſsiduam pſalmorum decantationem.

tas, omnis faſtus, et ſuperbia, & reliqua ſimilia uitia inde reiecta erāt. Deli cias ſuas in temperantia collocabant, gloriam ſuam in eo putabant ſitā, qđ notæ eſſent nemini; diuitias, q nihil poſsiderent, quodq́; terrenas oēs copias tanq̃ puluerē a corporibus ſuis excuſsiſſent. Nullum aūt non inane ſtudiū eſſe ducebāt, qđ in hac uita curanda, colendaq́; poneretur. Sola illic rerū diuinarū uigebat cura, perpetuūq́; precandi ſtudium, & aſsidua pſalmorū decantatio, quæ nullo unq̃ tempore nec die nec nocte intermit tebat. Vt in ea re, & opus ipſarū pariter, & quies conſiſteret. Quęnā igitur humana dicendi uis hanc uiuendi rationem explicare queat? Erat ipſarū uita inter humanam cœleſtemq́; naturam interiecta, utriuſq; particeps, utriq; finitima. Etenim quatenus ab humanis perturbationibus ſe uindica rat, hominis conditione præſtantior erat. Quatenus autem in corpore cer nebatur, & hominis continebatur figura, & ſenſuum inſtrumentis utebatur, angelicæ & corporis experti naturæ cedebat. Auſit forſitan aliquis etiam non inferiorem eſſe contendere. Quandoquidem cum carne uiuentes, ad ſimilitudinem uacantium corpore Poteſtatum, onere corporis nō premebantur, ſed excelſa, & ſublimis erat earum uita, quippe quæ alto erectoq́; animo cum cœleſtibus illis Poteſtatibus uerſabantur. In hoc uiuendi inſtituto non paruo tempore uixerant, Cum aſsiduis inuentorū bonorum acceſsionibus, ſapientiæ ſtudium augentes, ad maiorem animi mū ditiam appropinquarent.

Ad hunc autem tam præclarum ſcopū aſſequendum magno erat adiu mento frater quidam eodem ex utero editus, qui Petrus appellabatur, in quo pariendi dolores finierat mater. Hic.n. ultimus a parētibus ſuſceptus eſt filius, qui ſimul & natus, & orbus fuit. Quo enim tpe ipſe in lucē edebatur, pater è uita deceſsit. Hūc, quæ inter liberos erat natu maxima, qua de inſtituta hæc eſt oratio, paulo poſt eius ortum ab ubere nutricis ſublatum, ipſa ſtatim enutriit, excellentiq́; diſciplina educauit, ſacris inſtitutis a puero ipſum erudiens adeo, ut nihil otij conceſſerit, quo poſſet ſtudijs inanibus uacare. Nam illi ſe & patrem, & magiſtrum, & cuſtodem, & matrem, & ad optima quæq́; conſultricem præbuit, talemq́; reddidit, ut anteq̃ excederet è pueritia, in tenero illo ætatis flore ad excelſum philoſophiæ gradum aſcenderit. ea quidem erat ingenij bonitate, ut ad omnia artium genera, etiam quæ manibus exercentur, perdiſcenda natus eſſe uideretur. Quare nullo duce perfectam eorum peritiam eſt aſſecutus, quæ cæteri multo tempore, & labore diſcunt a præceptoribus. Is ergo ſtudiorum externorum occupationes aſpernatus, & ingenium ad omnes bonas di-

ſciplinas percipiendas aptum habens, ſemperq́ reſpiciens ad ſororē, quā ſibi tanquam totius boni ſcopum propoſuerat, eos ad uirtutem progreſſus fecit, ut in reliqua uita Magno Baſilio uirtutis præſtantia nihilo inferior fore iudicaretur. Tunc autem ſorori & matri erat inſtar omnium, & una cū illis ad angelicam illam uitam contendebat.

Cum autem quodam tempore graui laboraretur inopia & fame, multiq́ fama beneficentiæ excitati, undiq; confluerent ad eum receſſum, quē incolebant, tantum induſtria ſua cibariorum pauperibus ſubminiſtrauit, ut aduentantium frequentia locus ille non ſolitudo uideretur eſſe, ſed Ciuitas. Interim ſenex admodum mater, in utriuſque filiȷ manibus moriens migrauit ad Deum. Cuius, quæ benedictionis uox fuerit illius, qua erga liberos uſa eſt, commemorare non erit alienum. Nam cum de abſentibus ſigillatim amanter mentionem fecit, ut nullus eſſet expers benedictionis, tum pręcipue pręſentes ipſa precibus ſuis obtulit Deo. Etenim cum ei ex utraq; parte lectuli aduerſi aſsiderent, altera manu utrunque tangens hiſce uerbis poſtremis Deum allocuta eſt. Tibi, Domine, & primitias & decumam dico fructuum uteri mei. Primitiarum enim locum hęc mihi obtinet primogenita, decumę uero extremus hic decimus filius. Tibi autem lege utraque debentur, & tua ſunt munera. In hanc igitur primogenitam meam, & hunc decimum ueniat ſanctimonia, oratione perſpicua deſignās filiam, & filium, ita benedictioni ſimul, & uitę finem ſtatuit. Cum prius mandaſſet filiȷs, ut ſe in 5 ſepulchrum paternum inferrent. Id illi, ut iuſsi fuerant, cum pręſtitiſſent, in reliquum tempus ad ſapientię faſtigium ſemper cum anteacta uita pugnantes, & pręterita benefacta poſterioribus ſuperare ſtudentes contendebant.

Interea inſignis inter ſanctos Baſilius, magnæ Cæſareæ declaratus eſt Antiſtes, & 6 myſticis ſacrificiȷs ſuis fratrem conſecrans, ad ſacrā preſbyteriȷ dignitatē prouexit. Atq; hic rurſus eis uitæ curſus ad grauiora ſanctioraq́ dirigebatur, cum ſacerdotiȷ dignitas ſapientiæ ſtudio coniuncta cumularetur. Poſt autem annis octo tranſactis, & nono inchoato, per totum orbem celeberrimus Baſilius ab hominibus ad Deum conceſsit, cōmunem patriæ & eccleſię luctus occaſionem præbens. Hanc calamitatē cum ad Macrinam rumor detuliſſet, animo illa quidem non potuit in tanto detrimento non commoueri. Quē enim ſororē non tangeret dolor, quo ipſi quoq; inimici afficiebantur? Attamen ut aurum diuerſis aiunt fornacibus explorari, ut ſi primam euaſerit, in altera diiudicetur, & rurſum in extrema omnes eius materię commiſtæ ſordes eluantur, exquiſitū autem optimi auri indiciū eſſe, ſi per omnes tranſiens, nihil emittat ſordium, ſic ei contigit, ut uariȷs moleſtiarum caſibus explorata, præſtantis illius animi probitate, nihil uſquā in eā ſordidi, nihil adulterini reperiretur. Ac primo quidē periculum factum fuerat in obitu alterius fratris, deinde in matris funere, quando commune generis decus Baſilius deceſsit. Stetit igitur tā quam inuictus pugil nullo calamitatum impetu labefactata.

Erat poſt hanc iacturam nonus menſis, aut paulo amplius, cū epiſcoporum concilium indictū eſt Antiochię, cui nos item interfuimus. Sed poſteaquā domum, quiſq; ſuam, diſceſsimus, antequā annus præteriret, mihi Gregorio cupiditas incidit; ut ſororem inuiſere, magnum enim interceſſerat temporis interuallum, quo mutuo inter nos conſpectu non potuera-

5 *Ecce quomodo mandat ſe ſepeliri in ſepulchro paterno. Intereſt ergo in uno loco magis quā in alio ſepulturæ tradi.*

6 *Hic tria nota contra modernos Hæreticos. Primū, quod ordines ſacri inter Miſſarum ſolemnia cōferuntur. Secundum, quod ad epiſcopos ſpectat presbyterorū ordinatio, non autem ad magiſtratus de cōſenſu plebis. Tertiumq; non omnes ex equo ſunt externi ſacerdotes, nam ſi hoc eſſet, nequaquā Baſilius fratrem ſuum hic creaſſet presbyterum.*

mus frui,prohibentibus tentationum moleſtijs,quas ab hæreſis principibus patria pulſus,ubiq; ſuſtinueram. Nam dimetienti mihi temporis ſpatium,quod interim fluxerat , dum eiuſmodi perturbationibus congreſſus noſter impeditur,octo plus minus annorũ uidebatur . Cum igitur multũ itineris iam confeciſſem,nec ampliusquã unius diei uia reſtaret, uiſio mihi per quietem manifeſtũ eorum, quæ erant euentura,indiciũ oſtendit. Videbar enim mihi manibus geſtare martyrum reliquias , ex quibus ſplendor elucebat , qualis e leui ſpeculo ſi aduerſo ſoli opponatur , egreditur . quo quidem luminis fulgore oculi mei perſtringebantur. Hoc autẽ uiſum mihi ter occurrit eadem nocte, nec plane,quid portenderet , conijcere poteram,ſollicitus itaq; animo agitabam , obſeruabamq;,ut eius ſignificationem exitu iudicarem .

Cum iam ad ſeceſſum, in quo illa angelicam cœleſtemq; uitam degebat appropinquans , familiariũ quendam interrogaui primũ de fratre, an adeſſet,quo reſpondente, illum quarto iam die diſceſsiſſe cognoſcens , eũ altera nobis uia prodijſſe obuiã, tũ etiam de magna illa percontatus ſum, Cumq; ille reſpondiſſet,eam morbo quodam laborare ; maiore incenſus ſtudio,quod reliquũ erat uiæ feſtinanter arripui. Nam timore etiam quodam perterritus animus futurũ præſagiebat. Sed cum ad locũ accederem conuentus hominũ (fama enim me iam adeſſe fratribus prænuntiauerat) ex locis in quibus habitabant,ad nos confluxit. Nam honoris gratia amicis obuiam procedere conſueuerunt. At uirginũ chorus ad eccleſiam modeſte noſtrũ aduentum expectabat. Verum cum feciſſemus & precandi, & benedicendi finem,atq; illę inclinato prius capite 7 benedictioni,honeſte diſcedentes abijſſent ad loca ſua , nec una quidem earum apud nos relicta eſſet,facile id,quod erat,conieci,non eſſe inter eas ipſarum ducẽ,et præcedente quodam atq; oſtium aperiente,ſacram illam domum, in qua inerat illa magna,ingreſſus ſum. Vehementer autem tum ægrotabat. Neque uero in lecto,aut ſtrato quopiã, ſed humi quieſcebat , ſubiecta ſacco tabula,& altera caput eius ſuſtinente tabula,quæ puluinaris loco inſigni figura collum eius ſubibat,& ceruicem ipſius in ſe decore recipiebat.

7 Vide eſſe antiquum Eccl. morem, ut Epiſcopi alijs benedicãt.

Cum igitur uidiſſet me prope fores eſſe, ſeſe in cubitum erigens,accurrere illa quidem non potuit,nam febri defecerant uires, ſed tamẽ ſolo manus affigens,ſeq;,quantum poterat,ex humili lectulo promouens,honorẽ habuit,quem mihi obuians præſtare non poterat,ſed ego accurrens,manibusq; ſuſcipiens,humi deiectam excitaui,& cubili ſolito reſtitui. Hic illa manibus ad deum ſublatis,gratias,inquit,tibi ago,Domine, Deus,qui & hoc mihi largitus es,nec quod optabat animus meus , ei denegaſti,ſed impuliſti ſeruum tuum,ut me tuam ancillam inuiſeret. Ac ne quam animo moleſtiam aſpergeret,gemitum molliebat,& cœlare difficultatem ſpirãdi conabatur,ſeq; ad hilaritatem omni ratione reuocabat,iucundi ſermonis,& ipſa quærens occaſionẽ, & nobis interrogationibus ſuis materiam præbens. Sed cũ ſeries ipſa ſermonis nos ad mentionem de Baſilio perduxiſſet,mihi quidem cõmotus eſt animus,& prę mœſtitia uultus concidit, & ex oculis lacrymæ defluebant. At illa tantum abfuit,ut eadẽ perturbatione nobiſcũ deijceretur, ut ex Baſilij memoria ſublimioris philoſophiæ materiam arripiens,ea diſputarit, rerũ humanarum cauſas exquirens , & occultam in rebus aduerſis prouidentiã dei dicendo aperiens,& quæ per

tinent ad uitã futuram tanq̃ diuino ſpiritu afflata percurrens, ut animus meus dictis illius excitatus, & eius oratione in cœleſtibus adytis conſtitutus, extra naturam hominis poſitus eſſe uideretur.

Ac quemadmodũ Iob, ut in eius hiſtoria legimus, quamuis totum corpus ulceribus undiq; putreſcentibus ſanie contabeſceret, ſenſum ad dolorem ratiocinando non demittebat, ſed corpore quidem ſentiebat dolorem, animo uero ad propriã actionẽ nihilo factus erat imbecillior, nec ſermonem altioribus de rebus inſtitutum interrumpebat. Sic in magna illa cernebã. Etenim licet febris omne robur ipſius exſiccaſſet, & corpus eius tanquam rore quodã frigefaciens, ad mortem compelleret, mentẽ tamen expeditam, & tanq̃ morbo illæſam in rerũ ſublimiũ contemplatione detinebat. Quòd niſi uererer, ne in immenſum oratio protraheretur, ordine cuncta perſecutus eſſem, quomodo dicẽdo prouecta ſit, ut & de hominis animo diſputaret, rationemq; uitę huius in carne percurreret, & quem ad finem homo, & quomodo mortalis, & qua de cauſa immortalis, & quæ hinc ad alteram uitã reſolutio. Quæ quidem omnia tanquã ui ſpiritus rapta ſapienter, diſtinctæq; declarauit, oratione ipſius facile tanq̃ aqua ex aliquo fonte defluente, & ſine ullo impedimento per pronum delata.

Facto autem dicendi fine, tempus eſt, inquit, pater, ut pauliſper quieſcas, & corpus cures, quippe qui de uia longa feſſus ſis. Ego autem quanuis in eius aſpectu, & ſermone, eam grauibus de rebus uehementer uere quàm conquieſcerẽ, tamen, quoniam ſic ei gratũ erat, ne non in omnibus magiſtræ parerẽ, in hortis proximis gratum quoddam diuerſoriũ inſtructum nactus, ſub arbuſtorũ umbra quieſcebam, ſed nullam ex rebus iucũdis poteram oblectationem percipere cũ animus intus rerum triſtiũ expectatione premeretur. Nam eorũ, quæ per quietem aſpexeram, ænigma ex præſentibus explicari uidebatur. Spectaculũ enim propoſitum uere Martyris ſancti reliquias referebat, quæ peccato quidem mortuę, inhabitante ſpiritus gratia ſplendeſcerent. Et hæc cuidã eorũ, qui ante ſomnium meũ audiuerant, expoſui. Cum autem demiſsiore animo triſtia expectaremus, illa neſcio quomodo cogitationes noſtras conijciens miſit, qui lætiora denuntiaret, iubens nos bono eſſe animo, & meliorẽ de ſe ſpem concipere, ſenſiſſe enim morbũ in melius uerti. Hæc autẽ non ad nos decipiendos dicebantur, ſed ex uero, licet eo tempore nos id ignoraremus. Re uera enim tanq̃ curſor aliquis aduerſario ſuperato, & iam iam ſtudij metam attingens, & ad præmiũ appropinquans, uictoriæq; coronam aſpiciens tanq̃ uoti iã compos effectus ſit, lętatur, ſibiq; & amicis lętum uictoriæ nunciũ affert, ſic illa quoq; affectu meliora de ſe iubebat ſperare. Iam ſupernæ uocationis præmium ſpectans, ac tantum nõ illa apoſtoli uerba de ſe etiam dicens; de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi iuſtus iudex, quandoquidem bonũ certamen certaui, & curſum conſumaui, & fidem ſeruaui.

Ad bonorum igitur nuntiũ recreati ſurreximus, ut ijs præſentibus frueremur. Erant autem hæc uaria, & lætitiæ plenus apparatus. Nam hucuſq; ſtuſtio Magna illa deſcenderat. Verũ cum rurſus in eius conſpectum ueniſſemus, non permiſit inaniter tempus conſumere, ſed a pueritia ſua memoriam eorũ repetens, quæ contigerant, tanquã deſcripto omnia recenſebat, neq; illa prætermittens, quę de parentum noſtrorũ uita recordaba

tur, quæq́ uel ante uel poſt ortum meum euenerant. Narrationi autem is erat propoſitus finis, ut Deo gratias ageret. Ipſorum enim parentũ uitam non tam opibus claram & illuſtrẽ quàm diuina benignitate auctam cumulatamq́ demonſtrabat, cũ propter confeſsionem Chriſti, patris genitores fuiſſent oppugnati, atq́ uexati, Auum autem maternũ indignatio regia ſuſtuliſſet, omniaq́ illius bona alijs dominis diſtribuiſſet, Attamen adeo per fidẽ creuiſſe, ut eo tempore nullus eis clarior extiterit. Rem autẽ familiarem, quamuis pro numero liberorum multiplici ratione fuiſſet diuiſa, tamen eum cumulũ diuina clementia ſuſcepiſſe, ut parentũ opes ſingulorum, filiorum ſors ſuperauerit, ſibi autẽ ex æqua in fratres partitione reliquum feciſſe nihil, ſed omnia manibus ſacerdotis diuino mandato diſpẽſaſſe, & Deo ſuppeditante talem ſibi fuiſſe uitã, ut neq́ tunc iuſta præceptum manibus deſierit laborare, neq́ ad hominẽ unquàm reſpexerit, aut in cuiuſquàm beneficentia honeſto uiuẽdi ſpem collocauerit. Quinetiam ut nunquàm petentes repulerit, ſic dantes nunquã quæſiuiſſe, cum Deus occulta quadam ratione paruos labores ſuos tanquã ſemina ad fructum multiplicem benignitate ſua perduceret. Sed cum proprios ego labores, quos ſuſtinueram, recenſerem, Primum cũ a Valente Imperatore propter fidem fuiſſemus in exilium pulſi. Deinde cum eccleſiarũ perturbatio nos ad certamina, & ſudores euocaret, non deſines, inquit, illa, diuinorum beneficiorum immemor eſſe? ingrati animi uitium non cohibebis? non cõparabis parentum rationibus tuas? Atqui ſi quantum pertinet ad hanc uitã, ea re gloriamur, quòd claro genere nati, & honeſtis orti parẽtibus ſumus, pater quidem illis temporibus et iuuenis eatenus floruit, ut inter ciues, et in iudicijs eius gloria conſiſteret. Poſt autẽ eruditio quidem ipſius ſe longius extulit, fama tamen Pontum non eſt egreſſa. Satis enim illi fuit in patria clarum eſſe. Tu autẽ, inquit, ciuitatibus, populis, nationibus celebris es. Te ad ferendũ auxilium, te ad res conſtituendas eccleſiæ mittunt, & Dei munus non aſpicis? nec talium bonorũ cauſam agnoſcis? Parentum enim preces te ad hoc faſtigium tollunt, nihil aut perexiguum ad eam rem opis habentem domeſticæ.

Hæc illa cum perſequeretur, diem equidem produci longius optabam, ne dulci ſermone aures noſtras deſiſteret oblectare. Sed 8 cantantium
8 uox me ad gratias agendas ueſpertinas uocabat. Quamobrem cũ me ad eccleſiam dimiſiſſet, rurſum Magna illa precibus ad Deũ acceſsit. Ac nox quidem ita tranſacta eſt. Cũ autem diluxiſſet, mihi quidem ex indicijs manifeſtum erat, diem illũ ei huius uitæ terminum fore, cum quicquid in natura uirium inerat, febris conſumpſiſſet. Sed illa cogitationis noſtræ reſpiciens imbecillitatem, præclaris illis ſermonibus effundens quod reliquum erat, afflictæ animę, in ſumma ſpirandi difficultate nos a triſtiore ſpe abducere conabatur. Tum uero animus meus præſenti ſpectaculo uarijs afficiebatur modis. Nam & natura ipſa me, ut par eſt, ad mœſtitiã impellebat, cum non ſperarem amplius me talẽ uocem auditurum, ſed quamprimum communẽ gloriam noſtri generis ex humana uita migraturam putarem, & mens ex ijs, quæ uidebat, erat tanq̃ numine afflata, eamq́ uere ex communi natura exceſsiſſe arbitrabatur. Etenim cum extremũ quidem ſpiritum duceret, in ſpe migrationis nihil noui ſentire, neq́ timere in ipſo uitæ exitu, ſed animo excelſo de hac uita iudicantem, quoad animã ageret, philoſophari,

Ecce cantatio horarũ ueſpertinarum in Eccleſia antiquitus.

loſophari,mihi non hominis amplius uidebatur,ſed cuiuſdã angeli,qui diuina prouidentia formam ſubijſſet humanam,nec ulla cognatione,aut neceſsitudine cum hac uita mortali coniunctus eſſet, atqȝ ita nihil indecorũ admittens, ſine perturbatione permaneret, carne ad proprias affectiones non attrahente. Itaqȝ mihi uidebatur diuinum illum, & purũ ſponſi cœleſtis amorem,quem in animi arcanis abſconditũ aluerat, tuncqȝ,qui aderant,oſtendere,et cordis affectionem indicare,ad eũ,quem deſiderabat feſtinans,ut corporis uinculis liberata, celeriter illũ conueniret. Vere enim ad uirtutem curſum intendebat, cum nihil eorũ, quæ iucunda ſunt in hac uita,oculos eius ad ſe conuerteret.

Iam maxima diei pars prӕterierat,& ſol ad occaſum appropinquabat. At illa mentis alacritatem non remittebat, ſed quo magis ad exitum appropinquabat,eo clarius ſponſi intuens pulchritudinẽ, maiore feſtinatione ad amatum contendebat,non amplius nos præſentes, ſed illum ipſum alloquens,quem defixis oculis contemplabatur. Nam lectulus eius ad orientem uergebat. Deſinens igitur nobiſcum loqui precibus deinceps loquebatur cũ Deo,manibus ſupplicans, & tenui uocẽ ita ſubmurmurans, ut quæ dicebantur, mediocriter a nobis exaudirentur. Talis autem erat precatio,ut dubium non eſſet,quin funderetur ad Deum, & ab illa Deus audiretur.

Tu,inquibat,Domine,mortis metum nobis abſterſiſti. Tu effeciſti ut huiuſce uitæ finis,ueræ nobis eſſet principium uitæ. Tu noſtra corpora ad tempus ſomno tradis, rurſumqȝ e ſomno ſuſcitas extrema tuba. Tu terram noſtram, quam manibus formaſti, tanquam depoſitum terræ committis,& quod ei dederas,rurſum repetis,quod in nobis mortale,atqȝ deforme eſt,immortalitate & gratia decorans. Tu nos ab execratione peccatoqȝ liberaſti,utrunqȝ pro nobis effectus. Tu draconis capita colliſiſti, qui per uoraginem contumaciæ faucibus hominem corripuerat. Tu portis tartari confractis, & debilitato,qui mortis habebat imperium, nobis ad reſurrectionem aditum patefeciſti. Tu ad hoſtis perniciem,& uitæ noſtrӕ ſecuritatem dediſti ſignum metuentibus te, notam ſanctæ crucis. Eterne Deus,cui addicta ſum ex utero matris,quem ex totis uiribus dilexit animus meus, cui & carnem & animum ab adoleſentia mea ad hoc uſqȝ tempus conſecraui. Tu mihi adhibe angelum lucis, qui me ducat ad locum refrigerij,ubi quietis eſt aqua,in ſinus ſanctorum patrum. Tu qui flammeum fregiſti gladium, & paradiſo reddidiſti hominem, qui tecum cruci ſuffixus erat, & ad miſericordiam cõfugerat tuam,memento etiam mei in regno tuo. Siquidem & ego crucifixa ſum tecum,configens timore tuo carnes meas, & ab iudicijs tuis metuens. Ne ſeperet me chaos illud formidandum ab electis tuis. Ne impediat inuidus iter meum. Ne reperiantur ante oculos tuos peccata mea,ſi propter naturæ infirmitatem collapſa,aut uerbo,aut opere,aut cogitatione peccaui, condona id mihi tu, qui habes in terra dimittendi peccata poteſtatem,ut refrigerer, & in corporis ſpoliatione antè conſpectum tuum inueniar non habens maculã in forma animi mei. Sed ſine reprehẽſione, & labe ſuſcipiatur animus meus in manibus tuis tanquam incenſum in conſpectu tuo. Hæc dicens,oculis, & ori,& cordi crucis ſignum appoſuit. Lingua uerò paulatim febri penitus exiccata,uerba amplius non exprimebat,& uox implicabatur. Qua-

re ſola labiorum dilatatione, & manuum motu, eam precationi incumbere cognoſcebamus.

Cum interim ueſper aduenisſet, & lumẽ illatum eſſet, illa oculorum orbem explicans, & ad ſplendorem reſpiciens, ad ueſpertinam gratiarum actionum pronuntiandam promptum animum præ ſe ferebat, ſed uoce deficiente, corde & manuum motione propoſito ſatisfaciebat, & ad interiorem affectionem labra commouebat. Abſoluta autẽ gratiarũ actione manum ad faciem ſignandam admouit, & uoti finem adeſſe declarauit, & magnum quendam, ac profundum ſpiritum ducens, precationem ſimul, & uitam terminauit. Cum igitur nec ſpiraret amplius, & iaceret immobilis, ego memor eorum, quæ in ipſo primo congreſſũ mihi mandauerat, dicens, ſe uelle, ut manus mea ſibi oculos clauderet, & ſolitum ori ſuo præſtaret officium; ſancto uultui dolore languentem manum adhibui, ne mandatum eius negligere uiderer potius, quam quòd eiuſmodi officiũ oculis eius eſſet neceſſarium, quippe qui quemadmodum fit in ſomno naturali, palpebris decorè contecti erant. Et labra itidem clauſa, manusqꝫ uenuſtè pectori cohętentes. Totus deniqꝫ corporis ſitus ea dignitate compoſitus, ut ornantium manu non indigeret.

Meus autem animus dupliciter angebatur, tum ob ea, quæ cernebam, tum ob luctuoſas uirginum uoces, quibus aures meæ circumſonabant. Hactenus enim illę quieſcentes ſe fortiter geſſerant, animoqꝫ dolorem incluſum continentes, fletus impetum compreſſerant, obſeruantes eam, uerentesqꝫ, quanuis corpus eius iam conticeſceret, ne increparentur, aut ſi qua uox contra præſcriptum erumperet, ne magiſtra ex ea re moleſtiam caperet. Vbi uerò ſilentio dolor non potuit amplius coerceri, non aliter, quam ſi uictos earum animos quidam ignis exureret, ſtatim in acerbum, & incredibilem luctum proruperunt, Adeò, ut ratio mihi non conſiſteret amplius in propoſito, ſed tanquam alicuius obruta torrentis impetu cederet perturbationi, ſeqꝫ totam lamentationibus daret Aequam autem, ac iuſtam mihi dolendi, lugendiqꝫ cauſam habere uirgines uidebantur, Non enim ſe conſuetudine, aut gubernatione quapiam humana, aut alĳs eiuſmodi rebus, quas in calamitatibus ſuis homines grauiter ferunt, orbatas dolebant, ſed tanquam ab ipſa in Deum ſpe, & animorum ſalute ſe ũ-ctæ eſſent plorabant. Hæc in lamentationibus ſuis conquerebantur, dicentes; extinctum eſt lumen oculorum noſtrorum, erepta eſt lux, quæ animis noſtris in itinere præcedebat, diſiectum eſt uitæ noſtræ præſidium, ſublatum ſpecimen integritatis Abſciſſum concordiæ uinculum. Contritum imbecillium firmamentũ. Te duce nox erat nobis diei loco uitæ tuę ſplendore illuſtrata. Iam uerò uel dies in tenebras conuertetur. Grauius autem præter cęteras luctum intendebant, quæ matrem ipſam, & nutricem appellabant. Erant autem illæ, quas penuriæ famisqꝫ tempore in alimentorum largitione proiectas in uĳs ſuſtulerat, aluerat qꝫ & ad caſtã atqꝫ incorruptam uiuendi rationem informauerat.

Verùm poſteaquam animum tanquam ex profundo quodam angore collegi, in ſacrum illud caput intendens aciem oculorum, quaſi reprehenſus ab ea propter inconditũ illum tumultuantium ſtrepitum, magna uoce clamans ad hanc, inquam, reſpicite, uirgines, & præceptorũ eius recordamini, quibus ab ea ad omne decus, & honeſtatem eſtis inſtitutæ. Diui-

nus ille animus unum nobis lacrymarũ tempus præſcripſit,id fieri iubēs, cum uacaretis precationi,quod nunc etiam poteſtis efficere,lamentationis clamorem pia pſalmorum decãtatione commutantes.Hęc quam maxime poteram clara uoce dicebam, ut ſuperarem ſtrepitum conquerentium.Deinde cohortatus ſum eas,ut in proximam domum ſecederent,relictis dumtaxat,aliquibus,quarum opera libentius illa dũ uiueret,utebatͬ.

In earum erat numero quædam fœmina nobiliſsima,diuitijs,& genere, & corporis forma,atq; alijs nominibus illuſtris, in ipſa adoleſcentia conſtituta. Hæc uiro cuidam honeſtiſsimo in matrimonio collocata fuerat, ſed breui tempore cum illo uixerat. Quare coniugio liberata, uiduitatis ſuæ cuſtodem, & magiſtram Magnam Macrinam elegerat, & cum uirginibus plurimum uerſabatur,ut ab eis rectam, & ex uirtute uiuendi rationem ediſceret. Veſtiana illi erat nomen,Pater Araxius uocabatur, unus è numero ſenatorum ſummi conſilij. Ad hanc ego, Nunc quidem, inquam, inuidioſum non erit,ſi defunctæ ſplendidiorem adiecerimus ornatum, & puram illam immaculatamq́; carnem clarioribus ueſtimẽtis induerimus. At illa intelligere,reſpondit,oportere, quidnam illi ſanctæ in hoc genere probatum foret. Nihil enim à nobis geri fas eſſe contra uoluntatem ipſius.Omnino autem quod Deo gratum acceptumq́; eſſet, idem ei iucundum futurum.

Erat quædam præfecta uirginũ choro in miniſterij gradu nomine Lãpadia,quæ ſententiam eius de funerum pompis ſe planè ſcire dicebat.Hęc à me his de rebus interrogata,forte enim intererat conſultationi, cum lacrymis reſpondens,integrè & pure uiuendo,inquit, ſancta ſibi ornamentum parauit,quod & uitam ipſius decoraret & ſepulturã. Nam quod ad corporis ornatum ſpectat,nec dum uiueret accepit, nec in hunc uſum reſeruauit. Quare ne ſi uelimus quidē amplius,licet, cũ ad hanc rem non ſuſpetat apparatus. Nihil ne inquam reconditũ eſt, quo iuſta & exequiæ poſsint adornari? Quid,inquit illa reconditũ narras? Quicquid reconditi eſt,in manibus habes,ecce palliũ,ecce capitis tegmen, & trita pedum calceamenta.Hæ ſunt opes,hæc ſupellex. Nihil præter id,quod cernis,in arculis aut thalamis conditum latet. Vnam diuitiarum ſuarũ cellam nouerat,theſaurum cęleſtem,illic omnia collocauit,nihil reliquit in terra. Tum ego,quid,inquam,ſi ad funus ornandum ex ijs, quæ mihi parata ſunt, aliquid proferam,num inconſultè factum exiſtimabit? Id præter ſententiam eius futurum,ſe non arbitrari,reſpondit. Nam & ſi,inquit,uiueret, duabus de cauſis non repudiaret honorem tuum,uel propter ſacerdotij dignitatē, quam ſemper uenerata eſt,uel propter naturæ neceſsitudinem,neq; enim alienum duceret id,quod à fratre eſſet. Iccircò manibus etiam tuis corpus ut curaretur, mandauit.

Cum igitur ita uiſum eſſet, & ſacrum illud corpus tegi ueſtibus oporteret,ſtudium inter nos diuidentes circa ipſam,alius aliud cogitabamus. Et ego quidem iuſsi cuidã ex meis, ut ueſtem afferret. Illa uero qua de mentionē fecimus,Veſtiana proprijs manibus ornans ſanctum illud caput,cũ eius ceruici manũ ſubmiſiſſet,ecce,inquit,ad me reſpiciens, quale è collo ſanctæ monilis ornamentum pendet. Et hæc dicens ſolutis ponè uinculis, prætendit manu ferreum crucis ſignũ,& annulum quendã,ex eadem materia. Quæ quidē utraque cordi ſemper adhærebant. Et ego communis,

inquã, ſit hæc poſſeſsio. Ac tu quidem habeas crucis inſigne. Mihi autem hæreditas annuli ſatis erit, ſiquidem in huius etiam pala crux erat impreſſa. At eum mulier intuens rurſus ad me, in deligendo, inquit, non aberraſti. Etenim excauatus eſt annulus ſub ipſa pala, ibiq́ de ligno uitæ particulam conditam habet, quod ſuper adiacens pala ſimili nota ſignificat.

Cæterum cum tempus poſceret, ut caſtũ corpus ueſte tegeretur, quod quidem officiũ ex Magnæ mandato ad me pertinebat neceſſario, cumq́ præſens eſſet, ac ſimul contrectaret ea, quæ mecum magnæ illius hæreditatis particeps fuerat, ne prætermiſeris, inquit, intueri rei admirandæ ab hac ſancta perfectæ magnitudinem. Quid nam iſtuc eſt, inquam? At illa pectoris partem denudans, uides hoc, inquit, tenue & obſcurum ſub collo ſignum? (Videbatur autem puncto ſimile tenui acu confecto) ſimulq́ lucernam propius admouit ad locum mihi demoſtratum. Quidnam, inquã, admirandum, ſi tenue ſignum in hac parte eſt? & hoc, inquit diuini auxilij in Magnam Macrinam monumentum in eius corpore relictum eſt. Etenim cum acerbe intumuiſſet, olim hæc pars, & periculum eſſet, ne tumor ſecandus eſſet, aut ne latius ſerpens malum fieret immedicabile, ſi ad loca cordis appropinquaſſet, rogauit ſæpius, & obſecrauit mater, ut medici manum admitteret, & eam nanq; artem à Deo pro ſalute hominũ oſtẽſam eſſe. Illa uerò cùm aliquam corporis partẽ alienis oculis aperire morbo ipſo grauius iudicaret, ad ueſperam, cum ſolitam matri proprijs manibus nauaſſet operam, in ſacellum ſanctiſsimum ingreſſa totam noctem 9

9 *Habes hoc in loco orationem cũ proſtratione & lachrymis, ac mirabilem exauditionem.*

proſtrata curationum Deo ſupplicauit, et, quæ ex oculis defluebat, aquã cum terra commiſcens, lacrymarum lutum morbo medicamentum adhibuit. Matri autem exanimatæ hortantiq́ ut medico uteretſibi ad expellendum morbum ſatis eſſe reſpondit, ſi manu ſua mater ipſa locum ſancto ſigno muniret. Quum igitur mater in ſinum eius manum intuliſſet, ut eam partem ſignaret, ſignum quidem egit, morbus autem abijt. Sed hæc parua nota loco horribilis tumoris apparuit, & ad finem uſq; permanſit, ut eſſet, quemadmodum arbitror, diuinæ opis indicium, quo ad agẽdas gratias Deo continenter moueretur.

Poſteaquam ſtudio noſtro finem impoſuimus, & ex domeſticis copijs corpus exornauimus, non decere, dixit miniſtra illa, corpus ad ſponſæ ſimilitudinem ornatum ante uirginum oculos poni. Sed eſt, inquit, mihi ex ueſtræ matris ueſtimentis nigrum pallium, quod recte, ut ego quidẽ ſentio, poterit ſuperinijci, ne externo, & aduentitio iſto ueſtitus ornatu, ſacra hæc pulchritudo illuſtretur. Quæ ſententia cum ualuiſſet, & pallium adiectum eſſet, ipſa tamen in amictu pullo diuina, ut arbitror, potentia, & hanc corpori addente gratiam, ita ſplendebat, ut quemadmodum in quiete uiſum oſtenderat, radij quidam ex eius pulchritudine plane elucere uiderentur.

Interim dum hæc agebamus, & uirginum cantu lamentationibus com miſto reſonabat locus, fama neſcio quomodo undiq; diffuſa, omnes finitimi ad funus confluxerunt, adeò, ut concurrentes ueſtibulũ non caperet.

10 *Vigiliæ et pſalmodiæ in martyrum celebritate etiam antiquitus agebantur.*

Cum igitur 10 nocturna peruigilatio, ut in Martyrũ celebritate, canendis pſalmis perfecta eſſet, & crepuſculum aduenisſet, confluentium uicinis è locis omnibus uirorum, & mulierum multitudo pſalmorũ decantationẽ fletibus interpellabat. Ego autẽ quanuis propter calamitatẽ animo eſſem

conſternatus,tamen ex rebus præſentibus quoad fieri potuit,operā dedi, ut nihil in tali funere deſideraretur.Itaq; confluentē populum in genera diſtribuens,mulierumq; multitudinē admiſcēs uirginū choro, uirorū autem turbam adſcribens monachorum cætui, unum quendam ex utriſq; ſtudijs aptum concinnumq; tanquam in 11 pſalmos canentiū congreſſu ex cōmuni omniū concentu,apte coniunctum ordinem conſtituere. Verum cū paulatim progrederetur dies,& locus præ confluentiū multitudine anguſtus redderetur,ſurgens qui ei regioni præfectus erat Epiſcopus, Araxius nomine(aderat enim eum uniuerſa multitudine ſacerdotum)præcepit, ut ſenſim præcederet tabernaculū. Nam & ſatis longum uiæ interuallum intercedebat,& multitudo alioquin ab motum incitatiorem impedimentū attuliſſet.Deinde omnes,quos in munere ſuo obeūdo miniſtros habebat, & adiutores,ut ſua præſentia corpus decorarent,cohortatus eſt.

11 *Vide hic Hæreticæ, antiquam Ecc. morē ſepeliendi fideliū corpora, nempe cum ſacerdotibus et clericis, cum pſalmodia, cum accenſis cereis cum honeſta funeris & exequiarum pompa. Quæ quidem conſuetudo cū apud ueſtros non ſeruetur, merito iudicatis uos de Ecc. corpore non eſſe.*

Cum autem hæc ita conſtituta ſtudioſè gererentur, ego feretrū ſubiēs, illum aduocaui,ut alterā partem ſuſtineret,poſteriores uerò feretri partes ſubierunt alij duo de clero inſignes uiri. Senſim igitur procedebatur, cū et qui præibant pedetentim incederent, & nos item gradatim ſequeremur. Etenim cum frequens populus feretrum circumſtaret, nec tam mirabili, & ſacro ſpectaculo poſſet expleri, non erat facile nobis iter facere. Ex utraque autem parte præcedebat non exiguus diaconorū miniſtrorumq; numerus, qui omnes ordine progredientes,accenſos cereos manibus geſtabant.Quæ quidem pompa non carebat myſterio, cū à principio ad finem uſq; decantatio pſalmorū eadem uoce,tripliciq; canentium ordine, ſicut ille trium puerorum cantus,abſoluetur. Portò cum inter receſſum & ſanctorum Martyrum ædem,in qua parentū etiam corpora quieſcebant, ſeptem octóue intercederent ſtadia, totum prope diem in eo ſpatio conficiendo conſumpſimus,congredientium enim multitudo,quæ aſsidue magis augebatur,non ſinebat nós ex ſententia progredi. Sed ubi intra fores templi conſtitimus,primum depoſito feretro nos ad precationem conuertimus.Quæ quidem precatio populo luctus materiam præbuit. Silentio enim pſalmis canendis impoſito,cum ſacram illam faciem uirgines aſpexiſſent,& parentum iam eſſet patefactus tumulus,in quem illa decreueramus inferre, unaq; earum, nos poſt eam horam diuinum illud caput non amplius inſpecturos,perturbatius exclamante,& reliquis deinceps uirginibus eadem uociferatione ſubſequentibus, incondita quædam confuſio rectè conſtitutum,& ſacrum illum pſalmorum cantum eſt conſecuta. Nā uirginum luctu fracti omnium animi commouebantur. Itaq; nobis nutu ſilentium imperantibus, & præcone præeunte, & ſolitas eccleſiæ uoces inclamante uix tandem populus ſe ad precandum compoſuit.

Cæterum conuenienter facto precandi fine, me timor quidam inuaſit, conſiderantem præceptum illud,quo prohibemur patris, aut matris turpitudinem aperire Et quomodo,inquam,hoc ego iudicium effugiam,ſi in parentum corporibus uidero communem humanæ naturæ turpitudinē, cum uerīſimile ſit,ea collapſa diſſolutaq; ad turpem & inconditam peruenīſſe deformitatem? Hæc autem mihi cogitanti formidinem auxit indignatio Noe,cuius hiſtoria me,qd facto eſſet opus,admonuit.Priuſquā igitur corpora noſtris oculis eſſent expoſita,pūta ſindone operta ſunt. Nam cum operculum eſſet ſublatum,ex utraq; parte ſumma linteum iniectum

eſt,quo linteo contectis parentum corporibus, ego, & regionis epiſcopus ille,cuius mentionem feci,ſacrum illud corpus e feretro tollẽtes, iuxta matrem appoſuimus,atq; ita uotum utriuſq; compleuimus. Vno enim cõſenſu ſemper orauerant Deum,ut corporibus poſt mortem copularentur, ut quæ inter ipſas fuerat in uita coniunctio, ne in ipſa quidem morte diſſolueretur.

Cum autem iuſtis legitime peractis recedendum eſſet, proſtratus ad tumulum,& puluerem oſculatus triſtis & lacrymans diſcedebam, cogitãs quãto bono uita eſſet orbata,cum mihi in ipſo itinere uir quidam illuſtris in re militari,qui in ciuitate Ponti,cui nomen Auguſtæ,dux exercitus erat, audita calamitate,atq; ægre ferens,eum ſubditis humaniter obuiam proceſsit.Erat enim mihi,& ſanguinis,& amicitiæ neceſsitudine coniunctus. Hic mihi de ipſa miraculum narrauit, quod unum adiungẽs hiſtoriæ faciã ſcribendi finem. Etenim cum lacrymis modum adhibentes colloqui cœpiſſemus,ille ad me,audi,inquit,quale quantumq; bonum migrauit e uita atq; ita ſermonem exorſus eſt.

Magna mihi,uxoriq; meæ quondam cupiditas incidit uidendi uirtutis gymnaſium. Sic enim,inquit,locum illum,in quo beatus ille animus degebat,appellandum arbitror. Nobiſcum autem erat filiola,cuius oculum ex peſtilenti morbo calamitas occuparat,adeo, ut obducta tunica circa pupillam,contractoq; albore,fœdum eſſet miſerandumq; ſpectaculum. Diuinam igitur illam domum ingreſsi,ita ſeparati ſumus in eo ſapientiæ uacantium loco,ut ego quidem diuerterem,ubi habitabant uiri,quibus præerat Petrus frater tuus,illa autem intus,ubi erãt uirgines,cum ſancta Macrina uerſaretur. Hic cum aliquantulum eſſemus commorati, tempus eſſe duximus,ut diſcederemus, Iamq; diſceſſum adornabamus, cum utrinque nobis humana quædam uiſi llata eſt. Nam & frater tuus mihi iubebat, ut manerem,& ſtudioſorum menſæ particeps fierem,& beata illa nõ dimittebat uxorem meam, ſed filiolam in ſinu gerens,nõ prius illam ſe redditu ram aiebat, quam menſam apparaſſet, & nos philoſophiæ diuitijs accepiſſet. Puellulam autẽ exoſculans,& admouens os oculis eius, ubi pupillam affectã uidit,ſi hoc mihi,inquit, conceſſeritis,ut apud nos eſſe uelitis, gratiam uobis tali honore non indignam referam. Ecquam,inquit puellulæ mater?eſt mihi,reſpondit Magna,medicamentum ad curandum hunc oculum appoſitum. Quæ quidem promiſsio cum mihi à quodam ex uirginum conclaui. Nuntiata eſſet,libenter manſimus, poſthabita, quæ nos urgebat,proficiſcendi neceſsitate.

Cum igitur conuiuium,quod Petrus humanitate,& gratia ſua condiuerat,haberet finem,uxorq; nobis a ſancta Macrina omni conuenienti iucũditate recreata remiſſa eſſet,lætitia,& gaudio pleni nos in uiam dedimus. Et quæ utriq; noſtrum contigerant,inter eundũ narrabamus,ego quidem quæcunq; in uirorũ conclaui,uel uideram,uel audiueram, recenſebam. Et illa uiciſsim tanquã ex hiſtoria ſingula repetens, nihil omnino quantũuis paruum omittendũ exiſtimabat. Itaq; cũ non aliter,quàm ex ſcripto tanquàm in altera lance appendens, ordine cuncta percurreret, iamq; ad eã perueniſſet partem,quæ curationis oculi promiſsionẽ continebat,narrationem intermittens,quidnã,inquit,egimus? quomodo neglecimus promiſſum ipſius?collyrium inquam, illud,quod nobis promiſerat. Cumq;

ego item negligentiā incuſarem,iuberemq́; ut celeriter aliquis ad illud po ſcendum,excurreret,infans interim, quæ in manibus nutricis erat, matrē reſpicit,etiam mater ad eius oculos aciem intendens,negligentiæ,inquit, noſtræ deſinas ſuccenſere.Ecce tibi bona fide ſolutum,quod illa promiſe rat. Veram enim morborū medicinam quæ precibus fit, nobis exhibuit, cuius ea uis fuit,ut ne ueſtigium quidem morbi in oculo relictum ſit,adeo diuino illo medicamento plane curatus eſt. Atq; ita loquens filiolam ſuſcipiens,mihi in manus tradidit. Tunc ego miracula,quæ in euāgelio narrantur incredibilia,cogitatione complectens, quid mirū,inquam,e manu Dei cæcos uidendi poteſtatem accepiſſe, quando nunc eius ancilla per fidem in ipſum præſtat illas curationes? opus enim cernimus haud multo miraculis illis inferius. Hæc ille mihi dum narrat, ſingultus uocem eius intercepit,& ſubſecuta eſt copia lacrymarum. Atq; hæc quidem a milite.

Quæ autē ab illis,qui ſimul cū ea uixerunt,quiq́; omnem illius uitā plane perſpectam,& cognitā habebant acceperim, huic narrationi attexenda non cenſeo. Pleriq; enim pro eo, quantū ipſi poſſunt efficere, credunt ea,quæ dicuntur. Quæ uero audientis ſuperant uires,tanquā a ueritate remota mendacij ſuſpicionibus inſectantur. Proinde mirandā illam in penuria,& fame agriculturā prætermitto. Quomodo in pauperum uſus proiectum frumentū,nec dum diſtribueretur,nec poſt,imminutū ſit,ſed eadem menſura numeroq́; permanſerit,aliaq́; his longe magis admiranda,morborū curationes,expulſiones dæmonum,& ueras futurorū prædictiones, quæ quidē omnia ijs,qui diligenter explorarunt,uera eſſe conſtat,licet fidem ſuperare uideantur,nec fieri potuiſſe iudicentur ab ijs, qui carni magis addicti ſunt,qui neſciunt proportione fidei munerum fieri diſtributionem,& parua quidē dari habentibus paruam fidem, magna autē illis,qui ingenti fide præditi ſunt. Quamobrē ne offendantur,qui ad credendū diuinis muneribus ſunt imbecilliores,ſublimiora illius miracula ſilentio præterimus,ſatis eſſe exiſtimātes,ijs quę dicta ſunt eius hiſtoriā concluſiſſe &c.

VITA SANCTI EPHREM SYRI PER D. Gregorium Nyſſæ Pontificem Magni Baſilij fratrem ſcripta, Petro Franciſco Zino Veronenſe Interprete.

Habetur inter eius opera græce ſcripta, & nouiſsime Latina reddita eſt.

ARcana diuinis in Euāgelijs lucernæ ſimilitudo me ad propoſitum dicendi argumentum adhortatur, & linguam ſilentij freno inſeruientem ſoluit, cogitationumq́; uias tanq; ſpatioſos campos exæquat & parat, atque orationis currum ad iter arripiendum expeditum ac promptum reddit, clara uoce hiſce quodammodo uerbis exclamans: Nō accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, & lucet omnibus, qui in domo ſunt. Quid autem ex his intelligatur, adiungit, dicēs: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona. Nónne igitur accuſandi erimus, ſi præ ignauia ſilētio inuoluerimus id, in quo celebrando ingentes animos ſumere Dominus imperauit? Etenim cum huius diuini Patris uitam ueluti præclaram ac Sole ſplendidiorem facem accenderit, nobiſq́; declarandam propoſuerit, non uult, ut eā taciti prætereuntes ſubter modium abſcondamus, ſed in ſublimi Eccleſiæ uertice collocemus, ut omnibus, qui in hac orbis terrarum domo uerſan-

tur, eluceat, quiq; ob illam uiderint, cœleſtem patrem collaudent.

Quocirca paternum illius uinculum haud ita metuendum eſt, ut Domini præceptum contemnatur. Quin etiam laudationis initium inde ſumendũ fuit, licet nos in extremam orationis partem id reiecerimus. Res enim recte conſideranti illud haud plane uinculum uideatur, quod humanam gloriam aſpernantem prohibeat laudibus exornare, aut certe uinculũ ad ſoluendũ facile, & obligatio eiuſmodi, quæ ad id potius efficiendũ amantes impellat. Etenim ex quibus ille laudes ſe uitaturum exiſtimauit, interdicti uinculo conatus noſtros euertens, ea nobis laudandi præbent occaſionem. Nam cum ſingulæ ipſius præclaræ animi dotes materiam ad laudandum exhibeant, tum illud in primis, quod laudibus non oblectatur. Volebat enim nõ uideri, ſed eſſe bonus. Ex qua quidem uel unica re, etiã ſi nihil aliud laude dignũ effeciſſet, collaudandus eſſet. Adeo.n. ſe laudibus delectari dicebat, ut eo uinculo uituperationẽ ex illis proficiſcentẽ obſignare uoluerit & euitare. Hoc aũt primum orationi noſtræ ſtadiũ pandit, et perſpicue demonſtrat metam, ad quam dirigamus curſum, ne temere progrediamur, neue feramur præcipites, ſed per uiam regiam incedamus, conſiderantes admirabilem Dei uirum, non fuiſſe prohibiturum, ne laudaretur niſi ſe laudibus dignum conſpexiſſet. Nullus enim niſi admodum inſignis & admirandus, cum adhuc uiuens maximis uirtutibus excellat, memoriam ſui obliuionis poculo obliterare poſteros iubeat. Ac quemadmodũ Paulus gratiæ prædicator, auſpex Eccleſiæ, os Chriſti, quamuis dixerit: non ſum dignus uocari Apoſtolus, non tamen propterea effecit, quominus Apoſtolus uocaretur: Quinetiam quanto ſummiſsius de ſe ipſe ſenſit, tanto maiorem gloriam eſt aſſecutus. Sic Magnus noſter hic pater, quoniam ſe ipſum caute laudibus indignũ iudicauit, iccirco deinceps dignus laudibus deprehendetur.

Cum igitur is noſtræ ſit Eccleſiæ mos & inſtitutum, ut uirtutis ſtudioſi, propterea quod eius partes coluerint, coronentur, & illi potiſsimũ, qui propter humilem de ſeipſis exiſtimationem ſpiritu ſublimes effecti ſunt, cum Euangelium dicat; Qui ſe humiliat, exaltabitur, minime uituperandi, aut irridendi, aut condemnandi ſunt, qui diuini huius Patris uirtutes deſcribentes, uitam ipſius nobis ueluti ſpirantem atq; animatam columnam erigunt. Quę autem diximus minime falſa eſſe ſapiens auditor inſpiciet, ſi ubi fuerit peroratum, uaria illius uirtutum genera colliget, ex quibus nos tanq; pretioſis ac diuerſis lapillis atq; auro diſtinctam coronam contexentes, optatũ Chriſti Eccleſię munus offeremus. Gaudet enim illa ſe eiuſmodi donis honeſtari, quando ſolennis memoria iuſti celebranda occurrit. Quamobrem cum ita ferat circulus anni, ut hodie nobis collaudandus ſit Ephrem, fieri non poteſt, quin magno cum gaudio monumentũ hoc & amoris pignus ſuſcipiat.

Ephrem igitur ille celebrandus eſt, qui Chriſtianis omnibus in ore uerſatur. Ephręm Syrus, neq; enim genus illius erubeſcimus, cuius moribus exornamur. Ephręm, cuius uitę doctrinęq; ſplendor uniuerſo orbi terrarũ illuxit. In omni enim fere loco, qui illuſtratur a Sole, cognoſcitur, atq; illis duntaxat incognitus eſt, qui magnum Eccleſię lumen Baſilicũ ignorant. Ephręm notus ille profecto Eccleſię Euphrates, cuius aquis irrigata Chriſtianorum multitudo, centuplum fidei fructum affert. Ephręm fœcunda

illa Dei uitis, quę inſtar dulciũ racemorũ doctrinę fructus producens, Eccleſię filios diuina charitate nutriens explensq́; recreat & oblectet. Ephrẽ bonus & fidelis Eccleſię diſpenſator, qui uirtutũ rationes conſeruis ęque diſtribuens, Dei familiam optime gubernat. Cuius quidem genus, & nobilitatem tum ab ipſo partam, tum a maioribus ſuſceptam, & parentũ gloriam, & ortum, & educationem, & ætatis incrementum, & corporis formam, & fortunam, & artes; & cæteræ, quæ ab externis ſcriptoribus tanq̃ magni momenti in laudibus numerantur, nos in medium afferre ſuperuacaneum ducimus. quandoquidem diuos homines nõ ex rebus eiuſmodi laudandos ſuſcepimus. Itaq; licet ad hunc laudandum inde etiam abunde nobis ſuppetant argumenta, non alĳs tamen rationibus q̃ quibus ipſe uiuendo docendoq́; illuſtrem ſe reddidit, orationis coronam connectemus. Veræ enim laudes cõſiſtunt in ĳs, quæ in nobis ipſis poſita ſunt & illis præmia debentur, quæ ex uoluntate noſtra proficiſcuntur. Earum uero rerũ, quas recenſuimus, & uituperationes ſunt falſę, & laudes ineptę.

Quomodo enim ex genere laudari uelit, qui omnẽ mundi nobilitatem contempſit? & 1 ex optimis operibus dei filius fieri uoluit? aut ob patriam ſe cõmendari patiatur, qui totũ orbem ad ſe pertinere non cenſuit? quiq́; ut hoſtilẽ in maioribus & parentibus materiã gloriæ dulcem efficeret, corporis affectionẽ, atq; animalem ipſam carnis tuniculam ut celerrimos ad uirtutẽ curſus impedientem, plane conculcauit? Quomodo denique aut ex incremẽto corporeo, aut ex educatione, aut ex arte, aut ex alĳs id genus huiuſce uitæ ſtudĳs abiectis ſe decorari permittat, qui iã inde ab ipſa pueritia in diuinarum ſcripturarũ meditatione educatus, & creſcens, & ex perennibus gratiæ fontibus bibens ad menſuram ætatis Chriſti, ut Apoſtoli uerbis utar, peruenire contendit? Cum igitur ſciamus magnũ hunc noſtrum patrẽ irridendis his laudibus, quibus homines corpori dediti capiuntur, cumulari ſe nolle, ex proprĳs ipſum laboribus mediocriter ſaltem conabimur cõmendare. neq; enim eam naturam habet oratio, ut ſupra uires intendatur. Quare dabimus operam, ut neq; infantia impediti, quæ dicenda ſunt, ſilentio prætereamus, neq; per ſemitam a patrũ inſtitutis abhorrentem incedentes, a uia regia diſcedamus, ſed inter utranq; percurrentes, orationem noſtram temperemus.

1 *Video Hæreticæ quomodo ex optimis operibus, dei filius fieri uoluerit ſanctus, non ergo ex fide tantum.*

Quæ ſunt autem illa, quæ nobis ad laudationem eius contexendã ſubiecimus? actio nimirum & contemplatio, quas uirtutũ examen conſequitur, fides, 2 ſpes, charitas, pietas erga Deum, diuinarum ſcripturarũ meditatio, animi corporisq́; munditia, aſsiduæ lacrymæ, uita ſolitaria, e loco in locũ ſeceſsio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio cõtinua, lumi cubatio, uitæq; aſperitas incredibilis, paupertas atq; humilitas ſingularis, miſericordia naturam humanam excedens, zelus diuinus in eos, qui rabie contra pietatẽ inueherentur, omnia deniq;, quibus homo ad dei imaginem inſignitur. Hiſce laudibus noſter cõſpicuus eſt pater: agnoſcit quę dicimus: proprias eſſe prærogatiuas non ignorat: & hos ſermones ut nobis non ſibi utiles non aſpernatur. Siquidem uel tenuis de ipſo cõmemoratio, ſtudioſis eſt cauſa uirtutis complectẽdæ. Hæc autem nos non aliũde didicimus, ſed ex ĳs, quæ in uarĳs ipſe ſcriptis ſuis diſſeminauit, ex quibus ut ſedula apis ex multis floribus ſpiritualẽ hunc fanum confecimus. Ac nobis quidem hæc conantibus non ſuccenſebit omnino. Quando ſce-

2 *Conſidera ex hoc loco rum ſufficiat ſola fides ad ſalutẽ, ut quidam hoc ſeculo perperam docent, an & catalogus uirtutum omnium requiratur una cũ ſeceſsione a malo.*

leratum dæmonē, qui uel in extremo certamine multos ſupplantare ſolitus eſt, amplius non reformidat. Iam enim in tranquillū cœlitum portum peruenit, ubi nullas procellas metuit aut tempeſtates.

Quod igitur ad fidem pertinet, nulla ex parte procul a pietate declinās
3 recte admodum ſentiebat, id quod tū ex 3 ſcriptis eius tum ex eccleſiæ de ipſo exiſtimatione cognouimus. æquè enim & falſam Sabellij confuſionem, & inſanā Arij diuiſionem deteſtabatur. Sciebat autem, quo ſe pietatis fines extenderent. Sic enim unā, non confuſam, ſacroſanctamq́; trinitatem, & perſonarū numero diuidebat, & coniungebat unitate ſubſtātiæ, ut neq; diuinitatis inopiam iudaice afficeret contumelia, neq; deorū multitudine more græcorū debaccharetur. Abſurda autem Apolinarij opinione ſic abhorrebat, ut omni cura eam ex omniū chriſtianorum animis ſtuderet euellere. Quinetiā futiles & effrenatas Anomiorum linguas multis tum argumentis, tum ſcripturæ teſtimonijs plane compeſcuit, maximeq́; utilia ac diuina contra illos monumenta nobis reliquit. Siquis autē in Ephrem diſputationū cū Nouato certamine uelit eius audaciſsimi ſtragem uidere, aduerſarij caſum aſpiciat. Illic enim adeo ſuperiores in ipſo diſputandi congreſſu doctoris noſtri uires inueniet, ut hunc uirum Pancratiaſtem, illū mollem ac nondum ętate firmatum puerum dicat. Nec uero eas ſolū, quæ uel tunc, uel ante exortę fuerant ex malitiæ ſemine zizaniorum hæreſes, fidei rectitudine profligauit, ſed quę pernicioſe in poſterum pullulare poterāt, oculis propheticis proſpiciens pręcidit. Omnia enim, quæ ab illo conſcripta ſunt uolumina, demonſtrationibus conferta ſunt. Nunquā igitur hic ueritatis filius ab ipſa ueritate deflexit. Spem autem in Deo ſolo, in quo qui ſpes ſuas collocant, pręmia reportant, defixā habuit. Quamobrē illud Pſalmi in omnibus factis & dictis uſurpabat: in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. Quoniam ſperantē in Dominum miſericordia circūdat. Et fiducia in Dominum monti Sion ſimilē efficit, & ſummam beatitudinē intus poſsidentem conſtituit, ut ex ipſis prophetis diſcere poſſumus, cum Dauid dicat: Beatus uir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius. Hieremias autem: Benedictus uir, qui confidit in Domino, & erit dominus fiducia eius. & erit ſicut lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorē mittit radices ſuas, & non timebit, cum uenerit æſtus. Eſaias uero: Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & non timebo. cum Paulus etiā nos admoneat, dicens: Teneamus ſpei noſtrę confeſsionē fidelis enim eſt, qui repromiſit.

Ecce quantopere commendatur ſanctus pater, quod ſemper Hæreticis reſtiterit, & eos uerbis & ſcriptis impugnauerit.

Hac igitur diuina & repoſita ſpe enutritus Ephrem, humana omnia cōtemnens, ſempiternā gloriam quotidie deſiderabat. At amorem erga deū & proximum tam ſtudioſe ſeruauit, ut e uita decedens hęc diceret. æquū eſt enim, ut ipſa uerba, quæ omni demonſtratione potiora ſunt, in mediū proferamus. Nullo (inquit) modo in omni mea uita contumelioſus aduerſus Dominum fui, nec ſermo ſtultus egreſſus eſt e labijs meis. In omni uita mea neminē maledictis affeci, & omnino nullo cū homine chriſtiano contendi. O beata lingua, quæ cum fiducia talem emiſit uocem, quę ſolis Angelis ob uitā ab omni materia mutationeq; remotā, maxime conuenit. Nobis autē carni ſeruientibus, haud ita cōgrua, & naturæ noſtrę uires magis exuperans, quàm ut facile factis exæquari poſsit.

Atqui, ut multū labores, uitas eorum explorans, qui uirtutibus inſignes.

extiterunt, nullũ tamen huic ſimile puræ ſyncereq; charitatis indiciũ inuenies. Nam ſi inter omnes uirtutes charitas excellit, hanc ſic excoluit beatus Ephræm, ut non alius magis ex patribus. Cæterũ, quando digna ſuis quiſq; factus pręmia eſt accepturus, ne patres patribus cõferre uideamur, hæc alijs conſideranda relinquemus. Neq; uero hæc comparationis cauſa diximus, ſed ut populus clare perſpiceret, noſtrum, immo uero uniuerſæ eccleſię doctorem Ephrẽm, ad ſummum gradum in ſpirituali ſcala uirtutum perueniſſe.

Religionem autẽ in uera poſſeſsione ſapientię comparauit, iuxta uerba illa Iob: Ecce cultus Dei eſt ſapientia, per illã, ut paulo ante, illius puritatem fidei deſcribentes oſtendimus, quemadmodũ Beatus Paulus, in tertium cœlũ aſcendit, æternumq; ſibi nomen & gloriam in eccleſia peperit. Sed diuinarũ ſcripturarũ meditatio huic ex lucerna Dauidica accenſa eſt. In meditatione mea (inquit ille) exardeſcet ignis. Amor enim igne cœleſtis contemplationis ipſum inflammans rerũ ſublimium incendiũ excitabat. Omnẽ enim & antiquam & nouã ſcripturam aſsiduo ſtudio, ut quiuis alius, diligenter uerſauit, accurateq; ad uerbum interpretatus eſt, & ab ipſa mundi procreatione uſq; ad ultimum gratiæ librũ quæ abdita arcanaq; erant, ſpiritus lumine adiutus, commentarijs illuſtrauit.

Neq; uero ſolum huius noſtræ diuinitus datæ ſapientiæ latices hauſit, & alijs impertiuit, uerumetiam iſtas, quæ ad recte ornateq; dicendi rationem, quęq; ad doctrinæ ſubtilitatem pertinent, artes & diſciplinas, quatenus utiles arbitrabatur, reiectis inanibus & ſtultis rebus, ęquitatiſq; lãce actionem contemplationemq; ponderans exercuit. Animi autem corporiſq; munditia, pro hominis natura, immo ſupra naturã humanam (eſt enim gratię donũ) excelluit. Vere enim animo quidem imperabat, corpore autẽ ſplendide fulgebat, & perturbationum dominam circunferebat. Quod quidẽ ex inuidijs, quæ illi (ut memoriæ proditum &) ab impudica muliere factę ſunt, confirmatur. Etenim quũ ea uelut eſca malitiæ ad decipiendum eximiũ uirum homicida Belial uſus eſſet, tantũ abſuit, ut quod ſperabat, aſſequeretur, ut contra ipſum inſidiatorẽ eam ipſe pugnantẽ in acie conſtituerit. Nam cohortationibus, admonitionibus, & diuinarũ rationum incantationibus conuerſam ad meliorẽ frugem perduxit, et ex incontinente temperatã, grauem ex petulanti, ex inquinata purã reddidit.

4 *Habes hic ſanctũ uirum ſtudium liberalium diſciplinarũ reiectis inanibus & ſtultis rebus exercuiſſe, id quod audire nolunt hodie pſeudo magiſtri.*

Iam profluentes ac perpetuas eius lacrymas cõmemorare cogitanti, ue re oboriuntur lacrymæ. Vix enim ſine lacrymis licet ipſius lacrymarũ pelagus traijcere. Nam ut omnibus luminibus ſine intermiſsione ſpiritũ ducere propriũ eſt, ſic Ephrẽm continenter lacrymas fundere natura inſitum uidebatur. Nullus enim dies, nulla nox, nulla noctis, dieiq; pars, nullũ breuiſsimi tẽporis momentũ fuit, in quo non uigiles ipſius oculi lacrymis madidi cernerentur. Modo enim cõmunes, modo priuatas, ut dicebat, abſurditates deplorabat. Suſpirijs autẽ oculorum flumina ſapienter inhibebat, aut ſuſpiria potius fluminibus oculorũ excitabat. Et erat utriuſq; rei progreſſus admirabilis, cũ alioquin utrunq; alterius cauſa uideretur. Profluebant enim ipſi lacrymæ, & cauſa multis erat incognita. Etenim cũ illas tẽpus non aufferret, ſed mutua quadã uiciſsitudine & lacrymæ ſuſpiria, & ſuſpiria lacrymas exciperent, alterutrius cauſa latitabat. Hoc autẽ perſpiciet quiſquis ipſius ſcripta perlegerit. Neq; enim ſolũ ubi de pœnitentia,

de moribus, de bonis uitæ inſtitutis loquitur, ipſum lugentē inueniet; ſed etiā in ipſis laudationibus, quas pleriq; omnes hilaritate multa conantur aſpergere. Hic autem idem ubiq; fuit, & aſsidue lugendi munus ac diuitias expetiuit. Ex quo nunc etiā fere omnes ipſius ſermonū auditores, ad ueram uitā amplectendam reuocat. Tantam eius lacrymis miſta uim habet oratio. Quis enim adeo duro lapideoq; corde prçditus eſt, qui uerba eius exaudiens, non manſuefiat, & abiecta morū aſperitate, ſuis ipſius peccatis non doleat? Quis adeo ferus & immanis, qui ſalutiferam eius doctrinam auribus percipiens non defleat tempus, quod male contriuit? Quis tam crudelis & inhumanus, qui non ſimul ac uerba illius melle dulciora guſtauerit, benignus, mitis, & amabilis euadat? Quis a lacrymis abhorrens ita ſe uoluptatibus dedidit, quin paucis illius uerbis auditis, remunerationem illā, quam pro anteactæ uitç ratione ſumus accepturi, in memoriā reuocans, lamentetur & lugeat?

In rebus, quç fieri nequeunt prouerbiū illud uſurpant: lapidi miſericordiam perſuades. Id tamen fieri poſſe nos experimēto docti didicimus. Diuinus enim hic ſenex animos, quos ob prauā obſtinatamq; duritiem lapides dicas, emolliuit, fregit, tractauit, ut uoluit. Quis eius de humilitate orationem legens, non omnē protinus de ſe exiſtimationem & ſtultā arrogātiam deponat? Seq; omnium abiectiſsimū fateatur? Quis legens ea, quæ ſcripſit de charitate, non ſic inflammetur, ut ad omne ſubeundum periculum paratus ſit? Quis uerſans illa, quibus uirginitatem cōmendat, non ſe Deo caſtam corpore & animo conetur offerre? Quis admouens aurē orationi, qua iudiciū, ſiue ſecundum Chriſti aduentū deſcribit, non animo ſic afficiatur, ut ad illud iudicium ſe ſiſti iam putet? metuq; ita contremiſcat, ac ſi contra ſe ipſum ſententia pronuntietur? Sic enim futurum illud dei iudicium expreſsit, atq; ante oculos poſuit prçclarus et diuinus hic uir, ut ad eius cognitionem nihil aliud, niſi ut res ipſa fiat, deeſſe uideatur.

Cum igitur in eiuſmodi cogitationibus de iudicio beatus ipſe aſsidue uerſaretur, mundū effugit, & ea, quæ in mundo ſunt. Procul autem receſsit fugiens, ut ſcriptum eſt, & manſit in ſolitudine, ſibi ipſi uacans & deo, atq; inde uirtutū munera accipiens. Iam enim plane nouerat, qui ſolitariā uitā eligunt, e turbulentis mundi perturbationibus & tempeſtatibus liberari, & in portum quietis & tranquillitatis peruenire, ubi conſuetudine fruantur Angelorum, & mentibus ſublimes, quoad licet, tollantur ad contemplationem Dei. Verū, quando ſpiritus illum monens ad multorū ædificationem ita diſponebat, ut loca mutaret, non renitebatur ſed obtemperabat. erat enim iuſsis mandatisq; Dei, ut quiuis alius, obediens. Itaque patriam relinquere, ut diuinus ille Abraham, iuſſus, ad Edeſſenorum urbem acceſsit. Neq; enim par erat, ut diutius ſub terra ſol abſconderetur. His autem de cauſis eo ſe contulit, ut & quæ illic ſancta erant, inuiſeret, & ſapiētem aliquem uirum alloqueretur, & cognitionis fructum aut caperet, aut impertiret.

Cum igitur ad ciuitatem perueniſſet, & iam portam ingrederetur, loco ſapientis hominis, quē optabat, ſcortum occurrit. Quamobrē cum prçter expectationem in moleſtum illud ſpectaculum incidiſſet, ſpe ſua deiectus oculos auertebat. At ipſum improba fœmina cōtentis oculis intuebatur. Cui uir ſapiens, o mulier, inquit, dic mihi, cur me tandiu contueris? at illa

prompte, quoniã abs te homine ego capta ſum, tu uero me ne aſpicis quidem, ſed in terram, cuius amore captus es, oculos defixos tenes. Eam ſibi inexpectatam reſponſionẽ ualde profuiſſe uir ſapiens fatebatur. Quapropter immenſam Dei potentiam collaudauit, qui ea, quæ ſperamus, præter ſpem nobis largiri poteſt. Inde Cæſaream Cappadociæ diuino ſpiritu ductus, ipſe os eccleſiæ aureum illã doctrinæ luſciniam Baſilium uidit. Quẽ ſenex intuitus, cœpit multis fauſtis uocibus uenerari. Nã perſpicaci mentis oculo ſplendidã columbam dextero ipſius humero inſidientẽ, et uerba ſapientiæ ſuppeditantẽ, eaq; ipſum populo depromentem cernebat. Ex qua quidẽ graui columba edoctus ille, diuini huius patris peregrinationẽ intellexerat, eumq; eſſe Ephræm illũ Syrum cognouerat. Opportune igitur ambo mutua conſuetudine fruebantur. Atq; ita laborioſa illa peregrinatio Ephræm non inutilis fuit.

Porrò naturalis innocentia uitæ illi malorum fugam oſtendebat, ex ea enim & meliora proſpicere, & deteriora diſcebat euitare, & illas ſententias ac rationes eligere, quæ puræ eſſent, quæq; ad capeſſendam honeſtatem conducerent, & docendi uſum non impedirent. Abũde enim diuino ſeni datum eſt a Chriſto uerbi talentum, quod cum ad menſas cordium multis exhiberet, ipſi tamen in primis profuit. Hæc autem ipſe de ſe dixiſſe fertur. Sibi, cum primum excederet e tenera illa ætate pueritiæ, arcana eiuſmodi uiſa contigiſſe. Ipſi enim iuxta linguam ualde fructifera uitis oriri uidebatur. Quæ quidẽ ita creſcebat, ut uniuerſum orbẽ impleret. Omnes autem cœli uolucres aduolantes eius fructibus ueſcebantur. At ipſa uitis quanto plures uolucres fructus decerpentes excipiebat, tanto magis racemis abundabat. Illud præterea, quod ad ipſum pertineret, alius quidam ſe compexiſſe teſtatus eſt. Nimirum Angelorum multitudinem e cœlo deſcendentem uolumen intus foriſq; conſcriptum manibus cõtinere. Sic autem diuinam illam aciem colloqui uiſam eſſe: Quiſnam uolumen hoc in manus accipiat? Atq; hos quidem hunc, illos illum, alius aliũ ex præſtantibus eo tempore hominibus reſpondiſſe. Deinde poſt omniũ probationem ſubieciſſe. Hi quidem ſancti, & ſerui Dei ſunt. Attamen uolumen hoc in manus accipere nequeũt. Cumq; multos, qui eo tempore uiuebant, nominaſſent, neq; ullus ex eis placuiſſent, ad extremum communi conſenſu in eam ſententiam conuenientes, dixiſſe: nullus uolumen hoc poteſt in manus ſumere præter Ephręm. Tum cœleſtes Angelos idem uidiſſe dicitur, Ephręm uolumen tradere, de nocteq; ſurgens ad Eccleſiam uiſum illud conſiderans contendiſſe. Auditoq; Ephręm, qui tunc luculentam gratiaq; refertam habebat orationem, quid uiſum ſignificaret, intellexiſſe, Deumq; laudaſſe, qui tam eximium dicendi munus uiro ſancto largitus eſſet. Tantam enim ſapientiæ copiam illi tribuerat Deus, ut quamuis ei ſuppeterent perpetui quaſi uerborum fontes, rebus tamen explicandis non eſſent pares. Quod quidem non linguæ tarditate, ſed celeritate cogitationis accidebat. Lingua enim cogitandi uim aliorum exæquabat, ſed tamen tardior erat, quàm ut ſententias ipſius aſſequeretur. Itaq; Magnus ſenex a Deo ſingulare eloquẽdi munus efflagitabat his uerbis: Largire Domine, flumina gratiæ tuę. Nam doctrinæ abyſſus linguam abſorbebat, ut ſenſa ipſius efferre non poſſet, cum muneri concionandi inſtrumenta ad dicendum idonea deeſſent.

Conciones autem illius nihil aliud niſi precatio interpellabat: precatio nem rurſus conciones excipiebat. Ex quo fiebat, ut cum in ea uiciſsim ſtu dia totus incumberet, aſsidue in rerum diuinarum contemplatione uerſaretur. Nam corpus quidem ipſum inedia temperantiaq; domitum ſic affe cerat, ut rationi tanq̃ dominæ obediens, non magis, q̃ ſi mortuum eſſet, uoluptatis ullum haberet ſenſum. Cumq; ad ea, quæ non conueniunt, obeunda immobile torperet, ijs tamen, quæ animorum ſaluti conducunt, exequendis robore præſtaret. Quid? quod ne noctes quidem, ſomni ſimulacris & imaginibus decipientes, ipſi uirtutis curſum interrumpebant? Etenim quem accedentes ſuſceperant ſobrium, recedentes uigilantem relin quebant. Id nimirum agentem, ne manus principis iſtius oppreſſum ſomno deprehenderet. Tantum autem temporis quieti concedebat, quantũ tranſigendæ uitæ neceſſarium erat. ne ſublata omnino naturali uiciſsitudine caro ſolutionem uiolentam pateretur. Sed ſomnum ab oculis cũ alia multa diſcutiebant, tum illud in primis, quòd 5 aſpere & duriter uitã agẽs, & uarijs modis corpus affligens, humi etiam cubabat. His enim potiſsimum rationibus ſomni affectio expelli conſueuit. Paupertatem uerò tantam ſeruabat, quantam audis Diuis Apoſtolis fuiſſe. Quocirca ſi quis hunc 6 paupertatem colentium exemplar uocet minimè aberret à ueritate. Dulciſsimam profectò planeq; beatam uocem illam tanq; paupertatis magiſtrã hinc profecturus in cœlum nobis reliquit. Nec crumena (inquit) nec baculus, nec pera Ephræm unq̃ fuit. Nunquam aurum, aut argentũ, aut ullam rem aliã poſſedi. Bonum enim Regem diſcipulis ſuis audiui dicentem in Euangelijs: Nihil in terra poſsideatis. Quare nulla me rerum eiuſmodi cupiditas cepit. Gloriæ igitur pecuniæq; contemptor, & quæ præſtantiora ſunt, amans ad Apoſtolos in eo curſu q̃ proximè accedere contendebat.

5 Vide quomodo etiam olim ſancti Monachi uitam duram et aſperam agebant, uarijs modis corpus affligebant, humi quoq; cubitabant.

6 Ecce quam ſtudioſus Euangelicæ paupertatis ſanctus uir fuerit.

Quid commemorẽ animi ſummiſsionem ipſius atque humilitatẽ, cum ea uirtus paſsim in omnibus eius ſermonibus & ſcriptis ſe ab eo ſingulariter excultã fuiſſe quodammodo clamet? Quando enim ad arrogantiæ tumorisq; lapidẽ offendit pes illius, qui lachrymis lacrymas inuitabat, et cinerem tanquã panem manducabat, & aſpera iniucundaq; uita (ut aiũt diuina illa uerba) poculũ cum fletu miſcebat? Quiq; ab omni abhorrẽs humana gloria, cũ in hac uita peregrinaretur, ſi à quopiã ſe laudari ſentiebat, ægre ferens, & aliũ aliàs colorẽ ſumens, atq; oculos in terram deijciens, tenui ſudore madebat, grauiq; ſilentio tanq̃ pudore linguã impediente corripiebatur?

Cum aũt ad beatam ac cœleſtem illam uitã eſſet diſceſſurus, uehemẽti quadã interdictione id ipſum prohibens dixit: Nullæ Ephræm Carmina cecineritis, nullã adhibueritis laudationẽ. Ne me pretioſo cũ ueſtimento 7 ſepelieritis, néue priuatim corpori meo tumulũ conſtitueritis. Mihi enim cũ Deo conuenit, ut habitẽ cum peregrinis. Aduena enim ego & peregrinus ſicut oẽs patres mei. Quemadmodũ igitur aliarum uirtutũ, ſic huius etiã egregia & perſpicua habes indicia. Nã eorum quæ ad eleemoſynã cõmiſerationemq; pertinent, hunc non effectorem modò, ſed doctorẽ fuiſſe ueritatis præſcriptio, lexq; confirmat. Etenim cũ ex perfecta, quã amplexus fuerat, paupertate, nihil eſſet reliquũ, quod egẽtibus daret, crebris tamen admonitionibus alios ad miſericordiã incitando, eleemoſynã

7 Non credas hic Ephræm ſepulturam omnino neglexiſſe, ſed prohibuiſſe põpaticam & ſuperbam, quam potẽtes huius ſeculi ambiunt. Sed

impertiebatur. Erat. n. profectò huius oratio, licet uultus eius non aſpiceretur, ueluti diuinitus fabrefacta clauis, quæ locupletũ theſauros recluderet, & indigentibus neceſſaria ſumminiſtraret. Sed aſpectus ipſius Angelicus idoneus erat, qui ſine ulla oratione ſolus ad commiſeratione intuentes cõmoueret. Tanta in eo tũ ſimplicitas, tum manſuetudo, tũ probitas cernebatur. Nullus erat tã impudens, qui non ipſum intuens, rubore perfunderetur, ſeq; ipſo melior & modeſtior fieret. *& cum alijs tumulari uoluit, cumq; ad uenis & peregrinis, tanquam pauper, & unus quilibet de populo.*

Ac tã etſi tam multa in hoc uiro perfecta fuerunt, nequis propterea putet ei abſolutã rerum Eccleſiaſticarũ cognitionem defuiſſe. Neque enim illam eatenus tantũ attigit, ut dicendo inſtituere alios poſſet. Sed tã pietatis inſtituta, quã ea, quæ illis aduerſantur, planè percepit. Illa ut populũ erudiret, hæc ut Hęreticos coargueret. Bono enim zelo in eas pietatis inimicas feras mouebatur. Nã ſermone quodam, qui ad nos etiam non ſcriptis ſed fama peruenit, ex quo eũ ueritatis fuiſſe ſtudioſiſsimum facile intelligi poterat, Apolinarium 8 leuẽ, immò dementẽ, & inſanum appellabat, qui res nouas moliens, multa iniqua piæq; ſcripturæ aduerſantiæ duobus libris comprehenſa è uentre eructans temere loqueretur. Eos autem libros, cuidã fœminę, quam in delicijs habuiſſe dicebatur, cuſtodiendos tradiderat. Quæ cum magno Ephræm comperta eſſent, eiuſdẽ opinionis ſe eſſe ſimulans, ad fœminã, quæ libros ſeruabat, accedit. Qui ſit, et quã fauſta illi è ſolitudine apporter, aperit, & id genus alia fortaſſe adiungens, tandẽ ſupplicat, ut præceptoris ſcripta ſibi publicæ utilitatis gratia prębeat, ut nobis, quos tunc hęreticos appellabat, obſiſtere facilius poſſet. Quibus uerbis capta mulier, eumq; unũ ex illis, qui Apolinarij partes tuerentur, exiſtimans, libros exhibuit, orans, ut eos ſibi celeriter redderet. At magnus hic Iacob fatuũ ſupplantans Heſau, & flagitioſa illa primogenita capiens, ſapienter obrepſit. Nã piſcis glutino uniuerſos illinẽs, ſolium folio ita coniunxit, ut cũ una pars ab altera præ uehementi uinculo ſeiungi non poſſet, in unicã tabulam ſinguli libri redacti uiderẽtur. Atque ita eos mulieri, quæ cõmodauerat, reſtituit. Illa uerò artiũ eiuſmodi, utpote mulier, imperita, cum ſpeciem ipſorum extrinſecus ſaluam aſpiceret, quid intus eſſet, diligentius intueri neglexit.

8 *Quomodo appellaſſet Lutherum ſanctus uir, & alios noſtri tẽporis hæreticos qui, longe iniquiora quã Apollinarius effutiunt.*

Cæterum dies haud ita multi præterierant, cum orthodoxis quibuſdã defertur diuinus ſenex, qui Apolinarium acciuiſſet, & cum illo ſermones contuliſſet. Itaq; in indicium uocatus, impijs illius fretus libris ad diẽ ſtatutum uenit. ac dicere quidem pro ſe, cum ſenectutæ iam confectus eſſet, recuſauit, petijtq;, ut ipſi libri proferrentur, quã ex illis reſpondere poſſet, & contradicere. cum igitur delatoris, ſocij frementes in medium libros attuliſſent, inueteratus ille dierum malorum iniuſtitiæ iudex, unum ex illis in manus ſumens, explicare conabatur. Verum cum glutino uinctus non cederet, ad mediam eius partem aperiendam aggreſſus eſt. quam quidẽ eodem modo conglutinatam reperit. Quamobrem ſua ex priore libro fruſtratus ſpe, ad alterum acceſſit, quem quidem totum adeo connexum intuitus, ut aperiri non poſſet, tanto rubore ſuffuſus eſt, atq; ita animo perturbatus, ut ex illo conſeſſu diſcedens, conſilij inopia hærens & exanimatus, in morbum inciderit, eamq; ignominiam tam ægre tulit, ut haud procul abfuerit, quin mortem oppeteret.

Ac pietatis quidẽ zelo talis fuit Magnus noſter Pater et Doctor Ephrẽ-

Alias enim manſuetum ac mitem ſe præbens, cum nulla pugnandi neceſ-ſitas eſſet, alias acerbum & grauem, cum fidei periculum immineret, omnia ſapienter pro ratione temporis adminiſtrabat. Ex hoc enim zelo non
9 minus, quam ob 9 multa ieiunia, & lacrymas, & perpetuas preces laudandus eſt, atq; haud ſcio, an ob id etiam magis, quòd hæc in eo uno concludebantur, ille ad communem etiam utilitatem pertinebat. Sicut autem uerum eximij uenatoris ſpecimen eſt, cum bellicoſas feras inſequitur: & boni gubernatoris uirtus oſtenditur, in aduerſa tempeſtate: Medici ſapientis in difficilibus morbis: ſtrenui militis in ipſo pugnæ diſcrimine: ſic pietatis religionisq; ſtudioſum uirum grauia pericula difficultatesq; declarant, cum & ſe, & alios ex inſidijs eximit. Nullum profecto uirtutis genus eſt à ueteribus excultum, in quo non hic etiam excelluerit. Quapropter animum eius utilitate, dulcedine, iucunditate manantem fonti, omni aquarum copia fluenti ſimilem poſſumus dicere: aut prato diuerſis et odo
8 ratis floribus ſplendenti: aut cœlo uarijs ſtellarũ luminibus diſtincto: aut Paradiſo, quem audis fuiſſe in Edem, innumerabili decorato fructiferarũ arborum multitudine: (ita tamen ut ſerpenti improbo exilijq; authori nullus in hunc aditus pateat) aut ſiquid aliud pulchrum iucundumq; multis diuerſisq; bonis natura cohoneſtauit, talem beatum Magni Ephræm animum, multis undiq; uirtutum generibus exornatũ exiſtima. Semper enim uir admirandus in eam curam incubuit, ut perfectum & abſolutum uirtutum omnium chorum poſsideret, & quibus reliqui ſingulis præſtiterunt, ea omnia ſolus ipſe conſequeretur.

Nota in Ephræm multa ieiunia, lachrymas & perpetuas preces.

Nam ut ſacerdos, eũ, qui inter iuſtos primus numeratus eſt, Abel. imitatus, nõ ex gregibus ouium, neq; ex adipe ſacrificia Domino obtulit, ſed ſine ſanguine rationabile obſequium uitæ puritate ſacrificauit, ea re tantũ diſsimilis Abel, quod à ſcelerato homicida interfectus non fuit, ſed inimici Dæmonis laqueos uitans, ſuperatis inuidijs ad uitam, quæ nullum finẽ eſt habitura, ſicut ille, peruenit. Enos autem ſic æmulatus eſt ſpem, ut non modo Domini Dei ſui nomen inuocauerit, ſed alios etiam, ut illud inuocarent, edocuerit. Enoch uero ut ſimilis eſſet operam dedit, non admirabilẽ eius è terra in Paradiſum ſeceſſum, ſed e materiæ perturbatione in ſpiritũ tranſitione imitando. Noe quoq; ſimilis extitit, non exiguã in arca lignea generis conſeruationem, ſed propriam animi incolumitatem undiq; procurans, ut uitæ pocellas tuto ſubter fugiens, nullam uirtutis iacturam faceret. In multis etiam Abrahæ fuit imitator, atq;, ut fidem, manſuetudinẽ, & amorem erga Deum taceam, in eo potiſsimum, quòd quemadmodum propriam terram & cognationem ille, ſic Ephræm mundum effugit, & in corpore ſuo unigeniti ſacrificium expreſsit, ſe dedicans Deo, & ea mẽbra mortificans, quæ ſunt ſuper terram. Iſaac autem propter mortẽ, quam ſponte tranquilloq; animo ſubire paratus erat, non tamen inferente patre. Quinetiam quotidie, ut Apoſtolus, corpore quidem fructũ, quod ad propoſitum pertinet, percipiebat, ſpiritu autem uiuebat Deo propter caſtum corporis tanquam in ariete ſacrificium; Iacob uero Eſau, ideſt hæreſeũ parentem ſupplantando, & primogenita, recta uidelicet Eccleſiæ decreta accipiendo, ſimilis fuit. In eo præterea, quòd non ſcalam à terra ad cœlũ uſq; pertingentem, ſed prælongam ignis columnam, pulchriorẽ myſterij profunditatem indicantem uidit. Quodq; diſcipulis hic, ut ille filijs, e uita diſ-

ſceſſurus,benedicationes,diſtribuit, quas qui pronus excipiebat, Magni illius Iacob eſſe arbitrabatur. At Ioſeph ſimilitudinem maxime quidẽ expreſsit integritate corporis & caſtitate,ſed multo magis, quòd quemadmodum ille triticum, ſic iſte uerbum cõmunicauit,nec non in multis Moſi perſimilis fuit.

Fugit enim hic quoq; Pharaonem Diabolum, & habitauit in ſolitudine, & Deum uidit, quatenus contemplatione uideri poteſt. Et res admirandas effecit,& doctrina ſe populo ducem ac magiſtrum præſtitit. Et Aegiptios decepit,diuitias eorum ſurripiens,libros nimirum Hæreticorũ, de quibus triumphauit. & ſalſum ac potui minime accommodatum infidelitatis mare diuiſit, populumq́; fidelium utiq; multitudinem traiecit.& pharaonis exercitum impiam calumniatorum progeniem oppreſsit. Et Amalec in fugam uertit,ſiquem Hæreticorum hoc nomine uelis appellare. recte chriſtianeq́; uiuendi legem à Deo accepit, & nobis omnibus tradidit. Tabernaculi exemplar in monte uidit,non Moſis, ſed horrendi illius futuri iudicij. Sacerdotes cõſtituit, de ſacrificio leges & præcepta tradẽs. Aquam eduxit e petra,dum corda lapidea ad fundendas lacrymas inducit. cœleſti pane, quemadmodũ ille,abunde populum aluit,charitatis ſermones nobis proponens,per quos animi maxime confirmantur,& ad ſumendum cum fiducia diuinum & ſacrum panem, qui pro ſalute noſtra e ſinu patris huc uenit,accendunt. Coturnices fidelibus exhibuit,docens,ut per Dei recordationem ſeſe tollant in cœlum, & quæ illic pulchra ſunt, contemplentur. Et hac quidem ratione ſi quæ Pater hic grauiter geſsit, cum rebus geſtis priſcorum conferre uolueris,illis nullo modo inferiorem inuenies.

Siquidem,ut Ieſus Naue,Iordanem etiã diuiſit, cũ clauſas benignitate diuitũ manus patefecit,populoq; terram nõ abiectæ huius promiſsionis, ſed regni cœleſtis diſtribuit. Ab infantia,ut Samuel,dicatus eſt Deo, diuinamq́; uocẽ audiuit. Vt Elias ſacerdotes turpitudinis uituperauit. Ignẽq; diuinum rationis ſacrificio, non ſemel ſed ſæpius deduxit, & igneo uirtutum curru, non in æthera ſed in cœlum ſublatus eſt. Vt Eliſæus duplicem ſpiritus gratiam acquiſiuit. Vt prophetæ diuinæ uiſionis copia donatus eſt. Atqui ratio ipſa me mouet,ut hunc uel cum illo,quo nullus inter natos mulierum extitit maior,audeã comparare. cum illo,inquam,qui inter legem & gratiam medius fuit. Nam hic, quemadmodũ præcurſor ille,ſolitudinem coluit,& ad hunc item factum eſt uerbum Dei. Et præco pœnitentiam docuit. Vt Paulus autem uas electionis, multas tentationes ſuſtinuit.& pœnitentiæ ſemina,ut ille fidei,diligenter ſparſit. Sed quid oportet hunc ſigillatim cum ſanctis conferre, cũ eius recte factis plenus ſit orbis terrarum? Longior autem oratio eſt ſuperuacanea, cum ipſa opera appareant. Nam multitudo uerborum fidem infirmat, quaſi uirtutes non ſatis ex rebus ipſis declarentur, ſed egeant orationis auxilio. Quamobrẽ operæpretium erit,ut,quod ſuauiſsima uoluptate animos noſtros afficiet, admirabilem eius è uita exitum exponamus.

In cœlum igitur iam profecturus diuinus hic uir illis,qui aderant,imperabat,ne corpus ſuum pretioſa ueſte ornatũ ſepelirent. Quòd ſiquis amãtior ſui aliquid eiuſmodi cogitaſſet, mutato in melius conſilio, id ipſum, quod honeſtandæ ſepulturæ decreuiſſet, pauperibus daret. Vnus igitur

in homine eiuſdem nominis liberando adhibuiſti. is enim nos ad hoc onus ſubeundum impulit, qui a poſteris Iſmael in bello captus, & procul a patria diu commoratus, cum ad eam reuerti cuperet, & uiam commodiorē ignoraret, admirabili ope tua rationem ad ſalutem aptā inuenit, & quod optauerat, eſt conſecutus. Nam cum in maximū uitæ diſcrimen adductus eſſet. Quoniā omnes uiæ barbarorum copijs interclusæ tenebantur, te 11 nomine tantū inuocauit, dicens: ſancte Ephræm, adiuua me. atq; ita tuto periculorū laqueos euaſit, mortemq; neglexit, & inopinatā ſalutem aſſecutus, patriæ auxilio tuo munitus, præter ſpem redditus eſt. Quapropter ad hæc dicenda audacter aggreſsi tuas laudes impuris labijs attingere non ueriti ſumus.

11 *Hic ſanctū Ephræm nominis domini explicatione omiſſa inuocauit, nec ullam iniuriam intulit Christo, imo ſancti auxilio adiutus eſt.*

Vnde mendacia hæreticorum hoc facto redarguuntur. Et ratio eſt quia ſanctos inuocātes, dominum nō omittimus, ſed eū potius in illis glorificamus. Qui enim ad ſanctos recurrit, in uirtute primum ad Deum recurrit.

Qua quidem in re ſi haud ita multum defecimus, id ope tua nos aſſecutos fatemur, tibiq; acceptū ferimus. Sin dignitate tua longè inferiores noſtræ ſunt laudes, te quoq; (quanuis audacius hoc dictū uideri poſsit) in cauſa fuiſſe dicemus, qui & uiuens & defunctus, modeſtiæ humilitatisq; ſtudio, te collaudare uolentes impedis. Attamen, ſiue hoc, ſiue illud ſit, nos pietatis officio pro uiribus ſatisfecimus: teq; ob id nobis minime ſuccenſurū, neq; tui amantiſsimos auerſurum, ſed æquo libentiq; animo filiorum balbutientium laudes ſuſcepturum ſperamus. Tu 12 uero diuino aſſiſtens altari, uitæq; principi ac ſacroſanctæ una cum angelis ſacrificans Trinitati, omnium noſtrum recordare, nobiſq; peccatorum ueniam impetra, ut ſempiterna regni cœleſtis beatitudine perfruamur in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria in æternum. Amen.

12 *Vide hic quatuor quæ a quibuſdā nunc negantur. Animas ſanctorū eſſe in cœlo, & Deo aſsiſtere. Antiquos patres ſanctos inuocaſſe Sanctos noſtri memoriam habere. Sanctos nobis peccatorum ueniam impetrare.*

VITA SANCTI MILETII ARCHIEPISCOPI ANtiocheni per D. Gregorium Niſſæ pontificem ſcripta, Petro Franciſco zino Veronenſe Interprete.

Habetur in eius operibus, & nouiſsime latine reddita eſt.

AVxit nobis numerum Apoſtolorum hic nouus Apoſtolus, qui inter eos nunc eſt cooptatus. Traxerunt enim ad ſe ſancti, moribus ſimilem, athletam athletæ, coronatum coronati, caſtū mundi corde, uerbi præconem, qui miniſtri ſunt uerbi. Verum cum apoſtolico contubernio, tū ſuo ad Chriſtum reditu noſter beatus eſt pater. Nos autē miſerandi, qui immaturo ipſius obitu orbati, felicem ipſius ſortem prædicare prohibemur. Ei quidem melius fuit diſſolui et eſſem cū Chriſto, nobis autem moleſtum paterna priuari gubernatione. Ecce enim tempus conſilium poſtulat, & couſultor tacet Bello undiq; circumuenimur, bello inquam, hæreticorum, & non adeſt imperator. commune corpus Eccleſiæ, morbis laborat, & medicum non inuenimus.

Vellem, ſi fieri poſſet, imbecillitatem meam ita confirmare, ut uires magnitudini calamitatis explicandæ reſponderent, & eam uocem emittere, quæ uim doloris exæquaret. Quemadmodum generoſi ac robuſti quidā facere conſueuerunt, dum acceptam patris morte calamitatem deplorāt. Sed quidnam ego? Quomodo linguam quaſi compede quadā depreſſam; cogam, ut orationi deſeruiat? Quomodo uocem de more collabentē atq; hæſitantē ad querelas & lamentationes impellam? Quomodo calamitatis caligine circūfuſus, mentis oculos intendā, atq; intuebor? Quis obſcuram hanc mihi, profundamq; moleſtiæ nubem eripiet, inducatq; rurſum

ſerenitate ſplendidum pacis radium oſtendet? Sed undenam radius erũpat cum ſol ipſe nobis occiderit? ó mala noctis obſcuritas, quæ ſolis exortem non ſperat.

Quàm diuerſa nunc atq; olim hoc eodem in loco à nobis habetur oratio? Tunc, ut in nuptiarũ celebritate mos eſt, tripudiabamus, nunc in mœrore, & luctu uerſantes gemimus, & lamentamur. Tunc epithalamium, nunc epitaphium canimus. Meminiſtis enim quando ſpiritales nuptias celebrantes, conuiuio uos accepimus quando pulchro ſponſo uirginem copulauimus, pro uiribusq; protulimus uerborum dotem, mutua ſimul affecti, afficientesq; lætitia. Nunc autem gaudium nobis in luctum uerſum eſt, & lætitiæ indumentum eſt cilicium. At oportebat fortaſſe cælare mœſtitiam, animiq; dolorem intus incluſum ſilentio cohibere, ne ſponſi filios perturbaremus, non ſplendidam nuptiarum, ſed ſordidam ſermonis ueſtem induti. Nam poſteaquam pulcher ſponſus uobis adeptus eſt, ſquallore ſtatim infecti ſumus, nec amplius ut ſolebat, ornatu atq; hilaritate noſtra illuſtrant oratio, cum inuidia ſtolam nos exornantem eripuerit.

Ad uos pleni bonorũ acceſsimus, à uobis nudi, pauperesq; recedimus. Quam ſuper capite rectam ac luculenta micantem luce lampadem habebamus, eam in fumum, & cinerem redacto ſplẽdore extinctam efferimus. Theſaurum hunc magnum in uaſe fictili tenebamus. Theſaurus quidem ipſe non apparet. Vas autem fictile diuitiarum inane ſpectantibus reſeruatur. Quid dicent, qui miſsi ſunt? Quid reſpondebũt interrogati? o acerbum naufragium, quod in medio ſpei portu fecimus. Quomodo magna nauis innumerabilem ferens multitudinem, cum ipſo onere demerſa, nos quondam opulentos reliquit nudos? Vbi præclarum illud uelum, quod ſancto ſpiritu per pelagus intendebatur? ubi tutum animorum noſtrorũ gubernaculum, quo maximas hæreticorum procellas incolumes prætereuehebamur? Vbi firma mentis anchora, qua cum omni ſecuritate quieti innitebamur? Vbi optimus gubernator, qui cœleſtem ad ſcopum manẽ derigebat? Num parua ſunt, quæ acciderunt, & ego temere lamentor, & ploro? an mœrore diſtringor? an potius mœrorem non aſſequor, licet dicẽdo, magisq; pro uiribus clamen?

Mutuate nobis fratres, mutuate lachrymas commiſerationis, ſiquidem nos, cum lætaremini, nobiſcum lætitiam communicauimus. Funeſtã hanc
Rom. 12. c nobis gratiam rependite. Gaudere cum gaudẽtibus. Id nos præſtitimus. Flere cum flẽtibus Hoc uos nobis uicisſim præſtate. In obitu Patriarchæ Iacob olim collacrimauit externus populus, & alienam calamitatem cõmunem ducens, fleuit quadraginta diebus. Cumq; ex Aegypto patrem,
Gen. 50. qui ab eo procreati fuerant, efferrent, ipſum uniuerſi publice in aliena terra deflentes ſecuti ſunt, planctuq; magno, & uehementi ſeptem dies ſuper ipſo lamentationem intenderunt. Imitamini peregrinos, uos, qui fratres, qui gentis eiuſdem eſtis. Communes tunc fuerunt hoſpitum, & incolatũ lachrymæ, communes, nunc etiam ſint. Quandoquidem mœroris cauſa communis eſt. Cernitis hos Patriarchas? omnes hi noſtri Iacob filij ſunt, omnes ex libera, nullus ſpurius, nullus ſubditițius. Neq; enim fidei nobilitati fas erat ignobilitatem inferre. Quare & noſter ille pater, ſiquidem patris noſtri pater fuit.

Ephrem, & Manaſſen paulo ante audiuiſtis, qualia quantaq; de patre
dixerint,

dixerint,adeo ut orationem admiratio ſuperaret. Concedite etiam mihi, ut de hoc aliquid dicam. Etenim eum tuto deinceps licet beatum prędicare. Neq; enim amplius inuidiam metuo. Quid enim obeſſe poterit?

Fuit igitur & hic uir pius inter eos, qui degunt ad orientem ſolem, ab omni crimine abhorrens, iuſtus, ueritatis ſtudioſus, timens Deũ, & recedens ab omni malo. Neq; enim moleſte feret Magnus Iob, ſi imitator ipſius eiſdem teſtimonijs exornetur. Sed quæ bona cuncta cernit inuidia, malignis oculis bonũ etiam noſtrũ aſpexit. Et terram circumiens, regionem etiã noſtram perambulauit, latũ tentationis ueſtigiũ honeſtis actionibus noſtris infigens, nec boum armenta, aut ouiũ greges læſit, niſi forte quis myſticum eccleſiæ ouile intelligat, ſed tamen in his nihil intulit damni, neq; in aſinis, neq; in camelis inuidus ille nocendi artes exercuit, neque in ulcere carnis ſenſus exaſperãte, ſed caput ipſum nobis ſurripuit, & una cum ipſo capite prætioſa ſenſuũ noſtrorum ornamenta diſceſſerunt. Non adeſt amplius oculus, qui cœlũ intueatur. Non auris, quæ uocem diuinam exaudiat. Non lingua illa caſtũ ueritatis decus. Vbi dulcis oculorũ ſerenitas? Vbi iucunda labiorũ gratia? Vbi geſtus, atq; oris ſuauitati coniuncta comitas, affabilitasq; ſermonis?

Facere non poſſum, quin tanq̃ in ſcena calamitatem deplorans exclamem. Miſeror te, o eccleſia, te inquã, ciuitas Antiochi miſeror ob repentinam hanc rerum commutationem. Quomodo tua defloruit pulchritudo. Quomodo ſurreptũ eſt decus. Quomodo ſtatim ſucciſus eſt flos. Vere enim aruit herba, & flos excidit. Quinã improbus oculus, Quæ mala inuidia hanc inuaſit eccleſiam? Quænã rerum uiciſsitudo, & commutatio facta eſt? Defecit fons, flumen exaruit, rurſus in ſanguinem uerſa eſt aqua. O nuntiũ acerbum, quo hic eccleſiæ luctus ſignificabitur. Quis id filijs renũtiabit, ut ſe orbos intelligant? Quis certiorem faciet ſponſam, ut ſe uiduã eſſe ſciat? Pro dolor. Quid emiſerunt, aut quid recipiunt? Præmiſerunt arcam. Suſcipiunt loculũ. Arca nanq; erat, fratres, uir Dei, arca continens diuina myſteria. In illa inerat urna aurea plena cœleſtis mannę. In illa tabulę teſtamenti, nõ nigris inſcriptæ literis, ſed ſpiritu Dei uiuentis. Nulla enim tenebroſa, nigraue notio cordis eius candori inuſta erat. In illa ſacerdotij uirga, quæ in manibus eius effloruerat, & ſiquid aliud arcam audiuimus habuiſſe, id omne in animo illius uiri continebatur. Nunc autẽ eorum loco quid reliquũ eſt? Sileat oratio lintea pura; ſerica ueſtimenta, unguentorum & aromatum copia, honeſtæ, uerecundæq; fœminæ ſtudij, & beneuolentiæ ſignificatio. Dicetur enim & hoc geſtum eſſe in teſtimoniũ eius humanitatis, quicquid ea præſtitit ſacerdotẽ, magnifice alabaſtrum unguenti ſuper caput eius effundens. Verũ quid in his ſeruatur? oſſa mortua, quæ etiam antequàm morerentur, ad interitum tendebant, acerba noſtrarum monumenta calamitatum.

Heu qualis iterũ uox in Rhama audietur, Rhachel plorans non iam filios, ſed ſponſum ſuum, & nullam admittens conſolationẽ. Diſcedite, diſcedite, qui conſolamini conſolationes omittite. Lugeat uidua, grauiter conqueratur, ſentiat detrimentũ, quo affecta eſt. Atqui ad perpetiendum abſentis deſideriũ, haudquaquam eſt inexercitata. Quippe quæ dum ille uerſaretur in bello, ſolitudinem ferre conſueuit. Meminiſtis omnino, quæ nos altera oratione de uiri huius certaminib⁹ diximus, ut in omnibus ſan-

ctam colens trinitatem in pari certaminũ numero triplicem oppugnatio num impetũ ſuſtinens, eius honorem defenderit, & conſeruarit. Laborum ipſius ſeriẽ audiuiſtis. Qualem ſe in primo, qualem in altero, qualẽ in tertio prælio geſſerit. Quare ſuperuacaneũ ſit, ea repetere, quæ dicta ſunt. Sed hæc tantum attigiſſe fortaſſe non fuit intempeſtiuum.

Quo primum tempore caſta eccleſia uidit ſponſum ſuũ, piſcatoris perſonam uidit in Dei imaginẽ commutatam. Exuberantem uidit charitatis fontem. Vidit gratiã labris eius circumfuſam, ſummũ animi ſummiſsionis faſtigiũ, ut nihil ſupra cogitari poſſet. Vidit Dauidis manſuetudinem, Salomonis pruden tiã, Moſis benignitatẽ, Samuelis diligentiam, Ioſeph pudicitiam, Danielis ſapientiã, Magni Eliæ ardorem fidei, ſublimis Ioannis incorruptã corporis integritatem. In uno animo tot bonorum concurſum aſpexit. Quamobrẽ beato quodam amore, pudico & caſto conſauciata, ſponſum dilexit ſuũ Cæterum cum iã exoptata conſuetudine frui & amoris deſideriũ, quo inflammata erat, deberet explere, relicta eſt ſola, tentationibus athletã ad certamina reuocantibus. Ac ille quidẽ ſudoribus pro ueritate depugnabat. Hæc autẽ caſte matrimonium colens, patienter deſideriũ eius perferebat. Atq; ita magnũ fluxerat temporis ſpatium; quum adulteri more, quidã intactum thalamũ tentauit inuadere, at ſpõſa ſe pollui minime paſſa eſt. Ille rurſus idem ambire, ea uero aufugere. Tertio ille conari, at ipſa conſtantius in propoſito permanere, donec hęreſis tandem diſiecta caligine, paciſq; radiũ immittens aliquam Deus a diuturnis laboribus quieſcendi ſpem attulit. Sed cum ſe mutuo ruſum aſpectu, lætitiaque et ſancta animi uoluptate recrearent, iterumq; deſiderium exardeſceret, ecce poſtrema iſta peregrinatio gaudium eorum interrupit.

Venerat, ut nos ſibi tanq; ſponſam exornaret, & uoto quidem potitus eſt ſuo. Fauſtas honeſto coniugio coronas impoſuit. Dominum ſuũ imitatus eſt. Vt in cana Galilææ Dominus, ſic Domini imitatur Iudaicas hic hydrias aquis hæreticis plenas, fidei uirtute in alterã naturam conuertit, & apud nos uas ſobriæ, ſyncerœq; doctrinæ conſtituit. Sæpe lautiſs. orationis conuiuio nos accepit. Ille quidẽ benedicendo præibat. Hi uerò boni diſcipuli panem uerbi frangentes, turbis ſubminiſtrabant. Nos autẽ lætabamur, patris noſtri gloriam nobis efficientes propriam.

Quàm præclara, iucundaq; ſunt, quæ hactenus cõmemorauimus. O q; beati eſſemus, ſi hic poſſet orationi finis imponi. Sed quidnã deinceps ſequitur? Lamentatrices uocate, inquit Hieremias. Neque enim aliter inflãmatus tumor leniri, & excoqui poteſt, niſi ſuſpirijs, & lachrymis alleuetur. Tunc abeuntis deſideriũ ſpes reditus conſolabatur. Nunc extremo diſceſſu à nobis ſeiunctus eſt. Magnum interuallũ inter ipſum, & eccleſiam intercedit. Nã ille in ſinu Abrahæ requieſcit. Qui autem aquæ guttam afferat, dolentiumq; linguã refrigeret, non eſt. Abijt illa pulchritudo, ſilet uox, obmutuerunt labra, auolauit gratia, felicitatis illius noſtræ memoria tantũ mane. Elias etiã ad Deum ſublatus mœrore quondam affecit populũ Iſraẽlitam. Sed pallio præceptoris amictus Eliſæus, dolorem ex eius diſceſſu perceptũ leniebat. Nunc autem maius eſt uulnus, q; ut curationem admittat. Quoniam cum Elias ademptus ſit, non eſt tamen relictus Eliſæus.

Triſtes quaſdã & lugubres audiui Hieremiæ uoces, quibus deſertam

Hieroſolymitarũ ciuitatem lamentabatur, qui & alia quædã magna cum miſeratione perſecutus eſt, & hoc etiã dixit. Viæ Syon lugent. Quod ille tunc locutus eſt, id uidemus expletum hoc tempore Quando enim calamitatem fama nuntiauerit, tunc lugentibus uiæ cõplebuntur. Tunc ab eo paſti diſsipabuntur præ miſeria Niniuitarũ uocem immitati, immò uero maioribus, quàm illi doloribus affecti. Illis enim luctus dolorem ſoluit, his nulla ex luctu ſperatur doloris liberatio. Noui etiã alium quendam Hieremiæ cantum Pſalmorũ annumeratum libris, quo Hieroſolymæ captæ miſeriã deplorabat. Sic autẽ habet: In ſalicibus ſuſpendimus organa noſtra. Hunc ego cantũ his noſtris congruentem temporibus iudico. Cum enim uideã hæreticam confuſionem, nam confuſio eſt Babylon, & pericula ex ea confuſione defluentia, hæc ea eſſe aio fluenta Babylonica, quibus aſsidentes conquerimur, quòd duce in his perturbationibus careamus. Nam quod ſalices, atque ijs appenſa organa memorat, id etiã ænigma nobis congruit, quoniam uere ſalix eſt uita, ſiquidẽ ea eſt arbor ſterilis. Nobis enim dulcis uitæ fructus excidit. Quamobrẽ ſalices fructu carentes effecti ſumus, & increia, atque immobilia charitatis organa ex eiuſmodi arboribus dependentia. Si oblitus, inquit, tui fuero Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea. Date mihi hanc ueniam, ut paulũ immutem, quod ſcriptum eſt. Quoniã non dexteræ noſtræ nos, ſed dextera noſtra noſtri oblita eſt. Et lingua gutturi adhærens, & conglutinata uocis exitum interclуſit, ne dulcem illam uocem amplius exaudiamus.

Verum abſtergite mihi iam lachrymas, ſentio enim me nimiũ muliebriter dolori, & ultra quàm æquum ſit, indulſiſſe. Sponſus nobis non eſt ereptus, hic in medio inter 1 nos eſt, licet eũ non uideamus. In adytis ſacerdos eſt, ad interiora uelaminis, quo præcurſor nobis Ieſus introiuit, reliquit carnis exuuias, non amplius ſimilitudinẽ. Et umbrã cœleſtium ſuſpicit, ſed ipſum rerum exemplar intuetur, non amplius per ſpeculũ in ænigmate ſed facie ad faciem Deum alloquitur, & erroribus noſtris ueniam implorat. Pellicea depoſuit indumenta, quibus in Paradiſo degentibus non eſt opus alijs utitur ueſtimentis, quæ innocentia uitæ ſibi ipſe contexuit, & ſecũ attulit. Prætioſa in conſpectu Dei eſt mors hominis pij. Quanquàm hæc non eſt mors, ſed uinculorũ confractio. Dirupiſti enim, inquit, uincula mea; Solutus eſt Simeon, à corporis uinculis liberatus eſt. laqueus contritus eſt, & paſſer aufugit. Ægyptũ reliquit Moſes limoſam uitam pertranſiit, non rubrum illud, ſed nigrum & tenebroſum hoc uitæ traiecit mare, in terram promiſsionis ingreſſus eſt. Super monte cũ Deo philoſophatur, animi calceamentum ſoluit, ut puro mentis inceſſu gradiatur in terra promiſsionis, ubi cernitur Deus.

1 *Ecce quomodo Sancti non ſunt mortui ſed uiuunt, & ipſum Deum intuentur, ac pro noſtris peccatis ueniam implorant.*

Hanc habentes conſolationem fratres, qui oſſa Ioſeph fertis in locum benedictionis, audite Paulum adhortantem: Nolite, inquit, contriſtari, ſicut cæteri, qui ſpem non habent. Dicite populo, qui illic eſt, eique præclara hęc enarrate, rem admirandam atque incredibilẽ exponite. Quomodo homines multitudine innumerabiles, ita denſi, & conſtipati, ut unum prope corpus continuum efficerent uniuerſi, tãquam aqua circa corporis pompam inundabant, quomodo bonus Dauid multis carminibus, multiſque modis in ordines innumerabiles ſeipſum diuidens, in eiſdemque linguis & labris circa tabernaculum chorum ducebat. Quomodo ex utraque

parte ignis fluuij perpetua facium ſerie, tanquam ductus aquarum nunquam interrupto curſu fluentes tēdebant, quo ad oculus aſſequi poterat. Dicite populi totius piam animi propenſionem. Apoſtolorum ſocietatē. Quomodo ſudaria ab eius corpore pro munimento fidelium uellebātur. Ad narrationem illud accedebat, Rex in ipſo funere triſtis ac mœſtus, deſiliens e ſolio ſuo, & ciuitas uniuerſa pompam ſancti proſequens. Et his rationibus inter uos conſolamini.

a *Vide quam ſolennes exequiæ in funere Diui Meletij celebratæ ſint.*

Præclare ſapiens Salomon mœſtitiam curat. Iubet enim uinum in mœrore uerſantibus dari. Vobis autem hoc dico, o Dei uineæ cultores. uinū ueſtrum mœſtis propinate, uinum inquam, illud, non quod ebrietatem affert, mentique inſidias ſtruit, & corpus corrumpit, ſed quod cor atque animum recreat, lætitiaque profundit. quod Propheta nobis oſtendit, uinum inquiens, lętificat cor hominis. Hoc uinum dilutius temperatum, maioribus ſanctæ dictionis poculis miniſtrate, ut nobis rurſum in lętitiā & gaudium luctus conuertatur, id nobis elargiente unigenito filio Dei, cui gloria in æternum. Amen.

Pſal. 103. b.

Habetur libro primo Epiſtolarum eius.

VITA ET MIRACVLVM MVLIERIS VERcellenſis ſepties ictæ per D. Hieronymum presbyterum ad Innocentium ſcripta.

SÆpe a me Innocenti chariſsime poſtulaſti, ut de eius rei miraculo, quæ noſtra ætate acciderat, non tacerem. Cumq; ego id uerecunde & uere, ut nunc experior, negarem, meque aſſequi poſſe diffiderem, ſiue quia omnis ſermo humanus inferior eſſet laude cœleſti: ſiue quia ociū quaſi quædam ingenij rubigo, paruulam licet facultatem priſtini ſiccaſſet eloquij: tu econtrario aſſerebas, in dei rebus non poſsibilitatem inſpici debere, ſed animum: neque poſſe eum uerba deficere, qui credidiſſet in uerbo. Quid igitur faciam? Quod implere non poſſum, negare nō audeo. Super onerariam nauem rudis uector imponor. Et homo qui necdum ſcalmum in lacu rexi, Euxini maris credor fragoribus. Nunc mihi euaneſcentibus terris, cœlum undiq; & undique pontus: nunc unda tenebris inhorreſcens, & cæca nocte, nimborum ſpumei fluctus caneſcunt. Hortaris ut tumida malo uela ſuſpendā, rudentes explicem, clauum regam. Pareo iam iubenti, & quia charitas omnia poteſt, ſpiritu ſancto curſum proſequente confidam, habiturus in utraque parte ſolatium. Si me adoptatos portus ęſtus appulerit, gubernator putabor. Si inter aſperos orationis anfractus, impolitus ſermo ſubſtiterit, facultatem forſitan requires, uoluntatem certe flagitare non poteris.

Igitur Vercellæ Ligurum ciuitas haud procul a radicibus alpium ſita, olim potens, nunc raro eſt habitatore ſemiruta. Hanc cū ex more conſularis inuiſeret, oblatam ſibi quandam mulierculā una cum adultero (nam hoc crimen maritus impegerat) pœnali carceris horrore circundedit. Neque multo poſt, cum liuidas carnes ungula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret ueritatem, infeliciſsimus iuuenis uolens cōpendio mortis longos cruciatus uitare, dum in ſuum mentitur ſanguinem, accuſauit alienum, ſoluſque omnium miſer, merito iuſſus eſt percuti, qui non reliquit innoxiæ, unde poſſet negare.

At

At uero mulier ſexu fortior ſuo, cum eculeus corpus extenderet, & ſordidas fœtore carceris manus poſt tergum uincula cohiberēt, oculis quos tantum tortor alligare non poterat, ſuſpexit ad cœlum, & uolutis per ora lachrymis: Tu inquit, teſtis & domine Ieſu, cui occultum nihil eſt, qui es ſcrutator renis & cordis, non ideo me negare uelle, ne peream, ſed ideo mentiri nolle, ne peccem. At tu miſer homo, ſi interire feſtinas, cur duos interimis innocentes? Equidem es ipſa cupio mori, cupio inuiſum hoc corpus exuere, ſed non quaſi adultera. Præſto iugulum, micantem intrepida excipio mucronē, innocentiam tamen mecum feram. Non moritur, quiſquis uicturus occiditur.

Igitur conſularis paſtis cruore luminibus, ut fera, quæ guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitit, duplicari tormenta iubet, & ſæuū dentibus frendens, ſimilem carnifici minitatus eſt pœnam, niſi confiteretur ſexus infirmior, quod non poterat robur uirile reticere. Succurre domine Ieſu, ad unum hominem tuum, complura ſunt inuenta ſupplicia. Crines ligantur ad ſtipitem, & toto corpore ad eculeū fortius alligato, uicinus pedibus ignis apponitur, utrunq; latus carnifex fodit, nec papillis dantur induciæ: immota mulier manet, & a dolore corporis ſpiritu ſeparato, dum conſcientiæ bono fruitur: uetuit circa ſe ſæuire tormenta. Iudex crudelis, quaſi ſuperatus attollitur. Illa deum deprecatur, ſoluuntur membra compagibus. Illa oculos ad cœlum tendit, quaſi de communi ſcelere alius confitetur. Illa pro confitente negat, & periclitans ipſa, alium uendicat periclitātem. Vna interim uox eſt: Cæde, ure, lacera, non feci. Si dictis tollitur fides: ueniet dies, quæ hoc crimen diligenter diſcutiat, habeo iudicem meū.

Iam laſſus tortor ſuſpirabat, ingemit: nec erat nouo uulneri locus. Iam uita ſæuitia, corpus quod laniarat horrebat. Extemplo ira excitus conſularis: Quid miramini, inquit, circunſtantes, torqueri mulier mauult quam perire? Adulterium certe ſine duobus committi non potuit & eſſe credibilius reor, noxiam ream negare de ſcelere, quam innocentem iuuenē confiteri. Pari igitur prolata in utrunque ſententia, damnatos carnifex trahit, totus ad ſpectaculum populus effunditur, ut prorſus quaſi migrare ciuitas putaretur, ſtipatis proruens portis turba denſatur.

Et quidem miſerrimi iuuenis ad primum ſtatim ictum amputatur gladio caput, truncumque in ſuo ſanguine uoluatur cadauer. Poſtquam uero ad fœminam uentum eſt, & flexis in terram poplitibus, ſuper trementem ceruicem micans eleuatus eſt gladius, & exertam carnifex dexteram totis uiribus concitauit: ad primum corporis tactum ſtetit mucro lætalis, & leuiter perſtingens cutem, raſuræ modicæ ſanguinem aſperſit, imbellē manum percuſſor expauit, & uictam dexteram gladio marceſcente miratus, in ſecundos impetus torquet. Languidus rurſus in fœminam mucro delabitur, & quaſi ferrum eam timeret attingere, circa ceruicem torpet innoxiam. Itaq; furenis & anhelans lictor, paludamento in ceruicem retorto, dum totas expedit uires, fibulā quæ chlamydis mordebat oras, in humum excuſsit, ignarusq; rei, enſem librabat in uulnus. En tibi ait mulier ex humero aurum ruit, collige multo quæſitū labore, ne pereat. Proh rogo quæ eſt iſta ſecuritas? Impendentem non timet mortem: lætatur percuſſa, carnifex pallet, oculi gladium non uidētes, fibulam uident. Et ne parum eſſet, quod non formidabat interitum, præſtat beneficium ſæuienti;

Iam igitur & tertius ictus ſacramentum fruſtratus erat trinitatis. Iam ſpiculator, exteritus, & non credens ferro, mucronem aptabat in iugulum, ut qui ſecare non poterat, ſaltem premente manu corpori conderetur. O omnibus res inaudita ſeculis. At capulum gladius reflectitur, & uelut dominũ ſuum uictus aſpiciens, confeſſus eſt ſe ferire non poſſe.

Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos ædidere pro fletibus. Circa quorum ſaraballa ſanctamq́ cæſariem, innoxium luſit incendium. Huc beati Danielis reuocetur hiſtoria, iuxta quem adulantibus caudis, prædam ſuam leonum ora timuerunt. Hunc Suſanna nobilis fide, omnium ſubeat mentibus, quæ iniquo damnata iudicio, ſpiritu ſancto puerum replente ſaluata eſt. Ecce non diſpar in utraq; miſericordia domini. Illa liberata per iudicem, ne iret ad gladium: hæc à iudice damnata, abſoluta per gladium eſt. Tandem ergo ad fœminam uindicandam populus armatur. Omnis ætas, omni ſexus carnificem fugat, & cætu in circulum coeunte exclamat: Non credit pene unuſquiſque quod uidet.

Turbatur tali nuncio urbs propinqua, & tota lictorum turma glomeratur. E quibus medius ad quem damnatorum cura pertinebat erumpens, & caniciem immundam perfuſo puluere turpans: Quin meum, inquit, o ciues petitis caput? me illi uicarium datis? ſi eſtis miſericordes, ſi clementes eſtis, ſi uultis ſeruare damnatam: innocens certe perire nõ debeo. Quo fletu uulgi concuſſus eſt animus, mœſtusq́ ſe per omnes torpor inſinuat, & mirum in modum uoluntate mutata, cum pietatis fuiſſet, quod ante defenderant: pietatis uiſum eſt genus, ut paterentur occidi. Nouus igitur enſis: nouus percuſſor apponitur. ſtat uictima: Chriſto tantum fauente munita. Semel percuſſa tantum fauente munita. Semel percuſſa concutitur, iterum repetita quaſſatur, tertio uulnerata proſternitur. O diuinæ potentiæ ſublimanda maieſtas: quæ prius fuerat quarto percuſſa, nec læſa: ideo poſt Paulum uiſa eſt mori, ne pro ea periret innoxius. Clerici quibus id officij erat, cruentum linteo cadauer obuoluunt, & foſſam humum lapidibus conſtruentes, ex more tumulum parant. Feſtinato ſol curſu occaſum petit: & miſericordia domini, celeriore curſu naturæ nox aduenit. Subito fœminæ palpitat pectus: & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad uitam. iam ſpirat, iam uidet, iam ſubleuatur, & loquitur. Iam in illa poteſt uocem erumpere: dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quædam, quæ Eccleſiæ ſuſtentabatur opibus, debitum cœlo ſpiritum reddidit, & quaſi de induſtria ordine currente rerum, uicarium tumulo corpus operitur.

Dubia adhuc luce: in lictore diabolus occurrit, quærit cadauer occiſæ, ſepulchrum ſibi moſtrari petit: uiuere putat, quam mori potuiſſe miratur. Recens à clericis ceſpes oſtenditur, & dudum ſuperiecta humus, cum his uocibus ingeritur flagitanti, Erue ſcilicet oſſa iam condita. Infer nouum ſepulchro bellum, & ſi hoc parum eſt, auibus feriſq́ lanianda membra diſcerpe ſepties percuſſa, debet aliquid plus morte perpeti. Tali ergo inuidia carnifice confuſo: clam domi mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad Eccleſiam commeatus ſuſpitionis pãderet uiam, cum quibuſdam uirginibus ad ſecretionem uillulam ſecto crine tranſmittitur. Ibi paulatim uirili habitu ueſte mutata, in cicatricem uulnus obducitur. Et o uere ius ſummum, ſumma malicia: poſt tanta miracula adhuc ſæuiunt leges.

En quo me geſtorum ordo pertraxit. Iam enim ad Euagrij noſtri nomē peruenimus. Cuius ego pro Chriſto laborem, ſi arbitrer a me dici poſſe, non ſapiam. Si penitus tacere uelim, uoce in gaudium erumpente, non poſſim. Quis enim ualeat digno canere præconio, Auxentium Mediolanis incumbantem, huius excubijs ſepultum pene ante, quam mortuum? Romanum epiſcopum iam pene factionis laqueis irretitum: & uiciſſe aduerſarios, & non nocuiſſe ſuperatis? Verùm hęc ipſe equidem ſpatijs excluſus iniquis Prætereo, atq; alijs poſt me memoranda relinquo, pręſentis tantum rei fine contentus ſum. Imperatorem de induſtria adit, precibus fatigat, merito lenit, ſolicitudine promeretur: ut redditā uitæ, redderet libertati.

VITA SANCTÆ IVLIANÆ VIDVÆ per D. Ambroſium ſcripta.

Habetur in exhortatione eius ad Virgines.

SAncta Iuliana uidua eſt, quæ hoc domino templū parauit atque obtulit quod hodie 1 dedicamus, digna tali oblatione quæ in ſobole ſua, tēpla iam domino pudicitiæ atque integritatis ſacrauit. Dū Iulianam uolui dicere, Iudæā dixi. Non errauit lingua, ſed definiuit. Iudæa enim eſt anima, quæ Chriſtū fatetur. Deniq; notus in Iudæa Deus, id eſt, ubi agnoſcebatur Deus, non ubi negabatur. Eſt ergo in ſpiritu Iudæa, ubi maior portio intellectus & ſyncerior, quia ſalus ex Iudæis eſt. Linguę igitur error teſtimoniū ſanctitatis inuenit. Honoremus ergo hanc uiduam, quia ſcriptum eſt; Viduas honora quæ ueræ ſunt uiduæ. Licet uerborū noſtrorum honorem non ambiat, quæ Apoſtoli mandatum adæquauerit, habens in bonis operibus teſtimonium, quæ bene filios educauerit, melius inſtituerit.

1 Vides quod dedicare templa cerimonia eſt antiquiſsima in eccleſia catholica? Cur ergo deridetur ab hæreticis hoc tempore?

Quis hanc non ut deſtitutam & miſerabilē deplorauit, quando amiſit maritum? At iſta miniſtrum ſacris ereptum altaribus, amplius ingemuit, quam ſibi coniugem, aut patrem filijs. Nam & ſi præſidio eſſet mariti uiduata & ſolatio, tamen apud piam mentem cauſa Eccleſiæ præpōderabat. Succinxit itaq; mentis uiſcera, & circumfuſam ſe uidens numero filiarum trium, & unius filij, quo ſolent terreri cæterę, hoc fortior facta tali filios alloquio conuenit.

Filij amiſiſtis patrem, matrem habetis, melior quidem fuiſſet illa commutatio, ſi pater uiueret, mater deeſſet. Tamen infirma licet & deſolata, oſtendo uobis ſi uultis ſequi, quo arbitremini patrem uobis non deceſsiſſe. Habebitis enim meliorem de cœlo parentem. Ille eſt qui & hos ſuffulſit patres. Quid enim aliud iam ſupereſt ſpei? Pater uobis fuit diues gratia non pecunia, opulentus miniſterio non patrimonio, cuius hæreditas fides eſt locuples Deo, ſed egena ſeculo. Satis uos diuites reliquit, ſi propoſitum eius ſequamini. Sola eſt fides utrique indiſcreta ſexui, cenſus uirorum, dos uirginum,

Et tu quidem aliquanto propior patri, agnoſce quæ matri debeas, qđ domi uocabulum reddas. Ætas te excuſat, ſed hæreditas uocat. Iocundetur fili, pater & mater in te. Noli matrem contemnere quaſi imprudentem. Regis admonitio inquit, quæ mater ſua, qui filius, qui ſeruat dictiones Dei. Primogenite tibi dico fili, qui filius mei uentris, qui natus mearum orationum, ne dederis mulieri tuam honeſtatem. Audis quid ſapiēs

dicat, quid ſcriptura aſſerat. Conſidera quis te, ut naſcereris iuuerit, filius es uotorum magis quam dolorum meorum. Conſidera cui te mulieri pa-
2 ter tali nomine deſignauerit, qui uocauit Laurentium. Ibi 2 uota depoſuimus, inde nomen aſſumpſimus. Vota effectus ſecutus eſt, redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetrauit, tu reſtitue quod de te huiuſmodi nominis appellatione promiſimus.

Quid dicis tu qui uotis detrahis? Ecce quomodo ſancta mulier filiū obtinuit ex uoto facto D. Laurentio, & mandat ut quod ſancto promiſſum eſt reddatur.

Quid autē eſt fili aliud quod eligendum putes, niſi Deum patrum tuorum? Ipſe enim pauperes & diuites facit, humiles & excelſos facit. Suſcitat a terra pauperem, & de ſtercore inopem, & ſedere eum facit eū cum potentatibus in tribunali honoris & hæreditatis. Dat uotum optanti, & benedicet annos iuſti. Quid hoc fili præcellentius, aut quid eſt uita hominis in hac terra, niſi leuis curſor? En tranſiuimus, & nihil uidimus. Atque utinam hunc curſorem imitaremur ut nihil uidemus, & nulla portaremus onera. Sed quod eſt grauius, curſus uacuus, & onera inania quidē, ſed non leuia, neque delicti uacua, quia graue ſignus peccati eſt. Vnde clamat ſanctus Iob: Nonne tentatio eſt uita hominis in terra? aut ſicut mercennarij quotidiani uita eius, & ſicut ſeruus timens dominum ſuum, qui umbram inuenerit, & ſicut mercennarius expectans mercedem ſuam, ſic ego expectaui in uacuū. Noctes autē dolorum datæ ſunt mihi: Si dormiero, dico quando dies? Cum ſurrexero, iterū quando ueſper? Plenus ſum dolorum a ueſpere uſq; ad mane, niſi tu domine intendas in eum, & uiſitationem eius facias uſque mane, & in requiem eū inducas. Arbor ſi excidatur, repullulat & floret ab aquæ odore: Homo cū ceciderit, nihil eſt, ingruunt ſuper eum dolores.

3 Hanc igitur tentationem tantarū neceſſitatum, ſi uultis filij uitare, 3 integritas corporis expetenda uobis eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, nō pro imperio præcipio. Sola eſt enim uirginitas quę ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis uoti quam præcepti, Quod enim gratiæ 4 eſt, non iubetur, ſed deſideratur, electioniſq; magis eſt quam ſeruitutis. Vnde & Apoſtolus dicit: De uirginibus autē præceptum domini non habeo, conſiliū autem do tanquam miſericordiā conſecutus a domino. Le-
4 gerat enim dixiſſe dominū ſpadonibus: Quicunque cuſtodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego uolo, & amplectentur teſtamentū meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatū, meliorem filiorum & filiarum, nomen æternū dabo illis, & non deficient. Meliorem inquit locum uobis dabo, ſpadonibus dicit. Iis uidelicet, qui ſe reſecta genitali parte abſciderint. Ipſi ſunt ergo qui habent in cœlo præmia cæteris præſtantiora.

Vide heretice ſi ſancta mulier hortatur filios ad cōtrahendas nuptias, an potius ſuadeat eis ſeruare uirginitatem.

Ecce quanta uirginitatis præconia, Et quod Deus magis eā uult, & quod in cœlis habet præmia præſtantiora.

Hoc in euangelio ſuo prædicat dei filius: Dicentibus enim Apoſtolis, quia ſi ita eſt cauſa uiri, ut non liceat illi uxorem dimittere, niſi ex ſola cauſa fornicationis, non expedit nubere, reſpondit dominus. Non omnes ca-
5 piunt uerbum iſtud, ſed quibus datū eſt: Hoc eſt: non capit hoc conditionis humanæ infirmitas, ut pateat omnibus, 5 ſed illis ſolis facile eſt ad capiendum, quibus diuina refulſit gratia, ut caſtrare ſe poſſint, quo regnū cœlorum adipiſcantur. Audiſti fili quantum ſit præmiū integritatis. Regnum 6 acquiritur, & regnum cœleſte uitam angelorū exhibet. Hoc uobis ſuadeo, quo nihil pulchrius, ut inter homines angeli ſitis, qui nulla ſibi ligantur nuptiali copula. Quoniā quæ non nubunt, & qui uxores non du-

Tū qui dicis uirginitatē ſeruare eſſe impoſſibile, cōſidera q̄d cum gratia Dei quæ omnibus uolentibus datur, res facilis eſt.

cunt, ſicut angeli in terris ſunt, ut tribulationē carnis non ſentiant, ſeruitutem ignorent, a mundanæ cogitationis ableuentur contagio, diuinis rebus mentem intendant, ut tanq̃ exuti corporis infirmitate, non quæ hominis ſunt, ſed quæ dei ſunt, cogitent. 6

Ecce iterum uirginitatis laus, quaſi Deo diſpliceret, ut uiunt quidam pſeudo magiſtri, non tantum a ſanctis patribus commendaretur.

Conſiderate filiæ ſi uelitis nubere, quantū uobis deſit quibus pater deeſt. Deeſt opima dos, quod ipſum tamen ſi abundaret, emeretis magno precio ſeruitutē. Nunc uero quis non deſpiciat deſtitutas patre? Quo confugietis? Vnde auxilium poſtulabitis aduerſus uirorū iniurias? Quanta in ipſis coniugijs incōmoda ſunt? Quam graues plerunq; contumeliæ? Quanta uincula? Primum ipſum coniugium uinculum eſt, quo alligatur uiro nupta, & ei ſubiectione aſtringitur. Bonum quidē charitatis uinculum eſt, ſed tamen uinculū, de quo cum uelit ſe exuere nupta, non poſsit, nec liberum ſui habere arbitriū. Denique apoſtolus dicit, Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uir. Et quid mirum de muliere, quandoquidē & uir ſui corporis poteſtatē non habet, ſed mulier? Si qui fortior eſt, poteſtatem non habet, quanto minus infirmior? Non ergo abſoluit mulierē communis ſeruitus, ſed grauius aſtringit.

Videte itaq; quid ſcriptura dicat, quid apoſtolus ſuadeat. Quis uobis poteſt melius conſilium dare, quam ille uas dominicæ electionis? Quid igitur dicat percipite auribus. Volo autē 7 oēs homines eſſe ſicut meipſum. Et iterum dicit de non nuptis & uiduis: Bonum eſt illis, ſi ſic maneāt ſicut & ego. Volo uos imitatrices eſſe tanti apoſtoli, ut uitā eius ſequamini, qui coniugij uinculum refugit, ut uinctus eſſet Chriſti Ieſu. Non potuiſſet ad tantam apoſtolatus ſui peruenire gratiam, ſi fuiſſet alligatus coniugij contubernio. Quod ſi ille qui & doctrina præſtantiſsimus erat, & tantum Chriſti donum habebat, iudicauit tantū momenti eſſe ſi abſtineret ab uſu copulæ coniugalis, & ideo ſic manſit, 8 ne plurimum ſuo muneri decerperetur, quod neque orationi ſemper uacare liceret, neq; ſemper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret, ut placere uxori eſſet neceſſe, quid utiq; uos eligere oportet, quibus ſola uirginitas poteſt libertatem dare? Quoniam quæ nupſerit ad ſeruitutem pecunia ſua uenditur. Meliori conditione mancipia quam coniugia cōparantur. In illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis precium ad ſeruitutem additur. Nupta uenalis auro grauatur, auro æſtimatur.

7 *Lector ex hoc loco cōſidera quam extorta ſit quorundam ſciolorum loci paulini expoſitio, Volo omnes eſſe ſicut meipſum, id eſt cōiugatum. Cum ſancti e contra exponant a coniugio immunem & uirginē, prout i ueritate fuit.*

8 *Vides quam præſtet uirginitas matrimonio.*

Experta ſum filiæ labores copulæ, coniugij indignitates. Et ſub bono coniuge, nec tamen ſub bono marito libera fui. Seruiebam uiro, & laborabam placere. Miſeratus eſt dominus, & fecit miniſtrum, continuoq; & mihi & uobis raptus eſt. Et fortaſſe miſerante domino, ne diceretur maritus. Videtis filiæ longæuam matrem doloribus, & adhuc immaturam uiduitatis ſtipendijs. uidetis amiſſum omne præſidium & ornamentū. Nec auxilium uiri habeo, nec uirginitatis gratiam. Et de me leuis cura. Vos mæreo, uos conſidero, remanſerunt mihi onera coniugij, abiere adiumenta. Quanto mallem in hos nunquā ueniſſe uſus. Poteſtis tamen excuſare patrem, ableuare matrem. Sed quid in nobis amiſſum eſt, in uobis repræſentetur. Hoc ſolo nos coniugij non pœnitebit, ſi uobis labor noſter profecerit. Proximum putabo matrem eſſe uirginum, ac ſi uirginitatem tenerem.

Conſiderate filiæ quam ſibi ueniens in has terras, dominus Ieſus matrē elegerit, ſalutem mūdo daturus. Per 9 uirginem uenit, & mulieris lapſuq;

9 *Summopere uirgini-*

tatē commendat qđ dominus ueniens ad ſaluandum mundum ex Virgine matre naſci uoluerit.

partu uirginis ſoluit, ueſtra quoq; integritas meos ſoluat errores. Quid boni ſit uirginitas conſiderate, deſtitutam me eſſe certum eſt, præſidio egere. Sed ſi uolueritis ſic manere, nullius opem requiram, abundabit mihi ad omnem opitulationem ueſtræ integritatis corona. Quis non dicet beatam, quam nunc miſeram putant? Quis non honorabit tot uirginū matrem? Quis non uenerabitur aulam pudoris?

10 Multas fœminas ſcriptura diuina in lucem euexit, 10 palmam tamen publicæ ſalutis ſolis uirginibus dedit. In ueteri teſtamento terra ac mari clauſum Hebræorum populum uirgo per maria pedes duxit, In Euangelio autorem mundi & redemptorem uirgo generauit. Virgo eſt Eccleſia, quam ſtuduit Apoſtolus uirginem caſtam aſsignare Criſto. Virgo eſt filia Syon, uirgo eſt ciuitas illa Hieruſalem quæ in cœlo eſt, in quam nihil commune intrat atq; immundum. Virgo eſt & illa quam uocat Ieſus, cui & dixit: Ades huc a Libano ſponſa ades huc a Libano, tranſibis & pertranſibis. A principio fidei, non ſolum tranſit uirgo, ſed etiam pertranſit, quæ feſtinat ad ſponſum. Tranſit ſeculū pertranſit ad Chriſtum, uel quia ea quæ Chriſto ſe dicauerit, tranſeundo ad cœleſtia, terrena pertranſeat. Nam & ipſe ſponſus ſic uenit ad ſponſam ſuam, ut ſaliat ſuper montes, tranſiliat ſuper colles.

Scriptura ſolis uirginibus dat palmā publicæ ſalutis.

Addit adhuc ad laudem uirginitatis: Hortus clauſus ſoror mea ſponſa, hortus clauſus, fons ſignatus, quo meliores afferat fructus clauſtro pudoris ſepta uirginitas, in qua intemerata permaneant caſtitatis ſignacula. Hunc ortum animæ ueſtræ, hunc fontem ſeruatæ puri liquoris, ut eum in uobis nemo perturbet, nemo deſignet, quem genitalis in uobis origo ſignauit. Nemo auferat animæ ueſtræ uineam, & uilia olera ferat. Vinea enim quidam fructus uirginalis eſt: Coniugia uelut olerum plantaria ſunt, in quibus frequens zelus eſt. Et ideo ſicut olera herbarum, cito cadunt atque marceſcunt, niſi finem imponat ſenectus, aut ad perfectum uehat continentia.

11 Eſtote nubes ſed leues, eritis profecto 11 ſi ableuet uirginitas onera cōditionis, & tenebras huius limoſæ carnis illuminet. Ideo dicit illa: Nigra ſum & decora filiæ Hieruſalem. Nigra per carnem, decora per uirginitatem. Nubes itaq; ſunt, & graues nubes quæ nupſerint. Nanq; a nubibus uerbum nubentium tractum arbitror. Deniq; operiuntur & nubes, cum acceperint nupturæ uelamina. Et uere graues nubes, quæ ſuſtinent ſarcinam matrimonij. Nam etiam grauari aluo feruntur, cum ſemina conceptionis acceperint, Date ergo leui ueros eius. Quid tam uerum, quam intemerata uirginitas, quæ ſignaculum pudoris & clauſtrum integritatis genitale cuſtodit? At uero cum uſu coniugij iuuencula defloratur, amittit quod ſuum eſt, quando ei miſcetur alienum. Illud ergo uerum quod naſcimur, non in quod mutamur, quod a creatore accepimus, non quod de contubernio aſſumpſimus. Date ergo uero illi Leui, illi ſacerdotum principi, uero Aaron, uero Melchiſedech ueros eius, quales ipſe condidit, non quales ſeculi huius uſus efficit, ut opus ſuum in uobis, & illud genitale ſignaculum inuiolatum atq; integrum recognoſcat.

Ecce & hic uirginitatis excellentia præ matrimonio.

Date illi & exhibete illū Adā qui fuit ante peccatum, illam Euā quæ fuit antequam lubricum ſerpentis hauriret uenenum, priuſquam eius ſupplantarentur inſidijs, quando non habebant quo confunderētur. Nā utiq;

nunc licet bona ſint coniugia, tamen habent quod inter ſe ipſi coniuges erubeſcant. Tales ergo eſtote filij, quales Adam & Eua in paradiſo fuerunt. De quibus ſcriptum eſt, quod poſtea quam de paradiſo eſt eiectus Adam, cognouit Euam uxorem ſuam, & illa cõcepit & peperit filium cui nomen Abel. Melior itaq; ſecundus quam prior fructus, quia iſte immaculatus, ille maculoſus. Iſte adhærens deo, & totus a domino, ille mundana & terrena poſſeſsio. Deniq; in iſto mundi redemptio annunciatur, ab illo mundi ruina. In hoc Chriſti ſacrificium, in illo diaboli parricidium.

Nihil ergo uobis ſit filij cum poſſeſsione ſeculi, nec terrenæ uobis & Iudaicæ poſſeſsionis ullos uendicandos eſſe fortius arbitremini. Legimus quidem quia Moyſes, id eſt lex, terras bello & cæde quæſitas, ſorte diſtribuendas Hebræorum populo cõſuerit, quarum poſſeſsionem ſibi Salphe filiæ poſtularunt. Sed quia Salphæ filiæ. Tamen idem Moyſes leuitis non diuiſit terram, quorum non erat terrenus, ſed ſuperior incolatus. Sed ijs ſine labore terreno ſacri ſtipendia miniſterij deputauit. Salphę autem filię quid ſunt quę terram petunt, niſi ut interpretatio docet, oris obumbratio, quę utiq; in illis eſt, quibus non eſt uerbum in ore ipſorum, nec in ſermone eorum ueritas? Sicut in populo Iudęorum qui nolunt Chriſtum Deũ Dei filium confiteri. Tales igitur terram requirunt, & huiuſmodi poſtulant poſſeſsionem, in qua tota uitę ſuę ętate deſudant, & pro fructibus ſpinas curarum & ſollicitudinum metant. Fugite ergo filię umbram oris quę in lumen ęternum creditis quod illuminat omnem hominem, quę non tanquã in umbra Chriſtum, ſed in lumine confitemini, populus qui ſedebat in umbra mortis, lux orta eſt illis. Fuimus ergo in umbra, ſed nunc iam non ſumus qui Chriſtum fatemur. Atq; utinam licuiſſet & mihi dicere, qui Chriſto profitemur. Et tamen profiteamur ego uiduitatem, uos uirginitatem, Fiat in uobis ore ad ſalutem confeſsio.

State ergo in corde ueſtro, ſicut bona uinea in propagine ſua. Multę enim tentationes ſunt, ideoq; ait ſcriptura: Tentauerunt eum in tentatione, et maledixerunt ei ſuper aquã contradictionis cades. Tentatur uirginitas a pleriſq; petitoribus. Et cum uoluerit uirgo perſeuerare, exiſtunt qui contradicant. Contradicit petitor, & refutatus maledicit. In opprobrio eſſe uidetur innupta uel uirgo uel uidua. Cades enim innupta eſt, quę eſt ſancta corpore & ſpiritu, & domino ſe dicauit, quę reliquit parentes, & non facit uoluntatem eorum, qui ſolent dicere: Debes nobis filias nepotes. Cades eſt quę filios neſcit. Quod ſi illa diuitijs ſeculi pręfert opprobrium Chriſti, quod neceſſe eſt ſubeat qui quęrit Chriſto placere, quanto magis uos quos pater prouocat ad integritatem, mater hortatur id ſequi quod conuenit. Bonum eſt ergo uirginitas. Deniq; qui iudicauit inquit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem ſuam benefacit, & qui noniungit melius facit. Ille 12 bene- 12
facit propter laqueum, hic melius facit propter utilitatem. Illud pro remedio, iſtud pro pręmio. Beatior autem erit quę ſic mãſerit ſecundum meum conſilium. Puto enim quod & ego ſpiritum dei habeam. Sequimini ergo filię conſilium Apoſtoli, donum ſpirituſſancti.

Vide quod coniugiũ bonum eſt, ſed uirginitas melior.

Sumite ergo & uos ſicut ſumpſit Maria Soror Moyſi & Aaron tympanum in manibus ueſtris, & exite dicentes: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt. equum & aſcenſorem proiecit in mare: Morti-

ficate membra ueſtra, ut tympani modo nulla in ĳs laſciuia carnis exæſtuet, omnisq; flagrantiæ corporalis ſenſus intereat. Neſciat in ĳs niſi in mortuis corporis uoluptatibus ſolus ſpiritus reſultare. Si enim mortui fueritis, peccato, uiuetis deo. Viuetis autem, ſi non regnet in corpore ueſtro ulla concupiſcentia.

Verſate manibus ueſtris crucem Domini Ieſu, & in ueſtris eam operibus ableuantes, calcate mundi huius profundum, & pertranſite, ut ille ſicut equus adhinniens in libidinem, nullum locum inueniat in uobis, et quicunq; uoluerit perſequens comprehendere uos, demergatur. Dextera leuaq; circa uos aquæ murus ſit, ut uapor omnis corporis temperetur, donec ad illos intelligibiles duodecim fontes, & ſeptuaginta arbores palmarũ, ad illam magni requiẽ ſabbati diuina nos dignatio perducat, & in monte hæreditatis ſuę plantare dignetur, ubi Sancta Maria choros ducit.

Induite ergo filiæ Dominum Ieſum Chriſtum, quærite ueram ſapientiam, de qua dicit Iob: ſapientia autẽ unde inuenta, aut qui locus diſciplinæ? Abyſſus dixit, Non eſt in me, mare dixit, Non eſt mecum. Bene abyſſus dixit, non eſt in me, quia reſurrexit. Non enim habet quem tenere nõ potuit. Denique habes in Euangelio, quia angeli dixerunt mulieribus ad ſepulchrum uenientibus: Ieſum qui crucifixus eſt, quæritis, non eſt hic, ſed ſurrexit. Quid eſt non eſt hic, id eſt, non eſt in ſepulchro, non eſt in inferni, ſed in cœleſtibus eſt. Mare quoq;, hoc eſt, ſeculum dicit: Mundus hic dicit, non eſt mecum quia ſupra mundum eſt, quẽ uitæ humanæ lapſus atque illecebra non immutauit, quia peccatũ non fecit, nec eſt dolus inuentus in ore eius. Abyſſus ergo dixit: Non eſt in me, Mare dixit: non eſt mecum. Sed cœlum non dixit, quia non eſt apud ſe quem receperat reſurgentem. Paradiſus non dixit non eſt in me, quem regnare in ſe abſoluto quoque latrone cognouerat, ſicut ipſe Dominus dixit: Hodie mecũ eris in paradiſo. Attrahite filiæ ſapientiam in interiora ueſtri cordis promptuaria, quoniam eſt omni auro argentoq; præcioſior, quam mors neſcit, quia non mortui laudant dominum ſed uiuentes. Et uos igitur ut uiuatis, laudate Dominum, & laudate eum diebus ac noctibus. Laudabitis autem, ſi ab eo nulla uos auertat cupiditas matrimonĳ, & cura mundi, quoniam quæ coniugum ſortiuntur, ſollicitantur mundi huius negocĳs.

Conſiderate filiæ quid uotis debeatis parentum. Aperuimus ad Deũ os noſtrum, uotum eſt uoluntas parentum. Nos orauimus, uos ſoluite. Quanta uis ſit in uobis parentum, Iepte Galaditæ filiæ uos debet docere, quæ ne fruſtraretur oblationem patriam, etiam mortem ſuam obtulit. Nam cum ille ſollicitus de belli periculo nouiſſet, ſi proſperior pugnæ euentus foret, id quod regredienti domum ſuam primo ſibi occurreret, de ſe immolaturum: ubi uictoria potitus eſt, occurrit filia læta præ cæteris gaudio uictoriæ, & pietatis officio. Ingemuit pater non affectus immemor, ſed memor uoti. Quæſiuit cauſam filia, reſpondit ille quid domino promiſiſſet. Tum illa hortata eſt, ut promiſſum Deo munus impleret. Itaque incautam patris oblationem ſanguine ſuo ſoluit. Hæc uobis filiæ ſunt communia.

13 *Et Samuel, & Iulianæ filius ex uoto parentum nati ſunt.*

Tu autem fili quem mihi uerus Helcana, id eſt Dei dedit poſſeſsio, poſtulatus meus, petitus meus, Inde enim 13 etiam Samuel nomen accepit. Tu inquam impetratus meus & uotiuus meus, qui quomodo in ute-

rum meum ueneris neſcio, Iam enim deſperaueram ſobolem ſexus uiri-lis, quem mihi uota mea, non aliqua ſolennis cœtus ſecreta formarunt, Tu inquam fili agnoſce a quo donatus ſis mihi. Ille tua ora plaſmauit, ille tua membra diſtinxit, ille mea orata ſuſcepit, cuius templo, cuius obſequio te antequam naſcereris ſacraui. Non parentibus, non tibi, ſed Deo natus es, cuius antequam de uulua matris exires, eſſe cœpiſti. Et omnes
14 quidem illius ſumus, ſed tamen tu ſpecialiter promiſſus, Domino tu redderis, quia ſcriptum eſt: Vouete & reddite Domino Deo ueſtro. Ego misera, ego indigna, & tamen quaſi Anna promiſi, ut omnibus uitæ tuæ diebus ac noctibus a conſpectu Domini non recedas. Ego promiſi, tu exequere. Dominus ſibi hoſtiæ ſuæ munus implebit. 14

Vide hic ſi uota Deo placent, & ſi ſpecialiter Deo promiſſa, ſpecialius ſint domini, & omnino ei reddenda.

Hæc & alia pia mater, quæ poſtq; congruentem filiorum uidit effectum, ablactatum ſuum uberibus gratiæ ſpiritualis in templum Domini deducens, conuerſa ad preces Confirmatum eſt inquit cor meum in domino, exaltatum eſt cornu meum in Domino. Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, lætor in ſalutari tuo, quoniam non eſt ſanctus alius quō Dominus, & non eſt iuſtus quo Deus noſter, & non eſt ſanctus præter te iſta igitur ad filios mater dicit, quæ ſimul & uiduitatis in ſe, & integritatis in liberos titulos in domum ſuam intulit quaſi quoſdam fœmineos principatus. Egregia ſane fœmina, quæ ſibi nihil reliquit, totum qđ habuit, Deo obtulit. Cuius uita inſtitutio diſciplinæ eſt, & quædam formula caſtitatis Bono propoſito, & meliore magiſterio. Exemplum enim uiduitatis, & uirginitatis magiſterium eſt. Procedit in eccleſiam filiarum uirginum ſepta comitatu, domeſticum decus inuehens, & inuenit in eccleſia quod ſuum dicat, filium ſacrarum lectionum oracula perſonantem, ut uideantur ſibi ſorores domi diſcere, cum frater auditur. Mater quoq; ad imitationem cœleſtis exempli gaudet ſe proficere de filio, & omnia legentis uerba pio mandat affectu, & ſedulo corde conſeruat.

VITA SANCTÆ MARCELLINÆ VIRGINIS Sororis D. Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis per eundem conſcripta.

Habetũr in principio libri tertij eiuſdem de uirginibus.

QVoniam quæ habuimus digeſsimus ſuperioribus libris duobus, tempus eſt ſoror ſancta, ea quæ mecum conferre ſoles, 1 beate memorię Liberij pręcepta reuoluere, ut quo uir Sāctior, eo ſermo accedat gratio. 1

Namq; is, cum in Saluatoris natali, ad Apoſtolum Petrum, uirginitatis profeſsionem, 2 ueſtis quoq; mutatione ſignares (quo enim melius die quam quo uirgo poſteritatem acquiſiuit) atq; aſtantibus etiam puellis Dei compluribus quę certarēt inuicem de tua ſocietate, Bonas, inquit, filia nuptias deſideraſti. Vides quantus ad natalem ſponſi tui populus cō uenerit, & nemo impaſtus recedet? Hic eſt qui rogatus ad nuptias aquā in uino conuertit, in te quoq; ſyncerum ſacramentum conferet uirginitatis, quę prius eras obnoxia uilibus naturę materialis elemētis. Hic eſt qui quinq; panibus & duobus piſcibus quatuor milia populi in deſerto pauit. Sed plures pauiſſet, ſi iam tunc qui paſcerentur fuiſſent. Denique ad tuas nuptias plures uocauit. Sed iam non panis ex ordeo, ſed corpus mi-

Si Liberius Romanus Pontifex in hæreſim incidiſſet, & in ea obijſſet, ut uolunt hoc tempore nonnulli, quomodo D. Ambroſius appellaret eū hic beatæ memoriæ, & uirum ſanctum? An hæc de hæretico homine conuenienter dici poſſunt? Nonne potius eum damnata

memorię,& hominẽ peſsimum nominaret,ceu qui a fide apoſtataſſet, preſertim cum hæc ſanctus pater poſt eius mortẽ ſcribat.

niſtratur e cœlo. Hodie quidem ſecundum hominem homo natus ex uirgine,ſed ante omnia generatus ex patre,qui matrem corpore, uirtute referat patrem. Vnigenitus in terris,unigenitus in cœlo. Deus ex deo, partus ex uirgine.Iuſticia de patre,uirtus de potente,lumen ex lumine. Non impar generanti,non poteſtate diſcretus,non uerbi extenſione aut prolatione confuſus, aut cum patre mixtus. Sed ut a patre generationis iure diſtinctus ſit, ipſe eſt fraternus tuus, ſine quo nec cœleſtia nec marina nec terrena conſiſtunt. Verbum patris bonum quod erat in principio.Habes eius æternitatem.Et erat,inquit,apud patrem, habes indiſcretam a patre inſeparabilemq́; uirtutem.Et deus erat uerbum,habes ingenitam eius diuinitatem.De compendio enim tibi fides eſt haurienda.

2

Ecce quõ etiam olim quæ uotum uirginitatis emittebant, ſpeciali habitu de nouo ẽpoſito, Domino Deo conſecrabantur.

Hunc filia dilige,quia bonus eſt.Nemó enim bonus niſi ſolus deus. Si enim non dubitatur quia deus filius,deus autem bonus, utique non dubitatur,quia bonus filius deus.Hunc inquam dilige.Ipſe eſt quem pater genuit ante luciferum,ut æternum,ex utero generauit ut filium,ex corde eructauit ut uerbũ.Ipſe eſt in quo complacuit pater. Ipſe eſt patris brachiũ, quia creator eſt omnium.Patris ſapientia,qui ex dei ore proceſsit. Patris uirtus,quia diuinitatis in eo corporaliter habitabat plenitudo.Quem pater ita diligit,ut in ſinu portet,ad dexteram locet,ut ſapientiam dicat,uirtutem nouerit.Si igitur uirtus dei Chriſtus,nunquid aliquando ſine uirtute deus? Nunquid aliquando ſine filio pater? Si ſemper utiq; pater,utique ſemper & filius. Perfecti ergo patris perfectus eſt filius. Nam qui uirtuti derogat,ei derogat,cuius eſt uirtus.Inęqualitatẽ non recipit perfecta diuinitas.Dilige igitur quem pater diligit, honorifica quẽ honorificat pater. Qui enim non honorificat filiũ, non honorificat patrem. Et qui negat filium,nec patrem habet. Hæc quantum ad fidem. Sed interdũ etiam cum fides tuta eſt,iuuentus ſuſpecta.

3

Audi uirgo quæ mero ingurgitaris, Modicò uino utere.

4

Ecce quomodo ieiunium & parſimonia ualent ad cohibendas carnis cupiditates.

Modico 3 itaq; uino utere,ne infirmitatẽ corporis augeas,non ut uoluptatem excites.Incendunt enim pariter duo,uinum & adoleſcentia.Infrenent etiam teneram ętatem 4 ieiunia, & parſimonia cibi, retinaculis quibuſdam indomitas cohibeat cupiditates. Ratio reuocet,mitiget ſpes, reſtringat metus.Nam qui moderari neſcit cupiditatibus, ſicut equus raptatur indomitus,uoluitur,obteritur,laniatur,affligitur. Quod aliquando iuueni ob amorem Dianę contigiſſe proditur.Sed poeticis mendacijs coloratur fabula,ut Neptunus pręlati riualis dolore incitatus,equis dicatur furorem immiſiſſe,quo eius magna potentia prędicetur,quod iuuenẽ non in uirtute uicit,ſed fraude decepit.Vnde eius ſacrificium quotannis inſtaurant Dianæ,ut equas ad eius immoletur aras. Quam uirginẽ dicunt,quæ id quod etiam meretrices erubeſcere ſolent,amare potuit non amantem. Sed habeant per me licet fabulę ſuam autoritatem, quaſi non licet ſceleſtum utrunq;,minus tamen ſit iuuenem amore adulterę ſic flagraſſe ut periret,quam duos(ut ipſi dicunt)deos de adulterio ceſtaſſe: Iouem autem dolore ſcortantis filię in medicum uendicaſſe adulteri, quod eius curaſſet uulnera,qui Dianam in ſyluis adulteraſſet, uenatricem ſane optimã, non ferarum,ſed libidinũ,ſed ferarum etiam,ut nuda uenetur.Dent igitur Neptuno dominatum furoris,ut aſtruant crimen inceſti amoris. Dent Dianę regnum in ſyluis quas incolebat, ut confirment adulterium quod gerebat. Dent Æſculapio quod mortuum reformauerit, dummodo profi-

teantur quod fulminatus ipſe non euaſerit. Dent etiam Ioui fulmina quę non habuit, ut teſtificentur quæ habuit opprobria. Sed a fabulis ad propoſita reuertamur.

Eſcis 5 quoq; omnibus quæ gignant membris calorem, parce utendum puto. Carnes enim etiam aquilas uolantes deponunt. In nobis quoque ales interior illa de qua legimus: Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua, ſublime tenens uirgineo prope uolatu, ſuperfluæ carnis neſciat appetẽtiam. Conuiuiorũ deuitandæ celebritates, fugiendæ ſalutationes, ipſas uiſitationes in iunioribus eſſe pauciores uelo, ſi forte deferendũ parentibus aut æqualibus. Teritur officijs pudor, audacia emicat, riſus ſubrepit, modeſtia ſoluitur, dum affectatur urbanitas, interroganti non reſpondere infantia, reſpondere fabula eſt. Deeſſe igitur ſermonem uirgini, quam ſupereſſe malo. Nam 6 ſi mulieres etiam de rebus diuinis in eccleſia iubentur tacere, domi uiros ſuos interrogare, de uirginibus quid cautũ putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commẽdat pudorẽ? An uero mediocre pudoris exemplũ eſt, quod Rebecca cum ueniret ad nuptias, & ſponſum uidiſſet, uelamen accepit, ne prius uideretur quam iungeretur? Et utique pulchra uirgo non decori timuit ſed pudori. Quid Rachel? quẽadmodũ extorto oſculo fleuit et gemuit? Nec flere deſiſſet, niſi proximũ cognouiſſet: Ita & pudoris ſeruauit officiũ, & pietatis non amiſit affectũ. Quod ſi uiro dicitur, uirginem non conſideres, ne quando ſcandalizet te, quid dicendum ſacræ uirgini, quæ ſi amet, animo peccat, ſi amatur, & facto? Maxima eſt uirtus tacendi, præſertim in eccleſia.

5 *Abſtinentia cum ciborum delectu etiã antiquis ſanctis fuit in uſu, præſertim uirginibus.*

6 *Nota hoc tu mulier, quæ de rebus fidei quotidie in cœtu fratrum & fœminarum diſſerere audes, et ſacros codices temeraria allegare, cum tuũ ſit officium, ſilere, & a uiris diſcere.*

Nulla te diuinarũ ſententia fugiet lectionum, ſi aurem admoueas, uocem premas. Nullũ ex ore uerbum quod reuocare uelis, proferas, ſed parcior loquendi fiducia ſit. Copioſum quippe in multiloquio peccatũ. Homicidæ dictũ eſt: Peccaſti, quieſce, ne peccaret amplius. Sed 7 uirgini dicendum eſt, quieſce ne pecces. Conſeruabat enim Maria ut legimus, omnia in corde ſuo quæ de filio dicebãtur, & tu cũ legitur aliquid quo Chriſtus uenturus annunciatur, aut ueniſſe oſtenditur, noli fabulando obſtrepere, ſed mentẽ admoue, An quicquam eſt indignius, quam oracula diuina circunſtrepi ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur: circumſonare ſacramenta confuſis uocibus, ut impediatur oratio pro ſalute deprompta omniũ, cum gentiles idolis ſuis reuerentiam tacendo deferuntur. Vnde illud exemplũ proditur: Alexandro ſacrificante Macedonum rege, puerulum barbarũ qui ei lumen accenderet, excepiſſe ignem brachio, atq; aduſto corpore manſiſſe immobilem, nec dolorem prodidiſſe gemitu, nec tacito pœnam indicaſſe fletu. Tanta in puero barbaro fuit diſciplina reuerẽtiæ, ut naturam uinceret: atq; ille non deos qui nulli erant, ſed regẽ timebat. Quid enim timeret eos qui, ſi idẽ ignis eos contigiſſet, arſiſſent? Quid quod quidam in conuiuio patris adoleſcens iubetur, ne meretricios amores indicijs inſolentibus prodat.

7 *Vides quomodo ubiq; inculcet ſilentiũ mulieribus?*

Et tu in miniſterio dei uirgo gemitus, excreatus, tuſſes, riſus abſtine. Quod ille in conuiuio poteſt, tu in miniſterio dei non potes? Vocis uirginitas prima ſignetur, claudat ora pudor, debilitatem excludat religio, inſtituat conſuetudo naturam. uirginem mihi prius grauitas ſua nunciet, pudore obuio, gradu ſobrio, uultu modeſto, & prænuncia integritatis anteeãt ſigna uirtutis. Non ſatis probabilis uirgo eſt quæ requiritur, cũ uidetur.

Frequens ſermo eſt, cũ plurima ranarum murmura religioſæ auribus plebis obſtreperent, ſacerdotem dei præcepiſſe ut conticerent, ac reuerentiã ſacræ deferent orationi, tunc ſubito circunfuſos ſtrepitus quieuiſſe. Silent igitur paludes, homines non ſilebunt? Et irrationabile animal per reuerentiam recognoſcit quod per naturam ignorat? Hominũ tantam eſſe immodeſtiam, ut pleriq; deferre neſciant mentium religioni, quod deferunt aurium uoluptati.

8 *Sanctæ memoriæ Liberius. Quomodo ergo fuiſſe hæreticus dici poteſt.*

9 *Vide ſanctæ mulieris ieiunia, abſtinẽtiam, cibi & potus uilitatem, orationes cum lachrymis.*

Hæc tecũ 8 ſanctæ memoriæ liberius, quæ apud alios maiora uerbis, apud te minora exemplis, ita omnem diſciplinam non ſolũ uirtute adæquaſti, ſed etiam æmulatione uiciſti. Nanq; ieiuniũ in præceptis habemus, ſed ſingulorũ dierum. Tu autem multiplicatis noctibus ac diebus, innumera tempora ſine cibo 9 tranſigis, & ſi quando rogaris ut cibũ ſumas, pauliſper deponas codicem, reſpondes illico: Non in pane ſolo uiuit homo, ſed in omni uerbo dei. Ipſe epularũ uſus cibus obuius, ut edendi faſtidio ieiuniũ deſideretur, potus e fonte, fletus in prece, ſomnus in codice. Hæc iuniorioribus conuenere annis, donec mens æui matura caneſceret. Aſt ubi domiti trophæũ corporis uirgo ſuſtulerit, moderandũ labori, ut magiſtra ſuppari ſeruetur ætati. Cito fœcundis onerata palmitibus emeritæ ætatis uitis crepat, niſi aliquando reprimatur. Eadẽ tamen donec adoleſcit exuberat, & inueterata amputatur, ne ſilueſcat ſarmentis, aut fœtu nimio exinanita moriatur. Bonus agricola optimã uitem & fotu terræ cohibet, & defendit a frigore, & ne meridiano ſole uratur explorat. Agrum quoq; uiſibus exercet, uel ſi non patitur ocioſum, diuerſa alternat ſemina, mutatis ut fœtibus arua requieſcant.

10 *Ecce qualis eſſe debet ueteranæ Virginis uita.*

11 *Semper in quadrageſima aliquid ſtrictioris obſeruantiæ addẽdum eſt.*

12 *Si Oratio deo nõ placeret, & res eſſet ſine fructu, ut quidam mẽtiti ſunt, non tantopere ſororem ad orationes crebro faciendas hortaretur D. Ambroſius.*

13 *Vide Chriſtianũ morem eſſe, tam ante quam poſt cibum & ſomnum, orare.*

Tu quoq; uirgo ueterana pectoris tui colles, diuerſis ſaltem ſeminibus ſere, 10 nunc alimoniis mediocribus, nunc ieiunijs parcioribus, lectione, opere, præce, ut mutatio laboris, induciæ ſint quietis. Non totus meſſem generat ager. Hinc de collibus uineta conſurgũt, illinc purpuraſcentes cernas oliuas, hic olentes roſas. Sæpe etiam relictis aratris ipſe ualidus agricola digito ſolũ ſcalpit, ut florum deponat radices, & aſperis manibus quibus luctantes inter uineta flectit iuuẽcos, molliter ouiũ preſtat ubera. Eo quippe melior ager, quo numeroſior fructus. Ego & tu boni agricolæ exemplũ ſecuta, cum perennibus ieiunijs tanquam depreſsis uomeribus, humũ tuam findas. Floreat in hortis tuis roſa pudoris, liliũ mentis, & irriguum ſacri ſanguinis uiolaria bibant fontẽ. Vulgo hoc ferunt: Quod uelis prolixe facere, aliquando ne feceris.

Debet eſſe aliquid quod 11 quadrageſimæ diebus addatur, ſed ita ut nihil oſtentationis cauſa fiat, ſed religionis. Oratio quoq; nos deo crebra commendet. Si 12 enim propheta dicit: Septies in die laudem dixi tibi, qui regnierat neceſsitatibus occupatus, quid nos facere oportet qui legimus. Vigilate & orate ne intretis in tentionem? Certe ſolennes orationes cũ gratiarum actione ſunt deferendæ, 13 cũ e ſomno ſurgimus, cũ prodimus, cum cibum paramus ſumere, cũ ſumpſerimus, & hora incenſi, cum deniq; cubitum pergimus. Sed etiam in ipſo cubili uolo pſalmos cũ oratione dominica frequenti contexas uice, uel cum euigilaueris, uel antequã corpus ſopor irriget, ut te in ipſo quietis exordio rerũ ſecularium cura liberam, diuina meditantem ſomnus inueniat. Deniq; etiam ille philoſophiæ ipſius qui nomen inuenit, quotidie priuſquam cubitũ iret, tibicinem iube

bat melliora canere,ut anxia curis ſecularibus corda mulceret. Sed ille ſicut is qui laterē lauat,ſecularia ſecularibus fruſtra cupiebat abolere. Magis enim ſe oblinebat luto,qui remediū a uoluptate quærebat. Nos autem terrenorū uitiorum colluuione deterſa, ab omni inquinamento carnis mētium interna mundemus.

Symbolum quoq; ſpecialiter debemus tanquam noſtri ſignaculū cordis antelucanis horis quotidie recenſere. Quod etiam cum horremus aliquid,animo recurrendū eſt. Quando enim ſine militiæ ſacramento miles in tentorio,bellator in prælio? Iam illud quis non ad noſtram inſtitutionem dictū intelligat,quod ait ſanctus propheta: Lauabo per ſingulas noctes lectum meū,lachrymis meis ſtratum meum rigabo? Nam ſiue lectū iuxta literam intelligas,tantā ubertatē oſtendit profundi oportere lachrymarum,ut lauetur lectus,ſtratū rigetur, fletibus obſecrantis. Fletus enim præſentium,merces eſt futurorū. Quoniam beati qui fletis,ipſi enim ridebitis. Siue pro corpore accipiamus propheticum dictum, delicta corporis,pœnitentiæ lachrymis abluamus.

VITA MAGNI BASILII PER D. GREGORIVM Nyſſæ Pontificem fratrem eius deſcripta, Petro Franciſco Zino Clerico Veronenſe Interprete.

Habetur inter opera eiuſdem.

FEſtis diebus annuis,quos uel iam celebrauimus,uel celebramus hoc tempore, præclarū nobis ordinem Deus ſtatuit. Hic autem eſt ille ſpiritalium celebritatum ordo, quem Paulus taliū rerum cognitionem diuinitus aſſecutus edocuit, cū diceret, primum quidem apoſtolos & prophetas,ſecundū hos autē paſtores,& doctores collocari. Cui quidem apoſtolicæ doctrinæ ſolennium celebritatum ordo congruit,ex quo tamen ordine celebritatem primam eximimus. Primū igitur apoſtoli & prophetę ſpiritalem chorū duxerunt. Hęc enim omnino duo gratiarū munera prima ſunt hominibus data nimirū apoſtolicus & propheticus ſpiritus. Quo in numero ſunt Stephanus,Petrus,Ioannes, Paulus. Poſt hos ſuū ordinem ſeruās hodiernæ celebritatis dux ſequitur paſtor & doctor. Quis eſt hic? Dicam nomen? an nominis loco gratia ſatis uirū ipſum declarat? Etenim cum doctorem Paſtoremq; poſt apoſtolos audis, quinā ſecundum illos paſtor,ac doctor ſit,omnino debes intelligere.

Hunc igitur dico,nempe uas electionis,uita,doctrinaq; præſtantē Baſilium, qui iam inde ab ipſo ortu Deo charus fuit, & in ipſa adoleſcentia moribus ſenex. Qui,quemadmodum Moſes,inſtitutus eſt, & adoleuit, & floruit. Qamobrem omnem hominem omnem ſapientiam,nēpe diuinā externamq; docens,tanquam optimus utraq; manu commode utens imperator,utraq; contra hoſtes armatus eruditione,utrinque ſuperabat oppugnantes aduerſarios,utraque in re præſtans illis, qui in alterutra cōtra ueritatis uim aliquid poſſe uidebantur. Nam & hæreticos ſcripturis pugnantes profligabat teſtimonio ſcripturarum, & græcos proprijs ipſorū diſciplinis conuincebat. Ex qua tamen uictoria non hoſtiū mors aut pernicies,ſed uita & utilitas ſequebatur. Quoniam qui fiebant ueritatis captiui,de errore mendacioq; uictores triumphabant. 1

Hunc igitur habemus & nos 1 præſentem nobis conſtituentem ce- *D. Baſilius præſentē*

nobis conſtituit ſolennitatem. lebritatem, germanum ſpiritus uatem & interpretem, egregium Chriſti militem, excellentem ſalutiferæ prædicationis præconem, eccleſiæ Chriſti propugnatorem, ac defenſorem, cui ſecundas poſt Apoſtolos tempus tribuit ſoli. Nam ſi eo tempore, quo Paulus, uixiſſet Baſilius, ſic ei prorſus fuiſſet adſcriptus, quemadmodum Syluanus & Timotheus. Me autem a ueritate non abeſſe conſtabit, ſi ſanctos ita conſiderabimus, ut nullam cuiq; afferat tempus prærogatiuam. Temporis enim natura ea eſt, ut ſiue præteritum, ſiue futurum ſit, in uirtute & uitio ponderandis, nullius eſſe momenti debeat, quippe quod nec uirtutis uim habet, nec uitij. Honeſtū enim uoluntate non tempore cenſetur. Sic igitur rem exploremus, ut fidei fides, & rationi ratio conferatur. Quiſquis enim ex æquo res admirandas ſanctorum expendet, eandem in omnibus gratiam ab eodem ſpiritu pro portione fidei in ſingulos eorum profectam inueniet. Nam quod tempore præceſſerit Paulus, multisq; poſt ſeculis Baſilius extiterit, ea re non inferior uirtutis gradus oſtenditur, ſed diuinæ diſpoſitionis opus in hominū procreatione declaratur. Siquidem & Moſes Abraham multo tempore poſterior fuit, & Samuel Moſe, & Samuele Helias, & hoc magnus Ioannes, & Ioanne Paulus, & Baſilius Paulo. Quod ſi præteritis ſeculis tempus poſterius ſanctorum gloriam apud Deum nihil imminuit, ſic etiam nunc, ubi de uirtute agitur, præſtantia temporis conticeſcat. Id enim, ut diximus, diuinam in hominum genere prouidentiam indicat. Qui enim nouit omnia priuſquam fiant, ut ait propheta, Diaboliq; malitiam omnes hominum ætates inuadere non ignorat, ſalutarem & congruum cuiuſq; ætatis morbis medicum parat, ne ſi humanas alicuius ætatis ægritudines negligat, curantium auxilio deſtitutæ, fiant inſanabiles, & exitiū afferant.

Itaq; cum dominaretur olim philoſophia Chaldęorum, q rerum cauſas in neſcioq; ſiderum motu collocabant, nec ullam ijs, quæ uidentur, ſuperiorem uim rerum effectricem arbitrabantur, tunc oſtendit Abrahā, qui ea ſublimius utens diſciplina, inueſtigauit eum, qui per ea, quæ uidentur, agnoſcitur, & fidei uiam ad Deum deinceps aperuit, per eam ipſe primus ingrediens, relicta paterna deceptione, eaq; neceſsitudine, qua cum rebus procreatis ipſi ſenſus coniuncti ſunt. Poſt autem cum Aegiptij dæmoniacam quandam & deceptricem ſapientiam ex conſenſu ut arbitror, & pactione cum illo, qui uarijs artibus & dolis homines demergit, inueniſſent, Moſem demonſtrauit, qui præcellenti ſapientia Aegiptiorū fallacias aboleret. Notum eſt autem cuique in ſcriptura uerſato, quomodo Moſes Impoſtores ſuas diuinis ſignis præſtigias opponentes uirtute ſuperauerit, diuinoq; fultus auxilio cunctam Aegiptiorū potentiam euerterit. Id quod tū alijs ex rebus, tū ex uirgarū ænigmate intelligi poteſt. Progrediente uero tempore, cū etiam Iſraelitæ ſine principe degentes, erroribus in populari confuſione iactarentur, Samuel extitit, qui populū in officio continens uetuit, ne cū alienigenis miſceretur, popularemq; ſtatum in regni formam redegit, & alienigenas in unum cogens, regię poteſtatis leges tulit. Multis autem ętatibus poſt, cum Achab ille muliebre mancipiū, a patria religione defeciſſet fœminę delicijs inſeruiens, & in eius gratiā Idolorū cultū introducens, in eundē errorem populū Iſraelitam attraxiſſet, Deus Heliam oſtendit, uirū, qui morbi magnitudini parem haberet curandi facultatem. Hic neglecto corporis cultu, ſqualore uultus, incultaq; capillorū multitu-

dine ſentus ac ſordidus, uitam inūbrans ſuā, triſtitia frontis obtutuq; in ſe conuerſo ſeuerus & grauis, caprina pelle tegens eas dumtaxat corporis partes, quę maiorem tectę decorem habent, reliquas autem aeris iniurijs obijciens, contempta omni tū caloris tū frigoris inęqualitate, populo ſe exhibuit, eumq; famis ſupplicio ueluti ſcutica quadā caſtigans, & ea plaga laſciuiam eius atq; intemperantiam coercens, ad ſobrietatem modeſtiamq; reuocauit. Deinde ſuper ſacrificio igne diuinitus excitato morbū ex Idolorū cultu contractū curauit. Poſt hūc multis ſeculis in ſpiritu, & uirtute Heliæ alter ille oſtenditur, qui Zacharia atq; Eliſabet parentibus in huius uitæ peregrinationem editus, prædicatione populum in ſolicitudine congregans, eiusq; concretas ſordes ex ſanguine Prophetarum, & diuerſa piacula, uariaq; peccatorum uincula, quibus tanquam compedibus eo tempore populus uniuerſus obſtrictus erat, pœnitentiæ prædicatione ſoluens hæc omnia, & aquæ baptiſmo abluens in Iordane, nulla re illis, qui in uirtutis uia præceſſerant, inferior apparuit. Quid porro Paulus poſt hunc? ea'ne re prohibitus eſt, ad præſtantis apud Deum gloriæ faſtigium aſcendere, quod tēpore poſterior eſſet? non'ne diuinæ pulchritudinis amator euaſit ſimul ac illius ſplendor perſtrinxit oculos ipſius, ex quibus exciderunt ſquamæ, quæ uelum illud cordi, obductum ſignificabant, quod Iudæorū oculis animorum circuniectum eos ſic obcæcauerat, ut ueritatis lumen intueri non poſſent? Non'ne poſteaquā ſacro lauacro ignorantiæ atque erroris maculas abluit, in diuiniorem confeſtim naturam uerſus eſt, et tanquā craſſo hoc carnis depoſito ſpolio, in adyta celeſtia penetrauit, corporis onere minime impeditus? Non'ne intra diuinam Paradiſi conſtitionem poſitus, arcana ueritatis myſteria didicit? atque inde accepit uerbi poteſtatem ad obedientiam fidei in omnibus gentibus, ex quo totius prope orbis pater effectus eſt, ſpiritali partu in lucē edens, quos ad Chriſti pietatem, & religione informabat?

Quod ſi in alijs ſanctis ad laudem nihil apud Deum ponderis habet ordo temporis, merito audemus et nos natum hac ætate noſtra uirū Dei, magnum ueritatis uas Baſilium, in numero celebrium illorum ſanctorū collocare, cum tempus nec ſingularem illius erga Deum amorē, nec diuinam gratiā ad animi perfectionem impediat. Alioquin diuinæ diſpoſitionis propoſitum offendatur, ſi quod arcano conſilio ſuo Deus auxiliū mittit, ratione temporis imminutū dixerimus. Quis autem ignorat, quā ob cauſam Deus hac tēpeſtate noſtrum doctorem oſtenderit? Poſteaq; enim prædicatione Chriſti ſic extincta eſt hominū idola colentium inſania, ut omnis ſtultorū impietas deleta iam abolitaq; iaceret, cū uera religio per totum fere orbem promulgata eſſet, imperator aūt deceptionis humanæ Chriſti nomine ex orbe pulſus undiq; excluderetur, non tamen ipſe ſolers & ingenioſus ad malum, utpote ipſius mali repertor, dubitauit improbū inire conſiliū, quo ſubditos ſuos ad abrogata iam inſtituta reuocaret. Eis igitur, qui ad ipſum ſpectabāt, aſtutia ſua perſuaſit, ut a rebus procreatis ne deficerent, ſed eas uenerarentur, & adorarent, Deumq; creatum arbitrarentur eum, qui filij nomine uocaretur. Quod ſi ex nihilo factum uellent, à diuinaq; ſubſtantia ſecundum naturā propriam alienum, nihil obſtare, quin Chriſti nomen creaturæ imponentes, eam colerent, in ea ſalutis ſpē ponerent, ab ea iudicium expectarent. Se igitur totum infundens

Apoſtata hominibus, qui ad malitiã ipſius capiendam erant idonei, Ariũ dico, & Aetium, & Eunomium, & Eudoxium, & alios multos quorũ opera obliteratum iã idolorum cultum Chriſtianæ religionis nomine rurſum, ut dictum eſt, introduxit.

Quæ quidem peſtis hominum creaturã præter creatorem adorantiũ, tantũ roboris ceperat, ut auxilio eorũ qui tunc regnabant, errorem ſuum confirmaret, & potentiſsimos quoſq; principes haberet fautores, ac defenſores, uniuerſoſq; propemodũ homines in eandẽ fraudem induceret. Tunc à Deo Magnus Baſilius oſtenditur, quẽadmodum Elias imperante Achab, qui labantẽ quodammodo religionem fulciret, & tanq; lucerna deficientẽ fidei rationem per gratiã, quæ in ipſo inerat, illuſtraret, lumenq; ſuũ per eccleſiæ pelagus errantibus ſublime oſtendens ad rectam omnes uiã dirigeret. Præfectos enim adibat, Prætores conueniebãt, cum Regibus libere loquebatur, abſentes epiſtolis, ut ſolebat Paulus, inſtruebat, eludensq; captantium anſas, nihil occaſionis aduerſarijs dabat, quo uinci poſſet. Proſcribentibus erat ſuperior, quippe qui regni cœleſtis ſpe ſe ipſum proſcripſerat. Quid aũt uel exilij periculũ formidaret, qui unam hominum patriã paradiſum affirmabat, uniuerſamq; terram naturæ exiliũ eſſe cenſebat, uel mortem ſibi cõminantes timeret, qui quotidie moriebatur, ſeq; uolens omni ratione conſumebat, atq; macerabat, dolebatque uni tantũ morti naturã obnoxiam eſſe, quo fieret, ut certamina Martyrum pro ueritate ſæpius imitari non poſſet? Qui præfecto cuidã olim ſe iecur è uiſceribus eius extracturum minitanti, riſu minas imperiti hominis excipiens, ego, inquit, habebo tibi gratias, ſi id feceris. Etenim intra uiſcera iacens non mediocri mœrore afficitur. Quare ſi illud exemeris, ut mi nitaris, mœrenti parte corpus liberabis.

Quãuis igitur poſt alios ſanctos in hanc uitam ingreſſus ſit, quid eius laudem imminuit ea res apud Deum, quominus celebritas ipſius illorum

2 celebritatibus par eſſe debeat? Examina, ſi uidetur, uitam illius, eamque compara cum aliqua Sanctorum, qui præceſſerunt. Deũ dilexit Paulus. Hoc enim bonorum eſt caput, hæc uirtutum omnium maxima, nempe charitas, ex qua omnis fides, ſpes omnis, & quicquid in ipſa patientia conſtantiaq; in rebus honeſtis probatur, ac omnis deniq; gratiarum præſtantia proficiſcitur. Sed conſideremus quanta eius conſtantia fuerit, quãque in omni gratia ſpiritus excelluerit, uideamuſq;, quam charitatis erga Deum menſuram Paulus habuerit. Dilexit, inquies, utiq; Deum ex toto corde, ex toto animo, ex tota mente ſua. hunc enim ſummum amoris erga Deum lex terminum ſtatuit. Siquis igitur totũ cor, & animũ, & mentem fixam & locatam habens in Deo, nihil eorum, quæ expetũtur in hac uita, curat, ſummum in Deum obtinet charitatis gradum, oſtẽdat aliquis Doctoris uitam ad aliquid eorum, quæ in hoc mundo ſtudioſe quæruntur, fuiſſe propenſam, ut ad diuitias, ad opes, ad inanis gloriæ cupiditatem, nam de ſeruilibus uoluptatibus, cum de hoc uiro loquimur, mentionem facere nefas eſt. Siquid horũ appetentem inueneris, non recuſo, quin charitatis eius in Deum menſuram minorem fuiſſe dicas, cum animus eius iſtiuſmodi aliqua cupiditate affectus, ad res terrenas à Deo deflexerit. Quod ſi ab his, ſimilibuſq; rebus q; maxime abhorruit, & affectionem eiuſmodi omnem e uita ſua primũ remouit, deinde doctrina exemploq;

Celebritas Baſilij par aliorum ſanctorũ celebritatibus.

ſuo communem aliorum uitam emendauit, perſpicuum eſt, eam in ſe ipſo habuiſſe charitatis erga Deũ menſuram, qua nullam maiorem natura capiebat. Qui enim ex toto corde, & animo, & mente Deũ diligit, quo pacto maiorem charitatis modum obtinebit, cum locus non adſit? Proinde ſi unum eſſe didicimus terminum charitatis, ut Deus ex toto corde diligatur, dilexerunt aũt Deum Paulus & Baſilius ex toto corde ſuo, qui dixerit eandem in utroq; charitatis fuiſſe menſuram, a uero non aberrabit.

Atqui rerum omniũ Laudãdarum maximam eſſe charitatem & Apoſtolus dicit, & diuinũ Euangelium atteſtatur, Apoſtolus quidem, dum & prophetia ipſam & ſcientia præſtantiorem & fide firmiorem, & ſpe ſtabiliorem, ſemperq; in eodem manentem aſſerit, ſine qua inane, ac nullius momenti eſt, quicquid laudabile ducitur, Dominus autem omnem legem, & myſteria cuncta prophetica huius gratia circunſcribens, eam omnibus antecellere ipſe quoq; demonſtrat. Quapropter ſi in eo, quod præſtantiſsimum & maximũ eſt, non ſuperatur a Magno Paulo, ne in illis quidem omnibus, in quibus charitas excellit, quæq; naſcuntur a charitate, minor eſſe depræhendetur. Nam quemadmodũ qui naturæ humanæ particeps eſt, omnia quæ eiuſmodi naturæ propria ſunt, habet, ſic qui abſolutæ charitatis perfectionem in ſe continet, omnia bona, quæ in hoc genere conſpiciũtur, una cũ ipſa uirtutum principe complectitur. Etenim ſiue fides eſt illa, quæ ſeruat, ſiue ſeruamur per ſpem, ſiue tolerantia gratiam accipimus, charitas omnia credit, & omnia ſperat, et omnia ſuſtinet, ut ait Apoſtolus, & omnia deniq; ne in ſingulis commemorandis immoremur, quæ uirtutis nomine cenſentur, tanq; germina quædam pullulant a radice charitatis, ut; qui hac præditus eſt, omnia ſimul complectatur. Hanc autem habuit Magnus Baſilius. Quare cæterorum bonorum ei nullum defuit. Quod ſi poſſedit omnia, nulla re prorſus minor extitit.

Vides ex hoc ſancti uiri diſcurſu, ſolam ſidem non ſufficere ad ſalutem?

At enim Paulus uidit tertium cœlum, & raptus eſt in Paradiſum, et audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Verum ne ille quidem aperte talem gratiam per carnem ſuſcepit. Quod ſane dubium nec ipſe cælauit, ſiue in corpore, inquiens, neſcio, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Quinetiam auſit aliquis affirmare eum in corpore nihil tale uidiſſe. Extra corpus autem & mentis intuitu, quod noſter non uiderit, nihil eſt. Teſtes ſunt eius ſermones, quos uel ore protulit, uel ſcriptos reliquit. Ille omnia loca, quæ inter Hieroſolymas & Illyrium ſunt, obiens omnibus euangeliũ diuulgauit. Et huius oratio & prædicatio per omnem fere terrarum orbem tranſiit, & ab omnibus æque, ac illa Pauli probata eſt. Omittantur reliqua, quibus uita huius cum illius uita cõferri poteſt. Ille crucifixus eſt mundo, & huic mundus. Caſtigauit ille corpus, perfecit & hic uirtutẽ in infirmitate. Vtriq; Chriſtus uita, utriq; mors lucrum erat, & optabilius diſſolui & eſſe cum Domino, quam hic peregrinari.

Num Ioanni etiam Doctor comparandus uidetur? At ille diuinæ uocis teſtimonio, & inter natos mulierum præſtat, & prophetæ ſuperat dignitatẽ, ut inſani ſimul & impij uideatur, alterius uitã cũ illius uita comparare. Quod ſi pone ueſtigia eius ſequentẽ ad eum proxime acceſciſſe ſummæ felicitatis indicium eſt, rem ſic expendamus. Mollibus ueſtimentis nõ induebatur Ioannes, nec erat tanquam arundo uento agitata, loca ſolitaria frequentibus ante ponebat. Frequẽtia rurſus & celebria ſic habitabat,

ut rationi terra nihil officeret. Quæ doctori item noſtro ueritas tribuit, ut in his magno Ioanne non ſit inferior. Quis neſcit, quomodo ab omni delicata ac molli ratione uiuendi ſic abhorruerit, ut rebus iucūdis ſuauibusq́; prætulerit ea, quæ aſpera duraq́; ſunt, ſoli, frigori, ieiunijs, uigilijs corpus obijciens? In ciuitatibus tanquam in ſolitudine degebat, nihil intermittēs

4 uirtutis ſtudium. ciuitates efficiebat ſolitudines. Neque enim uel multorū

Ecce uigilias & ieiunia etiam olim a ſanctis frequentata.

conſuetudine ab exquiſita ac tuta uiuendi ratione auertebatur, neq; ſi in receſſum aliquem ſe conferebat, liberari poterat ab ijs, qui utilitatis gratia ad ipſum uentitabant, ut in hac etiā re Ioanni Baptiſtæ ſimilis eſſet, quòd ex ſolitudine ciuitatem efficeret, eamq́; anguſtam propter frequentiam confluentium, & multitudinem. Quod autem facile conſiliū ſententiamq́; mutando arundo non fuerit, perſpicitur ex conſtantia, qua in omnibus uitæ inſtitutis permanſit immobilis. Placuit ei paupertas ab initio. Hæc ſententia ueluti petra quædam fuit. Per munditiam concupiuit ad Deum appropinquare, deſiderium illud non arundo, ſed mons conſtitit. Nunquam enim aduerſis tentationum flatibus flectebatur. Nam amoris eius in Deū ſtabilitas ſoli⁹ apſi uerbis declarat. Etenim nec uita, nec mors, nec p̄ſentia, nec futura, nec ulla creatura poterat cor illius a charitate Dei ſeiūgere. Sic in oībus, q̄ ex uirtute decreuerat, non arundineum & inſtabilem animum præſtitit, ſed in rebus honeſtis firmum & immobilem conſeruauit. Libere allocutus eſt Herodem Ioannes, & hic Valentem Imperatorem. Quòd ſi uolumus potentiam iſtorum ponderare. Alter parte quadam Palæſtina Romanorum beneficio potiebatur. Alterius imperium ſol curſu ſuo propemodum terminabat. A Perſidis enim finibus ad Britannos et extremas oceani partes patebat. Ac Ioanni quidē propoſitum erat, ut Herodis cupiditatem, qui propter mulierculam legem uiolabat, increparet. Baſilio autem ut Valentem in uera ſinceraq́; religione retineret, a cuius defectione totius orbis terrarum perturbatio naſcebatur. Opponat igitur iuſtus rerum æſtimator potentiam potentiæ, finemq́; huius reprehendendi libertatis alteri comparet. Illic enim in uno tantum Herodis corpore uulnus inſidebat, hic uniuerſum hominum genus occupabat. Ille ad mortem uſque retinuit caſtigandi libertatem, hic ob eandem conſtantiam in exiliū pulſus eſt, Imperatore loco mortis exiliū decernente. Ioannes poſtremo etiā mortuus uiuere credebatur. Et Baſilius ab inimicis reuocatus ab exilio, obſiſtendi uirtutem nihil remittebat.

Nūquid audebimus oratione ad ſublimem Eliam aſcendere, ut quam doctor noſter in uita cū illo ſimilitudinem habuerit oſtendamus? At uero quòd ille in currū ſublatus equis igneis uectus fuerit, quodq́; hinc in altiora loca receſſerit, hæc ab hominis natura ne poſtulentur. Neq; enim intra humanæ naturæ terminos incolumis in monte ſeruatus eſt, graui terrenoq́; pondere in altū & leue diuina uirtute commutato. Hęc uero quòd oratione ille ſua tanq̄ claue quadam auxilij cœleſtis uteretur, promens illud, quando uolebat, condensq́; rurſum pro arbitratu ſuo, ſi quando id magis conducere exiſtimabat. Quodq́; uno tantū ſubcineritij illius panis nutritus cibo, tam longū tempus ieiunijs traduxerit, in eodem ſtatu uires conſeruans quadraginta dies, ſunt hæc ab homine requirenda, quæ uim humanam longe ſuperant. Nequit enim humana natura ea, quę naturam uincunt, imitari. Vna cū his autem ſileatur, & exiguū illud farinæ uas, &

urceus olei, unde ſuppeditatum eſt, quod uictui neceſſariũ fuit, nec toto famis tempore, hoc eſt, triũ annorum & ſex menſium ſpatio unq̃ defuit. Diuinæ enim beneficentiæ miracula ſingulare & præcipuam uim habent, quam nullus humanæ naturæ merito aſsignet. Quid igitur in doctore noſtro cũ Propheta ſimilitudinem habet? ardor fidei, inimicitia cum impijs, amor erga Deũ, ueri boni deſiderium ad terrena nunq̃ declinans, uita in omnibus explorata, aſpera uiuendi ratio, aſpectus uitæ inſtituto conueniens, grauitas non accerſita, ſilentiũ oratione ſignificantius, rerum futurarum ſtudiũ, pręſentium contemptus, eadem omniũ, quæ uidentur æſtimatio, ſiue quid eorũ, quæ maxima, ampliſsimaq́ue putantur, contingeret, ſiue uile & abiectũ aliquid oſtenderetur. Hæc atq; alia eiuſdem generis ſunt, quibus doctoris uita res Heliæ mirabiles expreſsit. Quód ſi quis quadraginta dierũ inediam obijciat, nos per totius uitę ſpatium ſibi paucitatem præferemus. Hęc enim laus ad eam proxime accedit, pręſertim ſi ea in tẽpore exiguo, hæc in tota uita præſtetur. Quanq̃ & propoſitus ille ſubcineritius panis Prophetę robur ſuſtentabat, habẽs in ſe aliquid omnino, quo nutrimenti illati uis conſeruabatur. Cuius rei illud iudiciũ ſit, quód non hominis manu, ſed angeli ſtudio paratus fuit; ex quo uirtus quædam ſolida, quæ minime diſsipari poſſet, per illũ cibum corpori inſidebat. Hic autem conſuetudine nihil immutata, cibi menſuram ratione præſcribebat, tantũ corpori præbens, non quantũ appetebat natura, ſed quantũ temperantiæ lex imperabat. Doctoris autem ſacrificiũ imitatur ea, quæ Prophetę ſacrificio ſignificabantur, cœleſtem ignem ſuper hoſtias deducens, dum in ratione fidei trinitatem colit. Nam q̃ ſpiritus ſancti potentia uocetur ignis, a ſcriptura ſæpe didicimus. Terræ uero ſiccitatem doctor nec expulit, nec induxit. Cum Magnus Propheta terrã aquæ penuria percuſſerit, idemq́ue uulneri medicinam fecerit, ſupplicij dolori par ex curatione ſolatium afferens. Quód ſi de noſtro quoq; Helia factũ admirãdum dicendũ eſt, cum olim diuino conſilio eiuſmodi quædam calamitas accidiſſet, ut totũ hyemis ſpatium aridũ tranſiret, nec ulla fructuum ſpes oſtenderetur, ante 5 Deũ proſtratus doctor effecit, ne minarũ eius timor longius progrederetur, precibusq́ue eũ placans, ſiccitatis triſtitiam abſtulit. Iam quod attinet ad famis conſolationem, quam uni uiduæ Magnus Helias attulit, ſimile quiddam in doctoris uita poſſumus demonſtrare. Etenim cũ graui quondam fame & ciuitas, in qua ipſe degebat, & omnis ei ciuitati ſubiecta regio laboraret, diuenditis poſſeſsionibus, pecuniamq́ue in egentiũ alimenta diſtribuens fecit, ut quod inſtruendæ menſę domeſticę uidebatur exiguũ, id toto penuriæ, famisq́ue tempore ſatis eſſet, cũ omnes undiq; confluentes aleret, & totius populi iuuentutem ciuitatis ſic enutriret, ut Iudęorũ etiã filij eius humanitatis ex æquo participes eſſent. Nihil autẽ prorſus intereſt, utrũ ex arca, an aliunde promatur, quo diuinũ mandatum obſeruetur. Pauperũ enim conſolatio non quærit, unde ſit, ſed id, quod efficitur, aſpicit. Iam uero quód ſublimis Helias raptus fuerit, admirandũ profecto eſt; ſupraq́ue dici poſsit. Eſt tamen & altera ratio, qua quis in ſublime fertur, haudquaq; aſpernanda, quũ excelſo uiuendi inſtituto iunctoq́ue ſibi ex uirtutibus curru in cœlũ uolat, ibiq; uerſatur. Quod quidem effeciſſe doctorem noſtrum fatebitur, quiſquis actiones eius æquo animo perſpexerit.

5 *Orans Baſilius deum genu flexo, ſiccitatis triſtitiam abſtulit.*

Sed num audebimus hunc etiam cũ Samuele comparare? Duo tantũ,

omiſsis alijs omnibus, quæ de illo prgclariſsima dicuntur, in noſtro item doctore proprie reperiri demonſtrabimus. Primũ quidem ortus utriuſq; fuit conceſſus a deo. Nam ut illũ mater, ſic pater hunc diuino munere genuit, qui quũ lætali morbo quondam in adoleſcentia laboraret, pater inquiete uidit id, quod narratur in Euangelio de puero reguli, ſibiq; Dominum eadem illa uerba, quæ tunc ad illum dixerat, dixiſſe. Vade, filius tuus uiuit. Cuius & ipſe fidem imitatus, eundem fidei fructũ tulit, filijq; ſalutẽ ex Domini benignitate ſuſcepit. Et hoc quidem unũ eſt ex ijs, quæ inter Samuelis miracula numerantur. Alterũ autem eſt, quod idem ſacrificij genus ab utroq; peractũ fuit. Ambo enim pacificas Deo uictimas obtulerunt, ſacrificantes pro hoſtium interitu, alter quidem ut hæreſes, alter ut alienigenæ delerentur.

Iam uero Moſes ille Magnus commune cunctis ad uirtutem tendentibus exemplar propoſitũ eſt, ut errare non poſsit, qui legis latoris uirtutẽ ſibi in omni uita imitandam proponat. Quapropter inuidioſum non erit, ſi doctorem noſtrũ oſtenderimus ipſius uitam, quoad fieri potuerit, expreſsiſſe. Sed in quibus apparet hæc imitatio & ſimilitudo? Princeps quędam Ægyptiorũ Moſem adoptatum domeſtica diſciplina inſtituendum curauit, qui tamen a matris ubere non receſsit, quãdiu prima illa ætas tali alimento nutriendo fuit. Quod etiam de doctore noſtro ueritas ipſa teſtatur. Externa enim eruditus ſapientia ſemper eccleſiæ ſugebat ubera, eiuſq; præceptis & inſtitutis tanquam lacte nutriebat, animũ atq; adaugebat. Repudiauit deinde Moſes falſæ matris illuſtre genus. Neq; hic diu ſuſtinuit nominari id, cuius ipſum pudebat. Nam ut Reginam ille, ita hic omnem ex peregrina eruditione partam gloriam reijciens, humilem contemptamq; uitam amplexus eſt, ſicut Hebræos Moſes theſauris Ægyptiorum antepoſuit. Cũ autẽ in utroq; natura uim ſuam exerceret, utriuſque enim caro concupiſcebat aduerſus ſpiritũ, neq; hic illius cum Aegyptio certaminis expers fuit, in quo ille innocentem oppugnabat, ſed meliori ferens auxiliũ, Hebræo uim afferentem Aegyptiũ interfecit. Per Hebræum autem intelligitur ratio pura & immaculata. Quocirca qui menti fert opem, ut membra mortificet, quæ ſunt ſuper terram, is Moſis uirtutem, quam ille contra Aegyptiorũ præſtitit, imitatur. Sed multa oportet prętermittere, ne ſi diligenter uelimus, omnia quæ in hiſtoria continentur, in quibus Moſis doctor ſimilis fuit, exponere, audientiũ animi perturbentur. Reliquit Aegyptũ poſt necem Aegyptij Moſes, multoq; tẽpore apud ſe priuatim egit. Et hic urbanos tumultus terrenoſq; ſtrepitus relinquens, in receſſu philoſophabatur cũ Deo. Splendor illi per rubum emicuit. Habemus; & nos eiuſmodi quiddam, quod de noſtro dicamus; Cum enim nox eſſet, lux ei quædam precanti effulſit. Erat autem lux expers materiæ, quæ ui diuina domũ illuſtrauit, nec ulla ratione humana accenſa fuerat. Seruauit populũ Moſes, de manu tyranni illũ eripiens. De noſtro item legiſlatore idem fatetur hic populus, quem ipſe perduxit ad promiſsionem Dei. Quid autem neceſſe eſt cõmemorare, quam multos & hic per aquã duxerit, quã multis columnã ignis, hoc eſt doctrinę facẽ prętulerit, q̃ multos ſpiritus nebula ſeruarit, quã multos cœleſti alimento enutriuerit, quo petram imitatus ſit, qua quondam ligno educta ſit aqua, id eſt, qua quondam crucis ſignum os tetigit, quod ſitientes expleuit aqua illa, quæ copiæ

ui abyſſos imitatur, Quale teſtimonij tabernaculum tum corporeum quidem in ſuburbio ſtruxerit, qui corpore pauperes erãt, ſpiritu pauperes efficiens doctrinæ probitate, ut beatam illam aſſequerentur paupertatem, quæ ueri regni gratiam conciliat, tum uerum tabernaculum, in quo Deus habitaret, ſingulorum animum fecerit, in eoq́ columnas quaſdam conſtituerit, columnas, inquam, rationis, quæ uirtutis ſtudio fulcirentur. Et uaſa præterea ad animorum maculas abluendas, ut oculorum aqua ſordes abſtergeret. Quammultas in animo cuiusq́ lucernas impoſuerit, inde orationis luce tenebras expellens, qualia precationum turibula altariaq́ parauerit ex puro ſynceroq́ auro, hoc eſt, ex uera puraq́ affectione, cuius ſplendorem graue inanis gloriæ plumbum nihil obſcuraret. Quid dicam qualem cuiq́ arcam ædificauerit, tabulasq́ teſtamenti Dei digito exaratas in animo collocarit? Hoc autē loquor, illuc reſpiciens, quod ex unius cuiuſq́ corde arcam faciebat, ſpiritus myſteria continentem, habētemq́ legem operibus expreſſam uirtute ſpiritus ſancti. Sic enim interpretor digitum Dei. In qua & ſacerdotij uirga, quæ ſemper floret, & germinat, ſanctitatisq́ fructus gignit. Et urna non carens manna, tunc enim cibo cæleſti uas animi exinanitur, cum irruens peccatum prohibet influxum mannæ. Manna autem eſt cæleſtis cibus. Quid referam quanto ſtudio ſacram ſtolam uel ipſe geſtaret, uel exornaret alios exemplo ſuo, cum ſemper ante pectus ornatum ferret, cui tum ex ſignificatione, tum ex ueritate nomē eſt rationale? Quæ quidem omnia morali interpretatione doctori aptanda ſtudioſioribus relinquo, ut oſtendatur, quam ornatus & ipſe eſſet, & reliquis ornatum impertiret. Sæpe cognouimus eum intra caliginem eſſe, ubi erat Deus. Nam quod alij ſpectare non poterant, ipſe ſpiritus ſancti gratia comprehendebat, ut intra caliginis ambitū eſſe uideretur is, in quo rationes de Deo reconditæ erãt. Sæpe ſe Amalechitis oppoſuit, p̄cationis armis inſtructus. Ipſo enim manus tollente, uerus Iſrael aduerſarios profligabat. Multorum, ut illius Balaam præſtigiarum incantationes diſſoluit, qui non ueræ rationi audientes, ſed aſininæ Dæmonum doctrinæ obtemperantes, inualidum ad nocendum os habuerunt, cum diræ ipſorum imprecationes doctore obſecrante in contrarium uerterentur. Hæc a nobis curſim breuiterq́ perſtricta ad ueritatem factorū aptabit, qui ſancti uitã non ignorat. Qammulti ueneficijs & præſtigijs inſidias fecerint, quorū improbitas irrita inaniſq́ fuerit, non permittente doctoris fide, ut quod cupiebant, malum poſſent ad exitum perducere. Nos autem cætera omnia, quæ in medio ſunt, omittentes, finem utriuſq́ commemorabimus. Reliquit uterq́ uitam, ſed carnis monumentū neuter ipſorum reliquit in terra. Neq́ enim Moſis tumulus inuenitur, neq́ hic ulla terreſtri copia ſepultus eſt, ſed una cū ipſo è uita diſcedente, cuncta, quibus humana uita ſuſtentatur, diſceſſerunt, ut ne terrenum quidem monumentū reperiretur, quod ex relictorū copia memoriam uiri ad meliora profecti declararet. Quemadmodum Moſis, ut hiſtoria narrat, ſepulchrū non eſt inuentum uſq́ ad hodiernam diem. Proinde cū Magnus Baſilius, ut demōſtrauimus, talis fuerit, qui cū Magnis ſanctisq́ uiris ſigillatim ex rebus geſtis comparatus, non longe abſit ab eorum amplitudine, merito feſtorū dierum ſeries nos ad 6 diem hunc in eius laudem celebrandum ducit. Quod quum aliqua illi gratia ratione agendum ſit, conſiderandum eſt, quomodo id aſſequi ualeamus.

6 *Dies feſtus in laudē Baſilij celebrandus.*

Aliquis igitur ornatum aliquod laudationis genus inquirat, quo patriã ipſius extollat, & genus, & educationem, & uitæ inſtituta, quibus uigens ac florens inter homines clarus illuſtriſq; fuerit. Sed magnitudo uirtutũ, quæ in ipſo conſpiciuntur hanc orationis ſpeciem & pompam aſpernatur. Studiũ enim eiuſmodi in contrarium cederet, cũ nulla ſit tanta dicẽdi facultas & copia, quæ rerũ in ipſo mirabilium amplitudinem pro dignitate queat explicare. Quamobrem ne, dum conamur eũ laudare, præclaram de ipſo opinionem in omniũ animis inhærentem imminuamus, ſatius erit, ut admirationem ſilentio potius augeamus, quam laudẽ deteramus, atq; extenuemus oratione. Quid enim dicendo quis afferre poſsit, quo ille gratior eſſe uideatur? Num audiet libẽter fortaſſe nobilitatem illam, quæ ex carne & ſanguine proficiſcitur? Quis eſt, qui neſciat, quomodo uir magnus aduerſus carnem fuerit affectus? quam illi fuerit inimicus? ut eã quaſi mancipiũ fugitiuum rationis uinculis coercuerit? acerrimaq; afflictione tolerantiaq; caſtigans & uinciens ſeruum illum maſtigiam corpus, tanquam inexhorabilis hora nihil ei uincto ſupplicĳ remiſerit? Eũ igitur, qui aduerſus carnem ita ſe geſſerit, corporis nobilitate commendare ineptiſſimum ſit. Quid enim nunc honeſtetur his rebus, quarum eum, dum uiueret, diſpudebat?

Quod autem de genere dicimus, idem de patria dici poteſt. Nam qui ſupra totum orbem poſitus ſe omni elementorum natura ſenſibus expoſita, tanquam anguſtĳs quibuſdam obſeſſum ſic exiſtimabat, ut ne cœlum quidem ſupra ſe eſſe pateretur, ſed illo ſuperius animum circũferret, deſpiciens omnem mundi circumplexam ſublimia ſemper inueſtigabat, & cũ diuinis illis mentibus uerſabatur, quomodo is ex parte aliqua terræ & loci claritate ſe nominari permitteret? Hæc enim foret ignominia, uerarumque laudum imminutio, ſi propoſito uirtutis ſpectaculo, aquam, folia, glebas admiraremur. Præſertim cum nihil tam præclarum ſit, quod ullã laudem afferre poſsit, ſi caſu tibi contigerit, non autem uoluntate delegeris et compararis. Sileatur igitur & patria, & genus, & quicquid ſponte ſua hominibus obuenit. Ea potius in eius laudibus patria, nobilitaſq; numeretur, quam conſilio animiq; propoſito ſibi eligunt boni.

Quænam igitur Baſilĳ claritas generis? quænam patria? genus, neceſsitudo cum Deo. patria, uirtus. Qui enim Deũ accipit, ut in Euangelio ſcriptum eſt, poteſtatem habet, ut Dei filius fiat. Quid autem coniunctione cum Deo nobilius quæras? Qui uero in uirtute uerſatur, qui eam colit, qui ex ea uitam inſtituit ſuam, patriam omnino ſibi ipſe conſtituit id, in quo uiuit. Temperantia eſt illi domus, ſapientia poſſeſsio, iuſtitia, & ueritas, & puritas illuſtria ſunt claræ domus ornamenta. Qui degit in his, clarior eſt, quam illi, qui marmoreis & auratis ædibus gloriantur. Siquis eum ob talem patriam laudauerit, ſi tale genus extulerit, is uera dicet, & gratas illi laudes aſsignabit. Terram autem & diuitias, & carnem, & opes, & principatus, & ex ĳs partam gloriam, tribuant, qui uolunt, amatoribus mundi. Cum igitur congruentem ipſi laudationem oratio noſtra non capiat, hæc ſtudia laudandiq; artificia reſpuenda fortaſſe ſint.

At ſi id fecerimus, quomodo, inquiet aliquis, memoriã ipſius celebrabimus? Quomodo ſeruabitur ſcripturæ lex, quæ iubet, ut cum laudibus ſanctorum memoria celebretur, ſiquidem & ueræ laudes ipſius oratione

explicari non poſſunt, & eas communi iſta ratione proſequi, contumelioſum eſt? Alia ſuppetit ratio, qua non prorſus eum ſine munere noſtrarum laudum relinquamus. Ecquęnam eſt hęc ratio? Quis neſcit, orationem omnem ſi a rebus ſeiuncta ſit, inanem eſſe, nec poſſe ſubſiſtere? Rerum autē naturam efficere, ut oratio conſiſtat, & uera eſſe uideatur? Quamobrem laus factis expreſſa quauis oratione præſtantior erit. Hoc autem præſtabimus, ſi ex memoria illius uitam noſtram melius, quā ante inſtituerimus. Quemadmodum enim ſi in annuli pala, pulcherrima quæpiam imago ſit inſculpta, cera ſigno eius admota, pulchritudinem illius in ſe transfert, totā ſigni ſimilitudinē proprijs notis ſic exprimēs, ut nulla ratione tā aptā ipſius imaginis formā quis poſsit effingere, ut ille, qui cera expreſſam eam oſtendit, eodē pacto ſiquis ornata oratione uirtutem doctoris extollet, alter autem eum imitando uitā ſuam ad eius ſimilitudinē informabit, huius laudatio uita & factis expreſſa pulchrior & gratior erit, quam illius, qui eam eleganti oratione tantum exornabit. Sic igitur & nos, fratres, ſi in ijs, quæ agemus, temperantia temperantem imitabimur, uirtutem eius laudabimus pro dignitate. Et de cæteris item eodem modo. Sapientiæ admirationem exprimamus, ſapientiam capeſcentes. Paupertatis laudem, euadentes pauperes terrenæ iſtius facultatis. Huiuſce mundi contemptus non uerbis tantum laudabilis & glorioſus eſſe dicatur, ſed eorū, quę Mundus ipſe appetit, deſpectione tanquam teſtimonio comprobetur. Ne dicas ſolum, ille uerſabatur cum Deo, ſed te ipſe quoq; cum Deo coniuge. Nec refer modo, ille præter quietis æternæ ſpem nihil poſsidebat, ſed eaſdem tu item tibi diuitias repone, licet enim. Res ille ſuas e terra in cœlum tranſtulit. Transfer tuas etiam tu in cęli tutiſsimos theſauros. Sic & tu magiſtrum imitare. Perfectus eſt enim diſcipulus, ſi ſit ſicut magiſter. Etenim in reliquis artibus, qui medici, aut geometræ, aut rethoris diſcipulus fuit, indignus erit, cui fides habebatur, ſi magiſtri artem commendans, oratione quidem ſcientiam eius admirabitur, in ſe autem nihil admiratione dignum oſtendet: Sic enim illi quiſq; obijciet: Quomodo magiſtrum tuum medicum dicis, cum imperitus ſis medendi facultatis? Aut quomodo geometræ te diſcipulum aſſeris, cum geometriam ignores? At ſi quis in ſe ipſo demonſtrat artem, quam didicit, ſcientia ſua commendat eum, qui ſibi artem tradidit. Quamobrem nos item, qui Baſilio doctore gloriamur, uita & factis diſciplinam declaremus, id euadentes, quod eum & apud Deū, & apud homines celebrem ac magnum fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium nunc, & in ſecula ſeculorum. Amen.

AMPHILOCHII ICONIENSIS EPISCOPI in Vitam Sancti patris Baſilij Magni Cęſareæ Cappadocciæ Archiepiſcopi præfatio.

Habetur in libro Vitarum patrum Coloniæ impreſſo, necnon in libro Monachorum S. Nazarij Veronenſis in pergameno iam 300. annis ſcripto.

Dilectiſsimi non erat indecorum, filios fideles patris contriſtari defunctione, & lachrymam ei dare iuſtum, quemadmodum uſque nunc omnes compaſsibiliter tulimus. Poſtquam autem lamentationis caliginem ſecundum quod ſcriptum eſt, amouimus, & ad gratificam nos poſtulationem apud omnium uerum Deum noſtrum admouimus, neceſſarium credimus, memorabilia & uera ac magna miracula ip-

ſius patris & magiſtri noſtri Baſilij, ſcripturæ tradere, ut non temporali percuſione obliuionis profunditati tradantur. Tribus ſiquidem ſacratiſſimis & mirabilibus uiris. Gregorium dico in Theologia decorum, & Gregorium mirabilem Nyſenſis ciuitatis, ſed et Effrem beatiſsimum, alijs aliter epitaphicis ſermonibus uirum infulgentibus: uiſum eſt & mihi tanquam abortiuo, ut Apoſtolice loquar, in manibus habenti, ab eiſdem uenerabilibus uiris editas narrationes, quæ his defuerunt, ſupplere, ut fidelis filius patri debitum reddens. Si enim ſcit nubes occultare ſolem, multo facilius tēporalis percuſsio bonis enarrationibus obducere nouit obliuionem. Ergo quomodo magnus paſtor noſter & reſonatus in orbe, cœleſtium uirturū collocutor, ac angelicorum ordinum comminiſter, magniloquuſ eccleſiæ prædicator, ſolida orthodoxorum dogmatum columna, naturam rerum exiſtentiam expreſsit, inimicū trinitatis eiecit, uidelicet Iulianū Apoſtatam, Valentis os blaſphemum obſtruxit. Arriano rū debellauit malam gloriam, Chriſtianorū plane corroborauit rectam gloriam, paſtor acquiſitus eccleſiæ populi, regale ſacerdotiū, circum ornatus ouiū Chriſti aries, diuinæ fidei doctor glorioſus, & uiuens, & poſt tranſitū magnis ſplenduit miraculis, & oratio eius, ſicut dictū eſt: facta Iuliani Deo odibilis corrupit & tollentis in altū cornu, & loquentis aduerſus Deum iniuſtitiam: quomodo ualens ipſius auunculus apprehendens indigne imperialem purpuram, & Arrianorū malæ glorię patronus uenit ad eam, quæ apud nos eſt, Cæſaris illuſtrem ciuitatem. Sed ad propoſitum reuertamur, ex natiuitate ſancti patris noſtri Baſilij uſq; in finem uirtutes enarrantes.

VITA SANCTI PATRIS BASILII Magni Cæſareæ Cappadocciæ Archiepiſcopi,

BAſilius itaq; ſolus (ut ſic dicam) in terra æqualem & decentem oſtēdit uitam, operibus & uerbis diuina ſapientia componens, omnia Chriſto dans, ſed & animam atq; corpus, nec non ſermonū manus, gentilem errorem, ſicut araneæ telam dirupit. Hic ſeptennis factus, datur a genitoribus literis. Vacans autem doctrinis quinquennio, fructum acquiſiuit multum, multam philoſophalem diſciplinam, dulcedine naturæ. Deinde relinquens patriam, Cappadox enim erat natione, apprehendit

7 matrem uerborū Athenas. 7 Caſtitate & multa abſtinentia decoratus, adijt præceptorem græcorū ſapientię, nomine Eubulū, & ſic ſeipſum dedit doctrinis admirandis, etiā & magiſtris, factiq; ſunt ipſius conſcolaſtici, Gregorius Magnus, Nazanzi poſtea factus epiſcopus, qui & apoſtolicæ ſedis gubernacula in duo & decem annorū pergubernauit tempora: Iulianus etiam, a paruo Chriſtianus, atq; libanius. Is autem ab o-

Baſilius caſtitate & multa abſtinentia decoratus.

8 mnibus uir admirandus, poſuit in corde ſuo, nihil ſumere panis & uini, donec ſuperna prouidentia, intellexerit diuinæ ſapientiæ arcana. Morās quoque in doctrinis quinq; & decem annis, omnemq; 8 Græcam philoſophiam percurrens, in fine aſtronomiam, ac optima quæque colligens, & nullatenus inuenire ualens per ipſa omnia creatorem, in una noctium uigilante eo diuinus quidem ſplendor fidei accendit eum, perluſtrare totius religionis ſcripturam.

Nota qđ Baſilius operam impendit etiam liberalibus diſciplinis. Cur ergo tantopere damnātur a quibuſdā noſtro tēpore?

Surgens

Surgens ergo abijt in Egyptum, & accedens unũ archimandritarum Porphiriũ nomine, ſupplicauit ſibi dari libros ſacros, ad comprehenſionẽ diuinorum dogmatũ. Quod conſecutus, manſit ibi, delectans ſe medita tione diuinorũ ſermonum, & 9 aqua & herbis ſe enutriens. Annuali ue ro tempore ibidem commorans, & uerbũ ueritatis fide conſiderans, permanſit, ſcrutans ueritatis ſermonem. Sicque poſtulauit dimitti ſe Hieroſo lymam 10 orationis gratia: & quæ ibi ſunt, uidendi miracula. Iam autem ſuperorans illum, dimiſit eum. Veniens nanque ubi græcorũ philoſophiam didicit, cœpit perſuadere multis philoſophis, & multitudini gẽtiũ, atque offerre eos Chriſto, oſtendens eis uiam ſalutis. Quærebat nihilominus & ſuũ præceptorem Eubulum, qui erat opinatiſsimus urbi, ad retributionem in ipſum laboris, afferre, immaculatę fidei, ſicut ſe bene currentem ad eam, omnes etiam eum ſicut magiſtrũ ſequebantur, qui philo ſophiam ſectabantur. Quęrens autem illum per omnia eruditiora, inuenit in ſuburbano, conquirentem in ſermone cum cęteris philoſophis. Hoc enim erat apud illos moris, feſtinabatur aut dici quid, aut audiri plus noui. Diſputante ergo eo, reprehendit eum ſuperueniens Baſilius. Et hi qui cum illo erant: Quis, inquiunt reprehendit te, o philoſophe? Ipſe autẽ ait: Aut Deus, aut Baſilius.

9 *Ecce cibi et potus Baſilij tenuitas & parcitas.*

10 *Vide peregrinationẽ ad loca ſancta, uidendi & orandi gratia.*

Recognoſcens ergo Baſilium, cœſſentes ſibi dimiſit Eubulus, & cohęſit Baſilio, tribuſque diebus incibati permanentes, conquirebant inuicem. Interrogauit ergo Eubulus Baſilium, dicens: Quę eſt diffinitio philoſophię? Qui ait: Prima diffinitio philoſophię, eſt meditatio mortis. Ille admirans, dixit: quid eſt mundus? Qui ait? Qui eſt ſuper mundum. Et dulces quidem ſunt mundi ſermones: amarus autem ualde illi mundus, qui eum continet uicioſe. Et altera eſt uoluptas corporis, & altera incorporeæ naturæ: & ſimul hæc coeſſe cuidam, non de licitis eſt. Nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire. Veruntamen ut uirtus eſt, frangimus eſurientibus panem ſcientiæ: & per malitiam infectos, pro uirtute ducimus ſub tectum. Si autem & nudum uidemus, circunamicimus: & proprij ſeminis, non deſpicimus. Hæc dicens, & exacuens eum parabolicæ ſaluatoris qui erga nos eſt clementia, per pœnitentiã, tres cathinos menti propoſuit in ueſtibulum cogitationis, ſuperliminare quidem portarum, uirtutem adducentem, prudentiam, uirilitatem, iuſtitiam, caſtitatem. Quæ autem ſiniſtra parte, ſuaſionem: in utraque uero parte eius intemperantiam, libidinem ebrietatem, impudicitiam, ſegnitiem, criminationem, linguoſitatem, incantationem, & quoddam talium examen: pænitentiam autẽ decenter ſtantem, incrementem, ſubridentem, leuem, aduerſarios quidam crepantem propriorũ autem indigentem populorum: iuxta eam uero, abſtinentiam, intellectum, lenitatem uenerabilitatem, timorem, clementiã & multorum bonorum plebem: ipſius hiſtoriæ, mens diuina, cautela: audientibus autem zelorum meliorũ occaſio. Hæc ego ipſe uidens, benigne factus ſum, & iſto ductus ſum o Eubule. Sunt enim in nobis non imagines, neque enigmata: ſed ipſa plane ueritas, ducens ad ſalutem. Reſurgemus enim omnes: hi in uitam æternam, & hi in opprobrium & confuſionem æternam: & adſtabimus tribunali Chriſti, ſicut docent nos magnis uocibus Prophetæ, Eſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, & Dauid rex, atque diuinus Paulus poſt illos. Ipſe enim pænitentiæ dator & ipſius re-

tributionis, Dominus,qui ouem quæſiuit perditam et apoſtatam puerũ, ex patris ſinu cũ multis diuitijs & ſeipſum prodige conſumentem,& poſtea reuertentẽ, fame afflictũ ſyncere amplexatus eſt, & ueſte ſplendida ornauit,ac annulo induit præcioſo : ſuadetq; peccanti puero ſæuienti, ſicut fratri indulgentiã dare. Iſte in inuido Dominus prçualens benignitate, qui çqualem mercedẽ circa undecimam horã uenientibus tribuit, & nobis pœnitentibus ac ſuſcipientibus ex aqua & ſpiritu ſancto regenerationem,dabit enim quod oculus non uidit,& auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt,quç prçparauit Deus diligentibus ſe.

His ex ſenſu factus Eubulus,dixit. O Baſili cœleſtis demonſtrator Trinitatis, per te credo in unũ Deum, patrem omnipotentem, & deinceps uſq; expectans reſurrectionem mortuorũ,& uitam uenturi ſeculi. Amen. Ego aũt in hoc quod in me eſt,oſtendi tibi, quia omnia quç mihi ſunt, in manus tuas dans,reliquũ tempus uitç meç tecũ ero, ſi placitum in conſpectu Domini fuerit,ſuſcipiens ex ſancta aqua & ſpiritu regeneratione. Baſilius dixit: Benedictus Dominus Deus noſter, amodo & uſq; in ſeculũ o Eubule,qui ſplenduit lucẽ ueram in mente tua, & tranſtulit te de multimodo errore in agnitionem ipſius miſericordiæ. Quia uero ut dixiſti,mihi coeſſe uis,oſtendam tibi quomodo ſaluti noſtræ prouideamus : uinculis iſtius uitç nos liberantes ; uenundemus omnia quç nobis ſunt, & demus indigentibus ; & ſic in ſanctam ciuitatẽ abeamus ipſi, uiſuriq; ſunt ibi miraculorũ & apud Deũ acquiramus fiduciam. Et ſic uterq; quç eorum erant diſpenſantes,ad ſanctum baptiſma, indumenta tantũ ex ipſis ementes, Hieroſolymam ibant, conuertentes ad Deum gentilium multitudinem magnam.

11 Apprehendentes aũt Hieroſolymam,& 11 omnem locum ſacrũ fide & amore requirentes, & in ipſis locis,qui eſt ſuper omnia,Deum adorantes,manifeſti fiunt epiſcopo ciuitatis nomine Maximino. Et ſe ei proſternentes,poſtulabant conſequi regenerationem in Iordanis fluuio diuinam. Quos uidens idem uir ſanctus,plenus cũ eſſet benignitate,adimpleuit poſtulationem eorũ,& ſimul cum fidelibus uiris uenit ad Iordanẽ, Baſilius autem iuxta ripam factus,proiecit ſe in humũ, & cum lachrymis & clamoribus forti poſtulabat ſignũ reuelari eius fidei. Reſurgensq; cum tremore,deſpoliauit ſe ueſtimentis ſuis, & cũ ipſis uere uetuſto homine, & deſcendens in aquam,orabat. Deſcẽdens autem ſacerdos,baptizauit eũ. Et ecce fulgur ignis ueniebat ſuper eos, & columba ex eodem fulgure uenit in Iordanem,& conturbans aquam,reuolauit in cœlũ. Admirans quoque Maximinus epiſcopus Baſilij in deũ dilectionem,oransq; ueſtiuit eũ reſurrectionis Chriſti indumento. Baptizauit autem & Eubulũ,atq; 12

Ecce iterum peregrinationem ad loca ſancta.

12 ungens eos ſancto chriſmate,tradidit illis uiuificam cõmunionem. Poſtulauitq; Baſiliũ dei ſacerdos per orationem ſumere cibum : quod & fecit, dicens : Ieſu Chriſte deus noſter,credo euangelicæ tuæ uoci, & ſpero in tua benignitate,comedens & bibens contra egredientem a nobis diabolum,cooperationem nobis ſancti ſpiritus fieri. Stupens uero ſacerdos dei in fide eius,reuerſus eſt cũ ipſis in ſanctam ciuitatem. Annuali autem tempore inibi commorantes, communi ſententia uenerunt Antiochiã, & ibi gradum diaconi ſuſcepit. Conuenientes ergo cçtus epiſcoporũ,ſancti ſpiritus cooperatione,elegerunt Baſilium ad epiſcopatus ſedem, & conſecra

Etiã antiquitus baptizati ſacro chriſmate inũgebãtur, et tradebatur illis uiuifica communio corporis Chriſti ſi erãt adulti.

tus gubernabat eccleſiam dei prouidentia.

Poſt quoddam autem tempus poſtulauit Deũ, ut daret ſibi gratiam, et ſapientiam atq; intellectũ, proprijs ſermonibus offerre ſanguineum ſacrificium illi, & uenire ſuper eũ ſancti ſpiritus aduentum. Poſt dies uero ſex, ſicut in eſtaſi factus, propter aduentũ ſancti ſpiritus ſeptima die apprehendente, cœpit miniſtrare Deo per ſingulos dies. Et poſt aliquod tempus fide & oratione cępit propria manu ſcribere miniſtrationis myſteria: atq; in una nocte aduenięns ei dominus in uiſione cũ apoſtolis, propoſitionem panis faciens in ſancto altari, excitauit Baſiliũ dicens ei ſecundum poſtulationem tuam repleatur os tuũ laude, ut 13 per proprios ſermones offeras mihi ſanguineũ ſacrificium. Qui non ferens oculis uiſionem, ſurrexit cum tremore. Et accedens ad ſanctũ altare, cępit dicere ſcribens in charta ſic: Repleatur os meũ laude, ut hymnum dicat gloriæ tuæ: domine deus, qui creaſti nos, & adduxiſti in uitam hanc, & cæteras orationes ſancti miniſterij. Et poſt finem orationum 14 exaltauit panem, ſine intermiſsione orans, & dicens: Reſpice domine Ieſu Chriſte deus noſter, ex ſancto habitaculo tuo, & ueni ad ſanctificandũ nos, qui ſurſum patri tuo conſides, & hic nobis inuiſibiliter coexiſtis, dignare potenti manu tua tradere nobis, & per nos omni populo tuo ſancta ſanctis. Populus reſpondit: unus ſanctus, unus domin9 noſter Ieſus Chriſtus cũ ſancto ſpiritu, in gloria dei patris Amen. Et diuidens panem in tres partes, unam quidem communicauit timore multo: alteram autem reſeruauit conſepelire ſecũ: tertiam uero imponens colũbæ aureæ, quæ pependit ſuper altare. Eubulus ſiquidẽ & cleri principes ſtantes ante portas templi, uiderunt lucẽ intelligibilem in templo, & uiros glorioſos candidas ueſtes habentes: et audientes uocem populi glorificantis Deũ, Baſiliumq; cernentes altari adſtantem, ſtupefacti in uiſionẽ, ceciderunt in facies ſuas, glorificantes Deũ. Exeunte autẽ Baſilio proſtrauerunt ſe ad pedes eius. Interrogauit autem cauſam adorationis & pœnitentię eorũ, qui retulerunt ei admirabilem uiſionem quam uiderunt in templo. Tunc Baſilius gratias agens ſine intermiſsione domino propter eius admirabilia, uocauit auri fabrũ, & fecit columbam ex auro puro atq; in ipſam depoſuit (ut diximus) portionem, pendẽs eam ante ſanctam menſam in figura illius ſanctę columbæ, quę apparuit ei in Iordane domino Baptizato.

Hoc autem facto, exorſus eſt ſermonem conſolationis dicere ad populum. Et congregata eſt multitudo infinita in eccleſia, inter quos erat magnus abbas Effrem, de quo poſtea narrabimus, quomodo ex diuina oſtẽſione uiſor factus eſt beatiſsimi patris noſtri Baſilij. Diuino quidem miniſterio eo agente, Hebræus quidem ſe ſicut Chriſtianus, populo commiſcuit, officij miniſteriũ explorare uolens, uiditq; infantem partiri in manibus ſancti Baſilij. Et communicantibus omnibus, uenit & ipſe Hebræus: dataq; eſt ei hoſtia uera caro facta. Inde 15 acceſsit ad calicem ſanguine repletum, & ipſius factus eſt particeps: atq; de utriſq; ſeruãs reliquias, abiensq; in domũ ſuam, oſtendit uxori ſuæ ad confirmationem dictorũ, et narrauit quæ proprijs oculis uiderat. Credens ergo uere, quia horribile & admirabile eſt Chriſtianorũ myſterium, in craſtino uenit ad Baſiliũ, poſtulans ſe ſine detratione accipere, quod in Chriſto eſt ſignaculum. Baſilius autem ſanctus non differens, ſed conſuetam eucharistiam uolenti

13 *Quæ hic dicitur recitaſſe Baſilius de ſuo in celebratione Miſſæ, non intelliguntur quantũ ad ſubſtãtialia, ſed quantum ad accidentalia. Quod etiam id fecit ex apparitione domini, oſtendit hoc ſacrificium rem ei eſſe gratiſsimam.*

14 *Vide eleuationem ſacræ Euchariſtiæ in Miſſa rem eſſe antiquiſsimã. Quæ ideo uocatur panis, non quod poſt conſecrationem ſit amplius panis, ſed quia prius erat panis, & ex pane factum ſit uerum corpus Chriſti & adhuc panis ſpeciem habet.*

15 *Ex hoc quod laicus hic communicauerit ſub utraq; ſpecie, ne dicas eam eſſe neceſſariam, quoniam antiquitus & ſub una*

& ſub utraq; commu nicare ſolitum erat. Quod tamē nō licuit poſt decretum Concilij Conſtantienſis.

omnes ſaluare offerens, baptizauit eum cum omni domo ſua credente domino.

Alladius autem, ipſius ſanctiſsimæ memoriæ uiſor, & miniſter factus ab eo perfectorum miraculorū, & ſucceſſor ſedis poſt obitum iam dictæ memoriæ apoſtolicæ Baſilij, uir mirabilis, et omni uirtute decoratus: enarrauit mihi, quia ſenator quidam fidelis, nomine Protherius, abijt ad ſancta & uenerabilia loca, ibi filiam ſuam conſecrare, ac in uno de bene actionalibus domibus monaſteriorū mittere, atq; ſacrificiū Deo offerre uolēs. Sed ab initio homicida diabolus, inuidens diuinæ uoluntati, mouit unum de ſeruis ſuis, & incendit ad puellæ amorem. Is autem cū fuiſſet huiuſmodi inchoationis indignus, & non audens appropinquare ad propoſitū, alloquitur unum abominandorū incantatorum, promittens ſe, ſi meruerit dominari ipſius puellæ, multam auri tribuere ei quantitatem. Maleficus uero dixit ad eū: Homo, ego in iſtud non præualeo. Sed ſi uis, mitto te ad meum procuratorem Diabolū, & ipſe perficiet uolūtatem tuam. Qui ait ad eum: Quæcunq; dixeris mihi, faciam. Et ait ad eum: Abrenuncia Chriſto in ſcripto. Dixit ei etiam. Iniquitatis autem operator dicit ei, ſi in iſto paratus extiteris, cooperator tibi fiam. Qui ait ad eum: Paratus ſum: tantum ut conſequar meum deſiderium. Et faciens malignitatis magiſter epiſtolam ad diabolū, miſit eam ad illum, habentem ſenſum iſtū: Quoniam quidem mi domine & procurator oportet me a Chriſtianorum religione abſtrahere, & tuæ adducere uoluntati, ut multiplicetur pars tua, miſi tibi hunc, qui præſentes meas defert literas, cupiditate in puellam exarſum: & poſtulo eū actionem iſtam conſequi, ut & in iſto glorier, & cū multa alacritate congregem placidiores tuos. Et dans epiſtolam, dixit: Vade ſecundum talem horam noctis, ſta ſuper monumentum gētilis, & exalta chartam in aere, & adſtabunt tibi, qui debent te ducere diabolo.

Qui alacriter hoc faciens, iactauit miſeram uocem, inuocans diaboli auxilium. Et continuo adſtiterunt ei principes poteſtatis tenebrarū, ſpiritalis nequitiæ: & apprehendentes errantem, cum gaudio magno duxerunt eū ubi erat diabolus. Et oſtēderunt ei ipſum ſedentē in ſede alta, & in circuitu eius malignitatis ſpiritus ſtātes. Et ſuſcipiens miſſas a melefico literas, dixit ad miſſum: Credis in me? qui ait: Credo. Et abnegas Chriſtū tuū? qui reſpondit: Abnego. Dicit ei diabolus, perfidi eſtis uos Chriſtiani. Et quando quidem me opus habetis, tunc uenitis ad me: quando autē conſequimini deſideriū ueſtrum, negatis me: & acceditis ad deū ueſtrū, qui eſt benignus ac clementiſsimus, & ſuſcipit uos. Sed fac mihi manu ſcriptam Chriſti tui & baptiſmatis abrenunciationē uoluntariam: & quę in me eſt in ſecula uoluntaria profeſsione: & quia mecū ſis in die iudicij, condelectans mihi in præparatis æternis tormentis, & ego ſtatim deſideriū tuum adimplebo. Qui diſpoſuit propria manu ſcriptū ſicut quæſitus fuerat. Statim autem animarū corruptor draco tortuoſus, miſit illos qui ſunt ſuper fornicationē dęmones, & inflammauerunt puellā in amorē iuuenis. Quæ proijciens ſe in terram, cœpit clamare ad patrem: Miſerere mei, miſerere mei mi pater, quia dire torqueor propter talem puerū noſtrū. Miſerere uiſceribus tuis, oſtende in unigenita tua paternū amorem, & coniunge me puero noſtro, quē amo. Si autē non uis hoc facere, uidebis me poſt modicū tēporis amara morte morientē: & ſermonē dabis pro me deo in die iudicij.

Pater

Pater autem eius cū lachrymis dicebat: Heu mihi peccatori, quid conuenit miſeræ filiæ meæ? Quis meū theſaurum furatus eſt? Quis meam coinquinauit filiā? Quis dulce lumen oculorū meorum extinxit? Ego cœleſti te uolebā nubere ſponſo, & angelorum cohabitatricē conſtituere, & in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus Deo canere feſtinabā, & per te ſaluari ſperabam: tu autē in amorem laſciuitatis inſaniſti? Sine me, ſicut uolo, deſponſare te Deo, ne ducas ſenectutē meam cū tribulatione ad inferos, neq; nobilitatem parentū tuorum confuſione operias. Illa autē pro nihilo reputans quæ a patre dicebantur, inſtabat clamans: Pater mi, pater mi, aut fac deſideriū meum, aut poſt morientē me uidebis. Pater ergo in magna defectione factus, ac immenſurabilitate triſtitiæ abſorptus, ac amicorū conſilijs credulus, hortantiū ei deferre uolūtatē eius: aut ſe ipſam exponere concredens pater, præcepit fieri deſideriū puellæ, ne exitiali ſe traderet morti. Et adduxit quæſitū puerum, ac propriam filiam: dansq; ei omnem ſubſtantiam ſuā, dixit filię ſuę: Vade filia, uere miſera. Multū enim planges, pœnitens in nouiſsimo, quando nihil habes proficere.

Iniquo ergo coniugio facto, & diabolica facinoroſitate completa, ac modico tranſeunte tempore: deſignatus eſt a quibuſdam puer non introire eccleſiam, neq; appropinquare 16 immortalibus & uiuificis myſterijs, & dicunt miſere coniugi eius: Scis quia uir tuus quem elegiſti, non eſt Chriſtianus, ſed peregrinus fidei & alienus? Tenebrarum & doloroſę plagæ repleta, proſternit ſe in humum, & cępit diſcerpere ſemetipſam ungulis ſuis, & percutere pectus, ac clamare: Nemo non obediens parentibus ſaluus fuit unquā. Quis annunciabit patri meo meam confuſionē? Heu mihi miſere, in quantam profunditatem perditionis deſcendi? cur nata ſum, & nata, continuo rapta non fui? Iſta ergo lamentari eā diſcens erratiſsimus uir eius, accurrit ad eam, contendens ita non haberi ueritatem. Illa autē in conſolationem ueniente ſuadibilibus eius ſermonibus, dixit ad eum: ſi uis mihi ſatisfacere & miſeræ animæ meæ, cras ego & tu unanimiter eamus ad eccleſiam, & coram 17 me participa incontaminatorum myſteriorū Chriſti, & ſic ſatisfacta ero.

16 *Ecce quomodo ſacra Miſſa appellatur immortalia & uiuifica myſteria.*

17 *Participa corā me incontaminatorum myſteriorum Chriſti.*

Tunc coactus, dixit ei ſententiam capituli. Continuo deponens illam muliebrem infirmitatem, & conſilium bonum conſilians illi, cucurrit ad paſtorē, & ad diſcipulū Chriſti ſanctum Baſilium, aduerſus impietatem clamans: Miſerere mihi, miſerere mei ſancte Dei, miſerere mihi diſcipule domini, quæ cum dæmonibus cauſam egi. Miſerere mihi, miſerere proprio patri non obedienti. Et docet eum rerum geſtarum ordinem. Sāctus autem Dei uocans puerum, ſciſcitatus eſt ab eo, ſi iſta in hunc modū ſe haberent? Qui ad ſanctum dei cum lachrymis ait: Etiam ſancte dei: ſi ego ſiluero, opera mea clamabunt. Et enarrauit ei etiam a principio uſq; ad finē, conſequentē diaboli malā operationē. Tunc dicit ei ſanctus Baſilius: Vis reuerti ad dominū Deum noſtrū? Ad quē puer. Vtiq; uolo, ſed non ualeo. Dicit ei ſanctus: Quare? Reſpondit puer: ſcripto abnegaui Chriſtū, & profeſſus ſum diabolo. Dicit ei ſanctus: Non ſit tibi curæ. Benignus eſt enim Deus noſter, & recipiet te pœnitentē, compatitur etiā malicijs noſtris. Et iactans ſe puella ad pedes ſancti, euangelice deprecata eſt eū, dicens: Diſcipule Chriſti Dei noſtri, quantū potes, adiuua nos. Dicit ad puerū ſanctus, Credis ſaluari? Qui ait: Credo domine: adiuua incredulitatem meā.

Et continuo apprehendens manus eius, faciensq; ſignũ Chriſti in eo, orãs recluſit eũ in uno loco interioris ſacri periboli. Et dans ei regulã, collaborabat ei per tres dies, poſt quos uiſitauit eũ &, dicit ei: Quomodo habes fili? Dicit ad eũ: In magna domine ſum defectione. Sancte Dei, nõ fero clamores eorũ, & terrores ac iaculationes ſeu lapidationes eorũ, tenẽtes manu ſcriptũ chirographũ meum, cauſantur me dicentes: Tu ueniſti ad nos, non nos ad te. Et dicit ei ſanctus: Noli timere fili, tantũ crede, Et dans ei modicã eſcam, faciensq; ſuper eũ Chriſti iterum ſignaculũ, ac orans recluſit eũ. Et poſt paucos dies uiſitauit eũ, & dicit ei: Qũo habes fili? Dicit ei: Pater ſancte, a lõge clamores eorũ audio et minas, ſed nõ uideo eos. Et iterũ dans ei eſcam, & orans, claudensq; oſtium abijt. Et quadrageſimo die redijt, & dicit ei: Quomodo habes frater mi? Reſpõdens dicit ad eũ: bene habeo ſancte dei. Vidi enim te hodie in uiſu pugnantem pro me, & uincẽtem diabolum.

Mox ergo ſanctus ſecundum conſuetudinem faciens orationem, eduxit eum, & adduxit eum in dormitorium ſuum. Mane autem facto, uocauit clerum ſacrum, & monaſteria, & omnem Chriſti amabilem populũ, & dixit eis: Filioli mei dilectiſsimi, omnes gratias agamus domino, ecce enim ouem perditam debet paſtor bonus in humeris ſuis reportare, & offerre eccleſiæ: quapropter debitum eſt, & nos uigiliam facere nocte, ac poſtulare eius benignitatem, ut non corruptor animarum uincat etiã in hoc

18 facto. Et alacriter populo aggregato, 18 per totam noctem poſtulauerunt Deum cum bono paſtore, cum lachrymis clamante pro eo Kirieeleiſon. Et mature cum omni multitudine populi accepit ſanctus puerum, & tenens dexteram manum eius, ducebat illum in ſanctam dei eccleſiam cũ pſalmis & hymnis. Et ecce diabolus omnino feſtinans in triſtem uitam, cum omni pernicioſa uirtute aduenit: & inuiſibiliter apprehendens puerũ, conabat rapere eum de manu ſancti. Et cœpit clamare puer: ſancte Dei, adiuua me. Et tanta inſtantia improbus aggreſſus eſt, ut etiam memorabile uirum compelleret, trahens puerum. Conuerſus ergo ſanctus ad diabolum, dixit: Improbiſsime, & animarum corruptor, pater tenebrarum et perditionis, non ſufficit tibi tua perditio, qua te & eos qui ſub te ſunt, affeciſti, niſi etiam & dei mei tentes plaſma? Diabolus autem dixit ad eum: Præiudicas me, o Baſili, ita ut plurimi ex nobis uoces audirent dæmonũ hæc dicentium, clamante populo Kirieeleiſon. Sanctus autem dei ad illũ ait: increpet te dominus diabole. Qui reſpondens ait ad eum: Baſili, præiudicas me, non ego abij ad eum, ſed ipſe uenit ad me. Abnegauit Chriſtum ſuum, & mihi profeſſus eſt. ecce manu ſcriptum habeo eius chirograghũ, & in die iudicij ad communem iudicem eum duco. Sanctus dei dixit: Benedictus dominus Deus meus, non deflectet populus iſte manus de alti-

19 tudine cœli, donec reddas illud. Et conuertens ſe, dixit populo: Erigite 19 manus ueſtras in cœlum, clamantes cum lachrymis, Kirieeleiſon. Chriſte eleiſon, Kirieeleiſon. Et ſtante populo in horam multam, extenſas habente manus in cœlum, ecce manuſcriptum pueri per aerem delatum, & ab omnibus uiſum, uenit, & impoſitũ eſt manibus memorabilis patris noſtri Baſilij. Suſcipiens autem eum, & gratias agens Deo, gauiſus eſt ualde, & coram omni populo dixit ad puerum: Cognoſcis literulas has frater? Qui ait ad eum: Etiam ſancte Dei, manuſcriptum meũ eſt. Et dirumpens ma-

Vide orationem cum nocturnis uigilijs & lachrymis, & magnũ ac mirum eius effectum.

Ecce iterum publicã orationem cũ lachrymis, et extẽſione manuum ad cœlum.

nu ſcriptum ſanctus Baſilius, perduxit eum ad Eccleſiam: & dignum fecit ſancto miniſterio, & communione myſteriorum Chriſti. Et faciens ſuſceptionem magnã, refrigerauit omnem populum. Et ducens puerum, ac inſtruens, ſeu dans ei regulam dicentẽ, reddidit eũ mulieri eius, intacibili ore glorificantem & laudantem Deum, amen.

Mulier quædã diuitijs & nobilitate ornata, & cæteris uitę iſtius uanis adminiſtrationibus ſupereleuata, quaſi uiduitatẽ complectens, in decoro ſauſa eſt poteſtate gaſtrimargię, & prodigalitati ſemper inſeruiens, nihil placidi Deo poſsidens, ſed porcorũ more ſe cęno uoluptatis inuoluens, ſero quandoq; ſecundũ diſpenſationem Dei ad mentem rediens, immẽſurabilitatẽ ſuorum delictorum illuminata ſilenter ſola cogitabat, & multitudinẽ peccatorum ſuorum flebiliter ſuſpirans dixit: Hei mihi peccatrici & prodigæ, quomodo me excuſabo de actis delictis meis? Templum ſpiritus ſancti corrupti, & animam in corpore habitantem pollui. Hei mihi abiectiſsime. Putas dicam me ſicut meretricẽ anteriorem, an publicanum? ſed nemo ſicut ego peccaui, maxime poſt ſanctũ baptiſma. Quomodo ergo certa ero, quia pœnitentẽ ſuſcipiet me Deus? Et hæc cogitante ea, qui omnes uult ſaluare, & ad agnitionem uenire ueritatis, in mentẽ ei miſit de iuuentute uſque in ſenectutem peccata ſua ſcribere in charta. Qua ſcripta, nouiſsime omnium ſcripſit, quod erat ei maximũ peccatum, & plumbo ſignauit eam. Conſiderans autem tempus opportunum, quando ſanctus Baſilius ad conſuetas orationes ibat, ad 2 c ſanctam eccleſiam cucurrit clam, & proiecit chartam ſecus pedes eius, & ſuper faciem iactans ſeipſam, clamabat, dicens, Miſere mei ſancte dei ſuper oẽs peccatrici. Stans autem beatus Chriſti famulus, ſciſcitabatur ab ea cauſam doloris. Quæ ait: ecce domine omnia peccata mea ſcripſi in iſta charta & iniquitates, & ſigillaui eas. Tu autem ſancte Dei ſigillum ne amoueas, ſed tantũ per orationem tuam ea dele. Qui enim mihi dedit talem cogitationem, omnino exaudiet te pro me poſtulantem. Baſilius autem tollens chartam, & reſpiciẽs in cœlum, ait. Domine, tibi ſoli eſt opus iſtud poſsibile. Qui enim mundi peccatum tollis, & unius animæ iſtius facilius delere potes peccatum. Omnia enim noſtra delicta numerata ſunt apud te: miſericordia autem tua innumerabilis & inueſtigabilis eſt. Et hæc dicens intrat eccleſiã, tenens chartam: & proſternens ſeipſum, & ponens chartam ſecus altare, manſit per omnem uigiliam orans, & craſtino per omne ſanctum myſterium deprecans Deum. Et poſt completionem ſanctorum myſteriorum uocauit mulierem ſecrete, adſtantibus paucis clericis: & oſtendens ei chartam, dixit ad eam. Audiſti mulier, quia nemo poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Quæ ait: audiui. Senior, & per hoc admoui te ad interceſsionem miſericordiſsimi Dei. Et hæc dicens ſoluit chartam, & inuenta eſt tota in ſcripta. Manſit autem magni peccati ſceleſtum opus non deletum. Videns autem mulier, puſillanimis effecta eſt, & percutiens pectus ſuũ manibus, cecidit ad pedes epiſcopi, clamans: miſerere mei ſerue Dei altiſsimi, & quẽadmodum pro omnibus iniquitatibus meis certaſti, ſic & pro iſto poſtula, & omnino delebitur. Archiepiſcopus autem lachrymatus eſt propter indulgentiam, dicens: Surge mulier, quia & ego peccator ſum, indigens indulgentia. Qui deleuit tua peccata quanta uoluit, poteſt tollere & iſtud a te, qui tollit peccata mun

20

Vide magnum miraculum circa ſigillum ſacerdotalis Confeſſionis.

di. Si cuſtodieris amodo non peccare, & uias Domini ambulaueris, non tantũ indulgebit tibi, ſed & gloria digna eris. Vade ergo ad eremum, et inuenies uirum ſanctũ & nominatum in omnibus, nomine Effrem. Iſti da chartam, & poſtulans placabit Deũ pro te. Mulier autem concite a ſancto ad eremũ cucurrit: & tranſiliens longitudinem uiæ, ad prædictum ſibi locũ magni eremitæ peruenit: & pulſans oſtium clamabat dicens: Miſerere mei ſanctæ Dei. Qui præſciens propter quã cauſam adſtiterit, dixit ei: uade a me mulier, quia homo peccator ſum, indigens & ipſe auxilij. Illa autem proiecit chartam, dicens: Archiepiſcopus Baſilius miſit me ad te, ut orante te Deũ, deleat iniquitatem meam, quæ in ipſa charta conſcripta iacet. Cæteras omnes ipſe ſanctus orans deleuit: tu autẽ pro una noli pigritari deprecari Deũ, Ad te enim miſſa ſum. Reſpondit Effrẽ: Non filia non. Qui enim pro multis præualuit placare Deũ, & pro uno poterit plus me. Vade ergo & noli ſtare, ut comprehendas eũ ante eius tranſitũ. Mulier autem concite a ſancto Effrem reuerſa eſt Cæſaream, et intrante ea in ciuitatẽ, obuiauit corpus portantibus ſancti Baſilij. Et uidẽs cœpit clamare uoluens ſe in humo: & cauſabatur cũ ſancto, dicens: Heu mihi miſeræ, heu mihi ſancte Dei. propter hoc miſiſti me ad eremũ, ut immoleſtatus a me tranſires: & ecce inacta reuerſa ſum, in uanũ pertranſiens pelagus uiæ. Videat Deus, & iudicet inter me & te: quia placare potẽs Deum, ad alterũ me miſiſti. Et hæc clamans, proiecit chartam ſuper feretrũ, ſubtiliter enarrans de cauſa omni populo. Vnus autem de clero uolens uidere quale peccatũ eſſet, tulit chartam. Et abſoluens, inuenit eam ſuper totũ inſcriptam: & clamauit uoce magna dicens ad mulierem: Inſcripta eſt charta o mulier, quid laboras, neſciens in te factam clementiã? Multitudo ergo uidens admirabile miraculũ, glorificauit Deũ qui dedit poteſtatem hominibus ſuper terram dimittere peccata: dans etiam gratiam ſeruis ſuis, & 21 poſt mortem ſanare omnem infirmitatẽ & omnẽ languorem, ſed & peccata 22 fide accedentium dimittere.

21 *Conſidera ſancti poteſtatem, qui & poſt mortem peccata pœnitenti remiſit.*

22 *Cum dicit hic dimitti peccata fide accedẽtium, ne credas ſola fide id fieri, ſed quia ſine fide non dimittuntur. Nam hæc mulier una cum fide ſua multa præterea fecit, ſcripſit enim peccata in chartu'a, adiuit Baſilium, rogauit eum cum inſtantia, iuit ad Effrem, rurſus etiam rediuit ad Baſilium. Vides ergo quod &*

Ioſeph quidã Hebræus egregius, in arte medicinalis diſciplinæ ualde probatus, ſimul & illuſtris cũ fuiſſet, in ipſa peritia ſummam ſcientiam habebat, tactu eius uenæ præſcire caute ante tres uel quinq; dies, ſi quis deberet de his tranſire tumultibus ad meliorem ſtabilitatẽ. Inuidioſum aũt multitudine medicorũ Deifer pater noſter Baſilius, ex diuino ſplendore præſciens, quod deberet dari ei diuini baptiſmi donũ, ualde amabat eũ; & aſsidue ad colloquiũ uocabat illum, docens eũ regiam uiam ſalutis & ueritatis ambulare. poſtulabatq; illũ diſcedere de polluta regione, & per baptiſmũ inducere Chriſtum. Qui non acquieſcebat, dicens quia in fide qua natus ſum, in ipſa & finiam. Sanctus aũt Dei dixit ei: Crede Ioſeph; nec tu nec ego de iſtis tranſibimus tumultibus, donec renouet te Dominus meus Ieſus Chriſtus per aquam & ſpiritũ. Sine iſtis enim impoſsibile eſt intrare in regnũ cœlorũ. Nunquid & patres tui non baptizati fuerunt in nube & mari, & biberunt ex ſpiritali ſequenti eos petra? Petra autem erat Chriſtus. Qui in nouiſsimis diebus ex uirgine incarnatus, et propter noſtram ſalutẽ humanatus, et mirabilia agens, paſſus ac pro patribus tuis crucifixus & ſepultus, & tertia die reſurgens, in cœlum aſcendit, & ſedet ad dexterã patris: & ueniet in multa gloria cũ angelis ſuis iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; ſecundũ opera eius. Impoſsibi-

le eſt ergo ſicut dictũ eſt, omnem hominem in regnũ Dei introire, niſi per aquam & ſpiritũ, & participationem uiuificorum & incontaminatorum myſteriorum corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti. Et talibus orationibus probatus operarius Dei cultor, colloquebatur cum eo: ipſe autem non audiebat eũ. Quando uero proſperauit Deus qui ſegregauit eũ ex utero matris ſuæ, ſuſcipere eũ ſancti ſpiritus gratiam, debens ſanctus de his trãſferri tumultibus, duxit eum occaſione ad ſe medicinalis diſciplinæ, & dicit ei: Quomodo uides quę erga me ſunt? Ille a tactu uenæ ſentiens uirtute eius mortem imminere, dixit ad domeſticos ipſius: quæ ad ſepulturam ſunt indumenta, præparate, iſte enim pene moritur. Dicit ei magnus Baſilius: Neſcis quid dicis. Dicit ad eum Ioſeph Hebræus: Crede Domine, ſed cum ſole occides hodie. Et dicit ei ſanctus: Et ſi non morior uſque ad matutinum, quid? Dixit Hebræus, non eſt poſsibile domine hoc fieri. uix enim una hora erit anima tua in te. Sed diſpone iam eccleſiam tuam & res tuas, non enim obſeruabitur dies hodie in te. Dicit ei ſanctus: Et ſi uixero in craſtinum uſque ad horam ſextã, quid facies? Qui ait: Ego moriar. Dicit ei ſanctus. Etiam ut moriaris peccato, uiuas autem in Chriſto tuo? Dicit ei hebræus: Scio quid dicis, & facio iuſsionem tuam, ſi ſicut dicis, fit: cum iuramentis horribilibus promittẽs, quia ſi uixerit Dei diſcipulus, omnino accipere ſancti ſpiritus gratiam. Dei cultor pater noſter poſtulauit Deum, additionem uitæ dari ſibi, ut illum hebræum ſaluaret. Miſit ergo ſanctus mane, & uocat hebræum. Qui diffidens aduenit, putans omnino eum mortuum: & uidens illum uiuentem, in ſtupore factus eſt. & proiciens ſe ad pedes eius, dixit: in uero corde dico, non eſt Deus magnus ſicut Chriſtianorum, & non eſt Deus amplius eo. Nego ergo Chriſte odibilem religionem Iudæorum, & accedo fideliter ueritati Chriſtianorum. Iube ergo ſine dilatione dari mihi in Chriſto ſignaculum & ſanctum baptiſma, & toti domui meæ. Dicit ei ſanctus Dei: Ego manibus meis baptizo te & omnem domum tuam. Procedens ergo iterum medicus, & tangens dexteram manum eius, dixit ei: Laſſæ factæ ſunt uirtutes tuæ domine, & natura ualde defecit. Dicit ei ſanctus: Habemus naturæ creatorem confortantem nos. Et ſurgens uenit in ſanctam Dei eccleſiam, & corã omni populo baptizauit eum cum tota domo eius, uocans nomen illius Ioannes. Cõmunicans autem eum uiuificis 23 myſterijs, aſſumpſit eum, & duxit in dormitorium ſuum, dans ei eſcam, & docebat eum quæ ſunt æternæ uitæ, adijciens eum ouili ſuo cum mulieribus & filijs nouiter electum militem. Medicus autem ſequentibus diebus pertranſiebat benedictionales domos, & dabat donatam ſibi de medicina pecuniam, & quod erat ei reſiduum. Et circa horam nonam ſtetit magnus pater noſter Baſilius ad miniſterium Miſſæ, 24 in ſancta eccleſia ſimul cum cleri & ciuitatis capitaneis: & iterum cũ ipſis panem ſumens, dimiſit eos inſtruens & oſculans eos in oſculo ſancto, & nouũ Chriſti militem commendans etiã & omnes Domino, atq; diſpoſitam ſibi conſepelire ſumpſit tertiam partẽ, quæ a Domino data fuit ei cõmunionis: & recũbens in lecto, gratias egit extenſe Domino & Deo noſtro, in peregrinatione a corpore, & fide medici, & adhuc gratiæ cũ eſſet in ore eius, reddidit Domino ſpiritũ, & additus eſt principibus ſacerdotum, prædicatoribus quoque magnis magni uerbi tonitruum.

cũ fide fuerunt actus multipl ni uera contritione & charitate.

23 *Et hic habes quod quando adulti baptizabantur, etiam ſacram euchariſtiã ſumebant.*

24 *Ecce uocabulum miſſæ quomodo non eſt nouum inuentum, ut quidam noſtro tẽpore mentiuntur.*

25 *Vide quomodo moriturus Baſilius ſumpſit ſacram communionem.*

Videns autē ex Hebræis fidelis medicus quia ſicut dixit homo Dei et magnus princeps ſacerdotū Baſilius, ſic & requieuit, cadēs ſuper pectus eius, cū lachrymis, dicebat uere ſerue Dei Baſilij, ſi non uoluiſſes, nec modo mortuus fuiſſes. Craſtina autē congregata eſt multitudo, & duxit honorificū corpus eius (qui uicit materialem inſtationē) in ſanctam eccleſiam, cum omni oblatione aromatū & thymiamatum ſepeliendum. Audiens autē Gregorius Nazanzi Epiſcopus, currens & ipſe aduenit: & uidens honorificū corpus, procidit ſuper illud. Et lamentans multum, ad orationē hortabatur populum, in 26 hymnis & canticis ſpiritualibus cū decenti honore glorioſam memoriam magni ſacerdotis facere, ſimulq; concurrentibus duodecim epiſcopis & multitudine ciuitatis, depoſuerunt eum in archariſmū marmoreū, in templo ſancti & glorioſi martyris Iſychij ubi & Leontius ante eum epiſcopus cū cæteris dormit 27. Requieuit autem angelicā uitā in terra agens magnus Baſilius, menſe Ianuario, die prima, quinto anno imperio Valentis & Valentiani: memoriā ſuæ uitæ derelinquens eccleſiæ, quæ eſt ſecundum operationem ſancti ſpiritus conſcripta cum eo in cœleſti libro.

26 *Habes hic multa pro fidelium ſepultura.*

Primum *Quod chriſtiana traditio eſt corpora defunctorum tumulari cum hymnis & canticis ſpiritualibus.*

Secundum *Quod cum decēti honore celebrentur exequiæ.*

Tertium *Quod cum ſacerdotibus & epiſcopis ac populi multitudine.*

Quartum *Quod apud ſanctorū templa deponantur.*

27 *Vides quod ſancti mortui dicuntur dormientes.*

28 *Sancta feſtiuitas ſanctæ Theophaniæ.*

Effrem autem Syrus memorabilis cum eſſet in eremo, quodā ſplendore ſpiritus ſancti illuſtrante, uidens quendam de amatoribus eius, & interrogatione diſcens mirabilia opera patris noſtri Baſilij, ſine intermiſsione poſtulabat reuelari ſibi qualis eſſet magnus Baſilius in extaſi ergo factus, uidit columnam ignis, cuius caput pertingebat cœlum, & uocem deſuper dicentem, audiuit: Effrem, Effrem, quemadmodum uidiſti columnā iſtam ignis, talis & magnus eſt Baſilius. Et continuo accipiens interpretem, eo quod neſciebat loqui græcam linguam, uenit ad magnā eccleſiam magni nominis Cæſareæ Capadociæ, perueniens in ipſa ſancta feſtiuitate 28 ſanctæ Theophaniæ: & intrans clam, uidit procedentem in eccleſiam magnum Baſiliū, & dicit ſequenti ſe: In uanū laborauimus, ut ſuſpicor frater. Iſte enim tali ordine cū ſit, non eſt quemadmodū uidi. Vidit enim eū ſtola candida: & qui circa eum erant, ſacrū clerum candidiferū. Et procedente eo, ſtans in loco occulto eccleſiæ, deſperabat pro huiuſmodi materia, dicens ſecum: Nos qui portauimus pondus diei & æſtus, nihil conſecuti ſumus, & hic tali cū ſit ſtipatione & honore humano, columna ignis eſt? Miror ualde. Iſta igitur eo ſic loquente, mittit ſanctus Baſilius archidiaconum ſuum, dicens: Vade circa portam occidentalē, & in angulo eccleſiæ inuenies abbatē Effrem, habentē cucullam, cum altero quodā cum parua barba puſillū, & cætera de uultu eius, & dicens ei iube, intra præsbyteriū, uocat te pater tuus archiepiſcopus. Et diſcens dominus Effrem per interpretē, quæ dicebantur, reſpondit, dicens: Erraſti frater, nos peregrini ſumus. Et abiens archidiaconus retulit beato Baſilio iſta: Magno autem Baſilio ſacros libros legente, uidit ſanctus Effrem linguam igneā loquentē per os eius. Et dicit ſanctus archidiacono: uade & dic ei: Domine Effrem, iube ris intrare ſanctū presbyteriū. Obſtupuit ergo in iſtis ſanctus Effrem, glorificans Deum & genu flectens reſpondit dicens: Vere magnus Baſilius, uere columna ignis, uere ſpiritus ſanctus loquitur per os eius. Poſtulauit autem Archidiaconū excuſare ſe, & ut magis poſt miniſteriū in ſecretario ſalutaret eū. Intrans itaq; poſt completionem miniſterij Baſilius magnus in ſecretariū, uocauit ſanctū Effrem: & in domino ſalutationē reddidit ei;

dicens: Bene ueniſti o pater filiorũ eremi, bene ueniſti, qui multiplicaſti diſcipulos Chriſti in ipſa eremo, & dæmones eminaſti in Chriſto. In quibus labor tuus pater? ueniſti uidere peccatorem hominem? Det tibi deus mercedẽ ſecundum laborẽ tuum. Et reſpondens ei honorificentiſsimus Effrem, & perdiſcens omnia quæ in corde eius erant colenda, ſimul cũ coeſſente ſuo abbate cõmunicauit de ſanctis manibus eius, & faciente eo charitatem, dixit ſanctus Effrem: Pater honorificentiſsime, unam poſtulo gratiam a te: annue eam dare mihi. Qui ait ad eum: Iube & dic quę uidentur tibi. Multa enim debeo maxime pro labore tuo ad meam præſentiã. Dicit ei honorificentiſsimus Effrem. Scio pater ſancte, quia quantacunq; poſtulaueris a deo, tribuet tibi, & uolo ut depreceris Dominũ, quantus loquar græce. Qui ait: ſuper uirtutem meã poſtulaſti. Sed quia fideliter petiſti, ueni pater honorificentiſsime & eremi magiſter, poſtulemus dominum. poteſt enim facere uoluntatẽ tuam. Scriptũ eſt enim: Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationẽ eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Et facientes orationẽ in multã horam, reſurgentibus eis, dixit magnus Baſilius. Cur domine Effrem, non accipis ordinationem presbyterij, quia decet te? Dicit ei per interpretẽ ſanctus Effrem: Quia peccator ſum. Reſpondit ei ſanctus: Vtinam peccata tua ego habuiſſem. Et dicit ei: flectamus genua. Et iacentibus eis in humo, 29 poſuit manũ ſuam in ſanctũ Effrẽ magnus ſacerdos, & dixit ei quæ ſunt diaconi. Et dixit: Iube, ſurgere nos fac. Aperta ergo lingua eius, dicit ſanctus Effrem 30 græca lingua: Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos Deus gratia tũa. Tunc impletum eſt, quod ſcriptum eſt in propheta: Tunc ſaliet claudus ſicut ceruus, & aperta erit lingua mutorum. Et loquente eo græce in ipſa hora, glorificauerunt Deũ omnipotentem, & exaudientem poſtulationem deprecantium & timentium ſe. Et ſpiritualiter lætantes per tres dies, atq; ordinans ſanctus ſacerdos 31 interpretem in diaconem, ipſum uero beatum Effrem in præsbyterum, dimiſit eos in pace, glorificantes Deum in omnibus quæ audierũt & uiderunt, ſicut locutus eſt ad eos.

29 *Ex hoc loco habes q. Diaconi cum impoſitione manuum etiã olim ordinabantur.*

30 *Vide magnũ orationis effectũ, quia impetrauit a Deo ſcientiam græce loquendi Effrem.*

31 *Baſilius epiſcopus ordinat interpretẽ Effrem in diaconum, et ipſum Effrem in presbyterum. Ad epiſcopos ergo, & non ad alios ſpectat diaconorũ et presbyterorũ ordinatio.*

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI Conſtantinopolitani per Palladium Epiſcopum Helenopolitanum ſcripta.

Eſt opus auctoris per ſe poſitum ſpeciatim.

CVm ueniſſet aliquando Romam Palladius, Helepolitanæ eccleſiæ uenerandus Antiſtes, Ioannis illius Sanctiſsimi uiri, Conſtantinopolitani Epiſcopi, iam uita functi, diſcipulus, ſuſceptusq; fuiſſet cũ honorifice a pontifice Romanæ ſedis Zoſimo beatiſsimo, cum a clero uniuerſo deuotiſsime, inter cæteros, quibus ille familiarius eſt uſus, Theodorus fuit, eccleſiæ Romanæ diaconus. Is enim ſancti uiri 1 doctrinæ caſta, & uitæ ſanctitate delectatus, frequens illi aderat, immo, quoad licebat, nunquam a latere ipſius diſcedebat. Quadã autem die dum eſſent ambo ſimul, otiumq; a curis omnibus mortalibus agerent, orta ex more collatione ſpirituali, hoc ſermoni ſuo initium dedit Epiſcopus.

1 *Animaduertis quia caſtæ doctrinæ iungit ſanctitatem uitæ.*

PALL. Diuina (inquit) munera, Theodore chariſsime, partim communia ſunt & inſeparabilia, partim communia quidem, ſed ſeparationem admittentia. Tertio ab his loco ſunt, quæ neq; communia, neq; ſeparabi-

lia ſeu inſeparabilia,ſed propria ſunt, his, qui digni fuerint gratiæ priuilegio ſingularis,indulta. THEO. perge,ut cœpiſti,pater,& nobis ediſſere cuiuſcꝙ generis ordinem,necꝙ enim,ut abs te impetrem, altiore utar exordio. PALL. Quæ per naturam bona ſunt,& ſine quibus,niſi ſcelerate,non uiuitur,cõmunia,& inſeparabilia dicimus. THEO. Quęnam,oro,iſta ſunt? PALL. Primum quidem omnium Deus,una cum unigenito filio ſuo,& ſancto ſpiritu,communis eſt,atcꝙ inſeparabilis. Licet enim uolenti totum ipſum ſpeculando complecti, dum tamen omiſsis occupationis reliquis,uni huic rei totus inſiſtat. Poſt hunc ſcripturæ diuinæ,uirtutesꝙ cœleſtes,& præterea cœlum Sol, & Luna, omniſcꝙ ſtellarum chorus,& ipſe poſtremo aer,communia ſunt,& inſeparabilia. Hactenus de inſeparabilium genere, fuit aliquando & terra communis, & aquarum itidem fluenta communia. Poſtquam uero cupiditatis rabies,& habendi ardor immodicus pectoribus humanis inſedit, grauiora iſta elementa humoris atcꝙ humi, ſeparationem admiſerunt. THEO. Nihil uerius dici poteſt. Age uero iam,& de ſecundo genere ſeparabiliũ diſſere.

PALL. Neceſſario id quidem,ut ſuo ordine cœpta decurrat oratio. Aurum igitur,& argentum omniſcꝙ metalli natura,lignicꝙ materia, & ut breuiter dixerim,quæcꝙ media dicimus,communia ſunt quidem,ſed tamẽ ſeparabilia. Necꝙ .n. cuicꝙ,ut libitũ fuerit,cũcta proueniunt. THEO. Veriſsime omnino: ſed quæſo tertium quocꝙ genus abſoluas, quod quia plus difficultatis habere uidetur, uereor ne in ipſius probatione deficias. Dixiſti enim eſſe quædam,quæ necꝙ communia ſint, necꝙ ſeparabilia, ſed eorum propria,qui ea ex dono gratiæ ſpecialis acceperunt. Hæc uero ubi pari ratione digeſſeris,aduentus tui cauſam,& eorum,quæ ſcire cupimus, ueritatem ut exponere digneris,te etiam atcꝙ etiam obſecro. PALL. Si quidem iſtud in me eſt,ut ueſtris bonis deſiderijs queã ſatisfacere,morem uobis geram libentiſsime,nihilꝙ ex his,quæ mihi comperta ſunt, ſubtraham. Si tantum me prius a debito,quantum Dominus uires dederit,abſoluere,& expediri tentauero.

Virginitatis nempe & caſtimoniæ reliquæ ſeparationem inuenies nullam. Non enim ſunt ex communium,aut ſeparabilium genere. Nam profecto nõ omnis qui cupit,aſſequitur etiam,ut uirgo ſit, 2 ſed qui poteſt. Plurimi nancꝙ ex his,qui matrimonio iuncti ſunt,cum eius rei deſiderio,& quidem uehementi,teneantur, quod fuerint præoccupati coniugio, uoti ſui compotes eſſe non poſſunt. Sicuti & in olympicis certaminibus aduocat quidem præco quoſcꝙ certare cupientes, uictores autẽ ſolos coronis donat. Ita ferme fit & de certamine caſtitatis. Nam,cum,teſte euangelio, Petrus ſaluatori reſpondiſſet,ſi ea cauſa eſt uiri cum uxore,non expedit nubere. Dominus ad hoc. Non omnes,inquit,capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum eſt. THEO. Putabã,haud facile, quæ propoſueras de ſingularibus,ac præcipuis donis, probari abs te poſſe, uerum tu iſta quocꝙ ualide de ſcripturis docuiſti: PALL. quando quidem iſta ſic ſeſe habere tibi perſuaſum eſt,age reliquis item teſtimonijs utamur ex abundanti,ut peruerſi quicꝙ,corruptæꝙ ſententiæ homines his admoniti, deſiſtãt tandem carpere, quæ accipere nequeunt. inuenimus nempe 3 ſacerdotium quocꝙ in ſcripturis ſanctis,necꝙ commune eſſe,necꝙ ſeparabile,ſed illorum proprium,atcꝙ præcipuũ qui digni ſunt, ſicuti corripiens Hebræos

2 *Licet non omnis aſſe qui poſsit ut uirgo ſit, tamen aliquis poteſt. Ergo ſeruare uirginitatem poſsibile eſt, & non impoſsibile. Poſsibile eſt autẽ omnibus cum diuino auxilio,modo uelint, antequam matrimonij impedimento ſint præoccupati, ut ſanctus docet.*

3 *Si ſacerdotium non eſt commune, ſalſiſsi*

Paulus ait,non enim ſibi quiſpiam honorem ſumit,ſed qui uocatur a deo, ita & Aaron,inquit,non ſeipſum clarificauit,ut pontifex fieret. Nam cum ſexcenta ferme eſſent hominum milia,multiq́; ex his cœlũ haberent Dei, unus tamen ex omnibus Aaron electus, cuius plane perſpicuum electionis indicium uirga,proferens nuces, multitudinem induxit, ut crederent a Deo aſſumptum fuiſſe pontificem. At pleroſq; tunc uideas per imperitiã rei inanis gloriæ ſtudio concitatos, dum ſacerdotium inter communia cõputarent,ac per id ſe ipſos uenerandis officijs impudenter ingererent, dignum ueſaniæ ſuæ finem inueniſſe, ipſam ſynagogæ humũ temeritatis ſuę teſtem reliquiſſe. Dathan deniq;, & Abiron, cum rem nihil ad ſe pertinentem auide nimis, atq; impudenter appeterent, cum his, qui ſibi adhærebant, repente perierunt. Aperta eſt enim terra, inquit, et deglutiuit Dathã, & operuit ſuper congregationem Abiron. Poſt hos Oza, præcedentium immemor, huiuſmodi improbo amore correptus eſt. Cum enim die quadam Arca in uia plauſtro ueheretur, contingit, ut laſciuiens uitulus motu ſuo commoueret Arcam. Ozas itaq; ſubſequens manu illam apprehẽdit, ne caderet. Diſpicuit id factum Deo, & ne ex eo licentia daretur improbis ſibi uſurpandi non licita, percuſsit Ozam uſq; ad mortem, per id admonens poſteros, huiuſmodi cauere ueſaniam. Longo poſt tempore cum iam Chriſti aduentus radiaſſet in terris, Simon magus de caſtello Getthon, inuentor eorum dogmatum, quæ ſunt contraria ueritati, cum eſſet uehemẽter aſtutus, ueritus præcedentium pœnam, ne ſibi eadem ſerere pergeret, paria itidem meteret, ſeſe artibus armat. Blandicijs itaq; circũuenire Apoſtolos quærit, & ouina pelle lupum tegens, pecunias offert, uti ne rapere uideretur, quæ peſsime ſtudebat emere, ea loquens, quæ illũ & omnes imitatores ſuos loqui decet. Sumite, inquit, pecunias iſtas, & date mihi ueſtri ordinis poteſtatem, ut cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum, erat autem baptizatus in nomine Ieſu. Cui reſpondit Apoſtolorũ chorus, Abſit hoc a nobis homo. Gratia Dei non uenditur pretio. Et cum ille precibus importunis inſiſteret, dixerunt ad illum ſecundo. Quid emere quæris, quod ſi digne uixeris, gratis inuenies? Ille labores uitæ melioris, mentiſq; ſuæ ſegnitiem, & incertum rei euentum ſecum cogitans, ſacculo produxit aurum, hac ſe illecebra fallere poſſe Chriſti diſcipulos putans. Indignatus ad hæc ille, qui cõprehendit in aſtutia ſua, per os Petri loquutus eſt, dicens, pecunia tua ſit in perditione, quia donum Dei exiſtimaſti pecunijs poſsidere. Impoſuitq́; illi pœnitentiæ medicamentum. Age (inquiens) pœnitentiam, ſi forte dimittatur tibi nequitia cordis tui. In felle enim amaritudinis, & uinculo iniquitatis & eſſe uideo. Neq; enim uult perditionem peccantium, amator animarum Deus. His itaq; pro uiribus expoſitis, Theodore charisſime, ſacramentorum ueritatis miniſter, percontare iam, quæ diſcere a nobis cupis.

mũm eſt quod dicunt noui magiſtri, omnes ex æquo eſſe ſacerdotes, etiã pueros, etiã fœminas.

THEO. Vnde quęſo ad nos adueniſti pater? PALL. Ab oriente frater adueni, nuncq; primum Romam uidi. THEO. Quænam te maxime aduexit cauſa? PALL. Vnicus pacis ueſtrę amor. THEO. Eſt enim alia noſtra, quã ueſtra? PALL. Non alia plane, ſed eadem quam de cœlis ſaluator adduxit, deditq́; ſanctis apoſtolis, dicens, pacẽ meam do uobis: Quod ait do, ſuũ id eſſe aperte ſignauit. Porro relinquo, ad ſanctum ſpiritum retulit, ut in ſpirituſancto per Chriſtum cognitionẽ

patris gentibus reuelarent. Verũ ſicuti in reſolutis membris fit, ut operationes animæ ad ualentiores membrorũ redeant partes, ita fere & in Orientali miſera eccleſia contingit. Diſſolutis quippe ipſius infeliciter membris, neq;, ob fugatam inde concordiam pacemq; uiolatã, officia ſua implere ualentibus, complures nudi, atq; expediti, ipſius deſiderio, patriæ liquimus fines, cum tuto, & quieto animo illic pro defenſione ueritatis nequaquã habitare liceret, diuertimusq; ad uos, ſi forte uel paucos hos dies, qui uitæ meæ reliqui ſunt, ſecundum euangelium, uiuere in pace poſsim.

THEOD. Vt uideo, mirabilis pater, diuina ad nos prouidentia deſtinatus. Dolorem enim tuũ inuenio noſtris congruere, & conſentire mœroribus. Puto enim te eſſe ex Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ſocijs. PALL. Ita eſt. THEO. Precor igitur, nobis ea, quæ cupimus ſcire, ſub Deo teſte ſignata ueritate; narrare digneris, id profecto non ignorans, quod ſi quid a ueritate alienũ adnunciaueris nobis. Deum non effugies iudicẽ, atq; noſtræ quoque ſententiæ eris obnoxius, qui aliud fortaſſe, et aliter, quã ipſe proſequeris, accepimus. Nõ enim unus, aut duo, aut tres, aut decẽ, aut cuiuſcunq; generis homines, quæ Conſtantinopoli contigere, nunciarunt nobis, ſed porro plures. Ex quibus alij 4 epiſcopi ſunt, alij presbyteri, atq; alij monachi. Et ſi noſſe cupis, quæ cõperta ſunt nobis, paucis expediam. Primus omniũ profectus eſt ad nos Alexandrinæ eccleſiæ lector, cũ Papæ Theophili literis, quibus indicabat Ioannem à ſe fuiſſe depoſitũ. Eas literas cum legiſſet beatiſsimus Innocẽtius, Romanæ ſedis Antiſtes, exhorruit temeritatem, faſtumq; Theophili, egreferẽs, & quod ſolus ſcripſerat, & quod rei totius ſeriẽ referre omiſerat, cuius ſcilicet rei gratia, quibuſue adiunctis ſibi ſocijs, illũ deponere auſus fuiſſet. Inter hæc manſit admirans, nihilq; reſcribere uoluit, rei indignitate commotus. Dũ Euſebius quidã Diaconus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, qui tunc Romæ erat, eccleſiaſticæ utilitatis gratia, Innocentiũ adijt, libellisq; traditis adiurauit, ſuſtineret ut modicũ tẽporis. Fore enim breue, ut ſibi totius ſcenæ facies pateſceret. Poſt triduũ aduenerunt epiſcopi quatuor a Ioanne miſsi, reuerentiſsimi profecto uiri, Panſophus Piſidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ, ſecundæ, Eugenius Phrygiæ tres Innocentio epiſtolas deferentes, unam quidã Ioannis epiſcopi, ſecundã uero epiſcoporũ quadraginta de cõmunione Ioannis, reliquã ſcripſerat Ioannis clerus, 5 omnes indiſciplinatũ tumultum, & ſeditionem pariter ſignificantes. Erat autem epiſtolæ Ioannis huiuſmodi ſeries.

4 *Si alij ſunt epiſcopi, alij presbyteri, atque alij monachi, igitur falſum eſt quod aliqui dixerunt, epiſcopos & ſacerdotes eſſe unum & idem, eadẽque munera conuenire utriſque.*

5 *Cur recurſum habuerunt hi omnes ad Romanum pontificẽ & non ad alium epiſcopum, niſi quia is eſt ſuper cæteros paſtores, & primatum habet ſuper omnes mundi eccleſias?*

Domino uenerabili ac beatiſsimo epiſcopo Ionnocentio Ioannes in Domino ſalutem.

Et ante literas noſtras ad aures pietatis ueſtræ perueniſſe putamus præſumptũ hic facinus. Quippe magnitudo ſceleris fecit, ut nulla orbis pars reliqua ſit, quã non huius horrendæ cladis rumor impulerit. Immo ad ipſa quoq; extrema terræ geſtorũ fama pertingens, ingentem ubiq; gemitũ, luctumq; excitauit. Verũ quia iſta non modo lugere, & planctibus proſequi, ſed emendare pro uiribus cõuenit, & caute proſpicere, quo pacto hæc ſæuiſsima eccleſiæ procella ſopiatur, neceſſariũ exiſtimauimus, Dominos meos honoratiſsimos ac reuerentiſsimos præſules Demetriũ, Panſophũ, Pappum atque Eugeniũ hortari, dimiſsis ut eccleſiis ſuis, ſeſe pelago traderent, & emenſa peregrinatione longinqua, ad ueſtrã currerent charita-

tem,omnibusq́ lucide expoſitis, maturę tantę cladi remediũ dari ſalubre poſtularent. Quibus etiam chariſsimos Diaconus Paulũ, & Cyriacũ itineris cometes dedimus,qui & ipſi uice epiſtolæ charitatem ueſtram,quę hic geſta fuere docebunt.

Theophilus enim Alexandrinæ eccleſię præſul, cũ a quibuſdam apud pĳſsimum Imperatorẽ inſimularetur,ſolus ad crimina diluenda uenire iuſſus,magna Aegyptiorũ multitudine ſociatus aduenit, id ferme initio docere uolens,ad bellũ ſe,ac prælium inſtructũ aduenisse. Inde regiam ingreſſus urbem,non ad eccleſiam ex more,& antiqua conſuetudine uenit,non congreſſus eſt nobis,non uerbũ nobiſcum fecit, non ſimul orauit,non cõmunicauit,ſed ubi naui deſcenderat,ualuis eccleſię prætermiſsis, extra urbem morabatur. Et cũ multis precibus ageremus, ut apud nos tam ipſe, quã hi,qui cum eo aduenerant hoſpitarentur, (omnia enim præparata erant,& diuerſoria,& quęq́ neceſſaria) neque ipſe,neq; illi acquieuerunt. Nos ubi iſta comperimus,magna admiratione tenebamur,nullã huiuſce ſimultatis cauſam probabilẽ inuenientes. Noſtrarum tamen partium munus implere curabamus,id facere inſtituentes, quod eſſet conueniens nobis,ipſumq́ iugiter orantes,ut nobiſcum colloqui uellet, & cuius rei cauſa ab ipſis exordĳs tã apertas inimicitias præferret, tantamq́ urbẽ ſcandalizaret, exponere.

Cum uero ne ſic quidẽ cauſam eloqui uellet,accuſatoresq; illius uehementer inſiſterent,accerſitis nobis,pĳſsimus Imperator iuſsit,ubi ille morabatur,ire,atq; illic quæ contra illum dicerẽtur audire. Nã & ſeditiones, & cædes,& alia illi obiciebantur innumera. Verũ nos & patrum decreta reueriti,& uirũ honorare cupientes, cum ipſius quoq; literas teneremus, quibus cauetur non oportere iudicia extra terminos fieri,ſed in ſuis quęq; prouincĳs iudicare,nequaquã acquieuimus, ſed uehementer obſtitimus. At uero ille, quaſi aliqua priora crimina noſtra præceſsiſſent, aduocato Archidiacono meo, nimia cũ authoritate,ueluti profecto iam uidua eſſet eccleſia, neq; haberet epiſcopũ, per illum clerum omnẽ ad ſe tranſtulit. Deſertæ in dies fiebant eccleſiæ,dum uniuſcuiuſque clerici adducerentur, & libellos aduerſum nos dare,& in accuſationem noſtri nominis conſpirare inducerentur.

His ita geſtis mittit, & nos ad iudiciũ aduocat,qui necdũ propoſita cõtra ſe crimina diluiſſet, quod contra 6 canones, & præter omnes leges fieri nullus ignorat. Enimuero nos rebus certis admoniti, quod non ad iudicem euocaremur, Alioquin millies iuiſſemus,ſed ad inimicũ,atque hoſtem,ſicuti & priora,& poſteriora teſtantur,miſimus ad illũ Demetrium Piſinuntis,Euluſium Apamiæ,Lupicianũ Apiarię epiſcopos. Presbyteros uero germanũ,ac ſeuerũ,reſpondimusq́ modeſte ex noſtro inſtituto, dicẽtes nos non declinare iudiciũ, ſed apertum hoſtẽ, & inimicum manifeſtum. Qui enim libellis nondũ ſuſceptis,initio ſtatim talia geſsiſſet, & ſeipſum ab eccleſia,& cõmunione ſegregaſſet,accuſatores parans,& clerum ad ſe transferens,eccleſiasq; deſertas conſtituens,hic qua ratione iudicis ſedẽ,nihil ad ſe pertinentem aſcendere dignus cenſeatur? Neq; enim conſentaneum rationi eſſe,ut Aegypto præfectus, Thraciæ cauſas cognoſceret,ipſe criminibus obnoxius,& inimicus, & hoſtis.

6 Ecce quomodo Canones eccleſiaſtici erãt apud antiquos in maxima ueneratione.

His ille nihil mitior factus,nihilq́ ueritus,& quod inſtituerat,perficere

cupiens,nobis aſſerentibus paratos eſſe,præſentibus & centum, & mille epiſcopis,crimina obiecta refellere, munditiamq́ noſtram aſſerere, ſicuti ſumus profecto mundi,paſſus non eſt. Sed abſentibus nobis & ſynodum conuocare uolentibus,iudiciumq́ flagitantibus,neq; cognitionem cauſæ fugientibus,ſed inimicitias manifeſtas,accuſatores tamen admittebat,& quos ipſe ligauerā,ſoluebat, quiq; crimina ſibi obiecta, necdū diluiſſent, eorū libellos accipiens,commentaria ſcribebat.Quæ 7 præter ius, & fas

7 *Quæ præter ius & fas omne,in iniuriā ſacrorum canonū fiebant.*

omne,in iniuriā ſanctorum canonū fiebant. Et quid me multis immorare neceſſe eſt?Non deſtitit omnia & facere,& moliri,quoad nos per ſummā uim,nimia authoritate,& urbe & eccleſia deturbauit,& profundo iā ueſpere,cū plebs omnis nos lamentatione miſerabili proſequeretur tractus iñ medio ciuitatis,& uiolenter adductus,iniectusq; in nauim,noctu nauigabam,quia ſynodū ad iuſtum iudicium uocare uoluerā. Quis iſta ſine lachrymis audire poſsit,quantūlibet ſit lapidei cordis?Sed enim,quia ut diximus,iſta non modo deflere,uerū & corrigere oportet, 8 charitatē ueſtram precor,ut excitetur atq; condoleat, & omnia faciat ut huiuſmodi calamitatibus tandem ſit finis.

8 *Cur rogat Ro. pontificem ut corrigat & emendet quæ male geſta ſunt, niſi propter eius primatum ſuper omnes mundi eccleſias.*

Non hactenus ſtetit iniquitas,ſed prioribus quoq; noua ſuccedunt.Nā ubi pĳſsimus Imperator iniuſte & imprudenter ingreſſos eccleſia expulit,plurimiq́ epiſcoporū, iniquitate illorū cognita ad eccleſias ſuas redierunt,furorē illorum atq; impetum, ueluti flammam cuncta uaſtantē fugiētes,nos in urbē rurſus euocati ſumus,eccleſięq́ reſtituti,de qua iniuſte fueramus eiecti.Cū uero triginta nos epiſcopi, & Clementiſsimi Imperatoris Notarius ad hoc miſſus,reduxiſſent, ingreſsi ad regē,orauimus, ut ad ulciſcenda facinora ſynodū cogeret.Quod ille ubi comperit,fugæ præſidium ſumpſit,ueritusq; iudiciū, cum iam regiæ literæ ubiq; diſſeminatæ omnes omnibus ex partibus conuocarent,noctis medio fragili ſe cimbæ commiſit,atque ita fugiens,ſuos omnes ſecum duxit.

Nos conſcientiæ noſtrę fiducia nihilo ſegnius inſtitimus apud pĳſsimū Imperatorem,ut Conciliū congregaret. Qui ſuæ pietati conſona faciens, rurſus ad illū miſit,mandans,uti ad ſe,tā ipſe quam omnes,qui cū illo fuerant,ex Aegypto aſcendere maturarent,rationē facti ſui reddituri, 9 neque arbitrarentur,quæ adeo nequiter ex una tantū parte,& abſentibus nobis,ac pręter patrū canones geſta fuiſſent, ſibi ad excuſationē quicquam ſuffragari poſſe. At uero ille ſic quoq; regĳs conuentus literis, obtēperare non auſus,ſeſe continuit domi, ſeditionem plebis allegans.Agebat id de quorundā ſibi fauentium conſilio. Et certe, cū hic ipſe populus ante has Imperatoris literas innumeris eū maledictis aſpergeret.Sed nō iſta modo diſcutimus.Hæc tantum idcirco dixerimus, ut oſtenderemus, quæ eſſet uiri modeſtia.

9 *Quæ præter patrum canones geſta fuiſſent,ſibi ad excuſationem uicquā ſuffragari poſſe non arbitrarentur.*

Verū nos ne poſtea quidem quieuimus, ſed inſtabamus iugiter orantes,iudiciū fieri, in quo audiri dĳudicariq́ poſſemus. Parati enim eramus nos ipſos doceri inſontes, illos e contra nocentiſsimos, & magni in nos ſceleris reos. Erant aūt & ex Syria quidā,qui illi tunc ſemper aſtiterant, & cum illo cōmuniter omnia geſſerant. Aduerſus iſtos quoq; parati eramus ſubire iudiciū, ſæpiuſq; importune rogauimus,aut commentaria,aut accuſatorū libellos nobis tradi,aut criminū naturas aperiri nobis,aut certe,accuſatores ipſos in conſpectu dari. Nihilq́ ex his conſequi meruimus,

ſed

ſed rurſus pulſi Eccleſia ſumus.

Quomodo iam, quæ ſequuntur, exponā, omnem excedentia tragœdiā? Quis ſermo ad ea explicanda ſufficiet? Quæ nā auris abſque horror percipiet? Nobis enim hæc ipſa, quæ antea dixi, prætēdentibus, repente multitudo militū ipſo magno ſabbato, cū iam in ueſperam uergeret dies, Eccleſias ingreſſi omnem clerū, qui nobis cum erat, per uim eiecerunt, armiſque ueneranda obſidebantur altaria. Mulieres, quæ intra Eccleſiā ut baptizarentur, ſe ſe ueſte nudauerant, per id tēporis nudæ fugiebant, metu acerbiſsimæ huius cōmotionis impulſæ, neq; ſexus uerecundiæ, & honeſtati permittebantur præ pauore conſulere. Plurimæ tunc, acceptis uulneribus eiectæ. ita cruore piſcinæ replebantur, atq; ex huiuſmodi uulneribus ſacri latices colore immutato in ruborē tranſibant. Neq; hactenus ſtetere clades, ſed ubi ſancta condita ſeruabantur, ingreſsi milites, ex quibus, ut poſtea didicimus, quidā nec dū initiati erant, omnia ſpectabant intus recondita, ſanctiſsimusq; Chriſti 10 ſanguis in tāto tumultu in militū ueſtimenta fuſus eſt, omniaq; non ſecus, quā in captiuitate Barbarica, facinora paſsim admiſſa. Populus ad ſolitudinē migrare, plebsq; omnis extra urbē excubare cogebatur. Vacuæ fidelibus Eccleſiæ in 11 tanta ſolennitate relictæ, pluresq;, quā quadraginta Epiſcopi communionis noſtræ cū populo fruſtra, & ſine cauſa pulſi. Vlulatus, & gemitus, eiulatus itē, & lamenta, & lachrymarū fontes, plateas, & domos, & deſerta ipſa cōpleuerant, & planctu cuncta reſonabant, nullaq; urbis pars huiuſce calamitatis uacua relinquebatur. Fecerat enim calamitatis magnitudo, ut nō modo, qui patiebantur, uerum ipſi quoque qui nihil eiuſmodi perpeſſi erant, una nobis cū lamentarentur, neq; catholoci modo, ſed ipſi quoque Hæretici, & Iudæi, ac Gentiles uices dolerent noſtras. Et uti ciuitas per uim in ditionē hoſtium ueniſſet, ita tumultu, & perturbatione, & eiulatu plena erant omnia. Porro iſta, ignorante Pijſsimo Imperatore noctis initio epiſcoporum factione gerebantur, qui exercitus duces, diaconorū uice ſecum habere præuios non erubeſcebant.

10 Videſne uerū Chriſti ſanguinem & non ſignum illius ſub ſpecie uini conſecrati cōtineri?

11 Sabbatum ſanctum paſcha magna ſolēnitas.

Vbi uero illuxerat dies, ciuitas omnis extra urbis mœnia migrarat, ſub arboribus & frondibus, ueluti diſperſæ oues, feſtiuitatem celebrantes. Hinc iam poteris cætera æſtimare. Neque enim fas eſt omnia perſequi, ut ante iam dixi, quæ per ſingulos contigere. Nēpe id acerbiſsimū eſt, quod tanta incōmoda, tot clades finē nec dum acceperunt, nullaq; ſpes quietis ſupereſt. Verū in dies augetur peſtis, factiq; ſumus in deriſum multis. Immo ridet quidē nullus, quātumlibet perditis moribus ſit, ſed ploratu proſequuntur, ut dixi, malorū omnium culmen, nouam hanc iniquitatem, & facinus execrandum.

Quis uero reliquarū Eccleſiarum perturbationes, ac preſſuras eloqui poſſit? Neq; enim hic modo inualuit lues, uerū ad orientalem quoq; peruenit Eccleſiā. Quemadmodū enim à capite dum noxius humor effunditur, reliqua membra læduntur, ita nunc quoq; poſt quā ex hac urbe magnifica, ueluti ex fonte quodā incōmoda fluxere, cœperūt turbæ, ac tumultus occupant omnia, & ubique dominantur, omnibusq; ferme in locis clerici contra Epiſcopos inſurgunt. Populi partim abſciſi ſunt ab Eccleſiæ corpore, partim præcidendi expectantur. Vbiq; peſtis hæc pullulat, & orbis uniuerſus euertitur.

Hæc igitur omnia cogitantes, Domini Beatiſsimi, ac Reuerendiſsimi, dignum ueſtræ conſtantiæ, & congruũ robur ac ſtudiũ ſumite, & hanc pernitiẽ, quæ inuaſit Eccleſias, oramus, auertite. Nam ſi hæc inualuerit cõſuetudo, & licitũ fuerit cuiq; ex adeo remotis partibus in alienas prouincias, pro ut uoluerit, ingredi, & eicere quoſcunq; libuerit, & pro uoluntate omnia gerere, non ignoratis, mature cuncta peritura, bellumq; ſæuiſsimum occupaturũ orbẽ uniuerſum, omnibus laceſſentibus inuicẽ. Ne igitur immanis iſta confuſio cuncta percurrat, & ubiq; dominetur, ſcribite,

12 12 precor, & authoritate ueſtra decernite, huiuſmodi inique geſta, nobis abſentibus, & iudiciũ non declinantibus, nullius eſſe roboris, ſicut per ſuam naturã ſunt profecto & irrita, & nulla. Porro qui talia geſſere, eos Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubijcite. Nos autem inſontes neq; conuictos, neq; deprehenſos, neq; ullius criminis reos cõprobatos, 13 Eccleſiis noſtris iubete reſtitui, ut charitate frui, ac pace cũ fratribus noſtris conſueta poſſimus. Quod ſi modo quoq; uoluerint authores ſceleris aperire crimina, quorũ gratia nos iniuſte eiecerunt, dentur nobis cõmentaria, libelli proferantur in mediũ, ueniant accuſatores mei, ſedeat incorruptũ, intemeratumq; iudiciũ, non recuſo, non renuo, immo & conſtanter hoc expeto. Iudicemur. Crimina profecto diluemus, noſq; oſtendemus innocentes, neq; criminibus ullis obiectis obnoxios. Nã quæ ab eis modo geſta ſunt, omni prorſus ratione carent, Extra omnẽ ordinem, omnemq; legem, ac regulam Eccleſiaſticã ſunt. Nunquã id facinus, ne in extremis quidem iudicijs, immo neq; apud Barbaras ipſos admiſſum eſt. Non Scythæ, nõ Sarmatæ, unquã una ex parte iudicarunt, abſente reo, neq; iudiciũ, Sed odiũ & apertã ſimultatem declinante, ac mille appellante iudices, & ſeipſum innocentẽ aſſeuerante, & paratũ (præſente orbe uniuerſo) quæq; obiecta diluere, ac ſe in omnibus inſontem declarare.

12 Scribite precor, et authoritate ueſtra decernite, huiuſmodi inique geſta nullius eſſe roboris. Rogo quænam eſt iſta Ro. pontificis authoritas niſi illa, Tu es Petrus & ſuper hanc petrã &c.

13 Vide o heretice ex hoc loco, an Romana eccleſia iuriſdictionẽ habeat ſuper omnes mundi eccleſias, & an græca eccleſia unquam agnouerit ſuperioritatem Romanæ.

Hæc ergo cuncta cogitantes, & à Dominis meis uenerandis Epiſcopis manifeſtius, planiuſq; cuncta dicentes, quod eſt partium ueſtrarũ munus, ſtudiũ ueſtrum, & operã, ac diligentiã, quæſo inferre dignemini. Ita enim nõ nobis tãtũ, ſed

14 14 Eccleſiis quoq; uniuerſis gratificabimini, et a Deo mercedẽ percipietis, qui ob Eccleſiarũ pacem ſemper omnia facit. Scripſimus iſta & ad Venerũ Mediolanenſem, & ad Chromatium Aquilegienſem Epiſcopũ. Vale in Domino.

14 Munus eſt Ro. pontificis opem ferre afflictis, & uniuerſis eccleſiis gratificari.

Ad hæc reſcripſit Beatiſsimus Papa Innocentius, cõmunioneq; utriuſque partis admiſſa, Theophili

15 15 iudiciũ caſſum, atque irritum eſſe decreuit, dicens, oportere confiteri aliam irreprehenſibilem Synodum occidentaliũ, & orientalium Sacerdotũ, cedentibus concilio amicis primum, deinde inimicis. Neutrarũ quippe partium, ut plurimũ, rectum eſſe iudicium. Paucis poſt diebus aduenit Petrus quidã Theophili Presbyter, una cũ Martyrio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diacono, ipſius epiſtolas deferens, & quædã ſimul cõmentariola, in quibus uidebatur Ioannes a trigintaſex damnatus Epiſcopis, ex quibus uigintinouem Aegyptij, ſeptem reliqui ex alijs regionibus erant. Ea commentaria cum legiſſet Papa Innocentius, comperiſſetq;, neq; culpas eſſe graues, neq; præſentem Ioannem fuiſſe, neq; in faciem reprehenſum, inſaniam Theophili magis ac magis exhorruit, quod contra abſcentem adeo ſæuam, imanitemq; ſententiam euomiſſet. His a ſe dimiſsis, cũ literis grauibus, temeritatem illius la

15 Cum Rom. pontifex decreuit iudiciũ Alexãdrini epiſcopi eſſe caſſum & irritum, oſtendiſſe totius orbis primatem eſſe.

ceſſentibus ſe ſe ad 16 orationis ſtudium contulit, indictoq́ eccleſiæ ieiu nio,cum lachrymis diuinam præcabatur clementiam,ut huiuſmodi ſedi- tiones,& ſcãdala,ſciſcuræq́ tollerẽtur,& pacis.ac fraternitatis amor,inte gra membrorũ compage redderetur. Fuit autem Epiſtolæ iſta ſententia. 16

Ecce oratio,ieiunium & lachrymæ pro impetranda a Deo pace & fraternitatis amore.

Fratre Theophile,nos & te,& fratrem noſtram Ioannem communio- nis noſtræ eſſe decreuimus,ſicuti & in prioribus literis aperte ſatis expreſ ſimus. Et nunc in ſententia noſtra,& uoluntate perdurantes, rurſus eadẽ ſcribimus. Et quotienſcunque ſcripſeris, niſi debitum ſequatur,conue- niensq́ iudicium,propter ea,quæ magno cum dedecore ſunt geſta,poſsi- bile non eſt,nos a Ioannis communione diſcedere. Itaq; ſi conſcientiæ cõ fidis, tu quoq; iudicio accurrere ad ſynodum, proxime in Chriſto cele- brandum,& illic iuxta Niceni 17 concilij canones, & decreta contende. 17 Alios quippe canones Romana non admittit Eccleſia. Quod ſi obtinue- ris,euidens, & irrefragabilis erit ratio tua.

Vide magnam autoritatem Niceni concilij & canonum eiuſdem.

Modicum temporis fluxerat, cum Theotecnus Cõſtantinopolitanus præsbyter uenit,literas concilij Ioãnis uigintiquinq;.Epiſcopum,aut pau- lo plurium ferens, quibus docebant Ioannem militum auxilio uerbe de- pulſum,& cucuſſum in exilium miſſum,Eccleſiamq́ incenſam fuiſſe. Cui et ipſi communionis literas,& ad Epiſcopum Ioannem,& ad omnes com municantes ſibi Epiſcopos tradens,orabat cum lachrymis, ut patientem tolerarent,cum opem ipſe ferre non poſſet, eo quod nonnulli obſiſterent potentes aduerſarij, eccleſiaſticæ pacis inimici. Poſt paululum rurſus ap- plicuit homunculus aſpectu fœdus,animo perditus,paternus nomine,con ſtantinopolitanæ Eccleſię ſe præsbyterum dicens,qui et ipſe totus elatus, & faſtu turgidus,& ipſo geſtu inimicitias præferens,plurima contra Ioã- nem Epiſcopum uomebat. Hic literas paucorum Epiſcoporũ Acacij,pau lij,Antiochi, Cyrini, Seueriani, & aliorum quorundam Innocentio reddi- dit,quibus Ioannem calumniabantur,quaſi incendiſſet eccleſiam. Mẽda- cium aperte deprehenſum eſt,eum eius rei, quippe quæ illi nõ fuiſſet obie cta,mentionem in Synodo nullam feciſſet Ioannes. Eum Innocentius cũ indignatione abijciens, ne reſcribere quidem uoluit. PALL. Quæſo mihi autem parumper accommodes,ut tibi per ſingula rei ordinem pan- dam. Nimis enim, ut ait Heliu ad Iob, anguſtat me ſpiritus uentris, Ven tris nomine mentem ſignificans ſermonibus plenam. THEO. Ne- ceſſe eſt.Pater optime, me omnia diligentius proſequi, quæ peruenerunt ad noſtram notitiam,ut ita demum, quæ inſtitui, rogare abs te poſsim. Paucis poſt diebus aduenit Epiſcopus Cyriacus,nullas quidem habens li teras. Sed is plane,cui fides merito habenda uidebatur,eadem proſequẽs, quæ ab Epiſcopis de Synodo Ioannis fuerant ſcripta. Aiebat enim ſe fu- giſſe propter comminationem Regalis edicti ita continentẽ. SI QVIS NON COMMVNICAT THEOPH. ARSACIO, ET PORPHYRIO, HIC EPISCOPATV QVIDEM ARCEATVR. AMMITTAT VERO, SI QVAM VIDETVR HABERE SVBSTANTIAM PECVNIA RVM, SIVE PRÆDIORVM. Poſt Cyriacum aduenit Eu- liſius Apamiæ Dithiniæ Epiſcopus, afferens literas a quindecim Epiſco- pis de Ioannis concilio, & a præclaro Sene Anyſio Theſſalonicenſe Epi- ſcopo,in quibus illi quidem,& præcedentem,& quæ tunc erat, Conſtan

tinopoleos totius deprædationem uaſtitatemq́ſignabant. Anyſius uero Romanæ ſe Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur. Porro Euliſius ipſe conſona Cyriaco per omnia dixit. Vis menſis fluxerat, cum Palladius quoque Epiſcopus Helenæpoleos absq́ literis uenit, qui & ipſe fugiſſe dicebat ue ſaniam principum. Expreſsius autem, ac ſignantius enarrauit omnia, ipſumq́ exemplar edicti protulit in hanc Sententiam. Quicunq́ occultaſſet Epiſcopum, ac clericum. Siue in ſua domo ſuſciperet, qui Ioannem com municaret, eius domū publicandam. Poſt Palladium Germanus præsbyter. Caſsianusq́ diaconus Ioannis, uiri magnæ religionis, literas ab omni clero Ioannis attulerunt, continentes eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam eſſe, Epiſcopo per uim militum eiecto, & in exilium miſſo, agentibus id Acacio Beroenſi, Antiocho Ptolomaidis, Seueriano Gamalenſi, Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & breuiculum memorati uiri, ubi ornamenta, ſub iudicibus teſtibus tradunt, ſubſcriptum manu ſtudij præfecti urbis, Eutychiani prætoris, Ioannis comitis theſaurorū, & Euſtachij quæſtoris, ac tabularij, in auro & argento & uaſis, ut Ioannis Epiſcopi calumniam diluerent. Poſt iſtos uenit ſecundo Demetrius Epiſcopus piſinuntis, qui peragrato oriente; prædicauerat communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij literis, afferens epiſtolas ab Epiſcopis Cariæ, in quibus Ioānis amplectunt̃ communionē. Ab antiochenæ itidem eccleſiæ presbyteris, ubi Romanorum ſequuntur diſciplinam laudantes integritatem iudicij, & ordinationem apud ſe factā de porphyrio, ut illicitam, ac nefariam execrantes. Poſt hos omnes uenit Domitianus ſacerdos Conſtantinopolitanæ diſpenſator eccleſiæ, & Vallagas quidam Nyſibius præsbyter, exponens monaſteriorum Meſopotamiæ gemitum, & eiulatum. Simul & commentaria Optati cuiuſdam præfecti reddiderunt, ubi honeſtæ mulieres ex genere conſulari publice ad eū adductæ memorantur, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ diaconæ, ita ut cogerentur, aut Arſacio communicare: aut fiſco ducentas auri libras applicare. Quid autem de Monachis, & uirginibus dicere oportet? Oſtendebat ſecta in ligno latera, terga cede conſciſſa. Non tulit ultra Innocentius pontifex, indignitate ſumma permotus, ſcripſitq́ ad Honorium Imperatorē, literarum huiuſmodi ſenſum diſtincte ſubijciens, Deſunt literæ Motus his literis princeps, præcepit ſynodum occidentalium Epiſcoporum congregari, & cum in unam ſummam concurriſſet, ad ſe referre, congregati Italiæ Epiſcopi Imperatorem orant, ut ſcriberet Arcadio fratri ſuo, ut iuberet Theſſalonicæ concilium fieri, quo facilius poſſent utræq́ partes orientis, occidentisq́ concurrere. Addentes perfectā ſynodum non numeri quantitate, ſed qualitate ſententiæ, certam, & irrefragabilem tuliſſe ſententiā. His inflammatus Imperator, Epiſcopo quidem Romano ſcribit, ut mittat epiſcopos quinque, presbyteros duos Romanæ eccleſiæ. diaconum unum, qui ipſius ad fratrē epiſtolas ferrent. Erat autem hic tenor epiſtolę.

Tertio iam ſcribo ad manſuetudinem tuam, orans, ut quæ contra Ioannem epiſcopum Conſtantinopolitanum, maligne eſſent geſta, corrigeret. Verum id hactenus, ut uideo, factum non eſt. Quocirca rurſus per ſanctos Epiſcopos, & præsbyteros ſcribo, pacis eccleſiaſticæ auidus, & ingenti cura ſollicitus (pacatis enim eccleſijs, Imperio quoq́, noſtro pax peruenit) ut epiſcopos orientales iubeas Theſſalonicæ conuenire. Noſtri quippe occidentales

cidentales Epiſcopi electos uiros miſerunt,ſeueræ conſtantiæ, & neutram in partem inclinentur amore,uel odio,epiſcopos quinq;,præsbyteros Romanæ eccleſiæ duos,unumq; diaconum, quos ut omni cum honore ſuſcipias,quæſo, ut ſiquidem illis perſuaſum fuerit Ioannem iuſte fuiſſe expulſum,doceant me ab eius communione diſcedere. Sin autem deprehenderint ſponte malignatos orientis epiſcopos , ab illorum te itidem communione ſecernant.Quænam uero ſit occidentalium de epiſcopo Ioanne ſententia,ex omnibus ferme epiſtolis conſtat,quas ad me frequẽtes dederũt. Ex his duas idem continentes , quod reliquæ ſubdidi, ſcilicet Romani & Aquilegienſis epiſcopi.Hoc autem ante omnia de tua manſuetudine poſtulo,ut Theophilum Alexandrinum,inuitum etiam adeſſe,præcipias.Per hunc enim mala omnia emerſiſſe memorantur, ut aduenientium epiſcoporum ſynodus in nullo impedita, congruam temporibus noſtris afferat pacem .

Acceptis igitur ſancti uiri Æmylius, & Cythegius,& Gaudentius epiſcopi,unà cum Valentiano, Bonifacioq; presbyteris Imperatoris Honorij,& Papæ Innocentij,& Italiæ epiſcoporum,Cromatij Aquilegienſis,et Valerij Mediolanenſis,ac reliquorum epiſtolis, unà & cõmonitorio concilij totius occidentis,Cõditionibus publicis Conſtantinopolim conceſſere,erat autem commonitorium huiuſmodi . Non oportere Ioannem iudicium ingredi,niſi illi prius eccleſia,communioq; redderetur,ut omni dilationis occaſione ſublata ſua ſponte concilium ingredi poſſet. Profecti igitur Conſtantinopolim,poſt quatuor menſes redierunt, nunciantes nobis Babylonias res. Cum præter nauigaremus Græciam,aiebant, detenti ſumus Athenis ab infeſto quodam Tribuno militum , qui idem nobis centurionem adiecit unum qui Theſſalonicæ propinquare minime permitteret,Illic enim intendebamus primum Anyſio epiſcopo literas reddere.Iniectos igitur in duo nauigia emiſit. Irruente autem auſtro uehementi , tribus diebus abſq; cibo, Ægeum pelagus , & anguſta traiecimus. Tertia tandem die,hora duodecima ante urbem applicuimus prope Victoris ſuburbana. Quo in loco detenti ab his,qui obſeruant prorſus, retro diſceſsimus,cuius id iuſsione pateremur,ignorantes . Concluſiq; intra caſtellum Thraciæ maritimum,quod Athyram uocant, illicq; cruciati atq; abinuicem diuiſi,Romani quidem in cellula una, Cyriacus uero,& qui cum illo erant,in pluribus morabamur, ne uno quidem puero nobis in miniſterio relicto . Cumq; ut literas daremus exigeretur a nobis non acquieuimus, dicentes minime eſſe conueniens,ut qui ſenes eramus, non ipſi Imperatori Imperatoris itidem literas.Epiſcoporũ redderemus.Cum igitur obſtinate recuſaremus, neq; aduenienti ad nos patricio Notario , neq; alijs quibuſdam,qui ad hoc uenerant, eas dare uellemus, poſtremo acceſsit quidã ex Cappadocia Tribunus militum,Valerianus nomine,perfractoq; epiſcopi Mariani pollice,per uim abſtulit ſignatam Regis epiſtolam cum literis reliquis.Poſtridie uero miſerunt ad nos,ſiue Regis Aulici,ſiue Atticus,neſcimus, ipſe enim ferebatur eccleſiæ iuuaſſe thronum , qui tria milia numiſmatum darent,orantes,ut communicaremus. Attico, & de Ioãnis iudicio omnino taceremus,quibus minime obtemperare uoluimus.Permanſimus igitur orantes,ut quandoquidem nihil pacificum peragere poſſemus, tuto ſaltem redire ad eccleſias noſtras permitteremur. Mouebat enim nos

nimia immanitas hominum. Hoc & ſaluator noſter uarijs reuelationibus nobis ante monſtrauerat. Adeo, ut & diacono ſancti Emmelij Paulo uiro mitiſsimo, & pudiciſsimo in naui apparuerit Apoſtolus Paulus, dicens illi, uidete, quomodo Ambuletis non quaſi incipientes, ſed ut ſapientes, ſcientes, quoniam dies mali ſunt, ſignificante ſomnio multiplicem fallaciã, quę ad euerſionem ueritatis nobis inſidiaretur donis, atq; blanditijs. Aſsiſtens igitur idem ipſe Tribunus Valerianus, iniecit nos in nauim uetuſtam, & patrem, datoq́; ut ferebatur, pretio nauclero, ut perderet nauigantes, ſimul & militibus adiectis uiginti ex ordinibus uarijs, continuo Athyris expulit. Emenſis igitur ſtadijs plurimis, cum iam iam perituri uideremur, applicuimus lampſaco. Inde mutata naui, uigeſima tandem die ad Calabriæ Hydruntē peruenimus. Neq; nobis edicere ultra potuerunt de beato Ioanne aliquid certius, neq; ubi modo ſint, Demetrius, Cyriacus, Eulyſius, & Palladius, qui cum noſtris epiſtolis legati fuerant miſsi, & Athyris, ut ante iam diximus, detenti.

PALL. Age iam ſacratiſsime miniſter Chriſti, mihi intende animũ, & quæ a me dicuntur, auſculta. Aperiam deinceps tibi totius tragædiæ ſatyricos in medio tumultus, & unde ebrietati dederit manus, & quatenus ceſſare uiſa ſit, necdum uero deſierit. Omnium quidem malorum, ut iã dixerim, fons, atq; initium Dæmon eſt, boni totius inimicus; qui ſemper, lupi in morem, aduerſatur Chriſti rationalibus gregibus, peritos quoſq; paſtores perſecutionibus uarijs atrociter uaſtans, non ſecus, quam ille quondam Ægiptiorum Rex, maſculos Iudæorum, terrenarumq́; uoluptatum illecebris, ſtolidos quoſq;, falſosq́; paſtores illaqueans. Porro peſsimi huiu ſce fontis riui, ut toto terrarum orbe percrebuit, Acacius, Antiochus, Theophilusq́;, & ſeuerianus ſunt, qui, cũ id dicuntur, quod non ſunt, dici, quod ſunt, ferre non poſſunt. Sunt autem ex omni clero presbyteri duo, Diaconi quinq;, partim ex impuro, partim ex noxio numero congregati. Quos ignoro equidem, an tutum ſit presbyteros, ſeu Diaconos appellare. Cæterum ex aula Regis duo tantum, aut tres ſunt, qui etiam Theophilo neruos addiderunt, militari manu opem ferẽtes. Mulieres prætereca, quæ celebres ſunt, tres, uiduæ quidem, ſed opulẽtæ, in pernitiem ſalutis ſuæ pecunias ex rapina poſsidentes, quæ uirorum quoq; conſtantiam perturbare poſsint, atq; concutere. Marſa promoti uxor, Caſtricia Saturnini, & Eugraphia quædam nimia inſania feruens. Cætera eloqui uerecundia prohibet. Iſtæ, atq; iſti cum infideli corde ſint ſegnes, ueluti falanx furore ebria, in unam ſententiam odioſam concurrentes, aduerſus eccleſiaſticam pacem torrentem perditionis per ſummam inſaniam concitarunt. THEO. Perge pater, & coram Deo cauſam odij iſtorum aduerſus tantum uirum nobis ediſſere, quæue fuerit epiſcopi Ioannis ratio, ut contra tot poteſtates decerneret ſtare. Et illud ſimul expone, quodnam uitæ ipſius initium fuerit, & quo pacto fuerit ad Conſtantinopolitanæ eccleſiæ prouectus ſedem, quanto eam tenuerit tempore, cuiuſmodi uixerit moribus, quo etiam fine defecerit, ſi tamen mortuus eſt, ut fama uulgauit. Quamuis enim apud omnes ferme inualuerit mira de uirtutibus, & ſanctitate illius opinio, conſueui tamen ipſe non facile rumoribus credere, prius quam ab his, qui rite uel uituperare, uel laudare nouerunt, certior fiam.

PALL. laudo equidem diligentiam tuã, amiciſsime, ac ueritatis ſtu-

dioſe Theodore,ſed minime iudiciũ probo. Oportuit enim te ipſa noſtra canitie,ut de me interim loquar, & dignitate ipſa,ut uera crederes, quę a nobis dicerentur,induci. Quoniam uero iſthuc minime feciſti, & iam ſecũdo coram Deo conueniſti conſcientiam noſtram, ſaltem poſt hac fideles mihi aures accõmoda, ne in caſſum ſermo decurrat. Scio enim ſcriptum, perdes omnes,qui loquuntur mendacium.Et Apoſtolus Ioannes. Qui mẽdacium loquitur,inquit,non eſt ex Deo. Et Dauid rurſum; Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.Reuera enim inique agit, qui fallit eũ, cui perſuadet,inique item & qui auſcultat, mentienti facile credens. Cum igitur æqualiter uterq; peccet,neuter noſtrum iniuria afficiat proximum.Eſt enim hæc uirtus,ut is quidem,qui dicit,uera proſequatur,qui uero audit, iniqua dijudicet. Eſtote enim,inquit ſcriptura, probabiles trapezitæ, falſum aurũ,& argentũ a uero,& probato ſecernentes,non ut paſsim mulcẽtem aures ſonum admittamus, ſed & diuino timore,& conſcientia, quæ dicuntur,aut ſcribuntur,ponderantes,rerum teſtimonio ſuſcipiamus. Aurium quippe,ac linguæ ingens periculum eſt. Idcirco & præſtantiſsimus rerum opifex Deus,hanc geminis labijs ſeruare conſtituit, cũ interius quoque dentium eam uallo cinxiſſet, ut huius facilitatem huiuſmodi munitione coerceat,ſecundum quod ſcriptura dixit,pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium munitionis circa labia mea, ut non delinquam in lingua mea. Porro cauernas aurium flexuoſas,atq; tornatiles fecit,ex ipſo habitu admonẽs,non cito in eas irrumpere debere ſermonem, ut, dum maiori temporis mora circum foraminis uertitur, mendacij materiam cum malitiæ ſordibus ponat,ad ripas ipſas, & aurium margines tenuiter excollatus. Non modo autem iſtiuſmodi inſtrumentorũ, ut quæ ſola delinquãt, curam habuit,uerum pupillis quoq;,ueluti feneſtris, uelamina poſuit, ne impudicitiæ intus admitterent mortem,de qua Propheta teſtatur, dicẽs: Mors intrauit per feneſtras ueſtras. THEO. Si quidẽ de rebus quibuslibet non magni ponderis,mihi eſſet inquirendum,ſufficeret profecto, pater beatiſsime,uel aſpectus ipſe tuus uerbis fidem facere. Quoniam uero,& ea requiro,quæ ſunt maxima, mendacium uero non modicã in præſentiarum quidem confuſionem, poſmodum uero etiam damnationẽ affert,quando ante tribunal illud terribile & principes,& populi ſimul aſſiuent.De ueritate autem eſt quæſtio, da ueniam pater, neq; mihi iam uelim canos obijcias,& mali enim ſæpe ſenuerunt, non animam uirtute canam,ſed corpus æui diuturnitate rugoſum præferentes. Cuiuſmodi & illi fuerunt in Babylone presbyteri, & in Hieremia Effraim, in cuius probrũ propheta clamat,Effraim colũba ſeducta,non habens cor.Cani illi aſperſi ſunt,ipſe autem ignorauit.Iterato item Seuerius dicit, factus eſt Effraim ſubcineritius,non conuerſus,& alieni comederunt robur eius.Et illud etiã addam,licet fiat ſermo prolixior,Quis ornatior canis,ſi ætatem aſpicias? quis aſpectu modeſtior Acacio illo,quem modo culpatis,& ſeditionis authorem, & ſceleris eorum ducem, qui nouitatibus gaudent. Cuius ipſe quoq; nares canos attraxerant,quando Romam profectus eſt, ordinationis epiſcopi Ioannis decretum ferens? PALL. Nunc plane cognoui, probatum te eſſe trapezitam,dum non cutis tabernaculo credis,ſed inhãbitantis inquiris diſciplinam. Nempe enim,& Ægiptiorum templa, cum uaſtæ magnitudinis ſint,& ſpeciem lapidum præferant, ſimias habent in-

tus,Deorum uice,& Ibices,& canes,& infinita portenta.Deus autem noſter, ac Dominus cum Samueli de conſtituendo Iſraeli principe reſponſa daret,admonuit,ne ſtatum lutei corporis,ac formam attenderet, dicens, Non ſicut homo, uidet Deus,homo enim in facie, Deus autem in corde. Quocirca imitatores Dei in rebus omnibus altiora quæque, & abſtruſiora ſcrutantur.Ideo prompte accedo tibi,ſtateramq; tuam,nunquam in alteram partem inclinantem,libenter amplector. At uero Babylonij, ſenes quidem corpore,ſed animo præ ſtoliditate nimium paruuli,ſi mortuorum reſurrectioni credidiſſent, primum quidem ſapientia ualidi nequaquam Suſannam alterius uxorem amauiſſent, deinde autem,ſi quidem Dei timorem habuiſſent, nunquam impudicitiæ ſuæ calumniam quoq; innocentis coniunxiſſent.Id uero ſummæ ignominiæ,& dedecoris indicium eſt,quod ſeniores iuuenilem ſpeciem uiolare uoluiſſent. Sed his omiſsis,ad ea, quæ de ſancto uiro inquiſiſti,enarranda pergamus.

Ioannes Genere Antiochenus fuit. Natus ex parentibus nobilibus, & qui in Syria inter militares maxime illuſtres eſſent. Mater eius cũ filiã primo partu ædidiſſet,ſecundo hunc loco enixa eſt. Cũ autem emenſis infantiæ rudimentis,ad pueritiæ perueniſſet annos,& magna ingenij præ ſe ferret indicia, literarũ ſtudijs traditus eſt,inſequutusq; ardenter diſciplinas

18 18 liberales, iam tũc ſe ad ſanctarum ſcripturarũ miniſterium comparabat.Inde cũ octauum decimũ ageret ætatis annũ,oratoriæ operam dans adoleſcentiæ lubricũ perpetua exercitatione declinauit.Vbi uero uirilem induerat ſenſum,ſanctarũ literarũ amore correptus eſt. Regebat autẽ per id temporis Antiochenam Eccleſiam uir totius ſanctitatis Meletius confeſſor,Armenius genere.Is cũ adoleſcentis indolem ſollers explorator intenderet,ad ſe accitũ ſecum iugiter eſſe permiſit, ſibiq; familiariter adhærere. Amabat enim cordis illius pulchritudinẽ, propheticis oculis præuidens,quorſum indoles tanta eſſet euaſura. Cũ uero aſsidentẽ ſibi fide,ſacriſq; dogmatibus diligenter inſtrueret,poſt triennium ferme lauacri regeneratione mundatum lectorẽ ordinauit. Verũ ſtimulante conſcientia,ne contentus eſſet laboribus ciuitatis,in ipſo iuuentutis flore, ſenſu plane integro,uicinos occupat montes,ibiq; congreſſus ſeni cuidã ſyro,continentiq;,in primis ſtudioſo,ſeſe illi ſociũ dedit, imitatus uitæ continentiam,duritiamq; propoſiti. Manſit autẽ apud illum annos quatuor,incentiua naturalis ardoris diuinarum literarum ſtudijs ſuperãs. Vbi uero motus omnes iuuenilis ætatis nõ tam labore,quã ratione ſuperauit, deſiderio deliteſcendi ſolus remotiorem.Eremũ petijt,illicq; ſpelunca incluſus, bienniũ fermè peregit. Quo in tẽpore iugiter fermè ſine ſomno perſiſtens, ſcripturas ſanctas penitus edidicit, earumq; perpetua meditatione ignorantiã a ſe longe fugauit. Verũ cum toto 19 biennio nunquã cubuiſſet, non nocte,non die,ſubiectas uentri partes omnino mortificat, frigore uirtutes renũ ferientes. Quod ille ubi animaduerteret, eccleſiaſticũ rurſus occupat portũ. Id autem diuina prouidentia factũ ſcimus,quæ hunc ad eccleſiæ utilitatem, ab exercitatione immodica,infirmitatis occaſionibus repulit, ut impeditus ægritudine,ſpeluncis renunciare cogeretur. Hinc iã a Meletio Diaconus ordinatus,quinq; annis uenerandus miniſtrat altaribus. Sed cum doctrinæ illius gratia cunctis innotuiſſet, populiq; fideles uitæ illius continẽtia,ueluti ſale, cõdirentur presbyter a ſanctę memorię Flauiano epiſcopo

Ecce quomodo ſancti uiri non exploderunt a ſe ſtudium liberalium diſciplinarum, unde nec a ſcholis modo reijciendum eſt, ut hæretici garriunt.

19 *Vide ſancti uiri uigilias.*

Nota tu ſacerdos qui a mulierum contubernio nunquam recedis, hæreticorũ deceptiones ſequẽs. quo in loco apud ſanctos uiros habeaũs.

con-

conſecratur, inuitus licet, ac multū renitens. Notatur id ex his libris, quos de ſacerdotio adhuc ſolitarius ſcripſit. Permanſit autem bis ſenis annis in officio presbyterii, Antiochenam eccleſiam uitæ munditia illuſtrans, partim undis ſpiritus recreans. Agebat epiſcopi uices in prædicatione uerbi dei, omniumq́ corda mirabili facundia, ſcripturarū dulcedine ornata, ad ſe rapiebat. Quā multos, quam pulchros, quam neceſſarios, plenoſq́ utilitatis tractatus ediderit, quis referre ſufficiat? Sed omitto iſta tuoq́, Theodore iudicio examinãda relinquo. Neq; enim ſunt, aut eſſe poſſunt obſcura, quæ ſcripſit. THEO. Mirabilis plane gratia uiri in docendo fuit, atq; ex his, quæ ad manus noſtras peruenire potuerunt, magna ipſius excellentia noſcitur. Sed perge quæſo, ſeriemq́ narrationis exequere.

PALL. Dum hæc agerentur, & Chriſto gubernante, proſpero curſu cuncta ſuccederent, moritur beatus Nectarius, Conſtantinopolitanę ſedis epiſcopus. Hinc iam pleriq; ſponte concurrunt, eccleſiæ pręfici cupientes, uiri plane, non uiri, ſacerdotalis quidem ordinis, ſed nihil habentes dignum ſacerdotio. Qui, dum meritis diffidunt ſuis, pontificis ſoliū electione fideliū deſperantes poſſe adipiſci, partim palatij obſeruant fores, alij munera potentibus tribuunt, alij populis genu poſito. Ad hęc plebs fidelis indignans, regē pia intentione ſolicitat, paſtorē peritum ſibi dari ſuppliciter poſtulans. Agebat in rebus Eutropius ſpado, præfectus cubiculi regij. Cupiens igitur Ioannē præſulem fieri, cuius illi uirtus erat notiſsima, cuiuſq; tunc periculum fecerat, cum in cauſa regia interiora penetraſſet orientis, ſuadet Imperatori, ſcribat ut ad Antiochię comitem mandans, ut abſq; ſtrepitu ullo, & perturbatione, Antiochenæ ciuitatis mitteret Ioannem. Acceptis literis, comes mandatum ita exequitur. Rogat Ioannē, ut ſecum extra urbē pergat, uſq; ad Martyria, prope portā, quæ Romana appellatur, impoſitumq́ redæ publicę, miſſo eunucho una, & magiſtro militum, tradit. Adductus hoc modo, Cōſtantinopolitanæ eccleſię ordinatur epiſcopus. Initio igitur Theophilus Alexandrinus epiſcopus, ipſius conſtantiam, irreprenſibilemq́ fiduciam intuēs, ordinationē eius impedire conatus eſt. Ex ipſo quippe aſpectu callet interiorē hominis uoluntatem, ſententiamq́ dinoſcere. THEO. Suſtine quæſo pater, dum te interrogo. PALL. Tu uero interroga, quæ uis. THEO. Etſi eiuſmodi Theophilus eſt, tantoq́ uiget acumine, quomodo non pręuidit fore, ut pulſo illo, orbem perturbaret uniuerſum? PALL. Non iſtuc mirare fili. Nā & dæmones, cum aduentum Chriſti non ignoraſſent, neſcierunt tamen futurū, ut una credentium illi ſufflatione ligarentur. THEO. Vbi nam illi ſaluatoris aduentum cognouerunt? PALL. Cum clamarent, ſcimus te, quis es ſanctus dei. Quid ueniſti ante tēpus torquere nos? Vides ut illi pręſcierunt, non modo quod ſanctus, uerumetiā quod iudex eſſet. Quid autem de dęmonibus loquar? Infelicia ſcorta ex ipſo oculorum motu pudicos agnoſcunt, ac fugiunt uiros, nō ſecus, atq; infirmus oculus ſolis iubar, & uultur unguentum. Vnde uero peccantibus execrationi pietas eſt, ſi ipſum minime nouerunt? Ita & Theophilus ex quo id, quod erat, infirmis oculis ſuis gratum non inuenit in Ioannis aſpectu, coniectura, non ueritate ſcientiæ, quod erat ſibi contrarium, comprehendit. THEO. Mirifice reſpondiſti, pater. Sed cur ille quæſo ordinationi reluctatus eſt? PALL. Mos ſibi fuit bonos, ac ſei ſatos uiros non ordinare, ſed duntaxat

xat, qui defectu aliquo inſignes eſſent, ut omnes ueluti inſipientes obtineret. Maluit enim ſuperare ſtolidos, quã ſapientibus accommodare aurẽ. A ſalutari tamen prouidentia, uellet, nollet, ſuperatus. Ordinatus itaque Ioannes, paſtoris officium diligenter exequitur, rationali fiſtula experimẽtum ouium facere aggreſſus. Raro autẽ, ſed tamen neceſſario uirga correptionis utens, ſermonẽ exacuit aduerſus fictam, non fraternam, ut eam appellant, ſed plane fœdã, atq; inhoneſtam uitã eorum ſacerdotum, qui mu-

A lieres, quas ſubintroductas uocant, ſecum habere uellent. Aſſerens, cõparatione mali, tolerabiliores eſſe lenones. Illi enim longe a medicinæ taberna ſeparati, ſeorſum habent, qui ſua ſponte infirmi eſſe delegerunt. Hi autẽ intra ſalutis officinam habitantes, ſanos ad morbum euocant. Hinc iam pars impia cleri eo ꝑgreſſa morbo eaq; febre correpta, ægreferebat. Hac ergo peſte propalata, & curata orationis iacula intorquet contra iniuſtitiam, acremq; malorum cupiditatẽ euertit, ac deſtruit, ut iuſtitiæ ædificiũ conſtruat. Id quippe ſapientis architecti proprium eſt, prius mendacij diruere molẽ, poſtea fundamentum iacere ueritatis, ita & propheta dicente, conſtitui te ſuper gentes & regna, ut euellas, & plantes, & deſtruas, & ędifices. Illud quidẽ agricolæ, hoc autem congruit architecto. Ex hoc rurſus offenditur pars obſeruantium ſacculos. Poſt hæc uictum quoq; caſtigat cleri diligenter, orans, & exhortans, ut contẽti ſtipendijs ſuis, nidores diuitum non ſequerentur, ne fumum huiuſce inſequentes libidinis flãmæ traderentur, aſſentatorũ ac paraſitorum inſtituto uiuentes. Hinc lurcones plurimi pulſati, atq; irritati authoribus calumniæ ſe coniungunt. Poſt hæc diſpenſatoris eccleſiaſtici ſcripta relegens, inutileſq; eccleſiæ ſumptus deprehendens, amputari hos protinus iubet. Acceſsit & ad ſolennes epiſcopi ſumptus inſpiciendos, inueniensq; immodicã profuſionem, transferri hanc magnificentiam ad infirmorum ſolatia præcepit. Et cũ ſupereſſent pecunia, noua quoq; infirmorũ receptacula conſtruit, præficiens his duos ex ſacerdotũ numero religionis ſummæ uiros, & medicos, & coquos, & miniſtros, qui ſine uxoribus eſſent, eis ad obſequium ſtatuens, ut aduentãtes hoſpites, morbo deprehenſi, & eo maxime, qui ſacer appellatur curarentur, & ob ipſum bonum, & pro gloria redemptoris. Dehinc uiduarũ aduocat agmen, ſolerte explorans, quę non recte conuerſarentur inter illas, inueniensq; nonnullas carni deditas, admonebat, aut ieiunijs ſtuderẽt, balneiſq;, & exquiſitis abſtinerent ueſtimẽtis. Aut repetere maturato cõnubia, ne diuina lex, & nomẽ Domini per illarum intẽperantiam blaſphe-

20 maretur. 20 Ad hæc fideles quoſq; laicos hortabatur, uigilijs nocturnis in eccleſia inſiſtere, uxores autẽ horum domi manere, interdiu orantes, ideo quod uiris die ociũ non eſſet. Hæc omnia quoſq; negligentiores de clero contriſtabant, totis noctibus dormire conſuetos. Poſt hæc autẽ aduerſus diuites linguæ exacuens gladium, animi puſtulas ſcindere aggreditur, faſtum eos turgidum ponere admonens, & hominibus cæteris ſe exiſtimare pares, iuſta illud apoſtoli ad Timotheũ, diuitibus huius ſeculi pręcipe, non altum ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum. Dum hæc itaq; geruntur. Eccleſia quotidie in melius proficiente, & ciuitate omni mirifice

21 ad religionis ſtudium conuerſa, 21 animabuſq; fideliũ pudicitia, & pſalmorum cantu exultantibus, non tulit bonorum inimicus dęmon eos per Ioannis doctrinam eripi ſibi, quos dudum tenuerat captiuos, ut erãt, qui

Nota tu ſacerdos qui a mulierum cõtubernio nũquam recedis, hæreticorum deceptiones ſequens, quo in loco apud ſanctos uiros habearis.

Hortabatur fideles laicos nocturnis uigilijs in eccleſia inſiſtere.

Animabus fidelium pudicitia & pſalmo-

circo & Harenæ,ac Theatro eatenus dediti, omiſſa diaboli ſcęna ad ſaluatoris currebant ouile, attracti amore dulcis fiſtulæ paſtoris eximij. Ex hac iam mercenariorum,nō plane paſtorum, animas occupat liuor,quos paſtoris induſtrij collatio reddebat obſcuros. Quam ideo uincere non ualentes,quia profligatorem inuidiæ Dominum non inuocabant,aduerſum Ioannē calumnias ſtruunt,ſermones ipſius quoſdam aſſumentes,& ut dictos in probrum reginæ & quorundam de aula regis inuidioſe,diuulgantes. Per id autē temporis contigit, ut Acacius epiſcopus Beroæ adueniēs, honeſto,ut dicebat,careret diuerſorio. Qua ex re indignatus ira excandeſcebat,quaſi fuiſſet a Ioanne contemptus. Victus autē cogitationibus improbis,ex abundantia cordis,uerbum plenum ſtultitiæ protulit, dignum ipſius animo,pręſentibus quibuſdam Ioannis clericis,dicens. Ego ipſi ollam condio. Ex eo ſeueriano coniunctus,& Antiocho,& Iſac Syrulo circunforano,falſorum. Monachorum duci, qui tēpus omne contriuerat in maledictis,linguam ſemper aduerſus epiſcopos inſtruens, tractans quo pacto aduerſus Ioannē, immo contra Dominum ſaluatorem ſeſe armare queant. Mittunt primum Antiochiam, adoleſcentiæ illius crimina ſtudio ſe inquirentes. Vbi autē defecerunt ſcrutantes ſcrutationes, nihilq́ inuenerunt,quo illius fuſcarent gloriam, Alexandriam ad Theophilum mittūt, cuius nouerant uerſatile ingenium, ad huiuſmodi ſapienter uiciſsim machinanda. Is poſtquam literas iuxta cor ſuum legit, oblatā ſibi malignandi materiam amplexus,pręlibenter, horrido ſilentio ſcrutabatur,inquirēs occaſionem aliquam, uel leuem contra Ioannem.

rum tanto exultantibus.

THEO. Cohibe pauliſper orationis impetum,pater, ut antequam obliuio ſubrepat,eloquar tibi cauſam,quę ex Alexandria uſq; ad nos manauit. Aiunt enim quod depoſitos a Theophilo clericos Ioannes ad cōmunionem ſuſceperit,ac per id illum contriſtauit,quod non oportuit fieri,ortaq; ob id ſimultate,contra Ioannē ille inſurrexit. PALL. Vt demus uera eſſe,quæ ſermo iactauit. Eſt ne epiſcopi,malum malo curare? Et ubi nam euangelicum illud eſt,quod ait? Sol non occidat ſuper iracundiā ueſtram. Vbi item apoſtolicum illud? Vince in bono malum. Vbi propheticum quoq; eloquium? Si reddidi retribuētibus mihi mala. Quanto erat rectius, coram religioſis epiſcopis illum inſimulare,& ita uerſare. Frater Ioannes,cur hoc,atque hoc feciſti? ut Ioannes reſpondere poſſet,ſe iſtud ignoraſſe. THEO. Verum dicis,ſiquid fuiſſet in illo bonæ uoluntatis, & non ut iræ ſuę ſatisfaceret,obtenderet clericorum cauſam. PALL. Per timorem dei,qui timoribus cæteris dominatur, & præualet, non tibi aliter, quam ſe habet res, de his quos modo memoraſti,clericis loquar. Iſidorus quidā presbyter a beato Athanaſio, magno illo uiro,ordinatus, octogeſimum agens ætatis annum, quē nouerunt Romanorum plurimi, Eccleſiaſticorum enim negotiorum gratia ad hanc urbē uenit, dum eſſet peregrinorum Alexandriæ ſuſceptor,noſti & ipſe uirum, quando cū Acacio profectus,Flauiani ad Theophilum communionē detulit,quæ uiginti annis ſegregata fuerat,beati Euagrij gratia, qui multa certamina in laboribus eccleſiaſticis pertulit. Huic itaq; Iſidoro uidua quædam ex principalibus ciuitatis mille aureos dedit, adiurans eum ante altare uenerandū, coemptis ut ueſtibus pauperculas Alexandriæ mulieres indueret ignorāte Theophilo,ne,ſi ſciret,acceptos lapidibus emendis impenderet, quæ-

dam enim ędificandi rabies,pharaonis inſtar,illum obſedit,minime eccleſiæ neceſſaria. Verum iſta miſſa,quod autē de Iſidoro magis urget, attende. Acceptam pecuniam Iſidorus pauperibus impendit,ac uiduis. Hoc cōperto,Theophilus nihil enim ipſum latebat ex his quæ ubiq; aut gererētur aut dicerentur,quod haberet rerum atq; operum exploratores,ne aliter dicam,Iſidorus aduocat perturbatus modice, & an ita ſe res habeat, ſciſcitatur. Nihil ille cunctatus,rei ſeriem pandit. Quod ille audiens,habitum mutat,& qui ante paululum modeſtus, ac mitis interrogando uidebatur,paulo poſt intumuit totus,Iſidori accepto reſponſo,effigiemq; mutauit. Ac parumper ſe intra ſilentium continens, ueluti canis clam imperitus,poſt duos menſes congregatis ſacerdotibus,Iſidoroq; præſente chartulam profert,hanc inquiens, Iſidore,contra te accepi,iā decimus octauus annus euolutus eſt. Et quoniam occupatus fui,rē interim obliuioni tradideram. Nunc uero cum alias requirerē chartas,inueni hanc de te chartulā diu latitantem. Quid ergo ad eam reſpondes? Continebat autē illa Sodomorum crimen. Ad hæc Iſidorus reſpondit Theophilo. Concedamus uerum eſſe,quod & chartulam accepiſti, & memoria excidit,non fuit qui libellum dedit.euocandus? Ad hęc Theophilus. At puer non aderat,nauigabat enim. Et Iſidorus,Non aderat tunc,ut dicis; epiſcope. Poſt nauigationem non aderat? Secundo anno non aderat? non tertio? Et nunc,ſi adeſt,adſtare hominē iube. Theophilus cum ipſa ueritatis euidentia uinceretur,in diem alteram iudicium differt, deprecatuſq; adoleſcentulum quendam,promiſsionibus multis ad accuſandum Iſidorum inſtruit,datis illi,ut aiunt,aureis quindecim. Ille,hæc omnia retulit matri. Mater id minime probauit,partim integritate iudicij,partim legū metu diſſuaſa. Cogitanſque,ne forte calumniam paſſus Iſidorus ad principem iudicium prouocaret,accedens omnē ſcęnā panſit Iſidoro,aureos quoq; illi oſtendens,quos a Theophili ſorore, mercedis nomine, contra inſontē accepiſſe dicebat. Quæ cū ob alia plurima tū ob hoc præcipue dignas perſoluit pœnas mortua,cū illi mā̄millas medicus curādi cauſa ferro tentaret. Ad hęc Iſidorus manſit domi Dn̄m deprecans. Adoleſcens uero,hinc leges metuens,inde Theophilū magis irritandū non ignorans,ad utilē recurrit eccleſiæ murū, uenerandaque apprehendit altaria. Ita Theophilus muto iudicio Iſidorum eccleſia eliminat, grauia illum deliquiſſe pronuncians, honeſtatiſq; faciē iniuſtitiæ imponens. Ad hæc ueritus Iſidorus ne forte grauiore indignatione concitatus. Saluti quoq; ſuæ Theophilus inſidiaretur, & iſta enim ut aiunt,moliri conſueuit, curſu rapido contendit,ad Nitriæ montē. repetens monaſtichum ordinem, in quo iuuenis fuerat nutritus, ibiq; intra Cęllulam reſidens orabat,patientiſsimum Dominum interpellans. Interea Theophilus ſibi conſcius,quam indecenter egiſſet, incertamque uictoriam ſuſpectam habens,literas ad uicinos Epiſcopos mittit, mandās, quoſdā de monte ex primoribus abici, atq; interiore Eremo monachos pelli. Qui una cū ſenioribus deſcendentes Alexandriam, orabant Theophilum, ut diceret,quam ob cauſam damnati abiectiq; fuiſſent. Ille ſanguineos contorquens oculos,limis,& tauri in morem illos intendebat, aliquando tumenti ore, aliquando in pallorem uerſo,interdum præ intēperata iracundia,carneo,& pleniore, monſtri uarij in morē inſaniens, Hā monij æqualis ſui ceruicibus torquem innectit ferreum proprijs manibus,

maxillasq́ illius crebris ictibus pulſans, & intenſis digitis nares impetens, atq; cruentans, ac uoce fremebundus, & minitans, Hæretice aiebat anathematiza Origenem, cum aduerſus Origenem nihil eſſet propoſitum, ſolumq; intercederet Iſidori odiũ. Huiuſmodi quippe furores, qui ſunt, canũ inſtar, cęca gignunt & opera & uerba. Sic itaq; cruenti absq; reſpõſo ullo, ad ſuas reuerſi cęllulas propoſitæ auſteritati uitæ inſiſtebãt, ingeniũ exacuentes diſciplina, per quam ſalus proculdubio prouenit, eo ipſo minus illius ueſaniã curantes, quod nihil ſibi mali eſſent conſcij. Nõ quieuit ſic quoq; Theophilus, ſed uicinos epiſcopos euocans, concilium conflat aduerſus monachos. Cumq; illos neq; uocaſſet ad reſpondendũ pro ſe, neque fuiſſet alloquutus, tres ex illis uiros præcipuos damnat, ueritus ſimul contra multitudinem ferre ſententiam, dogmatum peruerſitatem illis impingens. Quoſq; antea ſæpe, pluſquam epiſcopos, honorauerat, ut magiſtros, uitæ merito, & doctrinæ, gratisq́; ratione, eos ueritus nõ eſt appellare magos, quod Iſidoro affecti uiderentur. Vbi uero illos mõte fugauit, comparat homunculos quinque, nunquam in cœtu ſeniorum Eremi uiſos, qui (piget dicere) neq; foribus Eccleſiæ præfici meruiſſent. Ex his unum epiſcopum ordinat oppidulo cuidam, cum ciuitas nulla ſupereſſet, Pontificem ſtatuens. Paſsim enim, & huiuſmodi nouitates præſummebat. Seipſum Moſen alium nominans, aliũ uero presbyterum, reliquos tres Diaconos ordinat. Non enim erant Ægyptij, ſed uarijs ex locis aduenerant. Erat unus ex eis Libycus, alius Alexandrinus, alius Pharanites, idcirco & facile illius uanitati conſenſerunt. Eos monet aduerſus tres illos ſeniores libellos dare calumniæ, quos tamen ipſe texuerat. Hoc enim ſolum illi ex ſe intulerunt, quod ſe ſubſcripſere. Poſt hæc ſumptis ab eis in conſpectu eccleſiæ libellis, ingreditur ad Auguſtalem, & contra illos ex perſona propria proponit accuſationem Ægyptiæ diœceſis Pontifex, qui & libellos calumniæ conſcripſerat, oratq; ut militari manu uiri illi tota Ægypto pellerentur. Sumpto igitur milite, unà et præcepto, multitudinem eorum coegit, qui facile contra dignitates inſurgerent, noctuque repente monaſteria inuadit, cum ante pueros, qui ſecum erant, uino multo perluiſſet. Ac primũ quidem Dioſcorum ſanctum illorum fratrẽ montis epiſcopum, throno deponi iubet, trahiq; à ſeruis Æthiopibus, & ipſis ferme necdum baptizatis, auferens parochiam, quam iam tunc ab aduentu Chriſti Dioſcori ciuitas ſemper habuerat. Poſtea prædatur mõtem, parua quælibet monachorum pueris inter ſe partienda permittens. Expilatisq́; cęllulis, tres illos ſollicita indagatione perquirit, quos in puteum ſubmiſerant, imponentes ori putei Pſiathum. Non inuentis illis incendit eorum cellulas ſtipula, una cum libris intus reconditis, ſingularis meriti, ac pretij, & puerulo uno, ſicut, qui uiderũt, atteſtati ſunt, & ſacramentorum ſignis. Hunc igitur in modum irrationabili ſopita ira, Alexãdriam redijt, fugæ locum ſanctis illis uiris tribuens. Qui ſumptis continuo melotis ſuis, in Palæſtinã concedentes, Æliam occupant, ſecuti ſunt illos cum Presbyteris, ac Diaconibus montis trecenti monachi, uirtute præcipui, alij uero per uaria loca diſperſi ſunt. Non tulit horum conſiliũ tortuoſus coluber. Mouet rurſus contra illos Theophili zelum. Qui ſuccenſus iracundia, literas ad Paleſtinæ ſcribit epiſcopos, dicens: Non oportebat quidem, ut præter ſententiã meam hos in ueſtris urbibus ſuſcipere

tis. Quia uero per ignorantiam feciſtis, ignoſco uobis. De cętero igitur, curate ne ipſos, neque in Eccleſiaſticum, neque in priuatum aliquem locum admittatis, non modo dicens, uerum etiam præ timoris magnitudine Deum ſe eſſe putans. Ingenti illi neceſsitate loca indies mutare compulſi, tandem Regiam ad urbem peruenerũt, in qua diuina manu ad curã indigentium Ioannes ordinatus epiſcopus, procumbenteſque ad eius genua, orabant, ut opem ferret animabus calumniam paſsis, atque uaſtatis horum ſtudio, qui hoc potius, quam benefacere, conſueuiſſent. Stetit Ioãnes, ut uidit quinquaginta electorum hominum canitiem uenerandam, ſacris ſudoribus infectam, compunctusq́ iuxta Ioſeph, pro fraternitatis ſtudio in lachrymas ſoluitur, percontatus ab eis quiſnam aper de ſylua, aut ſingularis fera, huic fęcundiſsimæ, ac lętiſsimæ uiti inuidiſſet, Ad hęc illi, ſede, inquiunt, Pater, noſque non utcunque uulneratos Theophili Papæ ueſania curare ſtude, ſi tamen ualueris noſtrorum tumoribus uulnerum obducere cicatrices. Nam ſi ipſe quoque nos deſpicis, aut reuerentia aut metu Theophili, iuxta epiſcopos reliquos, nihil iam ſupereſt nobis, niſi ut profecti ad imperatorem, ipſius opera peſsima ad iniuriam eccleſię publicemus. Itaq; ſi opinionis eccleſiaſticæ tibi cura eſt, perſuade illi, ut nobis permittat in Ægypto remorari. Nihil. n. peccauimus, neq; in dei leges, neq; in illũ ipſum. His Ioãnes auditis, ratus facile Theophili aduerſus illos irã in gratiã transferre poſſe, libẽter hoc negotiũ ſumit. Admonenſq́ uiros, ut aduentus ſui cauſam ſilentio tegerent, donec ipſe ad Theophilũ ſcriberet, & manſiones illis in Eccleſia, quę Anaſtaſia dicitur, ad requiem tribuens, ipſe quidem neceſſaria uictui nõ ſuppetebat, ſed eis religioſę mulieres miniſtrabant, ipſis quoque ex opere manuum neceſsitates ſuas ex parte ſuplentibus. Contigit etiam per idem tempus Theophili clericos in ea urbe eſſe magiſtratuum, qui ad Aegypti prouinciam mittendi erant beneuolentiam Theophilo comparantes in eorum pernitiem, qui illi ad uerſati eſſent. His itaq; Ioannes euocatis, interrogat, an pręſentes monachos noſſent. Illi unum teſtimonium perhibuere uiris, dicentes, ſe & uiros noſſe, & magnam illos iniuriam perpeſſos eſſe. Si placet, inquiunt, Domine ſpiritualis communionis nondum illis conſortium trade, ne Papam contriſtes, cęterum in alĳs omnia in eos officia humanitatis exerce. Id enim tibi epiſcopo conuenit. Ita illos Ioannes ad communionem minime admiſit. Scripſit autem Theophilo, ſupplicans, & hanc ſibi, ut filio, ac fratri, poſtulans gratiam, ut uiros illos pacifice ad ſe reuocaret. Ad hæc Theophilus gratiam quidem Ioanni denegauit, miſitque quoſdam ad huiuſmodi certamina exercitatos, de quibus ſuperius diximus, libellos ut porrigerent, admonens, quos more ſolito ipſe dictauerat, aptum quidem, & expreſſum mendacium continentes, uarĳs calumnĳs opertũ, & adumbratum. Et cum non poſſet illorum uitæ derogare, facit, ut intra palatium quaſi magi digito notarentur. Monachi ubi aduerterũt ſe nihil profeciſſe, uerum & in maioris iræ præcipitium illum declinaſſe, pleroſq́ in dignitatibus conſtitutos adducunt ſecum, omneſque anathematizantes hæreſim, libellos Ioanni tradunt, in quibus uiri iam tyrannidem notãt, quibuſdam capitalis adiectis, quæ referre coram infirmioribus piget, & pudet, ne & ab ipſius fidei eos liminibus arceam. Mihi certe ea recitanti perfectior quidem fides fortaſsis haberetur. Rurſus & per ſe ipſum, & p

epiſcopos alios Ioannes hortatur uiros, ut ab huiuſmodi accuſatione deſiſterent, Theophilo iterum ſcribens, in tantum mœroris impulſi ſunt uiri iſti, ut te, datis etiam libellis accuſent. Iam, quid tibi uidetur, reſcribe. Non enim me audiunt, ut hac, intentione diſcedant.

Ad hæc Theophilus maiore inflammatus ira, monachorum fratrum Dioſcorum epiſcopum, qui in eccleſiaſticis rebus conſenuerat, ab ipſa eccleſia prohibet, epiſcopo Ioanni ita ſcribens.

Arbitror te non ignorare quid præcipiant Niceni 22 concilij Canones, ſancientes epiſcopum non iudicare cauſam citra terminos ſuos. Si autem ignoras, diſce, & libellos contra me ſuſcipere deſine. Nam & ſi iudicari me opus ſit, ab Aegyptijs magis, quam abs te id fieri oportet, qui ſeptuaginta dierum itinere a nobis ſeparatus es.

22 *Arbitror te ignorare quid præcipiant* Niceni *concilij canones.* Ec*ce in quanta ueneratione erant apud ueteres canones eccleſiaſtici, qui hodie a pſeudo magiſtris conculcantur.*

Accepta Ioannes epiſtola, & lecta, eam quidem ſeruauit ſibi: Monachis uero utriuſque partis ea dixit, quæ ad pacem ſunt. Audientes utręque partes exaſperatæ ſunt: illa quidem, quod quaſi ui tyrannidis preſſa uideretur: hæc autem quod abſque Theophilo pacem inire non præſumerēt, cuius iuſſu libellos dederant calumniæ plenos. Ita Ioannes eos alloquutus ab ſe dimiſit, atque ab animo amouit ſuo. Profecti dehinc monachi partis uiolatæ, libellos multorum uerſuum ſcribunt, monachos quidem accuſantes calumniæ: Theophilo uero impingētes, ne aliter dicam, quæ Theophili erant, talia, & tanta, qualia, & quanta quiſque nouit.

Auguſtiſque primum congreſsi. Reginam deinde adeūt in eccleſia ſancti Ioannis, orantes, ut aduerſantium monachorum libelli contra ſe apud præfectos urbis examinarentur, tum ut Theophilus, uel inuitus adduct⁹ Ioānis iudicio ſubijceretur, tum demum, ut Theophili monachi, aut probarent crimina, quæ ſanctis ſenioribus obiecerant, aut pœnæ talionis ſubderentur. Sic itaque Alexandriam Elaphius, qui modo eſt, a principibus mittitur, ut Theophilum ducat. Sententiam reliquam Pręfecti exequuntur. Cū uero uētilaretur cauſa, reis deprehenſis, inſtabant leges gladiū ad uindictā exercentes. Infelices autem illi metuentes, oīa in Theophilū referunt, q̄ illos ſubornaſſet, libelloſq́ calūniç dictaſſet. Ita rationis ordo illos carceri mancipat, uſq; ad Theophili aduentū reſeruandos. Ex his alij moriuntur in cuſtodia, diutius remorāte Theophilo: alij poſt ipſius aduentū, (pecunijs enim iudicum ſeueritatē emollierat) Proconeſſum ire in exilium iuſsi. Ita calumniæ rei à legibus damnati ſunt. Appulet uel ſecundo Theophilus adſtans ueluti Thebanus fimo oneratus eis, quos ex Ægypto, & India ipſa conduxerat, & pro fætida inuidia flagrantiam ſpirans, Conſtātinopolim ingreditur ſexta hora, quinta Sabbati, à nautico detentans agmine, fœdam referens gloriam, de qua dicit Apoſtolus, quorum gloria in confuſione eorum, ſub inferens, qui terrena ſapiunt. Hoſpitaturq; non in tabernaculis iuſtorum, eccleſiæ fugitans, oblitusq́ dauidici illius, elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quā habitare in tabernaculis peccatorum. Sed profecto arcebat hunc eccleſia conſcientia crudelis. Remoratus illic tres hebdomadas dierum, neque Epiſcopo Ioanni congreſſus eſt, ut ſolent Epiſcopi, neque omnino propinquauit eccleſiæ, ſed perſtitit certans nocte, atq; die, nouumq́ odium ueteri copulans, ut Epiſcopum Ioannem non modo eccleſia pelleret, ſed uitia ipſa quoque priuaret, partim profuſione auri contra ueritatem, ſuperſtitionem potentium redi-

mens, partim lautioribus epulis gulæ deditos, quoſq; ſub iugum mittens, partim aſſentatione, & ſpe maioris dignitatis fallaces ex clericis quoslibet inducens. Hos igitur omnes abſq; funiculo uoluptatibus uinciens, ut luti planus quiſpiam Dæmon animarum excantato iudicio, ad ſcęnę miniſterium perſonam dæmoniacam inquirebat, quã etiam eſt aſſequutus.

Pulſi a Ioanne fuerant duo, & pro ſceleribus ſuis ſeparati ab eccleſia, Horum ille abuſus leuitate, hortatur, ut aduerſus Ioãnem libellos darẽt, pollicitus eos reſtituere in miniſterij ſui locum (erant autem hæc illorum ſcelera, alterius quidem homicidium, alterius uero adulterium) quod & fecit. Eos enim poſt Ioannis exilium locis reſtituit ſuis, datis ſcilicet libellis, quos ipſe ille dictauerat, nihil ueri continẽtes, præter id ſolum, quod monere ille conſueuerat, ut poſt communionem, aut aquam, aut paſtillũ deguſtarent, ne contra uoluntatem unà cum ſaliua, ſiue pituita, quicquam ſacramenti excrearent, ipſe prius id faciens, religionemque pie ſentientibus augens. Cum uero libellos ſuſcepiſſet, conuerſatur apud Eugraphriã una cum ſeueriano, & Antiocho, & Acacio, ac reliquis Ioannis propter eius caſtiſsima monita infenſis. Mos enim erat illi, iuxta Paulum, publice, & per domos honeſtatem edocere, & eas huiuſmodi maxime uerborum caſtigatione compeſcere, quæ cum iam anus per ætatem eſſent, iuuenes tamen apparere uellent, Quid inquiens, cogi is corpus rurſum iuueneſcere, cincinnos in fronte ferentes, inſtar meretricum, ad deceptionem intuentium, & congredientium uobis, idq; cum ſitis uiduæ? congregati autem requirebant quo pactum iudicium inchoarent.

Vnus uero ex aſsiſtentibus monuit, porrectis ut libellis Imperatori, ipſum etiam inuitum ad concilium traherent. Factũ eſt igitur hoc, ſicuti ſub Iudæis quondam, auro illis per omnia ſuffragante. Eramus cum Ioanne quadraginta epiſcopi, tunc in epiſcopatus triclinio ſedentes, admirantesque quo modo, qui ſolus uenire iuſſus erat, ac pro nefarijs reſpondere criminibus, tot ſociatus epiſcopis uenerat, quo item modo ſententias principum immutarat, & complures de clero peruerterat. Sic autem ſermocinãtibus nobis, aflatus ſpirito ſancto Ioannes repente omnibus ait, orate fratres, ac ſiquidem diligitis Chriſtum, mei gratia ſuam nullus deſerat eccleſiam. Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, iuxta ſententiam Pauli. Multas, ut uideo, preſſuras primum patiar, atq; ita demum excedam e uita. Scio enim uerſutiam ſathanę, quod iam non ferat ſe meis quotidie ſermonibus laceſsiri. Atq; ita demum mihi præſtate miſerationis affectum, ut in orationibus ueſtris memineritis mei.

Mœrore igitur ineffabili detenti, alij quidem effundebamus maximam uim lachrymarum; alij uero cor[illegible] egrediebantur, oculos eius, ſacrumq; caput una & os illud precioſum, ac beatiſsimum exoſculantes, neque ſe a fletu, & ſingultibus continere ualentes. Hortatus redire ad conſeſſum huc, atq; illuc uagantes in morem apum circum alueare crebro murmure perſtrepentium, ſedere, inquit, fratres, & flere deſinite, ne me amplius affligatis; mihi enim uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. (iam enim fama uulgauerat, ob fiduciæ illius magnitudinem, capite truncandum eſſe) Et, ſi tenetis, ait, memoria. reminiſcimini quo modo ſemper dixerim uobis. Via eſt uita præſens, cuius & triſtia, & læta pertranſeunt. Nundinæ ſunt, quæ cernimus omnia. Vendidimus, emimus, modo diuertimus. Num Patriarchis

meliores

meliores ſumus? Prophetisq́, & Apoſtolis antecellimus, ut immortalis hic nobis permaneat uita? Ad hæc ingemiſcens quidam ex præſentibus di xit. At uices lugemus noſtras, noſtramq́ deſolationem, qui pupilli relinquimur, eccleſiæ uiduitatem, confuſionem legum, ambitinem non timentium Dominum, & gubernaculis eccleſiæ ſe ſe importune ingerentium, de ſtitutos pauperes, deſertamq́ doctrinam. His ille auditis, indice dexteræ, manus leuæ nodum ſæpius pulſans (conſueuerat enim uir Dei, inter animi curas, atq; æſtus hoc facere) ita ſe alloquenti ait. Sufficit, frater, noli plura proſequi. Verum, ut dixi, ueſtras eccleſias non dimittatis. Neq; enim a me doctrina Chriſti cœpit initium, neq; item in me deſitura eſt. Nõne Moſes mortuus eſt? Nunquid Ieſus inuentus poſt illum non eſt? Nonne Samuel obijt? nonne Dauid unctus eſt? Exceſsit uita Hieremias? Nonne reliquit Baruch? Aſſumptus eſt Helias? nonne prophetauit Heliſæus? capite cæſus eſt Paulus? nonne poſt ſe dimiſit Timotheum, Titum, Apollo, & innumeros alios? His dictis Euliſius Apamiæ Bithyniæ epiſcopus ait, Neceſſario ſi eccleſias tenuerimus, communicare cogemur atq; ſubſcribere. Ad hæc ſanctus Ioannes, communicante quidem ait, ne ſcindatis eccleſiam, uerum nolite ſubſcribere. Nihil enim mihi conſcius ſum, propter quod deponi, aut deici merear.

Cum inter eos iſta referuntur, nunciati ſunt aſtare proforibus hi, quos Theophilus miſerat. Iubet eos protinus ingredi: ingreſsis, cuius nam eſſent gradus, interrogat. Epiſcopos eſſe ubi didicit, orat, ut ſedentes, quam ob cauſam aduenerint, dicant. Illi autem, breue tantum habemus, inquiunt, Iubete illud legi. Quod ille ubi annuit, mandant Theophili puero ut legeret, legit. Erat autẽ hic textus. Sancta ſynodus ad quercũ cõgregata (erat autem locus trans mare ſic uocatus, Rufini ſuburbium, in quo illi conuenerant.) Ioanni neq; addentes, id quod profecto erat, epiſcopo. Solet enim fermè obcæcatus animus non rite aſpicere, ſed ea uoluere, & conſpicari, quæ paſsio dictat. Libellos contra te accepimus, mala continentes innumera. Occurre igitur, Serapionem, & Tigrim presbiteros aſſumens tecũ, eſt enim illis opus. Erant autem qui miſsi ſunt ad eum, Dioſcorus, & Paulus, & Lybia, iuuenes admodum. Poſtquam lecta eſt pagina, contradicũt hi qui cum Ioanne erant, epiſcopi, ita Theophilo per epiſcopos tres, Lupicinum, Demetrium, & Euliſiũ, & presbyteros duos, Germanum, & Seuerum reſcribentes, Noli eccleſiæ negotia ſoluere noli confundere ordinem, & ne ſcindas eccleſiam propter quam Chriſtus deſcendit ad terras. Quod ſi 23 impatiens ſolui Niceni cõcilij canones, cauſasq; citra terminos tuos cognoſcere uis, ipſe ad nos tranſi, in bene inſtitutam ciuitatem, neq; inſtar Cain Abel in campum prouoces, ut nos te primum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum ſeptuaginta, apertas atq; nefarias actiones continentes. Pluresq́ per Dei gratiam ſumus, quam Synodus tua, cõgregati non ad euerſionem eccleſiæ, ſed pacem. Nam tua quidem ſynodus triginta & ſex habet epiſcopos ex una prouincia nos autem quadraginta ſumus ex prouincijs uarijs. In quibus & ſeptem Metropolitæ, & neceſſario conuenit pauciores a pluribus, ac preſtantioribus ſecundum canones iudicari. Habemus enim & epiſtolam tuã, per quam admones coepiſcopum noſtrum Ioannem, nec oportere citra terminos ſuos epiſcopum iudicare. Quocirca eccleſiaſticis obtemperans legibus, accuſatores tuos ora,

23 *Quod ſi impatiens ſoluis Niceni concilij canones.*

ut a tua accuſatione deſiſtant.

Ad hæc motus Ioannes, Epiſcopis ſuis ait, Vos quidem, quod uidetur uobis ſcribite, me autem conuenit ad ea, quæ mihi ſunt ſcripta, reſcribere. Sic itaq; Theophilo mandauit, dicens, Ego, an aliquis dicere contra me quippiam poſsit hactenus neſcio. Porro ſi quis propoſuit contra me, uultisq; ueniam, manifeſtos inimicos meos, quos mihi negligentia ſua fecit infeſtos, conuentu ueſtro primum abijcite, neq; iam de loco contendã, ubi me oporteat iudicari, & ſi id maxime in ciuitate fieri oportuit. Sunt autem, quos ut ſuſpectos, renuo, Theophilus, quem & in Alexandria, et Lycia dixiſſe certum eſt, in comitatum proficiſcor, ut Ioannem deponã. Id ex eo uerum probatur, quod aduenïens, neq; congreſſus eſt mihi, neq; communicauit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus eſt, quid poſt iudicium facturus putatur? Acacium itidem abijci poſtulo, qui dixit, Ego ipſi ollam condio. Quid autem de Seueriano, & Anthiocho dicam quorum facinora ſeculi quoq; theatra canunt? Itaque ſi me reuera uenire uultis, hos quatuor, ſi quidem iudices ſunt, concilio pellite. Sin autem accuſatores, eos ad iudicium ſiſtite, ut ſciam quo mihi ordine certandum ſit: utrum quaſi contra aduerſarios, an aduerſus iudices ſtandum: omninoq; non ſolum ad charitatem ueſtram, uerum & ad omnẽ quoq; uniuerſalem ſynodum uenire paratus ſum. Scitote igitur, quod ſi milies miſeritis ad me, nullum aliud reſponſum à me reportabitis. Illis exeuntibus, notarius edictum habens Regium, per quod iuſta illorũ poſtulata inuitus traheretur ad iudicium, e ueſtigio ingreſſus urgebat. Vbi notario reſponſum fuerat, nũciantur duo Ioãnis presbyteri Eugenius quidam, qui factionis contra Epiſcopum Ioannem mercedem accepit Heracliæ Epiſcopatum, & Iſaac monachus, ne aliter dicam, ita nuntiãtes. Mãdat tibi ſynodus, ut tranſeas ad nos, reſponſurus ad crimina. Contra uero Ioannes per Epiſcopos alios ita reſpondit. Qua nam, oro, conſequentia, quo ordine iudicatis, qui neque inimicos meos uultis obijcere, & me per clericos meos accerſitis? Ad hęc illi Epiſcopis captis, alterum cæciderũt, alium conſciderunt, alteri ferrum collo impoſuerunt, quod ſancto uiro præparauerant, ut ita iniectus in nauim, ad loca mitteretur ignota Dæmone illos, leonum inſtar, in ferociam excitante. Comperta illorum immani impudentia, ſanctus ſeipſum cohibuit, Fortiſsimi autem illi uiri, contextis commentariolis, quæ aranearum telis infirmiora ad probationẽ erãt, contra ſanctum ſententiam proferunt, cuius neque faciem uiderant, neq; audierant uocem, die una conficientes nequitiam, quam longe ante texuerant. Neque enim cohiberi poteſt Diabolicus impetus, conſilij ſemper, ac morarum impatiens. Miſſaque relatio eſt ad imperatorem ita exordiens.

Quoniam accuſatus Ioannes quorundam criminum, conſciusq; ad ea diluenda occurrere noluit, huiuſmodi uero deponũt leges, id quod & paſſus eſt, continent autẽ libelli & læſę maieſtatis crimen, ſubeat hunc pietas ueſtra expelli, uel inuitum, daturũ tanti criminis pœnas. Nobis enim iſta non licet inquirere. O infeliciſsimi, quæ ſentitis, & facitis, ea erubeſcitis facere. Non deum plane, ſed homines reueremini, ſiue metuitis. Erat autẽ id crimen maledictum in reginam, quam, ut illi detulerunt, Iezabel appellauerat. Atq; boni illi uiri ferro cędi ſanctum uidere cupientes, ita detulere.

Deus autẽ & eorum penitus inſitam nequitiam patefecit, & principũ cor da molliuit, ſicuti Danieli dudum in Babylone contigerat. Illic enim leo nes in manſuetudinẽ conuerſi, homines uero effrenati ſunt, non parentes prophetę, corrupitq́; Deus eos, qui poſt naturam efferati erant, his cõtra naturam in manſuetudinẽ uerſis. In hunc modum Ioãnes eccleſia pellitur, miſſo ad id comite cum auxilio militum, non ſecus quam ad Barbaricum prælium. Pulſus autẽ agellos ad Bithyniæ Prænetum occupat. Media ue ro tranſierat dies, cum motum quendam fieri in cubiculo contigit. Perter riti ex hoc, Ioannẽ miſſo notario reuocant, & proprio paucis poſt diebus reſtituunt ſolio. Ita Theophilus cum epiſcopis Aegyptijs ſalutẽ fugæ cõ mittit ſuam, quærebat enim eum ciuitas marinis undis immergere. Poſt duos iterum menſes a plaga inflicta modice reſpirãtes, ſecundo aduerſus Ioannẽ fremunt, initiumq́; probabile minime inuenientes, Alexandriã ad huiuſmodi rerum peritiſsimum ſophiſtam mittunt, ita ſuggerentes, aut ite rum ueni dux noſter aduerſus Ioannẽ futurus, aut ſi hoc populi cauſa uere ris, modum nobis aliquem ſuggere ex quo ſumamus initium.

Acceptis Theophilus literis, ipſe quidem uenire noluit, ſciens, quo pacto effugiſſet. Miſit autẽ tres illos epiſcopos, Paulum et Pemenẽ, & alium nuper ordinatum, mittens una & canones quoſdã, ab Arianis contra bea tiſsimum Athanaſium factos, quibus utentes, Ioanni calumnias ſtruerẽt, quod poſt depoſitionẽ ſuam ſine epiſcopali decreto redire auſus eſſet. Eſt enim ille natura feruidus, & temerarius, & audax, ac ſupra modum contentioſus. Nihil eſt autẽ, ad quod non citius debito feratur: & dum ſibi uiſum fuerit, neq; iudicium, neq; concilium ſuſtinet, irrationabiliq́; utens mo tu, id agere inordinate ſatis pergit; ac decretæ ſententiæ firmiter nitens, omnibus, qui ſe opponere uoluerint, conſtanter, & contentioſe reluctatur, id imprimis ſtudens, ut iudicium ſuum, atq; ſententia uincat ſemper, ac ſu peret. Faciunt illi, quod admoniti fuerant, illius conſuetudinẽ non ignorãtes, accerſitisq; ex Syria, & Cappadoccia, & Ponto, ac Phrygia Metropolitis, & epiſcopis omnibus, Conſtantinopolim conuenere. Aduenientes autem, iuxta canonis ſeriem, Ioanni communicarunt, ne eadem quæ prius, incurrerent.

Ea re comperta principes ægre tulerunt. Et Theodorus quidem Tyaneus epiſcopus, uir ſummæ grauitatis, ubi ex his, quæ uenerant ad aures eius, quid ageretur, aduertit, ne Theophili temeritatẽ ſequeretur, relictis omnibus ad ſuam remeauit eccleſiam, uale faciens comitatui, ſuamq́; pro uinciam uallans pietatis muro, & ad finem uſq; in communione perſiſtẽs
24 fidelium Romanorum, de quibus Paulus teſtatur, & dicit. Fides ue- 24
ſtra adnuntiatur in uniuerſo mundo. Farettius uero Cæſariæ, quæ Argeo adiacet, præſul, nimium formidans, non ſecus, atq; infantes laruas, neq; ur be egreſſus ſua, per literas conſenſit, aduerſarijs, & quidẽ non uocatus in medium, imperite omnino, quippe qui eſſet omnino ruſticus, ac ſtultus. Leontinus autem Ancitæ Galatiæ, Hammonio Laodicæ aduſtę adiunctus, aduſtam fecerunt Eccleſiam, nõ modo uicti principum minis, ſed cõ tra ſpe munerum ſeducti regalium, in ſancta ſynodo ſententiam nequiſsimam una cum Acacio, & Antiocho ferunt, obtinere ſancientes Theophili indiſcretum iudicium, ut locus purgandi ſe Ioanni nullus omnino daretur, uigore ſcilicet canonum eorum, quos Theophilus miſerat, à quadra

Ecce laudatiſsimam Romanæ eccleſiæ fidem, in cuius communione perſiſtunt omnes per mundum bene inſtitutæ eccleſiæ.

ginta complicibus Arrianis æditos, atque ita continentes. Si quis epiſcopus, aut presbyter, iniuſte, ſiue iuſte depoſitus, ex ſe ipſo abſq; ſynodo in Ecclesiam redierit, hic iam excuſationis non habeat locum, ſed omnino expellatur. Et iſta quidem regula ut nequam, & à nequiſsimis ædita, in Sardicenſe concilio à Romanis & Italis, Illyrijs, & Macedonibus, et Græcis, ut ipſe melius noſti, Optime Theodore, eliminata eſt, quādo liberius, aut Iulius ſub conſtantis Imperio Athanaſium, & Marcellum Galatam admiſit ad communionē, quorum gratia etiam canon ille fuerat æditus. Et duo illi quidem, Ammonius, ac leontius coniuncti Acacio, & Antiocho, & Cyrino Calcedonenſi, ac Seueriano, ingreſsi ad regem dicebant, decē epiſcopos ex parte Ioannis euocandos, erant enim plures quadraginta, pro canonum authoritate ſtatuenda; alijs aſſerētibus eos a catholicis æditos, alijs e contra docentibus ab Arianis fuiſſe compoſitos. Ingreſſus autē Elpidius Laodiceæ Syriæ epiſcopus, uir uitæ merito, & canitie ipſa ueneran dus, unà cum tranquillo, ſuadebant regi, non oportere Ioannem irrationabiliter ejci, neq; enim prius depoſitus, ſed pulſus a comitē fuerat, neq; a ſe ipſo remearat, ſed ex præcepto pietatis ſuę, notario ad hoc miſſo. Præterea, quos proferrent, canones hæreticorum eſſe, quod apertis indicijs oſtendi poſſet.

Cum uero perſiſterent Ioannis aduerſarij indiſciplinate contendere, & alij quidem clamoſa uoce perſtreperent, alij uero improbis geſtibus, præſente Imperatore, tumido pectore, & ſpiritu turgido inſanire uiderentur, modeſte canonum ſcientiſsimus Elpidius, modico impetrato ſilentio, ſic regem alloquitur. Non diutius manſuetudinē tuam uexemus Imperator, ſed iſtud fiat. Subſcribant fratres noſtri Acacius, & Antiochus, & cæteri ſe illorum eſſe fidei, qui illos expoſuerunt canones, quos ipſi obtendunt, & ſoluta cōtrouerſia eſt. Imperator, ubi ſimplicitatem propoſitionis aduertit, ſubridens dixit Antiocho. Nihil afferri utilius poteſt. Erat autē in omnibus, quæ fiebant, Imperator innocens, alijs quæ bene fuerant inſtituta, mutantibus, Anxij igitur, atq; ancipites Seuerianus, & focij, & in ſeipſos, inſtar aquæ inconſtantis remeantes, ad id, quod fuerat prudēter obiectum, & ad regis iudicium reſpondere nihil poterant, facie tota in liuorē tranſeunte, loci tamen anguſtijs deprehenſi, inuiti licet ſe ſubſcribere pollicentur. Ita egreſsi promiſsionē quidem, utpote inconſulte factam, implere detractant, conuinci metuentes. Conſultabant autem, qua nam modo Ioannes pelleretur.

Dum hęc aguntur, & alij ſic, & alij aliter ſentiunt, nouem aut decem fluxere menſes, cum epiſcopus Ioannes adiunctis ſibi quadraginta duobus epiſcopis, ageret in dies, quæ Dei ſunt, & populi magna cum iucunditate ipſius doctrina fruerentur. Solet enim animus a uanitate gloriæ remotus, inter caſus uarios gratius atq; potētius dei uerba profundere. Interea aduenit 25 quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis, inſtar ueris, effloret. Ingreſsi rurſus Antiochus, & ſocij ſeorſum ad regem, perſuadebāt, ut Ioannē quaſi conuictum, imminente paſcha, iuberet expelli. Imperator eorum improbitate fatigatus, ueluti epiſcopis credidit, qui enim ueraciter, aut presbyter, aut epiſcopus eſt, mendacium neſcit. Hæc quippe nomina de ſupernis deriuantur. Nihil enim Deo antiquius, nihil quod magis proſpiciat omnia. Deus enim eſt, cuius proſpectum nihil effugit. Itaq; & epiſcopus,

25 *Vides Quadrageſimale ieiuniū, & antiquiſsimum, & in ſumma ſemper ueneratione habitum?*

ſcopus,& presbyter,ut eſt 26 nominum conſors, ita & operum eſſe ſocius debet. Mandat itaq; Ioanni,ut eccleſia exeat. Et Ioannes ita reſpondit. Ego a Deo ſaluatore noſtro hanc ſuſcepi eccleſiam,ut ſalutem populi curē diligenter,neq; illam deſerere poſſum. Quod ſi fieri id omnino uis, quia ciuitas diſſentit a te,ui mecum age,ut excuſationē habeam,quod authoritate tua pulſus,reliquerim ordinem meum. Ita cum quadam uerecundia mittentes ex Palatio,depulerunt illū,mandantes,ut interim in epiſcopatus habitatione moraretur,expectantes ſimul aliquod diuinæ indignationis iudicium,ut ſi quid illius aduerſarijs,aut ſibi triſte contingeret, maturato illum in eccleſiam reducentes,Deum reconciliarent ſibi. Alioquin illi rurſus inſidiaretur,ut pharao Moyſi.

26 *Et ſi in nomine quandoque cōuenerint epiſcopus & presbyter ut hic dicitur, & in bonis operibus ſocij eſſe debeant,non tamen eadem officia competunt utriſque ut alias deductū eſt.*

Inter hæc aduenit 27 magni ſabbati dies, in qua crucifixus ſaluator expoliauit infernum. Rurſus illi mādant,ut eccleſia exeat, quibus ille iuſta reſpondit. Veritus itaq; rex diei ſanctitatem, & commotionem ciuitatis, accitos,Acacium,& Antiochum alloquitur,dicens. Quid facimus? Videte ne forte non recte conſulueritis. Tunc fortiſsimi illi,& nimium magnanimi,dixerunt regi. Super caput noſtrum ſit, Imperator, Ioannis depoſitio. Quod reliquum erat auxilij,hi cum Ioanne aderant,epiſcopi,ſacri ieiunij numero æquales,regem,& reginam adeunt,in martyrijs, orantes cum lachrymis,ut Christi eccleſiæ parcerent, maxime propter imminens paſcha,& eos qui regenerandi erant,iam plene eruditos, eiq; redderent ſacerdotem. Sed auditi illi non ſunt, ita ut ſanctus Paulus epiſcopus interritus,plenusq; fiducia Eudoxiæ diceret,Deum time,filijsq; tuis miſerere,neque ſanguinis effuſione ſanctam Christi uioles ſolennitatē. Reuerſi autē epiſcopi 28 uigilias intra ſua diuerſoria celebrarunt, alij fundentes perpetuas lachrymas, alij dolore detenti, atq; alij mente ferme in ſtuporem uerſi,pro ut ſingulis paſsio dictabat. Ioannis nempe presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod conſtantianum appellatur, coactis populis,uigilias inchoarunt,partim diuina eloquia legentes,partim eos,qui inſtructi erant in fide,baptizantes, ut eſt moris in paſcha.

27 *Magni ſabbati dies, in qua dominus crucifixus ſpoliauit infernum.*

28 *Vigilias paſchæ epiſcopi intra ſua diuerſoria celebrarunt.*

Hæc ipſa Antiochus,Seuerianus, & Acacius perditæ mentis homines, & antiqui ſeductores,ſuis præceptoribus referunt,orantes ut populi impedirentur,nec in eo loco fierent collectæ. Repulit eos,qui tunc erat,magiſter militum,& ait,nox eſt,& turbæ multæ conuenerunt, ne quid impedimenti oriatur,caute prouidendum eſt. Illi ad hæc reſpondent. Nemo in eccleſiis remanſit,ueremurq;,ne ingreſſus eccleſiam Imperator, & neminem inueniens,aduertat populi ad Ioannē beneuolentiam,noſq; iam inuidiæ denotet, & fraudis accuſet,maxime cum illi dixerimus,neminē omnino ſupereſſe,qui illum diligat,utpote ſeductorē. Ita magiſter militum conteſtatus eis quæ euentura erant,tradit illis lucium quendā tribunum militum,gentilē,ut dicebant, mandans,ut honeſte pergens,populū in eccleſiā reuocarent. Profectus ille cum minime auditus eſſet, ad Acacium redit,uires,ac frequentiam populi nuntians. Poſt hæc illum ſuppliciter orant,aureis uerbis deprecantes,& ſpe,ac promiſsione maioris gradus prouocantes,ut impediret Domini gloriam,mandātes ei, ut uel oratione perſuaſos abduceret in eccleſiam populos,aut ira & ui militum perturbaret,& collectæ tantæ celebritatis imponeret finē. Qui e ueſtigio ſumptis ſecum partis Acacij clericis,ſecunda uigilia noctis pergit exequi, quod ei fuerat iniū

ctum. Excubat enim populus in partibus noſtris, ad primum uſq; galli cā tum, ſecum habens nuper ad militiam electos diſtrictis gladijs thraces, in ſtar Eſau, quadringentos, omnino impudentes, inſilijtq; noctu, ſubitoq; una cum Acacij clericis, & militibus in dominicum gregē, ueluti lupus, ful gente ferro ſibi iter faciens, ac populos dirimēs. Conceſsit autē intra beatas aquas, ut eos, qui initiabantur, prohiberet, ac diacono quidē procaci. ter imminens, ueneranda myſteria, quæ ille tenebat, manibus fudit. Preſbyteros uero iam & ætate, & ordine, æqualeſq; ſuos fuſtibus in capite fe riens, piſcinam cruore perfudit.

29 Videre erat tuncillam angelicam 29 noctē, in qua etiam dæmones corruunt ſupplices, in labyrinthū fuiſſe conuerſam. Nudæ enim mulieres una cum uiris fugæ ſe committebant, metu cędis, aut inhoneſtæ fęditatis fędum hunc curſum amplectentes. Alius manu uulneratus abibat plorās; alius uirginē conſciſſam uerberibus trahebat. Omnes ad prædandū conuerſi, ornamenta, & recondita omnia ſibi applicabant Ita presbyteri qui dem, ac diaconi, qui fuiſſent comprehenſi, in carcerem conijciebantur, qui autē ex populo alicuius erant dignitatis, urbe pellebantur. Edicta repetitis uicibus per loca ponebantur, uarias minas continentia, niſi quis Ioannis communionem abnegaſſet. Cum tamen iſta fierent, & plura etiam hi, qui dicebantur epiſcopi, extrinſecus molirentur, collecta tamen doctrinæ cœ leſtis, immo diuinæ gratiæ ſtudioſis nō euacuebatur. Sed iuxta illud Exo di. Quanto illos occidebant, tanto plures fiebant. In craſtinum autē egreſ ſus Imperator in adiacentē campum exercitij gratia, uidit humum non ſa tam ad quintum ferme lapidē candore ueſtitam. Stupefactus ad ſpeciē, & gratiam floris nuperrime baptizatorum, erant enim ad tria milia, ſatel lites interrogant, quæ nam eſſet acies illic concurrentium. Illi gratis menti ti, ut furorem regis excitarent, dicunt eſſe alterius ſectæ homines. Ea re co gnita, authores negotij, & inuidiæ præceptores atrociores quoſq; ex ſequentibus mittunt, ut auditores diſsiparent, doctoreſq; cōprehenderent. Profecti illi rurſus paucos ex clericis, plures ex laicis tenent.

Angelica nox paſchæ, in qua etiam dæmones corruunt ſupplices.

THEO. Quidnam eſſe dicimus, Pater Beatiſsime, quod cum tam multi eſſent, ut ad tria milia ſoli baptizati pertingerent, pauciſsimi eos milites obtinerent conuentumq; diſoluerent. PALL. Iſtud non pau citatis indicium, neq; zeli nullius argumētum, ſed copioſioris religionis, doctorumq; diligentiæ certa probatio eſt, qui ſententiæ firmitatem perpetuo ſtudio prædicationis dirigunt, atque cuſtodiunt. THEOD. Rectiſsime omnino. Neq; enim decebat, ut qui prudentiam, & manſue tudinem à ſancto Ioanne didiciſſent, inſipienter ac perturbate aliquid agerent. PALL. Quando quidem uirorum te oblectat modeſtia, quæſo ne interrumpas ſermones, quos peſsima facta genuerunt. Solent enim ut plurimum a factis uerba deriuari. Cum his igitur clericis, ac laicis, qui detenti fuere, comprehenſæ ſunt & uirorum nobilium coniuges. Quibuſdam ex his maphoria quoq; abſtulerunt, a lijs in aures cum auriū ſummitate detraxere. Ea re conſpecta. Eleutheri cuiuſdam uxor opulentiſsima, pallio relicto, ancillæq; habitu aſſumpto, curſu ciuitatem ingreſſa eſt, ut pudorem ſeruare inuiolatum poſſet. Erat enim in flore ętatis for moſa nimium, & incredibili decore ueſtita. Hunc igitur in modum impleti magiſtratuum fere omnium carceres, in Eccleſiæ faciem tranſire. Et

hymni quidem & oblationes myſteriorum in cuſtodijs agebantur, flagra uero, & tormenta & iuramenta terribilia in Eccleſiis reſonabant, cū ad execrationem Ioannis ſinguli impellerentur, qui uſque ad mortem nequitiæ Diaboli aduerſatus abſtiterat. Completa uero quinquageſima, poſt quintum diem ingreſſi Acacius, & Seuerianus, Antiochuſq; & Cyrinus ad imperatorem, dicūt ei, Rex tu a Deo nobis datus es, nemini ſubditus, omnibus dominans, licet tibi quodcūque uis, facere. Noli eſſe Presbyteris mitior, & Epiſcopis Sanctior. Diximus tibi præſentibus omnibus, ſuper caput noſtrum ſit Ioannis depoſitio. Noli igitur uni homini parcere in perniciē omniū noſtrum, Iudaicis ſane & uerbis & rebus perſuadentes Regi. Miſſo itaq; Rex Patricio notario ſuo, iſta Ioanni mandat. Acacius, & Antiochus, & Seuerianus atq; Cyrinus, damnationem tuā ſuper caput ſuum poſuerunt. Te ipſum ergo commendans Deo, Eccleſia egredere. Ita epiſcopus Ioannes poſt apertam, nihilq; adumbratam iuſſionem, Epiſcopio deſcendens una cum epiſcopis, dixit omnibus. Venite, oremus, & angulo eccleſiæ congrediamur, lætus quidem de ſe, ſed de populi mœrore, & afflictione ſubtriſtis.

Protinus quidā ex primarijs ciuitatis uir fidelis Ioanni ſignificat, Quoniam Lucius uir audax, & facie impudens, paratus eſt in lauacro publico cum militibus ſuis, ſi forte contradicas, aut differas, etiam inuitum trahere, & expellere. Fit autem magna in plebe commotio, feſtina clam egredi, ne in tuum auxilium confluens populus, bellum cum militibus conſerat. Tum uero Ioannes oſculatus cum lachrymis ex epiſcopis quoſdam, cæteros enim oſculari non ſinebat ingens miſerationis affectus, orauit, reliquis, qui intus erant in ſacrario, dicēs, manete hic interim ut profectus modicum requieſcam. Ingreſſus autem Baptiſterium, Olympiadem uocat quæ ab Eccleſia non diſcedebat, una & Pentadiam, & proculam diaconas, Siluinamq; Beati Hebridij coniugem, quæ uiduitatem præcipua uirtute, & honeſtate decorabat, dicitq; eis, Venite huc filiæ, audite me: quæ de me ſunt, ut uideo, finem habent; curſum meum conſumaui, neque ultra forte uidebitis faciem meam, hoc unum rogo, hoc deprecor, nequa ex uobis ſolitam ad eccleſiam beneuolentiam deſerat, & quicunque non ſponte fuerit ordinatus neq; id ullo quæſierit ambitu, de conſenſu omniū, ei caput ueſtrum inclinate ut Ioanni per omnia. Non enim eſſe eccleſia ſine epiſcopo poteſt. Atq; ita miſeremini mei, ut in orationibus ueſtris ſemper memineritis mei. Ad hæc illæ profuſæ cum gemitu, & eiulatu ante ſacra eius ueſtigia uolutabantur. Tunc ille cuidam ex honeſtioribus presbyteris annuens, tollite, inquit, eas hinc, ne multitudinem perturbent. Sic ergo impeditæ modicum, locum illi dedere abeundi. Ita demum egreſſus eſt ad orientalem partem, nihil enim apud illum occidentale erat, iumentum cui ſedere conſueuerat, ſtare ante occidentalem portam iubens, ubi atrium erat, ut ita ab ſe amoueret populus, ea ex parte profecturum præſtolantes. Egreſſus eſt cum illo Angelus quoque, eccleſiæ ipſius ſolitudinem nō ferrens, quam principatus mali, atque poteſtates effecerant, theatri facie profecto rebus impoſita. Erat enim theatri in morem clamor, & impiorum laſciuientium Sibilus, dum eos culparent omnes, & iudæi ipſi, atq; gentiles exhorreſcerent. Nam ueluti in carcere plagæ, illic ac uiſcerū cruciatus à militibus inferebantur, deficientibus omnibus animæ uiribus,

tum ob magiſtri amisſionem,tum ob blaſphemiam in Deum. Vbi enim peccatorum ſolet eſſe remisſio,ibi ſanguinis erat effuſio.

Poſt ineffabiles illas tenebras,immenſamq́ caliginem,flamma de medio throno,in quo Ioannes ſedere conſueuerat, & ueluti medio in corpore poſitum cor,eloquia Domini cæteris membris exponere, repente proſiliens, uerbi Dei doctorem requirebat. Quem ubi non inuenit, ſedem totam depaſcebatur,ac ſpeciem arboris præferens,& per cathenas in ſublime ſe porrigens,ad tectum uſque ſerpebat, Atque uiperæ in morē uentre exeſo,in dorſa tectorum eccleſiæ ferebatur. Deo mercedem iniuſtitiæ iam hinc,ueluti deſtinatam huius authoribus ſceleris pœnam reddente,ad eorum correptionem eſſe emendationem, qui ex huiuſmodi prodigiorum facie corripi neſcium,neque ob id ſolum, uerum ut eſſet feralis illius ſynodi perpetuum monumentum.Nec mirum de eccleſia, cum ſenatus quoq́ ipſius ſedem,e regione licet eccleſiæ ſitam, multis tamen diſiunctam paſſibus,die media ignis ille interiectam populi multitudinem,pontis inſtar, per medium innoxiæ tranſiliens,attigerit,atque uiolauerit,non prius partem eccleſiæ propinquam, ne hiuſmodi caſum propinquitati adſcribus, ſed partem aulæ regiæ proximam, ut miraculum diuinitus, illatum per id ambigeret nemo. Vidiſſes inter duos ignium montes uulgus innocuū ad ſua miniſteria pertranſire. In hunc modum ignis ille circumuolans, & tanquam mare inundans auſtrinis flatibus concitatū ueluti condicto quodam pergebat, adiacētia tecta demoliens,ſoliq́ pepercit ædiculæ, in qua ſacrorum uaſorum multitudo fuerat condita,non auri, & argenti materiā ueritus, ſed ne obtrectatoribus præberet mendacij locum, ut ſanctum in'ſimulare uirum poſſent,quod præcioſe ſupellectilis aliquid aſportaſſet. Ita ignis impetu in anteriora cohibito, retro redire incœpit, eorum ferme inuidiam inquirens,qui id ſcelus admiſerant, ad inſaniam Theophili perpetuo dedecore notandam,qui illum, ob aſportata precioſa quæque, eccleſia eiectum autumat. Nulla iguis illo impetu animæ amiſſio contigit, non hominum,non brutorum,cæterum ſordes illic ſcelerate inuerſantium uis illa incendij diluebat, ab hora ſexta uſq́ ad nonam igne dominante: ita tribus horis tanti operis moles abſumpta eſt.

THEO. His ita geſtis,ubi nam quæſo te,pater, Ioannes ſanctus remoratus eſt,aut epiſcopi reliqui? PALL. Epiſcopi partim quidē incluſi tenebantur,partim trahebantur ad cuſtodias,partim etiam deliteſcebant Ioannes autem una cum Cyriaco,& Euſilio a præfecti militibus iuncti in Bythiniam ducebantur,non ſine comminatione ſupplicij, quod eccleſia fuiſſet incenſa.Poſtea uero Cyriacus,& Euliſius, cum reliquis clericis,uincti adducti,atq́ innocentes comprobati,dimiſsi ſunt.Ioannes uero beatiſsimus ad reliquam fiduciam poſtremum hoc addidit,conſtātiæ documentum,ſcribens illis in hunc modum. Et ſi in alijs locus pro me reſpōdendi mihi datus non eſt,uel in facto eccleſiæ audiam, ſi quid, ut dicitis, author incendij fui. Ne in hoc quidem auditus, a militibus in Armeniç oppidum remotiſsimum ducitur,ut ab Iſauris,qui illud noctu, & interdiu obſidebant,necaretur,cucuſus id appellatur. Arſacius autem beati Nectarij frater, Ioannis uiri per omnia probati, diſertiq́ ſubſtituitur loco, homo, quem,& piſces facundia,& actu ranæ ſuperarent. Interdum enim & actio loquitur,maxime cum bona,& honeſta fuerit.Qui cum anno uno, & duo

bus

bus menſibus uixiſſet, mortuus eſt, ipſa Dei euangelia in fine uitæ conteſtatus, ſe fratri Nectario ſub iureiurando fuiſſe pollicitum, nunquam in ordinationem epiſcopatus admiſſurum, cum illi exprobraret, quod noluiſſet Tarſenſi eccleſiæ præfici. Fuit illi periurij cauſa, primum quidem uanitas ſua, per quam deſpondebat ſibi, ut ſic dicam, uxorem fratris ſuis. Dein de confuſio quoq;, cum frater ſuus hac de re quodammodo prophetice illum arguiſſet. Subſtituitur Arſacio Atticus presbyter, totius contra Ioannem machinationis architectus. Qui cum animaduerteret orientalium ſibi epiſcoporum communicare neminem, neque ipſius ciuitatis populũ, propter ea quæ adeo iniuſte, ac nefarie admiſſa fuerãt, agit diuinarum ſcriptu rarum imperitus, ut qui non communicarent, reſcriptis conuenti cogerentur. Habebat autem reſcriptũ aduerſum epiſcopos huiuſce minas. Si quis epiſcopo Theophilo & porphirio, & Attico non communicat, eccleſia pellatur, & a ſuis facultatib9 proijciatur. Hinc iam alij plus æquo grauati pondere, inuiti quoq; communicant. At uero pauperiores quiq;, & in fide ſana imbecilliores, muneribus quibuſdam ad communicandum attrahũt. Qui uero genus, & patriam, & corruptibilem gloriam, corporumq; preſſuram contempſerunt, fuga ingenuitatem animi ſeruauerunt. Euangelicũ illud crebra memoria repetentes, ſi uos in una ciuitate perſequuti fuerint, fugite in aliam. Et prouerbiorum illud ſibimet dicentes, Non proderunt ſubſtantiæ in die iræ. Profecti autem ſunt alij quidem Romam, alij ad mõtes, alij in monaſterijs ſeruorũ Dei a Iudaica iniquitate ſeruabantur. Cõtinebat autem reſcriptum contra Laicos, qui in dignitatibus erant conſtituti, ut magiſtratu, & dignitate omni priuarentur, milites ut Baltheum amitterent, populares, & artifices reliqui, perſoluto graui auri pondere, ſubijcerentur exilio.

Verum dum iſta gerũtur, preces a fidelioribus quibuſque ſub cliuo, magna cum afflictione ſua, quotidie fiebant, ſaluatoris ſtudio, & amore, qui dixit, Ego ſum uia, & ueritas, Et rurſus, confidite, ego uici mundũ. Et beatus quidem Ioannes cucuſi remoratus annum unum, plurimos Armeniæ pauperes pauerat, non tam frumento, quam uerbo; per id enim temporis fames ualida totam illam prouinciam preſſerat, cum inuidia concitati interfectores fratrum, illum in Arabiſſum transferunt, uarijs iniurijs ſubijciẽtes, ut eũm uita etiam pellerent. Ibi rurſum maxima præferens uirtutum inditia (non poteſt enim abſcondi ciuitas ſupra montem conſtituta, neque lucerna clare radians modio ligneo contegi) excitauit ueluti ex ignorantiæ ſomno ad diuini ſermonis radium ex omni circũ regione eos, qui graui infidelitatis ſopore preſsi erant. Hinc uehementiori liuoris flamma ſtimulati ſeuerianus, & porphyrius, & alij quidam ex ſyria epiſcopi. inde quoq; illum transferundum curant. Grauis enim eis erat non modo in his, quæ putantur felicitates; uerũ multo magis in calamitatibus ipſis. Erant enim ignauiter affecti erga tentationum naturam, diuini ad Apoſtolum oraculi immemores, cum in preſſuris eſſet, Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Inſpicientes enim Antiochenam eccleſiam in Armeniam commigraſſe, & inde rurſus Antiochiæ Ioannis gratiſsimam Philoſophiam prædicari, diſrumpebantur, uitæq; illos iam cædebat, huiuſmodi rumoribus non ſecus, quam flagris, cruciatus. Eſt enim ea inuidiæ natura, ut eos quos inuaſerit, ſemper exagitet.

Eo miraculo perculſi plerique clerici aduerſæ factionis, aiebant. Videte mortuum terribilem, uiuos uictoresq; pauefacientem, non ſecus, ac paruulos lauræ deterrent. Papæ, ſeculares poteſtates, eccleſiaſticasq; opes amicti, cum ipſa poteſtate ſua & principatu, ſacerdotem, ſolum, ciuitate priuatum, infirmum carne, exulem, trepidantes, metũ pallore teſtantur. Non iam igitur ferentes ſcæna occultare ſerpentem, ad exercitum mittunt, reſcriptũq; aliud uehemẽtius cum adiectione pęnæ procurantes, transferri ſcilicet eum intra loci cuiuſdam anguſtias, unde non liceret progredi, in Pityuntem locum penitus deſertum, extorrem agunt, ripæ pontici maris imminentem. Porro milites præfecti prætorij, qui illum ducebant, maxime per uiam urgebant, id ſe habere in mandatis aperte aſſerentes, maiori ſe gradu promouendos, ſi per uiam ille moreretur. Atq; unus quidem ex ipſis præſentis militiæ negligens, non nihil humanitatis in illum clam oſtendebat, alius adeo infeſtus erat, & atrox, ut blanditias, quę ſibi ab occurrentibus, ut ſancto parceret, fiebant, iniurias exiſtimaret, id ſolum curans, ut Ioannes moreretur. Deniq; cum imber eſſet uehemẽs, adeo ut dorſum, ac pectus inundatio illa percelleret, nihil curans egrediebatur. Ingentem rurſus ſolis æſtum pro delitijs habebat, ſciens hoc affligi ſancti uiri caput, inſtar Eliſei caluum. In urbe uero, aut caſtello, ubi lauacri eſſet ullum refrigerium, ne punctum quidem temporis remorari infelix ille tolerabat. Cũ inter hæc omnia trimeſtre tempus difficillimum illud conficiens iter ſanctus ueluti ſydus radians perſtabat, corpuſculum habens, inſtar mali ſummis in ramis, ſolis feruore rubicundum.

Vbi uero comanæ propinquarunt, ipſam ueluti pontem tranſeuntes, in templo quodam quinq;, aut ſex milibus paſſuum remoto manſerunt. Ipſa nocte martyr ipſius loci Baſiliſcus nomine, qui Hicomediæ, ſub maximiano paſſus, cum Luciano Antiochiæ presbytero fuerat, dum eſſet comanẽſis epiſcopus, apparuit ei, dicens, confide frater Ioannes, cras enim ſimul erimus. Aiunt presbytero quoq; eccleſiæ prius apparuiſſe Martyrem, ac dixiſſe, præpara Ioanni fratri locum: uẽturus eſt enim, ille nihil de oraculo dubitans, in craſtinum orabat milites, ut illic uſq; ad quintam horam permanerent: qui minime acquieſcẽtes, perurgebant. Profecti uero quaſi ſtadios triginta, ruɾſum ad memoratum templum, unde exierant, redierunt, ipſo iam febribus laborante. Illuc ubi redijt, uitæ ſuæ digna candida ueſtimenta quæſiuit. Exutuſq; prioribus, ea ſe induit, omnibus uſque ad calciamenta mutatis, reliqua præſentibus ipſe diſtribuit, ſumptiſq; cœleſti-
30 bus 30 ſacramentis, coram aſtantibus, extremam orationẽ fudit, dicens more ſuo, gloria ſit Deo, omnium cauſa, conſignanſq; ſe in fine orationis, extendit ſpecioſos illos pedes, qui cucurrerant, in ſalutẽ eorum, qui elegere pœnitentiam, & illorum probrũ, qui peccata abunde meſſuerũt. Quod ſi nihil malis probra profuere, hoc non imbecillitas cõſtantiſsimi uiri, ſed illorum impudentia fecit, qui ea tolerare noluerunt. Adiectus eſt itaq; ad patres ſuos, excuſſo puluere mortalis uitæ, atq; migrauit ad Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt. Venies autẽ in ſepulchrum tuum, ueluti frumentum maturum, quod ſuo tempore metitur. Iniquorum autẽ animæ immaturæ moriuntur. Tanta uero multitudo uirginum, tantumq; monachorum, & honeſtioris uitæ teſtimonio inſignium ex Syria, & Cilicia & Ponto, & Armenia agmen accurrit, ut putarent plurimi, ex condicto eos adueniſſe. Ita

Ecce quomodo Chriſti fideles moriũtur, sũptis uidelicet prius cœleſtibus ſacramentis.

ſepultus, laudibuſq́ ueluti athleta uictor, honoratus eſt 31 corpuſculo una cum Baſiliſco in eadem eccleſia condito.

31 Sanctus uir cum baſiliſco epo & martyre in eadem eccleſia ſepelitur.

Ad hæc admirans Theodorus percontatus eſt, dicens. Quoniam ſcriptum eſt, ne frauderis narratione ſeniorum. Et ipſi enim a pluribus ſuis didicerunt, impigre nobis expone, quę fuerit cauſa, ut comedere ſolus, ut eſt fama, ſit ſolitus. PALL. Certum quidē eſt, ſolum edere ſolitum. Sed ægrefero, diligentiſsime Theodore, ea te rogare, quæ ſolent paruuli, ac ſtulti gulæ dediti. Vir enim cū ſis, uirorū debes uirtutes inquirere, quo pacto eſſet intertritus, de pecuniarū contemptu, de ſobrietate, manſuetudine, iuſtitia, miſericordia, ſapientia, & fortitudine, & obliuione, uel memoria ipſius: eſca enim nos Deo non commendat, 32 neq; ſi abſtineamus a cibo, placere Deo poſſumus, niſi id cū pietate facimus. Ipſe ſolus edebat, ut ex parte noui, ob iſtiuſmodi cauſas. Primo quidē ob calorē capitis abſthemius erat, niſi quod in æſtu eo, quod Diathodon appellatur, utebatur. Secundo, quoniam infirmitatis cuiuſdam gratia, ſtomachus eius ordinē deſiderabat, adeo ut ſæpius, quæ fuerant parata, ingrata uiderentur, & quæ non aderant, inquiri oporteret. Deinde plerunq; cibi oblitus, ad ueſperam uſq; ieiunabat, partim occupatus eccleſiaſticis curis, partim ſpiritualibus intelligentijs abſtractus. Contendebat enim, ut nihil eū ſacrarum literarū præteriret. Solet autē huiuſmodi cogitatio aut inediam, aut leuē omnino refectionē operari. Eſt præterea cōſuetudo conuiuijs, niſi ſecū quis & ſtudet, & uomat, & fœdo riſu cachinnet, ſummis digitis tepidum calicem ferens, humanitatē ſuſceptionis, atq; communitatē in maledicta conuertere. Vt autē totum, quod reor equidem uerius, explicem, frugi erat nimiū, delitiarumq́; omnino aduerſarius. Sacrilegiū exiſtimans, ſi quid in huiuſmodi impenderetur. Simul ut diſpenſatoribus quoq; furti occaſiones amputaret, ne obſoniorū pretia in breuibus ſuis multiplicantes, quæ erant in uſus pauperū deputata, ſibi ipſis uindicarent. Pręterea ciuitatis ingenia cogitans, conſiderabat oportere ſe, ut Chriſti diſpenſatorem, aut dignitates omnes ex æquo honorare, aut ſe ſubijcere nemini. Inſpiciens autē diligenter & menſæ tumultus, & impenſarū magnitudinem, exhorruit rē. Et dicens maledictis huiuſmodi, illud de actibus apoſtolorum ſibi ipſi ſuccinebat. Viri fratres, non licet nobis miniſtrare menſis, ſed cōſtituamus uiros religioſos ad hunc uſum, nos autē uacemus uerbo, & orationi. Quemadmodum enim equus ad certamen ſtadij exercitatus, cū uiribus deficit, ad molā conſtituitur, infinitumq́; peragit girum, ita, & doctor quē piget de uirtutibus diſputare, ſolet menſæ commoda prętendere. Atq; utinam uel eſurientibus, & egenis impenderet, ex quo illa domini benedictio prouenit. Eſuriui, & ſatiaſtis me. At nunc ſolis diuitibus exhibet ſiue laudis, & gratiæ, ſiue inanis, & marceſcentis gloriæ cauſa, ſiue ut ipſe ſimiliter ab illis inuitetur, uel ſi nihil horū, metu certe, ne maledictis impetatur. Nō meminit infelix exprobrationē illam Domini qua dixit. Vę uobis, cum bene uobis dixerint homines, non dixit pauperes, ſed homines. Similiter enim faciebant prophetis patres eorū. Non igitur quæramus, Theodore, ſicut inanis gloriæ cupidi falſi prophetæ gloriam. Venit enim Ioannes nō manducans, neq; bibens in uia iuſtitiæ, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, ecce homo uorax, & potator uini, amicus publicanorum, & peccatorum.

32 Nota ueram abſtinētiæ regulā, quod non placemus Deo ſi a cibo abſtineamus, niſi id cum pietate faciamus.

THEO. Non ſtudio uituperandi continentiam huiuſmodi mi pater optime, hac percontatione uſus ſum. Sciebā enim, & ex fama ipſa, & ex illius ſcriptis, ſiue Homilijs, ſiue epiſtolis, quæ ad nos peruenire potuerūt, animū uiri, ſed ut intentione explorata, quē ā imitari tantum uirum. Quis enim ita hebes, ac ſtolidus ſit, quin ſciat maius eſſe detrimentū menſę, quā lucrum, niſi forte in uſus ſuſcipiēdis hoſpitio ſanctis exhibeatur? PALL. Iſtuc & ego dixi ſtudioſiſsime Theodore, non præcipuam hoſpitalitatis uirtutē euacuare quærens. Eſt enim una ex uirtutibus reliquis maxime ad pietatē pertinentibus, per quam & patriarchæ, alij quidē Dominum ſaluatorem ad menſam ſuſceperunt, alij angelos hoſpites habere meruerūt, mercedemq́; tāti operis, alius in ſenectute filium, alius liberationē ex Sodomis una cū filiabus inuenerunt. De quibus & apoſtolus ait, nos prouocans ad imitandum, hoſpitalitatis gratiam nolite obliuiſci. Per hanc enim quidam dum neſciūt, angelos hoſpitio ſuſceperunt. Oportet autē hoſpitalem uirum, & prudentiam ſerpentis, & ſimplicitatem habere columbæ, duobus ſcripturę monitis obtemperantē. Et omni petenti te tribue, & nō omnem hominē inducas in domum tuā, ne pro oue lupum ſuſcipiens, aut urſum pro boue, lucrū detrimento commutes. Debet autē quiſq; primo locum probare, in quo poſitus eſt, deſertus ſit, an turbis frequens, deinde ingenium ſuum indagare diligentius, an idoneus ſit alienos tolerare mores, tuncq́; dignoſcere, cui bene faciendū eſt, diues ſit an pauper, infirmus an ſanus, ueſte egeat, an cibo: in his enim ſolet miſericordia perfici. Nam beatus Abrahā non conſules, non duces, non primarios huius ſeculi uiros ſuſcepit hoſpitio, qui equis camo, aut freno fulgentibus, ſalerasq́; ære inſignes, & ſuperbiæ ſonitū procul edentes, præferentibus utuntur, ſed deſertum inhabitans locū, tranſeūtes humaniter fouebat. Porro qui deſerta pertranſeunt, aut uirtutis gratia patriarchæ adibant ſedes, aut adacti paupertate ſumma, & inopia. Eſt enim inopia inter abundantiam, & defectū media, abūdantiā diuitias, defectum paupertatē intellige. Similiter & Lot, cū deteriorem deſerto urbē habitaret, recte ſuſcipiebat aduentantes hoſpites propter improbos inhabitantiū mores. Enimuero qui ciuitatem optimis legibus inſtructā habitat, cuiuſmodi Conſtantinopolis eſt, in qua omnes ferè hoſpitales ſunt, ſi ſacerdos eſt, ſuperfluo ſatis uerbi relinquit miniſteriū, ut obſoniorum computet ſumptus, ſeq́; imprudens cauponem pro doctore arbitratur, cogitationibus aquæ inſtar, inſipidis, purā, & meraciſſimam ſcientiā abolens, prophetæq; probro ſe ſubdens, caupones, qui miſcent uinum aquæ. Quanto enim imbecillis uinū aqua præſtantius eſt, tāto eſt doctrina hoſpitalitate ſublimior. Illa enim præſentibus tantū, hæc autem futuris quoq; utilis eſt. Atq; altera eos tantū, qui coram ſunt, altera etiā abſentes emeretur, præſentes quidē linguæ officio, abſentes uero literis erudiens. Eiuſmodi fuit ſaluator in carne, qui panibus quinq; hominum milia pauit, non in ciuitate, ſed in eremo. Cumq; docuerit præſentes lingua, ſaluauit orbē uniuerſum per ſcripta euangelia. Huiuſmodi quippe uerba ſunt eorū, qui ſpiritu ſancto pleni euaſere. Neq; mireris, Theodore, ſi quis eſurientē impleat cibis, ſed ſi quis ex animo cuiuſquā ignorantiam pellat. Nam qui uentrē pecuniæ, uel panis munere, ſiue oleribus ſatiet, inuenitur facile; qui autē enutriat uerbo, raro quidem inuenitur inuento uero aut non creditur, aut difficile creditur, iniquis ſpiritibus animarum ſa-

luti ſemper obſiſtentibus.

Hanc uerbi dei,& doctrinę famē ſupplici loco Deus intentat,dum per prophetam dicit,inducā ſuper eos famem, non famē panis,& aquæ,ſed famem audiendi uerbū dei. Et temporalis quidē famis incommoda mutatione loci euitare licet, afflictā fame ciuitatem, aut regionē fugiendo,atque ad aliam ea lue immunē tranſeundo, exemplo ſanctorū patriarcharū,qui de Palæſtina in Aegyptū deſcenderunt. At uero de fame animorū, quæ non aliunde,quam ex defectu magiſtrorū demolitur eccleſias,rurſus propheta alius dicit,circuibunt ab oriente uſque ad occidentē,quærentes uerbum Domini,& non inuenient.Quid enim boni ex doctrina non prodit? quid item incommodi ex ciborū, & conuiuij improbitate non naſcitur? Morbi,rixæ,contumeliæ, & quę ex uentre ſuffarcinato proueniunt cætera. Quando Eua paradiſo pulſa eſt? Nonne,cum ad uocē ſerpentis comedit ex ligno,ſtatuto cibo minime cōtenta?Cain quando fratricidij ſcelus admiſit?Nōne cum primitias deguſtauit primus,gulæ ſuæ pręcipua quęque cuſtodiens? Filij Iob quando menſam paratā inuenere ſepulchrum? Nonne,cū manducarent,ac biberent?Quando Eſau benedictione priuatus eſt?Nonne,cū deceptus lenticulæ amore,uentri obſequutus eſt.Quando Saul excidit regno?Nonne,cū opimas oues,præter mandatū, uoracitati ſeruauit ſuæ?Quando Iſraeliticus populus irritauit Deum?Nonne,cū Aegyptiam concupiuit menſam,carnes, & lebetes á duce ſui itineris poſtulans? Ofni,& finees filij Aeli, quare morti traditi ſunt in bello una hora?Nonne,quod raperent forcipibus ſacrificij carnes? Iacob ille execrabilis,quamobrē recalcitrauit? Nonne,quoniam impletus, impinguatus,incraſſatus,ac dilatatus eſt?Quare ſodomitæ præter naturam, in rabiē exceſſere libidinis?Nonne,quia perpetuis cōuiuijs ſenſum perdiderunt?quorum Ezechiel contumelioſe meminit, dicens,in abundantia uini, & in ſacietate panis laſciuiebant ipſi,hoc eſt,ciuitas, & filiæ ipſius,id eſt uillæ,ciuitatis iure,& lege uiuentes. Pudoris item ratio quando a populo illo priſco defecit? Nonne,cū in ſtratis conſenuerunt?Propheta eis ita exprobrāte,Qui comedunt hœdos de gregibus, & uitulos de armento lacteolos, qui bibunt pretioſum uinū,primis unguētis delibuti,qui laſciuiunt in ſtratis ſuis,& nihil paſsi ſunt ſuper contritione Ioſeph.Quibus Iſaias item exprobat?Nonne his q ad conuiuia mane ſurgebant? Væ,inquiens,qui mane ſurgitis,ebrietatē perſequentes uſque ad noctem. Vinū enim comburet eos,cū cithara enim,& pſalterio uinū bibunt,opera autē domini non aſpiciunt. Quando ſacerdotes Belis à Daniele confuſi ſunt?Nonne,cū ipſos eſſe arguit cinis,qui cibos,potuſque cōſumerent?Et quid me dicere opus eſt, de his qui latam uiam incedere delegerunt,anguſtamque inſectantur maledictis? Sufficit mihi ad arguendos nidoris ſtudioſos ſaluatoris ſermo qui ſine nomine diuitē quotidie ſplendide epulantē in hac uita, oſtēdit micas, & ſtillam pauperis lazari cupijſſe,& impetrare nequiuiſſe.Inſpiciamus autem & cætum antiquorū patrum,& uideamus quo doctrinæ genere ſunt uſi:uitæ ne honeſtioris,rectique ſermonis,an conuiuiorū,& epularū ſequuti ſunt tramitem? 33 Enoch primus fide tranſlatus eſt,an conuiuio?Noe quo modo humanū genus,cum orbis totus conuiuijs, & immundis operibus fœdatus,diluuij inūdatione lauaretur,fide lignū ſeruauit,niſi ieiunio, & perpetuis precibus? Nonne,ut parū ab hac tempeſtate uini hauſtu re- 33

Vide mirum præconium abſtinentiæ & ieiunij.

quieſceret,ignominiā illius,non gloriam ſcripturæ prædicant? Abrahā ſan ctus quinq; reges fide,ac iuſtitia,an uero cibo, & potu ſuperauit, quando Loth,qui uinctus trahebatur, reuocauit.

THEO. Si Abraham adducis in medium,audi quid inferam. Dicet enim tibi quiſpiam,bellum quidem illum fide ſuperaſſe,Deum uero menſæ gratia emeruiſſe,ut ipſe quoq; paulo ante narraſti. PALL. Mirum profecto,quod Abraham Dominum emeruerit menſa. Omnes igitur fide relicta, & uirtutibus reliquis,conuiuia ſtudioſe ſectemur,cauponibus nullo meliores,aut ſtabularijs,qui ob hoc ipſum itinera publica,ut lucrentur,

34 obſederunt. Et 34 uirgines item,quæ in laudem Dei & corpore, & ſpiritu ſanctæ eſſe contendunt,quoniam Maria genuit Christū, & ipſe gignere pergant. Quod ſi fecerint,nihil abiectiſsimis meretricibus differrent. Eadem enim eſt ratio,ut ſi quidem doctores Abrahæ exemplo menſas præparent,uirgines quoq; Mariæ gratia gignant. Sed abſit, amantiſsime, ut quæ ſuo tempore bene uel ſunt facta,uel fiunt,uituperemus. Nam profecto cuiuſq; conſcientia ſibi,quod expedit,dictat. Iacob præterea ille luctator,exercitatione, an conuiuio auunculi ſubſtantiam tulit? qui, ait, factus ſum ſolis aduſtus ardoribus, & gelu noctis, & diſcedebat ſomnus a me, qui nihil aliud,quàm panem, & ueſtitum in oratione poſcebat, dicens, ſi dederis mihi panem ad edendum, & ueſtimentum, quo operiar, omne quodcunq; dederis mihi, decimas offeram tibi; non ait menſis abſumam. Moſes ille Dei contemplator,fidelisq; famulus, qua instructa menſa populum duxit ad montem? quos crateres? quæ pocula habuit? qui propter incredulitatem populi,petram uirga percutiens, inde aquas elicuit? Qui ſexcenta hominum milia regebat,legisq; tabulas ad correptionem populi acceperat,phialas ne æreas,membranasq; porcorum, & phaſidis auē, atq; piſcē de pelago,uinumq; de Tyro precioſum et ſiligineos panes,his, quos imbuerat,an ſalutis monita ædebat.

Conſidera hæretice qui ſanctæ uirginitati detrahis, locū hūc, & pro tua reſponſione accipe.

THEO. At hoc in loco quiſpiam ita fortaſsis occurret,da mihi, inquiens,manna illud, & aquam & nihil amplius quæram. PALL. Et quis adeo infelix ſit,ut ſpirituali doctrinæ manna uiſibile præferat,fluxāq; aquam? Samuel populi doctor, qui in Ramatha uigintiquinq; annos requieuerat,quem unquā menſe apparatu magis, quàm prædicatione auertit ab Idolis? Quando item Rex ille, & propheta & pſalmiſta, delitijs inſtruxit menſam? qui ait, cinerem tanquam panem manducabam, & pocu

35 lum meum cum fletu miſcebam. Helias ille Thesbites 35 ieiunij uniuerſalis author,qui annos tres & menſes ſex gulæ deditos,uel inuitos aſſuefecit inediæ,quibus epulis peccato eripuit? Quos item habuit coquos, cui Corui uictum neceſſarium miniſtrabant? Sapiens Daniel, & futurorum inſpector,qua menſa erudiuit Aſſyrios? Nonne ieiunio, & oratione draconē interfecit, & Bel deſtruxit,leonesq; frenauit,perſuaſitq; Regi,ut confeſsione ueri Dei patrios abnegaret Deos? Quibus item epulis, quibus ue delitijs uſus eſt, & reliquus prophetarum & Apoſtolorū Chorus? Non erāt

36 illi magiſtri? non orbis totius illis cura credita eſt? 36 Non ne iſtis ipſi ſuccedimus? Non ne iſtos imitari ex diuina inſtitutione nos conuenit, morum inhærendo ueſtigijs? Paulo ita admonente, Quorum intuentes cōuerſationis exitum,imitamini fidem. Quæ nam delicata cibaria habuit in Eremo,pœnitentiæ præco Baptiſta Ioannes, qui ad ſe uenientibus nō modo

Helias ieiunij uniuerſalis auctor.

Vide quomodo epiſcopi ſucceſſores ſunt Apoſtolorum.

non parabat prandia, uerùm acri illos inuectione caſtigabat, neq; ſolum inquinatam ipſorum conſcientiam ſeueritate quatiebat aſpectus, uerum ipſa quoq; habitus ſpecie, multoq; magis uerbo, quo ueluti gladio animarum ſecabat purulentiam. Genimina uiperarum, inquiens, quis oſtēdit uobis fugere à uentura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, neq; ſoli Baptiſmo, generisq; nobilitati confidatis. Quid autem doctor gentium, qui circuncißionem ſoluit, ut fidei ſtatueret gratiam, uas electionis Paulus? num uacaſſe deprehenditur menſis, qui id maxime omnium debuit, ut incredulis gentibus prius ſe ſe inſinuaret officijs? Quid ille Timotheo ſcribit epiſcopo Epheſi? Vacane liberaliori menſe, an uero lectioni, exhortationi, doctrinæ? Quibus profecto in rebus impiger erat, & conſtans Ioannes Beatiſsimus? Importune oportune inſta inquit, Argue, increpa, obſecra. Nemo autem obijciat, cur duo aſpera, unum blandum, ipſumq; uix, & cũctando poſuerit. Argue enim, & increpa, cum ſint uehementer acria, ex eo quod additur obſecra, & non blandire, nihil amiſere uirium. Id quippe ſcite factum, uoluptati deditis, & laxe uiuentibus acrius eſt eis quoq; increpationibus, quæ grauiores & moleſtiores eſſe putantur. Illic enim fortaſsis indignatione quadam obſiſtens anima, quæ in reprehenſionem dicuntur, minime ſentit. Hic uero ſenſim, atq; paulatim modeſtis, uerisq; ſermonibus, quaſi admoto lento quodã igne, peruritur, atq; diſſecatur. Quid uero illum etiam admonens memorat, conuiuia ne, & epulas, an preſſurarum illa honeſtiſsima nomina? Tu uero, inquit, aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutum, quo pacto inſtituerim omnia ad Dei gloriam facere, perſecutiones pro reprehẽſione ſcilicet erroris, num uſquam menſæ ſit mẽtio?

Tito rurſus cretenſi Epiſcopo quid ſcribat, audiamus. Num de cibis, et potib⁹ diſſerat, an de reprehenſionib. & doctrina. Huius, inqt, rei gratia reliqua te Cretæ, ut quæ deſunt ſuppleas, perſuadeasq; illis non aliter docere, neq; attendere fabulis, & genealogijs infinitis. Reprehenſionum quoq; adijciens modum, Cretenſes, inquit, ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Dicant nobis uentris ſerui, gygantes menſuram, prædonesque mulierculartum, qui Ioannis continentiam culpant, ubi nam inuenerint cõuiuium in laudem poni, etiam ſi euoluant uetus totum; & nouum inſtrumentum, niſi forte fiat de alienigenis ſermo, & hoc ad fœderãdam pacem lege conuiuij, per quã fere molliuntur ac Barbari. Quando conuiuia peccati materia non fuere? Quid autem dico peccati? Ipſius quoq; maioris Idolatriæ & parricidij cauſam præſtitere, ſicut ſcriptum eſt, ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere; fuerat autẽ ludus ab ebrietate profectus. Venite, inquiunt, faciamus Deos, qui nos præcedant. Qui enim motum uini cauſa pertulerant, mobiles inquirebant Deos, eo dimiſſo, qui eſt immobilis, & impleat omnia, nuſquam incedendo. Quid autem dicit propheta? labia ſacerdotis meditabuntur conuiuia, quia cœnas, & prandia requirent ab eo. An labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore eius requirent? quoniam Angelus Domini eſt, & non cocus. Et turris illa in chalane quando ædificata eſt, ante uinum, an poſt uinũ? Nõne poſt uini uſum, quando Noe, plantata uinea, primus opprobrium retulit? Si quidem non potus, aut plantationis gratia, ſed deſideratione modi inebriatus eſt. Ioſeph quando uenundatus à fratribus eſt? Tunc ne cum oues ſtudioſe paſcebant, an cum opima quæque iugulantes, & comeden

tes in ocio,inuidiam in conuiuio aduerſus illum exacuerent? Baptiſtę Ioānis caput in diſco ubi nam dederunt meretriculæ? in ſapientiæ cœtu, an in conuiuio iniquitatis? Beatus Paulus, bibens & comedens uſq; ad mediũ noctis protendit ſermonem,an ieiunans & docens,& ignorantes Deum ad fidem ducens? Summus ille paſtor, & doctorum, & ſapientium princeps Chriſtus Ieſus, humanorum depulſor errorum, ubi nam reperitur in ciuitate comedere,niſi paſcha,quod erat myſteriorum adimpletio? Quid autem ſollicitis diſcipulis ait? de cibis, an de lectionibus mandare inuenitur? Operamini,inquiens,non pereuntem,ſed permanentem cibum. Dicat ergo cum Domino ſuo & beatus Ioannes,meum conuiuium eſt, uerbi magiſterium & diſtributio,ad quam etiam in populi ſalutem electus ſum. Eſca enim nos non commendat Deo,neq; ſi comedamus, neq; ſi non comedamus,placere illi poſſumus, niſi id cum pietate faciamus. Eſt enim gentilium iſta conſuetudo,eos,quos uolunt fallere,menſis allicere, cũ uerbo perſuadere non poſſunt, qui dicunt: Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.In quos Apoſtolus uehementer inuehitur,caſtigatq;, dũ dicit,nolite errare.Corrumpunt bonos mores colloquia mala, colloquia appellans mala uerba, quæ in iſtiuſmodi conſumuntur.

THEO. Veraciter tu quidem omnia, doctiſſimeq; proſecutus es, atq; ita eſt omnino. Væ enim, qui dulce amarum dicit, & amarum dulce. Væ ponenti lucem tenebras, & tenebras lucem.Sed dicet quiſpiam: Ne nos quidem dicimus ipſum huiuſmodi menſis expoſitum eſſe debuiſſe.Eſt enim immodica iſta profuſio,uoluptatis occaſio,& obtuſio nimia, ſegnitiæq; ac uecordiæ certa demonſtratio. Poterat certe uel ſolos inuitare Epiſcopos,& eos maxime,qui religione præſtarent,aut ſi hos nollet, uel proprium clerum, imitans Dominum,quem cum duodecim Apoſtolis manducaſſe certum eſt. PALL. Sapientiſſime omnino,ſi quidem paſsi eſſent clerici cum illo extra horam,aut noctu prādere. Si autem quã celerrime illi multo cum apparatu exquiſitas epulas ſectarētur, iniquum, et indignum erat,infirmorum,aut pauperum cibos,eorum,qui ſani eſſent, libidini exponere. Quæ nã uero lex iſta eſt, quæ ſtatuat præceptorem à diſcipulis erudiri oportere, curari ab infirmis medicum, gubernatorem à uectoribus dirigi,cum ſemper & infirmos medicus ſanet, doctor diſcipulos corrigat,& gubernator nauigātibus,quod expedit,dictet? Et medico quidem,ac gubernatori obtemperantes,qui ſub illis ſunt, amore uitæ dolorem omnem, ac moleſtiam ferunt, cum tamen ſæpenumero, quod cupiunt,non conſequantur,incertusq; ſit exitus. At uero præſtantiſſimo pręceptori,qui morbos,& ægritudines,ut curet, aſſumit,uoluptatumq; procellas tranſmittere uouit, effrenato iſti ore, & ſpiritu turgido detrahunt, illotis,ut aiunt,pedibus cuncta miſcentes. Nempe enim ſi ſeipſum deuouiſſent menſis, quando tam multis dignitatibus quiuiſſet ſatisfacere tantæ urbis habitator,ſingulis aut benedictionis, aut inopiæ, aut gulæ cauſa poſcentibus cibos? Vbi nam ad diuina ſpeculanda, ad recreandos ſermone populos,ad ſcripturarum ſcientiam,ad prouidentiam uiduarum, ad ſolatium uirginum,ad infirmorum curam,ad oppreſſorum opem,ad cõuerſionem errantium,ad contritorum conſolationem, ad uinculatorum uiſitationem,uel quando ocium ſuppeditare potuiſſet? Quomodo exprobrationem illam Dei quiuiſſet effugere,per Ezechielem dicentis, Væ paſto-

ribus,

ribus,qui ſeipſos paſcunt,& non oues, quod errauerat, non conuertiſtis, quod perierat,non requiſiſtis,quod infirmum fuit,non uiſitaſtis,quod cō tritum,non alligaſtis,quod pingue erat mactantes comediſtis. De quib⁹ ſcribit & Paulus. Suſtinetis enim, ſi quis uos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat,ſi quis accipit. Et lanas quidem induiſtis, oues autem non paſcebatis. Et in Ieremia de occiſis,paſtoribus ait, Paſtores multi corruperant uineam meam. Poterat hos quoq; ſuo tempore curare, & eccleſiæ curas non negligere,ne in hoc illi derogaretur, qui eſſet in cæteris admirandus.

THEO. Hoc eſt nempe, quod quæritur,ne ſibi derogetur, ut uerbū Dei affatim fundat ſollicitudinem, zelum,& reliquam ſacerdotalem beneuolentiam præferat. PALL. An uero ignoras, chariſſime Theodore,quod irrationabili maledicto beatitudo promittitur, Domino inter beatitudines cæteras dicente,Beati eſtis,cum uos exprobrauerint, & dixerint omne malum aduerſum uos, mentientes. Væ autem uobis cū uos benedixerint omnes homines. Secūdum hoc enim faciebant prophetis patres eorum. Quando autem & os diuinis eloquijs exercitatum,& auris oraculis ſubiecta diuinis,menſæ loquacitatem toleraſſet? Dicēte Domino,Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Ac deinceps, Non poteſtis Deo ſeruire,& Mammonæ. Quæramus ergo quid ſit Mammona, ne forte inueniamur non duobus ſeruire Dominis,ſed ſoli Mammonę. Nunc.n. Mammonam non Diabolum dicit, ſed inanem huius mundi curā, à qua diſcipulos ſermo diuinus auertit. THEO. Redi iam,pater ſanctiſſime ad narranda reliqua. Satis enim mihi factum eſt de ratione menſæ, ne que feras grauiter, me iſta fuiſſe percontatum. Maioris enim ſcientiæ ſtudio peritiam tuam exactius interrogaui.

PALL. Hoc tibi equidem apertius dixerim, Theodore ſtudioſiſſime (Vnus enim fui ex his,qui turbas menſę ſibi appoſitione cōciliare pergunt) quod epiſcopus magnę præſertim urbis, qui relicto uerbi Dei miniſterio,nocte ac die non meditatur in lege Dei, & pauperum curam non per ſeipſum,ſed per alios exequitur,longe erit ab his, qui dixerunt, Ecce nos relinquimus omnia, ſecutique ſumus te,quid ergo erit nobis? Et cum eis numerabitur,qui dicent,Domine, non ne in nomine tuo hęc, & illa fecimus? Audietq; cum ipſis, Diſcedite à me maledicti: neſcio uos unde eſtis: non enim recognoſcit uerbum operarios mutos. Eſt quippe mundus ipſi⁹ oculus,ne uideat mala. Multi nanque ex his,qui dicuntur epiſcopi rationabile ipſorum odium,quo morum ſuorum gratia inuiſi ſunt,et ſpiritualium ac diuinarum rerum negligentiam amputare dum uolunt,uitium uitio cō mutant,cupiditatem ſcilicet uanitate, manu quidem altera turpe lucrum ſtudioſè inſectantes, altera uero inſtruētes menſas, & ſublimium ędificiorum moles erigentes, ut ex hoc ſtudio,boni,& induſtrij eſſe uideantur,ac pro ignominia honorem conſequantur, eccleſiaſtis immemores, qui iſta & conſtruxit,& odit,atq; ea manifeſte interdixit,dum ſcriberet, Feci mihi domos,& pomaria,& cætera,& ecce omnia uanitas,& odiui omnem laborē meum, quo ego laboro ſub ſole. Non ait ſupra ſolem,ne ſpirituales labores improbaret. Hæc aūt dixerim,non ut eos denotem,qui probabiliter, & neceſſario 37 eccleſias aut condunt, aut reparant,ſed illorum causa,qui pauperū opes in hortos penſiles, in aquæ ductus aërios,in communia uirorum ac mulierum lauacra parum pudica conſummunt, ſiue ut

37 *Vides quod nō taxat eos epiſcopos qui ne-*

neceſſario eccleſias cõdunt aut reparant, ſed qui pauperum opes in uanitates & ſecularia ædificia abſumunt.

maiores conquirant opes, ſiue ut ab indignis quibusq; diligantur, qui in hoc ipſo huiuſce ſtudij gratiam reddunt, quod omnia ad uoluptatem peccantium faciunt, gnathones, & aſſentatores nocentiſsimi. Abſit aũt à me, Theodore magni poſſeſſor nominis, ut malis unquã placere uelim. Non enim aliunde illis placere potero, quam ex his, quæ Chriſto Domino diſplicent. Ad hæc admirans Theodorus interrogauit, dicens.

THEO. Cum hæc naturaliter omnino abs te dicta ſint, et irrefragabiliter, ſi qua noſti à beato Ioanne, de quo nunc ſermo eſt, per Aſiam utiliter inſtituta, quæſo pandere digneris. PALL. Et quidem. THEO. Ipſe adfuiſti, an ab alijs ea didiciſti? PALL. At qui ne punctum quidẽ temporis in omni hac illum cauſæ proſecutione deſerui. THEO. Quæ nam igitur ſunt ſubſecuta, quem ue acceperũt finem, & unde habuere principium, adamuſſim ſcire deſidero, ob id imprimis, quod Theophilus in libro ſuo temeritatem ſuam honeſtare, ſiue operire cupiens, ait beatum Ioannem dominandi libidine concitatum, ſexdecim epiſcopos depoſuiſſe die una, ſuosq; illorum uice ordinauiſſe. PALL. Nihil à ſuis moribus diſſonum fecit, quod et contra Ioannem, & falſo ſcripſit. Ex quibus enim turpitudinem ſuam celare ſe putat, ex his illam maxime publicat, & uelit, nolit, Ioannis innocentiam ordinat, more Balaan illius. Nam ubi illum depoſuerat, quid libris opus erat, aut exilio? Cũ depoſitio ipſa ſufficiat, ad eorum confuſionem, qui deponuntur. Quoniam uero deponi nõ potuit uir ille uirtutis, &, dum ſuperatus eſt, uicit, manet inuidia, proſtrationem irrationabilis uictoriæ referens, bullæ in morem turgeſcens &, in ſeipſa deficiens, illudq; Prophetæ Eſaiæ perpetiens, dum ſcribit. Væ enim, inquit, qui ſcribunt, nequitiam enim ſcribunt. De his autem qui in Aſia depoſiti ſunt, non ſexdecim, ſed ſex tantum epiſcopis, quaſi diuino aſsiſtens iudicio loquar, nihilq; de quantitate, numeri ſubtraham, uel rerum adijciam qualitati, ſed ut ſe ſe habeant, ſingula tibi explicabo. Tertiadecima diſtributione uenerunt Conſtantinopolim Aſiæ epiſcopi, neceſsitatum eccleſiaſticarum gratia, nobiſcum remorati ſunt, præſentibus & alijs epiſcopis, ex Scythia quidẽ Theotimo, ex Thracia uero Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano metropolitis omnibus, ac ſenibus qui uiginti duorum epiſcoporum implebant numerum. Conuenientibus autem omnibus, & communicantibus, obſeruato Euſebius quidam Valentinopolitanus epiſcopus congregato. Concilio una ſabbati aſtitit, libellosq; tradidit ſynodo, præpoſito, ut decuit, Ioannis nomine contra Antonium epiſcopum Epheſi, ſeptem capitula cõtinentes. Vnum quidem quod, fuſis ſacris uaſis, argentum in nomine filij depoſuerat. Secundum, quod ſumptum de ingreſſu baptiſterij marmor, in ſuo balneo poſuit. Deinde columnas Eccleſiæ, plures annos iacentes, intra ſuum erexit triclinium. Quartũ, quod puer eius homicidium perpetrauit, quẽ habet in miniſterio irreprehenſum. Quintũ, quod prædia relicta Eccleſiæ à Baſilina Imperatoris Iuliani matre uendidit, ſibiq; detinuit pretium. Sextũ, quod cũ uxori propriæ
38 abrenunciaſſet, 38 rurſus illi congreſſus eſt filiosq; ex ea procreauit. Septimum, quod pro lege, ac decreto habet, ordinationes epiſcoporum uendere pro modo redditu um. Adſuntq;, & qui dederunt, & ordinati ſunt, et ipſe, qui accepit. Eorumq; omnium probationes ſe habere aſſerebat.

Ecce & apud orientalem eccleſiam quãdoque obſeruatũ qđ in occidentali ſem-

THEO. Quæſo te pater huiuſmodi narrationẽ miſſam facias: læ dun

tur enim præſentes,epiſcopis iſta narrantibus,ut non dicam gerentibus. PALL. Me miſerũ,qui diebus iſtis reſeruatus ſum, quibus pecunia ſacerdotiũ uenditur,ſi tamen id ſacerdotiũ eſt.Inſipienter autẽ feci, qui iſta retuli,obtrectatoribus Ioannis nobis hanc imponentibus neceſsitatem. Verũ patienter feras obſecro,ut ex his quoq; Ioannis modeſtiam admireris,qui zelo interim mitigato dixit Euſebio.Frater Euſebi,quoniam ſæpe fit,ut accuſationes,quæ perturbato animo,probationibus idoneis careãt, deſine,quæſo Antoniũ fratrem accuſare. Nobis curæ erit,triſtitiæ cauſas amouere.Ad hæc ille exaſperatus durioribus utebat̃ uerbis,aduerſus Antoninum totus efferuens,atq; in accuſatione perſiſtens.Hortatur itaq; Ioãnes Paulum Heracliæ epiſcopũ,qui Antonio ſtudere uidebatur, ut eos in amicitiam copulare contenderet. Surgensq; eccleſiam ingreſſus eſt, una cũ epiſcopis: Erat enim 39 ſacrificij tẽpus. Pacem uero populo ex more imprecatus, ſedit cũ epiſcopis reliquis. Clam autẽ introgreſſus accuſator Euſebius coram populo omni, & epiſcopis libellum aliũ porrigit eadem continentẽ,adiurans Ioannẽ ſacramentis horrendis, quibus ſalutẽ quoq; principum addidit,tanto cũ tumultu, ut putarent populi eius impudẽtia territi,eũ,à Ioanne petere, ut uitã ſibi à rege impetraret. Ioannes ubi uiri aduertit inſtantiã, ne in populo perturbatio ulla oriretur,libellũ ſumpſit, lectiſq; diuinis eloquijs, Panſophiũ orat Piſidiæ epiſcopũ diuina offerret ut munera:ipſe cũ epiſcopis reliqs exijt. Cauebat enim omnino turbido, iuxta euangelium,ſacrificia offerre,ſi obtuleris,inquit,munus tuũ,& reliqua.Vbi uero dimiſſus eſt populus,ſedens in baptiſterio cũ epiſcopis reliquis,accuſatorẽ coram omnibus aduocat, dicens ei.Rurſus tibi eadem dico,plurimi triſtitia,uel ira compulſi,multa & dicunt,& ſcribunt,quæ probare non poſſunt. Si igitur aperte noſti de quibus illũ accuſare uis(neque enim ualentẽ repellimus,neq; trahimus non ualentẽ) antequam legatur libellus,elige,quod expedit tibi.Poſtquã enim fuerit lectus,& in aures omnium uenerit,confectis commẽtarijs,non iã licebit tibi,cum ſis epiſcopus, abſolutionem flagitare.

Ad hæc ille in propoſito durat:iubent itaq; libellũ recitari,lectaq; ſunt memorata capitula.Poſtea dicunt Ioanni Seniores epiſcopi, & ſi unumquodq; capitulũ per ſe impium eſt, & undiq; ſacris legibus interdictũ,ne tamen uideamur in his,quæ ſuggeſta ſunt nobis,omne ſtudiũ ponere,ab eo,quod eſt horribilius dictu,fiat inquiſitionis initiũ.Si enim illud inuentũ fuerit uerũ,nulla de capitulis reliquis erit controuerſia,cũ capituli illius radix omnẽ præ ſe iniquitatis ſpeciem ferat,iuxta illud, qui ait,radix malorum omniũ eſt cupiditas.Qui enim ſuper innocentẽ accipit munera,& ſancti ſpiritus largitionẽ pecunia ſe uendere putat, quo pacto iã parcet ornamentis,aut lapidibus,aut fundis eccleſiæ? Tunc Ioannes examen incohãs Antonino ait,quid ad hæc dicis, Antonine frater? Negauit ille neceſſario. Quando enim ab his ipſis initijs confuſionẽ confiteretur ſuam? Interrogati,qui dederant,negarunt & ipſi. Cũ hoc examen ad horam uſq; octauã diligentius agitur,ex argumẽtis quibuſdam iudiciũ formabatur. Poſtremo uenitur ad teſtes,quibus adſtantibus,& illi dederant, & ille ſuſceperat. Non aderant teſtes,qui neceſſario citandi erant. Difficultatem rei intuens Ioannes,pro eccleſiæ pugnatione, & ut teſtes facilius adhiberẽtur, per ſe in Aſiam ire conſentit,perficiendi examinis gratia. Antoninus ubi ui

per fieri cõſpeximus, quod nullus ad ſacerdotium niſi non coniugatus promoueatur. Quod ſi uxorem habeat niſi ei renunciet, & ipſa pariter profiteatur ſe uelle cõtinere. Vbi ergo ſunt qui aſſerunt debere eſſe omnes ſacerdotes & epiſcopos coniugatos.

39 *Erat ſacrificij tẽpus.* Ergo *Miſſa eſt ſacrificium, cum nullum aliud in noua lege ſit ſacrificium externum niſi illud.*

dit Ioannē impigre exequi paratum, quod inſtituerat, neq; corrumpi poſ ſe iudiciū, mali ſibi conſcius, adijt quendam ex principibus, cuius prædia, quæ habebat in Aſia, ſibi curæ erant, orans ut Ioanni impedimento eſſet, ne abiret in Aſiam, promittens ſe adhibiturū teſtes. Protinus ex palatio mandatur Ioanni in hæc uerba. Indignū eſt te, cum ſis epiſcopus, & noſtrarum animarū pater, in tanta tumultus expectatione dimiſſa ciuitate, peregrinationē in Aſiā ſubire uelle, cū facile teſtes adhiberi poſſint. Erat autem tumultus cauſa Gainas barbarus. Quid multis immorer? Manere illi perſuaſum eſt, ita tamen, ut iudicij non committeret curā, teſteſq; mature adeſſe mandaret. Optata fuit accuſatio ipſa dilatio uel modica teſtiū, quos aut pecunia, aut potentia fugare poſſe confideret. Præuidit iſta Ioannes, conſilioq; ſynodi præſentis habito, quoſdā ex præſentibus epiſcopis in Aſiam mittit, ad teſtes interrogandos. Tres ex omnibus electi ſunt, Syncletius metropolitanus: Heſychius Oparienſis, & Palladius Helenopolitanus epiſcopus. His dederat ſynodus in mandatis, ut qui intra duos menſes non occurriſſet Hipępis Aſiæ ciuitati ad ſua tuenda iura, quod uicini eſſent, & qui arguebantur, & epiſcopi reliqui à Syneletio ſocijsq; iudicandi, & excommunicatus eſſet.

Deſcenderunt igitur ſmyrnam prænominati epiſcopi Syncletius, & Palladius: Heſichius enim, quod faueret Antonino finxit ſe ualitudinariū, ſignificaruntq; continuo per literas utriſq; partibus aduentū ſuum, ut cōcurrentes in memoratam ciuitatē, implerent, quæ polliciti fuerant. Illi ante iudicū aduentum amicitias inierant, partim perſuaſi auro, partim iure iurando conſtricti. Congregati igitur in ipſa ciuitate, iudices ſe ludere poſſe putabant, dilatione teſtiū, quaſi peregre profecti eſſent, ob uarias cauſas. Ad hęc iudices accuſatorem rogant, intra quos dies adducturus eſſet teſtes, ſe expectaturos pollicentes. Ratus ille eos aeris inclementiā ferre grauiter, ac per id uelle diſcedere (erat enim feruor æſtiui ſolis) intra quadraginta dies producturū promittit teſtes, alias pœnæ canonū ſua ſponte ſe ſubijcit. Expectauere iudices quadraginta dies, cū ille ad inquirendum dimiſſus teſtes, omiſit hoc interim, & Conſtantinopolim uenit, illicq; delituit. Vbi uero nuſquam cōparuit, ſcripſere iudices omnibus Aſię epiſcopis denuntiantes excommunicatū, ſiue ut deſertorē, ſiue ut detractorem. Poſt hæc alios quadraginta dies perſiſtentes, cū ille minime appareret, Conſtātinopolim redierunt. Illic inuento Euſebio, ei, quæ geſſerat, exprobrabāt. Rurſus ille infirmitatē corporis allegans, pollicetur teſtes exhibiturū. Per hanc tēporis moram moritur Antoninus, cū quo erat Euſebio controuerſia. Continuo ex Aſia partim à clero ciuitatis Epheſinæ, partim ab epiſcopis, decretum ad Ioannem uenit, omnibus pauendo cum iuramento orantibus, ut periclitanti Eccleſiæ opem ferret. Erat autem hic textus.

Quoniam priori tempore confuſe, & contra iura, & ſtatuta patrū gubernati ſumus, oramus uenerationem tuam, ut deſcendas, & formam aliquam, Epheſinæ imponas eccleſiæ, diutiſsime afflictæ: Hinc Arianis inſtantibus, inde noſtris cupiditati, auaritiæq; ſtudentibus. Permulti enim inſidiantur, ut lupi graues, ſacerdotalem ſedem rapere pecunijs feſtinantes ita que Ioannes licet corporis mala ualitudine teneretur, & inclementia obſtaret aeris (erat enim hyems) nihil huiuſce incommodis territus, ut negotia eccleſiæ Aſianæ componeret, rebuſq; nutantibus, uel abſentia, uel im-

peritia

peritia paſtoris opem ferret,inſtituit pergere,ſpirituq́; roboratus ingreſſus nauim urbe diſcedit. Irruentibus autem ſæuis aquilonibus, metuentes nautæ,ne proconeſſum eijcerentur, poſitis uelis, Triconis montem prætereuehuntur,ibiq́; iactis ancoris,manſerunt,auſtrum expectantes, ut Apamiæ applicarent. Cum igitur biduum ieiuni in naui perſtitiſſent, laceſsiti fluctibus,tertia demum die memoratę urbi appulerunt. Illic enim expectabant aduentum eius Palladius Cyrinus, & Paulus epiſcopi Ioannis ſocij.Pedibus itaq; iter agentes,Epheſum ueniunt. Congregatis lydiæ, & Aſiæ,& Cariæ epiſcopis,ad ſeptuaginta uiros pertingentibus, ordinationem faciunt.Complures ſua ſponte concurrerunt,maxime ex phrygia,ut oris illius facundia,& ſapientiæ ſuauitate fruerentur,iuxta illud, ſapientia in exitibus laudatur, uidelicet in loquentibus, in plateis uero fiducialiter agit,hoc eſt in cordibus, quæ uarijs preſſuris dilatata ſunt,iuxta illud, in tribulatione dilataſti me. Anguſtatur enim ſapientia in his,qui zizania ſeminant,& ſuffocant uerbum.

Dum hæc geruntur, acceſsit ille, qui nobis prolixæ huius narrationis eſt author Euſebius ad omnes epiſcopos,reliquorum ſex epiſcoporum accuſator,orans,ut ad communionem admitteretur. Obſtant ex ipſis quidā non oportere admitti,quippe calumniæ reum aſſerentes. Adiecit ille preces, & ait. Quoniam cauſa iſta biennium iam magna ex parte uentilata eſt,ſolaq́; dilatio teſtium obſiſtit,obſecro pietatem ueſtram,ut teſtes (nā modo præſto ſunt)examinare dignemini. Et ſi enim Antoninus dic obijt, qui accepto auro ordinauit,uiuunt tamen, qui dato pretio, ſunt ordinati. Placuit ſynodo rem diligentius diſcuti. Recitantur omnia, quæ prius geſta fuerant,ex commentarijs.Ingreſsi ſunt teſtes,ingreſsi & qui dato auro fuerant ordinati. Negare primum. Perſiſtentibus tamen teſtibus, partim laicis,partim presbyteris,qui antea confidere uidebantur,mulieribusque quibuſdam,& munerum ſpecies,& loca & tempora qualitatemque recenſentibus,cum eos conſcientia quoq; criminis urgeret,ſua ſponte nō uſq; adeo coacti confitentur. Dedimus,aiebant, hanc eſſe conſuetudinem exiſtimantes, ut uideremur à curia liberari. At nūnc, ſiquidem honeſtum eſt,oramus ut in miniſterio eccleſiæ ſimus: Sin autem uel aurum, quod dedimus,recipiamus; quidam enim ex nobis uxorum noſtrarum aurum, & uariam ſupellectilem dedimus. Ad hæc Ioannes ſynodo pollicitus eſt;ego inquiens,inſtabo apud Regem,ut abſoluantur: uos autem mandate, illos ab Antonini hæredibus recipere quod dederunt. Præcepit itaq; ſynodus ab Antonini hæredibus eis aurum reſtitui,eos uero intra altare communicantes a ſacerdotibus fieri,ne ſi iſta paſsim permitterentur,conſuetudo Iudaica,uel Ægiptia fieret,uendendi ſacerdotium, & emendi. Aiunt enim eum,qui apud Iudæos patriarcha falſo nomine dicitur, ut pecunias cumulet annis ſingulis, & intra annum quoq; ſæpius Archiſynagogas mutare. ſimiliter & Ægiptiorum patriarcham hunc imitando peragere,ut impleatur propheticum illud, ſacerdotes eius cum muneribus reſponderunt, & prophetæ eius cum pecunia diuinabant. Horum omnium extant commētaria,& ſuperſunt iudices,neq; unà die diſcuſsio facta eſt omnium, ut gratis Theophilus mentitur,ſed biennio integro. Satisq́; fuit his,qui depoſiti ſunt,futuro iudicio liberari,unusq́; ex his ipſis negotijs publicis obnoxius fuit. In eorum autem locum ſubſtituti ſunt alij uirtute clari,& uita ſimul,

& gratia diuini ſermonis ornati.

Verum enim fortiſsimi iſti, & nimium contentioſi, poſt Ioannis exiliū, accepto eo, quod acceperunt (non enim habet malitia nomen, ſicuti ne ſubſtantiam quidem) huiuſmodi abiectos ante quadriennium in eccleſiā reuocant: pulſis illis, qui legitime ſurrogati fuerant, in ſummam ouiū Chriſti perniciem, & ſingulare detrimentum. Quod autem eſt ridiculoſiſsimū omnium, immo lamentatione digniſsimum, ſi audieris, Theodore chariſſime, timebunt iuſta prophetam ambæ aures tuæ, pietatisq; affectu flebis epiſcoporum ueſaniam, terra manu Chriſti dona uaſtantium. 40 Quas enim cum ieiunio, & prece, & approbatione cleri, ac timore petrus, & Ioānes ordinationes faciebant, iſti contra poſt crapulam, & ebrietatem, cum miſerabilibus donis, abortiua hominum ordinantes, quæ neq; porcis, aut canibus digna cenſentur, iuxta ſententiam Iob, qui ex perſona Domini ſaluatoris de ipſis prophetauit dicens, Quos indignos arbitratus ſum canibus gregum meorum, qui ſub ſtipula morabantur.. His igitur cū Mimis, ac Iudæis, tanquam Chriſti amicis, à ſapientibus ſacerdotij arcana credūtur: quorum gratia, ipſa quoq; oratoria fugiunt fidelium populi.

40 O Heretice uide quo modo ſacræ ordinationes fierent ab Apoſtolis, nempe cum ieiunio, prece, approbatione cleri, ac timore dei. Nunquid ne poſt crapulam & ebrietatem, aut cum muneribus? Nunquid ne etiam per Magiſtratus de cōſenſu plebis, ut modo noui magiſtri dogmatizant?

Peruenit ad nos quoq; nouum hoc Epheſinæ eccleſiæ, inauditūq; facinus. Quidni enim? Eſt nanq; maritima, unde facile rumores emanant, & remotiora etiam penetrant. In hoc enim Ioannis illius, qui euangeliū ſcripſit, qui ſupra ſapientiæ pectus fideliter, & fidenter accubuit, de quo ſcriptum eſt, quē diligebat Ioannes, cui pauli diſcipulus Timotheus, ad quē duæ ipſius feruntur epiſtolæ, ſucceſsit, abominatio deſolationis ſtat. Ordinantes enim tribuni uictoris eunuchum in ſede epiſcopi collocarunt, eū uero, qui à ſeptuaginta epiſcopis fuerat ordinatus, carceri hactenus incluſum ſeruant, uirū apprime 41 liberalibus diſciplinis imbutū, & qui poſt uitam ſolitariam, ac diuinarum literarum peritiam ſingularem, acerſitus ex eremo, triennium diaconi fuerat perfunctus officio. Atq; utinam ordinatus eunuchus uitæ honeſtate polleret, eſſet id malum fortaſſe tolerabile. At nunc 42 terrę inteſtinum eſt, qui ordinatur, uentri ſubditum, in fœminas inſaniens, impudens, ebrioſum, ſcortum emptitium, illiberale, cupidum, ab ipſa ſtatim natiuitate ferro obnoxium, neq; uir, neq; fœmina, ueſanum, & qui, ut fama eſt, inter ſatyrica conuiuia theatricas humeris puellas geſsit, capiteq; coronato edera, craterem ferens manu, in morem fabuloſi Dionyſii, uina fudit. Hæc autem omnia non ante baptiſmum, ſed poſt quam baptizatus eſt, geſsit, ex quibus ſane colligitur illum reſurrectioni non credere. Qui enim reſurrectionis fundamenta cōcuſsit, quomodo hic ei credere poſsit? Porro, qui reſurrectionis abnegat fidem, quo pacto reſurrectionis præco erit? Quomodo enim prædicabunt, niſi crediderint? Hic nulla quidem mercede caſtus eſt, ferro ſectus, cæterum inſanit fruſtra ob ſuam turpitudinem. Hæc ſunt quæ in Aſia geſta fuere, de quibus interrogaſti literis Theophili prouocatus, qui ait, ſexdecim epiſcopos à Ioanne fuiſſe depoſitos. Scito igitur in ueritate ſex tantum fuiſſe: harum rerum commentaria ſeruantur apud nos, ſubſcripta à uiginti duobus epiſcopis, qui initio cauſam audierunt, & à ſeptuaginta, qui depoſuerunt, & iudicium terminarunt.

41 Vides quod ſancti patres ueteres non eliminabant ab eccleſia ſtudium liberalium diſciplinarū, ſicut modo faciunt ſcioli noſtri temporis.

42 Conſidera an forte tales ſint modo hæreticorum ſacerdotes.

THEO. Ignoſce mihi pater, iſta omnem ebrietatem, & inſaniam, & ludibrium ſuperant. Nam & inſani, & ebrij, & pueri quandoq; reſipiſcūt,

& horũ gratia, quæ turpiter & inordinate geſſere, aut dixere, erubeſcunt: hi autem & ætate, & ſenſu, ut uidentur, integro, non modo ſuper his, quæ geſſere, non pœnitent, ſed firmam, & ratam perſiſtere, ſuam nequitiam cupiunt. Qui enim non exhorruerunt Euangelium ſceleſto imponere capiti, ſuper quod immites ſaltauere mulierculæ, quibus alijs connumerãdi ſunt, niſi his, qui ſpineam coronã Dei filio impoſuerunt? Cęterum ut iſta omittamus interim, plena dedecoris, quæſo ſi noſti, quo pacto Porphyrius Antiochenæ eccleſiæ ſit conſtitutus epiſcopus, aut à quibus conſtitutus, antiquam hominis uitam, inſignis, an obſcura fuerit, et dogmata ipſius uera, an falſa ſint, diligenter doceas nos, ob id maxime, quod & Romanæ ſcripſit eccleſiæ, nec rеſcripta accipere meruit. Eadẽ erit mihi, quæ fuit hactenus, ratio ueritatis. Non enim obliuiſcar uocẽ dicentis Domini mei: De omni uerbo ocioſo rationem reddent homines in die iudicij ego id quoque audacter adiecerim: & de omni auditu ocioſo. Itaque & te ipſum tuere cautius, ſi quid me non ueraciter proſequi animaduertis: Neque uelim caritas cedas noſtris, ſed rerum naturæ, ueritatiq́ conſentias. P A L L. Quid enim utilitatis mihi prouenit ex his, quæ uel heri, uel hodie dixi, ſi mentiar in perpetuum corã diſcreto iudice confundendo? Quomodo feram molarem detractionis lapidem, ceruici mentis impoſitum, eorum gratia, qui ſcandalum ex mendacio modo paſſi ſunt, me in gehẽnæ profunda demergere? Porphyrius iſte in eccleſia diutius uerſatus, & diaconi & ſacerdotis perfunctus officio eſt. Sed plane nihil habuit in moribus grauitatis, & in nullo unquam eccleſiæ ſpiritualiter contulit. Cæterum uicinis, & religioſis epiſcopis iugiter infeſtus, quod ex maxima eſſet ciuitate, & amicos haberet principes, iudicia uitiabat, honeſtisq́ ordinationibus inſidias tendens, morũ aſtu, uerſutiaq́ tempeſtiue epiſcopis ſubrepebat, inuitos quoque, ut ita dixerim, ad leues ordinationes, ac noxias pertrahens. Eſt enim, iuxta comicũ Menandrum, acris admodum aſſentatio peruerſitati coniuncta. Ait quippe: Durum eſt, Pamphile, mulieri liberæ aduerſus ſcortũ rixari, plurima nouit, plurima malignatur, erubeſcit neminẽ, blãditur magis. Iuxta Salomonẽ uero, ſermones adulatorum moles, ipſi uero feriunt intima uentris. Caſtimoniæ itaque, & aduerſus carnales uoluptates continentiæ, inimicus eſt, non ſecus, ac uultur unguenti, adeo ut etiam ſodomitico crimini obnoxium fama uulgauerit. Cũ enim & leges, & menſuræ, & muri uoluptatibus ſint à natura conſtituti, calcato, ut multi aiunt, muro, contrita menſura, lege uiolata, huiuſce de ſe ſuſpicionẽ genuit, Magorum, & Aurigarum, & eorum, qui ueteres fabulas inhoneſto motu, & obuerſo cruere præferrent, principem, ac ſocium eſſe. Magis nanque opẽ ferre, atque amice congredi, uſque adeo non declinauit, ut etiam in cõmentarijs uariorem magiſtratuũ hoc illi crimini datum ſit. Non legerat infelix ſapientis dictũ illud: Quæ facere minime oportet, ea neque putetis dicere. Aiunt illũ præter cætera ſcelera, ſacra quoque uaſa poſt ordinationẽ ſuam fudiſſe, principibusq́ largitum, ut planè perſpicuũ ſit, eũ non ratione, ſed tyrannide obtinuiſſe eos, qui infelici ſorte ſibi ſunt ſubditi. Nam quo tẽpore Ioannes in Armeniã extorris actus, Flauianus quoque Antiochenus epiſcopus migrauit ad Chriſtũ, animaduertit Porphyrius populum omnẽ in conſtantium presbyterũ cõiecíſſe oculos, uirosq́, & mulieres ex eo pendere, qui à teneris, ut aiunt, unguiculis ſeruierat eccleſiæ, uir, iuxta hi-

ſtoriā Iudicum Ambidexter, quippe, quæ putabatur illius læua, dexterā aliorū facile ſuperabat. Fuerat enim is primū ab epiſtolis, quo munere perfunctus, absq; turpis lucri ſuſpicione ulla, lector deinde, ac poſtmodū diaconus eſt ordinatus. Regnantē uero mortalibus uoluptatem, & incentiua libidinis ſine labore ſuperauit, ut ait Salomon. Electorū manus facile ſuperabit. Nam ſuperare quidē iſta, & illi fortaſſe poſſunt, qui ſunt admodū mali, dum aut metu, aut uerecundia corporali ſe actione coërcent, magnā ſibi inferentes uim. At uero Cæleſtiū amore ſuperare infima omnia, illorū eſt ſolum, qui Deū affectu intimo diligunt, quos etiam electos ſcriptura nominat, dicens: Electorū manus facile ſuperabit. Eſt quippe conſtantius ipſe ſupra cæteros mitis actu, & contēplatione ſingularis, celeriter conſpicatur omnia, magna cum grauitate exercet, ſapiēs, ſtrenuus, miſericors, cupiditatis inimicus, in iudicio iuſtus, ad iniurias patiēs, in perſuadendo potens, qui ut afflictos liberet, ieiunijs ſæpius ad ueſperū uſq; perſiſtit, honeſtatē ipſa facie præ ſe ferens, ſeuerus aſpectu, maturus inceſſu, uirgo puriſsimus, & qui florem, & gratiam uultus in ipſis quoq; infirmitatibus ſeruet.

Hunc igitur tanti meriti uirū pecunijs hoc modo fugandum curat. Scripſit ad principes, eumq; ut nouarū rerum, ac ſeditionis authorem obtinuit in caſum exilio relegari. Hoc ille ubi didicit, amicorū auxilio Cyprū contendit, ibiq; ſeruatus eſt. Ipſe uero Porphirius Cyriacum, & Diophantū presbyteros, & clericos cæteros uexans, obſeruabat tempus, in quo ciuitas omnis ad ſuburbana procederet. Erant ſecū Acacius, Seuerianus, & Antiochus, & eorū complices, in abdito tamen. Agebatur tūc celebritas Gentiliū, inſignis certaminibus Herculis, quæ Olympia appellant, in qua mulieres quoq;, cum turbis populorū, Elaphnem ad certamina ſpectanda properabant. In hac ſolitudine ciuitatis, eccleſiā una cum memoratis Epiſcopis, & clericis paucis irrumpens, ordinatur clā, ianuis clauſis, adeo raptim, ut metu ne deprehenderentur, ne orationem quidē perficere quiuerint. Huiuſmodi quippe adulterij natura, ſpuria & gignit, & facit. Porro ſeuerianus, & ſocij, accepto pretio, per montes, & inuia fugere, humanum quidē effugientes metum, ſed diuinam planè indignationem diuini timoris ignari incurrentes. Vbi uero ſoluto ſpectaculo, populisq; in urbē regreſsis, quid factū fuiſſet, nuntiatum eſt, ſummo dolore concitati die illa, quod iam in ueſperā declinaſſet, quieuerūt. In craſtinum uero accepta tam immani clade, confluxere ſimul omnes, ignē ac ſtipulam ferrētes, ut Porphyriū, una & domos eius incenderent. At uero Porphyrius nō ignorans, quam eſſet exoſus omnibus, relicto Deo, ſe ſe ad ducem exercitus contulit, implensq; illi manus, contra ſaluatoris diſcipulos in aciem ducit auerſum ab Iſauricis bellis. Atq; Iſauri quidem ferociſsimi Rœſum, Seleuciamq; uaſtabant. Porphirius uero, & Valentianus comes cum exercitu catholicorum eccleſiam prædabantur, 43 crucis ſignum uenerabile, quod illi ferrentes in humeris, litanias in campo agebant, pedibus ſuis conculcantes.

43 *Crucis ſignum uenerabile ferebant in humeris, litanias in cāpo agentes.*

Modicum fluxerat tempus, cum ille ad exercitum ſollicite mittit, agitque apud ducem, ut ſuus quidam ſenex atrox, peruerſisq; moribus, nocturnis perficeretur excubijs, ut licentius bonos quoſq;, ac fideles uexās, caperet ciuitatem: alius profecto Nero, cuius & mores imitari ſtudebat.

Non

Non enim nouit ille perſuadere dictione, ſed ſumma ui, & iniquitate ue-
xare: qui Deo minime placere intendens, non errantes ad illum animas
reuocare, ſed ſerpentis implere uentrem ſuper pectus gradientes curat.
Pergunt igitur uel inuiti populi, metuq́; uerberum congregari uidentur
ad eccleſiam, re autem uera uitam ſuam execrantes, à Deo 44 patien- 44
tiæ ſuæ præmia ſe percepturos ſperant. *Sperant ſe recepturos à deo præmia ſuæ patientiæ.*

Ad hæc ſtupefactus Theodorus ait. THEO. Vt uideo, pater, præ-
ter naturæ ordinem iſta contigere, ſolent enim inanis gloriæ cupidi, ut ho
minibus placeant, aſſentari, menſasq; inſeruere exquiſitiſsime, atque ut
àmentur, boniq́; appellentur, conuitia quoq;, & ſputa ipſa interdum tole-
rare. Porphyrius itaq;, ſiue alius quiſpiam, quo pacto ſupplicia, et exilia in
tentet, ignoro. PALL. At id quidem admiratione dignum eſt, Theo-
dore, quod hi ad tantam nequitiæ ueſaniam proruperunt, ut nō modo ho-
minibus placere non ſtudeant, uerum facinorum quoquo ſuorum confu-
ſionem omnino non ſentiant. Malitia quippe malitiam in malitia promo
uet. Tunc enim malitia inanem gloriam profert, cum blāditijs capere ſtul-
tos quærit ſin autem & adulatione, & menſæ luxu ſuperiores offenderit,
quos obtinere ſtudeat, minas iam, ac ſupercilia profert, ut quos blanditijs
delitijsq; non poteſt illicere, immanitate metuq́; deterreat, ſicuti in marty
ribus contigit. Et ibi enim utraq; arte pugnabatur, donorumq́;, & hono-
rum laqueo illi tentabantur, qui gloriolas quærebant. Porro fortes, &
amici Dei, per cruciatus, & minas, & ſartagines & eculeos, ac feras, &
cætera, quæ uehementer excruciant, genera pœnarum agebantur. Clerus
itaq; Antiochenæ eccleſiæ inſignior occulte, ne conueniens, ne ipſis quidē
eccleſiæ parietibus propinquat, unà & illuſtrium matronarum multitu-
do clam conuenit; quarum imprimis gratia ſtulti facti ſunt cupidi quiq;
paſtores. Quid uero de Conſtantinopoli dicam? Quanta illic multitudo,
deſerta eccleſia, ſub diuo congregatur ad preces? Non habent, qui eccleſiæ
tractant negotia, tam multos auditores ſilentij ſui: nullus enim apud eos
ſermo eſt. THEO. Amouiſti ab animo meo ſcrupulum, quo teneba
tur, pater, oculis quæ dixeras, cernenda ſubijciens. Nam uerborum conſo-
nantia, & narratio uerax, certiorem me fecerunt uera eſſe, quæ geſta ſunt.
Impoſsibile enim eſt ſibi cōgruere, & cohærere mēdacium. Oro itaq; no
bis & de Olympiade, ſi qua noſti, enarrare pergas.

PALL. Quam tu Olympiadem dicis? ſunt enim huius nominis plu
rimæ. THEO. Diaconam illam Conſtantinopoleos, Nebridij quon
dā à præfectis ſponſā. PALL. Illa uero mihi notiſsima eſt. THEO.
Cuius meriti mulier eſt? PALL. Ne quæſo mulierem dicas, ſed uirū.
Eſt enim præter ſexū corporis, uir. THEO. Quanā modo? PALL.
Vitæ ſanctimonia, laboribus, ſcientia, paſsionumq́; tolerantia. THEO.
Cur ergo illam Theophilus maledictis inceſsit? PALL. Quiſnam il
le eſt? THEO. Alexandrinus epiſcopus. PALL. Videris mihi
Theodore, quæ diutius uerſauimus oratione, oblitus eſſe. THEO.
Cur obſecro? PALL. Qui ueritati non peperit, ſed hanc, ut ante do-
cuimus, conculcauit, qui eccleſiam omnem, quæ ſub cœlo eſt, cuius liberā-
dæ gratia unigenitus Dei filius deſcendit ad terras, non honore, ſed contu
melia affecit, is mulieri uiduæ, quæ in orationibus uitā cōſumit omnē, qua
ratione pepercíſſet? Mente cuncta pertracta, ſi quem unquam bonorum

omiſit, quem non ſuis maledictis impetret, cui omnis eſt odioſa religio. Cur hoc & ex epiſtolis illius non conijcis, ſibi inuicem, repugnantibus? Sanctum enim epiphanium, conſtantię cypri epiſcopũ, qui triginta & ſex annos eccleſię pręfuit, ſub Damaſo, & Syricio; cum hęreticum & authorem ſchiſmatis appellaſſet, in epiſtola ad Innocentium, poſtea in Ioannẽ maledicta, contorquens, ſanctiſsimum uocat epiphanium. Quotiens ille huius, cui nunc detrahit uiduæ genua ſpe accipiendę pecunię exoſculatus eſt, illa uiciſsim, humi procumbente, & lachrymas, quod ſibi epiſcopus hæc faceret, profundente? In quo tamen ei derogat? THEO. In eo, quod proiectos ab ſe monachos ſuſcepit hoſpitio. PALL. Et licet Epiſcopo, aut conuenit omnino abijcere quemcunque diſcipulum, ne dixerim monachum? THEO. Quid ſi illum prouocarunt, aut maledixerũt?

PALL. Num iræ ſuæ ſatisfacere debuit, aut ſua curare maledicta? Quomodo hic iam Chriſti iniurias curabit, qui gloriam propriam quærit? Cur potius non imitatus eſt Paulum dicentem: Maledicimur & benedicimus. THEO. Quid ſi alterius ſectæ monachi erant? PALL. At illos corrigere ſuadendo debuit, non abijcere. THEO. Et ſi ille hoc fecit, ipſi uero, ut pote, contentioſi minime paruerunt? PALL. Apoſtolicum illud oportuit exequi Hæreticum hominem poſt unam, & alteram correptionem deuita, ſciens quod peruerſus eſt huiuſmodi, non abijcere, & prædari, & adiectis principum minis, agere extra patriũ ſolum. THEO. perfecti hoc fuerat uiri, Deoq; dilecti ac patientiſſimi. PALL. At qui magna laus non eſt, deteriorem ferre. Verum, ſi perfectus, ut conſtat, non eſt, quomodo epiſcopus? Imperfectus enim imperfectorum ſalutem qua ratione curabit? Quam item improprie Theophilus dicitur, qui a Dei amore deſciuit, cuius gratia facile iniurias hominum debuit ferre. Quod ſi Deum non diligit, ne ſcipſum quidem, qui uero ſuimet inimicus eſt, quomodo iam alios diliget? Nihil igitur mirum, ſi olympiadem, quod monachos ſuſcepit, uituperare contendit.

THEO. Conſtat quidem Theophilum iracũdię nimis obſecutum, illo abieciſſe, qui cun tandem illi fuerint, ſiue hæretici, ſiue catholici, non tamen eos Olympias ſuſcipere debuit. PAL. Bene illa, an male tibi feciſſe uidetur? THEO. Male, ut dixi. PALL. Vnquam ne beneficentia culpatur? THEO. Et ſępe, cum in malos ſcilicet, & nõ merentes emanauerit PALL. Qui nam igitur erãt illi quinq; milia, quos ex quinq; ordeaceis panibus ſaluatur pauit boni, an mali? THEO. Boni ſcilicet, quippe qui paſci a ſaluatore meruerunt. PALL. Cur ergo ordeaceis paſti ſunt, ſi boni fuerint? THEO. Quia forte triticei non aderant, fame dominante. PALL. Incredulitatis denotantur elogio, ut boni, an uero, ut mali? THEO. Conſtat, quia ut mali. PALL. Poſſunt illi ipſi, & boni eſſe, & mali. THEO. Ita ſane. PALL. Quo nam modo? THEO. Deteriorum quidem comparatione boni, præſtantiorum uero collatione mali cenſentur. PALL. Rite tu quidem ſentis: hoc itaq; modo monachi etiam, & boni erant, & mali. At enim fideliſsima mulier eos ſuſcepit, ut bonos: Theophilus uero, quod non debuit, abiecit ut malos. THEO. Sed obiecit ille, quod ad ſe contriſtandum inimicos ſuos ſuſceperit. PALL. Id quidem magnum defectus indiciũ eſt, quod uel appellat inimicos, qui, ut Chriſti diſcipulus gloriari iniurijs

debuit. THEO. Vbi nam uero quinq; milia uiri á ſaluatore ex probrantur ut dicis? neq; etenim apparet. PALL. Quando ſecundo congregati acceſſerunt ad Ieſum, atq; ab illo audierunt, quæritis me non quia uidiſtis ſigna, et prodigia, ſed quia comediſtis de panibus, & ſaturati eſtis. THEO. Manifeſtiſsimum eſt. PALL. Qui uero perfidus, ipſe & malus eſt, THEO. Ita ſane. PALL. Malos igitur, an bonos pauit ſaluator? THEO. liquet quoniam malos, non enim ſani opus habent medico, ſed infirmi. PALL. Quid ergo mali fecit Olympias, imitata Dominum ſuum, qui pluit ſuper bonos, & malos, & ſuper iuſtos, & iniuſtos ſolem ſuum oriri facit? Exprobrant & phariſæi diſcipulos Domini dicentes: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magiſter ueſter? THEO. Vt uideo, præter multorum ſententiam honeſta carpuntur, & fœda diliguntur. PALL. Quare iſtuc dicis, Theodore cariſsime? THEO. Quia niſi tu iſta planius aperuiſſes, & ſyllogiſmo euidenti comprobaſſes, in ſtolidam iſſem opinionem, non intentioni liberæ, ſed Theophili ſcriptis obſecutus.

PALL. Quid ſi ſancti uiri illi probati fuerint, nō modo non mali fuiſſe, ſed plurimos quoq; à malitia ad bonam uirtutis frugem reuocaſſe, nōne uidebitur horum inſectator, non perſecutione, ſed plane miſeratione dignus, qui bonos ſemper uiolare, malos autem ſuſcipere pergit? THEO. Ita eſt, ut dicis. Nam licet illi, ut eſt opinio multorum, ſapientes, ac ſancti nū fuerint, aget præteritus ſyllogiſmus, ut Olympias extra culpam ſit, quæ ſaluatorem ſtuduit imitari. PALL. Quodnam oro fidelius teſtimonium exiſtimas, euangelij, an Theophili? THEO. Perge quæſo. Habetur enim id pro confeſſo apud omnes, illum & ſanctos uiros intemperanti nimis ira proieciſſe, & hanc ex ſuperſtitione, & inimicitia, ſub prætextu monachorum, maledictis fuiſſe inſectatum. Nam cum ſe cerneret ſeruilibus illis, & blandis obſequijs, nihil profeciſſe, nihilq; ab ea, præter cibos, & xenia ſuſcipere, ad maledicta ex more cōuerſus eſt. PALL. Audi igitur, humaniſsime Theodore, uideo enim te poſteritati profuturum, quippe tuæ adoleſcentiæ indoles honorabilem fore in ſenectute pollicetur. Viri iſti ex chriſtianis orti parentibus, & à teneris unguiculis Deo ſubditi, nunquam paſsi ſunt, neq; cum eſſent multum adoleſcentes, ſeruire uanitati, neq; cum turbis inuerſari, ſed occupantes, quæ ad meridiem eſt, ſolitudinem, longe ab omni hominum habitatione ſemotam, ſibi facere tuguria, quibus & ſolis incendia, & cæteram aeris intemperiem declinarēt, in his perpetuo uiuentes, tempus omne in orationibus, lectionibusq; contriuere, tantum operi manuum operam dantes, quantum ſufficere eis ad tenuem uictum, melius eſſe arbitrantes, cum capreis, & uolatilibus, & bubalis uerſari, quam inter homines Deum ignorantes epulari. Horum natu maximus, emenſis iam nonaginta annis, conuerſatus eſt diutius cum beato Antonio, Hierax appellatus, quod illi nomen hactenus proprium eſt. Alius Ammonius cum duobus fratribus monachis, & uno epiſcopo, qui etiam ſub ualente ferro colla uincti, exilio relegati ſunt, ut omnis Alexandria nouit, annos natus ſexaginta, tanto ſcientiæ dotati munere, ut nihil ex his, quæ pleriſq; de ſcripturis uiderentur obſcura, eos penitus fugerit. Ex his duo migrarunt ad Chriſtū Conſtantinopoli defuncti, Ammonio quidem, ut Aurelius, & Siſinius narrauerunt, circa finem uitæ prophetante,

magnam perſecutionem,& ſchiſma deterimum eccleſiis imminere,auctoreſq́; cladis turpiſsimo fine conſumendos, atq; ita domum uiendas eccleſias. Quod ex parte iam factum cernimus,futurumq́; ſperamus. Hinc enim quorundam corpora epiſcoporum, & laicorum morbus aſſumens, uarijs cruciatibus agitat,lenta febre inteſtina depaſcens,pruritúq;, tolerabili,totam ſuperficiem unguibus lanians: lōgi quoq; inteſtini perpetui dolores,& collica paſsio. Cuiuſdam pedes,intercutanei morbi inſtar nimia inflatione turgeſcunt. Alteri nimia humoris redundantia ad manus uſq; deriuans,eos,qui male ſubſcripſere digitos mixto frigori incendio cruciat. Alium aqualiculi tumor, & putredo ex ſecretiore parte corporis in longum ſe intendens,& uermes gignens,acriter uexat. Ad hoc reſpirandi difficultas omnium intentio membrorum,imaginesq́; nocturnæ in canes rabioſos,& diſtrictis gladijs barbaros, & uocem horrendam tranſeuntes,in ſomnem ſomnum pleriſq; faciunt. Alius equo lapſus dextro perfracto crure,continuo moritur. Alius,amiſſa uoce,octo menſibus iam marceſsit in lecto,qui nec manus ad os opponere poteſt. Alius uiuens crura ſenſim uſq; ad genua per triennium uritur eryſipeli moleſta fatigatus. Alius inflata,ut aiunt,lingua cum febre uehementi,nec ualens eam intra præſtitum à natura locum continere,in pugillari ſcribens,confitebatur ſcelus ſuum. Eratq́; uidere diuinitus illatam iram, uarijs in authores mali ſæuire modis. Qui enim animarum medicum irritauerant, eiusq́; diſcipulum de ſalutis officina proiecerant,corporum medicis ad incendendum, ac cædem tradebantur,qui dolorem quidem ſolennibus medicamentis acuebant: ſalutem uero nullam penitus præſtare poterant. Et merito ſane. Quis enim eum ſanabit, qui à Deo cruciatur? Sicut propheta ait. Nunquid medici ſuſcitabūt, & confitebuntur tibi? in hunc modum omnes eccleſiaſticæ pacis aduerſarij peribant. Fertur autem ad ſepulchrum Ammonij monachi plurima miracula fieri. Sepultus eſt autem tranſmare in baſilica Apoſtolorum. Porro epiſcopus Dioſcorus, ut aiunt, cum perpetuis à Domino precibus poſceret,ut aut eccleſiarum uideret pacem, aut moreretur, exaudiri meruit, & quia mundus dignus pace non erat, mortuus eſt, ac ſepultus in martyrij eccleſia,quæ eſt ante portam. Videas hodie complures mulieres per nomen martyris iurare ſolitas,omiſſo priore iuramento,per orationes iurare Dioſcori. Enimuero de monachis reliquis multa,quæ dicā,habeo,niſi forte feſtinanti tibi,Theodore,moleſtum ſit ea audire.

THEO. Et quis adeo infelix eſt,ut de uirtutibus loquenti non libenter det locū,& aurē intente ſubijciat? Perge igitur quæſo, & quacunq; ratione probabili animum noſtrū à curis ſecularibus,& cogitationibus auoca. PALL. Eſt & alius Hierax,Gētili appellatione ſic dictus,ſpiritualibuſq́; inſignibus uirtutis ornatus. Is primo quidem extra omnem Aegyptum in porphyritē ſecedens montem abſq; ullo humano refrigerio quatuor annos perſtitit,ſola uirtutū recreatione contentus. Deinde ad Nitriæ loca contendens, uiginti quinq; annos una cū memoratis patribus uixit, huic abſentes dæmones ut ipſe nobis referebat, promiſsione diuturnioris uitæ,appoſita ſpe,in angelos lucis ſe transfigurantes, eum amouere curabant. Quinquaginta dicebant adhuc annos habes uiuere,quomodo perſiſtere in Eremo poteris? Ille per fidē intelligens,e contra loquebatur. Contriſtatis,inquiens,me breuius,quam putabam, tēpus inſtituti mei fore aſ-

ferentes. Ego enim ducētos annos acturū in eremo exiſtimabam, atq; ad hoc me ſtadiū comparaueram. Hoc illi audito cum ululatu ingenti diſceſſere. Hunc ipſum tamen, quē dæmones mouere nequiuerunt, prolixa uitæ ſpatia pollicentes, ut in accidiā præcipitarent, Theophilus per edictū expulit, atq; in huiuſmodi neceſsitatem impulit, ut caſtra quoq; adire cogeretur. Qui nunc poſt Ammonij mortē, rurſum ad deſerta contendit, Euangelici aratri parabolam ueritus. Alius item presbyter Iſaac nomine, Macarij diſcipulus illius, qui Antonio magiſtro uſus fuerat, deſerti ſtudioſus admodū, quinquageſimum agens ętatis annum, omnē ſcripturam memoriter tenet, ceraſtas ſerpentes tuto manibus ferens, qui ex matris utero uirgo, cum ſeptennis Eremum occupaſſet, poſt annos quadraginta ſolitariæ quietis, à Papa Theophilo, cum memoratis uiris, extorris agatur. Alius itē Iſaac, & ipſe presbyter, Cronij presbyteri diſcipulus, ac ſucceſſor, qui & ipſe diſcipulus Antonij fuerat, ſcripturarū eruditione præſtantiſsimus, ac ſupra modum ferme hoſpitalis, adeo ut præ eximia benignitate Xenodochium in Eremo conſtituerit, in refrigerium & ægrotantiū monachorum, & peregrinorū, ad uiſendos ſanctos patres confluentiū. Hic omni ſelle iræ uacuus, cum trigeſimū in uita ſolitaria egiſſet annū, cum ceteris quoque uerſatus eſt. Ex his prior ille Iſaac, centū quinquaginta ſub cura monachos habuit, cuius ad ſeptē, ſiue octo diſcipulos epiſcopos Theophilus ſtatuit, cū adhuc eſſet Theophilus. Alius ducentum decē, cuius etiam diſcipuli plurimi epiſcopis connumerati ſunt. Hi ſunt, quos ſupra memorauimus, Iſidori presbyteri cauſa, fuiſſe à Theophilo Papa pulſos eremo. Hi ſunt, quos ſacerdotes, & leuitę deſpexere, quos ad confuſionē uirorum uirilis ſuſcepit mulier. Atq; ad epiſcoporum damnationē. Diacona fęmina hoſpites habuit, cuius laus in eccleſiis canitur, quæ ſamaritanū illum, quicunq; tandem fuit, eſt imitata, qui uulneratum à latronibus ſemiuiuū inuentens, cum deſcenderet Ierico, proprio illū impoſuit iumento, & uſq; ad ſtabulum tulit, & oleum clementiæ cū ſeueritatis uino permiſcens, uulneribus adhibuit curam. Sed hæc hactenus.

Quantam hæc pecuniarū copiam, quanta uillarum pretia ægenis diſtribuerit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Illi iſta proſequātur, qui experti ſunt. Ego enim nullius horū indigui. Audi maiorem ipſius quoq; uirtutem. Pupilla nanq; coniuncta uiro, permiſſa non eſt à præſcio omnium Deo, qui hominū pręuidet exitus, carnis ſeruire uoluptati, uiginti integros menſes uiro eius mature ſubtracto. Fertur autē uirgo eſſe. Nam apoſtolicæ legi renuit ſeruire dicenti: Volo adoleſcentiores uiduas nubere, matres familias eſſe, & quidē cum & genere, & opibus, & eruditione ſingulari, et ingenio liberali, & forma, & ætatis flore præcelleret, ſed, dorcadis in morem, ſeculi connubij laqueos cōſtanti uoluntate tranſiliens. Iuſto enim lex poſita non eſt, ſed non ſubditis, prophanis, & qui corruptelæ inexplebiliter inhiant. Contigit autē, diaboli inuidia, ut huius immatura uiduitas ad aures Theodoſii principis perueniret. Qui hāc Elpidio cuidam, cognato ſuo Hiſpano coniungere in matrimoniū cupiens, cum poſt plurimas preces id obtinere nequiuiſſet, triſtabatur. Ad quē illa, ſi, inquit, me uellet rex meus copulari uiro, nunquam priorē mihi abſtuliſſet. Quoniam autē me parum idoneam coniugali uitę cognouit, uiroq; placere minime ualentē, & illū iugali uinculo abſoluit, & me grauiſsimo iugo uirilis ſeruitutis eri-

pulit,ſuaue continentiæ iugũ ceruicibus meæ mentis imponens Hoc reſpõſo accepto,Theodoſius præfecto urbis mandauit, ut omnẽ eius ſubſtantiam cuſtodiret, quouſq; trigeſimum ætatis impleſſet annũ . Ille accepta procuratione regia,eam adeo uexabat ab Elpidio ſubmiſſus, ut nullã haberet facultatẽ uel inſignibus epiſcopis cõgrediendi,uel eccleſiam ipſam ingrediendi,ut his anguſtijs coacta, præ angore animi coniugalẽ eligeret uitam.Illa e contra his oblectata magis,& Deo gratias referens,Imperatori iſta reſcripſit.Et Imperatori debitam, & congruam epiſcopo uirtutẽ in me humilẽ oſtendiſti mi Domine, mandans graue onus meũ cuſtodiri, cuius me diſpenſationis cura macerabat.Erit aũt gratius,ſi iuſſeris id pauperibus,& eccleſijs diuidi. Ego enim iam dudũ á uanitate,quæ ſolet , ex hac largitione ſubſequi,metuebã ne terrenis implicita, negligerẽ diuitias naturales.Ita poſtmodum reuerſus à bello quod contra maximum feliciter geſſerat,cum illius tolerantiam,laboremq́; comperiſſet,in ſua eã libertate eſſe iuſsit.

THEO. Iuſtiſsime ſane hunc Ioannes in honore habuit ita laborantem. PALL. Abſtinet illa quidem animatis omnibus,balneaſq́; nunquam adit. Quod ſi infirmitatis neceſsitas urgeat, crebris enim paſsionibus,ac morbis atteritur,induta camiſia deſcẽdit in aquas. Veretur enim, ut aiunt,& ſeipſam. THEO. Dicitur & ſanctum Ioannẽ ualde curaſſe, & refeciſſe.Et qd ipſius uirtute dignum conferre in eũ potuit, niſi ut quotidiani uictus illi ſollicitudinẽ demeret,quod quidem minimũ non eſt Chriſti operarijs,q noctu & interdiu,quæ Chriſti ſunt, curãt,ſicuti Paulus ait, Perſidam ſalutãs,quæ forſitan Olympiadis laboribus par erat. Salutate, inquiens,Perſidam dilectiſsimam,quæ multũ laborauit in Domino. Omnes enim,quæ ſunt ſua,quærunt,non quę Ieſu Chriſti. Scio hanc ſanctum Nectarium plus fuiſſe admiratũ,adeo ut in eccleſiaſticis quoq; rebus mulieri obtemperaret. Amphilochium uero,& optimum, & Petrum Baſilij fratrẽ,& epiphanium Cypri,ſanctos uiros qd memorem ? quibus illa & pecunias donauit,& uillas. Optimo certe, dum Conſtantinopoli moreretur,oculos ſuis manibus clauſit. Ad hæc mirabiles quoq; illos non modice refrigerauit in omnibus,Antiochum ſcilicet,Acacium,& Seuerianũ,& omnes prorſus aduentantes ſacerdotalis ordinis uiros,monachorum itẽ, ac uirginum infinitam multitudinẽ,Ioannes tamen, quoniam,ut ita dixerim, formam ſe uenturis epiſcopis miſſum exiſtimabat, quo pacto uiuere debeant,& iuxta beatum Paulũ,mercede propria prædicare pœnitentiã, nihil de eccleſiaſticis attingens,ſolius diei capiebat cibaria,deuitans ſemper huiuſmodi curas.Aiunt illũ,dum carnalem ſumeret cibum,mira uerecundia detineri ſolitum. Quemadmodũ enim mala,cum ad ſupremã uenerint maturitatẽ, diutius in ramis permanere non ſuſtinent, ſed domini requirunt manũ,ita & in ſanctis fieri uideas, cum cœleſtis pulchritudinis deſiderio,& amore ardent, ante præfinitũ ſui obitus diem,frui promiſsione feſtinant. Sic & in paruulis fit.Illi enim ſæpenumero dum oblita melle cibariola auide præſtolantur, ſeruandi appetitũs gratia propoſitos cibos minime attingunt,ut expectata ſuauitate ſatientur. Agnoſcunt,quæ dicimus,q eadem ueſtigia uiæ ſpiritualis incedunt. Sermonẽ enim prudentiæ ſi audierit,ſapiens,laudabit eum,& adijciet ſuper ipſum.

THEO. conſolatus es me pater eximie, dum ſingula mihi diligẽtius

expoſuiſti, quæ prætendens fama uulgauerat, gratia quadam, & ſuauitate, quæ dicta ſunt, condiens. Hoc tamen dixerim, non graue futurum, ſi de eccleſia uictum ſibi ſanctus Ioannes uindicaſſet, ſecundũ Domini uerba dicentis: Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Et illud item. Quis paſcit gregem, & gregis lacte non ueſcitur? Quis autẽ plantat uineam, & de illius non percipit fructu? Nonne ſcripturæ uerba ſunt hæc: & alia plurima? PALL. Congrue tu quidem ſapienterq́; proſequeris iſta, Theodore, ſed iunge præteritis etiam ſequentia uerba. Cum enim ſacra lex tribuat facultatem, ut qui ſacra operantur, de ſacris comedant, bonorũ æmulator Paulus qd addit? Non ſum uſus hac poteſtate in corporibus, ut conſors euangelij in ſpiritualibus ſim, neq; offendiculum ponam infirmis, dicente iterum paulo, ſiquis enim te uiderit habentem ſcientiam in infirmitate recumbere, nonne conſcientia eius, qui infirmus eſt, ædificabitur, ad imitandum infirma? Nam ſi res ad nos uſq; ſubſiſterent, nullusq́; nobis in populi regimine, & cura ſuccederet, dicere delinquendo poſſemus, Viuamus, ut uolumus, utamurq́;, ut placet ſecularibus rebus. Quoniã uero hi, qui poſt nos futuri ſunt, nobis quaſi magiſtris utentur, noſtraq́; lege atq; more uiuent, neceſſe eſt, ut non ſolum nobiſipſis, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, uiuamus, plebiſq; infirmitatem excitantes exemplo, atque uerbo, ad frugaliorem, & caſtiorem uictum reducamus, nos ipſos corripientes, iuxta illum, qui ait: Quis eſt homo, qui timet Dominum, legem ſtatuet ei in uia, quam elegit. Nam temerarijs quidem, ac miſerabilibus imprudenterq́; peccantibus legem ponit Dominus, quaſi ſeruitutis amantibus ſpiritum, ut item ait Dauid, legem ponet Dominus delinquentibus in uia, punietq́; præuaricantes. Verum enim iuſtus menſuras ſeruilis legis, modoſq́; tranſiliens, & eo, quod diligat Dominum, ad ſortem adoptionis, libertatiſq; feſtinans, ſibi, ipſi legis eſt author, cuiuſmodi & facto, & uerbo fuit Iob. Teſtamentum, inquiens, ſtatui oculis meis, ut non ſentirem in uirgine. Quod nam uero id fuit teſtamentum, niſi ut laſciuientes, ad pudicitiam cogeret? Ita ferme & Dauid ait. Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ, ancipitem, dubiamq́; ſententiam iureiurando deuinciens. Tãtorum patrum imitator Ioannes, ut legitimus plane, non ſpurius filius, laſciuum, & publicum mortalium gregem, et uarijs concupiſcentijs oberrantem curare deſiderans, atque ad auſteriorem partem uitæ transferre, ſuimet, & iudex, & legifer erat; Seipſum conſtanti iudicio muniens, atq; à conuiuijs, & conuentibus ſcurrarum, & ridiculoſorum, ac inania loquentium hominum penitus remouens, atq; animæ oculum ſpirituali armatura corroborans, ne conuiuij aut improbi ſermonis gratia ſtultitiæ inueniẽs aditum, pudicitiam, frugalitatemq́; corrumperet. Corrumpunt enim, inquit, mores bonos colloquia mala. Quo circa etiam inſidias paſſus eſt. Grauis enim eis erat ad uidendum non ſecus ac lucerna lippientibus oculis. Huiuſmodi Ieremias quoq; miſericors fuit, qui infidelitatem principũ, & ſacerdotum planctu, lachrymiſq́; proſequitur, Quis dabit, inquiens, capiti meo aquam, & oculis meis lachrymarum fontes, & lugebo populum meum die, ac nocte? Et rurſum: Quis dabit mihi manſionem in deſerto nouiſsimam, & derelinquam populum meum, & diſcedam ab eis? Omnes enim adulterantur. Huiuſmodi profecto conuentum, pſeudo prophetarum, & ſacerdotum malorum nominat collegium. Itẽ & alio in lo-

co ad Dominum clamat,non quod ille ignoret, ſed ut nos imitari debeamus. Domine, inquit, ſi ſedi in concilio impiorum ludentium ſed reuerebar à facie tua. Sedebam ſolitarius,quia amaritudine repletus ſum. Conſona his & Dauid loquitur,dicens, Non ſedi cum concilio uanitatis, & cũ iniqua gerentibus non introibo. Apertiusq́;,quid uellet,exponit, dum addit,Odiui eccleſiam malignantium,& cum impijs non ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas,& circundabo altare tuum Domine.

Qui uero minus altaris curam habent, dorſaq́; illi dederunt, non modo illotis manibus,& donorũ expectatione,& perceptione,falſaq́; inſcriptione cruentis,uerum & infectis luto pedibus,illud calcitrando conculcant, de quibus & propheta Iezechiel ſignanter ait, & introduxit me ad ingreſſum atrij,& uidi, & ecce foramen unũ in pariete. Et dixit ad me, fili hominis,fodi. Et perfodi,& uidi,& ecce porta una. Et dixit ad me. Ingredere,& uide iniquitates peſsimas quas faciunt hic. Et ingreſſus ſum,et ecce omnis ſimilitudo ſerpentiũ,ac iumentorum,& idola mala, & abominationes. Et dixit mihi. Vidiſti fili hominis, quæ faciunt ſeniores domus Iſrael in tenebris, in cubili ſuo occulto. Impuram illorum ſignificans mentem,quoniã dixerunt, non uidet nos Dominus. Dereliquit Dominus terram. Et dixit ad me. Adhuc uidebis iniquitates maiores, quas iſti faciũt. Et introduxit me in alium locũ, & oſtendit mihi. Et ecce ibi mulieres ſedentes & flentes Tambuz. Et rurſus induxit me in domũ Domini interiorem,& ecce illic uiginti quatuor ſeniores, & uultus eorum peruerſi, & dorſa eorũ ad altare. Et dixit ad me. Num parua iſta ſunt, quæ domus Iſrael facit? Coacti ſumus propheticæ lectionis mentionẽ facere, propter eos,qui ſe eſſe aliquid exiſtimantes, ſeipſos decipiunt,& Eccleſiaſticã pacem confundunt,eoq́; menſæ Domini terga dederunt. Quibus iudicium ocioſum non eſt,& eorũ dormitat perditio, qui terrena ſapiunt, de quibus & Iudas frater Iacobi ait, Hi ſunt in epulis ſuis male conuiuantes,ſine timore ſeipſos paſcentes, nubes ſine aqua,quæ à uentis circunferuntur,fluctus feri mari deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia,quibus procella tenebrarũ in æternum ſeruata eſt. Nempe dum nubes ſine aqua uocauit,iniquam ipſorũ grandinem ſignat, uiti inimicam: dum uero ſydera dicit errantia,inſidias ſignificat nauis. Porro nauis & uinea eccleſia eſt. Quæ nam uero ſunt, quæ iſtos ſequuntur neceſſario. Audi eundẽ rurſus prophetam Iezechielem: Et oſtendit mihi, & ecce uiri egrediebantur de uia portæ ſublimis, quæ reſpicit ad aquilonem. Et uniuſcuiuſq́; ſecuris in manu eius,& uir unus in medio eorum indutus talari tunica, & zona ſaphiri ſuper lumbũ eius. Et ingreſsi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æneum. Et gloria Dei Iſrael aſcendit Cherubin quæ erat ſuper eis in ſubdiali domus. Et uocauit uirũ qui indutus erat talarem tunicam, qui habebat ſuper lumbũ ſuum zonam, & dixit Dominus ad eum: Tranſi per mediam ciuitatem Ieruſalẽ, & da ſignum ſuper frontes uirorũ gementium,& dolẽtium ſuper omnibus iniquitatibus,quę fiunt in medio eorũ, & ipſis dixit, uidelicet ſex,qui ſecures habebant,audite me. Ite in ciuitatem poſt eum, ſcilicet,qui imponebat in frontibus,& percutite, neq́; parcatis oculis ueſtris, neq́; miſereamini ſenioris,& adoleſcentis,& uirginis, & infantes,et mulieres occidite in exterminiũ. Super omnes aũt,in quibus eſt ſignũ, ne appropinquetis,& à ſanctis meis incipite, & cæperunt à uiris ſenioribus,

qui

qui erant in domo Domini. Quod ſi quis de Iudææ prophetis hæc prædi ci autumat: hic Saluatoris quoq; ignorare uidetur aduentũ. Non enim ante captiuitatem, ſacerdotio functus eſt Iezechiel, quippe, qui puer adhuc in captiuitatem abductus, per diſpoſitionem Dei trigeſimo anno uiſione diuina, & futurorũ reuelatione dignus eſt habitus, ſacerdos in ipſa captiuitate conſequutus, ut ipſe ait. Et factũ eſt, in trigeſimo anno, in quar to menſe, quinta menſis, & ego eram in medio captiuitatis ſuper fluuium Chobar. Item poſt pauca. Factus eſt ſermo Domini ad Iezechielem filiũ Buzi, ſacerdotem in terra Chaldæorũ ſuper fluuium Chobar. Nempe ſi-quis anguſtatus hic dicat præcedente ſaluatore, qui & crucis ſignum in frontibus dedit, neque Saluatore credito, ſubſecutũ eſſe Romanorum regnum ſub Veſpaſiano, qui quadrageſimo anno concidit Synagogã, quæ iniqua patrauerat, ſuſcipimus quidem ita ſentientem, ſed ipſum, ut noui teſtamenti filium, oramus, Paulo horũ magiſtro ut credat, de omnibus huiuſmodi libris dicenti, Hæc aũt in figura contingebant illis. Scripta ſunt autem ad correptionẽ noſtram, in quos fines ſeculorũ deuenerunt. Hoc autem dico, non quod ferream romphæam ſuper inimicos Dei uenire cu piam; abſit. Neque enim propheta de ferro loquitur, ſed de alia quadam cruciante uirtute, de qua idem Iezechiel dicit, Terra ſuper quam gladiũ inducam. Inducã uero, pro eo, quod eſt permittam, ait: Et acceperat populus terræ uirum unũ, & poſuerint ſibi in ſpeculatorem, & uiderit ſpeculator gladium uenientem, & tuba inſonuerit, & ſignificauerit populo, & audierit, qui audit, & non ſe obſeruauerit. Veniens autem gladius acceperit aliquem, ſanguinem eius ab eo requiram, quia non audiuit uocem tubæ, & rurſum. Si autem ſpeculator uiderit uenientem gladiũ, & tuba nõ inſonuerit, neq; ſignificauerit populo, ueniens autem gladius apprehende rit quempiam, ſanguinem eius de manu ſpeculatoris exquiram, quia cum uideret gladiũ, tuba non cecinit. Iſtiuſmodi periculũ nequaquam dormiens infidelitatis ſomno, neq; uoluptatis pigritia ſegnis beatus Ioannes ante oculos habuit, & tuba ſublimis nequaquam obſcurum edebat ſomnum, ſed apertam plane ſcientiam ingerens, diabolici gladij pericula fuge re omnes hortabatur. Et hi quidem qui conſcientiam mundam ueluti ſignum in animæ fronte geſſere, per gratiam Chriſti, cũ ipſis fidelibus Romanis ſeruati ſunt, qui uero inquinatam habuere conſcientiam, ſacerdotes, ac populos ad contentionis mutuæ ſtudia concitarunt, ut omnibus malis ſua incommoda obumbrarent.

THEO. Mirabile ordine iſta proſequeris, pater uerum cum pro cõ feſſo habeatur perdifficile in hac uita mortali hominem inueniri abſolute perfectum, dicente ſcriptura: Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis fiduciam habebit mundũ ſe eſſe à peccato? uidetur beatus Ioannes neſciſſe uti tẽpore: potentibus enim aduerſari minime oportet. PALL. Videris mihi optime Theodore, nimiũ eſſe aſtutus. Nam, cum initio congruũ miſerationis affectum nobis, non ſine gratia quadam compunctionis, oſtenderis, paulatim obiurgatorem te aperuiſti. Neq; enim hi, qui putantur inimici, tam acriter illi unquam detraxerunt. THEO. Quid, oro, indignaris, pater, ſi dixi beatum Ioannem tempori non eſſe obſecutũ? cum ſcriptura dicat: In locis potentum ne ſteteris. Et rurſus redimentes tẽ pus, præcipue in his, qui monita utilitatemq; non capiunt. PALL. Fe-

liccs uos, qui ſcripturas ita diſſeritis. Nam quod apud Eccleſiaſten dicitur: In locis potentum ne ſteteris, aduerſus indignos ſacerdotio dicitur, ne illi rapere ſtudeant. Potentes enim uirtutis magiſtros intellige: Apoſtolos primum, qui potentes uirtutis induerant Spiritum, deinde imitatores eorum. Porro quod tẽpus redimere monemur, non ſimulationi ſeruire debemus, ut cũ furibus curramus, aut cũ adulteris ponamus partẽ noſtram, ſed peccati tempus uirtute redimere, non illud uenundare peccato. Qui autem hoc modo ſenſim redimit tempus, totam redimet uitam ſuã, ut omiſsis omnibus uitæ iocundis cœleſti ſuauitate fruatur. Ita & martyres felere, qui uitã exponentes mortalem, immortalitatem ſunt conſecuti, re uera tempus redimentes. Certe, niſi iſta ita intelligantur neceſſario & Moyſen, & Heliam, & Micheam, & Danielem, & Ioannem Baptiſtam, & Iſaiam, & Petrum, & Paulum ne plures enumerem, tempus ſuũ ignoraſſe fatebimur, ex his enim alius ſalutem ſibi fuga mercatus eſt, Gentilis uiri oues in montibus paſcẽs. Alius dolore fatigatus, præcipitatur in ſomnum, neq; parietis, aut ſaxi ullam inueniens umbram, ſed ſub iuniperi uirgulto requieſcens, ad umbram minime idoneo. Alius ſectus, alius ne pietatem uiolaret, in leonem miſſus eſt lacum. Alius adulteri in morem uinctus, ſeruabatur in carcere, panem doloris, & aquam anguſtiæ accipere iuſſus, ut lõgo tempore maceratus, ui abrumperet uitam, quoniam aduerſus Regem conſtantia, & libertate uſus erat. Quid memorem Ioannem, quo inter natos mulierum maior nemo eſt natus? Num ille tempore neſciuit uti, quoniam ob apertam adulterij Regis increpationem capite cæſus eſt, dum morbũ Herodis inſanabilem, tanquam peritus medicus, aut intendere moliretur, aut ſcindere? Eadem profecto ratione Ioannes quoque noſter miſericordia, & dilectione arguebat errantes. Quod ſi Baptiſta tempus non nouit, quomodo ſeculorũ opificem, & cognitorem agnouit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi? Quomodo itẽ Petrus, & Paulus eccleſiæ columnæ, tempus ignorauerũt, 45 qui etiam
45 poſt mortem uolentibus atq; pulſantibus aperiunt, & cladunt pœnitentiæ tempora? Quorũ alius quidem cruci ſuffigitur, pedibus in cœlũ uerſis, ut cœleſte ſignaret ſe iter ingredi, Alius propter ſingularem in Chriſto confidentiam, capite plectitur, ne uero excideret capite. Noli ergo ſuſcipere, qui ſanctorũ clam detrahunt confidentiæ. Gentilium enim, & eorum, qui ſe exiſtimant, ſapientes, ita conſuetudo eſt, qui uitæ præſentis ſtudio martyrum pergunt uituperare conſtantiam. Neq; enim uel gladium obtuſum, uel confidentiam eſſe inefficacem dicet. Quemadmodum uero ab unigenito flagrãtia, ita & à cõfidentia beniuolus non ſecernit animus.

Petrus & Paulus etiam poſt mortem, uolentibus atque pulſantibus aperiunt & claudunt pœnitentiæ tempora.

At ſiquidem in famulis priuatim, aut amicis, aut neceſſarijs, reprehenſio fieret, in quibus erubeſcere moleſtum eſt, fortaſsis huiuſce confidens crimini eſſe obnoxius, quod tempus, aut locum ignoraret. Quod ſi in eccleſia & proborum laudes, et negligentium uituperationes fiunt, quid exaſperamur, cauſasq; diſquirimus? dum ſuppreſſo nomine, utiliter arguimur, nec paulo obtemperamus dicenti: Quæ in macello ueneunt, edite, nihil diſceptantes. Quod niſi fiat, dicemus iterum arguẽdo ſcandalizaſſe ciuitates quaſdam. atq; prouincias, & alias item laudibus eneruaſſe. Primus nanq; ſanctus Iob. Phęniciam quandam regionem in ſimulat, quaſi ea ſatan immiſerit aduerſarium ſuum dicens: Parturiunt autem illum phęnicũ.

gentes. Deinde Moyſes, & prophetæ Ægiptum culpant, fornacem ferream appellantes, ac tenebras. Palęſtinam e contra laudibus extollunt, repromiſsioniſq; terram eam uocant, cum conſtet, uirtutũ ſtudioſis Ægiptum eſſe repromiſsionis terram. Palęſtinam uero negligentibus non modo fornacem ferream, ſed & tenebras exteriores eſſe perfidiæ gratia. Neque enim loca probro aut laudẽ ſunt digna, ſed ſtudia. Quid autem pluribus immorari opus eſt? Nunquid paulus Cretenſes mendaces appellans, & inſenſatos Galatas, & Corinthios inflatos, & alios aliter, his ſolis hæc applicuit uitia, hoſce reprehendit ſolos, ante etiam omnes? Siue rurſus cum Romanos fideles uocat, & Epheſios intelligentiæ laudat, quibus & ſublimius ſcribit, Theſſalonicenſes amatores fratrum dicit, num his ſolis has laudes adſcribit? Minime id quidem, ſed ſpiritu ſancto plenus, & probra, & laudes appoſuit, ut qui dignus eſſet laudibus, ea in ſeipſo recognoſcẽs, promptior fieret, qui uero uituperari mereretur, admonitus doleret, et probri deponeret cauſam. Necq; ergo ſoli Galatæ inſenſati, necq; ſoli mendaces Cretenſes, necq; Corinthij ſuperbi ſoli. Vbicq; enim omnia ſunt, eo quod una quocq; natura ſit, quæ uel peccet, uel uirtutibus ſtudeat, & propriæ uoluntatis arbitrio, aut hoc, aut illud eligat. Hoc igitur modo in eccleſia confidenter agebat Ioannes, immo eſurientibus uirtutis partiebatur edulium, peccatum reprehenſionibus manifeſtis eliminans, & paulo obtemperans dicenti: peccantem coram omnibus argue, ut & cæteri metum habeant. Porro ſi qui in id ſtultitiæ, ac ſuperbiæ deuenerunt, ut ſuas quocq; uoluptates laudari uelint, huiuſmodi cõſuetudinem Dei ſerui non habent. Nã qui cupiditatem, & fornicationem, & aliam quamlibet obſcęnam uoluptatem uituperari indigne ferunt, nihil aliud dicunt, quam oportere huiuſce pernitioſum uirus admittere.

THEO. Ingentes habeo gratias huic ad nos profectioni tuæ, pater optime, atq; ſanctiſsime. Fuit enim illa nobis utilis profecto, & ſalutaris, uitæq; monumentum. Cumq; poſt prolixam laudationem, ac digna ſenis præconia Theodorus tacuiſſet, unus ex adſiſtentibus rupit in uocẽ, Quonam, inquiens, modo, cum tot inſignibus ſanctitatis Ioannes excelleret, ſuperbus tamen erat? PALL. Ipſe illum præſens ſuperbũ didiciſti, an ab alio audiſti? Reſpondit ille. Non noui ego uirũ, ſed coriarium quendam, dum diceret: Raro illi, præter eccleſiam collectam, poſſe quempiã congredi, quod moleſte ferret uolentibus diutius colloqui. Hoc autẽ ſuperbię, ac faſtus apertum documentũ eſt, conſortia ſe quærentium, & alloqui uolẽtium fugere. PALL. Et cuius alterius erat, Ioannis uituperare philoſophiam, quam coriarij, q etiam ſętorem ſui miniſterij contubernalẽ perlibẽter hauriret? Si enim ſuperbiæ indiciũ eſt uitare turbas, erit & Ioannes Baptiſta ſuperbus, ſecundum rationẽ tuam, qui ad deſerta receſsit. Saluator itẽ non effugiet crimen, q uidens turbas, ut ſcriptum eſt, aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius, & non turbæ. Et rurſus cũ uidiſſet turbas, receſsit ſeorſum; cuius exemplum Ioannes quocq; noſter pro uiribus imitatus, fugiebat turbas, eiſq; maxime delectabatur, qui ueraciter diſcere aliquid uellent.

DIACONVS. Præclare tu qdem ſcripturæ exemplis perſuades. Quid uero ad id dicere potes, quod non modo turbas, ſed unumquoque uel duos declinabat? PALL. Et unuſquocq;, ſi nugator, & inutilis ſue-

cutione uirtutis corporalis inſoleſcere, ac ſuperbire, contraria eos per iurgium appellatione cōpeſcebat: ut puta, qui aquam biberet, ebrioſum, nudum rebus omnibus, cupidū, eleemoſynas facientem, furē uocans. Eſt enim & hæc grata doctrinæ ſpecies ad chariores quoſque diſcipulos, per id quod non adſit, roborare quod adſit. Re autem uera honorabat pudicum adoleſcentē, pluſquam intemperantem ſenem, & ſenem ſtudioſum diſcendi, pluſquam imperitū iuniorem, & pauperem imperitum, pluſquam auarum eruditū, ſecularem probum, pluſquam ocioſum monachū. Hæc fortaſsis illi iniurias appellant, q honores quærunt. Et quidem cum ſcriptura contumelias quoque contineat, Ioanne quidem ad illos, q ad ſe docendi ueniebant, dicente: Genimina uiperarū quis oſtendit uobis fugere a uentura ira? Et Paulo in actis Apoſtolorum dicente pontifici: percutiet te Deus, paries dealbate. Saluatore item ad Iudæos, nunc quidem: Generatio mala, et adultera ſignum quærit, dicente, nunc autem Apoſtolis duobus, o ſtulti, et tardi corde; Alias uerò Petrum Satanam appellante, cum dicit, Vade poſt me Satanas, ſcandalum enim mihi es, cū grauis certe nulla ſubeſſet cauſa; per quam hiſce contumelijs agerentur. Silentio itaque amplectamur diſciplinam, cum ſpirituales dijudicare nequeamus. Neque enim hodio habentes iniurias irrogant, neque inflati ſolicitudini ſtudent, ſed charitate omnia faciunt. Huius rei gratias & omnes, quorum nobis uirtus in ſacris literis traditur, declinaſſe imperitorum gregem, atque aduerſatos eſſe comperies, ne lapſu temporis facta conſuetudine, aut aliquid uirtutis amitterent, aut quippiam illorum malignitatis haurirent. Sara prima monuit uirum Abraham ancillæ ut filium, puerum licet, communibus arceret laribus, ludere illum cum filio ſuo Iſaac indigne ferens, ne forte huiuſce familiari cōſuetudine, in illius mores, ac ſtudia traheretur. Iacob ipſe fuga ſalutem adipiſcitur, in Meſopotamiam peregrinando profectus. Loth, adhortantibus angelis, a Sodomitis impijs ſeparatur. Moyſes ille magnus effectus, ut dixi, & filius filiæ pharaonis dici non ſubſtinens, a tyranno eiuſque ſatellitibus, Deo prouidente diſiungitur, ſibique conſentientes ad fugam, exitumque ſollicitat. Prophetæ nequiſsimorum hominum uulgus, linquentes, in ſolitudinibus ferme uixere. De quibus & Apoſtolus ait: In ſolitudinibus, & montibus, & ſpeluncis oberrantes; ne ſcilicet iniquorum permixtione aliquid ſordis attraherent, non ignorantes, quantum conſuetudo ualeat ad fallendum, utque familiari conuictu ſoleat ad eadem prærupta & præcipitia trahere. Neque id modo, uerum quia quoque ipſa per ſe malorum familiaritas, probrum ſimul, & perniciem infert, præterea & fœda, & inhoneſta eſt. Non enim per naturam habet aliquid, quod nō oblectet, ſubſtinere, uel ad modicū illi immorari. Semper enim ſimile ſimili carum eſt: cuius etiam rei gratia dicitur, Omne animal diligit ſimile ſibi. Quod uero diſsimile eſt, inimicum, alienumque cenſetur. Quis enim unquam inducet columbā, aut turturem legentē ſemina, miluis, coruiſque inuerſari, carne ueſcentibus? Quis anſerem, aut gruem herbas edentem, uulturibus congredi? Quæ enim communio luci ad tenebras? Aut quæ ſocietas uirtuti cum iniquitate? Quod cōſortium bonis, ac malis?

DIAC. Quomodo igitur dicit Apoſtolus; omnia omnibus factus ſum, Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer, his, qui ſine lege ſunt, tāquam ſine lege eſſem, ut eos, qui erant ſine lege, lucrifacerem. PALL.

Teſtimonium iſtud,uirorum optime,nihil ad ea, quæ dicta ſunt,confert. Non enim ait Paulus,factus ſum negligentibus negligens, aut nugantibus nugax, aut cupidis cupidus, aut huiuſmodi aliquid, ſed factus ſum quaſi hoc,aut hoc,non definite hoc, & hoc: non enim idem eſt alterum, quod alterum.Eius profecto generis eſt,quod ab Apoſtolo,aut dicitur, aut geritur,cuius condeſcenſio & ſi magna emolumenta non affert, nulla tamen inuehit detrimenta. Factus ſum enim, inquit, Iudæis tanquam Iudeus,ut Iudæos lucrifacerem,cum certe ex Iudæis eſſet, circuncisionemq́; ſuſcepiſſet.Cur ergo dicit,tanquam Iudæus & non abſolute Iudæus? Sabbata nẽpe celebraſſe una, unaq́; ieiunaſſe ſæpe deprehenditur, non ut Saluatoris decreta uiolaret, ſed ut huiuſce conſuetudine illos ad perfectiorem ſcientiam traheret, dum ſe ad illorum declinabat infirma, medicorum iſtar, qui infirmorum uoluntatibus interdum condeſcendunt, cum neq; ſemper eis aſsideant,neq; eiuſdem morbi participes ſint,neq; eiſdẽ deſiderijs macerentur. Congruit enim hoc profecto doctori inſtitutum, non inuerſari diutius turbis, ſed ſibi quieſcere, ac ſollicita indagatione ſcrutari morborum,ingeniorumq; uarietates,ut faciunt peritiſsimi medici. Illi nanq; multum temporis in libris conterunt,ut & infirmitatum cauſas prædicere,& remedia præſtare poſsint tantum infirmis propinquantes, quantum ſatis ſit ad cognoſcendum morbum,adhibendumq́; remediũ. Non una ludunt, aut prandent ſimul,neq; enim profitetur medicinæ uirtus infirmis concęnare atq; colludere,ſed eos ad ſanitatem reuocare. Define igitur obſecro, neque eadem ultra diſquirere. Virtus enim nunquam probris garrulorũ, & illoto ore loquentium uincitur. Magisq; ſuſcipe ſententiam meã, tuisq; auribus oſtiarium admoue, ne omne ſuſcipiant uerbum, atque intus admittant,quod poſtea perturbet animum tuum. Mihi uero permitte,ut ea, quæ reſtãt narranda abſoluere poſsim. Feſtino enim cęptum exequi iter.

Ad hæc Theodorus ait. Quid quæſo de epiſcopis illis actum eſt, qui cum noſtris miſsi ſunt,Eulyſio ſcilicet,Palladio,Cyriaco,atq; Demetrio? Id enim ſolum de illis audiuimus,quod exilio relegati ſunt. PALLADIVS. Si priora illa, quæ de beato Ioanne memorauimus, abſq; ulla ſunt ſuſpitione mendacij,eaq́; memoria retines,hæc etiam, quæ percontaris exponã. THEO. Adeo hæc pro certis habeo ac ſi ea ipſe corã geri uidiſſem.Volo autem id ſit tibi meæ credulitatis argumentum, quod ea intentiſsime audiui,quæ dicta ſunt,memoriæq́; altius infixa teneo,ſcripturæ forte tradenda per me, ſi Deus iuuerit, in memoriam generationis noſtræ,& eorum utilitatem,qui epiſcopatum deſiderant, ut Ioannis imitatores,aut noſtri ſint,qui amore ueritatis uiam ſanctorum martyrum æmulati eſtis,aut id certe onus ferre uelle deſiſtant, quod uirium ſuarum excedit modum,humiliorem quidem, ſed tutiorem laicorum amplectentes uitã. Pręſtat enim apud peritos gubernatores,dato naulo, uectores fieri, atque ſeruari, quam aſſumpto gubernatoris loco nauem una cũ mercibus perdere atque ſubmergere.His igitur de beato Ioanne decurſis, quæ ad eius initia, atq; incrementa pertinere uidebantur, quemadmodum ſcilicet in eccleſiis Antiochena,Conſtantinopolitanaq; floruerit,utq́; promotus ſit, atq; inſidias paſſus,emenſis item,quæ in medio contigere, cladibus, quas perditi homines ſtudioſe concitarunt,& de Porphyrio itidẽ, ac de Epheſinę eccleſiæ Eunucho,annuntia nobis,precor,& reliqua,qui nam ſcilicet

in carcere mortui ſunt, quiue de Ioannis communione in exilium acti. Eſt enim plane iuſtiſsimũ talium uirorũ memoriam exequi pro alacritate, & conſolatione uiuentium. Nam ſi in ſeculi rebus ſerui, qui pro Dominis cõcluduntur, aut cæduntur, aut ex carnificantur, beneuolentiã ab illis, libertatemq́ conſequuntur quanto magis qui Chriſti amore cruciantur, honores ab eccleſia, beneuolentiamq́ promerentur? De quibus & Apoſtolus ait: Vinctis quaſi ſimul uincti, his, qui affliguntur, quaſi afflictionis ſocij ſimus, ut pote & ipſi in corpore conſtituti, & caſibus mortalis conditionis obnoxij. Precioſa enim in conſpectũ Domini mors ſanctorum eius.

PALL. Pręclare tu quidem, Theodore. Igitur audi, quæ cupis noſſe. Epiſcopi, ut initio quidem ſama uulgauit: in mare præcipitati, ut autem ueritas continet, in exilium ad remotiora, & barbara loca ducti ſunt, ibi qui à ſatellitibus nũc uſq; ſeruantur. Reuerſus enim diaconus quidam, itineris ipſorum comes, retulit Cyriacum quidem Emiſenũ octoginta milibus paſſuũ Palmyram Perſarum oppidum adductum eſſe, Eulyſium uero Boſtre Arabũ in caſtellũ, quod Nuſphas appellatur, Saracenis adiacens, relegatum, Palladiũ Blemmiorũ, ſiue Æthiopum epiſcopum, ſeruari prope locũ, qui Syene uocatur. Demetriũ intus in Oaſum Mazicis proximã; ſunt enim et aliæ Oaſes. Seraphionem aũt poſt innumeras, abſq; ulla probatione, calũnias, cũ atrocitate iudicium uiolaſſent, in patriam, ut fama eſt, propriam relegarunt. Hilarius uir ſanctus, & ſenex, poſt plagas non à iudicibus ſibi, ſed acro impoſitas, in interiorem Pontũ miſſus eſt, qui decem & octo annis panẽ non guſtauit, ſolaq; olera, uel legumina in cibum habuit. Antonius intra Paleſtinæ ſpeluncas ſe incluſit. Timotheus Maroniæ, & Ioannes Lydiæ epiſcopi, in Macedonia eſſe memorantur. Rhodõ Aſiaticus, Mitylenem profectus eſt Gregorius. Lydius eſſe in Phrygia dicitur. Briſſo Palladij frater, eccleſia ſua ſponte derelicta, in agello ſuo degit, terram proprijs manibus fodiẽs. Lamperius uero, ut aiunt in agro Lydiæ à quodam fouetur Eleutherio, lectionibus uacans. Eugenius in patria eſt. Elpidius magnus ille Laodiceæ Siriæ epiſcopus, una cũ Pappo tres anni ſunt, ex quo gradus domus nunquã deſcenderunt, orationibus inſiſtentes. Heraclidas Epheſius quadrienniũ iam Nicomediæ carceri incluſus eſt. Reliqui de communione Ioannis, partim quidẽ Attico cõmunicarunt neceſsitate compulſi & ad alias eccleſiæ Thraciæ tranſlati partim neſcimus ubi ſint. Aiunt Anatolium in Gallias conceſsiſſe. Presbyteri uero in Arabiam, & Palæſtinam exularunt. Tigrius in Meſopotamiam relegatus eſt. Philippus fugiens in ponto diem obijt. Theophilus in Paphlagonia uerſatur. Ioannes Æthrius Cæſariæ conſtruxit monaſteriũ. Stephanũ in Arabiam relegatũ, a carnificibus Iſauri abſtractum, in Taurũ dimiſere. Saluſtiũ Cretæ immorari fama eſt. Philippũ monachum atq; presbyterũ ſcholarum, audiui infirmari in Cãpania. Sophronius diaconus Thebaidę ſeruatur in cuſtodia, Paulus diaconus diſpẽſatoris adiutor, in Aphricam profectus memoratur. Alius Paulus Hieroſolymis eſt. Elladius Palatij presbyter, Bithyniæ in agello proprio degit. Plurimi Conſtantinopoli deliteſcunt, alij uero in ſua quiſque diſceſſere. Siluanus autẽ ſanctus epiſcopus Troade piſcatu ſibi uictũ quærit. Stephanus monachus, q Romanorũ epiſtolas detulit, huiuſce rei gratia Conſtantinopoli cæſus, atq; in carcerem coniectus eſt, cumq; oblatam ſibi communionẽ, ut admitte-

ret,induci non poſſet,latera & pectus nimia immanitate diſſectus, ut ego
hiſce,oculis auſi, & Chriſti gratia fortaſsis ad ſecunda certamina reſerua
tus,poſt decimū curę ſuæ menſem peluſiū extorris agitur. Prouincialis qui
dam inter Schalares alas militans,quod Ioanni ſtuderet,accuſatus, poſt
uarias plagas, & atrociſsima tormenta in Petram exul agitur. Elpidij
presbyteri famulus,quinquaginta,ut aiunt, Numiſmatibus,ut Ioannē do
lo interficeret,mercede conductus,deprehenſusq́; quod tres haberet gla
dios,eos,qui ſe deprehenderant,ſeptem ſingulatim percuſsit. Ex his qua-
tuor continuo ſepulti ſunt,tres diutiſsime curati,ſanati ſunt,homicida illo
46 abſoluto. Eutropius beatiſsimus,uirgo, 46 purus,cantor cæſus,& late
Ecce & homines uirgines. Non ergo ſeruare uirginitatē impoſsibile.
ra,ac frontem uſq; adeo ſectus, ut ſupercilia quoq; uellerentur, lampadi-
bus poſtremo ad latera,oſsibus iam nudatis,utrinq; admotis,in ligno mo
ritur, mediaq́; nocte ab his, qui hoc egerant ſacerdotalis ordinis uiris ſe-
pellitur, Deo illius morti dignū teſtimonium perhibente, quod paſsionē
Redemptoris eſſet imitatus. Audita enim pſallentium cœlitum uox, an-
gelicas patefecit excubias. Retulit aūt is, qui ab epiſcopis redierat dia-
conus,eos à ductoribus ſuis immiſsione quorundam in tantū uexatos, ut
tæderet etiā uiuere,mortemq́; ſibi imprecarentur omnes. Nam pecunias
in ſumptus neceſſarias eis auferentes,inter ſe partiti ſunt,nudiſq́; imponē-
tes iumentis,bidui iter una conficiebant die, profunda iam nocte diuertē-
tes, & nocturnis item tenebris ad iter exurgentes,ut neq; infelices eſcas
continere ſtomachus poſſet. Turpibus præterea obſcæniſq́; ſermonibus
impetere illos non deſiſtebant. Palladio aūt etiam ſeruū tulerunt, cogen
tes ipſum literas quoq; exponere,quas habebat, Demetriū unus ex mili-
tibus adeo afflixit, ut profunda iam ueſpera illū etiam percutteret uo-
mere. Qui continuo corruens expirauit, multis doloribus maceratus:
Prædixerat enim Palladius, ut ex commilitone ueniente didicimus, aliud
iter non cōficies, ſed miſerabiliter morieris. Eccleſiæ nanq; omnino pro-
pinquare non ſinebant,hoſpitantes aut in ſtabulis, ubi ſcortorū erat mul
titudo,aut in Samaritanorū, uel Iudæorum Synagogis: quibus anguſtijs
preſsi,noua ſemper animo uerſare cogebantur. Dixit autē unus ex epi-
ſcopis: Quid de diuerſorijs quærimur? Num enim in nobis eſt morari
uſpiam,ut uoluntate propria, & electione laſciuiētes pœnas expendam?,
An ignorantis hæc omnia,& contigiſſe prius,& futura etiam poſtmodū,
per quæ omnia glorificatur Deus? Quam multæ iſtiuſmodi meretrices q̄
uel obliuionem Dei cœperant, uel illum ſemper ignorauerāt, conſpectis
nobis,in timorē Dei,cogitationemq́; uenerunt, fortaſsis in melius conuer
tendæ, ſiue certe ad deteriora non prolapſuræ. Non parū autem eſt ra-
tionali animæ,quæ à perturbatione uexatur,reſpirare uel modicum quod
eſt pudoris fomentum,adeo ut dixerit,qui hæc ſuſtinuit, magiſter gentiū
Paulus,Chriſti bonus odor ſumus in his, qui ſeruantur, & in his qui pe-
reunt,eo quod ſpectaculū facti ſumus angelis, & hominibus. In tantam
uero acerbitatis inſaniam Epiſcopi omnes de communione Theophili,
per totū orientem ſicuti monachus rediens retulit, deuenerunt, ut ex his,
pleriq; non modo debitam humanitatem non exhiberent,uerum milites
datis muneribus inducerent,ut eos occius ciuitatibus pellerent. Sunt aūt
qui iſta geſſere, Tarſenſis, & Antiochenus, & Cæſarienſis, atq; ante om
nes Ancyranus, & Peluſienſis epiſcopi,partim donis,partim etiam minis

militum

militum animos contra eos ita efferantes ut ne laicos quidem eos excipere hoſpitio cupientes permitterent, ſicut in epiſtolis canonicis Caio contra epiſcopum quendam ſcribit 47 beatus Ioannes. Hoſpitalitatẽ Caij maxime ſuſcipiens, eumq́ admonens, ne malos imitetur epiſcopos. Eſt autem hic fermè textus epiſtolæ. Caio dilectiſsimo, quem ego diligo in ueritate. Dilectiſsime, in omnibus te recte incedere cupio, & bene ualere, ſicut recte incedit anima tua. Gauiſus ſum enim uehementer uenientibus quibuſdam, & nuntiantibus mihi, quoniam in ueritate ambulas, et in quibus requieſcere ſanctos feciſti. Maius hoc gaudium non habeo. Et addit: Scripſi eccleſiæ, ſed ambitioſus horum primarius Diotrephes nõ ſuſcipit nos, uerbis malis nugax, & non contentus his, neq; ipſe ſuſcipit fratres, & uolentes prohibet, atq; eccleſia eijcit. Deinde rurſus admonet, dicens Dilectiſsime, noli imitari malum. Qui enim bene facit ex Deo eſt, qui autem male, non uidet Deum. Antiquæ nequitiæ totum appoſuimus teſtimonium, ut eorum, qui nunc ſunt huiuſmodi, ſentẽtiam agnoſcamus. Laudabant autem, atque admirabatur Secundæ Capadociæ epiſcopos, ut qui, actis in exilium epiſcopis, magnũ oſtendiſſet miſerationis affectũ, & in primis Theodorũ Tyraneum mitiſsimũ uirum, Boſporiumq́ Coloniæ, qui quadrageſimũ in epiſcopatu agebat annũ, & ſeraphionẽ oſtracinę quadrageſimum & quintum annũ in epiſtolari officio ſupergreſſum.

47 Vide quomodo tertiã Ioannis epiſtolam hic autor cũ eccleſia uniuerſali aſſerat illius eſſe.

Ad hæc ſtupefactus Theodorus, cũ diutius in eorum admiratione tacuiſſet, ait. THEO. Quid igitur ad hæc dicemus, pater? Num hora iam nouiſsima eſt, & diſceſsio iuxta Pauli uocẽ, per iſta ſuſcepit initium? ut iam reueletur filius perditionis, qui aduerſatur? Nam q̃a mali proſperẽtur, & in huiuſmodi operibus perſiſtendo præualeant, boni uero è contra præmantur atq; uaſtentur, illum prope eſſe cum horrore me admonet.

PALL. Eſt quidẽ proximus finis, ſapientiſsime Theodore, ſecundum illum, qui ait, pueri nouiſsima hora eſt, illudq́ de euangelio: Exijt autẽ paterfamilias circa horã undecimam operarios conducere in uineam. Nouiſsima uero duodecima horarũ extrema eſt. Si autẽ ante quadringentos 48 annos dictũ eſt ab apoſtolo, nouiſsimam horã imminere, multo magis nunc. Sed enim ab initio iſta contigere, Deo ad exercendos iuſtos permittente, quando illos diabolus examinat, ut ſaluator ait: Simon Simon, expetiuit uos ſathanas, ut cribraret, uelut triticũ, ego autem oraui pro te ut non deficiat fides tua. Neq; uero pro ſolo Petro orauit Ieſus, uerum & pro omnibus Petri habentibus fidẽ, nihil aliud ſignificante cribro, quàm mortalẽ uoluptatum ac dolorum circulũ plenum foraminibus, per quæ terreni quilibet à uero tritico in infernũ cadunt, dum alij quidem per gulę foramen decidunt, quorũ Deus uenter eſt, alij per uoluptatis, de quibus ait propheta: Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. Neq; enim fornicantes, neque adulteri, neq; molles regnum Dei poſsidebunt. Alij item per auaritiæ foramẽ dilabuntur, hi ſcilicet, qui Idolatriæ ſibi coniugem deſponſauere. Alij uero per iræ, ac furoris, quiq; ferales tenebras amauerunt. De quibus Ioannes ait: Qui odit fratrẽ ſuum, in tenebris eſt uſq; adhuc. Ira enim ut in prouerbijs legitur, perdit etiã ſapientes. Alij per accidię, atq; obliuionis cauernam ruunt, qui in animi uigilantia non perdurant, illudq; pſalmiſtæ dicunt: Dormitauit anima mea præ tędio, q̃bus exprobrans ſermo diuinus: Væ, inquit, uobis, qui perdidiſtis patientiam. Et quid facietis, cũ uiſitaue-

48 Ex hoc loco ſuppũtare potes dialogũ hunc iam millecentũ quinquaginta annis fuiſſe compoſitum.

rit Dominus? Alij per irrationabilem gloriam, de quibus pſalmiſta prędixit: Quoniã diſsipauit Deus oſſa hominibus placentiũ. Alij per iactantiã, & faſtum, id eſt arrogantiã, quos ueluti deſertores propheta inſimulat, dicens: ſuperbi inique agebant uſquequaque, à lege autẽ tua non declinaui. Vnumquodq; autẽ horum uitiorum complura comitantur. Faſtum inuidia ſequitur, auaritiã odium, illiberalitas, atq; mendaciũ, furorem ira, ſiue iracundia, contumeliæ, impudentiæ, fornicationem obliuio, priuatio timoris, pigritia, zeli boni defectus, inutileſq; uigiliæ, inanem gloriam curioſitas, perceptio munerũ, apparatuſq; magnifici, ſimulationes, acceptiones perſonarũ, atq; fallaciæ. Superbiam arrogantia, crudelitas, dementia, & alia, ne plura enumerans prolixior ſim, cum ea, quæ dixi ſufficiant ad probationem. Singulis autẽ eiuſmodi uitijs contrariam uirtutẽ obiecit Deus: Puta luxuriæ, caſtitatem, gulæ continentiam, cupiditati iuſtitiam, iracundiæ manſuetudinem, triſtitiæ gaudium, obliuioni memoriã, accidiæ tollerantiam, ſtultitię ſapientiam, formidini fortitudinẽ, uanitati humilitatem, & alijs alias; omnibus uero ſcripturam ſanctam ſoli faſtui uirtutẽ contrariam non dedit, ſeipſum illi ob nimiam malitiam ſeruans, ſicut ſcriptũ eſt: Deus ſuperbis reſiſtit: Sicut item propheta ait: Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem; & rurſus: Redde retributionem ſuperbis. Et quemadmodum ex fructu arbor agnoſcitur, dicente Domino: Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos, ita unuſquiſq; hominum, ſiue ſint ſancti, ſiue dicantur. Sic autem ſunt ſemper malorũ felicitates diuturnæ, Deo illos ęquanimiter tolerante. Ita enim illi cõuenit, ut ſancti hoc ipſum ex perſona eorũ, qui premuntur, prænuntiauerint ad conſolationem noſtram, qui modo patimur.

Primus tolerantiæ filius Iob, quid ait poſt multa? Quid enim? Nũquid ex homine reprehenſio mea? ſine querela ſe eſſe ſignificans: Aut quare non iraſcar, ſi aſpicientes in me admiramini, manumq; ſuper maxillam ponitis, ſiue enim memor fuero feſtinaui, habent enim carnes meas dolores. Quare impij uiuunt, atq; inter diuitias conſeneſcunt? Semen eorũ iuxta animũ filij autẽ eorum in oculis ſunt. Domus eorũ abundant, metus autem nuſquam eſt. Flagellum Domini ſuper eos non eſt. Bos eorũ non abortiuit; ſeruatus eſt autẽ ab æſtu. In uentre habens non eſt fruſtrata, manent autem ueluti aues perpetuæ. Filij eorum alludunt, ſumentes pſalteriũ & citharam, & lætantur ad uocem pſalmi, conſumauerunt in bonis uitam ſuã, & in requiem inferni dormierũt. Dicit autem Domino, diſcede à me, uias tuas ſcire nolo. Conſona huic & diuinorũ iudiciorum præco, iuxta illud: Miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi Domine, Dauid ait; Quam bonus Deus Iſrael rectis corde. Mei autẽ penne moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei. Vt quid? Quia zelaui ſuper iniquos inquit, pacem peccatorũ uidens. Et alibi rurſus, opibus illorũ detrahens, boues inquit, illorum craſſæ. Oues eorũ fœtoſę, abundantes in egreſsibus ſuis. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, filiæ eorũ compoſitæ, circumornatæ, ut ſimilitudo templi. Peſsimam quoq; concordiam, & pacẽ admirans addit: Non eſt clamor in plateis eorũ, nec ruina macerię in domibus eorum. Deinde uituperans uulgi opinionẽ corruptam, ait. Beatum dixerunt populũ, cui hæc ſunt: & addit. Beatus populus cuius eſt Domin⁹ Deus Iacob adiutor eius. Et ne omiſsis teſtimonijs alijs pater de rationis noſtrę perfectione diffidere. Audi rurſus prophetam Habacuc ſub quadam tunſione pe-

ctoris in huiuſmodi indignantẽ, ac dicentem. Vſquequo Domine clamabo, uim patiens, & non exaudies? Suas enim proximi iniurias appellauit, et ſtudio fraternitatis adiecit: Vociferabor ad te, & nõ ſaluabis? Quare oſtẽdiſti mihi labores, & dolores, aſpicere in erumnam, & impietatẽ? Ex aduerſo mei factũ eſt iudicium, & iudex accipit. Idcirco diſsipata eſt lex, & non adducetur in finem iudicium, quia impius præualet contra iuſtũ. Eodem ſpiritu & miſericordiſsimus Ieremias ſanctus hæſitãs clamat; Iuſtus es Domine. Veruntamen iudicia loquar ad te. Quare uia impiorũ proſperatur, abundant omnes irritantes irritationes. Plantaſti eos, & radicati ſunt, pro eo, quod eſt licenter uiuunt. Et fecerunt fructũ, non ſpiritus plane, propinquus es ori eorũ, & longe à renibus eorũ. Eadem fermè ſapiens propheta Sophonias, maledicos homines culpans Dei prouidentiã accuſantes, ſanctosq; miſeros dicentes, ex perſona Dei ait. Ingrauaſtis ſuper me ſermones ueſtros, dicit Dominus, & dixiſtis in quo oblocuti ſumus contra te? Dixiſtis, uanus eſt qui ſeruit Deo. Et quid amplius? quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quoniã ambulauimus ſupplices ante faciem Domini omnipotentis. Et modo nos beatificamus alienos, & ædificantur omnes, qui faciunt iniuſtitias, & reſtiterunt Deo, & ſaluati ſunt. Hæc oblocuti ſunt, qui timent Dominũ, unuſquiſq; ad proximũ ſuum. Conſententia his, & pietatis præco Paulus loquitur dicens: Nequam autem homines & magis in deteriora proficient, falſi, ac fallentes. Deinde ſanctorũ uilitatem deſignans ait. Exiſtimo enim, quod Deus nos Apoſtolos nouiſsimos demonſtrauit, quaſi morti deſtinatos. Quoniam ſpectaculũ facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus, uſq; in hanc enim horã, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris, corporales erũnas, enumerans. Maledicimur inquit, & benedicimus, perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omniũ peripſema uſq; adhuc. Deus quippe bonus, & iuſtus, ſecretiſsima ratione ſua, ſtadiũ in morẽ porrigit mundũ, noſq; liberos fecit, ut propriæ uolũtatis arbitrio in omnibus utentes, iuſtas perſoluamus, ſi male geſſerimus pœnas, ſicut lex ait. Poſui ante faciem tuam uitam, & mortem. Elige, quod uis. Cur aũt ita poſuerit, non eſt neq; modi noſtri, neq; tẽporis dicere, niſi quod poſuit ſolũ. Neq; enim ſapientiæ fuit, nos inconuertibiles facere, nullis propoſitis præmijs, nullaq; ſententia uoluntatis recte operante. Quippe ſoli diuinitati, & æternitati inconuertibile congruit.

THEO. Præclare tu quidẽ, atq; ſapientiſsime occuriſti, pater, præſentiũ illuminas animos, q per ſcripturarũ imperitiam, in his ſemper offendunt. Profecto enim gymnaſiũ per longa tempora eccleſia fuit, uictores ſuos uiros, ac mulieres oſtendens non fruſtra Chriſti carnes eatenus comediſſe. Contriſtat aũt nos ueſtra inconſtantia, Eccleſiarumq; deſolatio.

PALL. Admiror equidẽ te, uirorũ præſtantiſsime Theodore, quod, cũ utilitatẽ rei confeſſus ſis, contraria è ueſtigio loqueris. Nã qui nuperrime, ut uictores. Beatos prædicabas, modo, ut lapſos miſerabiles putas, quoniam Eccleſiaſticis locis excidimus. Idem aũt mihi pati uideris, quod ruſtici, qui Olympia ſpectant, Illi cũ perlibenter ad brauiũ inhiantes aſpiciant, lachrymantur miſerabiliter ad certantiũ uulnera. At mihi præſtat

ualles & deſerta, & maria perſequi, ueritatẽ teneri, quàm inſigni gloriā præſentis felicitatis amictũ inhærere mendacio. Veritatis enim compos habebo omnia, quippe cũ ueritati omnia ſeruiant, mendaciũ poſsidens, neq; me ipſum habiturus ſum. Porro ueritatẽ habens, non utrunq; habere illã uolo, quaſi dominã aut ancillam, aut propinquam, ſed ut ſororem. Si aũt poſsibile fuerit, ut coniugẽ etiam, ipſius uoluptate fruens, & poſtmodũ, ut uxorem propriã poſsidens. Eſt enim filia ueræ profecto ueritatis, cuius uir probus, uirtutiſq; ſtudioſus eſt gener. Nã qui iſtud ſigillũ habet, reuireſcit, inſeneſcibilis, atq; immarceſsibilis fit, zelũ habens igne feruentiorem, ſermonẽ gladio accutiorẽ, leuiorem aquila uitã. Impigre currit ad ſcripturarũ meditationem, ueluti ad indulgentiſsimam matrẽ tranquillitate animi perpetuo floret, non capitur metu, exultat certo robore, & afflatu diuinæ gratiæ ſuauiter agitatur. Odit neminẽ, miſeretur eos, q̃ male utuntur ſeculo, beatos ducit eos, qui remoti à turbis, quietem inſectantur, & ociũ, ſpirituali triſtitia mæret in negligentia ſacerdotũ, de quibus ait Apoſtolus: Et ſpiritũ ſanctũ nolite contriſtare, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Contriſtat aũt ſpiritũ, qui terga ei per negligentiã dat. Et quid reliqua memorẽ? Cũ fiducia moritur, nemine læſo, præter dæmones, & eos, qui proximi dæmonibus ſunt, abũdat illi tẽpus, neq; dies ſuos malignis uiolauit operibus. Duplicauit traditã ſibi pecuniam, bonorumq; operũ præmiſit uſuras. Tempore modico longæua impleuit debita. Teſtamentũ materiale, non ſcribit, qui terram omnẽ uiuens, ac ſentiens ab ſe excuſsit. Pulſauit mors ianuas carnis, priuſquam illã uideat, clamat, eamus hinc, illudq; prophetæ pſallit intentius, heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Ac niſi Domini mittentis obſtaret authoritas, ab ea, quod ſero ueniſſet, etiã pœnas exigeret. Gratulatur poſtremo carnis nexibus, & perturbationibus liber, tanquã fragilis, ruinamq; minãtis hoſpitĳ. Aurẽ erexit ad eũ, qui ait: Euge ſerue bone & fidelis, auditurus & reliqua. Sit aũt tibi eorũ, quæ dicimus certũ argumentum, uerborũ copia. Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Porro qui mendacĳ familiaris eſt, uitã habet perturbatã, aliquando immodice gaudens, ſiue de incremento pecuniæ, ſeu de propagatione gloriæ, ſiue de cõſuetudine meretricis, ſiue de aduerſitate inimici. Aliquando uero triſtatur uſq; ad mortẽ, dũ ſubitas mutationes, & incertos euentus pauidus cogitat, noctesq; inſomnes ducens, aut male dormiens, ſuſpectas habet charorũ etiam inſidias, neq; ſibi ipſi confidens, ex omnibus, tanquã mendacibus, derrogans fidẽ cũ ipſe huiuſmodi ſit. Timidus eſt, ueluti lepus, audax ut porcus, fallax, ut Chamelæo: deceptor ut Perdix, immitis ut Lupus, ſui ipſius inimicus, indeſinenter inuidus, ſemet neceſſario ſenſu perdito inclemẽter exagitans. Cũ enim malũ contra aliũ cogitat, ſeipſum prius peſsime cruciat. Pulſauit mors, omnia dabit, ut modicũ adhuc duret in uita. Indultũ ſibi uitæ ſpatiũ fruſtra conſumpſit. Pecuniã neq; duplicauit, neq; integram cuſtodiuit. Tremit ut foliũ iugiter, ſeneſcere nolens, et quæ ſenũ ſunt, delirando iã ſubſtinens. Mortẽ timet, ut Deũ. Deus illi eſt uiſibilis mundus. Et quid ultra? Palleſcit, horret, anxius eſt, diuinumq; iudiciũ præueniens, ſeipſum punit, conſcientia illũ atrociter torquente, & delictorũ ſingulorũ iugiter admonente. Acriora patitur, quã hi, qui corpora ſua uerberibus atterunt. Seruili animo temporales magiſtratus alloquitur, mundo fœda

adulatione ſubſternitur. Pro uno Domino habet innumeros, ut non ſeruiat ueritati. Vt timeatur, ſtudet, qui metuit omnes. Iſta tibi pro captu noſtro, & pro uiribus diximus. Si quis autẽ uerius ſentiens, ſaniore, & uberriore doctrina imbecillitatẽ emendauerit noſtrã, & hunc grate, ac libenter admittemus, ut correctorẽ, & fraternitatis amatorẽ ſaluatoriq́ꝫ ꝑ omnia gratias referemus. Vnũ enim tu quoq; mihi occidentalis ſynodi quæſo, ut ſententiã pandas, meaq́ꝫ conſignes uerba, ſiquidem tibi placuere, ueluti utiliter dicta.

Vt autem ceſſauit Epiſcopus loqui, Theodorus intulit dicens. Det tibi Dominus miſericordiam in die illa inuenire, tum quia ab huiuſmodi communione diſceſiſti, tum quia nobis hæc aperte, lucideq́ꝫ narraſti. Meminerit item omnis ſacrificij ſancti Ioannis, quia uſq; ad mortem confidentiã tenuit. Eſt autem hæc Romanæ eccleſiæ ſententia, non communicare in finem uſq; orientalibus epiſcopis, maximeq́ꝫ Theophilo, donec Dominus uniuerſalis ſynodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorũ, qui iſta geſſere. Et ſi enim dormit beatus Ioannes, uigilat tamen ueritas, de qua eſt facienda diſcuſsio. His autem qui huiuſmodi facinus admiſere in eccleſia, libentiſsime congreſſus eſſem, ut eis in faciem dicerem. Vbi nã oro, ſacerdotium eſt? ubi ſanctitas? ubi modeſtia? cõmunioq́ꝫ naturæ? Vbi mandatum Domini ſaluatoris. Si offerres munus tuum, & recordatus fueris, quod habet aliquid frater tuus aduerſum te, uade prius reconciliari fratri tuo, & ita offer munus tuum? Vbi illud: Si te percuſſerit in unam maxillam, uerte illi & alteram? Vbi ſcripturarum meditatio, Ecce quam bonũ, & quam iocundum habitare fratres in unum? Vbi illud: fratres in neceſsitatibus utiles ſint? Cur autẽ immutantes illud, frater qui à fratre adiuuatur, ut ciuitas munita, opere dicitis: frater qui à fratre uiolatur, ſiue expoliatur, ut ciuitas miſerabilis, & muris deſtituta. Quid igitur non modo infelices, ſed infeliciſsimi ſanctum uirum perſequi conati eſtis? Qua tandem ratione cõtra illum, ac ſi contra inimicum, armari odijs non detrectaſtis? Quomodo ut aduerſus inuicem ita efferaremini, uenire in mentem potuit? Vnde tantã mutationem oſtendiſtis, ut à blando, mitiq́ꝫ ingenio, in durum atq; immitte tranſiretis? Admiror, ac ſtupeo, fateor, eiuſce peruerſionis cauſam, omnia intuens huius rei gratia commota. Cur obſecro tantæ elationis faſtu turgidi, nutricem ueſtram eccleſiam Dei, quæ uos à pueris aluit, ueluti fœcundam uuluam conſcindentes, iniurijs uiolaſtis, ut impleretur in uobis propheticum illud: Pro eo quia perſecuti ſunt in gladio fratrem ſuum, & uuluã corruperunt in terra. Hinc profecto congreſſus uuluæ diuinus, ac Salutaris ſermo, uos & illũ ſeminauit, atq; plantauit in bonis innumeris, & utilibus rebus. Nam ut uobis mutuo opem ferretis conditi, tacere, aut quieſcere in his, quæ utilia iudicaretis, nunquam debuiſtis. Ad uſum igitur, & auxilij commodũ creati, quid eam fraudaſtis gratiam, non modo labore leuantes fratres, uerum & repellentes, atq; à propria cognatione ſcindẽtes, cum propheta clamet ad uos: Nonne pater unus omnium noſtrũ? Nonne Deus unus condidit nos? Sed dicturi eſtis, peccauit in legẽ. Quam legẽ? niſi quam ipſi calcaſtis per ſummã nequitiam diſsipantes? Vbi itaq; naturę lex eſt, benigne corrigere admonens? Quid, oro lege hoſtium abutentes, perſequimini ueſtra conſilia, & agitis, quæ contraria ſunt & inimicitijs digna? Quanto melius fuerit, ut ſimul habitantes, atq; in unum uiuentes, cõ-

munia,& bona conſilia communicaretis inuicem,in gloriam, & gratiam patris ueſtri?filiorũ enim(uirtus) gratiarumq́; concordia parentibus gratiſsima eſt,nihilq́; ferme aliud à natis requirit ſuis.Et illud profecto rite noſtis,quam ſit neceſſarium amicitiæ,ac beneuolentiæ uinculũ, ſtudioſe cuncta gerere,quæ placeant patri,& generationis,atq; educationis,& cõſeruationis authori,quem,ut delirum contemnentes,bella in eccleſia ſuſcitaſtis,ita propheticum illud:Inſaniam in domo Domini finxerunt,ac pro excitatione,& exhortatione mutua,contra uoluntatem, & ſententiam patris,bella in alterutrum crudelia geritis.Addo,quod & Deum,& omnes, qui illi uirtutis merito proximi ſunt, ipſius quidem filios, ueſtros autẽ fratres,uehementer ſtupefacit,& mouet,neq; tacere permittit ueſtra iſta ueſania. Neq; enim ille filiorum ſalutis negligens eſſe, uel non ſollicitus poteſt.Veſtram ergo dementiam grauiter ferens,& eorum iniuriam,qui opprimuntur,à uobis,impune uos tranſire iniquam putat. Neq; enim id uel ſibi decorũ eſt,uel uobis tutum.Veſtra præterea paſsio tolerabilis nõ eſt, & cura non modica indiget. Cernit nẽpe uos ꝓ uerba ipſa,& plagas innumeras deteriores euadere. Amiſiſtis enim ſenſum omnẽ,flectiq; neſciſtis.

Fratres deniq; chariſsimos,& contubernales,& confœderatos, & mẽſe eiuſdem,lectiq; participes,unius, eiuſdemq́;cognationis conſortes, à Deo in odium inimiciſsimum conuerſi execrati eſtis, ut eos à finibus ſuis, & à domo communi pelleretis,& procul ageretis extorres à ſedibus. atq; urbibus proprijs. Neq; contenti qualicunq; fuga illud ad tempus exegiſſe,pro uiribus egiſtis,ut ſine nullo id clauderetur exilium,nimia crudelitate,atq; immanitate agitati.Hoc & in beato Ioanne feciſtis, dum clauſum diutius odium in flammam repente excitantes, linguamq́; ueluti acutum gladium,aduerſus illum exerentes,iræ ſatisfacitis, maledicta uitæ doctrinæ ſalutaris,ad peruerſionem audientium in eccleſia fundentes. Et hæc illis interim ſint dicta,quibus retribuet Dominus iuxta illorum opera,miſericordia,& benignitate ſeruata.

Enimuero tibi Ioannes beatiſsime, quænam ego ſermonum,ueluti immarceſibilium florum,ſerta contexam? Nempe enim poſt exceſſum uitæ Nihil eſt,cur laudare te timeam. Superaſti nanq; procellam Moſaicarũ legum illarum,quas dedit,benedicens actiuum Ioſeph,& contemplatiuũ leui ſacerdotem, in te denique utranque uideo. In benedictione Domini terra tua,& à montibus cœli,& roris,& abyſſus fontium inferius, & iuxta tempus germinum,ſolis conuerſionum,& conuentibus menſium,à uertice montium principij,& à uertice ſempiternorum collium, erunt in uertice Ioſeph,ſi quis tamen eſt Ioſeph,& in uertice fratrũ,quibus præfuit glorificatus,inter fratres primogenitus.Tauri pulchritudo eius,et cornua unicornis cornua ipſius. In ipſis uentilabit gentes ſimul uſq; ad extremum terræ. Ad leui autem,& imitatores eius dixit: Date leui manifeſtos eius, & ueritatem eius uiro ſancto,quem tentauerunt in tentatione,male dixerunt eum ad aquam contradictionis.Qui dicit patri,& matri,non uidi te, & fratres ſuos non cognouit.Cuſtodiuit eloquia tua,& ſeruauit teſtamẽtum tuum. Manifeſtauit iuſtificationes tuas Iacob, & legem tuam Iſrael ponet ſemper incenſum in feſtiuitate tua ſuper altere tuum. Benedic Domine robur eius,& opera manuum illius ſuſcipe. Percute ſupercilium inimicorum inſurgentium illi,& qui oderunt eum,non reſurgant.Ego autem

& iſtud addiderim. Qui diligunt eum Domine Ieſu Chriſte, non confundā tur. Tuum eſt enim imperium in ſecula ſeculorum. amen.

PALL. Et hoc tuæ ſapientiæ fuerit, ſenſuum ſpiritualium ſcrutator ſolers Theodore, iuxta ſaluatoris ſententiā proferre de theſauro mentis tuæ noua, & uetera. Vetera quidem, humanæ ſapientiæ diſciplinas, noua autē, ſancti ſpiritus eloquia. Ex quibus profecto theſauris, utrique parti quod erat congruum, reddidiſti, de tua quidem prudentia criminoſis, quæ opor tuna fuerant, locutus, de benedictione uero Moſaica contextam Ioanni offerens debitam coronam. Qui ſacerdotio ſumma integritate perfunctus, re uera patrem, aut matrem ignorauit, aut mortale omnino genus feruore iuſtitiæ, ſed ſolos diuini uerbi ſtudioſos operarios nouit. Porro noſtri, qui uidentur epiſcopi, luteum quidem genus redditibus, & militijs, ac dignitatibus prouehunt, præuaricatores manifeſti legis, quæ ait: Non dabunt ſacerdotes filios ſuos in principes, & obambulantes Regi. Quæ uero ſunt ſpiritus, inſidijs, fraudibus, cuſtodijs, exilijsq́; conſumunt, meramq́; bibūt ignorātiam, dum ex his putant ſe uirtutis amicos affligere. De quibus prædixit Saluator: Venient dies, in quibus putabunt, qui occiderint uos, obſequium ſe præſtare Deo. Quod profecto nequaquam de gentilibus ait. Dixiſſet enim dijs, plures enim, quam unum, illi colunt. Ex eo autem, quod unum, & ſolum appellauit, ſignauit eos, qui modo nos eccleſiæ prætextu inſectantur. Peruerſos nanq; mores ſuos, inuidiasq́; occultantes, eccleſiam ſe tueri ſermonibus fingunt, quam demoliuntur operibus. Verum illi quātumlibet ſimul etiam, uerū illos exitus arguet, illi obſecutos eſſe, qui gloriatus eſt, dicens: Non mouebor à generatione in generationem ſine malo. Inuentor nanq; iniquitatis, & peſsimæ concupiſcentiæ agricola ſerpens, cum iam nouæ hæreſeos non inueniret ſpeciem, eccleſiæ præſules ambitionis, & primatus uitio, contra ſe inuicem, & in mutuam concitauit cædē. Cuius etiam rei gratia ſchiſma fecerunt. Nam ſi eſſet inter epiſcopos concordia ſpiritus, & Ioannes ut criminis author, aut indignus ſacerdotio, ſiue, ut Theophilus ait. Superbiæ obnoxius, abijci meruiſſet, poterat omnipotens Dei ſapientia iure illum arcere ſacerdotio, aut modum inuenire, per quem ſine turbis, ac gentibus eijceretur, ſiue illum morte, ſiue reſolutione membrorum, ſiue amiſsione uocis plectens, ut & quoſdam paſſos iā nouimus, & alios paſſuros, qui Deo aduerſantur, non ambigimus. Ex quo autem multa indigna ſaluatore facinora ſunt ſubſecuta, ipſeq́; non depoſitus, ſed in exilium actus eſt, cōſtat profecto diaboli fuiſſe opus, cuius Regnum ſancti uiri doctrina deſtruebatur.

Scio ego Ioannem, ſex merito depoſuiſſe epiſcopos, dignitatis ſacerdotalis emptores, de quibus ſuperius dixi. Quis oro lachrymatus eſt? cuius è naribus ſtillauit ſanguis? quæ uel aranearum tela conſciſſa eſt? Quis ſua pulſus eſt domo? Quis uel oboli damnū ſuſtinuit? Quis per totam Aſiam, aut opifex, aut agricola, aut plebeius, aut coriarius, aut cuiuſcunq; cōditionis homo, quod pro ulciſcendis ſacris legibus fuerat factum, non libenter amplexus eſt? illud Dauidicū concinens. Quam magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti. Vbi enim Deus operatur, omnia fiunt in ſapientia, ubi uero bonorū hoſtis diabolus, omnia itidem in inſipientia. Porro inſipientiā eueſtigio monſtruoſæ res ſubſequuntur, inuidiæ ſcilicet, homicidia, contentiones, æmulationes, furores, rixæ, diſſenſiones,

ſragores,imperitorũ turba,magiſtratuũ feruor,eculei laniatus, lamenta, lampades,ſanguinũ riui,intollerabilia detrimenta,publicationes bonorum, ſolutiones diuinarũ ſanctionum,contemptus legum,pudoris,ac frugalitatis aſpernationes, orbis ſchiſma, terræ mariſq; obſeruationes nauticæ,equeſtreſq; machinæ, & ingenia uaria ad eos impediendos,qui peregrinãtur ueritatis cauſa.

Quomodo igitur dicere præſumunt diſpenſatione Dei Ioannem eiectũ fuiſſe? Dicant quæſo,q ſunt huiuſmodi. Non poterat omnipotens Dei ſapientia,inuiſibili uirtute ut dixi,Ioannẽ,ſi erat indignus,amouere,aut perſuadere ſine graui neceſsitate principũ leniter ferre eos, qui rem indignã tulerunt? Si enim idem Deus eſt, qui Moyſi cooperatus eſt in ſalutẽ Iſraelitici populi,Pharaone palam uociferante: Deũ neſcio, & Iſrael non dimittam,quomodo hic auxilio indiguit principũ terrenorum, quaſi ſenuerit,aut debilitatus uires amiſerit? Qui item aliorũ adulteria,aliorũ ſtupra, magiſq; aliorum publicauit,is Ioannem arguere nequit? aut e contra qui huius linguam in tumorem uertit immodicũ,ut ſcriptura confeſsione uteretur,aliumq; in morbũ letalẽ permiſit incidere, aliũ ſcaturire uermibus, mutumq; iacere in lectulo annũ fermè integrum fecit,alteriq; terrores immiſit,illũ exagitantes,cum podagra uernacula: Qui item,cuius uoluit,crura acri morbo intendit,aliũ fœda morte citius rapuit,quẽ norunt omnes, hic in Ioanne,ut dicitis,ſacrilego aliqd huiuſmodi patrare nõ potuit? Sed huius,atq; illius indigebat auxilio, ut Ioannem cũ ignominia pelleret, ex quo ille plus gloriæ reportauit? Erant igitur per mandata diuina. Sacrilegus enim proprie ille eſt,non qui aurum,aut argentũ,aut ſericum,tinearũ cibum,pauperibus elargiatur,ſed q pecunia & aſſentatione,ac menſæ apparatu dogmata pietatis,& ſaluatoris uenundat leges. Ille itẽ ſacrilegus, qui ſanctũ uirum uerbo,& uita decoratũ,per quem ſaluator,ueluti per pateram,aut aureũ ſcyphum amatoribus uerbi propinat pocula æternæ ſalutis,uiolare pergit. Illi itaq; ſacrilegi dicãtur, qui apoſtolicam eccleſiam impie prædati ſunt,huiuſmodi deſtituentes magiſtris,ordinationeſq; pecunia uendentes,quos iã diuina percellet ultio, ad ipſorũ nequitiam corrigendam. Si enim hi,qui Moſaicam legem negligendo præuaricati erant, flagello ex funiculis facto ſaluatoris manu pelluntur à templo, qa columbas intus uenderent,qd illi paſſuri,qui noui teſtamenti ſacerdotiũ uiolãt,

49 niſi ut à paſtorũ principe uirga ferrea conterantur? Sicut 49 apoſtolus dicit: Violans aliqs legem Moyſis,abſq; miſerationibus ſub duobus,aut tribus teſtibus moritur, quanto putatis acerbiore dignus cenſebitur pœna, qui Dei filiũ conculcauit,& ſanguinem teſtamenti communẽ exiſtimat, in quo ſanctificatus eſt,& ſpiritum gratiæ afficit iniurijs? Scimus enim qui ait: mihi uindictam,& ego retribuam,dicit dominus. Terribile eſt incidere in manus Dei uiuentis.

Ecce quomodo epiſtolam ad Hebræos citat ſub nomine Apoſtoli.

Deus autem qui pium hunc,ſanctumq; paſtorem,& iuſtitiæ luminare præcipuũ glorificare dignatus eſt,ipſe nobis partem,& hæreditatem tribuat inuenire cum illo in terribilis, iuſtiq; iudicij die: cui eſt gloria,honor, maieſtas,& magnificentia,patri,& filio,& ſpirituiſancto,nũc,& ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

VITA SANCTI EXVPERII EPISCOPI TOloſani per D. Hieronymum presbyterum ſcripta.

Ex epiſtola D. Hieronymi ad Ruſticũ monachum in fine.

SAnctus Exuperius Toloſæ epiſcopus, uiduæ ſaraptenſis imitator, eſuriens paſcit alios: & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena: omnemq; ſubſtantiam Chriſti uiſceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui 1 corpus domini caniſtro uiminęo, ſanguinē portat in uitro. Qui auariciam eiecit è templo: qui abſq; funiculo & increpatione, cathedras uendentium columbas, id eſt, dona ſancti ſpiritus, menſasq; ſubuertit mammonæ, & nummulariorũ æra diſperſit, ut domus dei, domus uocetur orationis, & non latronum ſpelunca. Huius è uicino ſectare ueſtigia, & cæterorum qui uirtutum illius ſimiles ſunt, quos ſacerdotium & humiliores facit & pauperes.

1 *Vides quod etiã antiquitus ſancta Euchariſtia ad infirmos deferebatur, ſicut et modo fit. Verum ſanguis hodie non propinatur propter decretum Concilij Conſtãtienſis.* *Habes etiam ex hoc eodem loco, quod ſub illis ſpeciebus eſt uera caro, & uerus xpi ſanguis, & non in ſigno.*

ITEM DE EODEM PER EVNDEM.

Ex epiſtola eiuſdem ad Herontiam uiduam.

NON poſſum abſque lachrimis Toloſæ facere mentionem quæ ut hucuſque non rueret, ſancti epiſcopi Exuperij merita 2 præſtiterunt.

2 *Sancti Exuperij merita præſtiterunt, ut Toloſa non rueret.*

DE EODEM ADHVC EXVPERIO ex eodem Hieronymo.

Eſt prologus D. Hieronymi in primum cõmentariorum Zachariæ prophetæ ad ipſũ Exuperium.

VLtimo iam autumni tempore frater noſter, filius tuus Siſinius monachus, tuæ mihi dignationis epiſtolã reddidit: qua lecta, gauiſus ſum te eſſe ſoſpitem, & memorem mei, omniumq; fratrũ qui in ſanctis locis domino ſeruiunt: in 3 quorũ refrigerijs facis tibi amicos de iniquo mammona, & præparas æterna tabernacula, ut poſsis cũ Dauid dicere: Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutũ concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Si enim paſſer inuenit ſibi domũ, & turtur nidũ, ubi ponat pullos ſuos: cur tu q pontifex domini es, & calcas in fine mundi torcularia, ut ſitientibus populis ſanguinis Chriſti uinum tribuas, non liberè proclamabis ac dices: Cor meum & caro mea exultauit in deũ uiuum beati qui habitant in domo tua?

3 *Ecce quomodo per eleemoſynarum elargitionem parat quis ſibi æterna tabernacula.*

Audio te in ualle lachrymarũ, in loco quem deus poſuit ad certamen, ut uincentibus coronam daret, 4 aſcenſiones in tuo corde diſponere, & ire de uirtute in uirtutem: & imitari domini paupertatem, ut cũ illo diues fias, & in te reclinet caput, & per ſingulos dies ſuſcipiatur, uiſitetur, alatur, ueſtiatur, & præcipuè in ſanctarũ ſcripturarum lectione feruere.

4 *Vide an ſufficeret ſãcto uiro duntaxat credere.*

Cumq; tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munuſculũ, & cœpta in duodecim prophetas explanatio perueniret ad calcem, ſuſceptum opus deſerere nolui: ſed quod & abſq; te dictaturus eram, tuo potiſsimũ nomini conſecraui, & gaudeo quòd obſcuriſsimus liber Zachariæ prophetæ, & inter duodecim longiſsimus: eo tempore differẽdus eſt, quo ob feſtinationem eius qui reuerſurus eſt, nullam moram patitur interpretatio: ſed uelim nolim ſaltem lucratiuis per noctem horis atq; furtiuis dictare compellor, quod tibi dirigam.

Scripſit in hunc prophetam Origenes duo uolumina, uſq; ad tertiam partem libri à principio. Hippolytus quoq; ædidit commentarios: & Didymus quinq; explanationũ libros me rogante dictauit: quos cũ alijs tribus in Oſee & Michea προσεφώνησεν: ſed tota eorũ ἐξήγησις allegorica fuit, & hiſtoriæ uix pauca tetigerunt. Itaq; imitari cupiens illũ patrem familias, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera: & ſponſam de canti co canticorũ, quæ dicit: Noua cũ ueteribus fratruelis meus ſeruaui tibi, hiſtoriæ Hebræorũ tropologiam noſtrorũ miſcui, ut ædificarem ſuper petrã & non ſuper arenam: ac ſtabile iacerem fundamentum quod Paulus architectus potuiſſe ſe ſcribit.

Tuæ beneuolentiæ erit, non eruditionem noſtrã, quæ uel nulla, uel parua eſt: ſed pronam in te ſuſcipere uoluntatem: Vt nos ad cætera prouoces, & in longo ſcripturarũ campo currere cohorteris. Si qui autem ſunt qbus interpretationem, & horũ, & aliorum uoluminum ante promiſi, ignoſcãt incredibili in te amori meo: & qcquid tibi ſcripſi, ſibi ſcriptũ arbitrentur. Charitas. n. benigna eſt, charitas non æmulatur: non quærit quæ ſua ſunt.

Habetur in proœmio in ſecundum librũ, cõmentariorum Zachariæ prophetæ.

ITEM DE EODEM EXVPERIO ex eodem Hieronymo.

ITaque mi Exuperi Papa uenerabilis adeſto præſens orationibus, qui corpore abſens es, & impetra à domino ut auferatur à facie mea uelamen Zachariæ, quod ante oculos oſtendebatur Moyſi, quia fulgorem uultus eius, uulgus ignobile ferre nõ poterat: ut ego quoq; cũ Dauid queã dicere: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.

Secundi libri explanationũ in Zachariam iſtud exordium eſt: quę tanta celeritate dictamus, ut pene non ſit emendandi ſpatium: dũ frater Siſinnius Aegyptum ire feſtinat: ut odorem bonæ fragrantiæ, q à te miſſus eſt fratribus, illuc quoq; perferat: Et nequaquã Aethiopiæ flumine, ſed Galliarum largiſsimis aquis rigentur arua ſitientia.

Ex lib. 3. Confeſsionum Cap. xi. & xij.

VITA DIVAE MONICAE MATRIS SANCTI Auguſtini per eundem uarijs in locis deſcripta.

ET miſiſti manum tuam ex alto domine Deus, & de hac profunda caligine erroris Manichæorum eruiſti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea fidelis tua, amplius quã flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide & ſpiritu, quem ex te habebat, & exaudiſti eam domine. Exaudiſti eã, nec deſpexiſti lachrymas eius, cum profluentes rigarent terram ſub oculis eius, in omni loco orationis eius, & exaudiſti eam. Nam unde illud ſomnium quo eam conſolatus es, ut uiuere me ſecum crederet, & habere ſecum eandem menſam in domo, quod nolle cœperat, auerſans & deteſtans blaſphemias erroris mei? Vidit enim ſtantem ſe in quadam regula linea, & adueniẽtem ad ſe iuuenem ſplendidum, hilarem atque arridentem ſibi, cum illa eſſet mœrens & mœrore confecta. Qui cum cauſas quæſiſſet ab ea mœſtitiæ ſuæ quotidianarumque lachrymarum, docendi ut aſſolet, nõ diſcendi gratia, atque illa reſpondiſſet perditionem meam ſe plangere, iuſſiſſe illum quo

ſeçura eſſet,atque admonuiſſe ut attenderet et uideret,ubi eſſet illa,ibi eſſe & me. Quod illa ubi attendit,uidit me iuxta ſe in eadem regula ſtantem. Vnde hoc,niſi quia erant aures tuæ ad cor eius? O tu bone omnipotens, qui ſic curas unumquemq; noſtrũ,tanquam ſolum cures,& ſic omnes,tã quam ſingulos. Vnde illud etiam,q cũ mihi narraſſet ipſum uiſum,& ego ad id trahere conarer, ut illa ſe potius non deſperaret futuram eſſe quod eram,continuo ſine aliqua hæſitatione,non inquit,non enim mihi dictum eſt,ubi ille,ibi & tu,ſed ubi tu,ibi & ille. Confiteor tibi domine recordationem meam quantũ recolo, quod ſæpe non tacui, amplius me iſto per matrem uigilantem reſponſo tuo, quod tam uicina interpretationis falſitate turbata non eſt,& tam cito uidit quod uidendũ fuit, quod ego certe antequam dixiſſet nõ uideram,etiam tũ commotũ fuiſſe quam ipſo ſomnio,quo fœminæ piæ gaudiũ tanto poſt futurũ,ad conſolationem tũc pręſentis ſolicitudinis,tanto ante prædictũ eſt. Nam nouẽ fermè anni ſequuti ſunt,qbus ego in illo limo profundi ac tenebris falſitatis, cũ ſæpe ſurgere conarer,& grauius allidere,uolutatus ſum:cũ tamẽ illa uidua caſta, pia, & ſobria,quales amas,iam quidẽ ſpe alacrior,ſed fletu,& gemitu non ſegnior, non deſineret horis omnibus orationũ ſuarum de me plangere ad te,& intrabant in conſpectum tuum preces eius, & me tamẽ dimittebas adhuc uolui & inuolui in illa caligine.

Et dediſti alterũ reſponſum interim quod recolo. Nam & multa prætereo,propter quod propero ad ea quæ me magis urgent confiteri tibi,et multa non memini. Dediſti ergo alterũ per ſacerdotem tuũ, quendam epiſcopum nutritũ in eccleſia,& exercitatũ in libris tuis. Quem cũ illa fœmina rogaſſet,ut dignaretur mecũ colloqui,& refellere errores meos, & dedocere me mala, ac docere bona (faciebat enim hoc,ſi quos forte idoneos inueniſſet)noluit ille,prudenter ſane,quantũ ſenſi poſtea. Reſpondit enim me adhuc eſſe indocilem, eo quod inflatus eſſem nouitate hæreſis illius,& nonnullis quæſtiunculis iam multos imperitos exagitaſſem, ſicut indicauerat ei. Sed ſine,inqt,illum ibi,& tantũ roga pro eo dominũ, ipſe legendo reperiet,quis ille ſit error,& quanta impietas. Simul etiam narrauit ſe quoq; paruulũ à ſeducta matre ſua datum fuiſſe Manichæis,& omnes penè non legiſſe tantũ,uerumetiam ſcriptitaſſe libros eorũ, ſibiq; apparuiſſe nullo contra diſputante & conuincente,quã eſſet illa ſecta fugienda,itaq; fugiſſe. Quæ cũ ille dixiſſet, atq; illa nollet acquieſcere,ſed inſtaret,magis deprecando,& ubertim flendo ut me uideret, & mecũ diſſereret,ille iam ſubſtomachans tędio,uade,inqt,à me, ita uiuas:fieri enim non poteſt,ut filius iſtarũ lachrymarum pereat. Quod illa ita ſe accepiſſe inter colloquia ſua mecum ſæpe recordabatur,ac ſi de cœlo ſonuiſſet.

Egiſti etiam mecũ domine,ut mihi perſuaderetur Romã pergere,et potius ibi docere quod docebam carthagine. Et hoc unde mihi perſuaſum ſit,non præteribo confiteri tibi,quoniam & in his altiſsimi tui receſſus, & præſentiſsima in nos miſericordia tua cogitanda & prædicanda eſt. Non ideo Romam pergere uolui,quod maiores quæſtus, maiorq; mihi dignitas ab amicis,qui hoc ſuadebant,promittebatur, quanquam & iſta ducebant animum tunc meũ:ſed illa erat tunc cauſa maxima & penè ſola,quod audiebam quietius ibi ſtudere adoleſcentes, & ordinatiore diſciplinæ cõcertatione ſedari,ne in eius ſcholam quo magiſtro non utuntur,paſsim & *Ex libro 5. Confeſsionum Cap. 8. 9. 10.*

proterue irruant,nec eos admitti omnino niſi ille permiſerit. Contra apud Carthaginem fœda eſt, & intemperans licentia ſcholaſticorum: Irrũpunt impudenter,& prope furioſa fronte perturbant ordinem,quem quiſq; diſcipulis ad proficiendum inſtituerit. Multa iniurioſa faciunt mira hebetudine,& puniẽnda legibus niſi conſuetudo patrona ſit,hoc miſteriores eos oſtendens,quo iam quaſi liceat, faciunt, quod per tuam æternam legem nunquam licebit,& impune ſe facere arbitrantur, cum ipſa faciendi cæcitate puniantur,& incomparabiliter patiantur peiora, quam faciunt.Ergo quos mores cum ſtuderem meos eſſe nolui,eos,cũ docerem,cogebar per peti alienos,& ideo placebat ire ubi talia non fieri omnes qui nouerãt indicabant.Verum autem tu ſpes mea & portio mea in terra uiuentium, ad mutandum terrarum locum pro ſalute animæ meæ,& Carthagini ſtimulos quibus inde auellerer,admou ebas, & Romæ illecebras quibus attraherer,proponebas mihi per homines qui diligebant uitã mortuam, hinc inſana faciẽtes,inde uana pollicentes,& ad corrigendos greſſus meos utebaris occulte & illorũ & mea peruerſitate. Nam & qui perturbabãt ociũ meum,fœda rabie cæci erant:& qui inuitabant ad aliud, terrã ſapiebant. Ego autem qui deteſtabar hic ueram miſeriam, illic falſam felicitatẽ appetebam. Sed quare hinc abirem, & illuc irem,tu ſciebas Deus,nec indicabas mihi,nec matri,quæ me profectum atrociter planxit,& uſq; ad mare ſequuta eſt,ſed fefelli eam uiolenter me tenentem,ut aut reuocaret, aut mecum pergeret,& finxi me amicũ nolle deſerere, donec uento facto nauigaret. Et mentitus ſum matri,& illi matri,& euaſi. Quia & hoc tu dimiſiſti mihi miſericorditer,ſeruans me ab aquis maris, plenũ execrandis ſordibus uſq; ad aquam gratiæ tuæ,qua me abluto, ſiccarentur flumina maternorũ oculorũ, quibus pro me quotidie tibi rigabat terrã ſub uultu ſuo, & tamen recuſanti ſine me redire,uix perſuaſi, ut in loco qui proximus noſtræ naui erat memoria beati Cypriani,maneret ea nocte. Sed in ea nocte clanculo ego profectus ſum: illa autẽ remanſit orando & flendo. Et quid à te petebat deus meus tantis lachrymis, niſi ut nauigare me non ſineres? Sed tu alte conſulens,& exaudiens cardinẽ deſiderij eius, nõ curaſti quod tunc petebat,ut in me faceres quod ſemper petebat. Flauit uentus,& impleuit uela noſtra,& littus ſubtraxit aſpectibus noſtris. In quo mane illa inſaniebat,dolore & querelis,ac gemitu implebat aures tuas contemnentes iſta,cum & me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipſas cupiditates,& illius carnale deſyderium iuſto dolorũ flagello uapularet. Amabat enim ſecum præſentiam meam more matrũ,ſed multis multo amplius, & neſciebat quid tu illi gaudiorũ facturus eſſes de abſentia mea. Neſciebat, ideo flebat & eiulabat,atq; illis cruciatibus arguebatur in ea reliquiarum Euæ,cũ gemitu quærens,quod cũ gemitu pepererat. Et tamen poſt accuſationem fallaciarũ & crudelitatis meæ,conuerſa rurſus ad deprecandũ te pro me,abijt ad ſolita, & ego Romam.

Et ecce excipior ibi flagello ægritudinis corporalis, & ibam iam ad inferos,portans omnia mala quæ commiſeram,& in te & in me & in alios, multa & grauia ſuper originalis peccati uinculũ, quo omnes in Adã moriimur. Non enim quicquam eorũ mihi donaueras in Chriſto, nec ſoluerat ille in carne ſua inimicitias,quas tecũ contraxeram peccatis meis. Quomodo enim eas ſolueret in cruce phãtaſmatis,quod de illo crediderã? Quam

ergo

ergo ſalſa mihi uidebatur mors carnis eius, tã uera erat animæ meæ: & quam uera erat mors carnis eius, tam falſa uita animæ meæ, quæ id nõ credebat. Et ingraueſcentibus febribus iam ibam & peribam. Quo enim irẽ, ſi tunc abyrem hinc, niſi in ignem atq; tormenta digna factis meis in ueritate ordinis tui? Et illa hoc neſciebat, & tamen pro me orabat abſens. Tu autem ubiq; præſens, ubi erat exaudiebas eam, & ubi eram miſerebaris mei, ut recuperarem ſalutem corporis mei, adhuc inſanus corde ſacrilego. Neq; enim deſyderabam in illo tanto periculo baptiſmum tuũ, & melior eram puer, quando illum de materna pietate flagitaui, ſicut iam recordatus atq; confeſſus ſum: ſed iam in dedecus meũ creueram, & conſilia medicinæ tuæ demens irridebam, qui me non ſiuiſti talem bis mori. Quo uulnere ſi feriretur cor matris, nunquam ſanaretur. Non enim ſatis eloquor quid erga me habebat animi, & quanto maiore ſolicitudine parturiebat me ſpiritu, quam carne pepererat. Non itaq; uideo quomodo ſanaretur, ſi mea talis illa mors tranſuerberaſſet uiſcera dilectionis eius. Et ubi eſſent tantæ preces, & tam crebræ ſine intermiſsione? Nuſquam niſi ad te. An I uero tu deus miſericordiarum ſperneres cor contritum & humiliatũ uiduę caſtæ ac ſobriæ, frequentantis eleemoſynas, obſequentis atq; ſeruientis ſanctis tuis, nullũ diem prætermittentis oblationem ad altare tuũ, bis in die mane & ueſpere ad eccleſiam tuã ſine ulla intermiſsione uenientis, non ad uanas fabulas & aniles loquacitates, ſed ut te audiret in tuis ſermonibus, & tu illam in ſuis orationibus? Huius ne tu lachrymas, quibus non à te aurũ & argentum petebat, nec aliquod mutabile aut uolubile bonum, ſed ſalutem animæ filij ſui, tu cuius munere talis erat, contemneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam domine: immo uero aderas, & faciebas ordine quo prædeſtinaueras eſſe faciendum. Abſit ut tu falleres eam in illis uiſionibus & reſponſis tuis, quæ iam commemoraui, & quæ non memoraui, quæ illa fideli pectore tenebat, & ſemper orans, tanquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, quoniam in ſeculum miſericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, etiam promiſsionibus tuis debitor fieri. Recreaſti me ab illa ægritudine, & ſaluum feciſti filium ancillæ tuæ, tunc interim corpore, ut eſſet cui ſalutem meliorem atque certiorem dares.

I *Vide qualis fuerit uita ſanctiſsimæ mulieris.*

Spes mea à iuuentute mea, ubi mihi eras, & quo receſſeras? An uero nõ tu feceras me, & diſcreueras me à quadrupedibus & uolatilibus cœli? Sapientiorẽ me feceras, & ambulabã per tenebras & lubricũ, & quærebã te foris à me, & non inueniebã Deũ cordis mei, & ueneram in profundũ maris, & diffidebam & deſperabam de inuentione ueri. Iã uenerat ad me mater pietate fortis, terra mariq; me ſequens, & in periculis omnibus de te ſecura. Nã & per marina diſcrimina ipſos nautas conſolabatur, à quibus rudes abyſsi uiatores, cũ perturbantur conſolari ſolent, pollicens eis peruentionem cum ſalute, quia hoc ei tu per uiſum pollicitus eras. Et inuenit me periclitantem quidem grauiter deſperatione indagandæ ueritatis. Sed tamen ei cum indicaſſem, non me quidem iam eſſe Manichæum ſed neq; catholicum Chriſtianum, non quaſi inopinatum aliquid audierit, exiliuit lætitia, cũ iam ſecura fieret ex ea parte miſeriæ meæ, in qua me tanq; mortuũ, ſed reſuſcitandum tibi flebat, & feretro cogitationis efferebat, ut diceres filio uiduæ, iuuenis tibi dico, ſurge: & reuiuiſceret, & in-

Ex lib. 6. Confeſsionum Cap. I. & 2.

ciperet loqui, & redderes illū matri ſuæ. Nulla ergo turbulenta exultatione exultauit cor eius, cū audiſſet ex tanta parte iam factū, quod tibi quotidie plangebat, ut fieret, ueritatē me nondū adeptū, ſed falſitati iam ereptū, imo uero quia certa erat, & quod reſtabat te daturū, qui totū promiſeras, placidiſsime & pectore pleno fiduciæ reſpondit mihi credere ſe in Chriſtū quod prius quam de hac uita emigraret me uiſura eſſet fidelem catholicū: & hoc quidem mihi, tibi aūt fons miſericordiarū preces et lachrymas denſiores, ut accelerares adiutoriū tuum, & illuminares tenebras meas, & ſtudioſius ad eccleſiā curreret, & in Ambroſii ora ſuſpenderet ad fontem ſalientis aquæ in uitā æternam. Diligebat aūt illum uirum ſicut angelū Dei, quod per illū cognouerat me interim ad illam ancipitē fluctuationem iam eſſe perductū, per quam tranſiturū me ab ægritudine ad ſanitatē intercurrente acriore periculo, quaſi per acceſsionem, quam criticam medici uocant, certa præſumebat.

Itaq; cū ad memorias ſanctorū, ſicut in Aphrica ſolebat, pultes ad panem & merū attuliſſet, atq; ab oſtiario prohiberetur, ubi hoc epiſcopum uetuiſſe cognouit, tā pie atq; obedienter amplexa eſt, ut ipſe mirarer, qđ tam facile accuſatrix potius conſuetudinis ſuæ, quā diſceptatrix illius prohibitionis effecta ſit. Non enim obſidebat ſpiritū eius uiolentia, eamq; ſtimulabat in odiū ueri amor uini, ſicut pleroſq; mares & fœminas, qui ad canticū ſobrietatis, ſicut ad potionem aquatam madidi nauſeant. Sed illa cū attuliſſet caniſtrū cum ſolennibus epulis prægustandis atq; largiendis, plus etiam quā unū potillum pro ſuo pallato ſatis ſobrio temperatū, unde indignationem ſumeret non ponebat. Et ſi multæ eſſent quæ illo modo uidebantur honorandæ memoriæ defunctorū, idem ipſum unū quod ubiq; poneret circunferebat, quo iam non ſolū aquatiſsimo, ſed etiā tepidiſsimo cū ſuis præſentibus per ſorbitiones exiguas partiretur, quia pietatem ibi quærebat, non uoluptatē. Itaq; ubi comperit à præclaro prædicatore atq; Antiſtite pietatis præceptū eſſe, iſta non fieri nec ab eis qui ſobrie facerent, ne ulla occaſio ſe ingurgitandi daretur ebrioſis, & quia illa quaſi parentalia ſuperſtitioni gentiliū eſſent ſimillima, abſtinuit ſe libentiſsime, & pro caniſtro pleno terrenis fructibus, plenū purgatoribus uotis pectus ad memorias martyrū afferre didicerat, & ut quod poſſet daret egentibus, & ſi 2 communicatio dominici corporis illic celebraretur, cuius paſsionis imitatione immolati ſunt martyres. Sed tamen uidetur mihi Domine Deus meus, & ita eſt in cōſpectu tuo de hac re cor meū, non facile fortaſſe de hac amputanda conſuetudine matrem meam fuiſſe ceſſuram, ſi ab alio prohiberetur, quē non ſicut Ambroſiū diligebat, quē propter ſalutē meam maxime diligebat, eam uero ille propter eius religioſiſsimam conuerſationem, qua in bonis operibus tam feruentes ſpiritu frequētabat eccleſiam, ita ut ſæpe erūperet cum me uideret in eius prædicatione, gratulans mihi quod talem matrem haberem, neſciens qualē illa me filiū, qui dubitabam de illis omnibus, & inuenire poſſe uiam uitæ minime putabam.

2 *Et ſi cōmunicatio dominici corporis illic celebraretur.*

Ex lib. primo de ordine in fine.

Atq; interea mater ingreſſa eſt, quæſiuitq; à nobis quid promouiſſemus, nā & ei quæſtio nota erat. Cuius & ingreſſum & rogationē cū ſcribi noſtro more iuſsiſſem, Quid agitis, inquit, nunquid nā in illis quos legitis libris etiā fœminas unquam audiui in hoc genus diſputationis indu-

ctas? Cui ego. Non ualde curo, inquam, ſuperborũ imperitorumq; iudi-
cia, qui ſimiliter, in legendos libros atq; in ſalutandos homines irruunt.
Non enim cogitant quales ipſi, ſed qualibus induti ueſtibus ſint, quanta
pompa rerũ fortuneq; præfulgeant. Iſti enim in literis non multũ atten-
dunt, aut unde ſit quæſtio, aut quo peruenire differentes moliantur, quid-
ue ab eis explicatũ atq; confectũ ſit. In quibus tamen quia nonnulli repe-
riuntur quorũ animi contemnendi non ſunt, aſperſi ſunt enim quibuſdam
condimentis humanitatis, & facile per aureas depictaſq; ianuas ad ſacro
ſancta philoſophiæ penetralia perducuntur, ſatis eis fecerunt & maiores
noſtri, quorũ libros tibi nobis legentibus notos eſſe uideo. Et his tempo
ribus, ut omittã cæteros, ut et ingenio & eloquentia & ipſis inſignibus
muneribus fortunæ, & quod ante omnia eſt, mẽte præſtantiſsimus Theo
dorus, quem bene ipſa noſti, id agit, ut & nunc, & apud poſteros nullum
genus hominũ de literis noſtrorum temporũ iure conqueratur. Mei aũt
libri ſi quorũ forte manus tetigerint, Lectoq; meo nomine non dixerint,
iſte quis eſt, codicemq; proiecerint: ſed uel curioſi uel nimiũ ſtudioſi con-
tempta utilitate liminis intrare perrexerint: me tecũ philoſophantem nõ
moleſte ferrent, nec quenquã iſtorum quorũ meis literis ſermo miſcetur,
fortaſſe contemnent. Sunt enim non ſolũ liberi, quod cuiuis diſciplinæ li-
berali, nedũ philoſophiæ ſatis eſt. Sed ſummo apud ſuos loco nati. Do-
ctiſsimorũ autem hominum literæ etiam ſutores philoſophatos, & mul-
to uiliora fortunarũ genera continent. Qui tamen tanta ingenij uirtutisq;
luce fulſerunt, ut bona ſua cũ qualibet huiuſcemodi nobilitate nullo mo-
do uellent etiã ſi poſſent, ulla conditione mutare. Nec deerit mihi crede
tale hominũ genus, cui plus placeat hoc ipſum, quia mecũ philoſopharis,
quã ſi quid hic aliud aut iucunditatis aut grauitatis inuenerit. Nã & fœ-
minæ ſunt apud ueteres philoſophatæ, & philoſophia tua mihi plurimũ
placet. Nã ne quid mater ignores, hoc Græcũ uerbum, quod philoſophia
nominatur, latine amor ſapientiæ dicitur. Vnde etiam diuinæ ſcripturæ,
quas uehementer amplecteris, nõ omnino philoſophos, ſed philoſophos
huius mundi euitandos atq; irridendos eſſe præcipiunt. Eſſe autem alium
mundũ ab iſtis oculis remotiſsimum, quẽ paucorũ ſanorum intellectus
intuetur, ſatis Chriſtus ipſe ſignificat, qui non dicit, Regnũ meum eſt de
mundo, ſed regnum meũ non de hoc mundo. Nã quiſquis omnem philo
ſophiam fugiendã putat, nihil nos uult aliud quã non amare ſapientiam.
Contemnerem te igitur in his literis meis, ſi ſapientiã non amares: non
autẽ contemnerẽ ſi tam mediocriter amares, multo minus ſi tantũ quan-
tum ego amares ſapientiã. Nunc cũ eam multo plus quam me ipſum di-
ligas, & nouerim quantũ me diligas, cumq; in ea tantũ profeceris, ut iam
nec cuiuſuis commodi fortuiti, nec ipſius mortis, quod uiris doctiſsimis
difficillimũ eſt, horrore deterrearis, quam ſummã philoſophiæ arcẽ om-
nes eſſe confitentur, egone me non libenter tibi etiã diſcipulũ dabo? Hic
illa cũ blande ac religioſe nunquã me tantum mentitum eſſe dixiſſet, et ui
derem tam multa nos uerba fudiſſe, ut neq; ſcribenda non eſſent, & iam
libri modus eſſet, neq; tabulæ reliquæ forent, placuit quæſtione differri, ſi
mul ut meo ſtomacho parcerem. Nam eũ plus quam uellẽ commouerãt
ea quæ mihi euomenda in illos adoleſcentes neceſſario uiſa ſunt. Sed cũ
abire cœpiſſemus, Memento, inquit, licentius, quam multa, & quam ne-

ceſſaria nobis abs te accipienda per occultiſsimum illũ diuinumq; ordinem, etiam te neſciente ſubminiſtrarentur. Video, inquam, & ingratus Deo non ſum, uoſq; ipſos qui aduertitis ob id ipſum præſ[illegible]mo fore meliores. Hoc fuit tantum illo die negotium meum.

Ex lib 9. Confeſsionum à cap. 7. uſque ad 13. incluſiue.

3 *Eccleſia Mediolanenſis genus hoc conſolationis & exhortationis non longe celebrare cœperat, magno ſtudio fratrum concinentium uocibus & cordibus.*

Non 3 longe cœperat Mediolanenſis eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare, magno ſtudio fratrũ concinentium uocibus & cordibus. Nimirũ annus erat, aut non multo amplius, cum Iuſtina Valentiani regis pueri mater, hominem tuũ Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in eccleſia, mori parata cum epiſcopo ſuo, ſeruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, ſolicitudinis & 4 uigiliarũ primas partes tenens, orationibus uiuebat. Nos adhuc frigidi à calore ſpiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atq; turbata. Tunc hymni & pſalmi ut canerentur ſecundũ morem Orientaliũ partium, ne populus mœroris tędio contabeſceret, inſtitutum eſt, & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus 5 gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. Tunc memorato antiſtiti tuo per uiſcũ aperuiſti, quo loco laterent martyrũ corpora: Protaſij, & Geruaſij, quæ per tot annos incorrupta in theſauro ſecreti tui recondideras, unde opportuna promeres ad coercendam rabiẽ fœmineam, ſed regiam. Cũ enim propalata & effoſa digno cũ honore 6 transferrentur ad Ambroſianam Baſilicam, non ſolũ quos immundi uexabant ſpiritus, confeſsis eiſdẽ dæmonibus ſanabantur, uerumetiam quidã plures annos cæcus ciuis, ciuitatiq; notiſsimus, cũ populi tumultuãtis lætitiæ cauſam quæſiſſet atq; audiſſet, exiliuit, eoq; ſe ut duceret, ſuũ ducem rogauit. Quo perductus, impetrauit admitti, ut ſudario tangeret pheretrũ pretioſæ in conſpectu tuo mortis ſanctorũ tuorum. Quod ubi fecit atq; admouit oculis, confeſtim aperti ſunt. Inde fama diſcurrens, inde laudes tuæ ſeruentes lucentes, inde illius inimicæ animus etſi ad credendi ſanitatẽ non applicitus, à perſequendi tamen furore compreſſus eſt. Gratias tibi deus meus. Vnde & quo eduxiſti recordationẽ meam, ut hæc etiã confiterer tibi quę magna oblitus præterieram? Et tamen tunc cũ ita fragraret odor unguentorum tuorum, non currebamus poſt te, & ideo plus flebam inter cantica hymnorum tuorum, olim ſuſpirans tibi, & tandem reſpirans quantũ patet aura in domo fœnea.

4 *Ecce uigilias in Eccleſia, et orationes in communi.*

5 *Vnde ortum habuerit hymnorũ & pſalmorum in cæteris mũdi eccleſiis decantatio, ſecũdum morem Orientalium eccleſiarum.*

6 *In translatione ſanctorum martyrum, uexati a ſpiritibus immundis ſanabantur, ipſis dæmonibus confitentibus, & cæcus uiſum recuperauit.*

Qui habitare facis unanimes in domo, conſociaſti nobis & Euodium iuuenem ex noſtro municipio. Qui cũ agens in rebus militaret, prior nobis ad te conuerſus eſt & baptizatus, & relicta militia ſeculari accinctus eſt in tua. Simul eramus, ſimul habitabamus placito ſancto, quærebamus quiſnam locus nos utilius haberet, ſeruientes tibi, pariter remeabamus in Aphricam. Et cũ apud Oſtia Tiberina eſſemus, mater defuncta eſt. Multa prætereo, quia multũ feſtino. Accipe confeſsiones meas, & gratiarum actiones deus meus, de rebus innumerabilibus etiam in ſilentio. Sed non prætcribo quicquid mihi anima parturit de illa famula tua, quæ me parturiuit: & carne ut in hanc temporalem, & corde ut in æternam lucem naſcerer. Non eius, ſed tua dicam dona in ea, neq; enim ſeipſam fecerat, aut educauerat ſeipſam. Tu creaſti eam, nec pater nec mater ſciebat qualis ex eis fieret illa. Et erudiuit eam in timore tuo uirga Chriſti tui regimen unici filij tui in domo fideli bono membro eccleſiæ tuæ. Nec tantam erga ſuam

diſciplinam

diſciplinam diligentiam matris prædicabat, quantam famulæ cuiuſdā decrepitæ, quæ patrem eius infantem portauerat, ſicut dorſo grandiuſcularum puellarū paruuli portari ſolēt. Cuius rei gratia, & propter ſenectam ac mores optimos, in domo Chriſtiana ſatis à dominis honorabatur. Vnde etiam curam dominicarū filiarum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cum opus eſſet ſancta ſeueritate uehemens, atque in docendis ſobria prudentia. Nam eas præter illas horas quibus ad menſam parentū moderatiſsime alebantur, etiā ſi exardeſcerent ſiti, nec aquā bibere ſinebat, præcauens conſuetudinem malam, & addens uerbū ſanū: Modo aquam bibitis, quia in poteſtate uinū non habetis: cum autem ad maritos ueneritis, factæ dominę apothecarū & cellariorum, aqua ſordebit, ſed mos portandi præualebit. Hac ratione pręcipiendi, & authoritate imperandi frenabat auiditatem tenerioris ætatis, & ipſam puellarum ſitim formabat ad honeſtum modū, ut iam nec liberet quod non deceret. Et ſurrepſerat tamen ſicut mihi filio famula tua narrabat, ſurrepſerat ei uinolentia. Nam cum de more tanquam puella ſobria iuberetur à parentibus de cuppa uinum depromere ſubmiſſo poculo qua deſuper patet, priuſquam in laguncula funderet merum, primoribus labris ſorbebat exiguum, quia non poterat amplius ſenſu recuſante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, ſed quibuſdam ſuperfluentibus ætatis exceſsibus, qui ludicris motibus ebulliunt, & in puerilibus animis maiorū pondere premi ſolent. Itaque ad illud modicū quotidiana modica addendo, quoniam qui modica ſpernit, paulatim decidit, in eam conſuetudinem lapſa erat, ut prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret. Vbi tūc ſagax anus, & uehemens illa prohibitio? Nunquid ualebat aliquid aduerſus latentem morbū, niſi tua medicina domine uigilaret ſuper nos? Abſente patre & matre, & nutritoribus, tu præſens qui creaſti, qui uocas, qui etiam per præpoſitos homines boni aliquid agis ad animarū ſalutē, quid tunc egiſti, domine deus meus? Vnde curaſti? Vnde ſanaſti? nonne protuliſti durum & acutum ex altera anima conuitium, tanquam medicinale ferrum ex occultis prouiſionibus tuis, & uno ictu putredinem illam præcidiſti? Ancilla enim cum qua ſolebat accedere ad cuppam, littigans cum domina minore, ut fit, ſola cum ſola, obiecit hoc crimen amariſsima inſultatione, uocās meribibulā. Quo illa ſtimulo percuſſa, reſpexit, fœditatem ſuā, confeſtimque damnauit atque exuit. Sicut amici adulantes peruertunt, ſic inimici litigātes plerunque corrigūt. Nec tu quod per eos agis, ſed quod ipſi uoluerunt retribuis eis. Illa enim irata, exagitare appetiuit minorē dominam non ſanare, & ideo clanculo: aut quia ita eas inuenerat locus & tempus litis: aut ne forte & ipſa periclitaretur quod tam ſero prodidiſſet. At tu domine rector cęleſtiū & terrenorū, ad uſus tuos contorquens profunda torrentis, fluxū ſeculorum ordinans turbulentū, etiam de alterius animæ inſania ſanaſti alterā, ne quiſquā cū hoc aduertit, potentiæ ſuæ tribuat, ſi uerbo eius alius corrigatur quem uult corrigi.

Educata itaque pudice ac ſobrie, potiuſquā à te ſubdita parentibus, quā à parentibus tibi, ubi plenis annis nubilis facta eſt, tradita uiro ſeruiuit uelut domino, & ſategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus ſuis, quibus eam pulchram faciebas, & reuerenter amabilem atque mirabilē uiro. Ita autem tolerauit cubilis iniurias, ut nullam de hac re cum marito habe-

ret unquam ſimultatē. Expectabat enim miſericordiā tuam ſuper eum, ut in te credens caſtificaretur. Erat uero ille præterea ſicut beneuolentia præcipuus, ita ira feruidus. Sed nouerat hæc non reſiſtere irato uiro, non tantū facto, ſed ne uerbo quidem. Iam uero refracto & quieto, cum opportunū uideret, rationē facti ſui reddebat, ſi forte ille inconſyderatius commotus fuerat. Denique cū matronæ multæ quarū manſuetiores erant, plagarū ueſtigia, etiā dehoneſtata facie gererent, inter amica colloquia ille arguebāt maritorū uitam, hæc earū linguam, ueluti per iocū grauiter admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales uocantur, recitari audiſſent, tanquā inſtrumenta, quibus ancillæ factæ eſſent, deputare debuiſſent, proinde memores conditionis, ſuperbire aduerſus dominos non oportere. Cumque mirarentur illæ, ſcientes quàm ferocē coniugem ſuſtineret, nunquam fuiſſe auditū, aut aliquo inditio claruiſſe, quod patritius ceciderit uxorem, aut quod à ſe inuicem uel unū diem domeſtica lite diſſenſerint, & cauſam familiariter quærerent, docebat illa inſtitutū ſuum, quod ſupra memoraui. Quæ obſeruabant, expertę gratulabantur: quæ non obſeruabant, ſubiectæ uexabantur. Socrū etiā ſuam primo ſuſurris malarum ancillarū aduerſus ſe irritatā, ſic uicit obſequijs, perſeuerans tolerantia & manſuetudine, ut illa ultro filio ſuo medias linguas famularū proderet, quibus inter ſe, & nurū pax domeſtica turbatur, expeteretque uindictam. Itaque poſteaquā ille & matri obtemperans, & curens familiæ diſciplinam, concordiæ ſuorum conſulens, proditas ad prodentis arbitriū uerberibus coercuit, promiſit illa talia de ſe præmia ſperare debere, quæcunque de ſua nuru ſibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur, nullaque iam audente, memorabili inter ſe beneuolentiæ ſuauitate uixerunt. Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cuius utero me creaſti, deus meus, miſericordia mea munus grande donaueras, quod inter diſsidentes atque diſcordes quaslibet animas, ubi poterat tā ſe præbebat pacificam, ut cū ab utraque multa de inuicē audiret amariſsima, qualia ſolet eructare turgens atque indigeſta diſcordia, quādo præſenti amicæ de abſente inimica per acida colloquia crudelitas exhalatur odiorū, nihil tamen alteri de altera proderet, niſi quod ad eas reconciliandas ualeret. Paruū hoc bonum mihi uideretur, niſi turbas innumerabiles triſtis experirer, neſcio qua horrenda peſtilentia peccatorū latiſsime peruagante, non ſolū iratorum inimicorū iratis inimicis dicta prodere, ſed etiā quę nō dicta ſunt addere, cū contra animo humano parū eſſe debeat inimicitias hominū nec exagitare, nec augere male loquendo, niſi eas etiā extinguere bene loquendo ſtuduerit, qualis illa erat docente te magiſtro intimo in ſchola pectoris. Denique etiam uirū ſuum iā in extrema uita temporali eius lucrata eſt tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondū fideli tolerauerat. Erat etiā ſerua ſeruorū tuorū. Quiſquis enim eorū nouerat eam, multū in ea laudabat, & honorabat, & diligebat te, quia ſentiebat præſentiā tuā in corde eius ſanctæ conuerſationis fructibus teſtibus. Fuerat enim unius uiri uxor, mutuā uicē parentibus reddiderat, domū ſuam pie tractauerat, in operibus bonis teſtimonium habebat. Nutrierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deuiare cernebat. Poſtremo nobis domine omnibus qui ex munere tuo ſinis loqui ſeruis tuis, qui ante dormitionē eius in te iam cōſociati uiuebamus, percepta gratia baptiſmi tui, ita curā geſsit, quaſi omnes genuiſſet, ita ſeruiuit, quaſi ab omnibus genita fuiſſet.

Imminente autem die, quo ex hac uita erat exitura, quē diem tu noueras ignorantibus nobis, prouenerat, ut credo, procurante te occultis tuis modis, ut ego & ipſa ſoli ſtaremus incumbentes ad quandā feneſtram, unde ortus intra domū quæ nos habebat proſpectabatur, illic apud oſtia tyberina, ubi remoti á turbis, poſt longi itineris laborem, inſtaurabamus nos nauigationi. Colloquebamur ergo ſoli ualde dulciter, & prætérita obliuiſcentes, in ea quæ ante ſunt extenti, quærebamus inter nos apud præſentē ueritatē quod tu es, qualis futura eſſet uita æterna ſanctorū, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit. Sed inhiabamus ore cordis in ſuperna fluenta fontis tui, fontis uitæ qui eſt apud te, ut inde pro captu noſtro aſperſi, quoquo modo rem tantā cogitaremus. Cumq; ad eum finem ſermo perduceretur, ut carnaliū ſenſuum delectatio quantalibet in quantalibet luce corporea præ illius uitæ iucunditate, non comparatione, ſed ne commeratione quidē digna uideretur: erigentes nos ardentiore affectu in idipſum, perambulauimus gradatim cuncta corporalia, ipſum cœlū, unde ſol & luna, & ſtellæ lucent ſuper terrā. Et adhuc aſcendebamus interius cogitando & loquendo te, & mirando opera tua, & uenimus in mentes noſtras, & tranſcendimus eas, ut attingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi paſcis Iſrael in æternū ueritatis pabulo, & ubi uita ſapientia eſt, per quā fiunt omnia iſta, & quæ fuerunt, & quæ futura ſunt: & ipſa non fit, ſeſt ſic eſt ut fuit, et ſic erit ſemper, quin potius fuiſſe, et futurū eſſe non eſt in ea, ſed eſſe ſolū, quoniam æterna. Nam fuiſſe & futurum eſſe non æternū. Et dum loquimur, & inhiamus illi, attigimus eā modice toto ictu cordis, & ſuſpirauimus & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus, & remeauimus ad ſtrepitū oris noſtri, ubi uerbū & incipitur & finitur. Et quid ſimile uerbo tuo domino noſtro in ſe permanenti ſine uetuſtate, atq; innouanti omnia? Dicebamus ergo: ſi cui ſileat tumultus carnis, ſileant phantaſiæ terræ & aquarum & aëris, ſileant & poli, & ipſa ſibi anima ſileat, & tranſeat ſe non ſe cogitando, ſileat ſomnia & imaginariæ reuelationes, omnis lingua, & omne ſignū, & quicquid tranſeundo fit, ſi cui ſileat omnino, quoniā ſi quis audiat, dicunt hæc omnia, Non ipſa nos fecimus, ſed fecit nos qui manet in æternū. His dictis ſi iam taceant, quoniā erexerunt aurem in eū qui fecit ea, & loquatur ipſe ſolus, non per ea, ſed per ſeipſum, ut audiamus uerbū eius, non per linguam carnis, neq; per uocē angeli, neq; per ſonitum nubis, neq; per ænigma ſimilitudinis, ſed per ipſum quē in his amamus, ipſum ſine his audiamus: ſicut nunc extendimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternā ſapientiam ſuper omnia manentē, ſi continuetur hoc, & ſubtrahantur aliæ uiſiones longe imparis generis, & hæc una rapiat & abſorbeat & recondat in interiora gaudia ſpectatorē ſuum, ut talis ſit ſempiterna uita, quale fuit hoc momentū intelligentiæ, cui ſuſpirauimus. Nonne hoc eſt, intra gaudiū domini tui? Et iſtud quando? An cum omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur? Dicebamus talia, & ſi non iſto modo & his uerbis, tamen domine tu ſcis quod illo die cū talia loqueremur, & mundus iſte nobis inter uerba uileſceret cū omnibus delectationibus ſuis. Tunc ait illa: Fili quantum ad me attinet, nulla re iam delector in hac uita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic ſim neſcio, iam conſumpta ſpe huius ſeculi. Vnum erat propter quod in hac uita aliquantū immorari cupiebā, ut te catholicum Chriſtianum uiderē priuſ-

appellabat me piũ, & cõmemorabat grandi dilectionis affectu nunquã ſe audiſſe ex ore meo iaculatum in ſe durũ aut cõtumelioſum ſermonem. Sed tamen quid tale Deus meus qui feciſti nos, quid comparabile habebat honor à me delatus illi, & ſeruitus ab illa mihi? Quoniam itaq; deſerebar tã magno eius ſolatio, ſauciabatur anima mea, & quaſi dilaniabatur uita, quæ una facta fuerat ex mea & illius. Cohibito ergo à fletu illo puero, 9 Pſalterium aperuit Euodius, & cantare cœpit pſalmum. Cui reſpondebamus omnis domus. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Audito autẽ hoc, conuenerunt multi fratres ac religioſę fœminæ, & de more illis quorũ officiũ erat funus curantibus, ego in parte ubi decenter poterã cũ eis qui me non deſerendum eſſe cẽſebant, quod erat tempori congruum diſputabam, eoq; fomento ueritatis mitigabam cruciatũ tibi notũ, illis ignorantibus & intente audientibus, & ſine ſenſu doloris me eſſe arbitrantibus. At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabã molliciem affectus mei, & conſtringebam fluxũ mœroris, cedebatq; mihi paululũ, rurſuſq; impetu ſuo ferebatur, non uſq; ad eruptionem lachrymarũ, nec uſq; ad uultus mutationẽ, ſed ego ſciebã q̃d corde premerẽ. Et quia mihi uehementer diſplicebat tantum in me poſſe hæc humana, quæ ordine debito & ſorte conditionis noſtræ accidere neceſſe eſt, alio dolore dolebã dolorem meũ, & duplici triſtitia macerabar. Cũ ecce corpus elatũ eſt, imus, & redimus ſine lachrymis. Nam neq; in eis precibus quas tibi fudimus, cũ offerretur pro ea 10 ſacrificiũ precij noſtri, iã iuxta ſepulchrũ poſito cadauere priuſquã deponeretur, ſicut illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui, ſed toto die grauiter in occulto męſtus erã, & mente turbata rogabam te ut poterã, quod ſanares dolorem meũ nec faciebas, credo cõmendans memoriæ meę, uel hoc uno documẽto, omnis conſuetudinis uinculũ, etiã aduerſus mentem, quæ iã non fallaci uerbo paſcitur. Viſum etiã mihi eſt ut irem lauatũ, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Græci βαλανεῖον dixerint, quod anxietatem pellat ex animo. Ecce & hæc confiteor miſericordiæ tuæ pater orphanorum, quoniã laui, & talis erã, qualis prius quã lauiſſem. Neq; enim exudauit de corde meo mœroris amaritudo. Deinde dormiui, & euigilaui, & non parua ex parte mitigatum inueni dolorẽ meũ, atq; ut eram in lecto meo ſolus, recordatus ſum ueridicos uerſus Ambroſij tui. Tu es.n. Deus creator omniũ, poliq; rector: ueſtiens Diẽ decoro lumine, Noctẽ ſoporis gratia. Artus ſolutos ut quies. Reddat laboris uſui: Menteſq; feſſas alleuet, luctuſq; ſoluat anxios. Atq; inde paulatim reducebã in priſtinum ſenſum ancillã tuam, conuerſationemq; eius piam in te & ſanctã, in nos blandam, atq; morigerã, qua ſubito deſtitutus ſum, & libuit flere in conſpectu tuo de illa & pro illa, de me & pro me. Et dimiſi lachrymas, quas continebã, ut effluerent quantũ uellent, ſubſternens eas cordi meo: & requieuit in eis, quoniã ibi erant aures tuæ, non cuiuſquã hominis ſuperbe interpretantis ploratũ meũ. Et nunc Domine cõfiteor tibi in literis. Legat qui uolet, et interpretetur ut uolet, et ſi peccatũ inuenerit fleuiſſe me matrẽ exigua parte horæ, matrem oculis meis interim mortuã, quæ me multos annos fleuerat, ut oculis tuis uiuerẽ, non irrideat, ſed potius, ſi eſt grandi charitate, pro peccatis meis fleat ipſe ad te pater omniũ fratrum Chriſti tui.

9 *Ecce quomodo chriſtiana traditio eſt, hymnos & pſalmos in defunctorum fidelium ſepultura decãtare.*

10 *Vides quod antiquus mos eſt celebrare miſſas pro animabus defunctorũ? Vide etiam quod Miſſa appellatur ſacrificium?*

Ego aũt iam ſanato corde ab illo uulnere in quo poterat redargui car-

nalis affectus, fundo tibi Deus noſter pro illa famula tua longe aliud la-
chrymarum genus, quod manat de concuſſo ſpiritu conſyderatione peri
culorum omnis animæ quæ in Adã moritur. Quanquã illa in Chriſto ui-
uificata, etiam nondũ carne reſoluta, ſic uixerit, ut laudetur nomen tuũ in
fide moribuſq; eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptiſmũ re
generaſti, nullũ uerbũ exiſſe ab ore eius contra præceptũ tuum. Et dictũ
eſt à ueritate filio tuo: Si quis dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ
ignis. Et uæ etiã laudabili uitæ hominũ, ſi remota miſericordia diſcutias
eã. Quia uero non exquiris delicta uehementer, fiducialiter ſperamus ali
quẽ apud te locũ inuenire indulgentiæ. Quiſquis autẽ tibi enumerat uera

11 *Merita omnium ſanctorum, non ſunt niſi dona Dei. Vnde ſancti & uera habent merita, & a deo habent quicquid habẽt et gloria Chriſti eſt, cuiuslibet meritum Chriſtiani.*

11 merita ſua, quid tibi enumerat niſi munera tua? O ſi cognoſcant ſe
omnes homines, & qui gloriantur in Domino glorientur. Ego itaq; laus
mea & uita mea, Deus cordis mei, ſepoſitis pauliſper bonis eius actibus,
pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meæ de-
precor te, exaudi me per medicinã uulnerum noſtrorũ quæ pependit in li
gno, & ſedens ad dexterã tuã, te interpellat pro nobis. Scio miſericorditer
operatã, & ex corde dimiſiſſe debita debitoribus ſuis: dimitte illi & tu de
bita ſua, ſi qua etiã contraxit per tot annos poſt aquã ſalutis. Dimitte Do
mine, dimitte obſecro, ne intres cũ ea in iudiciũ. Super exultet miſericor-
dia iudiciũ, quoniã eloquia tua uera ſunt, & promiſiſti miſericordiã miſe-
ricordibus. Quod ut eſſent, tu dediſti eis, qui miſereberis, cui miſertus eris,
& miſericordiã tuã præſtabis cui miſericors fueris. Et credo iã feceris qđ
te rogo, ſed uoluntaria oris mei approba Domine. Namq; illa imminen
te die reſolutionis ſuæ non cogitauit ſuũ corpus ſumptuoſe contegi aut
condiri aromatibus, aut monumentũ electũ concupiuit, aut curauit ſepul

12 *Vides & hic fieri memorias defunctorum ad altare Domini ex antiquo inſtituto, & in eodem altari diſpenſari uictimã ſanctam qua deleta ſũt peccata noſtra, hoc eſt, uerũ Chriſti corpus?*

chrũ patriũ. Non iſta mandauit nobis, ſed tantũmodo 12 memoriam
ſui ad altare tuũ fieri deſyderauit, cui nullius diei prętermiſsione ſeruierat,
unde ſciret diſpẽſari uictimã ſanctam, qua deletũ eſt Chirographũ quod
erat contrariũ nobis, qua triũphatus eſt hoſtis computãs delicta noſtra,
& quærens quid obijciat, & nihil inueniens in illo, in quo uicimus. Quis
ei refundet innocentẽ ſanguinẽ? Quis ei reſtituet preciũ quo nos emit ut
nos auferet ei? Ad cuius precij noſtri ſacramentũ, ligauit ancilla tua ani-
mã ſuã uinculo fidei. Nemo à protectione tua dirũpat eam. Non ſe inter-
ponat nec ui nec inſidijs leo & draco, neq; enim reſpondebit illa nihil ſe
debere, ne conuincatur & obtineatur ab accuſatore callido: ſed reſpõde-
bit dimiſſa debita ſua ab eo cui nemo reddet quod pro nobis non debẽs
reddidit. Sic ergo in pace cũ uiro, ante quẽ nulli, & poſt quem nulli nu-

13 *Meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum patricio quondam eius coniuge.*

pta eſt, cui ſeruiuit fructũ tibi afferens cũ tolerantia, ut eũ quoq; lucrare-
tur. Et inſpira Domine Deus meus, inſpira ſeruis tuis fratribus meis, filijs
tuis Dominis meis, quibus & uoce, & corde & literis ſeruio, ut quotquot
hæc legerint, 13 meminerint ad altare tuũ Monicæ famulæ tuæ, cũ Pa-
tricio quondã eius coniuge, per quorũ carnẽ introduxiſti me in hanc uitã,
quemadmodũ neſcio. Meminerint cũ affectu pio parentũ meorum in hac

14 *Ecce quomodo animæ defunctorum iuuantur orationibus uiuẽtium.*

luce tranſitoria, & fratrũ meorũ ſub te patre in matre catholica, & ciuiũ
meorũ in æterna Hieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui ab exi-
tu uſq; ad reditũ, ut quod à me illa popoſcit extremũ, uberius ei prę̃ſtetur
in multorum 14 orationibus, tam per confeſsiones quam per oratio-
nes meas.

IN VITAM SANCTI IOANNIS ELEEMONIS Epiſcopi Alexandrini, alias Eleemoſynarij appellati. Præfatio.

COgitante me, ac diu tacite ſoliciteq́ mecum conſiderante, quid in domo Dei commodius ac dignius operari poſſem, ne ea uidelicet præſumerem, quæ mihi ex miniſterio credito commiſſa non ſunt, nec rurſus alia arriperem, quę ingenioli mei uires excedunt, ſecundũ illud Salomonis; Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud. Et alibi, altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Ecce ſubito quidam ſtrenui ac ſtudioſi uiri me cohortari uoluerunt, ut in latinum ſermonem uerterem leonciũ de uitæ reſiduis Ioannis Alexandrini antiſtitis, quem Græci propter multiplicem compaſsionẽ, quam erga omnes poſsidebat, merito & abſolute Eleemona, ideſt miſericordem appellant, quatenus tantus uir, non tantũ ſermone græco, uerumetiã latino eloquio pollentibus utilitati eſſet & commodo. Quapropter quia me dignum ad tantũ opus atq; idoneum minime perſpexi, leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniret auxiliũ mihi, ſicq́ ſolatia patrum & orationes adhibens, tam proficuum uirum non paſſus ſum cęlare latinis.

Sed licet membranas inciderim, ſchedulas præparauerim, non tamen hunc in codicem auſus ſum redigere, antequam à dominatione ueſtra, ò miles beate, licentiam adipiſci promerui. Neq; enim fas eſt, ut abſq; 1 uicario Dei, abſq; clauigero cœli, abſq; curru & auriga ſpiritualis Iſraelis, abſq; uniuerſali pontifice, abſq; unico Papa, abſq; ſingulari paſtore, abſq; ſpeciali patre, abſq; te omnium arbitro aliquid conſummetur aut diuulgetur. Tu enim tenes claues Dauid, tu accepiſti claues ſcientiæ. In arca quippe pectoris tui tabulę teſtamenti, & manna cœleſtis saporis requieſcunt. Tu enim quod ligas, nemo ſoluit, quod ſoluis, nemo ligat, quod aperis, nemo claudit, quod claudis, nemo aperit. Vicẽ nanq; in terris poſsides Dei.

1 *Vide multa præconia Romani pontificis sũmatim recenſita.*

Cum autem hunc beatũ in latinum uerterem eloquiũ, nec Græcorum idiomata, nec eorũ ordinem uerborũ ſequi potui, uel debui. Non enim uerbum è uerbo, ſed ſenſum è ſenſu excerpſi. Sed nec latinas regulas uſquequaq́ ſeruare curaui, dum tantum intentio mea illò tenderet, quò utilitas naſceretur legentibus. Qua de re angelice domine, non perſonam tantillitatis meæ intuens, non aſtutiam inueſtigans, uerborũ phaleras requirens, ſed potius pio cordis oculo profectũ legentiũ prænoſcens, ut tantus uir tanquam exemplar & ſpeculũ ſit omnibus, ueſtra apoſtolica autoritate translationem hanc, ſi ueſtro arbitrio placeat, firmitate, ſi diſplicet, emendate, dũmodo latinitas ſe tanto non doleat eſſe ſale priuatam, quo Græcia ſe gaudet optime conditam.

Suſcipe ergo ſanctũ à peccatore interpretatũ, & noli attẽdere per quẽ translatus ſit, ſed quis translatus ſit. Neq; enim propter fiſtulam plumbeã aquam lympidiſsimam deſpicias, neq; propter ſpinas quæ producunt, roſam quæ producitur, ſpernas. Cuſtos uero & amator tuus, quãdo uoluit, Pharaoni & Nabuchodonoſor iniquis regibus ſomnia, quibus futura prę noſcerentur, oſtendit, & Caipham impium, quod expediebat proferre pertulit, quinimo quando uoluit, aſinæ loqui articulata uerba permiſit.

Habetur in libro de geſtis ſanctorum patrũ, nouiſsime apud Coloniam impreſſo, nec libro Monachorũ ſancti Nazanij Veronenſis in Pergameno iam 300. annis ſcripto.

VITA SANCTI IOANNIS ELEEMOSYNARIJ, Alexandrini patriarchæ, à Leontio epiſcopo Neapoleos Cyrorum Inſulæ deſcripta.

INtentio quidem una eſt, noſtra & eorũ qui ante nos fuerunt, ſtudioſorum & ſanctorũ uirorum ſuper præſenti memorabilis uiri uitæ narratione, ideſt ut in omnibus quidem imitatio pia & utilis fiat, gloria autem & magnificentia ſanctæ & adorandæ trinitati referatur, & in hoc ſicut & in omnibus, quæ ſemper in generationem & generationẽ propria luminaria oſtendit, ad illuminandos qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent, peccatores. Quoniam uero amicos Chriſti non ualde miramur, q ante generationem noſtram fuerunt, qui deo placita conuerſatione uixerunt, quia ſub uiris qui ante nos fuerunt, non erat iniquitas hominũ multiplicata, ſicut modo, ut prædixit diuina ſcriptura, eo quod abũdauit iniquitas, refrigeſcit charitas multorũ, ideo non ualemus ad eorum conſurgere meritũ. Huius rei gratia, ad præſentem ſanctę huius uitę narrationem ex parte uenimus, oſtendere etiam diebus noſtris uolentes, & propoſitũ ſuũ cogentes, excellentiores nobis demonſtrari, & anguſtam & arctam uiã poſſe incedere, & obſtruere os loquentiũ iniqua, & animæ noxios intellectus uitare.

Iam quidem & alij ante nos optima atq; excellentiſsima de hoc admirabili uiro & ſummo ſacerdote Ioanne philoſophati ſunt, potentes exiſtẽtes in opere & in ſermone. Dico enim Ioannem & Sophronium Dei cultores, & amatores uirtutũ, & pietatis propugnatores, attamen quãuis tales eſſent, de dignitate & merito ſtudij uiri iſtius & ipſi omiſerunt, & idipſum perpeſsi ſunt, quod nonnulli ſtudioſi agricolæ, uineam uberem & fructuoſam uindemiantes, nã relinquunt utiq; ex fructu benedictionem, etiã uolentes, ſe retro ſequentibus egenis, eligentibus, ideſt colligentibus racemos uinearũ, ex quibus ſumus & nos minimi. Nam & omnes ſancti iſti, quanuis omni fortitudine ſua fructiferam hanc oliuã, quæ in domo dei, ut ait pſalmiſta, plantata eſt, propter multiplices reuera oliuas, quæ in ea ſunt, zelo Dei uindemiare ſtuduerint, attamen latuit eos multus oliuæ fructus, domino diſpenſante.

Noſtram ergo uilem & frigidã alacritatem ſuſcipite, ut duo uiduæ minuta, non enim illis detrahentes, neq; qui poſsimus eorũ à Deo donatam ſapientiã imitari, iuſti geſta ſcripturæ tradere feſtinauimus, ſed primo quidem uelut intelligimus non iuſtũ eſſe, ea quæ poſſunt utilitatem audientibus facere, ſilentio occultare, ne & nos incidamus in iudicium ſerui illius, qui talentum in terra abſcondit. Secundo autem, ut in hac narratione noſtra correctiores & delectabiles hiſtoriæ conſcribantur, quæ ſcriptę non ſunt ab optimis uiris, in laudibus ſanctiſsimi reuera atq; beatiſsimi Ioannis. Deinde uero, quia ſapientes & potentes in ſermone, amatores hiſtoriæ erant, ſapienter & ſublimiter materiã depinxerunt, quod maxime & peramplius erexit nos ad præſentem ſolicitudinẽ, ut eo qui ineſt nobis, pedeſtri, deformi, humiliq; charactere enarraremus, ut poſſet & idiota & ſine literis, de his quæ dicuntur, proficere.

Cum perueniſſem Alexandriã ego indignus ad amplectendos ſanctos & uictores

& uictores martyres, Cyrũ, & Ioannem, & eorum iocundis epulis & refectione frueremur, conuenientibus & colloquentibus ibidem quibuſdã uiris uenerabilibus atq; philoſophis, & diſputaremus de ſcripturis & de animæ inſtitutione, uenit ad nos quidam peregrinus petens eleemoſynã. Dicebat enim ſe nuper de captiuitate Perſarũ ereptum. Accidit igitur ut nullus de conſedentibus inueniretur habens precium aut nummũ. Vnus ergo de conſedentibus habebat illic aſtantem mercenariũ, callide datorem, accipientem tres tantũ nummos per ſingulos annos, habentem uxorem & duos filios. Cumq; receſsiſſet qui petebat, proſecutus eſt eũ ingenioſe, & abſtulit á ſe quã ferebat cruciculam argenteã, & dat ei, dicens ſe non habere aliud aliquid uſq; ad ſiliquam unam in uita ſua. Ego igitur de hoc quod acciderat, imo quod geſtum uideram, per gratiã Dei inuentus ſum conſiderare, quod fecerat, & compunctus, enarraui ſtatim prope me ſedenti, Mennæ nomine, uiro induſtrio & timenti Deum, qui & erat ordinans diſpenſationẽ ſanctiſsimę eccleſiæ ſub nobili & beatiſsimo Ioãne patriarcha. Qui cum me intuitus eſſet admirantem & laudantẽ eum qui eleemoſynam fecerat, dixit mihi: Ne mireris, eo quod ex traditione & doctrina huiuſmodi actionis operator extitit. Et dicente me ad eũ, quomodo? Propter charitatem prodeſto mihi, ipſe reſpondens ait; Sanctiſsimo ter beato patriarchæ noſtro miniſtrans permanſit Ioanni, & tanquam filius proprius, patris induſtriã ſuſcepit, dicẽte ſancto ad eum? Humilis Zacharia eſto miſericors, & uerbum promiſsionis habe ex Deo per infirmitatẽ meam, quia neq; in uita mea, neq; poſt mortem deerit tibi Deus, quod ſeruat uſq; hodie. Multas enim benedictiones mittit ei Deus, ſed non dimittit quidquam, quod non ſtatim det pauperibus, propemodũ conſtringẽs & in nihilũ redigens domum ſuam. Multoties in exultatione inuenerunt eum quidam, dicentem Deo, ſic ſic, aut tu mittendo, aut ego diſpergẽdo, uidebimus quis uincat. Liquet enim quoniã tu diues domine, & uitæ noſtræ miſerator es. Porro autem quando iuxta euentũ non habet, ad horã aliquid quod det á ſe petenti contriſtatus dicit ad tabernarium aut ad negociatorem, Da mihi unum tremiſſem, ideſt, tertiam partem ſolidi aurei, & ſeruiã tibi úno menſe uel duobus, ut uis, & ubi uis, quoniã eſuriunt ualde qui in domo mea ſunt. Et ſumens dat egenti, rogans ut nemini dicat.

Cum ergo ſenſiſſet me idem dei cultor Mennas, tanquã euangeliũ audientem ſe, dicit mihi cum compunctione; In hoc miraris domine? Iam ſi inueniſſes ſanctũ patriarcham, quid faceres? Aio ei; Quid amplius uiderẽ? Tunc dixit mihi; Crede per indulgentiã Dei, ipſe me feciſſe presbyterũ, & uicedominum ſanctiſsimæ eccleſię, & uidi in eo opera, uniuerſam penè naturam excedentia. Et ſi dignatus fueris in ſeruilia mea hodie ueniendo, ſanctificare nos, enarrabo tibi geſta, quæ ipſe inſpector eorũ factus, aſpexi. Cumq; hoc dixiſſet, tenui manum, & erexi eum, apprehendenſq;, duxit me in à Deo ſeruatam domum ſuam. Itaq; cũ uoluiſſet nobis menſam dignatus apponere, dixi ad eum; Non iuſtũ eſt, ó domine, animæ cibum relinquẽtes, corpus ante animã reficere, ſed magnum cibum, qui non perit, ſumamus, & poſtmodum corpori neceſsitatem prẹſtemus.

Cum ergo cœpiſſet uitã ſancti ſine mendatio recitare, primum, inquit, & præcipuũ bonum eius fuit, quoniam omnimodis non iurauit. Petij igitur cartam & atramentarium, & quę dicebantur, per ordinem annotabã.

Promotus ergo,& in throno reſidens in amica Chriſti magna ciuitate Alexandria,decreto diuino ueraciter,& non ex hominibus,neq; per homines,hoc primum forte factũ & præmium omnibus demonſtrauit.Mittẽs enim mox diſpenſatores,& eũ qui dicebatur,ſuper pacem,dixit corã omnibus ad eos in honorabili ſecretario; Non iuſtum eſt ò fratres, ante alterius cuiuſquã curam habere, quam Chriſti. Omni uero multitudine quæ conuenerat,audito uerbo compuncta ac ſuſtinente,dicit iterũ ille beatus; Euntes ergo per totam ciuitatẽ, conſcribite mihi uſq; ad unum omnes dominos meos.Illis autem non intelligentibus,qui hi domini eſſent, ſed rogantibus dicere,& mirantibus,quinã patriarchæ domini exiſterent,reſpõdit rurſus angelicum illud os,& ait, quos uos egenos & mendicos uocatis,illos ego dominos & auxiliatores prædico.Ipſi enim nobis uere & auxiliari,& cœlorũ regnum donare poterunt. Et cum hoc multa uelocitate uidiſſet factũ,Chriſti imitator,præcepit eis,per ſingulos dies ſtipẽdia tribui,& per propriũ diſpenſatorem præbere eis ſufficientem neceſsitatem, plus autẽ erant,quam ſeptem milia quingenti.Tunc quaſi paſtor uerus et non mercenarius, cum ſacroſancto ouili, & cum conuenientibus ſanctis uiris epiſcopis ad Eccleſiã ſanctã pergens,conſecratus eſt diuino iudicio.

Iuſtum uero eſt, hoc geſtorum eius non poſtponere bonum. In craſtinum enim iterũ mittens per totam ciuitatem eoſdem Dei amicos,œconomos,& cancellarios, & reliquos quibus erat diſpoſitio ciuitatis credita, non permiſit menſurã qualemcunq;, uel pondus paruum & magnũ in tota ciuitate,ſed omnia in una campana,ideſt, iuſta & æquali ſtatera, modo & artaba,ideſt,menſura modios tres continenre & tertiã partem modij,uendere & emere conteſtabatur, ſcribens in ſubſcriptione ſua conditionem per omnẽ regionem,habentem formam hanc;Ioannes humilis et exiguus ſeruus ſeruorũ domini noſtri,omnibus ſub paupertate noſtra degentibus,quiq; ab eodem domino noſtro regimini ſubeſſe noſcũtur.Hęc egregio beato Paulo,per eũ qui in eo loquebatur,Chriſto iubente,& omnibus legem ponẽte,obedite præpoſitis ueſtris & ſubiacete eis,ipſi enim peruigilant, quaſi rationẽ pro animabus ueſtris reddituri, credit tantillitas mea,uerbo diuino obedientes uos, ſuſcipere petitiones noſtras ut ex Deo,& non ex homine, unde hoc ſciens moneo charitatẽ ueſtram, ut nequaquam in quopiam ueſtrũ appareat huiuſcemodi præuaricatio. Denique,ut ait diuina ſcriptura,ſtaterã magnam & paruam odio habet Deus. Si uero quis apparuerit poſt præſentem ſubſcriptionis noſtræ conditionẽ, iſtiuſmodi crimen incidens,uniuerſas facultates ſuas indigentibus, nõ uolens,ſine mercede apponet.Ergo ut dignum memoria, & hoc ipſum publicum præceptum hic ponere curauimus.

Relatum eſt autem aliquando huic diuinitus ſapientiã conſecuto,quod per Xenia eccleſiæ rectores emptas perſonas acciperent circa diſpoſitiones captiuorũ.Quos nihil negligens conuocauit omnes, & neminem penitus exaſperans,ſuperauxit mercedes quæ eis prius dabantur, ponẽs uerbum,quatenus munera à quolibet omnimodis non acciperent,quoniam, inquit,ignis conſumet domos munera accipientiũ.Ex tunc igitur per gratiam Dei abundauerunt domus eorum,ita ut quidam ex eis additam ſibi mercedum quantitatem dimitterent.

Diſcens uero aliquando iterũ ille ter diues,quod quidam iniuriam pa-

terentur ab aduerſarijs ſuis, & uolentes adire eum, timore cancellariorum & eccleſiæ defenſorum atq; ei aſtantium prohiberentur, conſiderauit tale quid Deo acceptũ negotium, & quarta & ſexta feria publice ponens ſellam, & duo ſcamna ſedebat ante eccleſiam, colloquens quibuſdam ſtrenuis uiris, aut ſancta euangelia pro manibus tenens, nullum tanti obſequij appropinquare ſibi permittens, excepto uno defenſore eccleſiæ, licentiam & confidentiam dare feſtinans ſe adire uolentibus, quibus & confeſtim quod dignũ erat, per eccleſiæ defenſores faciebat, & pręcipiebat, ut nemo eorũ guſtaret panem, quoſq; ordinarent capitulũ, & audientibus dicebat; Si nos homines exiſtentes, permiſsionem ſemper pro petitionibus noſtris habemus ingrediendi domũ Dei, & petitiones noſtras facere ei, uidelicet, intractabili, ac omni creaturæ ſupereminenti, atq; operam damus, quo preces noſtræ impleantur, necnon & rogamus eum, ut non tardet, ſed illud prophetæ dictum protinus exclamamus; Cito anticipet nos miſericordia tua domine, quomodo putas nos conſeruorum noſtrorum petitiones cum omni feſtinatione debemus pergere, memores domini dicentis; In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis, & per prophetæ uocem iterum perhibentis; Quemadmodum perfeciſti, erit tibi?

Vna ergo dierũ ſimili modo hic mirabilis procedens, & in ſolito loco præſidens, uſq; ad horam quintam, & nemine accedente, mœſtus, & lachrymans receſsit, nullo autem audente eum interrogare cauſam mœroris, ſanctus Sophronius ait ad eũ ſecreto, (illic enim erat tũc) Quæ cauſa eſt Dei curator, retinentis animũ tuum ſanctum triſtitiæ? omnes quippe nos repente conturbauit. Quis dixit ei manſueta uoce. Hodie humilis Ioãnes qualemcunq; mercedẽ à quopiam non habuit, neq; Chriſto pro innumeris peccatis eius aliquid obtulit, ſicut nec aliquando. Cui ſanctus Sophronius diuinitus inſpiratus reſpondit (mox enim intellexit cauſam, ob quam idem triſtabatur Patriarcha) Hodie uero gaudere & lętari oportet beatiſsime, ueraciter enim beatiſsimus es, ita pacificans à Chriſto creditũ tibi gregem, ut nullã habeat contra proximum ſuũ litem aut dubietatem, ſed uelut angelos ſine litigio & ſine iudicio homines eſſe feciſti. Ille autẽ uere mitis paſtor, credens quod dictũ erat uerum eſſe, oculos in cœlũ extendens, dicebat; Gratias ago tibi Deus, quia & immeritam puſillanimitatem meam ſacerdotio fungi, & me exiguũ & peccatorem, ſacerdotem tuum uocari & paſcere rationabilẽ gregem dignatus es. Mox uero puſillanimitate omni depoſita, gaudium in humilitate multum illi affuit. Hunc uero (ut quidam aiunt) in hoc imitatus eſt Cõſtantinus, qui poſt Heraclium Imperatorem extitit, cuius & filius erat.

Huius ſancti Patriarchæ temporibus aſcendentes Perſæ captiuarunt & deprædati ſunt Syriam. Itaq; penè omnes qui effugiebant manus Perſarum, ad nomen huius ter beati, tanquam ad portum ſine fluctu accurrebant, ab eo & ipſi ſuffragio & ſuſceptione perfrui poſtulantes. Quos beatus iſte hoſpitio recipiebat, & conſolabatur non tanquam captiuos, ſed quaſi natura ueraciter fratres. Continuo ergo plagatos quidem & infirmos, in Xenodochijs & noſocomijs ideſt, egenorum domibus, fecit recũbere, pręcipiens curam eis & medicinam gratis impendi, & tunc recedere, quando unuſquiſq; eorum propria uoluntate uellet. Illis uero, qui ſani & egeni ueniebant ad rogã, maſculis quidem ſingulas ſiliquas dabat, mu-

lieribus autem & puellis, tanquam infirmioribus membris binas. Venientibus ergo quibuſdam indutis ornamentis aureis & dextralibus, & quęrentibus eleemoſynam, referebant de eis Patriarchæ hi, quibus erat roga credita. Ad quos beatus ille toruo oculo ac ſeuera uoce uſus, quanquam mitis eſſet & uiſu hilaris, dixit; Siquidē humilis Ioannis, imo Chriſti diſpēſatores uultis eſſe, diuino precepto ſine calliditate obedite dicenti; Omni petenti te tribue. Si autē uenientes curioſe inueſtigaueritis, Deus curioſorum miniſtrorum non indiget, neq; humilis Ioannes. Si enim quæ dantur, mea exiſterent, & mecū nata eſſent, fortaſſe bene in meis tenax exiſterē. Si uero quæ dantur, Dei ſunt, utiq; in ſuis pręceptum ſuum cuſtodiri uult. Si autē ex incredulitate & modica fide illud timetis, ne forte multitudo eorum quibus dantur, ſuperet introitum pecuniarum, ego ueſtræ puſillæ fidei communicari non patior. Etenim ſi beneplacito Dei actum eſt, ut eſſem ego indignus diſpenſator eius munerum, ſi totus mundus congregaretur Alexandriæ eleemoſynæ indigens, immenſos theſauros Dei non anguſtabunt neq; ſanctam eccleſiam. Cumq; illos dimiſiſſet, uniuerſam quę circundederat iſtos defectionem & modicam fidem ſciens, loquebatur his qui ei conſedebant, & admirabantur de data ei à Deo compaſsione.

Cū eſſem, inquiens, adhuc in Cypro iuuenis quaſi annorū quindecim, uidi una noctiū in ſomnis puellā quandam, cuius ſpecies ſupra ſolem ſplēdebat, ornatā ſupra omnē humanū ſenſum, quæ uenit & ſtetit ante lectū meū, & pulſauit me in latere. Expergefactus uero, uidi eā in ueritate ſtantē, & æſtimaui eā eſſe mulierē, figura igitur 2 crucis ſignatus, dixi ei, Quę es tu? & quomodo auſa es intrare ad me dū dormirem? habebat aūt & coronā de oliuarū ramis ſuper caput ſuū. Tunc illa hilari uultu & ſubridendo dicit mihi, Ego ſum prima filiarū Regis. Cū hæc audiſſem, ſtatim adoraui eā. Tunc dicit mihi, ſi me poſsides amicā, ego te ducam in conſpectu Imperatoris. Etenim nemo habet poteſtatē apud eum, ſicut ego. Ego quippe feci eū in terris hominū fieri, & ſaluare homines. Et hæc dicens, diſparuit. Ego uero in memetipſum reuerſus, intellexi uiſionē, & dixi, Credo cōpaſsio ac eleemoſyna eſt, & ideo habet in capite ex oliuæ folijs coronā. Etenim ueraciter compaſsio & benignitas erga homines, Deū carne ueſtire fecit. Statim ergo ueſtri me, & nullum domus meæ excitans in eccleſiā abij. Erat enim iā aurora. Et cū irem obuiā fratri frigore uexato, expoliaui me indumento caprino, & dedi ei, dixiq; intra me, ecce in hoc ſciā ſi utiq; uera eſt uiſio quā uidi, an dæmoniaca. Et ueritate teſtante nōdum eccleſiā comprahenderam, & ſubito obuians mihi quidā, albis indutus ueſtimentis, dat mihi ligaturā centū numiſmatum dicens. Accipe hęc frater, & diſpenſa ut uis. Ego aūt præ gaudio ſtatim hæc ſuſcipiens, reuerſus ſum, uolens reddere ei ligaturā illam, quaſi nihil indigens, & amplius non uidi aliquē. Tunc dixi ueraciter nōn eſſe phantaſiā. Ex illa uero hora ſæpe dabā confratri aliquid, & dicebā, uidebo ſi mittat Deus mihi, ut dixit, centupla. Et cū tentaſſem Dominū, malefaciens, & ſatisfactum mihi eſſet diuerſis modis per eas res, dixi: Ceſſa miſera anima, tentando intentabilem. Tot igitur certitudinē habente ex Deo humili anima mea, hi increduli fortaſſe hodie uenerunt, & me in deficientiam ſecum cadere hortantur.

2 *Signare ſe ſigno crucis antiquiſsimū eſt in eccleſia.*

Adrione exiſtente eadē populi multitudine in ciuitate, quidā peregri-

norum

norũ uidens tantam compaſsionẽ eius, uoluit tentare eum, & indutus ue-ſtimenta uetera, ad eũ, euntẽ ad uiſitandos qui in noſocomio, ideſt, in infirmario iacebant (Bis enim per ebdomadã uel ter ibat illuc) Et dicit ad eũ, Miſerere mei, quoniã captiuus ſum. Dicit datori, Da ei ſex numiſmata. Deinde cũ hæc accepiſſet, uadit & mutat habitũ, & obuiat ei aliunde, & procidit ei dicens, Miſerere mei, quia coarctor. Dicit denuo Patriarcha datori, da ei ſex nũmos aureos. Cũ uero iſſet, dicit ille diſtributor ad aurẽ illius patriarchæ. Per orationes tuas Domine, idem ipſe accepit ſecundo. Fecit uero ſeipſum patriarcha tanquã neſciret. Venit itaq; tertio iterũ accipere, & tetigit dator patriarchã qui aurũ ferebat, ſignificans quod ipſe eſſet. Tunc reſpondit ei Dei amicus, ille ueraciter miſericors. Da ei duodecim numiſmata, ne forte Chriſtus meus ſit, & tentet me.

Nauclerus quidã peregrinus damna pertulit, & accedens hunc beatũ uirũ, rogabat eũ multis lachrymis, ut compateretur & ei, ſicut omnibus alijs. Præcepitq; eũ accipere quinque libras auri. Cumq; accepiſſet has, abiens emit antecham, ideſt, archã & miſit in nauim. Mox accidit, ut extra fatũ naufragiũ pateretur, nauim uero non perdidit. Acceſsit iterũ ad eum, de bona eius uoluntate præſumens, & dixit, Miſerere mei, ut Deus mundi miſertus eſt. Cui ille patriarcha dixit. Crede frater, niſi miſcuiſſes pecuniæ eccleſiæ illas pecunias quæ tibi remanſerant, nullatenus naufragiũ pertuliſſes. De malis habuiſti eas, & perditæ ſunt cũ eis & quæ fuerunt ex bonis. Verũ præcepit denuo dari ei decẽ libras auri, denuntians ei, ne cõmiſceret eis alias pecunias. Emens præterea antheca, & nauigans uno die uente ualido flante, proiectus eſt in terrã, & omnia perdidit, & ipſam nauim, & non ſunt ſaluatæ niſi animæ tantũ. Voluit ergo præ confuſione & anguſtia idẽ Nauclerus necare ſeipſum, ſed Deus qui ſemper ſaluti hominũ prouidet, reuelauit hoc beato patriarchæ. Et cũ audiſſet qđ acciderat ei, nuntiat ei uenire ad ſe, nihil omnino dubitans. Tunc aſperſit ſe puluere, & tunicã ſcindens, indecenter accedit ad eũ. Cumq; uidiſſet eũ in tali habitu ille ſanctus, redarguit eum & dixit, miſereatur tui Dominus, benedictus Deus, credo ei quod ab hodierna die nequaquam naufragium incidas, uſquequo moriaris. Hoc uero tibi contigit, eo quod & ipſa nauis tua ex iniuſtitia eſſet poſſeſſa. Mox ergo iuſsit tradi ei unam magnã nauim, plenã frumento uiginti miliũ modiorũ, de illis nauibus quæ ſanctiſsimæ eccleſiæ ſubiectæ miniſtrabant. Quã recipiens exijt ab Alexãdria, & affirmabat ipſe Nauclerus, aſſeuerans uiginti diebus ac noctibus uehementi uento nauigauimus, non ualentes omnino ſcire quo iſſemus, neq; per ſtellas, neq; per loca, excepto quod gubernator uidebat illum patriarcham ſecũ tenentẽ temonem, & dicentem ſibi, Ne timeas, bene nauigas. Igitur poſt uiceſimam diẽ apparuimus in inſulis Britanniæ, & deſcendentibus, nobis in terrã, inuenimus illic famẽ magnã. Cũ ergo dixiſſemus primo ciuitatis, quod frumentũ portaremus, dixit: Bene Deus adduxit uos. Quicquid uultis, eligite, aut p ſingulos modios numiſma unũ, aut eiuſdẽ ponderis accipite ſtannũ. Elegimus itaq; dimidiũ ſic, & dimidiũ ſic. Rem aũt uadit dicere ſermo, inexpertis munerũ Dei incredibilem quidẽ & ſine fide, his uero qui experient ã miraculi eius habent, credibilẽ, atq; acceptam. Nã præterea Alexandriam cum gaudio reuerſi, quieuimus in Pentapoli, & aſportauit Nauclerus de illo ſtanno ut uenundaret

illud. Habebat itaq; illic antiquũ ſociũ in negotijs, petentem ex eodẽ ſtan no. Dat ei in ſacco quinquaginta libras. At ille uolens probare ſpeciem ſi bona eſſet, ſoluit illud in igne, & inuenit argentũ purũ. Putauit ſe eſſe tentatũ, & retulit ei ſaccũ dicens, Deus indulgeat tibi. Nunquid inueniſti me impoſtorẽ, ideſt, iniquũ erga te, quia argentũ pro ſtanno dediſti mihi? Expaueſcens uero de ſermone illo Nauclerus, dicit: Crede, ego pro ſtanno illud habeo. Si uero ille qui fecit de aqua uinũ, ipſe per orationes patriarchę fecit ex ſtanno argentũ, nihil mirũ. Et ut ſatisfaciam, ueni ad nauim, & uidebis cætera iſtius metalli ſocia, quod accepiſti. Aſcendentes itaq;, inuenerunt ſtannũ argentũ optimum ſactum, & non eſt peregrinum miraculũ, ophilo Chriſti. Qui enim quinq; panes multiplicauit, & rurſus aquã Ægypti tranſmutauit in ſanguinẽ, & uirgam in ſerpentẽ tranſmutauit, & tranſtulit flammã in rorem in multis ſanctis, facilius & hoc tam glorioſum miraculũ operatus eſt, quatenus & famulum ſuum ditaret, & Nauclero miſericordiam ſuam præſtaret.

Deſcendente ſanctiſsimo iſto uiro aliquando in Eccleſiam dominico die, acceſsit ad eũ homo, qui multas poſſederat facultates, & fures ingreſſi domũ eius, deſpoliauerãt eũ uſq; ad ſtramentũ, & cum multa quæſtio eſſet facta, & non inueniſſet qui hęc perpetrauerant, compulſus eſt multa nimis paupertate, deprecari cũ magna reuerentia ſanctiſsimũ illũ Patriarcham, dicens ei & calamitatẽ ſuam. Miſertus ergo illius multũ, fuerat.n. ex clariſsimis & magnis principibus, dicit ad aurem illius cui aurũ creditum erat, ut daret ei quindecim libras auri. Cum autẽ has daturus abiret, apprehendit conſiliũ logotheta, ideſt, ratiocinatoris & œconomi, et ex diabolica operatione inuidentes, non dederunt ei niſi quinq; libras. Cũ ergo reuertitur de collecta idem honorabiliſsimus Archiepiſcopus, dat ei in ſcriptis mulier uidua habens unicũ filium, noticiam Xenij quinq; centenatiorum auri. Cũ autem ſuſcepiſſet, et honorabile ſecretum dimiſiſſet, conuocauit diſpenſatores, & dixit eis: Quot libras dediſtis illi quid ad me acceſsit? Qui dixerunt, Domine ut iuſsit ſacratiſsima ſanctitas ueſtra. quindecim libras. Cum autẽ cognouiſſet per inhabitantẽ in ſe gratiam, illos eſſe mentitos, adducit eũ qui acceperat, & interrogauit eum, quid accepiſſet; Illo uero dicente quinq; libras, proferens de honoranda manu ſua ille ſanctus Pyctatium, quod ſibi traditum fuerat, dixit eis, A uobis exquirat Deus & illa alia decem centenaria, quoniã ſi dediſſetis quindecim libras, ut dixit humilitas mea, qui attulit quinq; centenaria, quindecim daret. Et ut certos uoſ faciã, mittens abducã qui has attulit. Et mitens duos uenerabiles uiros, ut acceſſirent reuerendã fœminam, quæ in baptiſterio pictacium ei porrexerat, cui & indicauerat, dicens, Benedictionem, quam Deus mihi offerendam miſit in cor tuum, ferens tecũ, ueni ad humilitatem meam. Quæ curſim ſurgens, appræhendit ueſtigia ſancti uiri una cũ quantitate auri. Cum ergo ſuſcepiſſet ille Patriarcha oblationem, & oraſſet ſuper eam, & ſuper filium eius ſufficienter, dixit; Obſecro te, nonne hæc tantum uoluiſti dare Chriſto, an aliud aliquid? Cũ aũt ſenſiſſet deiſerũ, illud quod fecerat cognouiſſe, tremore compreſſa, dixit, per ſanctas Domini mei orationes, & ſanctum meũ Mennã. quindecim centenaria ſcripſeram in Pyctatio, & ante unã horam cum ſtarem in Synaxi, ut darem hoc tibi Domino meo, diſſoluens illud importune legi. Ego enim indigna

ancilla tua ſcripſi hoc propria manu,& inueni decem deleta a ſeipſo. Tũc ſtupefacta intra memetipſam,dixi,utiq; non eſt uoluntas Dei, ut dem niſi quinq;. Dimittente aũt Patriarcha reuerendam illam fœminã, ceciderunt ad pedes eius diſpẽſatores,qui transgreſsi ſunt uoluntatẽ eius,petentes indulgentiã,& affirmantes nihil tale ſe ulterius acturos eſſe.

Intuens Niceta Patricius huius uiri uirtutibus pleni magnanimitatẽ, & ſine parcitate manus expenſam, & tanquã ex fonte iugiter omnibus præſtantẽ,inſtinctu quorundam diabolum imitantiũ,ſubit ad ſanctum, & dicit ei;Regnũ arctatur,& pecuniæ,eget iam, quia ſine parcitate erogantur quæ deferuntur tibi pecuniæ,da eas imperio, da eas in publicũ ſacellum. Ille uero de hoc quod dictũ fuerat,imperturbatus manens, dicit ad eum; Non iuſtũ eſt domine,ut arbitror Patrici,ea quæ ſuper cœleſti Regi oblata ſunt,terreſtri dare.Si uero & omnino tale aliquid iudicaſti,crede,humilis Ioannis ex eis nummũ non dabit tibi, ſed ecce ſub humili lectulo meo eſt apotheca Chriſti,ut uolueris, fac. Surgens itaq; ſtatim Patricius,uocat de ſuis hominibus qui portare deberent, & imponit ſuper eos pecunias totas ſub lecto inuentas, non relinquens ex eis niſi unũ centenarium. Et cum deſcenderent, qui portabant huiuſmodi pecuniam, aſcendebant quidã alij portantes puſillas lagunculas,habẽtes pecunias miſſas Patriarchæ de Aphrica,ſubſcriptas,alias quidẽ mel optimum,alias uero mel ſine fumo.Cum ergo deſcendens Patricius legeret ſubſcriptiones lagenarum, inſinuat Partiarchæ ut ſibi imitteret de tali melle,quod opus ſuũ uteretur. Nouerat enim eũ mali eſſe immemorẽ. Aſcendente igitur qui lagunculas habebat creditas,& reſponſa reddente,& indicante pecunias eſſe pro melle in uaſis,ſtatim uere mitis paſtor miſit ei unã lagunculam ſuperſcriptam mel optimũ,faciens ei & pyctaciũ,continens ita. Dominus qui dixit non te deſerã neq; derelinquã,ſine mendatio eſt,& Deus uerus, idcirco Deũ, qui omnibus eſcã & uitã præbet,homo corruptibilis conſtringere nõ poteſt,Vale.Præcepit autẽ obeuntibus & portantibus lagunculã ut dicerent ei,ut ante ſe faceret eã aperiri,& dicerent ei,quod omnes quas uiderat deferri lagunculas,pecunijs eſſent pro melle repletæ. Contigit uero ſedente eo ad menſam,ut nuntiaretur adeſſe eos qui lagunculas portabant, & pyctaciũ Patriarchæ.Aſcendentibus itaq; eis,cum uidiſſet unã tantum lagunculam,dixit eis Patricius,Dicite ei,Credo domine,magnam iracundiã aduerſum me retines,nam unã ſolam non mitteres mihi. Tradito autẽ pyctacio eodẽ & bullam diſſoluentibus, & euacuantibus corã omnibus pecuniã,agnouit & reliquas lagunculas quas uidit ſimiliter plenas eſſe. Cũ ergo legiſſet,quod homo corruptibilis Deũ conſtringere non poſſet, compunctus de ſermone,dixit.Et uiuit dominus, neq; Niceta conſtringet eũ. Homo etenim,& ipſe peccator, & corruptibilis eſt. Et relinquens mox prandiũ,& ſumens ſecum quotquot pecunias ab honorando patre abſtulerat,& lagunculã quæ ab eo tranſmiſſa fuerat & de ſuo centenaria tria, apprehendit honoranda ueſtigia,nullo in obſequiũ proprium ſumpto,ſed in humilitate multa aſcendens,rogabat eum quaſi alijs accuſantibus, quo modo indulgentiã à Deo expoſceret, 3 ſatisfaciens ei, quod etſi pœnitẽtiã ei daret,prompte hanc ſuſciperet & cuſtodiret.Admirãs Archiepiſcopus uelocẽ uiri conuerſionẽ nihil de commiſſo conqueſtus eſt, ſed magis conſolabatur eũ uerbis conſolatorijs.Talis autẽ amborum confirmata eſt

3 *Nota quod uolebat ſatisfacere Deo pro peccato.*

ex tunc à Deo charitas, ut compater iam dicti fieret Patricij.

Qui Abraham in hoc quod expediebat, tentauit, ut eius fidem ſoli Deo cognitã uniuerſus mundus imitaretur diſcens, tẽtauit & memorabilẽ iuſtũ Ioannem. Modus autẽ illius tentationis, forma utilitatis ſanctis eius Eccleſiis extitit. Eſt autem forma hæc; Inæſtimabili multitudine fugientiũ à Perſis, ſicut iam dictũ, aduenięte Alexandriã, et ſterilitate multa ciborũ facta, eo quod non ſubiret fluuius Nilus ſecundum conſuetudinẽ, & auro cũcto erogato quod poſſederat Patriarcha, miſit & mutuo accepit à multis philoſophis circa decẽ centenaria. Et his iterum conſumptis, & adhuc fame manẽte, & de cætero mutuũ dare ei nullo uolẽte, ſed omnibus pertinaciam famis timentibus, & neceſsitate compreſſo Patriarcha eorũ qui ab eo alebantur, & in multa cura & oratione beato perſeuerante, ſenſit quidã ciuitatis habitator eã, quę circũdederat sãctiſsimũ illum, ariditatẽ et omnimodã egeſtatem,

4 bigamusq́ exiſtẽs deſiderat diaconus eccleſiæ fieri, & per neceſsitatẽ quæ ſanctũ undiq; circundederat, uolebat ſuadere ei, ut eũ conſecraret, facitq́ ei deprecationẽ continentẽ ita. (In facie quippe ei non audebat tale aliquid dicere) ſanctiſsimo et ter beato patri Petrũ Ioanni uicario Chriſti, deprecatio & poſtulatio à Coſma indigno ſeruo ſeruorũ ſanctitatis ueſtræ. Ediſcens ſanctiſsime domine, quę obtinet honorandũ caput tuũ ſecundum permiſsionẽ Dei, imo pro peccatis noſtris eſcarũ pœnuriã, non iuſtum exiſtimaui ſeruus tuus, in refectione conuerſari domino meo in ſubtilitate, ideſt, tenuitate & paupertate manenti. Sunt igitur indigno ſeruo tuo frumenti ducenta milia modiorũ, & auri libræ centũ octoginta, quas rogo dari Chriſto per te dominũ meum, tantũ ego indignus miniſterio tui diaconatus frui merear, ut per talẽ cum te domino ſancti altaris miniſtrationẽ emunder à peccatorũ meorum luxuria. Dicitur enim uere per Dei prædicatorẽ ſanctum Apoſtolũ, quoniam ex neceſsitate & legis translatio fit. Hæc ſuſcipiens diuinitus ſapiens, & uirũ aduocãs, ait ad eum; Tu es qui preces nobis per notariũ tuũ & filium miſiſti? Quo dicente, etiã domine, miſit omnes foras beatus, & miſericordiſsimus, nolẽs coram omnibus hunc confundere, cœpit dicere ad eũ; Oblatio quidem tua ualde iuſta, & tempori neceſſaria, ſed maculoſa, & noſti quod in lege ouis ſiue parua ſiue magna, niſi immaculata eſſet, non in ſacrificiũ offerebatur, & ideo ad ſacrificiũ Caim non reſpexit Deus. Quoniã uero dixiſti frater, quod ex neceſsitate & legis translatio fiat, de legi ueteri hoc dicit Apoſtolus, Nam quomodo ait frater domini Iacobus, quod quicunq; obſeruauerit totã legem, offendat autẽ in uno, factus eſt omniũ reus. De fratribus uero meis egenis, & de ſancta eccleſia, Deus qui eos nutriuit ante quã ego & tu naſceremur, & ipſe nunc nutriet eos, tantum, ſi ſermones eius illæſos cuſtodierimus. Ille enim qui tunc quinq; panes multiplicauit, poteſt & decẽ horrei mei modijs benedicere. Quapropter illud dico ad te filij, quod in actibus Apoſtolorum dictum eſt, Non eſt tibi portio neq; hæreditas in hac parte. Cumq́; hunc triſtẽ & ſine effectu dimiſiſſet, nunciatur ei duas eccleſię magnarum nauium ad terram eſſe ſubmiſſas, quas miſerat in Ciciliam propter frumentum. Hoc autem audiens ille beatus, cadens in terram, gratias egit omnipotenti Deo, dicens. Gratias refero tibi domine, quoniã non permiſiſti ſeruo tuo pecunijs uendere gratiam tuam. Vere inquirentes te domine, & ſanctæ eccleſiæ tuæ regulas cuſtodientes, non de-

Ecce ſemper obſeruatum in eccleſia quod bigami ad ſacros ordines non promouentur.

ficient omni bono.

Quibuſdā duobus clericis in culpam cadentibus, hoc eſt manū in alterutrū inijciētibus, hos 5 excommunicauit canonice per aliquot dies. Horū quidem unus libenter ſuſcepit increpationē, & cognouit culpam ſuam, alter uero malitioſus exiſtens, gaudens præceptum ſuſcepit. Occaſionem enim quærebat miſer, ne ingrederetur eccleſiam, ſed licentiam haberet perſeuerandi in nefandis actibus ſuis. Iraſcebatur autē contra ſanctum Patriarcham, & quantū in ſe erat, minabatur ei nocere. Quidam uero dicebant, & ipſum eſſe qui prodiderat pecunias eccleſiæ ad Patriciū Nicetam, quas & rapuit manu, ut pręſcriptū eſt. Nuntiatū eſt igiť ei qď ille mali memor malitiā reſeruaret, & non rectā erga beatū hunc uoluntatē haberet. Ille autē uere paſtor, memor dicti illius, quis infirmať, & ego nō infirmor? Et iterū, uos q potētes eſtis debetis infirmitates impotentiū portare, uoluit hūc accerſire, & decenter admonere, & ſoluere eum ab excommunicatione, uidebat enim lupū conantem rapere ouem. Diſpenſatione uero Dei actū eſt, ut innoteſceret omnibus Patriarchę immemor mali animus tamē oblitus eſt accerſire eum, & ſoluere ab excommunicatione. Cum ergo ad ſanctum dominicū diē perueniſſet, & ſancto altari aſtitiſſet, ut incruentum, ideſt impollutum 6 ſacrificium offerret, iam diacono generalem orationem pene conſummante, ſanctum uelum exaltaturo, in mentē malitiæ immemoris uenit, & ſtatim diuini præcepti recordans, aſſerentis. Si offeres munus tuum ad altare, & ſibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum, & cætera, intimat diacono facienti orationem, quam diaconus ſolitus facere erat, ut reinciperet a capite, & ſi impleretur, iterum recapitularet, uſq; dum perueniat eius ſacrificatio. Finxit enim ſe tanquam ſi eum uentris neceſsitas compuliſſet. Et ueniens in honorabile cimiliarchium, ideſt, ſecretarium principale, miſit ſtatim fere uiginti hebdomadarios, quærentes iam dictum mali modi clericum. Intentio enim paſtoris hæc erat, ut educeret de ore leonis ouē. Deus uero qui uoluntatē timentium ſe facit, fecit præ manibus inueniri mox clericum. Et ueniente eo, & ueritati teſtimonium peribente, prior Patriarcha genuflexit, dicens, Indulge mihi frater. Veritus ergo illius honorabile pontificium, & eorū qui aderant præſentiam, magis uero timens iudiciū Dei, & horrens ne forte ignis de cœlo eadē hora cōſumeret eum uidentē honorandam illam canitiem humi iacentē, genufexit & ipſe, petens ueniam & miſericordiā. Et dicente Patriarcha; Deus nobis omnibus indulgeat, ſurrexerunt & ingreſsi ſunt ambo eccleſiam, & tunc cum multo gaudio & lætitia adſtitit altari, cū munda conſcientia ualens dicere Deo, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ita autem ſana ex tunc & cōpuncta mēte factus eſt lector ille, ut 7 presbyteri conſecratione potiri mereretur.

Dei feri quidam ſanctorum patrum dixerunt; Angelorum eſt nullatenus litigare ſed in omnimoda & perpetua pace conſiſtere, hominum uero eſt altercari & ſtatim reconciliari, dæmonum autem eſt litigare, & totū diē tranſire in reconciliatos. Hoc pterea præfati ſumus, amatores Xpi, propter præſentē narrationem. Placuit alio tempore huic nobili, unà cum cōmemorato Niceta patricio, de quadam publica re altercari. Modus autē litigŋ erat talis, neceſſariū eſt enim dicere, cū ſit animæ utilis; Patricius q-

5 *Vides uſum excommunicatiōis antiquiſſimum in eccleſia.*

6 *Ecce ad ſanctum altare in Miſſa offerri incruentum & impollutum ſacrificiū.*

7 *Si ex diacono meruit presbyter conſacrari, non oēs homines ex æquo sūt ſacerdotes, ſicut uolunt hæretici.*

dẽ diſponere uolebat forũ propter lucra publica; Patriarcha autem id nõ patiebatur, pauperum in hoc procurans ſalutem. Multum ergo coram ſe cretario contendentes, & inflexibiles manentes, receſſerunt ambo ad inuicem irati & irreconciliati. Erat autẽ hora quinta, & quidem Patriarchæ erat refragatio & amaritudo pro mandato Dei, patricĳ autẽ, propter pecuniaria lucra erat. Tamen ait ille iuſtus. Neq; pro rationabili, neq; pro irrationabili occaſione debet homo iraſci. Adueniẽte ergo hora undecima, mandat per Archipresbyterum una cum clero patriarcha Patricio hoc dignum memoria uerbum; Domine, ſol ad occaſum eſt. Cum autẽ hoc uerbum ille audiſſet, non tolerans cordis ſui ardorem, ſed tanquã diuino igne inflammatus, ſancti ſermone compũctus eſt, infectusq; lachrymis ſtatim totus factus eſt, & ſurgens, uenit ad beatum hunc. Quem cum uidiſſet, ait; Beneueniſti filius eccleſiæ, obediens uoci eius. Mittentibus igitur ambobus metaneam, ideſt, pœnitudinem ſiue recognitionẽ, & amplexantibus alterutrum, & aperiẽs os ſuum Patriarcha, dixit; Crede mihi domine, niſi quia uidi te ualde tribulatum de hoc, iam non pigritarer ego uenire ad claritatem tuam. Etenim Dominus & Deus noſter, ipſe circuibat ciuitates & caſtella, & domos, uiſitando homines. Omnibus autẽ humilitate ſummi ſacerdotis ædificatis, & admiratione plenis, reſpondit ad eũ Patritius: Crede pater, quia ulterius non capient aures meæ eorum uerba, qui litigioſas mihi ſuggerunt res. Tunc rapiens doctor dixit ei; Crede fili & frater, ſi omnibus his uoluerimus credere, multorum peccatorum erimus domini, maxime in tempore hoc, quando facti ſunt multi hominum inuicẽ odiẽtes. Multoties enim & mihi ſuadere tentarunt hi, qui ſuggerebant mihi diſpoſitiones rerũ, & cum facerem ſæpe finem, ut ſeductus fuerã, poſtmodum alĳ quidam ſuggerebant mihi, quod fuerim deceptus in capitulo. Cũ ergo ſecundo & tertio hoc fuiſſem perpeſſus, dedi terminum mihi metipſi abſq; utrorumq; parte, ne darem diffinitionem alio in capitulo. Quod ſi qui ſuggerebant mihi metirentur, ipſi pœnam ſoluerent, quam accuſatus ferret, ſi contra eum calumnia ueraciter fuiſſet iniecta. Et ex eadem die im prouide ſuggerere mihi contra aliquẽ, omnino aliquid, nullus iam auſum habet, quod depoſco, & moneo magnum decorem tuum fili, ſimiliter facere. Sæpe enim & cædes iniuſtas faciunt, qui ſublimitatem creditam habent, ſi fuerint uerbis ſuaſorĳs commoti, & ſi ſine cruciatu reciderint quæ adueniunt capitula. Et Patricius tanquã à Deo iuſſus, pactus eſt eius mãdatum ſe cuſtodire omni tempore illæſum.

Iſte memorabilis habebat quendã nepotem nomine Gregoriũ, Vna itaque dierum faciens iſte cum quodã ciuitatis tabernario rixam, conuicĳs ab eo ſeuere affectus eſt, qui amare dolens, non ſolum quia publice, uerũ etiam quia à uiliori inhonoratus eſſet, maxime uero, quia erat nepos Patriarcha, ſubĳt ad eũ in conclaui, eo in ſecreto morante, flens uehementer. Cum autem hunc aſtuantem & lachrymantem uidiſſet mitiſsimus Patriarcha, interogat cauſam detinentis eum anxietatis, ſcire hanc uolẽs. Cumq; ille non poſſet præ amaritudine, quæ circundederat eum, exprimere ſermonem, hi qui præſto fuerunt, quoniam eum exhonorari à negotiatore contingeret, cœperunt recitare Archiepiſcopo cauſam, & quia nõ debuerat, inquiunt, ita ſanctitas ueſtra contẽnere ut proprios ſuos ac propinquos à deſpectis exhonorari pateretur hominibus. Ille autem uerus

medicus,uolẽs primo ueluti emplaſtro quodam curare nepotis ſui furiã, & tamen tanquam ferro in ciſionem & liberationem paſsionis,per ſapiẽtiſsimum os ſuum hinc afferre, talibus uerbis cœpit extinguere morbum, & dicere. Et omnino auſus eſt aliquis os aperire, & cõtradicere tibi? Crede fili mi patri tuo,quoniam faciam in eo hodie talem rem,ut tota Alexandria miretur, Cumq; uid iſſet eum remedium recepiſſe, & triſtitiam cunctam proieciſſe, putantem uidelicet, quod ageret contra eum qui ſe contumelijs affecerat,& faceret eum flagellari per eum, qui ſuper forum erat conſtitutus, & à uarijs pompis dehoneſtari, dicit ei, deoſculans pectus ipſius,fili mi,ſi ex ueritate humilitatis meę nepos exiſtis,pręparate ipſum & flagellari & conuicia pati ab omni homine. Vera enim cognatio non ex ſanguine & carne,ſed ex uirtute mentis agnoſcitur. Confeſtim igitur accerſiuit eum,qui ſuper caupone erat conſtitutus,& præcepit ei, ne ab illo caupone acciperet,neq; conſueta ſua,neq; publica, neq; penſionẽ ergaſterij eius. Et ipſe enim ſanctiſsimæ eccleſiæ erat. Et omnes expaueſcentes immobilem longanimitatẽ eius,intellexerũt eſſe hoc quod dixit,quoniam faciam in eũ talem rem,ut miretur tota Alexandria, uidelicet quod non ſolum uiciſsitudinem,non reddidit, uerumetiam pro ultione adiutorium impendit.

Nunciatum eſt aliquando huic Beato,quod quidam clericorũ malitiã in corde aduerſus quendam reſeruaret,& inreconciliatus ei permaneret. Ille uero quærebat huius nomen & gradum. In craſtinũ ergo die dominico didicit hunc,Damianũ nomine,diaconum autem eſſe officio. Pręcepit itaq; archidiacono,ut ſibi,quãdo idem Damianus ad eccleſiam ueniret, demonſtraret. Igitur cum in craſtinũ ſtatio dominico die fieret, uenit idẽ Diaconus ad ſtationem, & uidens Archidiaconus,oſtendit Patriarchæ. Ob eam enim tantummodo controuerſiam adſtabat tunc pontifex ſancto altari,quid uero uellet facere,nulli credidit;Cum ergo ueniſſet diaconus Damianus ut ſuſciperet ab eo ſanctam communionẽ ſecundum proprium gradum,tenuit manum illius ille ſanctus,& dixit. Vade prius recõciliari fratri tuo,& tunc ueniens,digne ſuſcipe 8 immaculata immemor malitiæ,Chriſti myſteria. Reueritus ergo coram tanta multitudine clericorum contradicere illi,maxime in tali loco,& in tali horrenda hora, ſpopondit hoc facere,& tunc de ſanctis myſterijs dedit ei. Igitur ex tunc omnes clerici & laici cuſtodiebant ſe,ne inter ſe malitiam retinerent, timentes, ne & ipſos confunderet, triumpharetque quemadmodum & illum Diaconum.

8 *Vides ſacram Euchariſtiam appellari immaculata & ſancta myſteria?*

Habebat quidem ſanctiſsimus hic uir ſcientiã diuinarum ſcripturarũ, non autẽ in ſapientia ſermonis, tanquam ex inani gloria, ſed per eandem ipſam operum actionem,& mandatorum obſeruationẽ,& in ſecreto quotidiani cõſilij ſui, nullus ſermo ocioſus audiebatur, niſi forte ordinatio rei ciuilis exigeret,ſed aut relationes ſanctorum patrum,aut ſcripturales quęſtiones,aut dogmata ſeu problemata, propter multitudinẽ nec nominandorum hæreticorum,qui regionẽ circundederant. Si uero alicui aliquis detrahere inciperet,hunc Patriarcha per alteram ſermocinationẽ, ut ſapiens ingenioſe remouebat,& ſi iterum permaneret, nihil quidẽ ei dicebat, ſed hunc annotans, præcipiebat hebdomadario ne ſineret ulterius eũ intrare cũ his qui nunciabantur,quatenus per eũ cæteros tẽperaret atq; erudiret.

Diffinitionem autem & aliam quã affectauit hic ſanctus non eſt poſtponere. Audiens enim quod poſtquam coronatus eſt Imperator, nullus uniuerſi ſenatus et adſtantium exercituum antiquũ memoriale ei aliquod nuntier, ſed mox hi, qui dicuntur monumentorũ ædificatores, ſumant quatuor uel quinq; minutias marmorum puſillas de diuerſis coloribus, & ingrediautur ad eum, & dicant, Domine, quali metallo imperiũ tuum iubet fieri monumentum tuũ, inſinuantes uidelicet tibi, quia tãquam homo corruptibilis & tranſitorius curam habeto tuæ animæ, & pie regnum diſpone, imitabatur & iſte beatus ueraciter hanc dignam laude rationẽ, & præcepit ſibi monumentũ ædificari, ubi & reliqui prædeceſſores eius patriarchæ iacebant, imperfectũ uero manere uſq; ad obitum ſuum, ut imperfecto exiſtente per celebrem feſtiuitatẽ aſsiſtente clero, ingredientes qui dicebantur ſtudioſi, dicerent ad eum, domine, monumentum tuum imperfectũ eſt, præcipe ergo ut conſumetur, eo quod neſcias qua hora fur ueniat. Hoc autem faciebat ille ſanctus, ut ita fieret uolens imitationem bonã & poſt ſe futuris relinquere patriarchis.

Domino ob multitudinem peccatorum noſtrorum permittente, propria templa quæ erant Hieroſolymis, à percutiendis à Deo Perſis cremari, diſcens hic ſanctiſsimus Patriarcha, in multa egeſtate eſſe ſanctũ & modeſtum Patriarchã Hieroſolymorum, ad horum releuationem & reædificationem mittit ei numiſmata mille, & mille ſaccos plenos frumento, & mille leguminũ mille libras ferri, mille reſtes ſiccatorũ piſcium, qui menomenæ dicuntur, mille uaſcula uini, & mille Aegyptio operarios, mittens ei per literas, Da mihi ueniam uere Chriſti operator, nihil dignum templis Chriſti mittenti. Vellẽ enim crede mihi, ſi eſſet conueniens, & ipſe eo uenire, & ipſe operari in domo ſanctæ Chriſti reſurrectionis, Veruntamen illud rogo honorandum caput tuũ, ut nullatenus hoc imputes minimo nomini exiguitatis meæ, ſed hoc potius petas à Chriſto, ut ibi me conſcribat, ubi ueraciter conſcriptio beata conſiſtit.

Arripit ille ſanctus & hoc, bonum dico, uidelicet quo infimo ſtratu recumberet, & uilibus operimentis in cellula ſua uteretur. Quod cum audiſſet quidam poſſeſſorum ciuitatis, aſcendens ad eũ, et uidens quod opertorio ſciſſo & laneo tegeretur, tranſmiſit ei coopertoriũ numiſmatum triginta ſex, rogans multũ eum, ut eo cooperiretur ad memoriã mittentis. Ille uero hoc ſuſcipiẽs, propter multã uiri poſtulationem coopertus eſt hoc una nocte & per totam pene noctẽ dicebat ad ſemetipſum, ut recitabant cubicularij eius; Quis dicet quod humilis Ioannes (habebat enim ſemper uerbũ iſtud in ore) pallio triginta ſex numiſmatũ tegatur, & fratres Chriſti frigore necentur? Quanti ſunt modo, qui dẽtibus præ glatie ? quãti ſunt modo, qui pſiatum habentes ſubtus dimidium, & ſupra dimidiũ, & non poſſunt extendere pedes ſuos, ſed dormiunt ut glomus trementes? Quanti in monte dormierunt incœnati, & ſine lucerna habentes duplicẽ cruciatum, tam ex frigore, quam ex ieiunio? Quanti deſiderant ſaturari de folijs olerum, quæ proijciuntur de coquina mea? Quanti uellent tingere panem ſuum in ſchemate, quod proijciunt coqui mei? Quanti cupiunt uel odorare uinũ, quod funditur in cellario meo? Quãti ſunt in ciuitate iſta in hac hora peregrini, non habentes ubi hoſpitentur, & in foro iacent, fortaſſe & pluuia madefacti? Quanti putas, habent totum menſem uel etiã duos, nõ

guſtantes oleum? Quanti ſunt, qui non habent alterū ueſtimentum in æſtate, & alterum in hyeme, & ita miſerijs affligūtur? Tu uero expectans etiā æternam iocunditatē aſſequi, & uinum bibis, & piſces immanes deuoras, & in cubiculis demoraris, modo autē cum omnibus malis, & in coopertorio triginta ſex numiſmatum te calefacis? Veraciter ita uiuens, & in tali laxatione conuerſans, non expectabis illic præparatis gaudijs frui, ſed audies utiq; quod & diues ille audiuit; Recepiſti bona in uita tua, pauperes uero mala, nunc ergo conſolantur, tu uero cruciaris. Benedictus Deus, humilis Ioannes alia nocte non cooperietur illo. Iuſtū eſt enim, & bene acceptum Deo, ut tegantur centū potius quadraginta quatuor fratres & domini tui, quàm tu infelix. Venundabantur uero quatuor recanellæ numiſmate uno. Mox ergo tranſmiſit illud in craſtinum, ut uenundaretur. Et uidens is qui obtulerat, emit illud triginta ſex numiſmatibus, & rurſus obtulit Patriarchæ. Cum uero in craſtinū uidiſſet illud, emit hoc ſimiliter, & rurſus obtulit Patriarchæ, depoſcens ut tegeretur ab eo. Cum autē tertio hoc feciſſet, dicit ei gratulabundus ille ſanctus. Videbimus qs deficiet, ego an tu. Erat enim opulentus ualde & ſuauiter quaſi uindemiabat eū ille ſanctus, paulatim ab eo multa auferens, & dicebat ſemper, quod poſſet aliquis intentione dandi pauperibus expoliare diuites, & ipſum etiā hypocamiſum, id eſt, ueſtimentū quod ſubter camiſiam eſt, ab eis beneuole auferre, & non peccare, & maxime, ſi ſunt aliqui immiſericordes, & auari, Duo enim lucratur talis, unum quidē, quia animas illorum ſeruat, alterum autem, quoniā & ipſe ex hoc mercedem non modicā habet. Attulit autē ad credulitatem uerbi & teſtimoniū uerax, quod circa ſanctum Epiphaniū & Ioannem epiſcopum Hieroſolymorum factum eſt, quomodo ſanctus Epiphanius per artem tulit argentum Patriarchæ, uidelicet Ioānis eiuſdē, & dedit pauperibus.

DE PETRO TELONARIO.

Dignum & congruū prædicto capitulo, referebat ſemel coram omnibus iſte ſanctus dicens; Habebā, inquit quendam miniſtrum in apotheca mea in Cypro, fidelē ualde, & 9 uirginem uſq; ad obitum ſuum. Hic ergo narrabat mihi, quia in Aphrica exiſtente me, facta eſt res huiuſmodi. Permanebam enim, ait, cum quodā telonario, diuite uehementer & immiſericordi. Semel ergo pauperibus in hyeme ſedentibus ad ſolē, ſeq; calefacientibus, cœperunt ſinguli domos eleemoſynatorū collaudare, & pro eis orare per ſingulos eorū, ſimiliter, & domos eleemoſynam non facientium uituperare. Inter quæ uenit in medium eorum & nomen ſenioris mei Telonarij, & cœperunt ſinguli interrogare proximū; Vere tu frater accepiſti aliquando de domo illa benedictionē? Et omnibus interrogantibus inuicem, nullus inuentus eſt accepiſſe aliquādo de domo eius aliquid. Dicit ergo unus ex eis; Quid dabitis mihi & ego accipiā hodie ex eo benedictionem? Et facientibus cum eo pactū, uenit, & ſtat foris portam domus, expectans quando ad domum ſuā reuerteretur. Ex diſpenſatione Dei peruenerunt ſimul, ipſe ingrediens portā, & animal portans ſiligines à mancipio, cauſa prandij ipſius. Videns igitur egenū, non inueniens lapidem, per furorē arripit ſiliginem de oiſtella, & iactauit in faciē eius. Ille uero ſuſcepit eam, & abijt ut ſatisfaceret confratribus ſuis, quod ex eiſdē manibus accepiſſet eam. Itaq; poſt duos dies ægrotauit infirmitate ad mortē idem

9 *Fidelem & uirginē uſque ad obitū ſuū. Ergo ſeruare uirginitatem non eſt res impoſſibilis, ut uolūt nonnulli.*

Telonarius,& uidit in ſomnis ſeipſum rationem ponentē,& omnes actus ſuos ſuper ſtaterā appendi. In una quidem acie congregabātur Mauri quidam deformes, altera autem acies aliorum quorundā erat candidatorū & terribilium ſpecie. Qui nihil inuenientes boni, ut & ipſi appenderent econtra aduerſum mala opera, quę collecta erant à Mauris, in acie ipſorū nimis turbabantur & triſtabantur, & mente conſternebantur ad alterutrum, & dicebant; Ergo nihil nos hic habemus? Tunc dicit unus eorū. Vere nihil habemus, niſi unam ſiliginē, quam dedit ante duos dies Chriſto, & ipſam non uoluntarie. Et mittentibus eis ſiliginē, ęqualitas facta nō eſt. Tunc dicunt Telonario hi, qui apparuerant ei candidati; Vade, & auge ad ſiliginē hanc, alias uere mauri iſti te apprehendent. Euigilās ergo, agnouit quæ uiſa ſunt ab eo non eſſe mendacia ſed uera. Omnia uero quæ à iuuentute ſua commiſerat, & quorū ipſe erat oblitus, uidebat Æthiopes illos congregare, & deportare ad libram, & dicebat, Pape, ſi una ſiligo quā iactaui per furorem ita profuit, à quantis malis ſe liberat, qui dat in ſimplicitate ſua bona indigentibus? Et de cætero ita modeſtus & prudens atq; ſummus eleemoſynator factus eſt, ut etiam corpori proprio nō parceret.

Contigit uero aliquando ſecundum conſuetudinem procedere eū diluculo ad Teloneum, & obuiat ei nauta, qui à naufragio nudus ut natus eſt, euaſerat & cecidit ante eū, rogans ut protectionem apud eum impetraret. Ille ergo putans quod egenus eſſet, expoliauit ſe eſophorium ſuū, quod illius melius erat, & dat ei, rogauitq; eū, ut hoc ipſe ueſtiretur. Pergens uero ille, & erubeſcens ueſtiri hoc, dedit illud uenditori ut uenundaretur. Et cum recederet Telonarius, uidit hoc ſuſpenſum, & contriſtatus eſt uehemēter, & aſcendens domū ſuam, nihil paſſus eſt guſtare, ſed claudens oſtiū conclauis ſui, ſedebat plorans et cogitans, quia non ſui dignus, ut mei memoriam haberet egenus. Cum ergo anxiaretur, obdormiuit, et ecce uidit quendam ſpecioſum tanquam ſolē, ferentem crucem ſuper caput ſuum & eſophoriū, quod dederat nautę, aſiſtentem ſibi, & dicentem. Quid ploras Domine Petre? (Hoc enim erat nomen) Ille uero dixit, ut ad Deum diſputans; Quia domine ex quibus largiris nobis, damus alicui, & in turpe lucrum uertunt accipientes. Tunc dicit ei; cognoſcis hoc? Et oſtendit ei, quia denitus ueſtitus eſſet eius eſophorio. Dicit ei; Ecce ego illo ueſtior, ex quo dediſti mihi hoc, & gratias ago uoluntati tuæ bonæ, quoniam frigore affligebar, & tu cooperuiſti me. Ad ſe ergo reuerſus, admiratus eſt, & cœpit beatificare egenos, & dicere; Viuit dominus, ſi inopes Chriſtus meus ſunt, non moriar, & ſiam tanquam unus ex eis.

Accerſito uero notario ſuo, quem & emerat, dicit ei; Secretū uolo credere tibi, & crede ſi propalaueris me barbaris uendam te, aut ſi non audieris me. Dat uero ei decem libras auri, & dicit ei; Vade & eme tibi negotium, & ſume me, & duc in ſanctam ciuitatem, & uende me cuilibet chriſtiano, & precium da pauperibus. Notario autem recuſante, dicit ei iterum; Quoniam ſi me non uendideris, ego uendam te barbaris ut prædixi tibi. Obediuit ergo ei notarius, & peruenientibus eis ad ſancta loca, inuenit idem notarius amicum ſuum charum, fabrum argentarium, qui damna inciderat. Ad locutionem uero uenientibus ambobus, dicit ei notarius; Audi me Zoile, & eme ſeruum unum, quia habeo tam bonum ut dicat homo quod patricius ſit. Et audiens argentarius quod ſeruum

haberet,admiratus eſt, & dicit ei ; Crede mihi, quia non poſsideo unde emere poſsim . Dicit ei rurſum notarius ; Accipe mutuũ,& eme eum,multum enim eſſet bonus , & benedicet tibi Deus per eũ . Acquieuit ergo ei, & emit eũ ſordidis ueſtibus indutũ,numiſmatibus triginta . Relinquens aũt eũ notarius abijt conſtantinopolim, ſanctificans quod nulli hoc manifeſtaret , & quod de precio nequaquã ſibi retinendo aliquid defraudaret, ſed hoc tantũ pauperibus daret . Ergo aliquando idẽ Petrus coquinã faciebat Domino ſuo, aliquando autẽ lauabat pannos eius , nunquã aliquando in quolibet horũ aſſuetus . Afflixit aũt ſeipſum & ieiunio multo . Cũ uero uidiſſet ſe benedici Dominus eius ſuper omnem benedictionem, dicit ei,uerecundatus enormẽ eius uirtutẽ, & humilitatem. Volo humilis Petre liberare te,& ut ſis de reliquo frater meus . Ille uero noluit,Viderat enim eũ frequenter conuicia perferre , & percuti à conſeruis ſuis . Habebant autẽ eũ tanquam amentem,ita ut & nomen ei imponerent Amẽtis. Quoties cunq; ergo tribulabant eũ conſerui ſui, & dormiebat in tribulatione,apparebat ei q in Aphrica illi apparuerat, ueſtitus eſophorio eius, tenens & illa triginta numiſmata in manu,dicens ei,Noli mœſtus eſſe frater Petre , ego ſuſcepi & precium tui, ſed ſuſtenta dum cognoſcaris .

Poſt aliquid uero tempus 10 uenerunt à patria eius quidã argenti uẽditores , ut orarent ad loca ſancta, & inuitauit eos ad prandiũ Dominus Domini Petri,& cũ miniſtraret,ſtatim ille cognouit eos . Ipſi autem dum panderent , cœperunt affigurare eũ, & inuicem ad aures dicere , Quã ſimilis eſt puer iſte Domino Petro telonario ? Ille uero occultabat , quantũ poterat, uultũ ſuum . Iterum ergo comedentibus eis , cœperunt dicere ad eũ qui eos inuitauerat ; Vere putamus , res tibi magna euenit Domine Zoile,etenim,niſi erramus,publicã perſonam in miniſterio tuo habes.Neque ſciebant certius , quia erat de coquina & ieiunio commutatus uultus eius . Diu igitur conſiderantibus eũ , dicit unus ex eis ; Vere Dominus Petrus telonarius eſt; ſurgã & tenebo eũ . Valde enim Imperator audiens, triſtatur de eo,quia dudũ non comparuit. Foris itaq; ſtans audiuit hæc , & ponens catinũ à ſe,non eſt ingreſſus,ſed recto curſu cucurrit ad portã . Erat itaq; ei qui eũ tunc habebat, oſtiarius mutus & ſurdus à natiuitate , qui per nutũ tantũ aperiebat & claudebat, Feſtinans ergo ſeruus Dei exire,dicit ſurdo & muto, Tibi dico in nomine Chriſti . Ille uero audiuit ſtatim & dixit. Etiam Domine . Iterũ uero ille ait ; Aperi . Reſpondit mutus & ſurdus ſecundo; Ego Domine. Statim ergo ſurrexit,& aperuit ei . Et exeunte eo , ſubijt oſtiarius , & clamauit corã omnibus gaudens & exultans , quia audiuit & locutus eſt , Domine Domine . Porrò omnibus qui in eadẽ domo erant perterritis, quoniam audiebant eũ loquentem , Iterũ dicit ille quondã mutus ; Ille qui coquinã faciebat, exijt currens ; ſed uidete,ne forte fuga lapſus ſit , magnus enim ſeruus Dei eſt , Quando diſcedebat dixit mihi,Tibi dico in nomine Domini , & mox uidi de ore eius exeũtem flammã,& tangentẽ aures meas,& ſtatim audiui,& locutus ſum . Et exilientes,& ſequentes eũ cuncti , ulterius non uiderunt eũ . Tunc pœnitẽtiam omnes agebant,qui in domo illa erant, & ipſe Dominus eius qui Petrum emerat quia in tali exhonorantia humiliaſſent eũ, & maxime hi qui uocabant eum Amentem .

10 *Ecce quomodo peregrinationes ad loca ſancta cauſa orationis,etiam illo tempore erant in uſu.*

Hæ ſunt beatiſsimi à Deo honorati Ioannis Patriarchæ narrationes .

Non ſolũ enim de uita ſua contentus erat uolentem proficere ædificare, uerumetiã de Deo acceptis & ueracibus relationibus ſuis, & dicebat ſemper hæc audientibus, Si proprio ſanguini non pepercerunt quidã hominum, ſed hunc dederũt in manus fratrũ, imo Chriſti, quomodo putas nos cũ alacritate et humilitate debemus de facultatibus noſtris dare Chriſto

11 & egenis atq; pauperibus, ut 11 recompenſationem recipiamus à iuſto & mercedũ redditore Deo, in illa timenda, et horrenda retributionis die? Qui nunc ſeminat parce, parce & metet, quod qui ſeminat in benedictionibus, ideſt, large & magnanimiter, multipliciter & metet, hoc eſt, bona illa hæreditabit, quæ omnem mentem tranſcendunt.

Vides quod ualent & gratæ etiam ſunt Deo illæ eleemoſynæ, quæ fiunt intuitu recõpenſationis a deo in die iudicij, & retributionis mercedis uitæ æternæ.

DE SANCTO SERAPIONE.

Omnibus ergo rectis moribus iſte ſanctus adornatus, nec hoc carebat, ualde enim diligebat eloqui de actibus ſanctorũ patrum, & eorũ qui eleemoſynæ cultores fuerunt. Vnde cũ una dierũ recitaret de uita ſancti Serapionis, qui uocabatur ſindonius, & inueniret eũ (ut fertur) amictũ ſuum dediſſe egeno, & iterũ paululum proceſsiſſet illinc, & frigus patienti obuiaſſe, & illi tunicã præbuiſſe, & quia nudus ſedebat, tenens ſanctũ euangelium, & interrogatus à quodã; quis te expoliauit abba? demonſtrans ſanctũ euangelium, ait, Iſte. Et alio tẽpore hoc ipſum euangeliũ uendidiſſe, & dediſſe eleemoſynã. Et diſcipulo ſuo dicente, Abba, euangelium ubi eſt? & illo dicente ad eũ, Crede fili, qui dixit mihi, Vende quæ habes, et da pauperibus, ipſum uendidi, et dedi eis, ut in die iudicij habeamus fiduciam abundantiorẽ apud Deum. Et quia alias iterũ uidua mulier petiſſet ab eodem ſancto Serapione eleemoſynam, quoniã eſuriebant filij eius, et non habente eo aliquid omnino, tradidit ſe ei, ut uenderet eum ad mimos (Græcos) quos et Chriſtianos fecit in paucis diebus Hæc legens ſanctus de ſancto Serapione, dicit ad eos; Væ uæ ô philochriſti, quid prodeſt homini colloquenti de actibus ſanctorũ patrũ? Credite mihi quia uſq; hodie putabam, quod uel aliquid facerem, datis, quas habere poſſum, pecunijs, neſciebam autem quod et ſeipſos uenderent, quadam compaſsione ſuperati.

12 Semper quidẽ honorabat 12 monachicũ ſchema ſanctus hic, & colebat & compatiebatur, ubi maxime aſpiciebat monachum corporalibus utilitatibus anguſtatum. Habebat autem & hoc ſuper multos præcipuũ, quia accuſationem qualemcunq;, ſiue mendacem, ſiue ueracem non ſuſcipiebat contra aliquem circumamictũ monachico habitu. Semel enim euenit ex immiſsione quorundam criminatorum, pertuliſſe eum aliquid tale. Quodam monacho girante in ciuitate cum puella una iuuencula, & petẽte eleemoſynam per dies aliquot, quidam qui hoc uiderant, 13 ſcandalizati, & exiſtimantes quod mulier eius eſſet, attulerunt patriarchæ contra eum querelas dicentes; Propter quid à Deo honorate, derogat talis angelicæ monachicæ uitæ ſchemati, puellam quandam habens mulierẽ? Mox ergo Dei famulus, putans proſcribere contra Deum commiſſa peccata, tanquam qui ad hoc ab eo eſſet prouectus, præcepit mulierem quidẽ flagellis cædi, & ſeparari ab eo, ipſum autem uerberari, & in carcere ſecreto recludi. Dum ergo cũ omni celeritate iuſsio ſancti in opus procederet, apparuit ei nocte per uiſum monachus, oſtendens ei dorſum ſuum putrefactum (non parcentes enim ceciderant eum eccleſiæ defenſores) dicens ei;

Semper ſancti uiri honorauerunt Monachos, non autem contempſerunt ut faciũt modo pſeudo magiſtri.

13 *Conſideras quod etiã illo tum ſcandalum magnum erat in populo, Monachum habere ſecum mulierẽ, quod noſtri temporis hæretici nihili faciũt.*

Ita placet tibi domine Patriarcha, hac una uice erraſti ut homo, crede mihi, quia de proximo eſt uita & mors. Et hæc dicens, diſceſsit ab eo. Mane autem facto, recordatus eſt ille beatus uiſionis nocturnæ, & ſedebat ſuper lectũ ſuum mœſtus, mittitq; ſtatim & conuocat per cancellariũ ſuum monachum de loco in quo erat recluſus, cogitans intra ſe beatus ille Patriarcha, ſi ſimilis eſſet illi, qui nocte ſibi apparuerat. Cum ergo ueniſſet cũ labore multo, neq; enim proper plagas moueri poterat, cumq; uultũ eius uidiſſet Patriarcha remanſit ſine uoce immotus, non ualens loqui, ſola autem manu ſua innuit, ut ſe in lectulo ſuo locarent. In ſemetipſum uero reuerſus, & ſignatus, rogauit monachum præcinctum linteo, ut ſine uerecũdia deſpoliaret ſe, quatenus uideret dorſum eius, ſi ita eſſet ſicut & in ſomnis uiderat. Vix ergo ſuaſus ut id ageret, deſpoliauit ſe. Cum uero deſpoliaretur ut monſtraret dorſum uiro ſancto, per admirandum Dei conſilium ſolutus eſt, quo erat indutus amictus, & cecidit in terram uiderunt eum omnes eſſe eunuchum. Sed quia recens erat, nulli hoc exiſtebat manifeſtum. Videntibus ergo eum omnibus, & ſancto Pontifice, & maxime dorſi eius pernicioſa uerbera, mittens mox ſegregauit illos qui hunc incõſiderate tractauerunt. Venerabiliſsimo autem monacho complura rationabatur, in ignorantia dicens ſe in eum peccaſſe, & in Deum uerum, & in hoc admonebat ille ſanctus. Non, inquit, o fili ita ſine cuſtodia in ciuitatibus cõuerſari oportet eos, qui 14 ſancto angelico ueſtro indumento circumamicti ſunt, maxime & fœminã 15 circunducere ad ſcandalum aliorum uidentium. Tunc monachus cum omni humilitate rationẽ reddebat ſancto dicens; Crede domine, non mentiar. Gazæ eram ante paucos dies, & exeunte me de ciuitate, ut uenirem & ſalutarem ſanctum Abbam Cyrum, obuiauit mihi hæc bene uiſa puella foris portã, ueſpere incumbente, & accurens ad pedes meos, rogabat ut mecum ambularet. Dicebat enim Hebræam eſſe, & uelle fieri Chriſtianã, & cœpit eadẽ narrare uerbis horribilibus, ut non permitterẽ perire eam. Timens itaq; ego iudiciũ Dei, ſum pſi eam, æſtimans quod non immitteret tentationem ſathanas ſpadonibus, neſciebã uero quod nemini parcat. Igitur uenientibus nobis ſanctiſsime pater, & orationẽ perficientibus, baptizaui eam ad ſanctum abbã Cyrũ, & gyrabam cum ea in ſimplici corde, expoſcens modicum ſumptum, quatenus introducerẽ eam in monaſterium. Cũ hæc audiſſet Patriarcha, Pape quot abſcõſos ſeruos habet De⁹, et neſcimus nos humiles? Et enarrabat his qui præſto erant, uiſionẽ quam uiderat nocte de eo, & protulit Patriarcha centũ numiſmata de manu daturus ei. Dei autẽ amicus ille, uere monachus, non paſſus aliquid accipere ex eis, dignũ memoria uerbum ad Patriarchã locutus eſt, dicens, Ego hoc non poſtulo domine; Monachus enim ſi fidẽ habet, horũ non indiget. Si autẽ horum eget, fidẽ non habet. Quod maxime amplius ſatisfecit omnibus qui audierant, quod ſeruus Dei iſte monachus eſſet. Genuflexit igitur Patriarchæ, & exijt in pace. Ex tunc igitur plus honorabat & hoſpicio recipiebat monachos, & bonos æſtimatos & 16 malos, & ædificabat mox xenodochiũ ſeorſum, & appellauit hoc receptaculum monachorum.

14 *Vide quam honoriſice loquatur de ſancto Monachorum inſtituto.*

15 *Taxat uenerabilem Monachum imprudẽtiæ, qui circũduceret (licet ſine peccato) mulierem per ciuitates, in ſcandalum uidentium.*

16 *Si ſanctus uir recipiebat in hoſpitium ſuũ bonos & malos monachos, quare uolunt*

Mortalitate aliquando ciuitatẽ cõpræhendente, ibat & ipſe ſanctus, ut uideret funerũ obſequia, ualde enim dicebat hoc eſſe proficuum, & ſepulchrorum cõſiderationẽ. Multoties uero aſsidebat & his, qui morituri ue

ſcoli noſtri temporis propter quoſdam ma los, tollere etiam om nes bonos?

xationem in exitu animæ patiebantur, & ipſe eorum oculos proprijs ma-nibus claudebat, memoriã habere ex hoc ſempiternã uolens eſt curã pro-prij exitus. præcipiebat autem & collectiones pro defunctis iniungere, et ſine dubio perficere. Etenim dicebat, quia ante paucum tempus captiuus ductus eſt ad Perſas quidam, & deſcendens in Perſiam, retruſus & in car-cerem, qui appellabatur lethe, hoc eſt obliuio. Quidam ergo fugientes illinc, uenientesq́ in Cyprum, & interrogati à parentibus illius, ſi forte ui-diſſent eum, reſpondentes dixerunt eis, quia nos proprijs manibus ſepeliui mus eum, Non autẽ erat iſte de quo interrogabant eos, ſed alius, indiſsimi liter eũ ſimilans. Dixerunt uero eis & menſem, & diem obitus ſui. Illi uero tanquam pro mortuo faciebant ei tres collectas per ſingulos annos. Poſt quatuor itaq; annos uenit in Cyprum, fuga lapſus à Perſis. Dixerunt ergo ei ſui, Vere frater nos audiuimus quod mortuus eſſes, & memoriã tui facie bamus ter in anno. Cũ uero audiſſet, quod in anno ter facerent pro eo me-moriam, interrogat eos in quo menſe hæc celebrarent. Et illis dicentibus, ſanctis Theophanijs, & dominica ſancta, atq; ſancta Pentecoſte, dixit il-le, quia tribus iſtis temporibus anni ueniebat quidam candidatus ut ſol, & diſſoluebat me à uinculis ferreis, & à cuſtodia, & mouebar deambu-lando tota die, & nemo recognoſcebat me, & in craſtinum inueniebar uin cula ferrea portans. Dicebat igitur ſanctus epiſcopus, quia ex hoc diſci-mus habere 17 dormientes quietẽ, quando pro eis collecta facimus.

Mortui habent quie tem, quando pro eis collecta facimus. Qđ nota contra eos qui negant ſuffragijs ui uentiũ adiuuari ani mas defunctorum.

17 Quod in actibus Apoſtolorum audiuimus factum, hoc frequenter, & huic compatientiſsimo accidebat. Videntes enim multi indeſinentẽ eius & inſcrutabilem circa gentes compaſsionẽ, mouebantur multoties ad uẽ denda multa de ſubſtantijs ſuis, & ferentes præbebant Dei deuoto mini-ſterio. Vnde & quidã ueniens una dierum, offerebat ei ſeptẽ libras auri et dimidiam, ſatisfaciens ſancto quod non poſsideret aliud aliquid in auro. Petebat autẽ ab eo cũ multis genuflexionibus, ut oraret quatenus Deus filium eius ſaluaret. Habebat enim unum ſolum modo filium quaſi anno-rũ quindecim, ut reduceret nauim eius cum bono ab Aphrica. Illuc enim aberat. Accipiens igitur ſummus ſacerdos quantitatẽ auri de manu eius, miratus eſt enim tam eſſe magnanimũ ad offerendam totam quantitatẽ auri quam poſsidebat. Orauit quidẽ & in facie multum, & ſic eum dimi-ſit. Tamen propter eius multam fidẽ, poſuit ſubtus ſanctam menſam liga turã quantitatis auri Patriarcha in oratorio cubiculi ſui, & ſynaxim fecit ſtatim perfectam ſuper eam, pro illo qui hanc obtulerat, ſatis abundeque Deũ rogans, quatenus & filium eius ſaluaret, & nauem cum ſalute redu ceret ſecundum quod fuerat poſtulatus ab illo. Necdum ergo triginta trã ſactis diebus, defunctus eſt filius hominis illius, qui obtulerat ſeptẽ libras & dimidiã Patriarchæ, & in tertia die mortis pueri, recepit & nauim ſuã ab Aphrica, in qua erat & frater germanus, eiuſdẽ uiri creditor. Et ueniẽs iuxta forum, retulit quomodo nauis naufragium pertulit, & perdiderit to tum quo erat plena, & quod non eſſent ſaluatæ niſi animæ, & una ſcapha uacua. Cum ergo & hunc caſum didiciſſet eueniſſe ſibi dominus nauis, et pater pueri, ſecundum uerbũ Prophetæ, Paulominus in inferno habitauit anima ejus. Nondum enim tribulatione filij ſui extincta, comprehendit eũ et nauis. Relata ſunt itaq; omnia quæ acciderant ei Patriarchæ, et pene plus quam is qui hæc perpeſſus fuerat, in triſtitia morabatur, maxime pro

pter filium eius unicum. Neſciens ergo quid faceret, rogat miſericordiſsimum Deum, ut conſolaretur uirum immenſa pietate ſua. Cōuocare enim eum, et conſolari in facie ſanctus erubeſcebat, ueruntamen mandauit ei, ut nullatenus deſperaret, neq; enim ſine iuſto iudicio Deum facere aliquid, ſed omnia in hoc quod nos ignoramus. Ergo ut non perdat mercedem, quam fecit in ſeptem et dimidia libra auri, et fidem quam poſsidebat circa ſanctum Patriarcham, iam uero ut et nos in tentationibus, quæ nobis eueniunt, quando aliquid boni fecerimus, imperturbati et gratias referentes, ad Deum permaneamus, uidit in ſomnis iam dictus uir philochriſtus poſtera nocte quendam, quaſi in habitu ſanctiſsimi Patriarchæ dicentem ſibi; Vt quid tribularis frater, et mœrore diſſolueris? Nonne tu me rogaſti, ut peterē à Deo, ut ſaluus fieret filius tuus? Ecce ſaluus factus eſt. Crede mihi, ſi uiueret, prauus, et immundus homo fieret, et de naui tua uere, niſi Deus placaretur pro bono quod feciſti paruitati meæ, ſententia erat data quatenus tota, ut iacet, cum animabus in profundum pergeret, et perderes fratrē tuum. Sed ſurge, et glorifica Deum, qui dedit tibi eum, et ſaluauit filium tuū mundum de hoc ſeculo uano. Euigilans itaq; uir, inuenit cor ſuum conſolatum, & uniuerſam triſtitiā eius eiectam, & indutus ueſtimēta ſua, uenit curſim ad honorabiliſsimū Patriarcham, & iactat ſe ad pedes eius, gratias agens Deo, & ei, & narrans uiſionem quam uiderat. Quam audiens iuſtiſsimus, dixit; Gloria tibi benigne & miſericors De⁹, qui & de precationē peccatorum exaudis. Iterumq; ad hominē dixit; Nequaquam o fili gratiā hanc orationi meæ aſcribas, ſed Deo & fidei tuæ, hæc enim omnia iſta impetrare ualuit. Erat enim ualde ſe humiliter ſentiēs ſāctus, uerbis ſcilicet atq; prudentia.

Pergebat aliquando hic beatus ad uiſitandos pauperes, in locum qui dicitur Cæſariū, illic enim ei fecerat quaſi tholos quoſdā prolixos, ligneis tabulis pauimento ſtrato ad requieſcendos eos, & ſimul cū ſtoreis & racis per totam hyemē, quodam eorum eunte ſecū Epiſcoporum, qui cū eo erāt, amatore pecuniæ, poſsibili modo preſſo. Dixitq; beatus Patriarcha ad eum; Ama ac honora frater Troile fratres Chriſti, hoc enim ei erat nomen. Nunciauerunt enim quidā Patriarchæ, quod triginta libras auri portaret in ipſa hora domeſticus eiuſdē Epiſcopi Troili, ut emeret ſpeciē argenti anaglyphi, gratia menſe ſuæ. Epiſcopus autem tanquā ueritus ſermonē Patriarchæ, imo ad horā calefactus, ſingula dari omnibus fratribus præcepit ei, qui triginta libras illas portabat. Celeriter ergo huiuſmodi auri quantitas erogata eſt. Recedentibus itaq; utriſq;, Patriarcha ſcilicet, & qui inuitam (ut ita dicā) eleemoſynā fecerat, epiſcopo Troilo in proprijs epiſcopijs, uelut quædā amens, & animæ periculoſa in eū cogitatio irruit, propter pecuniarū dationē; Horroris & amoris pecuniæ & crudelitatis et negligentiæ genimen eum ſequebatur, febre extra naturā mixta, propter quod ægrotus inuitus in lectū cecidit. Hebdomadario ergo à ſanctiſsimo Patriarcha ad eum ueniente, & ad menſam eiuſdē Patriarchæ eum inuitāte recuſauit, frigore enim, & febre ſe uexari pro quadā cauſa dicebat. Igitē cū hoc audiſſet, Patriarcha, mox agnouit cauſam, quia propter exitum uiginti librarū infirmatus eſt ille inuitus eleemoſynator. Erat enim (ut prædictū eſt) ualde immiſericors, & amator pecuniæ. Nam ſufferēs ergo beatus ſe quidē ſuper menſam reficere, illū autē ſuper lectū cruciari grauiter,

peruenit celeriter ad eum ille uere ſine ſuperbia, & dixit ad eũ hilari uul-tu; Fac charitatẽ fili Droile. Æſtimans quod in ueritate dixerim tibi fratribus huiuſcemodi dare, crede mihi, per iocũ dixi tibi dare. Ego enim uolui præſtare eis ſingula numiſma propter ſanctã feſtiuitatem, ſed quia non habebat diſtributor meus ſecum ſufficientẽ quantitatẽ, huius rei gratia mutuã dediſti eam mihi, & ecce attuli tibi illas triginta libras. Vt uero uidit quantitatẽ Epiſcopus amator pecuniæ, in honorabili manu ſapientis exiſtentis medici & paſtoris, febris quidẽ ſubito diſparebat, frigus etiam recedebat, fortitudo quoqꝫ, & corporis eius calor ad eum reuertebantur, ut ex hoc nõ poſſet latere, hanc eſſe cauſam repente comprehendentis eum commutationis. Suſcipiens uero aurũ ab honorãdis manibus Patriarchæ, & nihil omnino contradicens, expectabat ab eo Patriarcha conſcriptionem ab renunciationis mercedis earum, quæ datæ ſunt, triginta auri librarum. Fecit autẽ hoc cum gaudio Troilus epiſcopus, ſcribens proprijs manibus ita Deus, domino meo Ioanni beatiſsimo Patriarchæ huius Alexãdrinorũ magnæ ciuitatis, da mercedẽ triginta librarum, quæ datæ ſunt tibi, quoniam ego reçepi mea Hoc ſcriptum itaqꝫ ſanctus accipiens, ſumpſit ſecum & eundem epiſcopum ad prandium, ut enim iam dictũ eſt ſtatim ſanus factus eſt.

Volens ergo mercedis redditor Deus, corripere eum, ſimul autem et ad miſerationẽ contribulatorum & compaſsionẽ erigere, oſtendit ei eadem die dormienti poſt prandium Patriarchæ in ſomnis, qua mercede priuatus eſſet. Vidit enim (ut ait) donum, cuius pulchritudinẽ, atqꝫ magnitudinẽ non poteſt ars hominũ imitari, & ianuã huius totam aureã & ſuper ianuã titulũ conſcriptũ, Manſio æterna, & requies Troili epiſcopi. Cumqꝫ hoc, inquit, legiſſem, gauiſus ſum, ſciebam enim donandam mihi ab Imperatore talis domus epulationẽ. Nondum autem huiuſmodi tituli ſuperſcriptionẽ perlegeram, & ecce quidã regius cubicularius, habens ſecum & alios obſequij diuini, & cum perueniſſet ad talẽ nitentis domus ianuã, dixit ad proprios officiales, deponite titulum iſtum. Et cum depoſuiſſet, iterũ dixit; mutate eũ, & ponite quẽ miſit orbis terrarum Rex. Et attulerũt, & affixerunt aliud aſpiciente me, ſuperſcriptum ita, Manſio æterna, ac requies Archiepiſcopi Alexãdriæ, empta libris triginta. Et cum hoc uidiſſet, ſurrexit a ſomno, & magno ſummoqꝫ paſtori, quæ uiſa ſunt ei in ſomnis, enarrauit, proficiens ea de cauſa Troilus epiſcopus factus ex tunc eleemoſynator magnificus.

Dominus qui diuitias in tempore quodã beato Iob abſtulit, fecit ſimile & huic omni bonitate pleno, ſancto Patriarchæ Ioanni. Nauibus enim ſanctiſsimæ eccleſiæ comprehendentibus uiolẽtam hyemem, in loco qui dicitur Adhira, proiecerunt omnia ſua, quæ naues portabant, erant uero omnes naues ſimul. Erat autẽ ſumma multa ualde enthecarum ſuarũ. Habebant enim tantũ ueſtimenta, & argentum, & alias res altiores, ut computaretur pondus, quod fuit in perditionẽ quantitatis centenariorum triginta quatuor. Plus enim erat quam crediderint naues capientes per ſingulas decẽ milia modiorum. Venientibus uero Alexandriam, & per gentibus, ſtatim reliqui creditores, & primi nautæ in eccleſiam confugerunt. Sanctus hoc uero audiens, & cauſam propter quam fugerant, mittit eis uerbum manibus ſuis conſcriptum, habens ita; Dominus dedit, fratres;

Dominus

Dominus ut uoluit, abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomẽ Domini benedictum. Exite filij, nihil ex hoc ueriti; Dominus enim ſollicitus erit de craſtino. Aſcendit itaq; pene dimidiũ ciuitatis in ſecretum, die autem altero uolebant conſolari nobilẽ iſtum, ipſe uero præoccupans, cœpit omnibus dicere. Nequaquam o filij et fratres, cauſa nauium difficultatis triſtemini, nam humilis Ioannes, credite, inuentus eſt culpabilis, quippe niſi extollentiã haberem, nullo modo hoc ferrem. Sed quia extollebar in his quæ Dei erant, & æſtimabã quod magna opera facerem, dans quę hominũ erant, hoc mihi euenit. Volens ergo Deus ut hoc intelligerẽ iſta permiſit. Eleemoſyna enim non uigilantem, plerũq; in extollentiam eleuat, inuitus uero caſus humiliat ſuſtinentẽ. Ait enim diuina ſcriptura; Paupertas uirũ humiliat. Et iterum Dauid hoc ſciens dicebat, Bonum mihi quod tu humiliaſti me, ut diſcã iuſtiſicationes tuas. Dum enim malis factus ſum obnoxius, quia dationem per uanam gloriam perdebam, et quoniã per uitium meum perditæ ſunt tantæ pecuniæ, habeo nunc iudiciũ animarum quæ in arcto ſunt. Verũ dilectiſsimi, qui tunc tempore iuſti illius Iob fuit Deus, & nunc idẽ ipſe eſt, qui non propter egeſtatem meam, ſed ob indigentium neceſsitatem, non dereliquet nos. Ipſe enim dixit; Non te deſerã, neq; derelinquam. Et rurſus; Quærite primũ regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Volentes ergo conſolari eũ ciuitatis habitatores, ut dictum eſt, ipſi magis niuenti ſunt econtra conſolationẽ ab eius beatitudine recepiſſe. Nimis ergo breue tempus præterijt, et in duplum reſtituit Deus nouo noſtro Iob facultates, & iterum erat ipſe magnanimus circa miſericordiam ſortaſſe autem & religioſior quam antea fuerat.

Ad extremam paupertatem peruenienti cuidã de domeſticis miniſtris, propria manu iſte ſanctus, ut nullus ſciret, duas libras auri dedit, & audiens ab accipiente quoniam hæc accipiens, domine (inquit) ulterius non habeo uultum intendendi honorabilẽ & angelicam faciem tuam, uere dignum laude, ut ſapiens locutus eſt uerbum. Nondum inquiens, ſanguinem meum pro te frater effudi, ſicut mandauit mihi dominus meus Chriſtus Ieſus.

Diſtrictus quidam ab his qui penſionem exigebant, cum non haberet quod daret, erat enim regio in magna difficultate, eo quod fluuius Nilus ſecundũ conſuetudinem non irrigaret aquis terram, ipſe abiens deprecatus eſt ducẽ quendam magnatorum, ut mutuas ſibi daret quinquaginta libras auri, & dicebat ſe dare pignora, ſi uellet, dupla. Repromiſit ergo dux dare ei, ad præſens uero diſtulit. Exactoribus uero conſtringentibus eum, uadit & ipſe ad portũ à quo cuncti recipiuntur, uidelicet ad mitiſsimum & dignũ admiratione Patriarcham. Et nondũ penè propriam neceſſitatem & narrauerat, dixit ſanctus ad eum. O' fili ſi uolueris, & quo ueſtior indumentũ. Etenim cum admirabilibus ſuis bonis & hoc poſsidebat, quod non poterat uidere aliquẽ de neceſsitatibus lachrymantem, & non ſtatim ſe proprijs irrigaret lachrymis, unde & mox petitionẽ uolentis ab eo mutuũ accipere adimpleuit. Et ſequenti nocte uidet dux, quod ſtaret ſuper altare quidam, cui offerebant multi oblationes, & per unam quam ponebant, accipiebant centũ pro ipſa de altari. Erat autem & Patriarcha poſt tergũ eius. Iacebat ergo una oblatio ante eos in uno ſcamno, & dicit

quidam duci. Vade domine dux, & accipe oblationẽ illam, & offer ad aliquidam duci. Vade domine dux, & accipe oblationẽ illam, & offer ad altare & tolle pro ea centũ oblationes. Ille uero pigritante, cucurrit Patriarcha, licet poſt eum ſtaret, et tulit hãc ante eum, & obtulit, & accepit, ſicut omnes, centũ de altari. Euigilans itaqꝫ non poterat diſcernere ſomniũ. Miſit autem & adduxit eum qui uolebat mutuum accipere, ut præſtaret ei. Et cũ ueniſſet, dicit ei dux. Accipe quod petiſti mutuum. Reſpondens ille, dixit ei, Ante tulit mercedem tuã dominus Patriarcha. Etenim te domino differente me, compulſus ſum ad illum tanquam ad portũ confugere, multa enim erat uis inquietudinis exactorum. Cum ergo audiſſet hoc dux ille, ſtatim recordatus eſt ſomnij, & dixit, Vere bene dixiſti, ante tulit mercedẽ tuam. Ante tulit enim, & uæ illi qui uult facere bonum, et differt, et ennarrauit omnibus ſomnium quod uiderat.

Pergente aliquando illo uiro ſancto ad templũ ſanctorum uictorioſorum martyrum Cyri et Ioannis, in glorioſa eorum memoria orationis gratia, exeunte eo portam ciuitatis, ſuſcepit eũ mulier procidens, et dicens; Vindica me, quoniam iniuriã patior à genero meo. Quibuſdã ergo de obſequio eius, qui habebant confidentiã apud eum, dicentibus, quia cũ reuerſus fueris cauſam eius facies. Reſpondit ſapiẽtiſsimus; Et quomodo Deus orationem noſtram ſuſcipiet, ſi ego iſtam poſtpoſuero? Quis mihi ſpopondit, ut uiuã ego in craſtinum? et ibo ad Chriſtũ, pro ea rationem redditurus? Et non receſsit de loco illo, uſqꝫ quod ſatis ei erat, fieri faceret.

Ad uoluntatem igitur memorabilis huius, quæ tota in Deo erat, miſit ei Deus uiros ſapientes, & ſemper memorandos, Ioannẽ et Sophronium. Conſiliarij enim erant ueraciter boni, quibus & tanquã patribus diſcrete obediebat, & gratias agebat, tanquam conſtantibus maxime & uiriliter agentibus militibus pro pietate religionis. Etenim ſancti ſpiritus uirtute freti, & cũ Seuerianis ac cæteris circa regionẽ exiſtentibus immũdis hæreticis, ſapientia ſua ac diſputationibus pugnã habentes & conflictũ, multa quidem caſtella, pluresqꝫ eccleſias, ſimiliter & monaſteria ab ore taliũ beſtiarum, tanquam boni paſtores, euellere ſtuduerunt, propter quod & maxime plurimum honorabat ſanctos hos ille uere ſanctiſsimus. Si uero alicubi aliquẽ durum & inhumanum & percuſſorẽ circa proprios ſeruos ſentiebat ille beatus, hunc primo commonebat, & cũ multa lenitate rogabat, dicens; Fili uenit quidem ad aures peccatrices meas, quod ex operatione inimici modicum durius circa proprios pueros tuos feraris, ſed rogo, ne des locum iræ. Nõ enim ut percutiamus eos, dedit nobis hos Deus, ſed ut ſeruiant. Fortaſſe uero nec propter hoc, ſed ut ſuſtentur à nobis, ex qbus Deus præſtitit nobis. Quid enim (mihi dic) & dedit homo, & emit eum qui ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei creatus & honoratus eſt? Nunquid enim tu dominus eius, aliquid plus poſsides in proprio corpore, manum, aut pedẽ, uel auditum, ſiue animam? Nunquid non ſimilis eſt tibi per omnia? Audi lumen glorioſum, Paulum dicentem, Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus neqꝫ Græcus, non eſt ſeruus neqꝫ liber, omnes enim uos unum eſtis in Chriſto. Si ergo æquales ſumus in Chriſto, & ad inuicẽ æquales efficiamur. Etenim Chriſtus formã ſerui aſſumpſit, docens nos non ſuperbire contra ſeruos noſtros. Vnus enim eſt dominus omnium, in cœlis habitans, & humilia reſpiciens, non dixit ſublimia, ſed humilia reſpicit. Quantum enim aurum dedimus, ut hono

rificatũ & emptum eũ ſanguine diuino & dominico, nobis ſeruituti ſubĳciamus? Propter eum cœlũ, propter eum terra, propter eũ ſtellæ, propter eum ſol, propter eum mare, & quę in eo ſunt. Eſt autẽ uerum, quia & angeli ei miniſtrant, propter eũ Chriſtus pedes ſeruorum lauit, propter eũ crucifixus eſt, & cætera omnia propter eũ paſſus eſt. Tu autẽ qui à Deo honoratur, inhonoras, & quaſi non ſis eiuſdẽ naturæ, non parcens feris? Dic, obſecro, uelles quoties culpam admittis, ut mox redderet tibi Deus? Nequaquam, dic, quomodo oras quotidie, dicens; Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? His & his ſimilibus uerbis de habitante in ſe theſauro, monens hunc abſoluit, & niſi didiciſſet iſtũ emendatum, præparabat & inſtruebat ſeruum afflictum, ut fugam arriperet, & uenditionem peteret, & hunc comparans iuſtus, ſtatim liberum ſtatuebat.

Audiens aliquando cuiuſdã eleemoſinatoris puerũ orphanum derelictum, parentibus ipſius morientibus, et in multa paupertate conuerſari hunc, dicebant enim hi, qui in teſtamento patris eius inuenti ſunt teſtes, quia non dimiſit ei, domine, pater eius moriens uſque ad unum numiſma, ſed habens decem libras auri, adducit eum ipſa hora quando teſtamentũ ſcribebat, et dicit ei; Has decem libras habe fili mi. Quid, uis dimittam tibi iſtas, an uis dominam meam Dei genitricem, curatorem et prouiſorẽ? Puero uero elegente ſanctam Dei genitricem, præcepit dare cuncta pauperibus. Et ecce inquiunt, ſanctiſsime, in multa inopia conſiſtit, nocte ac die domum, domine noſter, non deſerens. Cum ergo hæc audiſſet à ſcientibus ſanctus hic, nemini aliquid dicens, adducit quendam tabellionem, et narrabat ei rem, dans ei terminum ut nulli crederet, quam præcepit ei facere rem, dicens ei, Vade, et in ueteribus chartulis ſcribe teſtamẽtum nomine Theopenti, et fac in eadem charta me et patrem pueri conſobrinos fratres, et uade, et dic iuueni; Scis frater, quòd genus exiſtens Patriarchæ, non debueras ita in paupertate uerſari, et oſtende ei chartam, et dic; Quoniam ſi erubeſcis, ego ordino cauſam tuam apud Patriarcham, et uide qd tibi dicet. Cum ergo omnia quæ iuſſa ſunt ei à Patriarcha, tabellio feciſſet, uenit ad eum dicens quia pactus eſt puer mihi, ut ego loquar cauſam ſuã domino, et magnas gratiarũ actiones referebat mihi. Dixit uero ſanctus; Vade et dic ei, quia locutus ſum Patriarchæ. Et dixi, quoniam et ego ſcio, quia habuit conſobrinus meus filium, ſed ex uultu hunc non recognoſco. Bene ergo facis, adducens hunc ad me. Adducens ergo eũ, portat et chartam ſecum. Cum uero perueniſſent, tulit eum ſecreto ille iuſtus, et cœpit deoſculari eum et dicere; Bene uenit filius conſobrini mei. Ditauit igitur eum, et uxuori tradidit in Alexandria, et domum et omnia quibus opus habuit donauit ei, demonſtrare feſtinans, quoniam non derelinquet Dominus ſperantes in ſe.

Imprætermiſſe aũt et huius mandati curam habens hic admirabilis, legem ponentis, uolenti mutuare à te ne auertas aliquando, non prohibuit aliquẽ huiuſmodi ab eo ſuffragiũ poſtulantẽ. Vnde hoc ſciens quidẽ malignus & impoſtor, petĳt ab eo, ut ſibi mutuas daret uiginti libras auri. Erat autẽ de his, qui dicuntur gallodromĳ. Gallodromĳ dicuntur, mangones diſcurrentes, & fraude decipientes. Contemnens ergo ſanctũ, quemadmodũ & alios multos, dicebat, quia nihil mihi dedit. Quæſierunt ita-

que eccleſiæ paſtores & ordinatores,ut in carcerē hunc miterent, & publicarent eius ſubſtantiā. At imitator dicentis; Eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter miſericors eſt, qui ſolē ſuum oriri facit ſuper bonos & malos , & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos,nequaquā illis conſenſit, ut eū affligerent.His aūt turbantibus contra eū,utpote qui Patriarchæ illuſerat, & dicentibus ad eundē ſanctū,Non iuſtū eſt Domine, ut quod merito pauperes acciperent,hoc luxurioſus accipiat.Reſpondit cōtra ille ter beatus, dicens; Credite fratres quia ſi extra uoluntatem acciperetis aliquid ab eo, duo mandata tranſgrederemini, & unū adimplebitis, quando & ad pauperes data fuerit huiuſcemodi quantitas. Vnū quidem,quia apparebitis impatientes circa damnū, & efficiemini alijs forma mala. Alterum aūt,quoniam non obedientes eritis Domino Deo, dicenti,Ab eo qui abſtulerit tua ne repetas. Expedit ergo ò filij; ut efficiamur omnibus exemplū patientiæ.Etenim Apoſtolus dicit;Quare non magis iniuriam ſuſtinetis?quare non magis fraudem patimini? Et bonum eſt quidem ueraciter fratres,omni petenti dare,excelſius autem & honorabilius,etiam non petenti,ei autem qui aufert ueſtimentum ſine uoluntate à nobis, dare & tunicam,angelicæ uerè naturæ imitatio,imo diuinæ eſt.Ex his enim quæ habemus,Dominus præcepit benefacere proximo. Bonum, inquit, facies fratri tuo,iuxta quod poſsidet manus tua, non ex his quæ ex lite & contentione,& ab iniuria auferuntur.

DE ABBATE VITALIO.

Senex quidam magnus, quaſi annorum ſexaginta,audiēs tales res beati,uoluit tentare eum,ſi poſſet uerbis ſuaderi, & ad ſcandalum facile inclinari, & ut contigit,ſi condemnaret aliquem. Et habitans prius in monaſterio Abbatis Seridonis,exijt & uenit Alexandriam, & ſumit conuerſationem hominibus quidem reprehenſibilem,ſed Deo gratam, qui dat (ut ait Dauid) ſingulis ſecundum cor eorum. Ingrediens itaq; ciuitatem, ſcribit omnes quæ notæ erant meretrices,& cœpit laborare opuſcula,& accipere per ſingulos dies ſiliquam unam. Cum ergo occumberet ſol,manducabat,& intrabat ad unam meretricem,& dabat ei æreos nummos,et dicebat; Dona mihi noctem iſtam, & noli fornicari.Et manebat iuxta eā nocte illa,obſeruās eā ne fornicaret. Stabatq; à ueſpere in uno angulo cellulæ ubi dormiebat mulier, 18 pſallens & orans pro ea,& mittens genu flexiones uſque ad auroram, & exiens, accipiebat uerbum ab illa, quod nulli diceret actionem eius. Ita agebat ſemper, quouſque una earum manifeſtauit uitam eius,quod non,ut fornicaretur,intraret ad eas, ſed ut ſaluaret.Orauit ſenex,& cœpit mulier a dæmonio uexari, ut per illam cæteræ timerent,& non manifeſtarent eum omni tempore uitæ eius. Dicebāt ergo quidam ei,qui,à dæmonio uexabatur;Quid eſt?Reddidit tibi Deus quoniam mentita es.Vt fornicetur enim, ingreditur peſsimus iſte,& non eſt aliud aliquid.Iam enim & ſanctus Vitalius(hoc enim nomē erat ei)uolens hominum gloriam fugere,& animas à tenebris reuocare, dicebat audientibus cunctis,cum laboraret in opere,& ſolueret ueſperi;Eamus modo,domina talis expectat nos.Vbi ergo erat ordo ipſius?Multis ergo criminantibus et illudentibus ei, dicebat, Nunquid ego non ueſtio corpus ut omnes? Aut monachis ſolis iratus eſt Deus?Vere et ipſi homines ſunt ut omnes.Dicebat itaq; ei quidā; Accipe tibi unam mulierē Abba,& mu

18 *Vide nocturnas uigilias cum orationibus, pſalmis & genuflexionibus.*

ta ueſtimentũ tuum, ut non blaſphemetur Deus per te, & habebis iudiciũ, quæ ſcandalizantur animarũ. At ille reſpondebat eis iterũ, dicebatq; ſe demonſtrans quaſi iratũ; Vere non ob audiam uobis, ite à me, modo nihil aliud faciã, ut uos non ſcandelizemini, niſi accipiã mulierem, quatenus, curam habeã domus, & faciã malos dies, qui uult ſcandalizari, ſcandalizetur, & det frontẽ in parietem. Quid uultis ex me? Nunquid iudices conſtituti eſtis à Deo? Ite de uobis curã habetote, uos pro me Deo non reddetis rationẽ, Vnus eſt iudex, et ſancta dies iudicij, qui ſingulis reddet ſecun dum opera eorum. Dicebat autem hæc clamans.

Quidã ergo eccleſiæ defenſorum, hæc multoties audientes ab eo, referebant, quod fiebat. Deus uero ſciens, quod nollet ille ſanctus offendere abbatem Vitaliũ, indurauit cor eius, ne crederet eis. Recordabatur enim ante memorati Eunuchi, ſed increpauit uehementer, qui contra Vitalium abbatem accuſationem ei efferebant, dicens ad eos? Quieſcite accuſare monachos. An neſcitis, quod circa ſanctæ memoriæ Conſtantinũ imperatorem actũ fuiſſe conſcriptiones, quæ de eo leguntur, contineant? Quoniam, ait, quidã non timentes Deũ, cum celebraretur ſecunda ſynodus Nicea cœperunt contra ſe dare in ſcriptis famas, turpes beato illi Imperatori, quidã clerici quidem exiſtentes, quidam monachi, & ad faciem adducens ſanctus Dei Conſtantinus accuſatorem, & accuſatum, utrunq; audiuit. Et cũ inueniſſet multas talium criminatorũ ueras eſſe accuſationes, incendit omnes, quæ datæ ſunt in ſcriptis, malas opiniones, dicens, Vere ſi proprijs oculis uidiſſem ſacerdotem Dei, uel aliquem eorum qui monachico habitu circũamicti ſunt peccantem, chlamidem meam explicarem & cooperirem eũ, ne ab aliquo uideretur. Nam & in ſeruum Dei, uidelicet, Eunuchum, ita putaſtis, & miſiſtis me extra uiam, & feci animę meę peccatum magnũ. Confundens ergo eos multũ, abſoluit. Seruus autẽ Dei Vitalius à propria oratione nõ ceſſabat. Deprecabatur ergo, ut quibuſdam poſt mortẽ eius in ſomnis manifeſtaret Deus de ſe, ut non imputaretur in peccatum his qui ſcandalizabantur in eũ, eo quod rem quam agebat, dicerent ſcandalo eſſe plenam, & non haberet homo peccati iudiciũ ex ea, quicquid locutus fuiſſet. Multas igitur de talibus mulieribus in compunctionẽ induxit hæc operatio eius, & maxime quando uidebãt eum nocte extendentem manus, & orantem pro unaquaq; earũ, à fornicatione ceſſabant, quædãm uero accipiebant uiros, & pudice conuerſabantur, quædam uero & modis omnibus mundum relinquentes, ſingularem uitam ducebant. Nullus tamen ſciuit uſque ad eius dormitionem, q; ipſius admonitione, & oratione impudicæ mulierculæ à fornicatione ceſſarent. Vnde quodam die exeunte eo à prima talium mulierum diluculo, obuiat ei quidam homo immundus, intrans ad fornicandũ cum ea, & cũ uidiſſet ſanctum Vitalium ex ea egredientem, dedit ei alapam in faciem, dicens ad eum, Vſq; quo peſsime illuſor Chriſti, non emendas te ab his nequitijs tuis? Qui dixit ad eum, Crede mihi, accipies alapam à me humili, ut tota Alexandria colligatur ad clamores tuos.

Nondum breui tempore tranſacto, dormiuit cũ pace in cellula ſua ſanctus Vitalius, nemine ſciente omnino. Habebat enim ualde puſillam cellulam, ſuper locũ qui dicitur porta ſolis. Vnde & plerunq; cum collecta celebraretur iuxta cellulã eius in eccleſia matre, conuenientes quædam mu

lierculatum harũ, ad alterutras dicebant. Eamus eamus, iterum abbas Vi
talius collectam habet. Et uenientibus eis, curabat eas. Igitur dormiẽte eo,
ut prædictum eſt, in propria cellula, & nullo ſciente, mox quidam dęmon
tai quam Æthiops deformis, adſtat ei qui dederat alapã abbati Vitalio,
& dat ei alapam, dicens, ſuſcipe alapam, quam miſit tibi abbas Vitalius.
Et cadens, ſtatim cœpit ſpumare. Congregata eſt igitur ſecundũ prophe-
tiam Vitalij penè tota Alexandria in uiolentiam, quã patiebatur à dæmo-
ne, & maxime, quia ſonitum datæ & alapæ audierunt quidam, quaſi ad
unius iactum ſagittæ. Poſt aliquantas uero horas, in mentẽ rediens is qui
patiebatur, ſcidit ueſtimenta pectoris ſui & cucurrit ad cellulã, clamans et
dicens; Culpam feci tibi, ſerue dei Vitali, miſerere mei. Cucurrerunt uero
cum eo omnes audientes. Cum perueniſſet ad cellam ſancti, exijt iterum
dęmoniũ, iactans eum omnibus aſpicientibus. Et cũ ingrederentur intro
19 hi qui cũ eo cucurrerunt, inuenerunt ſanctum 19 ſtantẽ in geniculis ſuis,
& orantem, & animam domino tradentẽ, & in pauimento ſcripturam hu
iuſmodi; Viri Alexãdrini, nolite ante tempus aliquid iudicare, quoad uſq;
ueniat dominus. Confitebatur uero & homo, qui à dęmonio uexabatur,
quod ſancto fecerat, & quod dixerat ſanctus ei. Recitata ſunt ergo beatiſ-
ſimo Ioanni Patriarchæ omnia, quæ circa ſanctũ Vitalium acta ſunt, & de-
ſcendens cũ clero, uenit ad corpus ſancti Vitalij, & cum uidiſſet ſuperſcri
ptionem, dixit, Vere hanc humilis Ioannes per Deũ euaſit, nam alapã quã
accepit qui patitur, ego acciperem. Tunc itaq; omnes fornicariæ, & quæ
20 abrenuntiauerunt ex eis, & uiros ſuſceperant cum 20 cereis & lampadi-
bus præibant eũ flentes & dicentes; Perdidimus ſalutẽ & doctrinã. Enar
rabant enim iam conuerſationem eius omnibus, & quoniã non propter
turpem rem ad nos intrabat, & quia nunquam aliquando uidimus eum
ſuper latus dormiẽtẽ aut unã ex nobis tenentẽ manu ſua. Et reprehendẽti
bus eas quibuſdam & dicentibus. Quare hæc nõ omnibus dicebatis, ſed
ſcandalizabatur in eo tota ciuitas? enarrabãt iam capitulum, quod circa
eam geſtum eſt, quæ à dæmonio uexationẽ ſuſtinuit, & quia hoc timen-
21 tes tacebamus. Sepulto 21 ergo eo cum multo honore, permanſit is qui
ab eo correctus & ſanus factus eſt, faciens memoriam eius. Poſtmodum
autem & renuntiauit ſeculo, ingreſſus monaſterium abbatis Seridonis in
Gaza, & ſuſcepit cellulam abbatis Vitalij ſecundũ fidẽ, & in ea perman-
ſit uſq; ad mortem ſuam. At ſanctiſsimus Patriarcha multas gratias egit
Deo, qui non permiſit peccare in ſeruum ſuum Vitalium. Multi autẽ multũ
ex tunc in Alexandria profuerunt ſibi, & hoſpitio recipiebãt monachos,
& muniebantur ut non condemnaretur aliquis, ab eis qui uenerant. Fecit
autem ei ſanitates poſt mortem honorabile nomen ſancti Vitalij per diui
nam gratiam, cuius orationibus det nobis Dominus bonam conuerſatio
nẽ & miſericordiam in die quando manifeſtabit abſcondita hominũ, &
nuda faciet conſilia cordium.

[19] inuenerunt ſanctum ſtantem in geniculis ſuis, & orantem, & animam tradentem.

[20] Vide quod Chriſtianorum corpora ſepeliũtur cum clero, nec non cum cereis & lãpadibus.

[21] Sepulto eo cum multo honore.

Præcipiens aliquando dari cuidam potenti eleemoſynam, decẽ num-
mos hæreos, tantum; conuicia ab eo patiebatur in facie atrociter ille bea-
tus, quia non dederat ei quotquot uoluit. His autẽ qui de obſequio erant,
quærentibus cædere eum qui conuiciabatur, increpauit eos uehemẽter Pa
triarcha, dicens, Sinite eum fratres, habeo ego ſexaginta annos, blaſphe-
mans per opera mea Chriſtum, & unum conuicium non portabo ab illo?

Et præcepit datori ſoluere ſacculum, ut ſineret pauperem tollere quantum
uellet precium. Si uero aliquando audiebat ſapientiſsimus, quoniam elee-
moſynarius eſt talis, adducebat eum in hilaritate ſeorſum & dicebat ei;
Quomodo factus es eleemoſynator? naturaliter ante ipſum cogens? Vn-
de quidā eorum qui ab eo interrogabantur, uerecundati, occultabant ſe,
quidam autē dicebant ei. Propter quod unus interrogatus à ſancto reſpō
dit ita; Crede mihi domine, quia nihil do aut facio boni, ueruntamen ip-
ſum quod facio & præbeo, ex quibus & orationes tuæ largiuntur, ita fa-
cere aſſueui. Eram prius ualde immiſericors & crudelis, & ſemel damna
pertuli, & in ſubtilitatem deueni; cœpit autem cogitatio mea dicere mihi.
Vere ſi eſſes eleemoſynator, non relinqueret te Deus. Statui ergo per ſin-
gulos dies dare quinq; æreos nummos pauperibus, & cum cœpiſſem da
re, ita enim ſathanas prohibebat me dicens; Vere quinq; nūmi iſti ſufficiunt
domui tuæ ad holera aut ad balneum percipiendum, & ſtatim, tanquā ſic
de faucibus natorum meorum priuarem eos, nihil dabam. Cum uero ui-
diſſem quod ſuperarer a uitio, dico puero meo, per ſingulos dies furare,
me neſciente, quinque nummos & da eleemoſynam. Sum ergo enim tra-
pezita, domine Ille uero, benefaciens, cœpit furari denarios. Erat autem
aliquando & ſiliqua. Cum ergo uidiſſet, quia benedicebamur, & diuitijs
abūdabamus, cœpit & tremiſſes furari & dare. Semel itaq; admirās bene
dictiones Dei dixi ei; Vere multum profuerunt filij quinq; nummi illi; uolo
ergo ut des decem. Tunc dicit mihi & puer ſubridendo; Vade, ora furtis
meis. Nam uere hodie non haberemus quem manducaſſemus panem, ſed
ſi eſt fur iuſtus, ego ſum. Tunc ergo dixit, quoniam tremiſſes dabat & ſili-
quas, & iam ex fide illius, aſſueui domine ex animo dare. Ædificatus ergo
ſanctus ualde, dixit ad eum. Crede mihi, multas conuerſationes patrum le
gi, tale aliquid non audiui.

Malitiam reſeruantem quendam induſtrium, contra alium principem,
audiens hic magnus Ioannes, monuit eum ſæpe, et ſuaſit ad concordiā, &
non potuit eum conuertere ad pacem. Semel ergo mittit & adducit eum
ſanctus, quaſi pro republica, & facit 22 miſſas in oratorio ſuo, nullū ha- 22
bens ſecum niſi miniſtrum ſuū. Cum ergo ſancta benedixiſſet Patriarcha,
& orationem dominicam inchoaſſet, cœperunt dicere tamū tres illi pa
ter noſter. Et cum perueniſſent ad ſermonem quo dicitur, Dimitte nobis
debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, innuit domeſti
co Patriarcha, ut taceret. Siluit ergo & Patriarcha, & remanſit princeps ſo
lus dicens uerſum; Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus. Et ſtatim con-
uerſus ſanctus, dicit ei manſueta uoce. Vide in qua terribili uoce dicas
Deo, quoniā ſicut ego dimitto, ita & tu dimitte mihi. Et tanquam ab igne
ſtatim cruciatū ferens prædictus Princeps, cecidit in faciem ad pedes ſan-
cti dicens; Quæcunque iuſſeris domine, faciet ſeruus tuus. Et reconciliatus
eſt inimico ſuo ex tunc cum omni ueritate.

Vide priuatas Miſſas antiquo tempore fuiſſe in uſu, etiam ſi eas dicas ubi populus non communicat.

Superbum autē ſi uidebat aliquem beatus, hunc quidem non arguebat
in facie, quando autē eum in ſecreto ſuo ſedentem uidebat, afferebat de
humilitate ſermones, ut per tale magiſterium ſenſim percuteret ſuperbū,
& modeſtū faceret, dicens ita. Miror domini mei, quod modo non recor
datur miſera anima mea humilitatis, quam demonſtrauit nobis ſuper ter-
ram apparens filius Dei, ſed intumeſco & extollor ſuper fratrem meum, ſi

ſuero modicū aut pulchrior,aut ditior,aut glorioſior, aut principatū officij cuiuſcunq; habuero,non intelligens diuinā uocem quæ dicit; Diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris,neq; ſanctorum uoces cogitans,quoniam quidam terram, quidā cinerē,quidam uero uermen & nō hoīem, quidam autem impeditioris & tardioris linguæ ſe nominabant,& quia Eſaias,quando Deum uidere meruit,ut capit homo,tunc immūda labia ſe habere pronuntiauit. Quid enim non ſim humilis? Nonne de luto factus ſum,unde ſunt & lateres? Nonne omnem quā puto habere gloriam,ut flos fœni marceſcit?His ergo & huiuſmodi uerbis ſapientiſsimus,quaſi de ſe dicens,eum qui languorem inflationis & ſuperbiæ habebat, cauterio combūrens prodebat. Intelligebat enim is qui uulnus habebat, quod de eo Patriarcha hæc memoraret.

Et hoc frequenter illo a Deo honoratus,afferebat in medium,ad humilitatis argumentū,dicens; Quod ſi conſideraſſemus & cogitaſſemus Dei miſericordiā & bonitatem,nec in cœlos ſubleuaremus oculos noſtros,ſed ſemper in humili habitu ac prudentia degeremus. Vt enim prætereā,qualiter non exiſtentes ut eſſemus,produxit nos factor, & peccato & inobedientia deceptos,iterū uiuificauit,& proprio ſanguine redemit a morte,et omnē terram & ipſum cœlū in obſequium hominū ſubdidit,ſed & nunc, qualiter peccantes non diſsipat, ſed longanimiter magis expectat immobilis illa natura, & patiens ille oculus, & nobis plerunq; blaſphemantibus,ipſe conſolatur & blāditur per miſerationem ſuam, deſurſum pluuias propter uitam noſtrā tribuens. Quantos malos operarios, pergentes ut occidant aut furentur,tetigit ut non capiantur,& puniantur? Quantos exiſtentes in pelago, ut prędentur obuiantes ſibi naues, & occidant qui in eis ſunt,non permittit in profundum dimergi, ſed imperat mari ne abſorbeat eos, expectans conuerſionē malitiæ ipſorum? Quanti indigne percipiunt corpus & ſanguinem eius ſacroſanctum,& patitur & longanimiter agit, non reddens eis hic aliquid difficile? quantos in itinere latrocinantes,non tradit in cibum obuiantibus ſibi beſtijs? quantos euntes in concaua terrarum,& itinerum ſeditiones operantes protegit,ut non conſumantur à cuſtodientibus canibus,uel etiam hominibus? Et me interdum aut cum meretrice recumbente,aut cum his qui ſe inebriant, aut cū turpia loquentibus conuerſante, aut cætero quolibet ſeculi huius implicato peccato,apis quidem circumfertur,& ualles & aculeos circuit quærens colligere mihi fructum,ut dulce faciat mihi guttur,quod fœda & iniqua pronunciat,uua autē feſtinat per calorem maturari,ut repleat os, & lætificet cor,quod factorem ſuum præuaricatum eſt,flores inuicē ſe præoccupant, ut delectent oculos, qui fornicationibus & alienis mulieribus ad luxuriā annuunt,ficus turbatur,quatenus perueniat, ut repleat manū per magnitudinem, & os per dulcedinem eius qui tenet & baſiat alienam mulierē. Talia ergo,inquit,opera fratres agentes, & tales retributiones accipientes à benigno Deo,qualem debueramus habere prudentiam, conſiderantes nouiſsimam noſtram & horrendam horam?

Multum enim de memoria mortis & exitu animæ diſputabat ſemper ille beatus,ita ut frequenter quidam ad eum ſuperbo ſchemate intrarent, & ridenti uultu,& inconſiderato oculo,& exirent humili more, & compuncta facie,& lachrymātibus oculis. Propter quod & dicebat; Quia(ut

æſtimo ego humilis,ſufficit ad ſalutem aſsidue & dolenter cogitare,& ſolicitudinem habere de morte,quoniam nemo nobis in illa hora compatietur,aut comitabitur ex uita iſta, 23 niſi opera bona noſtra. Et quomodo angelis uenientibus & properantibus non turbatur tunc anima, ſi inuenta fuerit bene præparata? aut quomodo rogat, ut addatur ſibi modicum tempus uitę ſi audierit, Tempus quod uixiſti, bene non conſumpſiſti? Et iterum dicebat tanquã de ſemetipſo; Quomodo humilis Ioannes tranſire poteris beſtias arundineti,quando obuiabunt tibi exactores; Væ qualis timor & tremor obtinet animam tunc rationem ponentem,tantis exquiſitoribus,tam amaris et immiſericordibus? Etenim ſanctus iſte in memoria ſemper retinebat,quod ſancto Simeoni,qui in columnis ſtetit, per reuelationẽ factum eſt notum,quia (ut ait) exeunte anima e corpore, obuiant ei cum aſcenderit a terra in cœlum,chori dæmonũ,ſinguli in proprio ordine. Obuiat et chorus dæmoniorum ſuperbię, inueſtigat eam, ſi habeat opera eorum. Obuiat chorus ſpirituum detractionis, aſpiciunt ſi quãdo oblocuta ſit,et pœnitentiam non egerit. Obuiat iterũ ſuperius dęmones fornicationis,ſcrutantur ſi recognoſcant in eo uoluptates ſuas. Et quãdo à terra uſq; ad cœlum miſera anima poſitura rationem peruenerit, ſeorſum ab ea ſancti angeli ſtabunt,et non adiuuabunt eam niſi bonitates ſuę. Hæc conſiderans hic nobilis,perterritus pro tali hora, et ſolicitus factus eſt,ferens in memoriam et ſancti Hilarionis eloquium, qui cũ è uita egreſſurus eſſet,formidauit,et dixit animæ ſuæ; Octoginta annos ò humilis anima habes ſeruiens Chriſto,& times exire? Exi quia miſericors eſt. Et dicebat ſibi Patriarcha,ſi is qui octoginta annos ſeruiuit Chriſto, & mortuos ſuſcitauit,& ſigna fecit,timuit amaram illam horam, quid habes tu humilis Ioannes dicere aut facere, quando obuiauerint in faciem tuã crudeles illi & immiſericordes exactores & exquiſitores? Aut quantam poteris rationem reddere ad eos qui exquirunt de mendatio, ad eos qui de detractione,ad eos qui de crudelitate, ad eos qui de auaritia, ad eos qui de memoria mali,ad eos qui de odio,ad eos qui exquirũt de periurio? Et dicebat,Deus in eis increpa, nam omnis fortitudo hominum eis reſiſtere non ualet. Tu Domine,da nobis ductores ſanctos angelos,qui cuſtodiãt & gubernent nos. Multa enim eſt contra nos eorum inſania, multus tremor,multus timor,multum periculum pelagi aëris huius. Si enim de ciuitate in ciuitatem ſuper terram ambulantes,deprecamur eos qui nobis ductores ſunt,ne in præcipitia cadamus,aut in agreſtium ferarum loca,aut in flumina infinita,aut in inacceſsibiles & inuios montes, aut in latronũ manus, aut in eremum incomprehenſibilem aut inaquoſam, & pereamus, quot ductoribus & diuinis cuſtodibus opus habemus, pergentes longa uia hac & æterna,uidelicet,quę ex corpore eſt egreſsio,& ad cœlũ aſcenſio? Hæ ſunt ſapientia plenæ beati ad ſe & ad omnes doctrinæ, hæ ſunt eius quotidianæ curæ atq; meditationes.

23 *Tu qui detrahis bonis operibus, uide quid de illis dicat ſãctus uir.*

Multam autem & de ſancta ſtatione curam habebat,& ſolicitudinem demonſtrabat. Vna enim dierum uolens multos reſecare, ut non egrederẽtur poſt ſolutionẽ ſancti Euangelij de eccleſia, & ociolis ſermonibus pro oratione uacarent,quid fecit? Reliquit mox,poſtquam lectum eſt ſanctũ euangelium,eccleſiam,& ipſe exijt,& ſedit cum turba. Omnibus uero obſtupeſcentibus,dixit ad eos iuſtus; Filioli,ubi oues illic & paſtor. Aut in-

trate intro & ingrediamur, aut manete hic, & hic manebo. Ego propter uos deſcendo in ſanctam eccleſiam, 24 nam poteram facere mihimet miſſas in epiſcopio. Semel ergo & bis fecit hoc ipſum ſchema ille beatus. Erudiuit & in hoc plebem magnifice, & emendauit, timebant enim, ne iterũ idipſum ſchema faceret eis ille ſemper memorandus. Loqui autem in ſacrario omnino nõ permittebat, ſed in conſpectu omnium foras mittebat eum, dicens; ſiquidem 25 ut orares ueniſti huc, in hoc mentem tuã & os tuum uacare exopta. Si uero propter locutionem, ſcriptũ eſt; Domus Dei domus orationis uocabitur, noli ergo facere eam ſpeluncam latronũ. Hoc autem erat admirabilius ſanctiſsimi huius Patriarchæ, quoniam nec monachicam uitam ducens, neq; in clero moratus in eccleſia, ſed & fœminæ legitimæ dudum coniunctus, ita tenuit rigorẽ eccleſiæ ab ipſo initio, quo Patriarcha conſecratus eſt, & in talem ſublimitatẽ exaltatus eſt, ut multos eremitarum & in arcta uitam degentium ſuperaret. Nolens autẽ hic huius 27 boni expers eſſe, uidelicet monachicæ uitæ connumerationis; ſtudet rem talem. Congregans duos ordines monachorum, ſtatuit eis omnem utilitatem tributi de uillis ſuis in ciuitate ſua, & faciẽs eis cellulas in duobus oratorijs ſanctæ Dei genitricis, & ſancti Ioannis, quæ ipſe a 28 fundamentis ædificauerat, dicens de amantiſsimis monachis ita; Ego poſt Deum utilitatẽ corporalem ueſtram procurabo, uos autem ſpiritualis liberate meæ curã ſalutis. Veſpertina & nocturna uigilia mihi apud Deum imputetur, quidquid uero in cellulis ueſtris officij feceritis, pro ueſtris ſit animabus. Hoc autem fecit, uolens ſolicitiores efficere Dei amicos monachos. Vnde & permanſit Deo talis grata conſtitutio ordinum, & ad ſimilitudinem monaſterij ex his, ciuitas pene uiuit, in diuerſis locis peruigiles hymnodias Deo referens. Et hoc beatus iſte ita omnes docebat & conteſtabatur dicens; Nullatenus aliquando hæreticorum 29 communionis, imo coinquinationis participemini, etiam ſi omni uita ueſtra ex aliqua impulſione uel neceſsitate, communionem catholicæ eccleſiæ non inuenientes, ſine communione permanſeritis. Si enim, ait, uxorem corporalem legitime poſsidentes, & in regione aliqua lõginqua abſq; illa tempore multo morantes, relinquere hanc, & alij copulari, a Deo & legibus prohibemur, ſi uero hoc egerimus punimur, quomodo putas, Deo per rectam fidem & catholicam eccleſiam coniuncti, ut ait Apoſtolus, aptaui uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, & ſanctam fidẽ adulterantes per communionem hæreticorum, in futuro ſeculo tormenti, quod expectat hæreticos, non erimus facti participes? Communio enim ideo dicitur, eo quod communem faciat, & firmet communicantem quibus communicat. Ne igitur, quæſo, ait, o filij huiuſmodi oratorijs applicetis.

Cum omnibus bonis ſuis & hoc beatus hic poſsidebat, quod (ut dictum eſt) non condemnaret proximum, nec condemnantes reciperet. Dicã uero & eius doctrinam de hoc, omnibus proficuam; Iuuenis quidã rapiens monacham, fugit Conſtantinopolim. Hoc diſcens iuſtus, triſtis factus eſt uſq; ad mortem. Tempore aliquo tranſacto conſedente eo una dierum in honorabili [illegible] cũ quibuſdam clericis, & ſermonem animæ utilem mouente, uenit in mediũ & memoria iuuenis, qui ancillam Dei rapuerat, & cœperunt qui cũ ſancto conſedebant, anathematizare talẽ iuuenẽ, tanquam qui duas animas perdiderat, ſuam uidelicet, & ſanctimonialis. Cõ-

24 *Et ex hoc loco habes uſum priuatæ Miſſæ eſſe antiquiſsimum.*

25 *Ecce quomodo eccleſia facta eſt propter orationem.*

26 *Quod ſãctus patriarcha fuerit fœminæ legitime cõiunctus, ex more Orientalis eccleſiæ ei contigit, in qua licebat promoto ad ſacerdotium antiquis nuptijs uti, ſed non nouas cõtrahere.*

27 *Vides quod Monachicã uitam bonum appellat, cuius ſanctus uir expers eſſe noluit? Quare ergo ut malum nunc a quibuſdam tanta rabie explodi curatur de mundo?*

28 *Si malum eſſet eccleſias in honorem ſanctorum ædificare, beatus pater non conſtruxiſſet duas a fundamentis, ut hic habes.*

29 *Ecce quomodo ſancti uiri Deo pleni, nullo pacto communicandũ eſſe noluerunt cum hæreticis.*

peſcuit ergo & reſecauit eos beatus dicens; Ne ſic filij,ne ſic,nam oſtendam uobis,quia & uos duo peccata facitis,unũ, quia tranſgredimini mãdatum dicentis; Nolite iudicare,ut non iudicemini, Deinde,quia neſcius certius,ſi adhuc peccent,& non pœniteant,legi enim uitam patris, aliq̃d tale habentem, quia in ciuitatẽ quandam duo monachi abierunt in miniſterium.Et cum tranſiret unus per locũ,clamabat ei una fornicaria,dicẽs; Salua me pater,ut Chriſtus meretricem. Ille uero hominũ confuſionem omnino non curans,dixit ei,ſequere me.Et tenens eã per manũ eius,exiit publice de ciuitate omnibus aſpicientibus.Facta eſt ergo fama,quia abbas accepit mulierẽ dominam Porphyriam (ita enim uocabatur mulier) pergẽtibus ergo eis,ut mitteret eam in monaſteriũ, inuenit mulier in una eccleſia puerum in terram proiectũ,& ſuſtulit eum ut nutriret illum. Itaq; poſt annum quidã uenerant in patriam,ubi erat abbas & Porphyria.quę fuerat de meretricibus,& uidentes eam habere puerulũ dicunt ei; Veraciter bonum abbati pullũ genuiſti. Nondum enim ſanctum ſchema acceperat. Euntes ergo qui uiderant eam, Tyrum,inde enim abbas tulerat illã, diffamauerunt quia genuit de abbate Porphyria, & nos uidimus puerulum oculis noſtris ſimulantem ei. Quando ergo cognouit ex Deo abbas obitum ſuum,dicit nonnæ Pelagiæ,ſic enim mutauit nomen eius, quãdo tradidit ei ſanctũ ſchema; Eamus Tyrum, quia habeo illic reſponſum,& uolo ut uenias mecum. Illa uero non ualens contradicere ei,ſecuta eſt eũ, & uenerunt ambo,habentes & puerũ ſeptem annorum exiſtentem ſecũ. Cum ergo ægrotaſſet abbas in infirmitate ad mortem, aſcenderunt ad uiſitationem eius de ciuitate uſq; ad cẽtum animas. Et dicit; Afferte prunas. Itaq; cum ueniſſet thuribulũ plenum prunis, tulit & euacuauit eas in ueſtimentum ſuum,& dixit, Credite fratres, quia ſicut Deus rubum cuſtodiuit incombuſtũ ab igne, ſicut nunc tunicam incenderunt prunæ iſtæ,ita nec ego agnoui peccatũ mulieris ex quo natus ſum. Et omnes mirati ſunt quod non ardebat ueſtimentũ ab igne, & glorificauerunt Deum habentem occultos ſeruos.Ex occaſione autẽ nonnæ Pelagiæ quondã, aliæ fornicariæ ſecutæ ſunt eam,abrenuntiantes mundo,cũ ea pergentes in monaſterium eius. Seruus autem Dei monachus,qui totonderat eam, poſtquã ſatisfecit omnibus,tradidit Deo ſpiritũ in pace.Ideo, 30 inquit,dico uobis filij,ne præcipites ad condẽnanda & iudicanda ſitis aliena. Multoties enim peccatum fornicationis uidimus,pœnitentiam uero eius quam fecit occulte,non aſpeximus.Sic eſt cũ furtum facientem quendam uidemus,ſuſpiria uero eius & lachrymas quas produc't Deo,neſcimus. Et quidẽ habemus eum quaſi furem aut fornicatorẽ,aut periurum,apud Deũ forſitan recepta eſt occulta eius confeſsio,& pœnitentia, & eſt apud Deũ precioſus. Omnes igitur admirabantur ſuper doctrina induſtrij paſtoris huius atque magiſtri.

30 *Hoc exemplo non arbitrentur ſe immunes a peccato qui noſtro tempore moniales rapiunt, aut cum eis deteſtabiliter miſcentur. Nam non defendit ſanctus patriarcha ſceleſtum raptum monialis,ſed tollit temerarium iudicium, quia poſſet eſſe quod raptor pœnituerit.*

Duobus clericis calciamenta facientibus,& iuxta ſe laborãtibus, unus quippe habebat filios multos, & uxorem & patrẽ & matrem, uacabat uero eccleſiæ ſine intermiſsione,& omnes poſt Deũ alebat arte ſua. Alter autẽ quamuis doctior eſſet illo, eo quod non permaneret in eccleſia, ſed etiam dominicis diebus laboraret, nec ſeipſum tantum nutrire ualebat. Inuidebat ergo iſte uicino ſuo, & una uice non ſufferens inuidiam, dicit ei cũ ira; Vnde diues factus es ſic?Ego uacans plus arti meę quam tu,in pau

pertatem deueni. Dicit uero ei, uolens facere eum uacare eccleſiæ; Inuenio precium in terra, & inde paulatim diues factus ſum, ſed ſi uis ſemper uoco te, & ueni mecum, & quicquid inuenerimus, accipies dimidiũ. Cum ergo acquieſceret ille, & ſequeretur eum euntẽ ad eccleſiam, ſine intermiſsione benedixit ei Deus, & diuitẽ fecit eum. Tunc dixit ei ille bonus cõſiliarius; Vidiſti frater unum mendaciũ propter Deum, quantũ profuit animæ tuæ & ſubſtantiæ tuæ? Crede, nihil inueniebam aliquando in terra, ut æſtimaſti gratia precĳ, ſed quoniã dixit Dominus, Quærite primum regnũ Dei, & iuſtitiam eius, & hęc omnia adĳcientur uobis idcirco occaſionem feci, tantum ut ſeducerẽ te, & ecce non ſine cauſa laboraui, ſed inueniſti, & ſuper inueniſti. Hoc igitur dicens ſanctus Patriarcha, fecit illum bonum conſiliarium presbyterum tanquam dignum, erat enim lector.

Et quidem hactenus ante memoratus Dei cultor Mennas, qui fuerat uicedominus ſanctæ eccleſiæ Alexandrinorũ magnæ ciuitatis, enarrauit nobis. Dicentibus uero nobis in prædictis in quodã capitulo, quod multa ſpirituali dilectione Patriarcha & Niceta patritius ad inuicem colligati eſſent, dignum iudiciũ talis exhibitionis præſens exiſtit capitulũ. Quando permittente Deo pro peccatis noſtris, futurũ erat ut traderetur Alexãdria ſine Deo Perſis, reminiſcens paſtor dicentis, Cũ perſecuti uos fuerint in ciuitate iſta, fugite in aliam, fugã arripuit in propriam patriã, uidelicet in Cyprum, in ciuitatem ſuam. Vnde occaſione accepta præfatus Niceta patricius dixit ad ſanctũ; Obſecro, ſi inueni gratiam ante te, ne dedigneris fatigari uſq; ad reginam ciuitatũ, & bene acceptas preces tuas donare pĳſsimis imperatoribus. Ille uero multæ fidei uiro conſentiens, obediens ad hoc factus eſt Deo & uoluntati eius, & à ſe quantũ honorem daturus erat, circa beatũ oſtendere uolens. Fatigata igitur naui multipliciter à uiuentorũ, in qua ſanctus cum Patritio erat, & in profundũ penè iam uerſa, uidet ſæpe memoratus Patritius & optimates, & qui cũ eo erant, una nocte in qua tempeſtas facta eſt, Patriarcham modo cũ pauperibus per nauim ubiq; circumcurrentẽ, modo autem iterum cũ eis manus in cœlum extendentẽ, & ab alto adiutorium abſtrahentem. Cumq; interdũ perueniſſent aſcendentes, uidet expergefactus à Deo uocatus hic quendã eunuchum coruſcantẽ forma, & aureum ſceptrũ in dextera manu tenentem, aſſiſtentem ſibi, & dicentẽ, Venite iuberis, rex regnantium quærit te. Nihil ergo ſtatim negligens, aduocat Patritiũ Nicetam, et dicit ei cum multis lachrymis. Tu quidẽ ô domine ad terrenum imperatorem me uocaſti, ſed præueniens cœleſtis, ante uocauit exiguitatẽ meam. Et retulit ei eunuchi, imo angeli uiſionem, quæ apparuerat ſibi. Gauiſus ergo & triſtis factus idem glorioſiſsimus uir, impedire ſanctum non potuit. Abunde uero ſanctis eius repletus orationibus, & imperatoribus has deferens, cum multo honore redire ei in Cyprum iuſsit.

Adueniente ergo in propriam eo ciuitatem, quæ Aniathunta uocabatur, teſtamentũ proprium ſcribere cito miniſtris ſuis præcepit. Velociter uero & ſine dilatione chartam & calamũ præſentantibus, præcepit ſacrũ illud os ſcribere ſic, Ioannes ſeruus, propter eam uero quę ſuperpoſita eſt mihi ſacerdotĳ dignitatẽ, Dei gratia liber. Gratias ago Deus tibi quoniã exaudiſti me pro miſera anima mea rogantẽ bonitatem tuam ne inueniretur morienti mihi niſi una tremiſsis. Inueniente enim me in honorabili epi

ſcopio

ſcopio ſanctæ eccleſiæ Alexandrinorũ, magnæ ciuitatis, quam per indulgentiam Dei ſuſcepiſti, quando in ea conſecratus ſum, circiter octoginta centenaria auri, & quæ intrauerunt mihi ab amicis Chriſti, penè numerũ hominis tranſcendunt, in memet colligens, & cognoſcens hæc omnia dominatoris omniũ eſſe, feſtinaui ea quæ Dei erant, Deo dare. Vnde & quod remanſit mihi, hoc tremiſſe Dei, & hoc exiſtens, iubeo dari his qui ſunt Dei. O glorioſa res, ó deuotionẽ ſancti. Non intendit, ſicut debuiſſet, ſuis, quod faciunt multi qui in diuitijs ſunt, qui Dei dona aut ex iuſtitia collecta, tanquam propria, & tanquã ſi ea ſecum ferre poſſent, theſaurizant, & non large egenis præbent, ſed illa quærebat, quæ ſemper manẽt, & aliquando non minuuntur. Vnde ſine mendacio repromiſsionibus non eſt fraudatus, quæ aſſeuerant ex perſona Dei, quoniam glorificantes me glorificabo. Vere enim magnifice glorificauit ſanctum hunc, qui in ſuis bonis glorificauit Dominũ ſemper. Non enim ferẽs nobis hic temporali uita ſua conquieſcere ſancta & digna laude, quid egit? Xenodochia, gerontocomia, atq; monaſteria à fundamentis ædificans, & choros ſanctorũ monachorum ſtatuens, inceſſabilẽ uerę iuſtitiæ memoriam poſsidet, per ea quę celebrantur in eis bona opera. Quod enim de his qui mala agunt, & ſucceſſores propriorum malorũ poſt mortem in uita hac relinquunt, ait Domino Paulus apoſtolus; Quoniam quorundã peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudiciũ, quoſdam autẽ & ſubſequuntur. De quibus unus & iſte extitit. Et quoniã non fabule, neq; ad gratiam eſt quod dictũ conſtat, teſtimoniũ nobis perhibeat planè quod mox in precioſa eius dormitione geſtũ eſt prodigium. Tradente enim eo, & commendante propriam animam in manu Domini, ut ait alicubi ſacra litera, iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt, & hanc ei ut ſacrificiũ immolatum offerente, cum 31 condendum eſſet uenerabile eius corpus honorifice, & cũ congruo ſacerdotum ritu in quodã oratorio sãcti miraculorum factoris Theonis, fit quoddam tale ſignum glorioſum. Iacebant in quodã tumulo, ubi & iuſtus hic reponendus erat, duorũ quorundam epiſcoporum, qui ante eũ dormierant, ſancta ueraciter corpora, quæ & in natura exanimi interim degentia, tanquam ſi uiua eſſent, reuera æqualem ſancto honorẽ tribuerunt. Cum enim beati corpus inter duos illos epiſcopos ponendum eſſet, 32 honorãtes ſummum paſtorẽ paſtores, & multam eius fiduciam apud Deũ reuerentes, & mirantes ſimul Dei iuſsionẽ, tanquam uiua corpora ſua ſeparantes, in medio ſacrũ hunc ſuſceperunt, honorẽ & ipſi ei præceptione Dei, ſicut à Deo honorato offerentes, & omnibus ſtatim oſtendentes, quæ à Deo ei donata eſt, gloriã atq; ſublimitatem. Quod maximum & glorioſiſsimum miraculũ, non unus, neq; decem, neq; centum uiderunt, ſed omnis turba quæ conuenit ad precioſam eius ſepulturam.

31 *Vide condi honorifice uenerabile corpus sãcti cum congruo ſacerdotum ritu in oratorio ſancti miraculorũ factoris Tyronis.*

32 *Animaduertis quantam ſancti poſt mortẽ habeant poteſtatem?*

Aliud autem eius glorioſius, quod quidem adhuc uiuens in carne cœpit miraculũ, ſed poſtquam migrauit ad Deũ, compleuit, ſermo commemorare tentabit. Mulier quædã de ea, quæ ſanctũ protulit, ciuitate exiſtens, cũ audiſſet ueniſſe Arbodo, & angelũ ei ibidem apparuiſſe, & uocationem ad cõmunem domũ ei denunciaſſe, peccamen grauiſsimum in ſe recognoſcens, quod nec auditus hominũ poſſe intrare affirmabat, fidem in ambiguã ſumens, ad ſanctũ curſu peruenit, & pedes eius comprehendens, cum lachrymis multis clamat, & dicit ſecreto ſancto; O ter beate,

habeo miſera quod ad aures hominum uenire non poteſt, & ſcio, quod ſi uis, potes id mihi indulgere, dixit enim uobis presbyteris dominus, Quoniam quæcunq; ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlis. & quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta ſunt. Hæc uerba audiens à muliere ſanctus, & timens, ſi petitionem eius refutaret, noxium ei in tormentis fieret, dũ poſſet liberari à proprio peccato per fidẽ quam habebat in eũ, dicit ad eã humiliter; Si utiq; credis ô mulier Deo, per fidelitatem meã ignoſcatur tibi crimen quod dicis, confitere mihi hoc. Quæ dixit; Non poſſum Domine dicere peccatũ hoc, neq; enim poteſt auditus hominũ portare illud. Dicit ad eam iterũ ſanctus; Et ſi erubeſcis, uade, & ſcribe illud ſi noſti literas, & affer mihi. Illa iterum reſpondit; Vere domine non poſſum. Expectans ergo modicũ ſanctus tacens, dixit ei; Nõ potes ſcribere, & ſigillare, & afferre mihi? Tunc dixit ei; Poſſum Domine, hoc facio. Rogo ergo honorabilẽ & coangelicam animam tuã, ne ſoluatur, neque ullo modo inueniatur à quolibet peccatum hoc aliquando. Verbum igitur accipiens à Deo honorabilis, quod nullus homo ſolueret, aut legeret eius Pyctacium, abiens ſcripſit propria manu peccatũ, & ſigillans portauit beato. Suſcipiens ergo ſanctus Pyctacium, poſt quinq; dies ad Dominũ profectus eſt, nemini aliquid de huiuſmodi Pyctacio, aut diſpones, aut indicans. Mulier 33 uero fortuitu, imo diſpenſatione Dei, nõ

33 exiſtens in ciuitate die in qua translatus eſt in pace de ſeculo iſto ad aliud Patriarcha, uolente, & in hoc demonſtrare Deo, quantam apud eũ ut pote proprius famulus, fiduciã poſsidebat. Sed poſt unam diem reconditionis precioſi eius ipſa adueniens, cum audiſſet dormitionem eius, amens & deſipiens propemodum facta eſt, exiſtimans Pyctacium quod dederat, in epiſcopio relictũ, omnibus faceret culpam eius manifeſtam. Cito ergo reſiliens, & priorem fidẽ ſuam indubitabilem ſuper animam reſumens, arcam à Deo honorati apprehendit, & ſicut uiuenti ei ueraciter ita turbata perhibebat; Homo Dei, tibi hoc peccatum nõ potui enumerare, eo quod ſupra modũ exiſteret graue, & nunc omnibus factũ eſt forſitan manifeſtum & cognitũ, utinam non tibi rem meã manifeſtaſſem. Heu heu mihi, putans confuſionis abſolutionẽ inuenire, confuſio omnibus facta ſum, pro medela blaſphemiã recepi. Quid mihi ad te opus erat cauſam animæ meæ patefacere? Tamen non deficiam, neq; diffidã, neq; remouebo à tumulo lachrymas meas, uſq; dũ ſatisfactionem de peticione mea accepero. Neq; enim mortuus es ſancte Dei, 34 ſed uiuis. Scriptum eſt enim,

Ecce quomodo ſacerdotalis confeſsio antiquis patribus fuit in uſu. Et uide maximum miraculum qđ circa eius ſecretũ contigit cuidam mulieri.

34 quia iuſti in perpetuum uiuent. Iterumq; eadem uerba aſſumens, dicebat; Nihil homo Dei petã à te, niſi ut certum facias cor meum, quidnam de dato tibi Pyctacio factũ ſit? Deus ergo qui dixit ad Chananæam, fides tua te ſaluam fecit, ipſe & me certam de Pyctacio facere poteſt. Tribus diebus perſeuerans ad ſepulchrũ beati, cibum aut potũ omnino non guſtãs, tertia uero nocte dũ ſurſum lachrymis eoſdem duros ac fideles ſermones beatiſsimo diceret, ecce egreditur Dei famulus de tumulo ſuo, oculatim apparens cũ duobus epiſcopis, qui cum eo iacebant, uno hinc, & altero inde ei aſsiſtentibus, & dicit ad eam. Vſquequo mulier hos qui hic ſunt, cõmoues, & non dimittis eos quieſcere? Infuderunt enim ſtolas noſtras lachrymæ tuæ. Et hæc dicens, dat ei propriũ Pyctacium ſigillatum, dicẽs,

Audis hæretice quid dicat fidelis mulier? Si ergo ſancti uiuũt, & non ſunt mortui, quare audes tu eos emortuos nũcupare?

ſuſcipe,recognoſcis hoc? ſolue aſpice.Et in ſeipſam ex uiſione ueniens, uidit iterũ ſanctos ingredientes in propriũ locum, & ſoluens inuenit literas ſuas deletas, & ſubſcriptionẽ ſub eis habentem ſic. Propter Ioannem ſeruum meũ deletum eſt peccatũ tuum. Quis loquetur potentias Domini,ô amici & fratres? Quis ita miſericors & amator hominũ, faciens uoluntatem timentiũ ſe,& glorificans glorificantes ſe,& per miraculorum operationes magnificans eos? Non aũt in loco ſolum,in quo precioſa dormitio eius facta eſt, gratia quam habuit apud Deum, manifeſta eſt,ſed ubicunque longius claruit.

Eadem enim die, in qua ad Deũ ex hac uita beatus iſte profectus eſt, quidam eorum angelicã uitam & ſchema monachorũ habentes, uir admirabilis & induſtrius Sauinus nomine, Alexandriæ habitans,uidit quaſi in exceſſu mentis factus, diuinitus honorabilem Ioannẽ epiſcopio egredientem cũ clero omni cerea portantẽ, & ad imperatorem euntẽ, tanquã Eunucho quodã (ut ipſe dicebat Sauinus) cubiculario hunc uocante, & poſtquã ianuam exijt, quod ſignificat proprij corporis ſeparationem,unã puellã ut ſolem ſuſcipientem eũ, & manu tenentem, & ſuper caput coronam ex oleæ ramis circumamictam. Mox ergo agnouit ſanctus Sauinus migrationem patriarchę ad Dominũ ipſa hora fuiſſe factam.Quapropter adnotantes quidam menſem & diem, erat enim celebris ſancti martyris Mennæ, & quibuſdam uenientibus de Cypro, & percunctantes quidã qui habitabant Alexandriæ, de migratione ſancti patriarchæ, agnouerũt ueram fuiſſe uiſionem, eo quod eadem hora fieret,in qua obijt beatus,& maxime de exemplo puellæ, quæ manutenebat eũ. Acceperat enim repromiſsiones ab ea ſanctus, ſicut in præcedentibus uerbis uitæ eius diximus,quia ſi me poſsides amicã,ego te ante imperatorem introducam,ꝙ & reuera fecit.Non aũt ex hoc tantũ omnes ſatisfactionẽ acceperunt,qđ
35 eleemoſyna & miſericordia quam habuit circa egentes,eum in cœlorũ regnum deduxerunt, ſed quia alius eorũ qui habitabat ciuitatẽ Alexandriã,timens Deum,uidit ipſa nocte in qua & ſanctus Sauinus, omnes pauperes & orphanos atq; uiduas,oleæ ramos baiulantes, & in Patriarchæ obſequio euntes,& ad eccleſiam pergentes. Non ſolum aũt duo,aut decem,aut centũ ſatisfactiones ſunt,per quas ſcimus clare quoniã ſanctorum numerum meruit memorabilis hic, ſed ecce & aliæ quas ſubſequens forma oſtendit.

35 *Eleemoſyna & miſericordia quã habuit circa egentes,eum in cœlorum regnum deduxerunt. Ergo & bona opera in regnũ cœlorum deducunt.*

Hymnodia enim anniuerſaria poſt multũ temporis dormitionis ſancti celebrata in tẽplo memorati ſancti Tichonis,ubi precioſum lipſanum, ideſt ſepulchrum beatiſsimi Patriarchæ Ioannis repoſitũ eſt,erat aũt quæ colebatur ſacra uigiliæ hymnodia, annuæ recordationis ſancti miraculorũ factoris Tichonis,uolenſq; omnipotens Dominus oſtendere omnibus quali honore ſeruum ſuũ ſanctum Ioannẽ dignum fecerit, placuit de honorabili eius lipſano unguenti ſaniferã ſanitatem emanare,qua uniuerſi in lætitiã uerſi,gratiam retulerunt patri,& filio, & ſpiritui ſancto, uidelicet Deo noſtro,qui proprios ſanctos gloria glorificat infinita. Et ut nullus amicus Chriſti tãti miraculi incredulus ſit,etenim uſq; nunc in amica Chriſti Cyprorũ inſula,in 36 diuerſis ſanctis talia Dei gratia operari, & tanquã ex fontibus unguentorũ ſuauitatem de precioſis eorũ lipſanis profluentem,ad gloriam eiuſdẽ bonitatis, & ad honorẽ ſanctorum eius, atque ad

36 *Conſideras ex multis ſanctorum ſepul*

chris ſanitatū unguē ta emanare, ut ſeruorum ſuorū Deus oſtēdat ſanctitatem, & homines ad eorum ſequenda ueſtigia accendat?

profectū, qui poſt futuri ſunt hominū, quatenus ſecundū imitationem eorum conuerſantes, eiſdem & nos honoribus digni efficiamur à iuſto mercedem retributore Deo.

Efficiamur igitur dilectiſsimi & nos conſummatores præſcriptarū rectitudinum ſanctiſsimi huius patris Ioannis Eleemonis, et quaſi incolę exiſtentes peregrini in uita iſta, in æternū theſaurizzemus futurū bonum, p largā quæ indigentibus tribuitur donationem. Enimuero ſecundū diuinitus inſpiratum Apoſtolum, Qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet, et pro corruptibilibus æterna, quæ oculus, non uidit nec auris audiuit, et in cor hominis nō aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, quæ omnes nos impetremus per gratiā et miſericordiam Domini noſtri, cū quo eſt patri unà cū ſancto ſpiritu gloria & honor & imperium nunc & ſemper in ſecula ſeculorum. Amen.

Vixit autē ſanctus Ioannes Eleemoſynarius circa annos Domini quingentos nonaginta, & obijt die tertia Februarij.

Habetur in tertio dialogorum. Cap. 3.

VITA SANCTI AGAPITI PONTIFICIS ET confeſsoris, per D. Gregorium Papam conſcripta.

QVodam tempore exigente cauſa Gothorum, uir quoq; beatiſsimus Agapitus huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ pontifex: cui deo diſpenſante deſeruio, ad Iuſtinianum principem acceſsit. Cui adhuc pergenti, quadam die in Græciarum iam partibus curandus oblatus eſt mutus & claudus: qui neq; ulla uerba ædere, neq; ex terra unquam ſurgere ualebat.

1 Miſſarū ſolennia exorſus, ſacrificium in conſpectu Dei immolauit. Ecce uocabulū Miſſæ non nouum inuentum. Ecce Miſsā dici ſacrificium.

2 Vide communionem ſub una ſpecie tantum.

Cumq; hunc propinqui illius flentes obtuliſſent, uir domini ſolicite requiſiuit, an curationis illius haberent fidem. Cui dum in uirtute dei ex authoritate Petri: fixam ſalutis illius ſpem habere ſe dicerent, protinus uenerandus uir orationi incubuit, & 1 miſſarū ſolennia exorſus, ſacrificiū in conſpectu Dei omnipotentis immolauit. Quo peracto, ab altari exiens, claudi manum tenuit, atq; aſsiſtente & aſpiciente populo, eum mox a terra in proprijs greſsibus erexit. Cumq; ei 2 dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendū lingua ſoluta eſt. Mirati omnes, flere præ gaudio cœperunt, eorumq; mentes ilico metus & reuerentia inuaſit: cum uidelicet cernerent, quid Agapitus facere in uirtute domini ex adiutorio Petri potuiſſet.

Eſt in appendice poſita ad hiſtoriam Eutropij in Tractatu de Iuſtiniano Imperatore libro 16.

ITEM VITA BEATI AGAPITI ROMANI PONtificis per Paulum Diaconum conſcripta.

ATalaricus Gotthorum rex, cum nondum expletis quatuor annis regnaſſet, immatura morte præuentus, uitæ ſubtractus eſt, cuius mater Amalaſiuntha poſt eius funus, Theodatum ſocium aſciuit in regnum. Sed Theodatus idem immemor collati beneficij, eā poſt aliquod tempus in balneo ſtrangulari præcepit.

Et quia ipſa dum adhuc uiueret ſe, ſuumq; filium principi commendauerat audita. Iuſtinianus Auguſtus eius morte, graui mox aduerſus Theodatum iracundia exarſit. Sentiens Theodatus ſibi inſenſum habere principem,

cipem, beatum Papam Agapitum Conſtantinopolim dirigit, quatenus apud Iuſtinianum ei factorum impunitatem impetraret. Qui ſanctus pontifex dum Iuſtinianum principem adiſſet, facta cum eodem de fide collatione, reperit eum in Euthicetis dogma corruiſſe, a quo primitus graues beatus Antiſtes minas perpeſſus eſt. Sed cũ illius in [illegible]cuſſam in fide catholica Iuſtinianus conſtantiam cerneret, ſiquidẽ ad hoc uſq; uerbis progreſſum fuerat, ut talia a præſule audiret, ego ad Iuſtinianum Imperatorẽ Chriſtianiſsimum uenire deſyderaui, ſed Diocletianum inueni.

Tandem ex uoluntate Dei eius monitis acquieſcẽs, ad catholicæ fidei confeſsionem cum multis pariter, qui ſimiliter deſipiebant, regreſſus eſt. Anthemium quoq; eiuſdem regiæ ciuitatis epiſcopum, præfatæ hæreſeos defenſorem, conuictum publice, communione priuauit, ac perſuaſo principe in exilium coegit. Nec multum poſt idem pontifex apud eandem urbem diem obijt.

VITA BEATI PAVLI EPISCOPI NOLANI ET quomodo de ſeculari nobilitate & tumultu, tranſierit ad ſecretum Nolanæ Vrbis, per D. Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

Habetur lib. 6. epiſtolarum epiſtola 36. ad ſeuerum.

Hic Paulinus fuit poſtea presbyter, deinde Nolanus epiſcopus qui uitam beati Ambroſij deſcripſit.

PAulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundũ, 1 uenditis facultatibus tam ſuis quàm etiam coniugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat quæ redegit in pecuniam, & ipſe pauper ex diuite factus, tanquam deoneratus graui ſarcina domui, patriæ, cognationi quoq; ualedicat, quo impenſius deo ſeruiat. Elegiſſe autem ſecretum affirmatur Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans, æuum exigat.

1 Ecce paupertatem Euangelicam, omnia ſua ſponte uendere, & erogare pauperibus. ita enim mandauit Dominus.

Matrona quoq; uirtuti & ſtudio eius proxime accedit, neq; a propoſito uiri diſcrepat. Deniq; tranſcriptis in aliorum iura ſuis prędijs, uirum ſequitũ, & exiguo illic coniugis contẽta ceſpite, ſolabitũ ſe religionis & charitatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritorum poſteritas deſiderata.

Hęc ubi audierint proceres uiri, quę loquentur? ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia, migraſſe a ſenatu, interceptã familiæ nobilis ſucceſsionem, ferri hoc non poſſe. Et cum ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi forte Chriſtianus uir attentior ſacroſanctæ religioni 2 ueſtem mutauerit, indignum facinus appellant.

2 Et hic habes quod qui conuertebantur a ſeculo, nouum religionis habitum aſſumebant.

Equidem doleo tantam eſſe in mendatio obſeruantiam, in ueritate negligentiam, ut confundantur pleriq;, attentiores ad ſacroſanctam religionem uideri, non conſiderantes uocem dicentis: Qui me confuſus fuerit coram hominibus, confundar & ego eum coram patre meo qui eſt in cęlis. Sed non confuſus eſt Moyſes, qui cum eſſet aſcitus in domum regiam, theſauris Ægipti opprobrium Chriſti præferendum putauit. Non confuſus eſt Dauid, qui ante arcam teſtimonij coram omni populo ſaltauit. Nõ cõfuſus eſt Eſaias, qui nudus & diſcalciatus ibat per populos, oracula clamans cęleſtia. Quid utiq; tam deforme uiſibili ſpectaculo, quam hiſtrionicos ſinuare geſtus, & fœmineo uſu mollire membra? Delitiarum comes, & luxuriæ ludribium; eſt laſciua ſaltatio.

Ex epiſtola ipſius Paulini ad Augbſti-num quam habes in numero 31. in libro epiſtolarum D. Auguſtini.

ITEM DE SANCTO Paulino per ſeipſum.

SVm laborioſus,& iam nunc ſub magno honore peccator. ueteranus in numero peccatorum, ſed æterno regi nouus in corpore tyro militiæ,ſapientiam mundi miſer hucuſq; miratus ſum,& per inutiles literas reprobatamq; prudentiam,deo ſtultus & mutus fui.Poſtquam inueteraui inter inimicos meos,et euanui in cogitationibus meis,leuaui oculos meos in montes,ad præcepta legis,& gratiæ dona ſuſcipiens: unde mihi auxilium uenit à domino,qui non ſecundum iniquitates retribuens, illuminauit cæcum,ſoluit compeditum,humiliauit erectum male,ut erigeret humiliatum pie.

Sequor igitur non æquis adhuc paſsibus magna iuſtorum ueſtigia, ſi poſsim orationibus ueſtris apprehendere,in quo dei miſerationibus apprehenſus,ſum.Rege ergo paruulum in terra reptantem, & tuis grenibus ingredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis quam ſpiritalis exorſus ætatem conſidires,Quippe ætas mihi ſecundum carnẽ ea(iam)eſt, qua fuit ille ab Apoſtolis in porta ſpecioſa uerbi poteſtate ſanatus. In natalibus autem animæ,illius adhuc mihi tempus infantiæ eſt,quæ intentatis Chriſto uulneribus,immolata, digno ſanguine agni uictimam præcu-currit & dominicam auſpicata eſt paſsionem. Atq; ideo ut infantem adhuc uerbo dei & ſpiritali ætate lactentem,educa uerbis tuis, uberibus fidei,ſapientiæ,charitatis inhiantem. Si officium commune conſideras, frater es,ſi maturitatem ingenij tui & ſenſuum,pater mihi es,etſi forte ſis æuo iunior,quia te ad maturitatem meriti honor ſeniorem prouexit,& iuuenẽ cana prudentia.Foue igitur et corrobora me in ſacris literis & ſpiritalibus ſtudijs,tempore(ut dixi)recentem,et ob hoc poſt longa diſcrimina,poſt multa naufragia,uſu rudem, uix dum à fluctibus ſeculi emergentẽ, tu qui iam ſolido litore conſtitutus, tuto excipe ſinu,ut in portum ſalutis, ſi dignum putas,pariter nauigemus.

Interea me de periculis uitæ iſtius,& profundo peccatorum euadere nitentem,orationibus tuis tanquam tabula ſuſtine, ut de hoc mundo quaſi de naufragio nudus euadam. Idcirco enim me leuare ſarcinis,& ueſtimentis onerantibus exuere curaui,ut undoſum hoc,quod inter nos & deũ peccatis interlatrantibus ſeparat,præſentis uitę ſalum, omni amictu carnis, & cura diei ſequentis,iubente & adiuuante Chriſto,expeditus enatẽ:neq; id me perfeciſſe glorior, quod & ſi gloriari poſſem, in domino gloriarer, cuius eſt perficere,quod nobis adiacet uelle. Sed concupiſcit adhuc anima mea deſiderare iudicia domini. Vide quando aſſequatur effectum dei uoluntatum,qui adhuc ipſum deſiderare deſiderat.

Quod in me tamen eſt,dilexi decorem domus ſanctæ, & quantum in me fuit,elegeram abiectus eſſe in domo domini. Sed cui placuit ſegregare me ab utero matris meæ, & ab amicitia carnis & ſanguinis ad gratiam ſuam trahere,eidem placuit inopẽ me omnis boni meriti, ſuſcitare de terra,& de lacu miſeriarum, ac de luto fecis educere, ut collocaret me cum principibus populi ſui,& partem meam in tua ſorte poneret, ut te præſtãte meritis,officio ſociatus æquarer.

Præſumptione igitur non mea,ſed placito & ordinatione domini, fra-

ternitatis tuę mihi fœdus uſurpans,tanto indignus honore me dignor,quia te pro tua ſanctitate certo ſcio, nam ueritatem ſapis, non alta ſapere, ſed humilibus congruere. Ideoq; prompte & intime recepturum ſpero charitatem humilitatis noſtrę. Quam quidem iam recepiſſe te per be[illegible] imũ ſacerdotem Alipium,quia dignatur patrem noſtrum,confido. Is enim ſine dubio de ſe tibi exemplum præbuit nos ante notitiam & ſupra meritum diligendi,qui incognitos ſibi nos,& longinqua ſoli & ſali intercapedine diſparatos,ſpiritu uerae dilectionis, qui ubiq; & penetrat & effunditur,& uideret diligendo potuit, & alloquendo pertingere.

ITEM ADHVC DE EODEM PER D. Auguſtinum Epiſcopum Hipponenſem.

Ex epiſtola 32. beati Auguſtini epiſcopi ad eundem Paulinum.

LEgi litteras tuas fluentes lac & mel, præferentes ſimplicitatem cordis tui, in qua quæris Dominũ, ſentiens de illo in bonitate, & afferens ei claritatem & honorem. Legerunt fratres, & gaudent inſatigabiliter & ineffabiliter,tam uberibus & tã excellentibus donis Dei,bonis tuis. Quotquot eas legerunt,rapiunt, qui rapiuntur cum legunt. Quã ſuauis odor Chriſti, & quàm fragrat ex eis: dici non poteſt, illæ literæ cũ te offerunt ut uidearis, quantũ nos excitent ut quæraris: nam & perſpicabilẽ faciunt & deſiderabilem. Quanto enim præſentiã tuam nobis quodãmodo exhibent,tanto abſentiam nos ferre non ſinunt. Amant te omnes in eis,& amari abs te cupiunt. Laudatur,& benedicitur Deus,cuius gratia tu talis es. Ibi excitatur Chriſtus, ut uentos et maria tibi placare tendenti ad ſtabilitatẽ ſuam dignetur. Ibi coniunx excitatur,non dux ad molliciem uiro ſuo,ſed ad fortitudinem redux, in oſſa uiri ſui, quam in tuã unitatem redactã & redditam,& ſpiritalibus tibi tanto firmioribus,quanto caſtioribus nexibus copulatã, officijs ueſtræ ſanctitati debitis in te uno ore ſalutamus. Ibi cedri Libani ad terrã depoſitæ, & in arcæ fabricã cõpagine charitatis erectæ,mundi huius fluctus imputribiliter ſecant. Ibi gloria ut acquiratur contẽnitur,& mundus ut obtineatur,relinquitur. Ibi paruuli,ſiue etiã grandiuſculi filij Babylonis, eliduntur ad petram, uitia ſcilicet confuſionis ſuperbiæq; ſecularis.

Hæc atq; huiſmodi ſuauiſsima ſpectacula, literæ tuæ præbent legentibus,literæ illæ literæ fidei,non fictæ, literæ ſpei bonæ,literæ puræ charitatis. Quomodo nobis anhelant ſitim tuam,et deſideriũ, defectumq; animę tuæ in atria Domini? Quid amoris ſanctiſsimi ſpirant? Quantã opulentiam ſynceri cordis exæſtuant? Quas agunt gratias Deo? Quas impetrãt à Deo? Blandiores ſunt, an ardentiores: luminoſiores,an fœcundiores? Quid enim eſt quod ita nos mulcent,ita accendunt: ita compluũt, & ita ſerenæ ſunt? Quid eſt quæſo te, aut quid tibi pro eis reprehendã, niſi quia totus ſum tuus in eo, cuius totus es tu? ſi parũ eſt, plus certe non habeo. Tu autẽ feciſti,ut non mihi parum uideatur, qui me in epiſtola tantis laudibus honorare dignatus, ut cum tibi me refundo, ſi parum hoc tibi putem,non crediдiſſe conuincar.

Ex epiſtola diui Augustini 34. ad eundem Paulinum & Theraſiam ſcripta.

ADHVC DE BEATO PAVLINO PER eundem D. Auguſtinum.

Qvid abſurdius quàm fortitudine fieri ſegniorem? ſed qua eccleſiæ cura tenear, ex hoc ueſtra charitas oportet attendat, quod beatiſſimus pater Valerius qui uos nobiſcum quantum ſalutet, quantũ ſitiat, audietis ex fratribus, nec presbyterũ me eſſe ſuũ paſſus eſt, niſi maiorem mihi coepiſcopatus ſarcinã imponeret. Quod quidẽ quia tanta eius charitate, tantoq; populi ſtudio dominũ id uelle credidi nonnullis iã exẽplis præcedentibus, quibus mihi omnis excuſatio claudebatur, uehementer timui excuſare. Sed quanquã iugum Chriſti per ſeipſum lene ſit, & ſarcina leuis, tamen propter noſtrã aſperitatem atq; infirmitatem, ſi quid me mordet hoc uinculũ, atq; urget hoc onus, ineffabiliter mihi aliquanto ueſtræ præſentiæ ſolatio, tolerabilius & portabilius redderetur.

Vos audio curis eiuſmodi expeditiores liberioresq; uiuere, quare non impudenter ego rogo uos, & poſtulo, & flagito, ut in Aphricã maiore talium hominũ ſiti, quàm ſiccitatis nobilitate laborantem, uenire dignemini. Scit Deus quia non ſolũ propter deſideriũ meum, neq; ſolum propter eos qui uel per nos ueſtrũ propoſitum, uel undecunq; fama prædicante didicerunt, ſed etiam propter cæteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen poſſunt comperta diligere, uos iſtis terris etiam corporaliter adeſſe cupimus. Quanuis enim ſedulo atq; miſericorditer id agitis, tamen etiam coram hominibus regionum noſtrarum luceant opera ueſtra, ut uideant bona facta ueſtra, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

Piſcatores uocante Domino, quod nauiculas & retia dimiſerunt, omnia ſe dimiſiſſe, & Dominũ, ſecutos eſſe, etiã commemorando lætati ſunt. Et reuera omnia contemnit, qui non ſolũ quantum potuit, ſed etiam quãtum uoluit habere, contemnit. Sed in eo quod cupiebatur, oculi Dei teſtes ſunt, in eo quod habebatur etiam hominũ. Neſcio quo autẽ modo, cũ ſuperflua & terrena diliguntur, arctius adepta quàm concupita conſtringũt. Nã unde triſtis ille diſceſsit, qui conſiliũ uitæ æternæ conſequendæ quærebat à Domino, cũ audiſſet uendenda eſſe omnia ſua, & diſtribuenda eſſe pauperibus, & habendũ theſaurum in cœlo, ſi uellet eſſe perfectus, niſi quia magnas ut Euangelium loquitur, habebat diuitias? Aliud eſt enim nolle incorporare quæ deſunt, aliud iã incorporata diuellere. Illa uelut cibi repudiantur, illa uelut mẽbra præciduntur. Quando igitur & quantũ mirabili gaudio noſtris tẽporibus chriſtiana charitas conſpicit, per Domini Euangelium cum lætitia fieri, quod ex ore Domini cum triſtitia diues audiuit?

Quanquam nullis uerbis explicẽ conceptionem ac parturitionẽ cordis mei, tamen quia imprudenter & pie intelligitis non eſſe iſtam ueſtrã, hoc eſt humanã, ſed in uobis Domini gloriã. Nam & inimicum cautiſsime intuemini, deuotiſsimeq; agitis, ut tanquã diſcipuli Chriſti humiles corde et mites ſitis, Vtilius enim terrena opulentia tenetur humiliter, quam ſuperbe relinquitur. Quia ergo rectæ intelligitis non hanc eſſe ueſtram, ſed Domini gloriam: uidetis quàm parua & exigua dixerim. Dixi enim de lau-

dibus Chriſti, quibus ſunt linguæ impares angelorum. Hanc ergo Chriſti gloriã etiam oculis noſtrorũ hominũ cupimus admoueri, in uno coniugio propoſita utriq; ſexui calcandæ ſuperbiæ, non deſperandę perfectionis exempla. Neſcio ſi quicquã miſericordius agitis, quàm ſi tantum uelitis latere, quod tales eſtis, quantum tales eſſe uoluiſtis.

ADHVC DE SANCTO PAVLINO per ſeipſum.

Ex epiſtola Paulini ad Alipium, quæ eſt in ordine epiſtolarũ D. Auguſtini. 35.

QVod indicaſti iam de humilitatis noſtræ nomine apud Mediolanum te didiciſſe, cum illic imitareris, fateor curioſius me uelle cõdiſcere, ut ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, ſi à ſuſpiciendo mihi patre noſtro Ambroſio, uel ad fidem inuitatus es, uel ad ſacerdotium conſecratus, ut eundem ambo habere uideamur authorem.

Nam ego & ſi à Delphino Burdegaliæ baptizatus, à Lampio apud Barcilonam in Hiſpania, per uim inflammatæ ſubito plebis ſacratus ſim, tamen Ambroſij ſemper & dilectione ad fidem nutritus ſum, & nunc in ſacerdotij ordine confoueor. Deniq; ſuo me clero uendicare uoluit, ut & ſi diuerſis locis degam, ipſius presbyter cenſear.

Sed de me ne quid ignores, ſcies antiquiſsimũ peccatorem, nõ ita olim de tenebris & umbra mortis eductũ, ſpiritum auræ uitalis hauſiſſe, nec ita olim poſuiſſe in aratro manũ, & crucem domini ſuſtuliſſe, quam ut in finem perferre ualeamus orationibus tuis adiuuemur. Accumulabitur hæc

3 meritis tuis merces, ſi interuentu tuo onera noſtra releuaueris ſanctus enim laborantem adiuuans, quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur ſicut ciuitas magna.

3 Accumulabitur hæc meritis tuis merces.

Et tu quidem ſuper montem ciuitas ædificata es, uel accenſa ſuper candelabrum lucerna, in ſeptiformi charitate colluces, nos ſub modio peccatorum deliteſcimus: uiſita literis tuis, & profert in lucem in qua ipſe uerſaris, ſuper aurea candelabra conſpicuus. Eloquia tua lumen ſemitis noſtris erunt, & oleo lucernæ tuæ impinguabitur caput noſtrũ. Et accendetur fides, cum de ſpiritu oris tui cibum mentis & lumẽ animæ ſupſerimus. Pax & gratia dei tecum, & corona iuſtitiæ tibi maneat in die illo, domine pater merito dilectiſsime & uenerabilis & exoptatiſsime.

ADHVC DE BEATO PAVLINO per D. Auguſtinum epiſcopum.

Ex lib. I. cap. IO. D. Auguſtini de ciuitate Dei.

QVI receperunt conſilium domini ſui dicentis, Nolite cõdere uobis in terra theſauros, ubi tinea & rubigo exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur, ſed theſaurizate uobis in cœlo theſauros, quo fur non accedit, neq; tinea corrumpit. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi erit & cor tuũ. Tribulationis tempore probauerunt quàm recte ſapuerint, non contẽnendo ueraciſsimum præceptorẽ, & theſauri ſui fideliſsimum inuictiſsimumq; cuſtodem. Nã ſi multi ſunt gauiſi, ibi ſe habuiſſe diuitias ſuas, quo contigit ut hoſtis non accederet, quanto certius & ſecurius gaudere potuerunt, qui monitu ſui dei illuc migrauerant, quo accedi omnino non poſſet.

Vnde Paulinus noſter Nolenſis epiſcopus ex opulentiſsimo diuite, uoluntate pauperrimus, & copioſiſsime ſanctus, quando & ipſam Nolam Barbari uaſtauerunt, cũ ab eis teneretur, ſic in corde ſuo ut ab eo poſtea, cognouimus, precabatur, Domine, non excrucier propter aurum & argẽtum, ubi enim ſunt omnia mea, tu ſcis. Ibi enim habebat omnia ſua ubi eum condere & theſaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo uentura prædixerat.

Ac per hoc qui domino ſuo monenti obedierant, ubi & quomodo theſaurizare deberent, nec ipſas terrenas diuitias Barbaris incurſantibus amiſerunt. Quos autem non obediſſe pœnituit, quid de talibus rebus faciendum eſſet, ſi non præcedente ſapientia, certe conſequente experientia didicerunt.

ITEM DE BEATO PAVLINO per D. Hieronymum presbyterum.

Ex epiſtola D. Hieronymi ad eundẽ Paulinum de inſtitutione Monachi, quæ habetur To. I. epi. fol. 35.

BOnus homo de bono cordis theſauro profert ea quæ bona ſunt: & ex fructibus arbor cognoſcitur. Metiris nos uirtutibus tuis, & paruos magnus extollis: ultimam quę partẽ conuiuiĳ occupas, ut patris familiâs iudicio prouehatis. Quid enim in nobis, aut quantulum eſt, ut doctæ uocis mereamur pręconium? Vt illo ore quo religioſiſsimus princeps defenditur, humiles, modiciq́ laudemur? Noli igitur frater chariſsime, annorum nos æſtimare numero. nec ſapientiam canos reputes, ſed canos ſapientiam Solomone teſtante: Cani hominis prudentia eius. Nã & Moyſes ſeptuaginta presbyteros iubetur eligere, quos ipſe ſciret eſſe presbyteros: utiq; non æuo, ſed prudentia iudicandos. Et Daniel adhuc puer, longæuos iudicat, atq; impudicos ſenes ętas laſciua condemnat. Noli, inquã, fidem penſare temporibus: nec me idcirco meliorem putes, quòd prior in Chriſti exercitu cœperim militare.

Paulus apoſtolus, & uas electionis de perſecutore mutatus nouiſsimꝰ in ordine, primus in meritis eſt: quia extremus licet; plus omnibus laborauit. Iudas, qui quondam audierat, tu autẽ homo, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, dux meus & notus meus: in domo dei ambulauimus cũ conſenſu: proditor amici & magiſtri, ſaluatoris arguitur uoce, & nodum informis lethi, trabe nectit ab alta. Econtrario latro crucem mutat paradiſo, & facit homicidiĳ pœnam martyriũ. Quanti hodie diu uiuendo portant funera ſua, et quaſi ſepulchra dealbata, plena ſunt oſsibus mortuorũ? ſubitus calor, longum uincit teporem.

Deniq; & tu audita ſententia ſaluatoris: ſi uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni ſequere me: uerba uer-

4 tis in opera, & 4 nudam crucẽ nudus ſequens, expeditior & leuior ſcandis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cũ animo, nec pleno Marſupio, glorioſas ſordes appetis: ſed puris manibus & candido pectore, pauperẽ te & ſpiritu & operibus gloriaris. Nihil eſt enim grande, triſti & lurida facie: uel ſimulare, uel oſtentare ieiunia, poſſeſsionum redditibus abundare, & uile iactare palliolum.

Ecce ueram paupertatem euangelicam omnia erogare pauperibus, & nudum nudam Chriſti crucem ſequi.

Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſsimus, cũ ad philoſophandum Athenas pergeret, magnũ auri pondus abiecit. Nec putauit ſe ſimul

poſſe & uirtutes & diuitias poſsidere. Nos ſuffarcinati auro, Chriſtũ pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ, priſtinis opibus incubãtes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, cũ noſtra timidè reſeruamus? Plenus uenter facile de ieiunijs diſputat. Non 5 Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe, laudandum eſt. Illa expetenda, illa laudanda eſt ciuitas, non quæ occidit prophetas, & Chriſti ſanguinem fudit, ſed quam fluminis impetus lætificat: quæ in monte ſita cœlari nõ poteſt: quã matrem ſanctorum apoſtolus clamitat: In qua ſe municipatum cum iuſtis lætatur habere.

5 *Non credas hic ſanctum uirum damnare peregrinationes, quæ ad Hieruſalẽ & ſancta loca uiſenda ſiũt, cum multos ſanctos eas feciſſe reperiamus. Sed uult dicere peregrinatiões huiuſmodi ſine bona uita parum prodeſſe ad ſalutem. Sicut in ſimili dicimus parũ prodeſſe externas cerimonias, niſi in interiori homine ſimul cũ his uere colatur Deus fide, ſpe, & charitate.*

Quia igitur fraterne interrogas, per quam uiam incedere debeas, reuelata tecũ facie loquar. Si officiũ uis exercere presbyteri, ſi epiſcopatus te, uel opus, uel honor forte delectat, uiue in urbibus & caſtellis, & aliorum ſalutem, fac lucrũ animæ tuæ. Sin autẽ cupis eſſe, quod diceris monachus, id eſt, ſolus: quid facis in urbibus, quæ utiq; non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorũ? Habet unumquodq; propoſitũ principes ſuos. Romani duces imitẽtur Camillos, Frabritios, Regulos, Scipiones, Philoſophi proponant ſibi Pithagoram, Socratem, Platonẽ, Ariſtotelem. Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentiũ Hiſtorici, Thucydidẽ, Saluſtium, Herodotũ, Liuium, Oratores, Lyſiam, Gracchos, Demoſthenem, Tullium. Et ut ad noſtra ueniamus, epiſcopi, & presbyteri habeant in exemplũ apoſtolos & apoſtolicos uiros: quorũ 5 honorem poſsidentes, habere nitantur & meritum. Nos autẽ habeamus propoſiti noſtri 6 principes, Paulos et Antonios, Iulianos, Hilarionẽ, Macarios. Et ut ad ſcripturarum autoritatẽ redeam, noſter princeps Helias, noſter Heliſeus, noſtri duces filij prophetarum qui habitabant in agris & ſolicitudinibus, et faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis.

A *Nota epiſcopos Apoſtolorum, & presbyteros 72. diſcipulorũ ſucceſſores eſſe.*

De his ſunt & illi filij Rechab, qui uinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, qui dei per Hieremiã uoce laudantur, & promittitur eis, quòd non deficiat de ſtirpe eorum uir ſtans coram domino. Hoc reor & ſeptuageſimi pſalmi titulũ ſignificare: Filiorum Ionadab, & eorũ qui primi in captiuitatem ducti ſunt. Iſte eſt Ionadab filius Rechab, qui in Regnorũ libro ſcribitur currum aſcendiſſe cum Hieu. Et huius filij ſunt, qui in tabernaculis ſemper habitãtes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hieroſolymam intrare compulſi, hanc primi captiuitatem ſuſtinuiſſe dicuntur, quòd poſt ſolitudinis libertatẽ, urbe quaſi carcere ſunt recluſi.

6 *Heus tu qui monachiſmum dicis nouũ eſſe inſtitutum, uide quid de eius exordio dicat hic ſãctiſsimus pater Hieronymus.*

Obſecro itaq; te, ut quoniã ſanctæ ſororis tuæ ligatus es uinculo, & nõ penitus expedito pergis gradu, ſiue hic, ſiue ibi, multitudines hominũ, & officia, & ſalutationes, & conuiuia, ueluti quaſdam catenas fugias uoluptatum 7 ſit uilis & ueſpertinus cibus, olera & legumina interdumq; piſciculos, pro ſummis ducas delitijs. Qui Chriſtũ deſiderat, & illo pane ueſcitur: non quærit magnopere de quam precioſis cibis ſtercus cõficiat. Quicquid poſt gulam non ſentitur, idem tibi ſit quod panis & legumina. Habes aduerſus Iouinianum libros de contemptu uentris & gutturis plenius diſſerentes ſemper in manu tua ſacra ſit lectio.

7 *Vide quales erant olim cibi ſanctorum Monachorum.*

Frequenter 8 orandum flexo corpore, mens erigenda ad dominum. Crebræ uigiliæ, & uentre uacuo ſæpius dormiendũ. Rumuſculos, & gloriolas, & palpãtes adulatores, quaſi hoſtes fuge. Pauperibus, & fratribus,

8 *Vide orationes eorũ et uigilias cum abſtinentia iunctas.*

refrigeria ſumptuũ manu propria diſtribue. Rara eſt in hominibus fides.
9 Non credis uerum eſſe quod dico?Cogita Iudę loculos. 9 Humilitatem
Vide ueſtium humilitatem. ueſtium tumenti animo non appetas. Secularium & maximè potentium
conſortium deuita. Quid tibi nec eſſe eſt ea uidere crebrius, quorum contẽ
ptu monachus eſſe cœpiſti?ſoror præcipuè tua, matronarum declinet cõ-
ſortia. Nec inter ſericas ueſtes & gemmas circunſedentiũ fœminarum, ſe
ſordidatam, aut doleat, aut miretur: quia alterum propoſiti pœnitentia, al
terum iactantiæ ſeminarium eſt.

Caue ne quaſi fidelis & famoſus tuorum quondã diſpenſator, alienam pecuniam diſtribuendam accipias. Intelligis quid loquar. Dedit enim tibi dominus intellectum. Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Nõ multum diſtat in uitio, uel decipere poſſe, uel decipi Chriſtianum. Quem ſenſeris tibi aut ſemper aut crebro de nummis loquentem, excepta eleemoſyna, quæ indifferenter omnibus patet, inſtitorem potius habeto, quã monachum. Præter uictum & ueſtitum & manifeſtas neceſsitates, nihil cuiquam tribuas: ne filiorum panem canes comedant. Verum Chriſti tẽplum anima credentis eſt. Illam exorna, illam ueſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe. Quæ utilitas eſt parietes fulgere gemmis, & Chriſtum in paupere fame periclitari?Iam non ſunt tua quæ poſsides, ſed diſpẽſatio tibi credita eſt. Memento Ananiæ & ſaphiræ. Illi ſua timidè ſeruauerunt: tu conſidera, ne Chriſti ſubſtantiam imprudenter effundas, id eſt, ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus, & ſecundum dictum prudentiſsimi uiri, liberalitate liberalitas pereat. Noli reſpicere ad phaleras & nomina uana Catonum. Ego te, inquit, intus & incute noui. Eſſe Chriſtianũ, grande eſt, non uideri. Et neſcio quomodo plus placent mundo, qui Chriſto diſplicent. Hæc non, ſicut aiunt, ſus Mineruam, ſed ingredientem pelagus, amicus amicum monui, malens à te facultatem meam requiri, quàm uolũtatem: ut in quo ego lapſus ſum, tu firmo pergeres gradu.

Librum tuum quem pro Theodoſio principe prudenter ornateq́; cõpoſitum tranſmiſiſti, libenter legi, & præcipue mihi in eo ſubdiuiſio placuit. Cumq́; in primis partibus uincas alios, in penultimis te ipſum ſuperas. Sed & ipſum genus eloquij preſſum eſt & nitidum: & cum Tulliana luceat puritate, crebrum eſt in ſententijs. Iacet enim (ut ait quidã) oratio in qua tantum uerba laudantur. Præterea magna eſt rerum conſequentia, & alterum pendet ex altero. Quicquid aſſumpſeris, uel finis ſuperiorũ, uel initium ſequentium eſt. Felix Theodoſius, qui à tali Chriſti oratore defenditur. Illuſtraſti purpuras eius, & utilitatem legum futuris ſeculis conſecraſti. Macte uirtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris?O ſi mihi liceret iſtiuſmodi ingenium nõ per Aonios montes & Heliconis uertices, ut poetæ canunt, ſed per Sion & Itabirium, & ſina excelſa ducere. Si contigeret docere quæ didici: & quaſi per manus myſteria tradere ſcripturarum, naſceretur nobis aliquid quod docta Græcia non haberet.

Audi ergo mi conſerue, amice, germane, auſculta pauliſper, quo in ſcripturis ſanctis calle gradiaris: Totũ quod legimus in diuinis libris, nitet

quidem, & fulget etiã in cortice, ſed dulcius in medulla eſt. Qui edere uult nucleum, frangat nucẽ. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas paruulos, & pene lactentes inſcitiæ nocte circundari? Hoc autẽ uelamen non ſolũ in facie Moyſi, ſed & in Euangeliſtis & in Apoſtolis poſitũ eſt. Turbis ſaluator in parabolis loquebatur, & conteſtans myſticũ eſſe quod dicebatur, aiebat: Qui habet aures audiendi audiat. Niſi aperta fuerint uniuerſa quæ ſcripta ſunt ab eo, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: nullo alio reſerante pandentur. Si haberes hoc fundamentũ imò ſi quaſi extrema manus operi tuo induceretur, nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilq́ Latinius tuis haberemus uoluminibus.

Tertullianus creber eſt in ſententijs, ſed difficilis in loquendo. Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſsimi, dulcis incedit, & placidus: & cũ totus ſit in exercitatione uirtutũ occupatus, perſequutionũ anguſtijs de ſcripturis diuinis nequaquã diſſeruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non poteſt. Lactantius quaſi quidam fluuius eloquentiæ tullianæ, utinam tam noſtra confirmare potuiſſet, quàm facilè aliena deſtruxit. Arnobius inæqualis & nimius, & abſq; operis ſui partitione confuſus. Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur: & cum Græcię floribus adornetur, longis interdũ periodis inuoluitur, & à lectione ſimpliciorum fratrũ procul eſt. Taceo de cæteris, uel defunctis, uel etiã adhuc uiuentibus, ſuper tribus in utranq; poſt nos alij iudicabunt. Ad te ipſum ueniam ſymmyſten ſodalem meũ & amicum: amicum, inquam meum, antequam notum: & precabor: ne aſſentationem in neceſsitudine ſuſpiceris: quin potius uel errare me exiſtimato, uel amore labi, quam amicũ adulatione decipere. Magnum habes ingeniũ, & infinitam ſermonis ſupellectilẽ: & facilè loqueris & purè, facilitasq́ ipſa & puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippe ſano, omnes ſenſus uigent. Huic prudentiæ & eloquentiæ ſi accederet uel ſtudiũ, uel intelligentia ſcripturarum, uiderem te breui arcẽ tenere noſtrorũ: & aſcendentem cum Iacob tectum Sion, canere in domatibus, quod in cubilibus cognouiſces. Accingere quęſo te, accingere. Nihil ſine magno labore uita dedit mortalibus. Nobilẽ te eccleſia habeat, ut prius ſenatus habuit. Præpara tibi diuitias, quas quotidie eroges, & nunquã deficiant, dũ uiget ætas: dum nondũ canis ſpargitur caput, antequã ſubeant morbi, triſtiſq; ſenectus. Et labor, & diræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocre eſſe contentus ſum totum ſummum, totum perfectum deſidero.

Sanctum Vigilantiũ presbyterum qua auiditate ſuſceperim, melius eſt ut ipſius uerbis quã meis dicas literis: qui cur tam cito à nobis profectus ſit, & nos reliquerit, non poſſum dicere, ne lædere quẽpiam uidear. Tamẽ quaſi prætereuntem & feſtinantem paululum retinui, & guſtum ei noſtræ amicitiæ dedi, ut per eum diſcas, quid in nobis non deſiderem. Sanctam conſeruam tuam, & tecum Domino militantem, per te ſalutari uolo.

ADHVC DE SANCTO PAVLINO EX Iſidoro Epiſcopo Iſpalenſi.

Habetur in lib. eiuſdem de uiris illuſtribus.

PAulinus presbyter explicuit in benedictionibus patriarcharum tripli ci intelligentiæ genere libellum ſatis ſuccincta breuitate compoſitũ.

Idem etiam petente Auguſtino conſcripſit Ambroſij uitam, ſignis florentem atq; doctrinis, & meritis Apoſtolorum non imparem. Siquidem & Conſtantius Epiſcopus germani uitam contexuit, obitumq; Paulini Oranius edidit.

De hoc Auito mentionem honorificam facit Iſidorus epiſcopus Hiſpalenſis in libro de uiris illuſtribus, deq; hoc eius opere. Habetur in uolumine poematum eius ſolio 121.

VITA DIVÆ FVSCINÆ SANCTIMONIALIS, ſororis D. Alchimi Auiti Archiepiſcopi Viennenſis in Gallia, eundem Alchimum deſcripta.

CAP. I.

SVſcipe complectens Chriſto digniſsima uirgo
Alchimus iſta tibi quæ mittit munera frater:
Inque leui calamo cauſarum reſpice pondus.
Nam quoties ſanctum compleueris ordine curſum
Alternos recinens dulci modulamine pſalmos,
Quos uiuens in corde Chelis uirtute canora
Interiore ſono, & caſtis concentibus aptat:
Rite fatigatam poteris hoc carmine mentem
Ludicro, & ſerijs tete oblectare remiſsis.
Nec tamen hic uana tingetur barbitos unda,
Pegaſus unde leues præuertens motibus undas,
Fingitur aſſumpto pendens innaſſe uolatu
Dum ferretur equi grauis ungula præpete penna:
Sed nec Pieriæ ducent hæc cantica muſæ,
Quas ibi diuinas mentitur fama ſorores,
Dat germana tibi ſed uerax muſica plectrum,
Nec Chriſto reſonans cantabit fiſtula Phœbo.

CAP II.

Edidit ut quartam genitrix audentia prolem
Teque dedit luci partu fœcunda ſupremo,
Confeſtim Chriſto 1 uicturam dedicat uni:
Ac deinceps paribus caſtum ſeruare cubile
Conſtituit uotis charo cum pignore mater.
Et quia principium tam ſancti fœderis eſſes,
Te mox conſecrat Chriſto, qui protinus ipſis
Accipit in canis lactentia membra dicatis.
Nulla deo ſiquidem eſt acceptior hoſtia, quàm quę
Immaculata ſibi primis offertur in annis.
Sic quondam cum prima nouo ſplendeſceret ortu
Terra nitens, pulchraſq; darent ſua ſemina fruges
Viuentem ducens ad ſancta altaria fœtum
Innocuis ſonuiſſe deo balatibus agnum
Inſinuante deo, iuſtus cognouerat Abel:
Quum capite oblato placuit grex totus ab uno.
Ergo ubi uitalis fouit te lympha lauacri,
Atque ſuum peperit cœleſtis gratia pignus:
Non tibi gemmato poſuere monilia collo,

1 Ecce uotum uirginitatis factum a matre pro filia paruula, & eius adimpletio.

Nec te contexit ſparſo quæ fulgurat auro,
Veſtis ductilibus concludens fila talentis.
Nec te Sidonium biſcocti muricis oſtrum
Induit, aut rutilo perlucens purpura cocco;
Mollia uel tactu quæ mittunt uellera ſeres.
Nec tibi transfoſsis fixerunt auribus aurum,
Quæ compenſarent pendentes uulnera baccæ,
Dum precioſa grauant ſed ſaxea pondera malas.
Quid multis? tantum illa tibi tegumenta parantur,
Frigora quæ pellant, non quæ tua membra uenuſtent
Et quid enim prodeſt periturum comere uultum,
Putria uel uariis onerari corpora gemmis,
Interior dum ſordet homo, ac ſe crimine fœdat?

CAP. III.

Sed tibi cum geminum tetigerunt tempora 2 luſtrum
Mox ſtola ſyncero uelat te candida cultu,
Virginis os habitumque decens, quem mater amictum
Religioſa ſuis manibus confecerat, olim
Non ſecus exultans ſterilis poſt damna iuuentæ
Iam fœcunda nouum cum ferret fœmina fœtum,
Veſtem læta ſuo paruam texebat alumno:
Diſceret ut Samuel iam tum puer eſſe ſacerdos.
Sic pia te genitrix ſanctis altaribus aptans
Aſſueto docuit dignam concreſcere templo,
In thalamum adſcribens ac magni fœdera regis.
Electam hinc cœpit ſpeciem ſibi iungere Chriſtus
Ornatu uario ditat quam gratia pollens.

2 Decem annorum ſuſcipit ueſtem & habitum religionis.

CAP. IIII.

Hinc ubi creuiſti paulo maioribus annis:
Collatumque tibi primæua ætate uideret
E cœloque datum genitrix accreſcere munus,
Virtuteſque etiam teneris coaleſcere in annis:
Gaudebat, Chriſtum hinc laudans, grateſq; rependens.
Sed tamen à mundi illecebris dum forte timeret,
Conſcia tot fraudes ætati occurrere primæ,
Teque reparturiens, & mente & corpore Chriſto
Iungere percuperet, queis te protruderet iſtos
Artibus in laqueos ac ſancta ergaſtulla, multis
Voluebat curis, metuebatque anxia, ne quod
Illa tuo quondam uoluiſſet nomine, iam tunc
Arbitrij compos ac tali libera uoto
Reddere fortaſsis nolles, ſic pendula mater
Spemque metumque inter, tum demum audentior hiſce
Aggreditur lachrymans dictis, ac talia fatur.

CAP. V.

Delitiæ meæ gnata meæ, chariſsima matri
Pignora grandęuæ, per ego has te deprecor ulnas
Perque quæ ſuxiſti primæuis ubera in annis,

Fac iſtinc abeam promiſſo libera uoto.

3 Olim ego te genui, Chriſtoque è uentre dicaui.

Votoque adiūgito uotum. Tunc ego quod poteram feci, tu perfice quod iam

Per te ſola potes, uotoque 3 adiungito uotum.

3 Exue delitias mundi huius, & indue Chriſtum.

Tu qui dicis eſſe impoſsibile ſeruare uirginitatē, aſpice quot uirgines migrauerit ad cœlum. Non deſunt 3 exempla tibi, nunc reſpice quantas

Virginibus florens iam noſtrum ſtemma coronas

Miſerit in cœlum, ſancto quas dogmate mater

Sæueriana docens, his te coniungier optat.

Nec multo ſenior gaudens Aſpidia, quondam

Sacratum uelata caput, tua munia ſumpſit

Biſſenos iungens ſanctis altaribus annos.

Quam licet hinc celeri tulerit ſors ultima lęto,

Nil tamen eſt ſubitum ſemper migrare paratis.

Aſpice nunc culmen, quod uirginitate renidet,

Eximiumque decus, cuius tu iure propinqua

Fuſcinam fuſcina refers. En filia noſtræ

Clara exempla domus, quarum licet æthera ſupra

Emicat, atque omnes cœlos ſuper inclyta uirtus.

Has generoſa tamen ſi mente imitabere, matres

Gaudebunt uinci dum proficis, ac tibi ſummam

Sponte dabunt palmam, nec enim ulli candida uirtus

Inuidet, inuidiæ quanquam eſt ſubiecta malignæ.

CAP. VI.

Hæc dicens teneros ſancto exhortamine ſenſus

Impulit accendens in uirginitatis amorem.

Sic prægnans fœcunda olim, at fœcundior orba

Atque animos ſuperans genitrix machabæa uiriles

Fęmineam & uincens, animo uincente, ſenectam,

Orbari lęto ducebat in omine, ſi quos

Ediderat mundo, patrijs pro legibus illos

Felici iam morte Deo generaret, ut eſſet

Mors illis requies, fauſtæque exordia uitæ.

Ergo in tormentis poſitos, conſtantior ipſo

Supplicio genitrix corde hortabatur, & ore,

Spernere crudelis nimium felicia regis.

Tormina lætitię dehinc commutanda perenni.

Augebatque pios ad fortia facta furores.

Scilicet æterno digniſsima carmine, & illo

Plus miſero partu felici funere felix.

Quid uero memorem tenero quæ fortior æuo

Ante annos animumque ſoror reſponſa dediſti?

Quanquam aggreſſa tuas non eſt hæc pagina laudes

Exitus impleto ueniet cum tempore uictor,

4 Cautius ac melius mihi tum laudabere, cum iam

Cōſummata præmia reddētur tuis factis. Hoſtibus euictis & io clamante triumpho

Conſummata 4 tuis reddentur præmia factis.

Cap.

CAP. VII.

Nunc decet attentis uitare pericula nobis
Tecum & ſollicitas partiri ac uoluere curas,
Atque iuuare tuos hortantia dicta labores:
Dum pugnat uarius per tot diſcrimina caſus;
Lubrica dum fragili currit ſub tramite uita;
Dum tua calcatus captat ueſtigia ſerpens;
Moliturque ſuis iuuenem ſeducere tecnis.
Nemo adeo tutus, qui non aliquando timere
Debeat, ac tali ſibi prorſus ab hoſte cauere.
Nulli tuta datur requies in carne caduca.
Sæpe boni peccant, uitijs perit obruta uirtus:
Partaque tranſactæ decedunt præmia laudis.
Contra aliquando ſolet ſubito ſuccenſa calore
Frigida quæ fuerat blandam mens linquere carnem;
Atque repentino reſtringere crimina fræno.
Sic alternantem commutant facta rotarum;
Impius ut ſperet ueniam, Iuſtuſque timendo
Proficiens, tumulum magnis uirtutibus addat;
Contra ſi ſanctos piget exercere labores
Pigráque conſuetas diſſoluant ocia curas,
Labitur in præceps damnoſæ gloria uitę.
Si uires nullas uirtus acquirit eundo,
Amittit rediens paulatim extincta priores.
Ergo inter dubij tam dira pericula mundi
Tam uarios caſus, nitendum eſt uiribus amplis,
Vt ſatis anguſtum obſeruent ueſtigia callem,
Principio anguſtus, fine eſt ampliſsimus ipſo,
Nec quærenda alia eſt quæ in cœlum ſemita ducat.
Arcta uia eſt modo, ſi uerax ſeruator Ieſus,
Æternæque etiam porta eſt anguſta ſalutis.
Et qui diffuſam ſpatio laxante plateam
Mundi conſectans fallacia gaudia, currit:
Strictior hunc carcer crudeli ſorte ligabit

CAP. VIII.

Tu modo da ueniam, qui te exhortatur, amori,
Currentemque monet, cum uix tamen ipſe ſequatur.
Quod ſi etiam tardus properantem currere greſſus
Incitat, utque ſequi nequeat, præcedere ſuadet:
Fraterno haud dubium quin tu donabis amori.
Nec iam a me inſtituenda uenis, quæ iunior ortu
Religione prior uiuendi iura ſacraſti:
Annorumque ſequens meritorum ſorte præiſti.
Quod ſi ſacratę conuerſio prima ſororis
Fratribus exemplum facta eſt & forma ſequendi;
Grati animi librum hunc ſoror ô chariſsima teſtem
Ære tibi frater grauiore obnoxius offert.
Exigit alma fides etiamnum ut corde lubenti,

Participata leuet fraternum ſarcina pondus.
Ergo iſthæc ualitura tuis conſortibus æqui
Conſule, nanꝗ aliȷs non hęc tibi ſcribimus uni,
Virgineisꝗ́ tuo canimus ſub nomine turmis.
Par ergo eſt ſponte ingreſſum ceruice fideli
Sanctum ferre iugum, 5 nec uincla in coniugis ire,
Mundanas odiſſe uias, præcurrere mundas:
Illinc nolle thoros, hinc Christum quærere ſpôſum:
Ignorare uirum, fœtus tamen edere tales
Quos nunquam poſsit triſtis tibi tollere caſus:
Sic nunquam orba gemes fœcúndę pignora uitæ:
Nec uiduam ſponſo metues ſupereſſe, perenni
Expers ipſa mali, nec te ſententia tanget,
Qua prolis mortisꝗ́ parens compellitur Eua
Occiſam pariens ſobolem uiuente reatu
Plangere, quam ſequitur quæcúnꝗ obnoxia mater
Quæ ſubiecta uiro, & dominum paſſura cubilis
Seruit, in obſcœno tolerans connubia lecto.
Quę captiua thori, nomen comportat inane
Coniugis, ut uana dicatur imagine conſors,
Sola ſubacta iugo non ęquam ducere ſortem.
Et cum longa decem complent faſtidia menſes,
Perfectoꝗ́ grauis fœtu diſtenditur aluus:
Semina quę patris fuerant, hęc pondera matri
Infligunt duros utero turgente dolores

5 Vides quod ſanctis deo dicatis uirginibus nō licet inire matrimonia?

CAP. IX.

Et cum luctato ſoluuntur uiſcera partu
Carnis delitias immenſo tormine pendit.
Sed tamen hunc lenit (dices fortaſſe) dolorem
Editus in lucem ſi uiuat filius, atqui
Contingit plerumꝗ́ gemens ut mortua fundat
Pignora, deformem úe emittat in aëra maſſam.
Ne dicam quod monſtra parit ſępe horrida mater.
Illud iam lęuius quoties interuenit, ipſa
Vt pereat tum ſola parens, ac pondere fuſo
Emittat cum prole animam, quod forte leuatum
Nutritumꝗ́ diu rapitur ſi funere pignus,
Vnica quod crebro ſpes reſpicit, hic perit omne
Quod ſibi conceptis ſpondebant gaudia curis:
Omnibus id uero grauius ſi forte lauacri
Diuini expertem tenerum mors inuida natum
Pręripiat, dura generatum ſorte gehennę:
Qui mox ut matris ceſſarit filius eſſe,
Perditionis erit, triſtes tunc edita nolunt
Quę flammis tantum genuerunt pignora matres.
Quis uerò tanti narrare pericula caſus,
Aut utriuſꝗ queat diſcrimina coniugis, in quę
Perducit tandem dilectę gloria carnis?

CAP. X.

At late longeq́ tuam diſcernere ſortem
Libertas cum lege poteſt, qua necteris, ut te
Impia fallentis non ſtringant gaudia mundi,
Tu Mariam ſequeris, dono cui contigit alto
Virginis & matris gemina gaudere corona,
Conciperet cum carne Deum, cęliq́ creator
Intraret clauſum reſtrans myſteria uentrem,
A genitrice ſatus, ſed quam formauerat ante:
Qui nitidam elegit, de qua procederet aluum,
Solus qui carnis proprium diſponeret ortum,
Pręſciretq́ diem longe, tempusq́ uideret,
Quo pariendus erat, quod ubi iamq́ ad fore nouit,
Intactam matrem pro ſpermate ſanctus adumbrat
Spiritus, hac tantum ſanctum præbente cruorem:
Inde caro uerbum efficitur, quiq; imperat ipſo
Cum patre in cœlo, materno in corpore ſeruit.
Ante æuum de patre, & matre in tempore natus
Seminis hinc expers omnino, & temporis illinc.
Si uirgo fœcunda fuit, quæ pondere caſto
Factorem portare ſuum, dominumq́ perennem
Edere promeruit, dignoq́ agnomine dici
Virgo Dei mater, cuius ſuper omnia primę
Laudis, eris (ſi forte uoles) chariſsima conſors,
Religioſa pio ſi Chriſtum & 6 credula corde
Concipiens, operum cœlo pia germina gignas:
Si quis enim Chriſtus mea iuſſa peregerit inquit,
Atq; uoluntatem patris compleuerit almi,
Is ſoror, & frater meus eſt, is deniq; mater.
Ecce uides ſexu ut careat cęleſtis imago,
Interior ſortitus homo quam mente retentat.

6 *Eris conſors ſanctiſsimæ Dei genitricis, ſi fueris fidelis, & pia opera produxeris. Non ergo ſufficit ad ſalutem ſola fides.*

CAP. XI.

Nec ſexum acceptat, quia ſi ſcrutabimur alte,
Præbuit exemplum ſurgens à morte creator
Fœmineum maribus ſeſe præponere honorem,
Quod ne fœmineum poſt hæc quis ſpernere ſexum
Audeat, hic paucis uiſum eſt oſtendere uerbis.
Cum dieram lueret noſtro pro crimine mortē,
In crucis excelſo pendens ſine crimine Chriſtus:
Atq; animam uiuos quę mox remearet in artus
Fixus adhuc clauis diuino efflaret ab ore,
Deſerit inſoliti populus ſpectacula monſtri:
Signaq; ferre nequit, cœlumq́ triſti minatur:
Nam ſol obductus, uultumq́ auerſus abſorbe
Ceſſerat iniuſtas nocturnis luctibus horas:
Temporaq́ externis dederat non uiſa tenebris:
Et terra abſcedens mutato cardine rerum,
Nox erat in ſuperis, lucemq́ inferna uidebant:

Intremuit tellus, & niſu mœnia magno
Concuſsis ſummo nutarunt uertice criſtis:
Senſerunt motum priſcis deſcendere iuſſa
Saxa locis, ſonitusq́ nouos colliſa dederunt.
Hos inter ſtrepitus, cunctis fugientibus, illæ
Interea ſanctæ matres, Chriſtumq́ ſecutæ,
Decernunt quanquam trepidæ, perſiſtere, cum iam
Diſcipuli Chriſto fugiſſent ante relicto.
Vt quæ erga uiuum fuerat pia cura, ſepulto
Seruiat, & iuſtos defuncto ſoluat honores:
Ergo fragranti componunt illita ſucco,
Albaq́ ſaluificum quæ ſeruent Linthea corpus,
His amor intenſis lugubria dona parabat
Supremum credens ſemet perſoluere munus
Quod credebatur ſeruandum poſcere corpus.

CAP. XII.

Omnibus his ergo ad funebria iuſta paratis
Vncturæ accedunt domini pia membra ſepulti,
Hic delectari noſtro conamine, ſeque
Quo non indiguit lætari munere Chriſtus
Oſtendit, matrum large pia uota reponens.
Pro queis reſpondens confeſtim gratia facta eſt,
Angelicos cernant humana ut limina uultus,
Atq; reſurgentis primæ dent nuncia Chriſti:
Quæ primum ut tumui uenere ad limina ſancti
Apparet dextra cęleſtis parte miniſter
Splendida candebat niueo cui corpore ueſtis:
Cui uultum rutilus conſperſerat undiq; fulgor,
Matribus ut dignis uerbum cęleſte ſonaret.
Occurſuq́ ſuo attonitas formidine cuncta
Solueret, aggreſſus ſancto quas taliter ore:
Quid timidę trepidatis ait, conſiſtite, ne ue
Aſpectu trepidate meo: uos nulla timendi
Cauſa manet, quas cura pii confirmat amoris.
Quæritis agnoſco precioſi in ſede ſepulchri
Funere ſolenni tumulatum nuper Ieſum
Sed meminiſſe decet, quid præſens ore fideli
Dixerit ante obitum, duplici non amplius una
ſeruandum ſe nocte, & iam iam tertius hicce eſt
Qui complet promiſſa dies, pater ecce ſepulchrum,
Deſeruit uacuum uicta quod morte reſurgens.

CAP. XIII.

Taliter excelſus iuſſo ſermone miniſter
Sparſurus mundo uitalis dona triumphi,
Has primum gaudere dedit, luctuq́ leuauit.
Hinc læto impauidæ diſcedunt pectore matres
Credula conceptæ ſeruantes corda ſaluti.
Quum medium ſeſe Chriſtus gradientibus offert

Agnoſciq́

Agnoſciq́; iubet, blando & ſermone ſalutans
Ite (ait) & noſtris hæc iam mandata referte
Diſcipulis, ut uel tandem me uiuere credant.
Mox illę amplexis defigunt oſcula plantis,
Atq; ad diſcipulos alacri cum mente recurrunt,
Doctoresq́; 7 docent, & quæ ſpargenda per orbē
Primum fœmineis iuſsi ſunt diſcere uerbis
Diſcipuli, tanta eſt muliebris gratia ſexus.
Communis uirtus igitur, commune periclum
Matribus atq; uiris, nulla eſt diſtantia cuiq;,
Si mens recta ſubeſt, ſi gratia conſtet utriſq;:
Vitáque ſi iuſto inſudat ſtudioſa labori.
Nam 8 quid dona iuuant hominem, ſi mente ſoluta
Turpia collatum male perdunt ocia munus?
Auxilium conatus amat, quis nanque conantem
Adiuuat? aut ſomno uirtutem iungat inerti?

CAP. XIIII.

Cœleſtis uult œconomus concredita ſeruis
Creſcere dona ſuis, qui quondam abſcedere terra
Dum parat, & carnem peregrino immittere cœlo:
Mnas biſquinque, prout cuiuſque induſtria ſolers
Exigeret, ſamulis partiri cœpit, ibi unus
Quinq;, duas alius, ſed tertius unam
Reddendas multo cum fœnore quiſque recepit.
Hęc ita partitus, mox ſeruis talibus infit.
Theſauros geminate meos, ut fœnore multo
Quum primum fuero patria de ſede reuerſus;
Auctos inueniam, & 9 meritis ſua pręmia reddam.
Dixit, & abſcedens cęleſtia Regna petiuit.
Mnas autem, quas ille dedit, diuerſa parentis
Munera cęleſtis ſunt hęc, quę pneumate miſſo
Chriſticolis ſacro inſudit baptiſmate tinctis:
Naturęq́; etiam uel corporis, exteraq́; illa
Quę bona fortunę falſo appellare ſolemus:
Qualia diuitię, ualitudo corporis, ipſum
Robur, & ingenij quam felicíſsima prompti
Dexteritas, uario quę noſtra induſtria pacto
Diſpenſare ſolet, pars auget, & altera ſumptas
Imminuit retinens, quas ſola eleemoſyna auget.
At quidam, quibus exiguum es, & rara facultas,
Si quę animi, ſiue ingenij uirtute ualentes
Extiterint, rudibus iuuat exercere docendis:
Non deſunt contra, quorum uel maxima pars eſt.
Qui ſiue externas, illa inſtrumenta bonorum,
Siue etiam internas cœleſti à patre receptas
Diuitias, terra effodiunt, nec fęnore ſancto
Multiplicant, quos dura manet ſententia tandem.
Nam cum terribilis iudex aduenerit ille

7
Quod mulieres ſanctæ apoſtolos de reſurrectione domini docent, non arguit mulierem in eccleſia docere debere prælatū uel populum. Obſtat enim Pauli doctrina id fieri prohibentis. Et hi. docere hic pro annunciare ponūtur, quia tamen alibi ſanctæ mulieres docuiſſe legūntur, id ex ſpeciali inſtinctu ſpiritusſancti feciſſe credendum eſt, & non de lege communi.

8
Vides quod non ſufficit eligentis gratia, niſi inuigilet collaborantis induſtria?

9
Et meritis ſua præmia reddam.

Fœnora commiſsi poſcens reddenda talenti,
Tunc ſoli quorum cumulos induſtria primos
10 Auxerit, iÿ 10 uitæ referent promiſſa beatæ
Præmia, centuplum cumulati fœnoris uſum.
Qui uero ſcrobibus foſsis incluſerit aurum,
Contempſitq́ ſui cumulare talenta magiſtri:
Degenerię fluens elegit uiuere luxu:
Sentiet incenſi crudelem iudicis iram
Talibus ad ſeſe dictis ſic ore tonantem.
Tanta ne te noſtri tenuerunt ocia cenſus
Serue piger? redditusq́ mei ſic cura neglecta eſt?
Conceſſum ad menſam nequijſti ferre talentum
Illam ego uel modico cum fœnore ut exegiſſem?
Ergo quos illi mea munificentia nummos
Tradidit, ablatos fidis concedite ſeruis:
Sic conceſſa ſuis ut creſcant munera Chriſtus,
Quærit, & ut meritis augeſcat gratia multis.

Is referet præmia promiſſa uitæ beatæ.

CAP. XV.

Ergo age ſuccinctis ad fortia prælia lumbis
Armata cum mente ueni, nec fœmina quanquam es
Duram formides aciem, uictoria dudum
Sexus iſta tui tibi credo incognita non eſt.
Et memori nunc mente tenes, ut Debbora quondam
Duceret inſtructas poſt fortia claſsica turmas,
Et mulier ſumpto præcederet agmina ſigno,
Mirantes hortata uiros, quos ipſa ferocem
Exemplo uerboq́ monens accendit in hoſtem:
Quas poſtquam ducens princeps animoſa cateruas
Impulit, accendens uegetata furoribus arma,
Barbaricæ cecidere manus, diſſoluitur omnis
Hoſtilis uirtus, tum qua ſe fœmina monſtrat,
Palantes dant terga uiri, latebramq́ petentes
Si uiuunt uiciſſe putant, tum maximus ille
Forma gigantææ quem fecerat horrida molis
Conſpicuum, immenſamq́ humani uerticis arcem
Siſara Rex geſtans, telorum faſce neglecto
In comitatus abit, metuens ſublime notari,
Corpus & excelſa fugitiuum prodere maſſa.
Qui poſtquam latuiſſe putans, tectoq́ receptus
Mollia perpetuo dimiſit lumina ſomno:
Mox animoſa Iahel peragit quod Debbora uictrix
Cœperat, inque ſolo ſtrati terraq́ iacentis
Tempora transfixo penetrans immania clauo.
Fœmineus duplex ſic uno ex hoſte triumphus.

CAP. XVI.

At tu uirgo Dei, ſanctis quam moribus ornant,
Hinc pudor, inde fides, internis fortior armis
Bella geris, iuſtis triplex quæ commouet hoſtis.

Spes tibi fida micat,felix in uertice caſsis,
Continet & lumbos precioſi Zona pudoris;
Iuſtitiæ lorica tuos conſtringit amictus
Pro gladio uibrat bis acutum dextera uerbum.
Hæ uirtutis opes, hæc ſunt ſolatia belli,
Queis dubium aduerſus mentis cum corpore bellum
Ipſa ſuos armat clamantis buccina Pauli,
Quæ prudenti olim cecinit prudentius ore
Præterea tibi bellatrix & robore plena
Virginitas armata uiget,quam fœda libido
Appetit,& caſſo uocat in certamina nixu.
Sed bellatricem te ſentiat æmulus anguis;
Vt cum pugnatam dederint tibi prælia palmam,
Læta feras ſummum calcato ex hoſte tropheum.

CAP. XVII.

Præterea uero queis uicto ex hoſte rebelles
Atq; reſultantes uictrici in corpore motus
Artibus allidas,Chriſtoq; in cote retundas:
Diuino eloquio ſcripturaq; indice noſti.
Nam 11 quidquid ſacræ diuina uolumina legis
Aut ſenſu,aut uerbo monſtrāt,quod prædicat ille
Antiquus mundi repetens exordia uates,
Siue ille hiſtorias texit,ſeu forte figuras,
Quidue etiam ille naue Moſi ſucceſſor Ieſus
Succiduoq; ſimul quod quiſq; in tempore Iudex
Geſſerit, ut digitos ſoror iſthæc omnia dudū
Docta tenes: quid enim nunc Ruth moabitida dicam?
Præterea reprobo qui ſucceſſere Sauli
Quiq; gubernarint Iudam atq; Iſraela Reges,
Quæq; inſtaurator templi promptiſsimus 12 Eſdras
Egerit,aut melius cæcato in corpore cernens
Thobias,quid pro populo confecerit Heſter.
Fœmineaq; animos Iudith in mente uiriles,
Et quæ tam miſere afflicti patientia Iobi:
Porro etiam unde animi poſsis deſumere mores
Ter quinquagenos perſcriptos ordine Pſalmos.
Et quidquid docti Salomonis dextera ſcripſit,
Quodq; bis Octoni poſt ſe uidere prophetæ,
Et Machabæorum 13 fortiſsima prælia fratrum.
Vis uno breuius complectar ut omnia uerbo?
Tota inſtrumenti ueteris tibi pagina nota eſt.
Dehinc quicquid priſcæ ſuccedens gratia legi
Intonat,atq; noui miracula teſtamenti,
Quæ canit hinc hominis facies,uox inde leonis,
Et pernix aquila, & fortis certamine taurus,
Quicquid Apoſtolicis Lucas deſcripſit in actis,
Bis ſeptena pij quod ſpargit epiſtola Pauli,
Quid Petrus docet,& 14 Iudas, Iacobus & ille:

11 *Ex hoc loco uſq; ad finē capitis habes expreſſos omnes libros catholicos tam noui, quā ueteris teſtamēti. Quod nota contra noſtri temporis Hereticos.*

12 *Libri Eſdræ, Iudith & Thobiæ.*

13 *Libri Macabæorum.*

14 *Epiſtolæ Iudæ & Iacobi.*

Et quæ diuini quondam ſecreta parentis
Vidit Ioannes, nobiſcq́ incognita ſcripſit.
Et quæ ueridici, nec in hoc tamen ordine, patres
Expoſuere ſuis myſteria digna libellis:
Hæc tu cuncta tenens animo ſitiente bibiſti.
Nec ſi quid ſacrum noſtri cecinere poetæ
Te latet, agnoſciſcq; legens, & cognita ſeruas,
Atcq; aliena tuo commendas carmina cantu.
Cætera quid replicem? tu ſenſibus utere doctis;
Et quæ nota tibi uel quæ percurſa legendo
Ad uirtutis opus ſtudio conuerte uirili.
15 Nam 15 niſi doctrinæ iungatur uita fideli,
Maiores faciet coniuncta ſcientia pœnas.

Vides quod fideli doctrinæ iungenda eſt uita bona, alioqui ſciētia magis augebit pœnas?

CAP. XVIII.

Eſuriit quondam Chriſtus, cum forte uianti
Conſpicitur diffuſa leui ficulnea fronde,
Nec iam maturum præbens ex arbore fructum.
Præteriens obiter Chriſtus mox ut uidet illam
Indutam tantum folijs, ſed germine nudam,
Prorſus in hac re uirens ornatus inutilis horret.
Tum ſubito quatitur radix afflata calore:
Aruit & poſito ramorum tegmine truncus.
Nec uero immeritam temere ficulnea pœnam
A' Chriſto maledicta luit, nos inde docemur
Ne uanum præ ſe tumefacta ſcientia nomen
Noſtra ferat, ſed iuncta ſibi dilectio ſubſit.
A Nam ſi 15 Chriſticolas noſmet ſanctoſcq́ putamus,
Aggrauat hoc etiam nomen, ni facta ſequamur.
Sic & uirginitas ſacro deuota pudori,
Indiget adiunctis uirtutibus, & niſi mentem
Intactam ſeruans caſto cum corpore iungat,
Succumbit uitijs, nec caſtam dicere carnem
Iure poteſt, animus quam ſi corrumpat adulter,
Ira, furor, mœror, liuor, diſcordia, luxus,
Lingua duplex, conſtricta manus, laxata uoluntas,
Mœchantur cum corde hominis, tum ſemine mortis
Fœtus mortis alunt. en quo perducitur omnis
Nomine uirgineo quæ ſe dum iactitat intus,
Criminibus grauidam neſcit turgeſcere mentem.

Quid dicis Hæretice, qui de ſola illa tua inani fide tantopere gloriaris, & facta bona negligis?

CAP XVIIII.

Ecce tibi e multis unum quo cætera noſcas
Exemplum, Dominus plebem cum forte doceret,
Peruigili cura ſupremo attendere fini,
Cœlorum Regnum, quæ Chriſti eccleſia ſancta eſt
Virginibus ſacro ſignatis Chriſmate confert.
Quarum quinque ex his ſapientia diues adornat,
Quinque alias ſtolido declarat inertia ſenſu:
Quas dum ſub noctem requies complectitur una,

Atque

Atque obitum ſignans captiuat lumina ſomnus;
Ecce autem medio taciturnæ in tempore noctis
Perſtrepuit ſubitus, rupitque ſilentia clamor:
Tandem ſponſus adeſt, de corpore torpor inerti
Abſcedat, ſapidæ raptim properate puellæ:
Vnaque quæque ſuo procedat & obuia ſponſo.
   Protinus exiliunt omnes, ſtratisque relictis,
Aptauere ſuas quæſito lumine flammas.
Sed tunc quinque, quibus maior ſolertia menti,
Lampades accipiunt, oleum quibus addere ſumptis
Sollicitudo fuit uaſis, pinguique liquore,
Ignibus armatis ſqualentem rumpere noctem.
   At quæ neglectum liquit pars altera ſuccum;
Incenſos Lychnos nequidquam ſuſtulit, unde
Emicat exiguus commoti luminis ignis,
Sed uirtute carens languentem lampada feruor
Deſerit, & ſiccam percurrit flamma papyrum:
Mox inter piceos nebuloſa uolumina fumos
Caneſcunt pigra creſcentis molle fauillæ.
   Ergo ut ſe indignas tali uidere paratu
Quæ ſponſo occurrant iam comminus aduenienti:
His prece ſubmiſſa prudentes uocibus orant.
Iam noſtræ inſpicitis moribundo ut lampades igne
Deficiunt, niſi ueſtra oleum dilectio nobis
Mutuet, extincto uitam quod præbeat igni:
Quod niſi torpentes adiutrix dextera flammas
Suſcitet, æternum, ſponſo excludente, perimus:
   Ergo agè dum miſeris oleum concedite nobis:
Finierant paucis, longas inhibente loquelas
Aduentu ſponſi, ad quarum quæſita rogatæ
Reſpondent ſapidæ tali ſermone ſorores.
Eſt miſeranda quidem ueſtrorum cauſa malorum,
Sed tamen hoc oleum nō plus quam ſufficit affert,
Vnuſquiſque ſibi conſtat, quia copia uaſis
Et perfecta ſuum ſeruat menſura liquorem.
Nec fas quæſitum partiri, aut perdere ſuccum,
Ne diſperſa cauis deſint fomenta lucernis,
Cumque lucrum uobis diſpendia noſtra pararint,
Tota ſimul pereant extinctis lumina flammis.
Talibus abiectæ dictis, triſtique repulſa
Perluſtrant quocunque loci commercia feruent
Vænaleſque manus, ſed dum diſceditur, ecce
Introijt ſponſus thalamum, induxitque paratas:
Dimittenſque uagas excluſit clauſa ſorores
Ianua, nec tandem redeuntes excipit intro.
   Virginei ecce uides quàm uanum nomen honoris
Ni fertur ſanctis thalamis cœleſtibus ignis.
Felix illa manus, largis quæ prouida donis

Accenſum pura fouit pinguedine lumen:
Tantum nanque dei uaſis infunditur amplis,
Quantum quis miſerans miſero porrexit egeno.
Hinc dominus cunctos ardentes ferre lucernas
Admonet,hoc opus eſt,hæc claræ gloria uitæ.

CAP. XX.

Suppetat ergo tibi pietas,patientia,uirtus:
Nec uero eſt quod iam timeas,quicunque pudicam
Fortunæ caſus, diſcriminaue altera uoluant:
Vna tibi modo conſtiterit mens conſcia recti,
Neglige quid de te rumor diuulget inanis.
Nec lædi iam fama poteſt, innoxia cuius
Vita,uel inuitis tandem patet hoſtibus, ut ſe
Opponat mundus, mendaciaque omnia fingat.
Nec deeſt ipſe ſuis tandem expectatus amicis,
Qui uerum prodat uerax Deus,atque fidelis:
Cuius habe monimenta rei pauciſsima paucis.
Eugeniæ dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit, Chriſti quæ cum pro nomine uitam
Fuderit,ante tamen fortes proceſsit in actus,
Nanque habitum mentita uiri, non proinde uirile
Pectus,præficitur ſanctis à fratribus Abbas.
Tum patris officium complens,ac ueſte uirili
Fœmineum occultans ſexum , muliebria ſpreuit:
Et meritis anniſque graues,longaque uerendos
Religione ſenes,iuuenili rexit in æuo.
Tunc recti impatiens, omni qui tempore ſerpens
Mille dolos,damnique artes ter mille uolutat,
Inuidet Eugeniæ, & ſanctum crebreſcere frendens
Nomen, ad aſſuetas redit undique callidus artes,
Eugeniam quærens uulgo traducere,uerum
Quo famam uiolare cupit,dedit inde coronam.
Quæ ſexum mentita piè,cum munia patris
Sancte exerceret,morbiſque leuaret ademptis
Quotquot ſubſidium ſancta pietate rogarent:
Contigit à morbo ut precibus reualeſceret eius
Iam dudum confecta grauis matrona,bonique
Nominis, inſano quæ mox accenditur igne
Virginis heu, ſpecie infelix decepta uirili.
Cumque pudicitiam ſanctam doniſque doliſque
Non ſemel inuaſam fruſtra captare,nihilque
Pro fore ſe noſſet;(Quid non amor impius auſit?)
Addere uim uerbis ſtatuit,longeque remotis
Arbitris,morbum ſimulans, morbique leuandi
Eugenium cauſa appellans,ui nititur illam
Opprimere,inque ſuos inuitam adducere nexus.
Illa autem ualido ſtuprum clamore repellens
Auxiliumque petens magna uirtute reſiſtit.

Ergo luxuriæque ſuæ matrona patrandæ
Complendique expes mulier male perdita uoti,
A patre Eugenio (qualem decepta putabat
Ob mutatum habitum longa aſſuetudine plebes)
Interpellatam ſtupri ſeſe impia fingit:
Inque forum uocat innocuam, quo protinus omnis
Turba ſenum turbata coit, quo denique cuncti
Attoniti nouitate rei matreſque uirique.
Currunt, interea Eugenius (ſic neſcia ſanctam
Matrem turba uocat) populo ſpectante tribunal
Cauſam dicturus tam diri criminis intrat.
Et iam iamque reum ſecreti ignara tenebat
Publica uis, odio tantum inflammata ſiniſtro:
Conſcia cum ſexus proprij, cordiſque pudici
Vincitur, ut uincat iam uirgo innoxia fraudem.
Et ſexum oſtendit dudum mentita uirilem,
Fœmineum; ac fraudes populo applaudente retexit
Dæmonis, uſque adeo caſti cuſtodia uoti,
Semper tuta manet multis licet acta procellis
Quamlibet impugnet miſeri fraus callida mundi
Intendatque dolis laqueos, mendaciaque addat.
Nec fert immeritam mors culpæ ignara ruinam:
Quoſque tremens hoſtis fallaci uentilat aſtu,
Purgandos ſancto patientia diſcutit igni.
Nec deſperandum eſt ſi quando aduerſa uidentur
Numina; quæ norunt optatam adferre ſalutem
Et ſperata ſuis in tempore gaudia ſeruis.

CAP. XXI.

Vendiderat puerum Ioſeph manus ęmula fratrum
Quem cum olim ſeruum tellus memphitis haberet
Pellicis inſultus dominæ (quę tota furebat
Et tota interius iuuenis feruebat amore)
Suſtinuit, quod ſe inuitam cognoſcere, uique
Opprimere auſus erat, quanquam contraria paſſus
Suſtulit unde inſons ergaſtula, uincla cathenas,
Dum ſpatium replicans geminos ſol duceret annos;
Et iam oblitus erat lucis, iam crine fluenti
Longus ad uſque pedes pendebat ab aure capillus:
Cum uegetante Deo nullis mens clauſa tenebris
Eruit é tenebris archani abſcondita ſenſus.
Atque canopæi patefecit ſomnia regis.
Vnde & tanta illi ſucceſsit gratia coram
Principe, ut imperij conſors & totius eſſet
Ægypti ſecum dominus, quin protinus illi
Captiuo Pharaon diadema in uertice ponit.
Sic Regno excidium commutat, principi ſeruum,
Opprobrium euitans, ac præmia magna reportans.

CAP. XXII.

Suſannam poſt hunc dignis quis laudibus unquã
Excelat, infirmis quondam quæ uicit in annis
Improba uota Senum, coniuratosq́ furores?
Optimus Hæbræos & præſtantiſsimus inter
Illi uir Ioachimus erat, quem ſi quid habebat
Iudicij ac litis populus referebat ad unum.
Mos eſt Hebrę genti unumquemque per annum
Eligere ex omni Senio & uirtute probatos
Gente duos, qui dent populo reſponſa petenti
Iusq́ ferant. uerum quodam (ut fors contigit) anno
Lecti è plebe duo non tam uirtute ualentes
Quantum obdurati Senio, atque libidine fortes.
Exarſere ſemel Suſannæ ardore, nec illos
Coniugis authoritas, matronæ aut fama pudicæ,
Non prope nactuis defecta caloribus ætas
Continuit, quin luxuriæ παράδειγμα ſenilis
Et iuueneſcentes defecto in corpore flammas
Proderet & mores probitas ſimulata malignos.
Forte per urentes iam grandi æſtate calores
Dum medium amplexus cœli ſol torridus axem,
Æqua forte diem atque in partes diuidit æquas,
Caſta ſubingredier pomarij clauſtra uirentis
Captatura leues auras Suſanna ſolebat:
Hunc uero illius morem ſpeculata ſenilis
Luxuries opportunam captabat & horam
Et tempus, quanquam alterius neſciret amores
Alter, & improbitas uelut eſt ſuſpecta, timeret
Alter ab alterutro, cum explere libidine ſeſe
poſſet, & alterius fructu gaudere mariti.
Dumque explorantes conceptæ accommoda fraudi
Tempora, ſępe locum effrenes coguntur in unum,
Et nimium tardos ſecum indignantur amores,
Mutua ſenſerunt perculſi incendia cordis:
Conſimilemq́ ſui cauſam agnouere doloris.

Conueniunt ergo, atque nemus (quo ſæpe ſolebat
Aduerſum æſtiuos Suſanna intrare calores)
Ingreſsi, denſam latitant pone arboris umbram,
Ecce autem uiridis per mollia gramina lucis
Suſanna ingreditur famulis comitata duabus,
Quas ſmigma atque oleum iubet ad ſe afferre, foraſque
Deſtinat imprudens caſusque ignara futuri.

Illi autem ut ſolam egreſsis uidere puellis,
Illicet effrontes incautum fraude puellam
Appetiere ſimul, uerbiſque hanc talibus ambo
Aggreſsi, En aiunt, ſoli ſumus, en age noſtris
Vndique dum clauſum nemus eſt, accedito uotis.
Larga tibi dabimus uidati præmia lecti,

Contra ſi noſtros temeraria ſpernis amores:
Fingetur tecum á nobis inuentus adulter:
Qui cum tu emiſsis habitaueris inde puellis.
  Talibus aggreſsi iuuenem gens improba uerbis,
Inſuper intentant & uerbera, protinus in ſe
Delitiasq́ue ſuas ni ſtatim aſſentiat, hic tum
Anceps illa diu ſecum luctatur, & hærens
Fluctuat incertæ quo uergat pondere mentis.
Lex peccare uetat, rurſusq́ infamia terret.
Hinc iterum duros precibus mollire furores
Tentat, & obſcęnas lachrymis extinguere flammas.
Sed poſtquam nullis precibus monitis ue repulſos
Obſtrictosq́ue ſenes uincit cognata libido:
Fęmina pręclaro mentem ſuccenſa pudore
Decreuit iam caſta mori, ne crimine tanto
Fędarent miſeram carnis commertia uitam.
Teſte Deo gaudet, famámque recuſat inanem
Iudicio contenta ſuo, tum protinus omni
Auxilio deſerta hominum matrona, ſuęque
Conſcia uirtutis ſuperis commendat inermem
Męſta pudicitiam, quoſuis paſſura labores
Ante ferat, quàm luxuriæ aſſentire Senili.
Ergo pudicitiæ cuſtos, ſpes una ſuorum
Summa Deus, ſolusq́ animi ſcrutator operti.
Rem cupiens aperire loco, facinusq́ recluſum
Pandere, & obtectas laqueis producere fraudes,
De cęlo auxilium (quod uis humana nequibat)
Miſit, & occultas ſeniorum in tempore fraudes
(Nil minus aduerſum ſeſe ſperantibus illis)
Prodidit, illorum puero prodente furores.
  Forte ſemiramia puer hoc ętatis in urbe
Vnus erat, plebes Danielem Hebręá uocabat,
Cui tanta Aſsyrio quæſita eſt gratia coram
Princ pe, ut imperij primores inter haberet
Balthazarem (nanque hoc illi Chaldaica nomen
Gens dederat (cui coniunctos treis nouimus illos
Inſignes pueros Sidrac, Miſach, Abdenegóque.
Quos ſtatuam Aſyrij negligentes principis illam
Inſtar adorantum uenerarier Aſsyriorum,
Protinus ardenti nudos fornace receptos
Ambibat ſaluos uſtis tortoribus ignis,
In medijs domino reſonantes cantica flammis,
Quos meritis æquans Danielis candida uirtus
Horrida frendentum compeſcuit ora Leonum.
Nam cum in ſe Aſsyrios & bellis imagine fracta
Atque ſacerdotum detecta fraude ſuorum,
Dignus ob id mercede puer mouiſſet, in antrum
Quo ſeptem ingenteis ſolitum nutrire Leones

Ora fameſcentum faciet qui dira ferarum,
Mittitur, utque illi feritas minus horrida parcat;
Subtrahitur diris conſueta leonibus eſca,
At uero qui nunquam non in tempore ſeruis
Nouit adeſſe ſuis, puero adfuit, inque leones
Virtutem dedit, ut poſita feritate, ſuæque
Iam famis obliti, ſartum tectumque fouerent,
Immunemque ſuis à ritibus, & tamen illud
Quis non addiderit toti admirabile mundo?
Quòd tum in Iudæa degens regione propheta
Angelica medium ſublatus in aëra dextra,
Vertice de ſummo pendens, ſummoque capillo,
Subiectaſque terens immotis greſsibus auras;
Intulit aptatas puero nil tale putanti.
In Babylona dapes, gratijs tum protinus actis,
Excepit Daniel tranſmiſſas deſuper eſcas;
Et quanquam è longis ueherentur fercula terris
Seruauere ſuos peregrina in ſede ſapores.
Septima iamque dies clauſo Daniele redibat
Cum Rex Aſsyrius Danielem ut ploret amicum
Illuc inuidia populique timore repoſtum
Dirorum triſtis feſtinat ad antra leonum.
Vt uero illæſum uitæque per omnia plenum
Sæuitiaque feras poſita, manſueſcere uidit;
Magnum illum dominũ atq; deum Danielis adorãs
Abſtulit, & uinctum, multis & honoribus auxit.
Iſte ergo impubis Suſannam forte uidebat
Ad tormenta rapi, ueri quam neſcius ante
Vulgus inauditam damnauerat, & ſimul omnes
Inſontis ſontem certabant cernere mortem:
Cum ſubito in medium iuuenis ſe proripit agmen
Accenſum tenera caſtigans uoce tumultum;
Immeritam ecquid (ait) plebes inſana puellam
In mortem rapitis? ſeniores quin magis illos?
Ecquid ad iniuſtum certatis currere letum?
Protinus ad uerbum pueri commota repreſsit
Turba ſequax animos, atque huius criminis illi
Iudicium defert. tum læta precarier omnes
Suſannæ, & finem attentos ſpectare uideres.
Ille autem aſcendens populo impellente tribunal
Confeſtim abiunctos ſeniores quemque ſeorſim
Quæ ſit adulterij ſeries interrogat, & qua
Teſtibus ijs mulier deprehenſa ſub arbore peccans:
At dum reſponſis uariant diſcordibus ambo,
Coniunctum facinus diſiuncta uoce fatentur.
Tunc omnes pariter timor accipit, undique clamor
Surgit, & authores ſceleris plebs obruit omnis,
Inque Dei uarias iuncto modulamine laudes

Fertur,& accito Suſanna erepta marito
Redditur, hic omnes communi uoce parentes
Collaudare Deum dignisque extollere pſalmis
Qui dare ſuppetias (modo ne fiducia deſit)
Nouerit,auxiliumque ſuis in tempore ſeruis.

CAP. XXIII.

Ergo ſi nubens terrena lege puella
Eſt etiam curæ domino,connubia ſi quæ
Integra ſeruauit,ſeruari illæſa meretur:
Conijce uirgineis quantum diſponitur illic
Quo Chriſtus uocat hinc meritis,& quanta futura eſt
Illius à prima quæ mox ætate pudica eſt
Gloria,cum cuncti iudex atque arbiter orbis
Laſciuos caſtis hœdos ſecernet ab agnis,
Et 16 ſua pro merito dabit unicuique labore
Præmia,demeritis tormenta æterna reſeruans:
Quum uel in extremis quid quiſque cubilibus olim
Egerit,id nulla demum celabitur arte.
Eſt uero hoc etiam memori tibi mente tenendum
Chara ſoror,quod iam potiori in parte locata es
Quam(modo tu uigiles)unquã nemo auferet abs te.
Olim id dum Mariam aduerſus pia murmura fundit
Martha ſoror Chriſto didicit correpta magiſtro
Optimum enim Maria elegit nec ſegniter,inquit,
Illa uacat, uerbo curis attenta neglectis.

16 *Dabit unicuique ſua præmia pro merito labore.*

CAP. XXIIII.

Ergo age iam germana ſuis dum ſecula curis
Flagrant,inque ſuos mundus conuoluitur æſtu,
Electam ſeruare tibi non deſine partem:
Te primam meruit cognatio tota patronam:
Iam te ſigniferam ſequimur, uexillaque Chriſti
Te præeunte libens ſectatur ſtemma parentum:
Quos licet antiquo mundus donarit honore,
Et titulis à primæuo inſigniuerit ortu,
Plus tamen ornatur ſacris inſignibus illi,
Quod ſanctas ſtudio & meritis rexere cathedras;
Nec iam atauos ſoror alma tibi proauoſque retexã;
Vita ſacerdotum quos reddidit inclyta claros:
Pontificem ſacris adſumptum reſpice patrem,
Quumque tibi genitor uel auunculus undique magni
Virtute & meritis præeant,ſectarier aude.
Aut præire magis,precibus nec deſine Chriſtum
Flectere,quo ſumptos patrum ad conſortia fratres
Digne ſuſcepto fungi pro munere donet.
Pro quibus aſſiduas illi perſoluere grates
Fundere uel fletus non tædeat, ut tibi nullus
Fratrum de numero deſit, 17 cum præmia ſumes
Factis digna tuis, materque effecta parentum
Virgineæ uictrix ſociabere læta cateruæ.

17 *Cum præmia ſumes factis digna tuis.*

Habetur in libello eiuſdem de uiris illuſtribus.

VITA SANCTI GREGORII ELIBERTANI Epiſcopi per Diuum Iſidorum Epiſcopum Iſpalenſem ſcripta.

MArcellinus Italiæ presbyter ſcripſit Theodoſio minori, Arcadioque Imperatoribus opuſculum unum, in quo retexit geſta epiſcoporum, qui ad deſtructionem Homouſion Arimini conuenerunt, quiq; totum mundum perfidia impij dogmatis turbauerunt, ut uix pauci Antiſtites exiſterent, qui inuiolabili fidei cultu perſeuerarent.

Exponit quoq; de Arrio, dum ad ſynodum pergeret cũ Alexandro diſputaturus, qualiter conuerſus in uia ad neceſſariam cauſam, uiſcera eius fuiſſent diffuſa. De fine quoq; Vſij Cordubenſis Vrbis epiſcopi, qui metu Imperatoris fidem præuaricatus, perfidiæ aſſertor, & impietatis effectus fuerat aſſequutor, ſic talia profert.

Nam poſt impiam, inquit, Oſij præuaricationem, dum ſanctus Gregorius Eliberitanus epiſcopus in Cordubenſi urbe iuxta Imperiale decretũ fuiſſet adductus, ac minime uellet illi communicare, commotus Vſius dicit Clementino Conſtantij præfecti uicario, ut mitteret eum in exiliũ. At ille: Non audeo, inquit, epiſcopum in exilium mittere, niſi prius eum ab epiſcopatu deieceris.

Vt autem uidit ſanctus Gregorius, quod Vſius uellet ferre ſententiam, appellat Chriſtum totis fidei ſuæ uiſceribus, exclamãs ita: Chriſte Deus, qui uenturus es iudicare uiuos & mortuos, ne patiaris hodie humanã proferri ſententiam aduerſus me minimũ ſeruum tuum, qui pro fide nominis tui ut reus aſsiſtens, ſpectaculũ factus ſum. Sed tu ipſe, quæſo, in cauſa tua hodie iudica, ipſe ſententiã proferre dignare per ultionem. Non ergo quaſi metuens exilium fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium graue ſit, ſed ut multi præuaricationis errore liberentur, cum pręſentem uiderint ultionem.

His dictis, ecce repente Vſius reſidens factus quaſi regalis Imperij, cũ ſententiam conaretur exprimere, os uertit, detorquens pariter & ceruicẽ, & deſeſſu in terram eliditur, atq; illico expirauit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expauit. Et licet eſſet iudex, tamen timens ne in ſe ſimile ſuppliciũ iudicaretur, proſtrauit ſe ad pedes ſancti uiri, obſecrans ut ſibi parceret, qui in eũ diuinæ legis ignoratione peccaſſet, & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde eſt quod ſolus Gregorius uendicantiũ integram fidem, nec in fugam uerſus eſt, neq; paſſus eſt exilium. Vnuſquiſq; enim timuit de illo ulterius iudicare.

Habetur in frontiſpicio operum eiuſdem.

VITA SANCTI PATRIS IOANNIS DAmaſceni à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano conſcripta.

COnſueuerunt homines ſtatuas erigere, & ſimulacra ſtatuere in honorem eorũ, qui animum diuina præditũ imagine, uel in primę conditionis puritate ac innocentia conſeruarunt, uel dilapſum, & inquinatum, in ſtatũ priſtinum reuocarunt. Quicunq; autem huic cultus ge-

neri deditiores ſunt, precioſioribus materijs, coloribusq́ præcipuis, quatenus opibus, ac artificio præſtant, ad formas eorum expoliendas & lineamenta ſignantius exprimenda cõ utuntur, exiſtimantes hac ratione maieſtatem illorũ honeſtius conſecratum iri. Igitur ſi circa imaginũ effigiaturas tantopere probatur id genus ſtudij, dignũ ne fuerit, quod ipſorum bene præclareq́ geſta negligantur, & incultæ iaceant hiſtoriæ? Non profecto. Nã ut interim concedatur ſimplicioribus uenia, qui qua poſſunt opera, tumultuario diuorũ acta conſcribunt, diſerti tamen, ingenioq́ pollentes, nequaquã dignandi ſunt uenia, ſi quod faciunt, contemptui habent uitas ſanctorũ, præſertim ſi illorum ſpiritus ac uita inuigilauit libris, ſi curæ illis fuit, mentẽ ab ignorantia & obliuione, animã uero à perturbationibus motibusq́ omnibus uindicare, ſi mundũ lucubrationibus ſuis adornarũt, ſi mentes omniũ illuſtrarunt, deniq; ſi non ſolũ externarum diſciplinarũ gratia commendati, ſed paracleti iubar ubertim adhuc effundant.

Illorum unus uel præſtantiſsimis annumerandus eſt percelebris ille Ioannes, cui cognomen à Damaſco ciuitate patria inditũ. Erat ille firmamenti Eccleſiaſtici lum'nare haud paruum, immo plane ingens atq; perquàm fulgidũ. Neq; in nocte hæreſeos (quæ ſe ubiq; locorũ diffuderat) tantũ lucebat, ſed et prorſus omnes male ſentientiũ caligines diſpellebat, libris uidelicet ac epiſtolis. Ingruerant autẽ uniuerſo orbi nox horrida, atq; profundæ tenebræ, ita ut obſcurarentur 1 uenerabiliũ imaginum præclaræ figuræ. Illarũ autor fuit, non à triuio aliquis ac plebeius, qui in exigua tantũ parte orbis, malitiam ſuam diſſeminaret, ſed uir ille (ut ſic dicã) manu fines orbis complectens, 2 Romanorũ uidelicet princeps. Is potẽtia inflatus, ui ſumma nitebatur, ut ad unam uenerandas imagines omnes, & locis in omnibus demoliri poſſet. Et ea propter, imaginũ cultores partim dilaniari faciebat, ſicut leo rapiẽs & rugiens. Vere tã animo quam corpore leo partim in diuerſa rugitu ſuo fugabat, atq; adeo ſæuiebat, ut fideliũ pleriq; in ſubterraneis ſpeluncis ſeſe occulerent, exiſtimarentq́ tutius, leonibus, ac draconibus conuenire, quàm cũ illo illiusq́ familiaribus habitare. Nõnulli etiã metu perterriti, uſq; in extremos orbis terminos procurrerunt. Leo enim rugiet, & quis non formidabit? Ab ipſo inquã, quaſi a conſpectu colubri fugiebant. At Ioannes ille non à leonina feritate, ſed gratia nomen ſortitus, ſpiritaliq́ gratia plenus, aduerſus ſingularem hunc ſerpentem, ut ſtomachari & exardeſcere cœpit (ita autem ſtomachabatur, ut recte & uirtutem, & zelum dixeris ſtomachationem) non ad ſauromatas cũ Thracibus, neq; ad columnas Herculis cũ Conſtantinopolitanis profugit, neq; ad deſertiora loca ex palatijs tranſijt, propter rugitum leonis. Sed & cũ uerſaretur Damaſci, & cũ monaſticam in ſolitario Palæſtinæ loco exerceret, ſtrenuus & impauidus aduerſus Leonem pugnabat. Quãuis autem ille ſtrenuiſsimus meus athleta, tanto locorũ interuallo abeſſet à tyranno, libris tamen & ſermonibus cor illius diſſecabat, uelut tricuſpidibus haſtis quas igne ſpirituſſancti fabricabat, uitali aqua ſolidans. Cæterum hæc congruentiore loco dilucidius explanabit ſermo.

1 *Nota, uenerabilium imaginum præclaræ figuræ.*

2 *Non eſt noua hæreſis hæc noſtri tẽporis contra imagines, ſed antiqua, & dudum exploſa.*

Tantíne ergo uiri memoriam atq; uitam, quæ ruſtice ac tumultuario, & quod amplius Arabicis, & uerbis, & literis cõprehenſa, ſic deſpectui habendam permittemus? Nullo pacto. Recenſeamus itaq;, e qua radice (fœcunda nimirũ eſt, quæcunq; illa eſt) exortum ſit germen hoc florentiſ-

ſimum, & quæ patria nobis ſe protuliſſe illud glorietur. Damaſcus ciuitas illa eſt, quæ ſicut primum uidit Paulũ magnanimũ cœlouagumq́ impietatem deſerere, & ex oſore amatorem fieri Chriſti, ita & in uenerabili hoc uiro nonnihil decoris atq; honeſtatis conſpicata eſt, idq́ aliquanto fœlicius, neq; enim ex aliena, in orthodoxam noſtram religionem translatus eſt. Vnde ciuitas hæc, quia huius etiam radicem protulit, & à cunabulis deditiore opere in his quæ ad pietatem, quam quæ ad corporalẽ uitam ſpectant, enutricata eſt, pijs alendo ſermonibus, recte de hoc ſuo germine gloriatur, extollitur & gaudet, lõgeq́ iuſtius quàm de omnibus alijs, quę illi magnũ nominis ſplendorem afferre uidentur. Nam licet cõmemores mihi perpetuũ clementiſsimi cœli temperamentũ, amœna dulcium aquarum fluenta, & generoſorũ fructuum copiã, quibus illa doubus gaudet, nihil tamen attuleris quod eam ita exaltet, glorioſamq́ reddat, ut generoſa uiſuq́ pulchra arbor illa, quam produxit, quapropter aquarũ exitus creuit, & ſancti ſpiritus fructus in tempore dedit. Quorũ adhuc aliqui reſtant recentes immarceſcibileſq́ ſemper, uiſu pulchri, guſtatu dulces, qui que non ſolũ lætificant eos, à quibus tanguntur, & guſtantur, ſed & ueſcentes impinguant, ac creſcere faciunt, uirumq́ ſpiritualem & conſummatum perficiunt. Adeo fœtu hoc ſuo glorioſa effecta eſt Damaſcus ciuitas, ut in ullis alijs delicijs, quibus luxuriat. Ipſa enim tantum hunc uirum nobis dedit.

Fuerunt autem illi & progenitores admodũ pij, quiq́ in medio ſpinarum pietatis florem, Chriſtianæq; ſcientiæ fragrantiam cuſtodiebant unice. Ab eo enim tempore, quo in Agarenorũ manus ciuitas uenit, ſoli ipſi Chriſtianum nomen, ut præclaram inuiolabilemq́ hæreditatem aſſeruabant, rectitudinem fidei nulla ex parte corrũpentes. Itaq; in medijs hoſtibus, conſpicuos atq; uenerabiles effecit uirtus, uel quod amplius, ſicut apud Aſſyrios Deus ueram pietatem cõmendaturus, Danielẽ ad ſummos honores euexit, & ſicut Ioſephũ in Ægypto cum captiuus eſſet, præfectũ & dominum inter alienos inimicoſq; conſtituit, ita & pios Ioannis progenitores (quia perſeuerabant in his quæ Dei erant, nec cũ alijs, ſicut arcus prauus ſubuertebantur) glorificator dominus egregia gloria remunerauit inter Sarracenos, ipſos in uulgariũ operum iudices ac præfectos ſublimans. Ita & hoc loco captiui pietatem colentes, imperiũ in eos, qui ſe cœperunt, obtinuere. O ſtupenda prodigioſaq́ Dei miracula. Nihil uirtute ſublimius, nihil pietate excelſius. Enimuero ſicut ſigna in colle, immo ſicut lumen in nocte, & ſicut ſemen Iſrael, & ſicut ſcintilla in cinere, ita genus progenitorũ Ioannis in Damaſco relictũ eſt, quod pręclaram hanc facem, totũ orbem olim illuſtraturam, proferret. Et tale quidem inclyto illi progenitorum ſtemma fuit.

Pater uerò mirum quàm bona radix, pietati uirtutibuſq́ alijs deditus, maiorem in Deum charitatem declarando, parẽtes antecellere ſtudebat. Et congruebat, ut eum qui in tantum uirtutis faſtigium peruenturus erat, illuſtris quidam natiuitatis ſuæ autor uicinior eſſet. Nam ſicut in progreſsiuis ſtructuris ſeruata proportionis ratione ad apicem aſcenſus eſt, ita & quæ circa magnum & magni nominis illum contigerunt, ſuperna diſpenſatione & diuina prouidentia eueniſſe uidentur. Id quod in Ioanne Baptiſta uſu uenit: Quia enim præ alijs prophetis refulſurus, ut operaretur ſacra

mentum,quod omne ſacerdotium excelleret,nẽpe baptiſma domini mei;
præordinatum eſt a diuina prouidentia,ne ex uulgaribus parentibus naſce
retur,ſed ex ſacerdotali tribu.& ut propheta eſſet,qui eum gigneret. Pari
modo & Ioanni noſtro diuina prouidentia patrem conſtituit,uirum maxime
& religioſum & humanum.Equidem & ipſe per uniuerſam circum circa regionem generalis uulgarium negotiorum diſpẽſator, & præfectus
cõſtitutus eſt, tum quód uirtute,totiuſq́; uitæ honeſtate conſpicuus,tũ quod
diuitijs plurimũ abundabat.Quas non expendebat in libidines, ebrietates,intempeſtiuosq́; alios ſumptus, ſed quantũ ſibi auri erat,& quicquid
ex rebus alijs facile diſtrahere poterat, id totum in redemptionem captiuorum Chriſtianorum impendebat. Erant autem ſibi poſſeſsiones alię immobiles plurimæ,tam in Iudæa quàm in Palęſtina. Ex quibus quantũ ſatis erat,in uitæ ſuæ uſum reſeruabat.Porro Chriſtianis,quos emerat, liberum ſinebat,uel apud ſe in locis quæ diligebant habitare,uel libero lumine & pede,quoquo collibitum eſſet proficiſci. Taliſq́; erat humaniſsimi
uiri uirtus,ut multa poſsidẽs,ipſa haberet perinde ac poſsideret nihil, magis die noctuq́; ſolicitus de his,quæ Deo conueniebant. In hunc modum
ſe gerens,mercedem à Deo accepit,non hoſpitalitatis ut Abrahã, ſed humanitatis,partum ſcilicet admirabilem. Licet autem non ex promiſsione,
ex diuina tamen præſcientia,& prædeſtinatione.Prænouerat enim Deus,
qualis futurus erat Ioannes,atq; prædiffinierat ex hoc uero naſcendum, ut
ſic mercedem daret ei pro miſericordia,qua graui captiuitate tentos, numerato ære,libertati reſtituebat.

Naſcitur igitur ei puellus ille præclarus, quem adhuc tenero corpuſculo regeneratione per ſpiritualem matrem,filium lucis fecit, rem agens tã
difficilem, & quam pauci inter gentes illas attentare ſunt auſi. Proxima
dein cura erat, ne puer littoralia piratarum ſtudia addiſceret, ne haſtam
dextra uibraret,ne ſagittam ex arcu iacularetur,ne cum beſtijs pugnaret,
aut luctaretur,ſicq́; natiuam manſuetudinem in ferinam commutaret ſæuitiam,ut ſolent, qui turbatioris, ſunt animi & furibundis aguntur motibus.Ad hęc non quęrebatur à patre Ioanne alius quidam Chiron in montibus educatus,medulliſq́; ceruorum paſci aſſuetus,ſed uir inquirebatur,
omni generis diſciplinis exercitatus,eloquentiaq́; animę utili pręditus, ut
qui talium inſtitutionum alimentis puerum enutriret. Cui ſancto uiri uoto
Deus clementer adſpirans, effecit ut inueniret, quod deſideranter quęrebat.Modus autem inuentionis eius,quod querebatur, is erat.

Barbari Damaſcenorum, iuxta morem ſuum,in maritima uicina incurſionem fecerant,Chriſtianis compluſculis in prędam abactis. Ingreſsique
nauibus mare,ſimiliter plurimos cęperant.Eos ergo ſecum in ciuitatẽ adducentes,partim emptoribus uenales proponebant, partim ad exitiũ gladio petebant.In horum ſorte connumeratus eſt uir quidam, habitu monachali ueſtitus,abactus ab Italia,aſpectu quidem decẽti,animo autem decentiori,id quod & nomen atteſtabatur; Coſmas enim uocabatur, licebatq́; ab honeſtate uultus,internam mentis conditionem ęſtimare.Iã qui
ad mortem rapiebantur,ad huius etiam pedes procidebant, obſecrantes
ut ſua interceſsione Deum ſibi conciliaret, & à clementiſsimo remiſsionẽ
peccatorum conſequerentur.Id ubi animaduerterunt Barbari,deſtinatos
morte ſupplicare uiro,tam bene honeſteq́; morato, acceſſerunt & roga-

uerunt,an quę illi mundana dignitas, & cuius apud Chriſtianos autoritatis fuerit. At ille reſpondit, Non ſum ſacerdotio initiatus, neq; dignitate aliqua functus,ſed inutilis monachus ſum,ac philoſophię profeſſor,nō noſtrę tantum,quę Deum amare docet,& qua Deum amamus,ſed & eius, quę ab exteris ſapientibus tradita eſt. Hęc ut loquutus eſt lachrymis ſupplebantur oculi.

Non autem longè ſtabat pater Ioannis, qui uiſo uiro ſic lachrymante, acceſsit,calamitoſumq; cōſolaturus ait,Homo,qua de cauſa defles amiſsionem mundi, cui iampridem renuntiaſti, & quantum ex habitu conięctare licet,mortuus es? At monachus: Non huius,inquit, uitę amiſsionem deploro,ſum enim,ut dixiſti,mundo mortuus. Hoc autem me contriſtat, quod omnifarijs ſcientijs imbutus ſum, prçmiſſo externarum diſciplinarū fundamento. Linguam oratoriam exercui,ſermones dialecticis compendijs ac demoſtrationibus doctus ſum,moralia & quę Stagyrites, & quę Aryſtonis filius tradidit,tractaui. Naturalium conſiderationes quantum homini ſatis,contemplatus ſum. Arithmetices quoq; rationes didici. Ad geometrię faſtigium ſtudio perueni. Muſicę proportiones conuenientesq; rationes probe & cum laude percepi, ſed nec omiſsi intacta quę de motu cœli,circunferentiaq; ſtellarum produntur, ut cognita magnitudine pulchritudineq; ſtellarū,inde ad conditoris contemplationem illis reſpondentem aſſurgerem.

3 Nam 3 qui lympidiorem creaturarum notitiam tenet,is et earū opificem clarius intelligit,& ob miraculum,maioris facit. Hinc & ad ſacramenta tranſij Thoelogię,tam eius,quam Gręci tradiderunt, quàm eius, quę abſque errore ullo à noſtris theologis manifeſtata eſt. Hanc cum mihi ſupellectilem abunde pararim,hactenus tamen mihi denegatum eſt, ut alteri eam communicarē, & per philoſophiā filium mihi ſimilem generarē. Nam quemadmodum cęteri ad propagandā generis ſucceſsionē amant naturaliū filiorum partus,ſic & philoſophia digne inſtructi, filiorum deſiderio tenētur,quos eruditione diſciplinarum ſuarū regenerent,ut & aurea illa philoſophorum progenies,in ſeculū uſq; ſalua conſtet. Cęterum autores admirabilis eiuſcemodi partus,immortalem inde gloriā aſſequuntur. Alioquin etiam bonitatis proprium eſt, ut bona quibus quis abundat, prompte & liberaliter in alios transfundat. Verū qui ſecus agit, & renuit communicare alijs,quo abundat,nequaquam bonitatē amplexatur, ſed malitiæ adhæret,utpote ſuperbia inuidiaq; turgidus. Et idcirco etiā quod uidetur habere, tolletur ab eo,ſicut à ſeruo illo nummularijs talentum nō credenti. Atqui ego bonam partem delegeram,uehemēter optans,ſi qua poſſem & alijs tradere quantulum mihi datum eſt ſapientiæ;ſed uotis fruſtror,& nec ſeruis illis fidelibus connumeror,talentis ſuis uſuram facientibus,nec filium philoſophum genui. Vnde hinc abeo, quaſi quis dicat,miſer & orbus, & ut uides, hac de cauſa lachrymis faciem fœdo, lugensq; ac triſtis incedo.

Vides quod ſtudium liberalium diſciplinarum non eſt inutile Chriſtianis, ut gariunt hæretici.

His auditis,pater Ioannis,quia diu talem theſaurum deſiderabat, reſpōdit;Beate,fer æquo animo,& ipſe conſolare animam tuam,forte dabit tibi dominus petitiones cordis tui,Quæ ſimul atq; dixit, pater Ioannis, q̄ uelocibus potuit pedibus ad principem Sarracenorum cucurrit,& ad pedes eius prouolutus,Coſmam illum κόσμον & ornatum experijt. Et ſta-

tim

tim factus compos uoti, & ingentis precij donum accepit, ductumq; in domum ſuã uirum ob itineris difficultates, aliaſq; uarias moleſtias male habitũ, benigne cõſolabatur & refocillabat, adijciens inter cætera & hęc uerba; Ecce poſthac non ſolũ liber eris, ſed conſtituo etiam te ſocium domus meæ, & ſecundũ te dominũ parem, gaudij, mœroris, fortunæq; meæ omnis participem, modo hoc unũ à dignitate tua mihi exorare liceat, ut Ioannem illum meũ naturalem filium, & illum quoq; cognominem tuũ, quem ab Hieroſolymis pulſum & tenello adhuc corpore pupillũ, in filiũ adoptaui, omnem quã tenes diſciplinam ac philoſophiam, ſiue peregrina ſit, ſiue ea, quam ſpiritus ſancti gratia dignos edocet, inſtruas, & doceas quàm diligẽtiſsime. Ad quæ uerba ſapiens ille exultabat, ceu equus ruptis uinculis per campos diſcurrens, uel ſitibundus ceruus ad fontes aquarum contendens. Diceres illũ alterum Midam quendam, ingentibus auri theſauris potitum; tanta alacritate ad opus ferebatur. Suſcepit adoleſcentum curam, & illorum agit præceptorem.

At Ioannes uelut aquila, beneficio egregiæ indolis, ſtudioq; promptæ uoluntatis, quaſi pennis, quibus in altum ſubuolaret, utebatur. Coſmas uero condiſcipulus, & ſecundũ ſpiritum frater, ſimilis erat naui, quæ alata uelis, pondere per aquas fertur, aura ſecunda, zephyriſq; a puppi flantibus. Ita ingenij uelocitate, ſtudijque pertinacia breui ab eis collectum eſt, quicquid difficile uel in 4 grãmaticis, uel dialecticis demonſtratiuisque habetur. Moralem autem philoſophiã ita didicerunt, ut non ſolũ mentẽ diligenter exornarent, ſed & animæ perturbationes comprimerent. Quin & in naturæ cãdorem aliorum oculis uix tolerabilem, ſicut perſpicaces aquilæ citra conniuentiam intenderunt. Arithmeticas autẽ proportiones non minus fœliciter aſſecuti ſunt, quam Pythagoras, uel Diophãtes ipſe. Geometricem ita edocti ſunt, ut Euclides quidã putarentur, & ſi qui alij his ſimiles. Muſici item tales euaſerunt, quales eos, docti ex carminibus & hymnis quos compoſuerunt, fuiſſe liquido agnoſcunt. Deniq; in ſyderali ſciẽtia, quàm ualuerit Ioannes, ex his quæ ſcripſit, manifeſtum eſt, tametſi obiter egerit de partitionibus & figurationibus & aſpectibus & interuallis ſubſiſtentiarum cœleſtium, tamen etiam breuis illa cognitio, prius eruditis ac rudibus ſatisfaciet. Talis item erat & Coſmas, ſed de his agant alij. Nobis Ioannes ipſe ſermonis huius thema eſt, & argumentum. Et quis nõ agnoſcat, admireturque ſtudiũ illius in diuinis literis, dogmatumque diligentia, pręſertim ſi ad Stœchioticon illius librũ diuertat, quem elementarium interpretari licet ceu qui omnifaria doctrinà refertus ſit? Nec aberrabit quis a uero, ſi dicat admonitionem omnis recti ſermonis, tabulasque Moſaicas. Sed erant (ſcio) huius libri pręconia non hoc, ſed alio loco dicẽda, dicta tamen ſint, ut cognoſcatur, quam fęliciter inſtitutus ſit, nullãque reliquerit diſciplinam quã non diligentiſsime tractarit.

4 *Et hic uide nũ liberales diſciplinæ ſint ab eccleſia, aut a ſcholis eijciendæ, ut quidam hac tempeſtate docent.*

Interim admirabile eſt & hoc, qđ tanta ſcientię magnitudine inflatus non ſit, ſed ut fœcunda arbor tanto magis deorſum tendit, quanto fructibus magis oneratur, ita & humiliabatur, non quidem ad terram, ſed ad profundiora philoſophici pelagi ſpectabat. Et adhuc munda affectione, quaſi nauigio ferebatur, optabat tamen, ne ſemper hoc mundano uaſe dimittendo aliquando opus eſſet, ut exutis ſemel humanarum affectionũ ueſtibus omnibus, nuda mente pelagus intrare, & ad fundum ingredi poſ-

ſet,inuenturus repoſitum illic precioſum margaritum. Huius ſcopi deſiderio,ad fundum profunditatis ſeſe demittebat. Et habita ſcientia tam non inflabatur,ut amore arcanioris philoſophiæ obtinendæ,etiam magis atque magis humiliaretur. Eratque lampas animæ eius ſic plena mundanæ ſcientiæ oleo,ut & ſuperne accenderetur immaterialis ſcientiæ lumine,ſicque totus luculentus appareret Ioannes.

Poſt hæc magiſter eius ad amanda meliora (per diſcipulum, ut apparet) inductus,acceſsit patrem pueri, & dixit. Ecce deſiderijs tuis ſatisfactum eſt,& nunc pueri ſapientia me antecellunt, nec ſatis illis eſt eſſe, ut magiſter eorum eſt,ſed ingenij magnitudine,& laboribus impēſis,ad apicem philoſophiæ me ipſo ſublimiores euaſerunt, ſpero autem adhuc Deū illis ſapientiæ donum adaucturum. Proinde cum poſthac illis uſui eſſe nō

5 poſſum,peto ut à te ueſtitus,in monaſterium monachorum concedam. illic ſummam ſapientiam indagaturus, 5 ad quam me tranſmittit philoſophia,quam hactenus colui. Enimuero cum duo proponuntur,conſultū eſt,ſi liceat,utroque frui. Vnde & mihi ſummum lucrum erit,ſi ad priorem philoſophiam adijciam illam, quæ totius expers materiæ et cogitationis metam tranſcendit, quam mens nuda, & à corpore penitus alienata, doceri poteſt.

Ecce quo fine diſcendæ ſint liberales diſcipline, & ſecularis philoſophia.

Valde doluit ſuper ſermone illo pater Ioannis, quanuis uirū retinere nō poſſet,ut ne uideretur friuolam illi pro eruditis pueris mercedem reddere. Inſtructum itaque largiſsime omnibus,quæ ad iter pertinebant, & quibus opus habebat,in pace dimiſit. Qui in deſerto ſancti Sabbæ labram abiēs, illic perſeuerando uſque ad uitæ finem, ad ipſammet Dei ſapientiam traſmigrauit. Non multo autem poſtea, fato conceſsit etiam pater Ioannis.

Tum Sarracenorum dux Ioannem accerſitum, inter primos cōſiliarios conſtituit. Qui licet renueret,deſiderio eius aliorſum tendente, attamen ui multa adauctus,repugnare tandem deſtitit,& maiori præfectura, quā pater ſuus, honeſtatus eſt.

Moderabatur ea tempeſtate Leo Iſaurius, qui aduerſus uenerandas imagines,& orthodoxæ eccleſiæ multitudinem, leonem agebat rapientem & rugientem, & imagines quidem efferus & furibundus exurebat, ipſarum uero cultores rapiens & perdens,tyrannicæ impietatis dentibus miſerabiliter dilacerabat. Peruenerunt hæc ad aures Ioannis,& mox imitatus eſt zelum Heliæ, & reprehendendi libertatem Baptiſtæ cognominis ſui,prout inuiſibiliter ipſum ſpiritus docebat & antequam iniret certamen,præmiſit ſermonem oppugnatorem impietatis,ceu gladium quendam,& ſpiritualem armaturā, qua dogmatis efferum caput deſecaret.

6 Dein 6 epiſtolares libellos, pro uenerandarum imaginū honore ad notos familiareſque dedit,clare,ſapienterque indicans neceſſariam eſſe diuinarum effigierum 7 adorationem, illiſque demandauit, ut ſimilia docerent & alios, commonſtratis omnibus epiſtolis ſuis. Ita per omnium ora uolitabat nouus ueritatis athleta, epiſtolæque eius in omnium manus quaſi

7 per circulum ueniebant, & inualeſcebat pietas. Anhelabat enim exemplo Pauli, & ſi non pedibus,per epiſtolas tamen ueritatem prædicando, totum orbis circulū capere. Id ubi comperit imperator Leo, quia ægre ferebat impietatem ſuā traduci per ſcripta Ioannis, accerſitis quibuſdam ſententiæ ſuæ participibus,præcepit eis, ut aſſumpta pietatis perſona,ma-

Io. Damaſcenus ſcripſit pro imaginibus contra Leonem Iſaurium Imperatorem.

Quod hic dicit neceſſariam eſſe diuinarū effigierum adorationem, adorationē ſeu

gno ſtudio, uarijsq́ commentis curarent, ut epiſtola Ioannis, quam manu ſua ſcripſerat, inuenta ſibi redderetur. Miniſtri ergo & propugnatores impietatis, parentes dicto regis, nullum non dolum ſub pietatis ſpecie excogitabant, donec inuentam offerrent.

Porrò ignominioſus Rex conuocat notarios, & epiſtolarũ Ioannis exẽplaria proponens, quærit ſi qui ſcripturæ characterem, tam in uerbis, quã ſententijs imitari poſsint. Qua in re & inuenit ſibi morẽ gerentes, & qui ſcriberent epiſtolium in hunc modũ ſe habens; Salue o Rex, gratulor & ego imperio tuo, maxime quòd eiuſdem & fidei. Verum quia & imperatoriam tuam excellentiam ſingulari prudentia & honeſtate pręcellere intelligo, ideo hæc illi ſignificanda duxi, nempe ciuitatem hanc noſtrã negligentius cuſtodiri, & Agarenorum præſidium (quantum hic eſt) imbelle, & exigui numeri. Itaq; propter Deum miſerere ciuitatis huius, mitteq́ omnium nobilium tuorũ manum, inexpectato aduenientem, ac ſimulantem ſe alio proficiſci. Es enim ciuitate citra omnem laborem potiturus. Ad quod negotij, & ego tibi non mediocri adiumento ſum affuturus; nã in manu mea tota ferme & ciuitas, & regio eſt. Hoc itaq; primo actu abſoluto, Rex impius pari malignitate aliam ad Sarracenum Damaſci principem epiſtolam ſcribi fecit, quæ huius formæ erat.

Quum nihil ſciam pace beatius, amicitiaq́ fœlicius, & alioqui pacis fœdera ſeruare laudatiſsimũ, gratiſsimumq́ ſit Deo, nihil & ego tãti facio, quàm ut pacis fœdera, quæ cum generoſitate tua iniuimus, indiſſoluta cuſtodiantur, quanuis à Chriſtiano quodam familiari tuo crebris euocer epiſtolis, ut ipſis diſſolutis, doloſe induciarum iura uiolem, pollicetur que mihi multa, & cũ primis, ſi copioſum aduerſus ciuitatem tuã exercitũ mittam, ſeſe mihi affuturũ, ut ſecure illam occupem. Vnde unas ſuarũ, quas ad me dedit, litterarum tibi mitto, ut cognoſcas, quam comperta ſint, quę ad te ſcribam, & quàm uerax & conſtans in amicitijs fœderibuſq́ ſeruandis perſeuerem. Tu obſerua doloſum malignumq́ illum, qui ad me talia ſcribere ueritus non eſt.

Ambas has epiſtolas Rex nomine Leo, animo ſerpens, per quendam doloſe ad Barbarum miſit. Quas ubi ille accepit, mox ad ſe uocato Ioanni eas commonſtrat. Tum Ioannes haud ignarus doli, lectis, quæ ad Regem datæ erant, literis, ſtatim animaduertit literarũ characteres imitatione ſuarũ effictos. Verum his, quæ pro ſui excuſatione apud principẽ Chriſti hoſtem dicebat, tam proficiebat, quam ſolet lyra apud aſinũ. Obmutuit enim à bonis, quanuis non ita ſiluerit, quominus iniuſtam proferret ſententiam. Etenim quamprimum dexteram Ioanni iuſsit abſcari, & ne paruũ quidem tempus ad reddendam rationem, & inſanias Regis declarandas, Barbarus totus furore ſtupefactus, concedebat. Itaq; abſcatur dextera, quæ inter orthodoxos ſcriptione ſua tantas uirtutes operata eſt, & pro atramento, cui prius intingebat, ſcribendo 8 libros de adorandis imaginibus diuinis, nunc proprio ſanguine tingitur. Abſciſſam dein à domino (ut ſic uocem) manum in foro ſuſpenderunt. Et cũ ueſper factum, cõiectabat Ioannes furorẽ tyranni reſediſſe, & miſit ad eũ legationem, quæ huiuſcemodi uerbis placaret. Incrudeſcunt dolores mei, intolerabileſque fiunt, neque mitigatur uehementia doloris, quandiu amputata manus in aëre ſuſpenſa manet. Iube obſecro, ut mihi reddatur, & recondam eam in

uenerationem accipe recurrẽdo ſemper mẽte ad prototypum, id eſt ad imaginatum, quod quandoq; adoratur, quandoq; ueneratur.

8 *Damaſcenus ſcribebat libros de adorandis diuinis imaginibus.*

humo, quo ſæuire deſinat doloris uehementia.

Annuit protinus precatui tyrānus, et reddita eſt iuſto manus. Qui mox ut eam recepit, lararium ſuū ingreditur, & pronus ante diuinam 9 quandam imaginem gerentem figuram genitricis Dei, procidit, & cōgrue abſcīſſa manu adaptata, orabat e profundo pectore, lachrymis & gemitibus miſericordiſsimam inuocando, dicens: Domina & ſanctiſsima mater, quę Deum meum peperiſti, amputata eſt dextera mea ob ſanctas & diuinas imagines, tu qua de cauſa Leo ſæuiat non ignoras, proinde quantocyus ſuccurre. Dextera enim altiſsimi, quæ de te incarnata eſt, per tuas interceſsiones multas facit uirtutes. Sanet, oro, & hanc meam dexteram tuis precibus, ut tuas & eius, qui ex te incarnatus eſt, laudes, ſicut dederis, numeris rhythmicis, & melodijs perſcribat, & orthodoxi cultus ſit cooperatrix, o Deipara. Hæc orans Ioannes, & lachrymans, in ſomnum uertitur, uidetq́; ſanctam Dei genitricis imaginem miſericordibus ac lætis oculis ad ſe reſpicientem, & dicentem. Ecce ſana facta eſt manus tua, caue poſt hac ne ſegnis fueris, ſed calamum eam fac ſcribæ uelociter ſcribentis, quēadmodum nunc pollicitus es.

9 Habes hic tria cōtra moderuos hæreticos, Nempe eſſe opus bonum & pium genu flectere ante ſacras imagines, orando eos quos repreſentant. Amputatam dexterā propter imagines, pietate dei genitricis miraculoſe ſancto uiro reſtitutam. Per intercesſionem beatæ uirginis multas adeo fieri uirtutes.

Vt autem reſtitutus euigilauit, & manum curioſe contemplans, curatā uidit, tum exultare cœpit ſpiritu, in Deo ſalutari ſuo & matrem eius; quia fecit ſecum magnalia qui potens eſt. Stansque manibus in cœlum ſublatis, diuinum carmen accomodatiſsimum tempori cecinit; Dextera manus tua, Domine, glorificata eſt in fortitudine, dextera manus tua, domine, hanc meam fauciam ſanauit; propterea uulnerabit 10 inimicos, qui ſanctam imaginem tuam, genitricisque tuæ non uenerantur, & per manū meam aduerſarios illos imaginum incendiarios, in multitudine glorię tuę conteres. Erat ei illa nox, non nox, ſed dies, non tenebræ, ſed lux, ut commutem illud prophetæ dictum. Erat ibi uox pura feſtos dies agentium, & uox exultationis in tabernaculis uiri iuſti. Neq; in occulto, neq; clam ſunt hæc acta, ſed in circuitu uſq; in uicinas domos admirabilis ille clamor & harmoniaca iubilatio peruaſit. Vnde & Sarraceni quidam Chriſtianis infenſiores, continuo ad principem ſuum abierunt dicentes: non eſſe abſcīſſam manum Ioannis, ſed alterius cuiuſdam, ſerui fortaſſe, uel alitercunque ſubornati, qui ſe pro domino per beneuolentiam obtulerit, ſpiculatores item muneribus corruptos, in alium pœnam tranſtuliſſe. Interim Ioānes domi ſedens, adeo iucunde canebat, ut diceres nuptiales ferias agi, et epithalamiorum hymenæos reſonare; immo longe amplior huius uidebatur exultatio.

10 Inimici ſunt dei, qui illius ſanctam imaginē, ac genitricis eius non uenerantur.

Ad horum autem denuntiationem accerſitur Ioannes iuberurq́; abſcīſſam oſtendere dextram. Sed cum oſtendiſſet, uiſa eſt lineola quædā deſectionis, quam ita ordinarat Dei genitrix, ut amputationis certitudo efficacius comprobaretur. Barbarus ergo ait: Quis ille, qui te curauit, Ioannes? & quæ tibi adhibita ſunt medicamenta? Cui ille diuini miraculi pręco, clara uoce reſpondit: Dominus meus ille potentiſsimus omnium medicus, cuius uirtus uoluntate nec poſterior, nec inferior eſt. Et Barbarus reſpondebat: Quantum coniecto, iniuſte paſſus es homo, quicquid es paſſus. Veniam ergo nobis da, quod accuſationibus iniuſtis nōdum examinatis, ſupplicio te affecimus. Reliquum, eſto poſthac primus à conſilijs noſtri principatus, & abſq; conſilio, requiſitioneque tua præuia nihil age

tur. At Ioannes procidens adorabat humi, & pronus iacens obſecrabat illum ut ſecedendi copiam ad aliquãtum tempus faceret, quò uiam illam multo amabiliorem incederet, & imitaretur dicentem. Ego ſum uia. Diu Barbarus obluctabatur, & receſſum abnuebat. Eratque uidere, quaſi ſingulari certamine contendentes, barbarum, & iuſtum. Barbarus omni ſtudio uinculis mundi retinere Ioannem nitebatur; Ioannes autem ea magno impetu & uiolentia diſrumpens, angelicis uolabat alis. Apertum itaque ſtadium magnum erat, præſidente ſpectaculi inſtitutore Chriſto, & ſpectantibus angelis, Dicet autem forte quis ex altera, hoc eſt, ex ſiniſtra parte, barbarũ & ab impijs incitatum, & ad perſuadendum armatũ. Deniq; ſingularis meus pugil, multa renunciatione uicit, omniaq; aduerſarij argumenta, ceu tela puerorum refutauit, uictorq; caput inſigni uitta redimitus, redit domum uultu hilari, qui antea triſti exierat.

Verum cum duo in manibus haberet, unum, ut iuxta 11 mandatũ domini uenderet omnem ſubſtantiam ſuam, & diſtribueret pauperibus, alterum, ut dimmitteret agros, domos, & alia omnia propter nomẽ domini, in utroq; diligens fuit, & circa primum quidem, ne mora in periculo eſſet, circa ſecundũ uero, ne (ut fieri aſſolet) prætextu aliquo iuris orirentur lites, ac pugnæ conſanguineorum, dum uarias quiſq; cauſas afferunt, quaſi iuſti hæredes ſint ipſi. Facultates enim ut potuit, diuiſit pauperibus, captiuis, ſeruis ſuis, quos cognatis, templisq; ſanctis obtulit, libertateue donauit. Ipſe uero ſicut exiuit nudus de uentre matris ſuæ, ita nudus exiuit mundum, exceptis his, quæ maximè neceſſaria erant. Et primũ 12 profectus Hieroſolymas, factaq; in uenerabilibus locis adoratione decenti, mox ueIut ceruus ſitiens Deũ, in deſerta abijt, & ad beati Sabbæ monaſteriũ perrexit, comite, eiuſdemq; inſtituti ſocio beatiſsimo Coſma, qui ei antea & conuictu, & diſciplinatu coniunctus fuit. Recte diceres ipſos ſacrũ par, currere ad iugum Dei, ceruicibus ſuis ferendum.

11 *Vides paupertatem euangelicam clarum habere domini mandatum uolentibus ad perfectionem tendere? Huiuſmodiq; paupertatem nõ eſſe coactam aut neceſſariã, ſed uoluntariam rerum omnium affectu uel effectu deſertionem?*

12 *Ecce peregrinationes ad loca ſancta adorationis cauſa etiam antiquis patribus fuiſſe in uſu.*

Itaq; Ioannes ipſe (qui ſermonis noſtri argumentũ) ingreſſus eſt ſanctũ illud monaſteriũ, & procidẽs ad pedes paſtoris ſuppliciter obſecrabat, ut ſe inter oues ſuas adlegeret. Vocabat autem ſe erraticam, & perditam illam ouem, & ex deſertis montibus nuper reuerſam ad dominum Chriſtum. Quæ res prefectum gregis magno gaudio afficiebat, beatum hunc uocantem, ob inſtitutum ſuum. Operæprecium uiſum eſt illi, ut ob uitæ claritudinem ſcientiæq; præcellentiam, tantum nouitium præſtantiſsimo ſeni commendaret, ſub quo ut uice præfecto conſtitutus, certius in uia domini inſtrueretur. Eam ob rem primo accerſit ſenem, quem bonis omnibus inter monaſtas præcellere arbitrabatur, conabaturq; illius manibus formandum aſsignare Ioannem. Verum is renuebat, imparem ſeſe aſſerẽs regimini talis uiri, qui tanta ſapientiæ gloria præditus eſſet. Poſt hunc uocat alterum, qui & ipſe eadem, quæ primus, reſpondit. Acceſsit poſt hos tertius, & deinde alij non pauci, cœperuntq; ſimili uoce oẽs ab inſtruẽdo Ioanne abhorrere. Deniq; poſt multos ingreſſus quidam ſenex, moribus ſimplex, ſcientiam expertus, hic alacris alacrem Ioannem amplexatus, ſecum in priuatam cellam abduxit. Et principio bonum fundamentum ſubſtruens, precepit.

Nequid propria uoluntate faceret. 13

Vt ſudores laborum, perſeuerantiam precum, & oculorum lachrymas *Conſidera ex his præ*

ceptis quomodo antiquorum monachorũ propoſitum erat, ſicuti & nunc eſt, modis omnibus ſeipſos mundo crucifigere, ac uitiorũ concupiſcentias radicitus ex animo euellere.

Deo afferat.
Vt uitæ ſuperioris maculas lachrymis abluere & purgare ſtudeat. lachrymæ enim ſi puræ ſacrificentur, ſuper omne aliud thymiama à Deo acceptantur.
Et ad hæc quidem, quaſi ad corporalia primum hortatus, ſubiunxit & de his, quæ ad animam pertinent:
Ne imaginetur mundana phantaſmata.
Ne ſibi rerum indecentium figuras præpingat.
Vt mentem ab animi uana inflammatione præſeruet.
Ne ſcientiarum magnitudine extollatur, ut perſuadeat ſibi ea quæ didicit, ex toto appræhendiſſe.
Ne admittat deſideriũ uiſionum aliquarũ, abſconditarũue reuelationem.
Caueat ne unquam ſibi perſuadeat menti ſuæ poſſe confidere.
Nullam ſecuram putet ſcientiam, uſque dum ſeparetur mens à corpore.
Liquido & diligenter agnoſcat cogitationes ſuas.
In periculis captet conſilia.
Ne permittat cogitationes ſuas diuagari. Incũbat autem in hoc, ut quam diligentiſsime coaduniat, quo mens a Deo illuſtretur, purificetur anima, ſanctificetur corpus. In ſumma corpus cum anima coadaptetur menti; ut cũ duo moderabilia, corpus uidelicet & anima, transferantur & tranſelementententur in tertiũ & primum, nempe mentem, fiat triplũ illud ſimplex per unionẽ ad trinitatem ſimplicißimam, & fiat homo non carnalis, neq; animalis, ſed ſpiritualis totus. Ita pater filio, & magiſter diſcipulo præſcribebat, adijciens ſimul & hæc monita.
Ne ad aliquem miſeris epiſtolam.
Ne omnino loquaris aliquid externæ diſciplinæ.
Silentium cum intelligentia exerce. Nam hoc ſcio, non noſtrorum duntaxat philoſophorũ eſſe præceptum. Nam & Pythagoras ille Samius, diſcipulis nuper ad diſcenda philoſophiæ ſuæ myſteria admiſsis, multorũ annorum ſilentium imperauit. Ne putes bonum eſſe, bona intẽpeſtiue loqui, Et ad hoc te inducat Dauid, dicens: Quia ſilui à bonis. Et addens poſt hoc, quid inde emolumenti conſequutus ſit, audi. Concaluit, ait, cor meũ intra me igni omnis amoris ad Deum. In meditatione autẽ mentis, ignis ille propheticus accenſus eſt.

Hæc Ioanni ſenior mandabat, nequaquam uel in aquam ſcribens, uel ſuper petram ſeminans, ſed plane in terram bonam. Cæterum præterijt tempus aliquantum, & Ioannes uarijs à ſene tentationibus eruditus in omnibus obedientiam (quæ ſola citra periculum eſt) declarauit. Non contradicebat, ſi quid iniungeretur, non obmurmurabat lingua ſed neq; cogitatu interno aliquo, his quæ præpoſitus decreuiſſet, obluctabatur. Vnum hoc, quod Paulus præcepit, ut abſque murmure & diſceptatione perficiantur imperata, in omni opere, in medio pectore, uelut profunde in tabula ſcriptum, occulte gerebat, ac meditabatur. Quod enim lucrũ facienti bonũ qualecunq;, ſi reſederit in labijs obmurmuratio, inſidieturq; in pectore, ſicut ſerpens, diſceptatio maligna? Quando melius habebit anima ſic miniſtrans? Et hęc cauſa eſt, q; multi laborant, & fruſtra ad ea quæ ante ſunt, greſſum male promouent. Laborant enim ideo, ut & ipſi inter uirtute claros habeantur.

Deinde ſenex, ut athletam maioribus obedientiæ certaminibus exercereret, tale quiddam commentus eſt. Multos corbes comportauit, quos labore manuū ſuarum monachi parauerant, & ſumpta inde probandi occaſione, ſic ait ad Ioānem: Fili, ut ſcis, pluribus nobis opus eſt; & quia accepimus Damaſci, corbes pluris uenundari, quàm in Palęſtinę regionibus, itaq; tolle illos omnes, & uade illuc quàm uelociter potes. Verū non aliter, neq; minoris illas uenundes, quam tibi pręcipio. Definiebat autē precium ultra duplū, quàm par erat. Non cōtradicebat Ioannes, neq; ſermonem imperantis iudicabat, obedire uſq; ad mortem paratus, ſed ſublato in humeros onere, quaſi alatus obedientia, Damaſcū proficiſcitur. In qua pridem ſpectabilis, nunc uiliter ueſtitus, pallidus, & obſoletus, obambulabat foro ſportulas uendituriens. Verū cum nimio precio ſua ęſtimaret, ab omnibus ridiculus eſt habitus, & nihil pręter iniurias & conuitia accepit, donec tandem unus ex his, qui ei olim miniſtrarant, faciem eius diligētius intuens, agnoſceret quis eſſet, & qualis olim fuiſſet ille, qui iam tā male ueſtitus, tam demiſſus, tam contrito corde. Is quaſi nihil conſcius rei, rogabat preciū ſportularum, ſtatimq; quantum indicabatur, dinumerauit. Ioannes autem accepta pecunia ad ſuos regreſſus, & aduerſario (qui uanæ gloriæ parens eſt ac autor) in puluerem proiecto, ſtrenuus & quaſi uictoria potitus, domum peruenit.

Vicinus quidam monachus, terreno incolatu pro cœleſti manſione cōmutato, ad Deum migrauerat. Huic erat frater ſecundum carnem, qui męrore grauatus, parum æquiter mortem fraternam ferebat, & cum à Ioanne conſolatorijs ſermonibus affectiones eius ſiſterentur, orabat eum lugens, ut uerſiculum aliquem ſibi excuderet, quo animum refocillaret, & dolorem excluderet. Verebatur autem Ioannes mandatum ſenis, & petitionem refellebat. Sed enim ille inſtantius efflagitabat, & dicebat: Vt quid non misereris animæ afflictæ? Cur non uel paruam aliquod ad mitigandum dolorem ordinas remedium? Si corporum medicus eſſes, & corporali ualetudine laborarem, tuq; renueres pro facultate tua mihi pharmacum adminiſtrare dolenti grauiter, & forte letaliter, nonne me deſpiciens, pœnas à Deo ſuſcepturus eſſes? Nunc uero cum maiori dolore laboro, & me deſpicis, nōne pœnas à Deo lōge maiores expectabis? Scias repoſitum fore, ſiue feceris, ſiue non exaudieris. Flexerunt præces illę Ioānem, qui & uerſiculū ſuper mortuo compoſuit, qui in hanc uſq; diem, omnium ore canitur. Eſt autem talis πάντα ματαιότης τὰ ἀνθρώπινα, Omnia uanitas, quæ humana.

Digreſſus forte à cella ſua præceptor Ioannis aberat. Ioannes uero intra cellam modulatius uerſiculum de ſancto Ioanne cantabat. Quod ſenior adhuc foris exiſtens audiens, uehementer ſuccenſus eſt, & ait; Oblitus ne es primarū promiſsionum tuarum, & pro lugente, ac tetrico, diſſolutus ſedes, & deliciaris? Enarrat Ioannes ſeni cauſam, præmittensque luctum, quaſi magnam uim paſſurus, prono caſu ueniam flagitat. Verum ſenex ſtans ut lapis uel circus nihil mouebatur precibus, ipſum protinus foras cellam ejciens. Tum uir ille admirabilis in memoriam referens primorum parentum inobedientiam, quam propter e paradiſo fuere expulſi, ignorabat uel quid ageret, uel quo ſe uerteret. Amplius autem lugebat et fratrem, qui ſe eiecerat, talia dicens: Ille quidem fratrem à ſe abiecit, ego

autem per inobedientiam perdidi animam meã. Tandem acceſsit ad ſenes quoſdam uirtute præſtantes, quos ad magiſtrum ſuum nuncios mittit, ut illum orent, placent, demulceant, & ut Ioanni hanc noxam condonet. Quibus adeuntibus, & rogantibus, ſenex quaſi ſtatua nihil flectebatur, negabatq́ omnino diſcipulo reditum in cellam. Et dicebat monachorum quidam: Poſſes ſaltem ei, qui peccauerat, aliud mandatum iniungere, & non mox à contubernio tuo expellere. Tunc placatus, inquit; Si uolet hanc inobedientiã ſibi dimitti, id mandati faciat oportet, ut tranſiens per circuitum noſtræ labræ, ideſt monaſterij, per ſe ipſum in ſingulis monachorum cellis ſordium domunculas & latrinas expurget.

Perfudit hic ſermo patres rubore, unde & ob rigorem ſenis ſtupefacti, & ſubtriſtes abierunt. Quibus Ioannes occurrens, ſeruataque ſolita pœnitentiæ humilitate, interrogabat de patris ſententia. Illi autem reſponderunt, adeo ſe ſtupefactos auſteritate ſenis, ut uereantur ſententiam eius eloqui. Non ceſſabat tamen rogare Ioannes, quanuis multum erubeſceret, unde patres perſuaſi, deformem illam expurgationem narrant. Ipſe uero ſententia (præter ſpem omniũ) ualde lętatus, inquit; Id mihi facile erit, atq; adeo uoluptati ſummæ. Igitur è ueſtigio abit, & conquiſitis acceptiſque ſcopis, necnon alijs purgatorijs inſtrumentis, cellã eius, qui propius ſenem habitabat, accedit, eamq; ingreſſus, manus illas inquinare cœpit, quæ multis antea aromaticis odoribus fragrabãt, dexteramq́ illã a Chriſto medicatã, luto ac ſtercore conſperſit. O miram uiri demiſsionem. Vt ergo ſenex probauit multifariã Ioannis obedientiam & profunditatẽ, immo altitudinẽ magnæ uereq; humilitatis, occurrit, in brachia ſuſcepit, ceruicem eius amplexatus eſt, oculos & faciem demulſit, humeros deoſculatus eſt, & ait; Quàm beatæ obedientiæ athletã ego genui in Chriſto. Ioannes autem ſenilibus ſermonibus adhuc magis erubeſcebat, iterumq́ pronus cadens quaſi corã Deo proſtratus, lachrymis terrã rigauit. Non enim ſermonibus paternis inflabatur, neq; ſenilibus præconijs intumeſcebat. Ita enim ſe rem habere ſcio, intelligente laudibus humiliari, præconijs contriſtari, & ad Deũ magis extolli. Poſt hæc pater filiũ ſubleuat, & arrepta manu, in cellã cum gaudio inducit. Diceres recte Ioannem in Eden reſtituit, in quo prius primũ Adam per inobedientiã figurabat, iam nouũ effigiabat Chriſtum, per ſummam illam, quam in ſeipſo declarabat, obedientiam.

Non multo poſt uidit ſenex inſomnium puriſsimũ, & audiuit uocem: Vt quid fontem obturaſti, qui profundere poſſet tam dulce flumen, tanquam nectaream aquam? aquam ad refocillandas animas; aquã, quæ gratior ea, quæ raro miraculo è petra ſcaturijt; aquam, quã bibere Dauid deſideraret; aquam, quam Samaritanæ dominus dedit: permitte fonti curſum. Fluet largiter, & in omnem orbem terrarũ ueniet, aqua copioſa, quæ hæreſium maria obteget. Sitientes ad aquam hanc feſtinanter ueniant, & quibus non eſt argentum uitæ puræ, diſtractis affectionibus ſuis, à Ioanne mercentur omnẽ in doctrinis & operibus ſyncerã puritatem. Hic accipiet propheticã citharam, & Dauiticum illud pſalterium & cantabit cantica
14 noua, cantica domino Deo, tranſcendet carnẽ Moſi, & modulationibus
Hic cãtabit hymnos chorauliam Mariæ; fabulæ erunt Orphei ſtultæ melodiæ. Hic 14 cantabit
Cherubicos. hymnos cherubicos, hic imitabitur eccleſias & filias Hieruſalem. Hic

adoleſcentulas faciet tympaniſtrias,cantantes canticū nouum Domino, annunciantes mortē Chriſti & reſurrectionē.Hic recte docebit fidei dogmata,& hæreſium diſtortas obliquitates infamabit, eructabitq́ʒ cor eius ſermones bonos,& dicet mirabilia opera Regis. Sub diluculum autē ipſum,pater qui noctu arcanis initiatus,Ioannem ad ſe uocauit,& inquit;O fili obedientiæ Chriſti, aperi os tuum, ut attrahas ſpiritum, immo quem prius in corde tuo concepiſti,per eos tuum eructa. Os enim tuum loquetur ſapientiā & intelligentiam,quam nunc multo tēpore in corde tuo meditatus es. Aperi os tuum,non in parabolis,ſed ueriloquijs,nō in ænigmatis,ſed dogmatis. Loquere ad cor Hieruſalem,quæ uidet Deum, pacificæ ſcilicet illius eccleſiæ,non ſermones temere & in aërem fluentes, ſed quos in pectore tuo ſpiritus ſanctus ſcripſit. Aſcende in montem Sina, uiſionū & reuelationum Chriſti, & ſicut te humiliaſti in abyſſos uariæ humilitatis,ita nunc aſcende in montem ſanctæ eccleſiæ, & prædica euangelizans Hieruſalem,in fortitudine exalta uocem. Glorioſa enim dicta ſunt de te. Ignoſce autem mihi, ſi qua in re obſtaculo tibi fui.

Ex ea hora cœpit Ioannes hymnorum cantilenas, & melliflua cantica concinnare, quibus adhuc lætificat eccleſiam, & locum tabernaculi admirabilis,ubi auditur ſonitus feſta celebrantium. Præterea autem & panegyrico ſermones tradidit,ſacramq́ʒ paginam à Deo conſcriptā exarauit. Inſuper in myſteria theologiæ,& aliorū ueræ fidei dogmatum, ſuccinctiorisq́ʒ tam intelligibilium, quàm ſenſibilium conſiderationis, ianuam introductionis,& egregiā inuitationem ſcripſit,quam ego cœlū uoco, quia tanquam ſtellis fulgebat,rectis demonſtrationibus, collectis à ſcientia tā naturæ,quàm ſcripturæ.In eum librum qui non reſpicit,& eius pulchritudine non oblectatur,is nimirū uel cęcus uel excæcatus eſt. Miſerum autē dico,qui tam diuinitus inſpirata indigne tractat.Præterea longos aliquot ſermones conſcripſit. Item libros de præclara 15 adoratione uenerabilium imaginū. Habebat huius laboris adiutorem Coſmam,fraterna fide adiuuantem,quem & alias fratrem in diuino ſpiritu ſortitus eſt,qui & ſtudiorum & educationis,& monaſticæ exercitationis ſocius fuit. Qui & ipſe Ioannem in ſpiritualibus canticis fœliciter inuitatus,& canora eccleſiæ cantica ſuccinuit in cithara & uoce pſalmi,corpus ſuum(affectus mortificando)Deo in tympanum exhibens, ſeipſum autem in pſalterium decachordum,in chordis quinq; ſenſuum,& paris numeri animi uirtutū. Coſmas ille Epiſcopus Maiumanus à patriarcha Hieroſolymitano ordinatur,licet ui adactus. Qui ubi commiſſum gregem rexit bene, & omnino ſicut Deo gratum, deinde in ſenectute bona,ad patres ſuos abijt, immo ad Deum migrauit.

15 *Scripſit libros de præclara adoratione, uenerabilium imaginum.*

Idem Hieroſolymorum gubernator diuina inſpiratione etiam Ioānem uocat,& ut ex cathedra ſeniorum Deum laudet, 16 presbyterum ordinat,qui tamen mox ad diuini ſabbæ ſpeluncā rediens,& in ſuum nidū (ut dicitur)ceu ſublimæ uolans aquila,ingreſſus,non hoc ſapiens dictum ſecū uerſabat;Presbyteros gemino dignandos honore, ſed dictum ipſum aliquatenus immutabat,contraq́ʒ ſe uertens dicebat; Præsbyteris curæ eſſe debere geminam humilitatē;presbyteris in duplū eſſe laborandum,nēpe & in his quę animę,& in his quę corporis. Sunt autem in nobis perquam multa,quæ etiam ab his,qui ſe multū exercent, incognita ſunt, niſi ualde

16 *Ecce quomodo epiſcopi ordinant presbyteros. Ecce quomodo nō omnes ex æquo ſunt externi ſacerdotes, quia ſi hoc eſſet, non opus haberet ioānes noua ordinatione.*

ſobrij ſint, maxime ſi internũ hominẽ contemnãt. Occulta igitur illa (qualia ſunt fraudes, inuidia, ſuſpicio, latens arrogantia, uana mẽtis occupatio, mores intrinſecus tabidi & corrupti, inflatio ex humilitate corporis, continentia cum uoluptate, propriæ uoluntatis uendicatio) Ioannes ut emente ſua radicitus euelleret, labores laboribus adijciebat, & in primis ſpirituales. Quippe ea quæ prius lucubrauerat, denuo ſub incudem reuocans, diligenter conſiderabat & recognoſcebat, corrigens & uerba & ſententias, caſtigans diſpoſitionẽ, honeſtans ſi quid luxurians & immodice floru lentũ occurreret, cauens magnopere, ne ſermones ſui uel oſtentatione uel leuitate uolutarentur. Etenim ſapienti cuiq; uidere licet (modo lucubrationes eius aſpiciat) quomodo ſermonis grauitati decorem, ſententiarũq; ſublimitatem conuinxerit.

Iam quis zelum eius pro pietate, ex ſermonibus eius ſatis laudauerit, quod omnibus ſapientiæ diuitias tã liberaliter diſtribuerit? Adeptus enim ſcientiæ talentum, ipſum non in duplũ modo, ſed & in decuplum multiplicauit. Parcior ſum augendo numerũ, ne terminos euangelicos tranſgredi uidear. Nam quod ex Damaſco, & poſtea ex Palæſtina in eos, qui uenerabilium imaginum, in Conſtantinopoli direptores erant, & contemptores, inuectus eſt, nihil eum aliud impulit, quam zelus diuinus. Vnde Megapolitanum illud egregium decus, cui cũ protomartyre Stephano nomẽ commune, qui & ſicut ille lapis pro Chriſto, & pro imagine eius ad cœlũ recurrit. Is meminit ſermonum, & contradictionum eius aduerſus impios abſcentes, uocans eum uenerabilem atq; deiferum. Et licet ſummo ſacerdotio initiatus non ſit, ſi tamen ueritatem ſcrutaberis, uidebis & martyrij redimiculis uiri caput cinctum; propter quam enim cauſam ſibi deſecta, quam quod ob pietatis zelum oborta ſibi fuit calumnia?

Poſtremum poſtquã ſic uiuens conſumauit monaſticæ exercitationis curſum, tenuit fidem, immo dilatauit lucubrationibus, confirmauit doctrinis, & apud poſteritatem, cui profuit, ſolidauit, continuauit, & conſeruauit,
17 tandem ad Chriſtum, quem dilexit, aſcendit, & nunc illum non imagine uidet, nec in effigie adorat, ſed detecto uultu 17 gloriam beatę trinitatis facie ad faciem ſpectat.

Anima Ioannis in cœlo gloriam beatæ Trinitatis facie ad faciẽ ſpectat.

Quapropter oportebat hunc athletã, hunc aſcetã, hunc eccleſiæ adornatorem, ueritatis aſſertatorem, exercitationeq; ac dogmatũ ſcientia conſpicuũ, dantem intelligentiã non intelligentibus, præſcribentẽ decreta rudibus,
18 hunc, inquam, oportebat pro uirili noſtra laudatorijs ſermonibus efferre, non quaſi ei aliquid gloriæ dicendo addamus, ſed 18 ut ipſe noſtri uiciſsim memor ſit in cœlis, utq; nos adhuc in terris peregrini, cœleſti gloria precibus ſuis adimpleamur, illa, inquam, gloria, quã Dauidis teſtimoniũ filiæ regis tribuit, & intra regiam animã habitare perhibet, dicens: Omnis gloria filiæ regis intrinſecus.

Sancti in cœlo ſunt noſtri memores, & precibus ſuis cœleſti nos gloria adimplẽt.

19 Et ô beatiſsime, ignoſcẽ mihi, proq; me apud Deum feruens, & irrepudiabilis 19 interceſſor eſto, eo quòd bonũ hoc conuiuium ab alio inſtrũctũ, licet tumultuario, & ut potuit homo ille, ego ingenti deſiderio, & ſumma diligentia in hunc ſermonem tranſtuli, dolens hunc in Arabum ſermone iacere neglectũ Incitatus autem ſuũ, quòd & ego tuo nomine gaudeo. Diligentiam autem tua benigna uiſitatio adiuuit plurimũ. Fac, obſecro, & me (tametſi corpore adhuc peregrinum) trinitatis adortatorẽ nõ craſ-

Ecce quomodo ſanctũ Ioannem inuocat.

ſum & carnalem, ſed ſpiritualem. Fac totum hinc corpore abſcedentem, totũ contemplationis amore peregrinũ, totum holocauſto amoris diuini conſecratum, & cum è carne migrauero, nullis adhærentibus affectionibus, fiducia bona tecum corã deo ſtatuar, quem decor omnis gloria, honor, & adoratio, nunc & in ſecula, Amen.

VITA SANCTI MAXIMI EPISCOPI & Abbatis, per D. Euſebium Emiſenum ſcripta.

Habetur in opere Homiliarum eius ad populum.

LOcuturi de perfectione ſummi antiſtitis & confeſſoris, multum ueremur ne 1 merita eius, dũ affectus prędicationis inſinuat, tenuitas ſermonis abſcõdat. Qui cũ a prima ætate nouis uirtutibus uſq; ad finem quaſi ſemper inceperit, inter ipſa primordia cõſummatus apparuit. Diu ille ſub habitu ſeculari, Chriſti militem geſsit, diu ſanctæ uitæ, quæ ſola deerat, profeſsionẽ negauit; diu in hunc mundum poſitus, extra mundũ fuit; diu ſeductori impoſturam fecit, diu mentientẽ fefellit: & cũ iam eum mundus animo non agnoſceret ſuum, uel ſolo tamen corpore tenebat alienũ, ac ſic publica conuerſatione ſuſcepta, non tam cępit eſſe quod non erat, quàm prodidit quod latebat. 1

Nota ſancti merita.

Inter hæc ſtupebat in ſinu ſuo patria ciuem ſuũ peregrinari, & intra fines proprios nouæ conuerſationis legibus exulare. Nondum quidem uiſibiliter exierat de terra ſua, & cognatione ſua, & de domo patris ſui: Sed iam ſpiritaliter reliquerat terrã ſuam, quia nullis inclinabatur concupiſcentijs actibusq; terrenis: iam reliquerat cognationem ſuã, quia nullis iã carnalium neceſsitudinũ detinebatur affectibus, nullis uitiorum, quæ per longam conſuetudinẽ proxima & cognata animæ efficiuntur, uelut parentũ conſtringebatur amplexibus. Iam reliquerat domum patris ſui, quia in inquiſitione æternæ illius patriæ, ſupernis intentus, exceſſerat.

Tum itaq; patriarcharũ in ſe complexurus figuram, ſubito totum reliquit, ut illũ poſſet obtinere, qui totus eſt, dicturus cum Apoſtolo: Ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Omnibus prorſus cupiditatibus, uelut indumentis exuitur, abijciuntur cum ſeculo extranea bona, ut magis propria ornamenta clareſcant. Iſta 2 eſt uera & perfecta conuerſio, quando non ſolũ poſſeſsio negligitur in rebus, ſed etiam paſsio corporaliter, de domo & de loco ſuo diuina uocatione dignus egreditur, tanquã Iſaac a patre uiua Chriſti hoſtia futurus offertur, & ſuper inſulæ Lirinenſis aram, totis humeris crucẽ Domini baiulaturus imponitur, de qua quidẽ ara multæ piorũ animæ in holocauſtum, & in odorem ſuauitatis aſſumi, inuidenda conſummatione meruerunt. Super hanc itaq; arã per contritionem carnis & ſanguinis, ſemetipſum Deo immolat, & ſicut illic pro Iſaac aries occulta myſterij diſpenſatione ſupponitur, ita hic dũ in illa ſancta cõgregatione de milite conſurgit, & in principem promouetur, ex oue in gregis arietem commutatur. 2

Vides quod uera euangelica paupertas, actualem & uoluntariam, non autem neceſſariam rerum omnium deſertionem requirit, & hanc etiam antiqui Monachi profitebantur.

Legimus beatum Iacob, cum de patria fratrem fugeret, ſine ullo ſubſidio, ſolum in baculo ſuo tranſiſſe Iordanem, & poſt longe peregrinationis abſentiã, cũ magnis opibus duabus etiam honorabilem coniugibus, ut tunc licebat, ad patriã reuertiſſe: Ita hic ſanctorũ eximius, patrẽ, ac fraternitatem ſuã fugiens, ſe ſolum ex omnibus portans, in ſpiritu tanquam

in baculo tranſmiſſum, anguſtiſſimo freto deſerit. Lirinenſis ſedē, imo la tebram petit, ubi a mundi, tanquam ab inimici periculis tutus, multis laboribus deſudatis, tanquam aliam in matrimoniū ſumpturus, & quaſi annorū hebdomade tranſacta (nam plenis ſeptem annis ibidē Chriſti gregē pauit) Rachel acquiſiturus, præfertur inſulæ, præparatur eccleſiæ. Quia quantos ibi Iacob iſte noſter uirtutū inſtitutionibus ſacerdotes, quantos in Chriſto genuit patriarchas, quantas ibi, o pater luminū, meritorum au ctor, donorumq́ largitor, quantas ille diuitias uobis ac patriæ reportandas, quantos ille theſauros animabus ueſtris, dum in illo camino humiliationis excoquitur, congregauit? Quanta ornamenta, quanta monilia fabricatus eſt? Vobis enim iſte athleta Chriſti in illo agone ſudauit, uobis dum ſe extollit, fructificauit, ſibi illic ſerens, uobis colligebat: ſibi quærēs, uobis neſcius acquirebat: Sibi paraturus præconia, uobis ſoluturus uſuram: uobis hæc ſpiritalis columba cibū de illa Chriſti menſa, & angelica congregatione capiebat, uobis potū de illo gratiarū fonte ſitiens ſauciebat, ut quaſi mater ſolicita eſcas, quas de illo uitæ horreo ſumpſerat, in ſenſus noſtros pleno de corde transfunderet. Vobis prophetica hęc apes, ſalutifera in illo alueario mella confecit: ueſtris quidem conſpectibus deerat, ſed ueſtris profectibus militabat. Sic Lampas magna non ſibi accenditur, ſed lumen ſuū eminus & circūiecta iaculatur, ſpecioſum fundens flāmeum doctrinæ fulgorē, & uniuerſis qui aſsiſtunt, integrum, & ſingulis totū. Merito ſe uobis imputet beata illa inſula ex hoc uno atq; unico munere, licet multū erubeſcat ex alio, uir ille præcipuus, illic doctus, ut hic doceret: illic ditatus, ut hic fœneraret: illic illuminatus, ut hic fulgeret: illic purificatus, ut hic ſanctificaret; & ut hic exercere poſſet confeſsionis curationē, illic quæſiuit aromata & pigmenta uirtutū. Sic induſtrius atque auidus negociator, extera atque longinqua expetit, collaturus regionibus ſuis peregrina ac precioſa commercia. Abſentat paulisper a patria, ut nouas opes ac diuitias tranſmarinas reportet ad patriam

Gratias tibi domine, qui tam conſpicua ad inquirendum te luminaria in noctem mundi huius accendis, per quæ & ad uiam ſalutis poſsint uenire, qui cupiunt, & excuſationem non poſsint inuenire, qui negligunt. Fœlix itaq; terra, quæ talem genuit, fœlicior quæ erudiuit. Sit, ſanctificata q̄ dedit, ſit benedicta quæ reddidit. Beatus et ipſe cōmunis pater, quem & illic honoratus accepit, & hic honor rapuit. Dignus cui primus ille fundator gubernacula Lirinenſis nauis poſt ſe moderanda committeret. Dignus cui tanquā Helias ad ſuperna migraturus Heliſæo diſcipulo palliū pietatis & gratiæ, ac præclara 3 meritorum indumenta traderet, & in ſe augendus, & in filio duplicandus. Dignus, inquam, hic, cui ille pĳſsimus pater honoratus, tanquā Moyſi primi populi, primus princeps ductandi per deſertum Iſraelis legem traderet, & quaſi fortiſsimo Ieſu Naue, pia iura transfunderet, electo utiq; ac ſatis probato, qui ſacrum ad promiſſa cęleſtia promoueret, ac perurgeret exercitum. Hoc itaque duce ſanctæ congregationis ſplendidiſsima illa die ac nocte columna non defuit: ſed ſemper eos tanquam gemina fidei atq; operum lux præceſsit.

3 *Cui præclara meritorum indumenta traderet.*

Quantas hic in illo deſerto, ſicut Ieſu Naue legimus, nequitiarum ſpiritalium exercitatiſsimus debellator, quantas in conuerſorum cordibus gētes peremit? Quantas nationes inuiſibiliū aduerſariorum, quæ Iſraelem

de regno excludere conabantur, extinxit? Studens in homine, uelut in terra ſancta, tanquã hoſtem interficere paſsiones, ac tãquam Dei populum introducere ac plantare uirtutes, & quaſi cultris lapideis, id eſt fortibus Chriſti præceptis, concupiſcentias reſecare, & circuncidere uoluptates, et non minus exemplo ꝙ imperio, militũ pectus armare, atque ad deſideriũ ſupernæ hæreditatis accendere. O uirum perfecti exercitus idoneum ducem. O uirum per omnia Deo dignum.

Eminebat (ut ſic dixerim) in ipſo habitu animi fortitudo, in ſpecie exterioris ipſam putares expreſſam imaginẽ ſanctitatis, terribilis inceſſu, reuerendus aſpectu. Crederes quod ſemper inuiſibilem illũ hoſtem, ipſa uultus ſui uirtute terreret. Metuendus ſeueritate, benignitate uenerandus, auctoritatis cenſurã humilitatis manſuetudine temperabat. Minabatur quidem frontis auſteritas, ſed cordis ſerenitas blandiebatur. Ac ſic conueniẽte in uno diuerſitate gratiarum, Paulus apparebat in uultu, Petrus in ſpiritu. Illius diſtrictionis, huius erat pietatis æmulator; ita ut cum præſentiam eius uix ſuſtineres, abſentiã ferre non poſſes. Internorũ autem bonorum ſuorũ formas ac ſpecies, ſicut nemo ad plenũ inſpicere potuit, ita nemo ſufficit explicare. Quas ille ſicut extollere ſtuduit, ita elaborauit occulere, ut de ornamentis ſanctæ animæ ſuæ dictum accipi poſsit, omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbrijs aureis, circumamicta uarietate. Digne in fimbrijs aureis, quia magis ac magis in operũ ſuorum fulſit extremis. Digne, inquam, in fimbrijs aureis, quia pretioſior ſe ipſo in nouiſsimis fuit. Et ſicut hic dixit, in ueſtimentorũ fine, ita ille in actuum ſuorum conſummatione plus claruit. Itaq; dum illa ſancta congregatione beatus magiſter angelicis ſtudijs ſcholam Chriſti imbuit, ſplendebat 4 omnis inſula, radiata ac repercuſſa ſuorũ luce meritorũ: & quicquid ab uno ad uniuerſorũ gratiam perueniſſet, rurſum ab uniuerſis ad unius gloriam reuertebatur: & quaſi nobilitas aquarũ, ad fontis magnificentiam redundabat. Inter hæc ille cum uellet augeri, nolebat agnoſci: quia hæc eſt natura iuſtitiæ, ut quanto ſtudioſius abſcondi optat, tanto clarius innoteſcat, & occultatio ipſi proditio ſit.

4 Splendebat omnis Inſula ſuorum luce meritorum.

Paſsim per populos conſcientia tantorum bonorũ fama uolitabat, & odorem amenißimæ ſuauitatis longe lateq; fundebat. Eminebat in admirationem omniũ uelut ciuitas ſuper uerticem montis expoſita, nec iam lucerna poterat latere ſub modio, nec recipiebatur, nec continebatur ultra latibulum ſuum exundans ſiderei luminis magnitudo. Ambiebant illum diuerſæ patriæ; ſed uel maxime proxima eremi ciuitas, quæ territorij ac finium ſuorũ incola, uelut proprium amplectebatur indigenam. Ambiebat illum proxima eremo ciuitas, quæ inter locũ hunc & inſulam (ut noſtis) interiacet. Qua ille ſuſpicione percuſſus, triſtem parat egreſſum, ac longinquam meditatur exilium; ſed repentino occupatus aduentu inſiſtentium ſacerdotum, petit (quod licuit ad momentum) amica ſibi, ac negotio ſuo, condenſa ſyluarum.

Irruentibus fidelium turbis uentilantur uniuerſa, profunda eremi ſecreta uerſantur. Sub nudo axe cœli trium dierũ ac trium noctiũ imbribus uerberatur, ſicut & ipſe ſum teſtis. Videntur quoq; mihi nimbi inquiſiſſe latẽtem. Mœret cuncta inſula periculũ patris, plus iam in eum expaueſcit iniuriam, quam rapinam. Gratias inter hæc cœleſti diſpenſationi, pro ſuis me-

ritis quæritur, pro ueſtris non inuenitur. Ipſe interim locus dedit latebrã, qui inquirendi intulerat cauſam, & qui collatos exponebat ad gratiam}. Non poſt longum tempus (ut meminiſtis) ſancto orbata paſtore populi præſentis eccleſia, piam ſupplex filijs mandat legationem, repoſcit patria iuſtioribus deſiderijs pignus ac depoſitũ. Quo ille comperto, inſtructo remige profugus euolat ex dulcibus locis, atq; ex finibus gallicanis. Teſtatur uiolentiores nunc poſt ſe pietatis inſtantia longius abſcedendo.

Quid te, ſancte, atq; humilis Chriſti ſerue, tuorũ complexibus præcipitem rapis ſine cauſa? Quocunq; loci laterẽ arbitratur, quem ubiq; lumen ſuũ ſequitur? Quid diffugis gloriam, quæ plus additur, dum timetur? Quicquid libet, agas, incaſſum te patriæ per fugam denegas, cui te nuper fuga ipſa ſeruauerat. Quid honorem quaſi indignus repellis? Meriti prærogatiua eſt honoris repulſa. Quo fugis magiſter diſcipulos? Quo pater filios ſanctæ patriæ tuæ in te pendentes, & poſt te deficientes? Quanto te plus ſubtraxeris oculis, tanto magis ingeris deſiderijs. Qui tabernaculũ illud Chriſtianorũ principibus, id eſt, apoſtolis ipſe condidit, eccleſiam in montis huius uertice inæſtimabili labore fundauit.

Parua hæc ſunt in illius cœleſtibus geſtis, plus eſt quod inſinuat uobis timore diuino & lumine ſupernæ agnitionis infuſa in ſe quaſi ſupra ſpiritalem montem fidem & ſpem plebis, & eccleſiæ huius erexit, & ſancta in uobis deo templa conſtruxit. Et quia ſuperius memorauimus quàm magnifice inſulano illo ſtadio perfectionis uias cucurrit, plus eſt quod huc inſulam ipſam inſtitutis ac ſtudijs ſuis tranſtulit. Et qui iamdudũ in abbate pontificem geſſerat, poſtmodũ abbatem in pontifice cuſtodiuit, neglector quietis, fugax uoluptatis, appetitor laboris, patiens abiectionis, honoris impatiens, pauper in pecunia, diues in conſcientia, humilis ad merita, ſuperbus ad uitia, locuples in donis dei, ſic in ſe excoluit gratiam unamquamq; quaſi ſolam; pauci ſic tenuerũt ſingulas, quomodo ille in ſe impleuit uniuerſas, ſemper in operis exercitio, ſemper in compũctionis affectu; ſemper occupatus, & ſemper uacans. Nulla illi ex omnibus propenſior fuit cura, niſi aut de deo in lectione atq; ſermone, aut cũ Deo in oratione loqueretur, & illũ uelut Moyſes facie ad faciẽ cõpellaret in corde, eumq; quaſi præſens præſentem ad implenda promiſſa ſua, uoce imi pectoris cõueniret. Cũ qua uoce cognitionis puræ atq; pinguiſsimę, & areſcentis medullæ, atq; continuatis ieiunijs oſſa clamabant, ſtudens de perſecutore ini quo longo triumphare martyrio.

Quid inter hæc dicam? exhauſtorũ magnitudinem membrorũ prodebat robur antiquũ, & ita mortificationem Chriſti præferebat in cruce, ut reliquias quaſdam uideres in corpore. Ita autẽ mẽtem eius repleuerat auiditas futurorũ bonorum, & ignea diuini timoris ebrietas, ut abſtinentiã & inediam ſummam duceret. Tu erga te fatigas quidem uotũ, ſed producis affectũ. Vno eodemq; tempore, dum a patria probaris, patriam probas. Tunc impletũ eſt circa uos, dilectiſsimi fratres illud euangelicæ promiſsiõis oraculũ: Petite, & dabitur uobis: quęrite, & inuenietis. Sicut uerum ſacerdotem decebat, prudentia legitur, fide quæritur, pietate reuocatur. Sequuntur illum atq; comitantur, & ingrediuntur cũ illo fines ueſtros non extranei, ſed proprij ac domeſtici ſuffragatores, id eſt. principiũ ſapiẽtiæ timor domini, compunctio, purificatio, perfecta religio, & uniuerſus

religionis chorus, ſanctitas, benignitas, caſtitas, ſapientia, iuſtitia, miſericordia.

Ecce qualiter ambitioſus ueſter a uobis, ecce quali pecunia ſacerdotiũ comparauit. O admirabile negotiũ, o cœleſte commerciũ. Vnde emit, ipſum eſt quod emit, ideſt quia uerus meritorũ honor non alibi, quàm in ipſis meritis cõtinetur, uitæ perfectio, propter quam a uobis eſt inquiſitus, ipſa eſt epiſcopatus. Interuenit autẽ in medio huius negotij hęc ipſa illius ſanctitas, & ſalus ueſtra; nemo neget, nemo neſcire ſe ſimulet. Inde uos ademit, unde uos ſępius (ut confidimus) a peccatis redemit, quærebatis magnum, ſed uere ſummum reperiſtis, probaſtis in illo plane, & impleta ueſtra et exuperata iudicia: plus uobis uita illius reddidit, quàm fama promiſerat. Sicut autem legimus euangelicam illam ac beatam mulierem, effracto alabaſtro nardi pretioſi, unguentũ ſuper carnẽ domini profudiſſe, ita glorioſa illius anima aperuit latentes in ſe diuitias cœleſtiũ munerum, & de armario ſuaueolentiũ uirtutum, aromata ſanctificationũ et gratiarum ſuarũ ſupra omnem hanc eccleſiam, quæ eſt Chriſti corpus, effudit, & ad ipſum caput membrorũ iuſtificatione tranſmiſit. Et uere (ut dixi) repleta eſt uniuerſa hęc domus Chriſti ex odore cœleſtis unguenti.

Quid dicam eius uoluntatem, ut fierent ei lachrymæ panes die ac nocte, & pro cibo ac potu hęc ſecũ inceſſabiliter ruminaret; Quando ueniã, & parebo ante faciem dei? Vt pręter uitam nihil eſuriret, præter iuſtitiam nihil ſitiret, ut pręſentia, tanquam inania, atq; tranſacta, abſentante ſpiritu non uideret, & in futuro repoſita, tanquam oculis ſubdita concupiſceret, & in latitudine cordis ſui ſpe diſponente, atq; imaginante depingeretur, ut faſtidio eſſent quæ ſe aſpectibus offerebant, deſiderio autem illa quæ ſe ſenſibus inſerebant: ut quanto amplius de ipſo ſapientię fonte libaſſet, tãto ardentius æſtuaret? Habet etenim hanc uim dulcedo cœleſtiũ pulchritudinum, ut quanto intentius quęritur, tanto intentius deſideretur. Ingerunt de cupiditate appetitũ, & non faciunt de ſatietate faſtidiũ. Sicut de ſe ſapientia ipſa teſtatur: Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibũt me, adhuc ſitient.

Et ideo loquebatur, credo, ſecuro in conclaui, & in cubiculo ſuo beata illa anima: O fragilitas humana, exiguũ eſt quicquid agis propter ſpem æternorum. Quantalibet acquiſieris, non deſiſtas, quia adhuc ſupereſt quod requiras; ac totũ ei uidebatur parum, quicquid adhuc recipiebat augmentum. Vrgebat ſe apoſtolicis adhortationibus, ſicut dicit: Bonũ (inquit) facientes non deficiamus; tempore ſuo metemus non deficientes. 5
Quid eſt ergo bonũ facientes? ideſt ſi homo non impoſuerit finem 5 operi, nec deus imponit remunerationi. Quantũ enim ſerimus in operibus, tantum metemus in fructibus. Et qa non ad menſuram dat deus ſpiritũ, quantum ſe auiditas inquirentis dilatauerit, tantũ ſe aperiet manus retribuentis ad præmiũ. Oportet ergo ut anima in bonorũ deſiderijs ſemper exerceatur, quæ nullis in proficiendo terminis cohercetur in comparandis ſibi cœleſtibus ornamentis. Nullam patitur legem, cui accedere conceſſum eſt uſq; ad diuinæ imaginis dignitatem.

Conſidera has omnes uoces
Opus
Remuneratio
Fructus
Retributio
Præmium
Ergo ſunt ſanctorum merita apud Deum.

Inter hæc ille exercitio infatigabiliter accinctus, ad 6 noua merita, nouus ſemper aſſurgens, corpore in terrã poſitus, conuerſatione in cœlis fuit, & inuictũ contra peccati iacula timoris perpetui ſcutum tenuit. Vocem il

6
Ad noua merita no-

uus ſemper aſſurgẽs. Iam beati Iob inceſſabiliter ſecũ uoluebat: ego autẽ ſicut fluctus ſuper me tumentes timebam deũ. Fœlix terra, quæ talem genuit, ac de alumno patronum, de homine angelum ad auctorem remiſit.

Huius ergo tanti ac tam præclari, quæſo, ut nos & diſcipulos meminerimus, & filios; rapiat unuſquiſq; quod poſſumus de bonis inteſtati parentis. Hic de hæreditate eius aſſumat holoſericã, geſtorum uarietate pretioſiſsimam, hic manſuetudinis ac ſimplicitatis occupet talentũ, ille deus pectoris, beneuolentiæ ac ſapientiæ monile ſibi uindicet; hic margaritã compunctionis, & theſaurũ caſtitatis inuadat. Licet enim ille locupletiſsimus Chriſti amicus, quicquid habuit integrũ ſecum tulerit, & nobis tamen ſi uolumus, totũ reliquit. Ita ergo agamus, bona illius conſectantes, ut qui in æternam gloriam ſuſcitandus eſt ſub fine ſeculorum, redditus eccleſiæ ſuę, per rediuiua in filÿs merita iam ſurrexerit.

Habetur in libro uitarum ſanctorum patrum, apud Coloniã nuper excuſſo necnon in libro Monachorum ſancti Nazarij Veronenſis in pergameno iam 300. annis manuſcripto.

PROLOGVS VENERABILIS PAVLI DIACONI eccleſiæ Neapolitanæ, in uitam & conuerſationem beatæ Mariæ Ægyptiacæ, qualiter in eremo expleuerit tempora uitæ ſuæ.

SEcretum regis celare, bonum eſt; opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificũ eſt. Ita enim legitur angelũ dixiſſe Tobię: poſt oculorum amiſsionem, glorioſamq; illuminationem, & poſt illa tranſacta pericula, e quibus liberatus, conſequutus eſt Dei pietatem. Etenim regis ſecretum manifeſtare, nociũ & ualde periculoſum eſt; & Dei glorioſa ſilere opera, magnũ eſt animę detrimentum. Propter quod ego diuina tegere ſilentio dubitans, & pigro imminens ſeruo, metuens cõdemnationis iudiciũ, qui à domino talentũ accipiens, & fodiens in terram abſcõdit, & datum ad operationem celauit extra negociationem, ſacram ad me prolatam narrationem nequaquam ſilebo. Sed nullus mihi ſit incredulus ſcribenti de eis, quę audiui, nec quiſquã me mentiri æſtimet de rei magnitudine dubitans. Mihi autem abſit ſacris mentiri rebus, & adulterare uerbũ, ubi Deus memoratur. Eius autem qui minime intelligit, & indignus eſt de Dei magnitudine, qui carnem aſſumpſit, & incredulus eſt iſta dicenti, non mihi pertinebit periculũ. Si qui autem illi ſunt, qui huius ſcripturæ legerint textũ, glorioſamq; rei admirationem ſanè credere renuerint, & illis dominus miſereatur, faciatq; capaces ſancti uerbi, ne rei exiſtant Dei miraculorum, quę plura in ſuis fieri prædeſtinauit electis: quoniã & ipſi humanæ naturę infirma conſiderantes, impoſsibilia decernunt ea, quæ de hominibus ſanctis glorioſa dicuntur, ac ſumma. De cętero ad narrationem ipſam, rem refero, quæ in hac noſtra generatione facta dinoſcitur, quam ſacer uir, diuina & agere, & docere edoctus, narrauit. Sed ut ſupra dictũ eſt, nullus hæc ad incredulitatem trahat, conſiderans impoſsibile in hac fieri noſtra generatione tam grande miraculũ, quia gratia Dei per omnes generationes in ſanctas pertranſiens animas, amicos Dei facit, & prophetas; quemadmodum Salomon ſecundũ Deũ docuit. Tempus nunc eſt ſacræ prodere narrationis initium, magnum uirileq; certamen uenerabilis Mariæ Ægyptiacæ, uidelicet qualiter expleuerit tempora uitæ ſuę.

INCIPIT VITA SANCTÆ Mariæ Ægyptiacæ.

IN monaſterio Palæſtinorũ fuit uir quidam uitæ moribus,& uerbis ornatus,qui ab ipſis cunabulis, monaſticis eſt actibus diligenter inſtructus,& conuerſationibus ueraciter educatus,nomine Zozimas. Nullus exiſtimet,cognominatione nominis Zozimæ,illũ me dicere Zozimã, cui inter dogmaticos detrahebatur,ut putetur hæreticus. Nam hic alius, atq; ille alius. Multa enim inter utroſq; fuit differentia,licet unũ habuerint uocabulum. Hic enim Zozimas orthodoxus, monachicam elegit uitã in quibuſdam(ut dictũ eſt)Palæſtinę monaſterijs totam percurrens patrum conuerſationem;omniq; orbi in 1 abſtinentia repertus eſt præcipuus, ſimulq; regulas ſibi traditas,iuxta eorũ certamina,infans dũ eſſet, conſeruauit. Plura enim adinuenit de ſua propria natura,qualiter ſubditam,faceret ſpiritui carnem. Nam ita fertur certaminibus iſdẽ ſenex ignitus,ut plerią; multoties in propinquis monaſterijs aliquando, & in longinquis degentes,ad eius currerent doctrinam, eiuſq; imitarentur abſtinentiam, & ab eo informari,atq; erudiri feſtinarent. Talis enim fuit ſeni uirtutis operatio,qui meditationem aliquando uerbi ſacri nunquam negligeret. Reficiendo autem,uel à refectione ſurgendo,opus ab eius manibus nõ deſiit.

1 *Sanctus pater in abſtinentia inuctus eſt præcipuus.*

Dicebat ergo hic Zozimas, quod ex ipſis matris finibus in eodem traditus monaſterio, quinquaginta ibidem degiſſet annos, monachicũ curſum perficiens. Poſt hæc,ut ipſe retulit moleſtabatur à quibuſdam cogitationibus,dicens intra ſe. Perfectus ſum in omnibus;aliena doctrina minus egeo;putasne inuenitur quiſquam inter monachos,qui boni mihi tradere, aut ædificare poſsit,quod neſcio? Aut quam ego operatus non ſum monachicam operã? Nec inueniri poteſt in deſerto uir philoſophus,qui me ſenſu uel opere præcellat. Hęc ſecũ cogitante patre,quidam adſtitit ei, & dicit ad eũ:Bene quidem in omnibus certaſti; Optime monachicũ curſum perfeciſti. Veruntamen tu cũ nullum hominem putas eſſe perfectiorem, nam ſunt & ſalutis aliæ uiæ, quas ſi uis apprehendere, egredere de terra & de cognatione tua, & de domo patris tui, ut Abraham ille in patriarchis opinatiſsimus, & ſequere me in quoddam monaſteriũ iuxta Iordanẽ fluuium poſitum. E ueſtigio ergo ſenex ſequens præcipientem,egreſſus eſt monaſterium,in quo puſillus creuerat.

Cumq; perueniſſet ad Iordanem ſacratiſsimũ flumen, ductus uoce clamantis in illud monaſteriũ,in quo deus iuſſerat eum uenire,manu atrij regiam pulſauit. Mox ut loquutus eſt,quidam monachus regiã cuſtodiens, nunciauit eũ Abbati,qui ſuſceptus eſt ab eo. Tunc conuerſationem atq; habitũ reuerentiæ eius adſpiciens,humo proſtratus,ut monachis conſuetudo eſt,eũ adorauit. Factaq; oratione,interrogatus eſt ab abbate ita: Vnde te coniunxiſti ad nos frater, & pro qua occaſione ad nos pauperes ueniſti? Zozimas ſenex reſpondit:Vnde quidem,dicere non mihi uidetur neceſſarium;ædificationis cauſa aduenio pater. Audiui enim ſigna magna, atq; laudabilia,per quę poſſunt animę Deo appropinquare. Dixit ad eũ abbas:Deus,frater,qui ſolus humanam fragilitatẽ curare nouit,ille te atq; nos doceat ſuam diuinam adimplere uoluntatẽ,& ea peragere, quæ opti-

ma ſunt. Nam homo hominē ædificare minime poteſt, niſi unuſquiſq; ſem per ſe reſpiciendo, & ſobrietatem ſeruando, operando quę bona ſunt, Deū ſibi propinquū faciat, ſuis bonis operibus ſociando. Tamen quia charitas te uidere noſtram paupertatē inuitauit, commane nobiſcū, ſi pro hoc ad nos te coniungere feſtinaſti; ſimulq; omnes nos ſatiabit Chriſti Dei gratia, idemq; paſtor bonus, qui tradidit animam ſuam pro noſtra redēptione, uocauitq; oues ſuas nominatim. Hæc cū diceret, Zozimas faciem ſuā humo inclinauit; orantesq; pariter, & celebrata oratione, dixerunt, Amē.

Dum autem in eodem monaſterio Zozimas habitaret, uidit illic patres uirtutibus & operibus coruſcantes, & ſpiritu feruentes, ac domino ſeruientes inceſſabiliter, 2 ſtantes per totam noctis uigiliā manibus operantes, ex ore ipſorum pſalmum non recedere: ſtultum uerbū ab eorum ore non procedebat: ſecularia negocia & cauſarū curę ad eos minime pertinebant; annuos redditus, uel nomen eorum incognitum habebant: ſed unum tantū erat eis arduum uotum, ut ſemetipſos mortuos facerent corpore, ut poſſent ſecularia euadere. Cibus 3 uero illis erat ſpiritualia eloquia, corpori autem miniſtrabant, quę neceſſaria ſunt, panem tantū & aquam, ut ſubſiſterent Deo referre gloriam, & inuicem charitatem. Hęc diuina opera dum uideret Zozimas, ędificatus eſt, ualde proficiens, deitatis laudans diuitias, ſemper augendo curſum propriū, quia ſibi cooperantē inuenerat diuinam potentiam. Plurimis autem tranſactis diebus, appropinquauit tempus ſanctorum ieiuniorū; præparabantq; ſe cuncti, purificatos dominicę paſsioni, neq; ſacratiſsimę eiuſdē ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti reſurrectioni exhibere. Ianua autē monaſterij nullo modo pateſiebat, ſed ſemper clauſa manens, ad diuinitatis opera monachis quietam pręſtabat uitam, nec licitū erat eam pateſieri, niſi quidam monachorū pro aliqua neceſſaria cauſa adueniſſet. Deſertus autem erat locus, & non ſolum uiam tranſeuntibus, ſed & propinquis incognitus; quia talis regula ab initio in monaſterio illo cuſtodiebatur, & propterea Deus Zozimā ad hoc perduxit monaſterium.

2 O hæretice qui damnas Monachorum uitam, uide quæ hic referuntur de ſanctis iſtis uiris, ſi uiros eos nominare fas eſt, & non potius angelos.

3 Vide miram Monachorum abſtinētiam & ciborum delectū.

Qualis 4 autem erat illa conſuetūdo regulæ, in initio expoſitionis patefaciam. Dominicorū die prima ieiunij hebdomada, omnes iuxta conſuetudinem monachi uocabantur, ſancta dei myſteria 5 ſecundum morem celebrare Chriſtianorū, & unuſquiſque eorum ſacratiſsimum atq; uiuificum corpus domini ſuſcipiebat: parumq; ſumentes cibum, congregabantur ad orationem ſolenni ſtudio. Cum autem compleſſent orationem flectentes genua, ſenes ſe inuicem oſculabantur: deinde omnes ſe amplexantes, & pacem dantes Abbati, rogabant ſibi ab eo orationem, futuri certaminis eorum auxiliatricem fieri. Hisq; peractis, monaſterij aperiebantur regiæ, ſimulq; egrediebantur pſallentes & dicentes: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ á quo trepidabo? & cætera, quæ ſequuntur. Egredientes autem unum tantum uel duos ad cuſtodiendum monaſterium relinquebant; non qui intra poſita cuſtodirēt, quia nec erat quod à furibus raperetur; ſed ad hoc maxime prędicti cuſtodes ibidem relinquebantur, ne oratorium ſine celebratione ſolēni poſtponeretur. Singuli 6 autem ſecum deferebant uitæ neceſſaria, prout poterant, aliquanti quidem panem paruum ad fragilitatem corporis ſuſtentandam; alij autem caricas, alius uero dactylos, cęteri autem legumi-

4 Ecce quomodo etiam antiqui Monachi regulas habebant & conſuetudines.

5 Miſſam appellat ſancta dei myſteria, quæ ſecundū morem chriſtianorum celebrabatur. Non ergo Miſſa eſt recens inuentū.

6 Et hic conſidera maximam abſtinētiam & ciborum delectū.

na aquis infuſa, alij autem nihil, niſi proprium corpus, & pallium, quo ueſtiebantur. Nutriebantur uero, quoties natura compellebat, herbis quæ in deſertis naſcebantur. Igitur regulam propriam nouiter ſibi quiſq; eorū creabat, talemq; habebant immutabilem legem, ignorare aliū quæ alius operaretur certamina, eò quod Iordanē non derelinquentes, ſeorſum longe ab inuicem, & à ciuitate diſcedebant, & habebant per deſertum habitationem: nulluſq; alij adiungebatur, ſed ſi forſitā unus eorum alium longe ad ſe uenientem adſpiceret, e ueſtigio diſcedens, propoſitā itineris uiā deſerendo, ad aliam declinabat partem; & ita ſolitariam agentes uitam, ſemper pſallendo, & Deo gratias referendo, opportunum guſtabant cibum. Sic enim omnes dies complentes ieiunij, remeabant ad monaſteriū dominicorum die præcedente hebdomadā reſurrectionis domini & ſaluatoris noſtri, die 7 quo feſta palmarum ſancta celebrare conſueuit eccleſia, referens unuſquiſq; eorum proprij laboris fructum, ſuæ uidelicet conſcientiæ, cognoſcendo ipſum qualiter operatus ſit, qualeſue ſeminauerit fructus. Nulli uero erat licitum interrogare proximum ſuum, quomodo, uel qualiter præſentem exercuerit laborem, quia huiuſmodi regula tradita fuerat, qua unuſquiſq; eorum habitando deſertum; Deo tantummodo certaminis ſui curſum demonſtraret, a nullo clarificari homine deſiderantes, nullā quærentes tranſitoriam uel uanam gloriam, aut humanum fauorem; ſed ſpiritualia operando, carnalia autem atq; terrena contemnēdo, cęleſtia obtinebant. Nam demonſtratio hominum, infructuoſa opera & damnoſa ſemper acquirit. Tunc uero zozimas iuxta conſuetam regulam monaſterij, pertranſiuit Iordanem, paremq; ſecum detulit cibi ad ſuſtētionem corporis, & pannum quo induebatur. Equidem regulam adimplebat, pertranſeundo eremum: tempore uero refectionis, edebat cibum neceſſarium pro natura corporis. Soporem uero in terra iacens paruum capiebat, modicum guſtando ſomnū. Vbi eum finis diei occupaſſet, atq; iterum diluculo iter ſuum faciebat, inceſſabiliter augmentando curſum, habens deſiderium pertranſire eremum, ſperans aliquem reperiri patrēm in deſerto, qui eum potuiſſet ædificare iuxta eius deſiderium. Currebat igitur ſecurus optimā uiam, ut ei permiſſum fuerat, feſtinanterq; recurrebat.

7 *Nota dominicam palmarum quam ſancta celebrare cōſueuit eccleſia.*

Viginti ergo dierum pergens iter, facta hora quaſi ſexta, paululū ſe abſtinuit ab itineris labore, eleuatiſq; oculis ad Orientem, conſuetam ſibi celebrat orationem. Solitus autem erat ſtatuto diei tempore, id eſt, tertia, ſexta, & nona abſtinere ſe à ſui itineris curſu orationis cauſa, eleuansque oculos ad ſuperna, & reſpiciens ad dexterā, uidit in quodā loco ſtare quaſi umbraculum humani corporis. Stupefactus ac turbatus ualde, exiſtimabat phantaſma eſſe quod uidebat, & 9 ſignaculum ſibi redēptionis ſanctæ crucis faciens, ac completa oratione, uidit quandam fœminam ambulantem in parte meridiana, nudo nigroq; corpore, ex incendio ſolis exuſtam, capilli capitis eius ut lana candida, atq; parui, uſq; ad collum corporis deſcendentes.

8 *Tertia, ſexta & nona hora, orationi deputata.*

9 *Signare ſe ſignaculo ſanctiſsimæ crucis antiqua cōſuetudo fuit, præſertim cum aliquid nouū quod perterrefaceret occurrebat.*

Dum hoc uideret Zozimas admiratus, repletuſq; gaudio magno, cœpit currere ad eandem partem in qua prædicta uidebatur. Nā & illa, quæ Zozimā uidebat, ineffabili exultabat lætitia; quoniā uiderat, quod multorum annorū ſpatio minime reſpexerat, humanæ naturæ ſpeciem, neq; alicuius animalis uel uolucris figurā. Miratur ergo Zozimas, qui uel qualis

eſſet,quem uiderat,exiſtimãs quod magnam uidiſſet perſonã. Dum enim illa uidebat,de longè ad ſe appropinquantem,cœpit gradu concito fugere ad interiora deſerti. Zozimas autem contemnens ſenectutis debilitatẽ, faſtidiumq́; itineris,concito eam gradu ſequebatur, & illa magis fugam petebat. Erat autẽ Zozimæ curſus uelocior,& paulatim appropinquabat fugienti. Proximus autem ei factus,ita ut etiam uox eius poſſet audiri, cœpit Zozimas uociferari,talem emittens uocem cũ lachrymis: Vt quid fugis me hominem ſenem & peccatorum ſerue Dei uiui? Suſtine me,quicunq; ſis: coniuro te per Deum,pro cuius amore hanc habitas eremum,ut recipias me debilem atq; indignum ſenem. Coniuro te per illum, ad quẽ pro tantis tuis laboribus ſpem habes bonam æternæ retribuitionis: Colloquere mecũ dulcedinis,ac ſuauitatis uerba, & noli me derelinquere ſine mutua loquutione. Hæc Zozima cum lachrymis orante, uenerunt utriq; currentes in quendam locum,qui locus ita uidebatur,quaſi torrens ibi aliquando cucurrerit: præcedens illa, quę fugiebat ante faciem Zozimę, deſcendit,& rurſum per aliam partem loci illius aſcendit. Zozimas nimiũ fatigatus,minime potuit curſum facere. Sed magis adſtans, ex una parte loci,augens lachrymis lachrymas,& fletibus fletus, rogabat ædificationis ſibi impendi ſermonem.

Mox illa,quæ prius fugam petebat, talem emiſit uocem: Abba Zozima,quid me perſequeris? Ignoſce mihi per Deum te rogo; ignoſce mihi, per Deum peto; quia minime poſſum conuertere faciem meam ad te, eo quod mulier ſum nuda; ſed pallium quo indutus eſt, mihi porrige, ut poſſim corporis mei uerecundiã tegere,ueniamq́; ad te, ut orationes tuas accipiam. Tunc ſtupefactus atq; turbatus ſenex, eo quod audiſſet ſe uocari ex nomine,ſapiẽtia Dei,repletus,diuinaq́; refulgens gratia,intellexit,quòd non eum nominatim poterat uocare, quem nunquam uiderat neq; audierat,niſi quia ſuperna prouidentia ei reuelauerat. Statimq́; expolians ſe pãno,quo induebatur, iactauit illi auerſa facie. Illa uero ſumens eum, cinxit ſe ut potuit,& cooperuit partem neceſſariam ſui corporis; reſpiciẽsq́; Zozimam,ait ad eum: Quid tibi uiſum fuit, peccatricem mulierem uidere, aut quærens cognoſcere, tot tibi impoſuiſti labores? Ille uero genua flectens,obſecrabat,ut benedictionem ab ea acciperet: Illaq; humo proſtrata,uicisſim adorabat eum. Erant ergo utriq; proſtrati in terram, inuicem ſe adorantes & rogantes alterutrum,initium facere benedictionis. Nulla uero penitus uox audiebatur,niſi tantummodo; Benedic pater; & uiciſſim, Benedic me domina, benedic.

Dum aũt diu in hoc perſiſterent, reſpondit mulier, dicens: Abba Zo-
10 zima,tibi magis conceſſum eſt 10 benedicere atq; orare,eo quod ſacro
Sacerdotum ſemper fuit alijs benedicere.
honore presbyterij fungeris,pluresq́; annos ſanctis aſsiſtis altaribus, bene ſanctis orationibus mente repleta. Hæc audiens Zozimas, amplius territus atq; ſtupens, ait: Certe uideo mater quod omni ſpirituali gratia ſis repleta; quoniam nomen & officiũ presbyterij deſignaſti in me,quem
11 tu nunquã uidiſti. 11 Spiritalis enim gratia non propter ordinẽ uel di-
Quod hic negatur dari ſpiritualem gratiam propter ordinẽ, nõ facit pro parte hæ
gnitatẽ tribuitur, ſed magis ex bonis operibus & Deo dignis actibus acquiritur: unde & per Dominũ te adiuro, ut prius à te benedictionem accipiam, tùaq́; oratione perfrui merear. Conſentiens uero ſermonibus ſenis mulier, reſpondit: Benedictus Dominus redemptor animarum noſtrarum,

rũ. Zozimas aũt reſpondit, Amen. Moxque erecti ambo de terra, ait ſe- ni mulier: Rogo te pater, quid ad me peccatricem uenire feſtinaſti? Aut quid nudã, & ab omni bono opere infirmã, cernere uoluiſti mulierẽ? Zozimas reſpondit: Non hoc tantũ uoluntatis meæ fuit, ſed diſpenſationis diuinæ munus nos fecit utroſque uidere. Reſpondit mulier: Si ut aſſeris, per diuinam diſpenſationem actũ eſt, rogo te, ut mihi pater conuerſationẽ humani generis, quomodo ſint Reges uel paſtores eccleſiarũ narres.

Zozimas reſpondens, ait ad eam: Multifaria relinquens breui ſermone dicam mater, quod Dominus noſter Ieſus redemptor noſter, omni populo ſuo firmã pacẽ concedere dignatus eſt. Sed rogo te, ut depreceris Deum pro totius eccleſiæ ſtabilitate, ſimulq; pro peccatis meis. Reſpondit mulier ad eum: Opportunũ eſt & ualde neceſſariũ, te Abba Zozima, qui habitu & ſacerdotali ornaris officio, pro omnibus atq; pro me peccatrice orare Deũ, quoniam in hoc uocatus es, tamen propter præceptũ tuum obedire cũ omni uirtute debeo, & orabo Deum, ſicut petiſti, licet peccatrix. Et eleuans 12 oculos ad Orientẽ, manus erexit in cœlũ, cœpitq; ſilenter orare, ita ut tantũ labia mouerentur, & uox eius penitus non audiretur. Vnde ſenex nullum uerbũ orationis intelligere potuit; ſed hoc, ſibi teſtẽ Deum adhibens, dicebat, quia dũ prolixam mulier faceret orationẽ, uidit eam in loco, in quo ſtabat orans, ſuſpenſam à terra in aere, quaſi unius cubiti menſura. Qua uiſione magno compræhenſus timore, & cadens cœpit ſudoribus inundare, ſtupore compræhendi, admirationibus æſtuare, nihilq; aliud dicere poterat, niſi tantũmodo, Kyrieeleiſon.

Dum hæc agerentur, Cœpit ſenex magna dubietate anhelare, ne forte ſpiritus eſſet phantaſiæ, fingens orationem. Moxq; conuerſa mulier, confortauit eum, dicens: quid te, Abba, cogitationes tuæ perturbant? Scandalizaris in me, quia ſpiritus ſim, & fictã faciam orationem? Satiſfactus eſto, peccatricẽ me eſſe mulierculã, quæ tamen ſacro circundata ſum baptiſmate, & ſpiritus phantaſiæ non ſum, ſed fauilla, & cinis, & totũ caro, & nihil ſpiritalis phantaſiæ aliquando uel ad mentẽ reducens. Hæc dicẽs ſigno 13 crucis ſignat frontẽ ſuam, oculos, & labia, ſimulq; pectori uexillũ crucis infigens, ita dixit: Abba Zozima, Deus de aduerſario & de immiſsionibus eius liberet nos, quoniã ſuper nos multa eſt inuidia eius. Hæc audiens ſenex, proſtrauit ſe, & appræhendit pedes eius, dicens cum lachrymis: Obſecro te per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, uerũ deum & hominẽ, qui de uirgine Maria naſci dignatus eſt, pro quo nuditatẽ ſuſtines iſtam, pro quo has quoq; carnes affligens expediſti, ut nihil abſcondas à me, quæ ſis, & unde, uel quando, & ob quam occaſionẽ ſolitudinẽ hanc inhabitaſti; ſed omnia quę circa te ſunt, edicito mihi, ut Dei magnalia facias manifeſta. Sapientia enim abſcondita, & theſaurus occultus, quæ utilitas in utriſq;? Dic mihi omnia propter Deum, nec enim pro gloriatione aliquid dicis aut oſtentatione, ſed ut mihi ſatisfacias peccatori, et indigno. Credo enim Deo, cui uiuis, cum quo & conuerſaris, quoniam ob huiuſcemodi rem directus ſum in hanc ſolitudinem, ut ea, quæ circa te ſunt, Deus faciat manifeſta. Non enim noſtræ uirtutis eſt, iudicijs reſiſtere Dei: Niſi fuiſſet acceptabile Chriſto deo noſtro, manifeſtare te, et qualiter decertaſti, nec te ipſam permitteret uideri ab aliquo, nec me confortaret tantam properare uiam, nuſquam ualentem progredi, aut de cellula

reticorum, uam non intelligitur de gratia quæ confertur in collatione ordinum, ut quis ſit idoneus Chriſti miniſter, ſed de gratia hominem ſaluante, quam gratiam gratum facientem appellant. Quæ tamen & ipſa regulariter datur in quolibet ſacramento, modo in ſuſcipiente non inueniatur impedimentum.

12 *Vide hic efficaciam orationis ſanctæ mulieris, & orationis cum eleuatione oculorum & manuum.*

13 *Signo crucis ſignauit frõtem, oculos, labia, & pectus.*

mea procedere.

Hæc eo dicente, ſed & alia plura, eleuans eũ mulier dixit: Vere, Abba, erubeſco dicere tibi actuum meorũ turpitudinem, tamen quia uidiſti nudum corpus meũ, denudabo tibi & opera actuum meorũ, ut cognoſcas, quantæ turpitudinis, atque luxuriæ confuſione, & opprobrio repleta eſt anima mea. Non enim ut tu ipſe conſideraſti, propter aliquam meã gloriam, quæ circa me ſunt, pronuncio. Quid enim potero gloriari, quæ diaboli uas fui, electionis autem effecta? Scio autẽ, quia ſi cępero narrrare ea, quæ ſunt de me, fugies à me, quemadmodũ quis fugiat à facie ſerpentis, auribus non ſuſtinens audire ob in expedibilia quæ ſum operata. Dicam tamen, nihil negans, ſed uerius referã, ſupplicans te prius, ut non deficias orare pro me, ut miſericordiam inuenire merear in die iudicij. Et ſenex ſuffuſus lachrymis, flebat. Tunc cœpit narrare ea, quæ de ſe erant, ita dicens.

Ego pater patriã habui Ægyptum, parentibus autem meis uiuẽtibus, duodecim ætatis gerens annũ, affectum illorũ ſpernens, in Alexandriam ueni. Et quomodo uirginitatem meã in primis uiolauerim, & qualiter indeſinẽter, & inſatiabiliter uitio libidinis ſubiugata iacuerim, erubeſco conſiderare; hoc enim non breue eſt dicere; Citius tamen dicam, ut cognoſcere poſsis inſatiabilem uitij mei ardorem, quẽ in amorẽ ſtupri habui. Decem & ſeptẽ & eo amplius annis publico adſtans loco, peſsimũ mei corporis exercebam negociũ, tradens uolentibus irrecuſabiliter carnis meæ pudorem, repellens à me omne acquiſitionis lucrũ: Vnum tantum mihi erat lucrũ, luxurioſam acquirere uitam. Nã ludus et ebrietatum nimietas, mihi pro theſauris uidebantur. Multoties oblata recuſabam, ut amplius acquirerẽ peſsimi mei deſiderij amicos, & hoc non quaſi locuples faciebam, ſed egeſtatẽ pro diuitijs reputabam. Vnus uero mihi & magnus erat deſiderij ardor, protelatis conuiuijs, riſibus, atq; iocis inſiſtere, & diebus & noctibus peſsimã corporali naturæ iniuriã irrogare. Huiuſmodi enim obſcænis & maculoſis operibus, meæ iuuentutis expendi uitam. Hoc modo mihi uiuens, uidi aliquando libyorum & Ægyptiorũ multitudinem, concurrentẽ quaſi ad mare, repperiq; aliquem, & interrogaui, dicens: Quo, putas, feſtinant iſti uiri, qui currunt? Dixit aũt mihi: In Hieroſolymã om-
14 nes aſcendunt, ob 14 ſanctæ crucis exaltationẽ, quæ poſt aliquot dies

Celebratio exaltationis ſanctæ crucis.

ſolito celebratur. Dixit autẽ ei & ego: Putas ſuſcipient me, ſi uoluero abire cum ipſis? Et ille dixit: Si habueris naulum nullus te prohibebit. Dixi ei: Vere frater naulum uel ſumptũ non habeo, uadam autẽ, & aſcendam in unam nauiũ, quam conduxerunt, & licet noluerint, enutrient me, nam memetipſam eis tradam, ut corpus meũ in poteſtate habentes pro naulo accipiant. Propterea autem cũ eis uolui ambulare, abba ignoſce, ut multos haberem cooperatores in libidinis paſsionem.

Dixi tibi mi ſenex, & mi abba, ignoſce mihi, nec me confuſionẽ meam dicere compellas. Contremiſco deniq; maculant enim, & te & ipſum aẽrem iſti ſermones mei. Zozimas autem terrã lachrymis infundens, reſpõdit ei: Dic, o mater mea, propter Deũ dic, & ne prætermittas ſequentia ſalutiferę narrationis. Illa autẽ adiungens, priori narrationi addidit hæc, ille autem adoleſcens ſermonũ meorum audiens ſcurrilitatẽ, ridens, diſceſsit. Ego autem fuſum, quem manu tenebã proijciens; hunc enim poſt tempus

conueniebat me tenere; cucurri ad mare, quo illos perſpexi currentes, & uidi iuuenes aliquos ſtantes in litore, numero quaſi decem, ſatis corpore acerrimos, & ad id, quod mihi erat placabile, optimos uiſos. Erant autẽ & alij, qui iam in naues aſcenderant. Impudenter autem, ut mihi conſuetudo erat, & irreuerenter in medio corũ me dedi dicens: Accipite & me uobiſcum quò pergitis, non enim ero uobis implacabilis. Sed & alios ſordidiores proferens ſermones, omnes ad ridendũ commoui. Illi autem inerubeſcentem motũ meum uidentes, accipientes me in nauiculam portauerunt. Exinde autẽ nauigationem cœpimus. Quæ autem poſt acta ſunt, quomodo tibi enarrare potero, pater? Quæ lingua dicere poteſt, aut auris audire ea, quæ in nauigio uel in itinere facta ſunt, quomodo etiã nolentes ad peccandũ miſeros compellebam? Non eſt enarrabilis nequiſsima ſpecies, cuius magiſtra ſum infelicibus effecta ſceleribus. Ergo nunc ſatisfactus eſto; quia ſtupeo, quomodo meas iniquitatũ luxurias mare illud ſuſtinuit, quomodo non apperuit terra os ſuum, & in infernum me uiuentẽ demerſit, quæ tantas in laqueum duxi animas.

Sed profectò Deus qui neminẽ uult perire, ſed omnes ſaluos fieri, expectauit pœnitentiã meam. Non enim uult mortem peccatoris, ſed longanimiter expectat, ſuſtinens conuerſionẽ. Sic nanq; cum magna feſtinatione aſcendimus Hieroſolymam: & quantos quidẽ dies ante ſanctæ crucis 15 feſtiuitatẽ in ciuitate commorata ſum ſimilibus uacaui nequiſsimis operibus, magiſq; prioribus. Non enim ſatiata fui iuuenibus mecũ in naui luxuriantibus & in itinere, ſed & alios multos peregrinos, & ciues in opus ſceleris mei congregans, coinquinaui ſeducens. Quãdo autẽ uenit ſancta exaltationis pretioſæ crucis feſtiuitas, ego quidem, ſicut & prius, præibam iuuenũ illaqueans & capiens animas. Vidi autẽ primo diluculo omnes ad eccleſiam unanimiter concurrentes; abij & ego, currens cũ properantibꝰ, & ueni cum illis in atriũ templi. Et cum ueniſſet hora exaltationis dominicæ crucis, impingebã & impingebar, repellebarq; quodãmodo feſtinans ingredi cum populo conanter uſq; ad ianuam templi, cũ his, qui ingrediebantur, tamen cũ magna laboris tribulatione appropinquabã & ego infelix. Quando aũt ianuã ingredi uolebam, illico omnes ſine impedimento ingrediebantur; me aũt diuina aliqua uirtus prohibebat, non indulgẽs introitũ. Mox igitur repulſa, ejciebar foras, & eiecta ſola inueniebar in atrio ſtans. Conſiderans aũt per muliebrem impotentiam mihi hoc euenire, iterũ me alijs miſcendo, uim mihi quodãmodo facio introeundi: Sed nimirũ laborabã in uacuum. Vt enim limina ueſtigio contingebam, omnes interius recipiebant, nullum impedimentũ habentes: me autem ſolã non recipiebant: ſed quaſi multitudo militaris effecta, ut ingredienti mihi aditum clauderet, ita me repentina uirtus quædam prohibebat, & iterũ inueniebar in atrio. Hæc ter & quater paſſa, & facere conans & nihil proficiens, deſperans de cætero, amplius progredi non uolui: factum quippe fuit corpus meũ à ui comprimentiũ ualde cõfractum. Recedens itaq; inde, in angulo atrij conſtiti, & uix aliquando, quam ob cauſam prohibebar uidere uiuificũ lignum, in cogitatione reduxi. Tetigit enim mentem, et oculos cordis mei intellectus ſalutis, recogitare faciens q̃ ſqualida actuũ meorum ſcelera mihi introeundi aditum obſerabant.

15 *Sanctæ crucis feſtiuitas. ſcilicet exaltatio.*

Cœpi igitur flens nimiũ conturbari, & pectus meum tundere, atq; ſuſ-

ſpiria de profundo cordis proferens,gemens, et eiulans,proſpexi in loco,
16 in quo ſtabam,ſurſum 16 imaginē ſanctæ Dei genitricis ſtantem,& ani

Vide uſum imaginū in eccleſia antiquum eſſe,et orare eos quos repreſentant,eſſe bonum ac pium.

mo ad eam intendens,& indeclinanter intendens dixi:Domina uirgo ſan
cta Maria,quæ Deum uerū ſecundum carnē genuiſti:ſcio enim,ſcio,quia
non eſt condecens nec opportunū, ſic horridam me & peccatricē,adora
re ſacram imaginē tuam, uel contemplare oculis tantis ſordibus pollutis,
quæ ſemper uirgo eſſe dinoſceris,& caſta,quæ corpore & anima munda
17 exiſtis,& immaculata.Iuſtū eſt enim, luxurioſam me à puriſsima caſtita

Adorare hic intellige non tamen adoratione latriæ ſolus Deus adoratur, non autem uirginis imago.

tis tuæ munditia abominari,& proijci. Tamen quoniā ut audiui, ob hoc
Deus homo factus eſt, quē ipſa digna genuiſti, ut peccatores uocaret ad
pœnitentiam;adiuua me ſolitariā,& nullū habentem adiutorium; præci-
pe,& mihi licentiā tribue,eccleſiæ patefactū ingredi aditum. Non efficiar
aliena à uiſione pretioſiſsimi ligni, in quo affixus Deus homo, quē uirgo
concipiens,ipſa uirgo peperiſti, qui propriū ſanguinem pro mea dedit li-
beratione.Iube Domina,& mihi indignæ,ob diuinę crucis ſalutationem,
18 ianuā templi patefieri,& te ex te genito Chriſto digniſsimam dā 18 fide

Ecce ſanctæ peccatricis uotum, & de rebus quidem licitis, quę etiam ſine uoto facere tenebatur.

iuſſorem,quia nunquā ultra carnem meā coinquinabo per horrenda com
mixtionū ludibria,ſed mox ut filij tui uirgo ſancta uidero lignū, ſeculo &
actibus eius cū omnibus,quæ in eo ſunt, ſtatim renuncio;& cōtinuo egre
diar,ubicunq; ipſa ut fideiuſſor me direxeris. Hæc dicens,& quaſi aliquā
ſatisfactionē recipiens,fidei ſuccenſa calore, & de pietatis uiſceribus Dei
genitricis præſumens,moui me de eodē loco,in quo ſtans feci orationem;
& ueniens,iterū ingredientibus me miſcui,& ultra non erat,qui me repel
leret,uel qui prohiberet appropinquare me ianuis tēpli. Accepit ergo me
tremor ualidus,& extaſis,& tota ex omnibus tremebūda turbabar.Itaq;
cū iungerem me ad ianuam,cuius mihi aditus primo claudebatur,quaſi o-
mnis uirtus,quæ prius ingredi me prohibebat, poſt autē uiam ingredien-
di præpararet,ita abſq; impedimenti moleſtia introiui, & ſic intra ſancta
ſanctorū recepta ſum, & pretioſi ac uiuifici crucis ligni adorare myſteriū
digna habita ſum:& tunc uidi Dei ſacramenta, & qualiter eſt paratus ſu
ſcipere pœnitentes. Tunc proijciens me pronā in terram, & ſanctū illud
oſculans pauimētum exibam.Currens autem ad illam,quę me fide duxit,
ueni reſtans.

Coniunxi me igitur in illū locum, ubi fide dictionis conſcriptū eſt chi-
19 rographum, & 19 genu curuans corā imagine ſanctæ uirginis Dei geni-

Ecce quomodo flectit genua ante uirginis imaginem,& ipſam matrem Dei orat in illa repreſentatam.

tricis, his precata ſum uerbis: Tu quidē ſemper, o benigniſsima domina,
tuam oſtendis pietatis miſericordiā, tu indignam ſupplicationē non proie
ciſti;uidi gloriam,quā peccatores merito non uidemus. Gloria omnipotē
ti Deo,qui per te ſuſcipit peccatorū pœnitentiā. Quid amplius peccatrix
& miſera ualeo recordari,aut enarrare? Tempus eſt iam implere,quā fidē
dixi dictioni tuæ placitam. Nunc ubi tibi complacet,dirige me. Eſto mihi
20 ſalutis ductrix & ueritatis magiſtra,præcedens me in uiam, quæ ducit ad

Vide quomodo inuocata ſanctiſsima Dei genitrix, orantem exaudierit. Non ergo malum ſanctos inuocare.

pœnitentiam. Et hæc dicens,audiui 20 uocem alicuius à longe claman-
tis,& dicentis;Iordanē ſi tranſieris,bonam inuenies requiem. Ego autem
hanc uocē audiens,& pro me factā credens,lachrymās exclamaui, & ad
Dei genitricis imaginē proſpiciens, ſic uociferata ſum: Domina, domina
& regina totius orbis,per quā humano generi ſalus aduenit, noli me de-
relinquere. Et hæc dicens,de atrio templi ſum egreſſa, & feſtinātèr ambu

labam. Exeunte autẽ me, uidit me quis, & dedit mihi tres nũmos, dicens: Accipe hos nummos. Ego autem accipiens, tres ex eis panes comparaui, & hos accepi benedictioni mei itineris congruos. Interrogaui autem eũ, qui panes uendebat. Vnde & qualis uia eſſe noſcitur, quæ ducit ad Iordanem. Et cognoſcens portã ciuitatis, quæ in illam partẽ uergit, currens iter agebam plorans. Interrogationi autẽ interrogationem annectens, reliquũ diei conſumpſi, iter properans. Erat enim hora diei iam tertia, quando pretioſam & ſanctam crucẽ uidere merui. Et ſole iã ad occaſum declinante, eccleſiam beati Ioannis Baptiſtæ poſitam iuxta Iordanẽ conſpexi, & in eodẽ templo ingreſſa adorans, continuo in Iordanẽ deſcendi: et ex illa ſancta aqua manus & faciẽ laui. Communicaui autẽ uiuifica & intemerata Chriſti domini ſacramenta, in eadẽ ſancta præcurſoris & Baptiſtæ Ioannis baſilica: & tunc unius panis medietatẽ comedi, & ex aqua bibi, noctu in terra quieſcens. Luceſcente craſtino, in partẽ aliam tranſiui; & iterũ petiĳ ductricẽ meam uirginem Mariã, ut me dirigeret, ubi ei placitũ eſſet. Deueni autem in hanc ſolitudinẽ, & à tunc uſq; hodie elongaui fugiens, expectans Deum meum, qui ſaluos facit à puſillo animo, & procella, eos qui conuertuntur ad ipſum.

Zozimas autem dixit: Quot anni ſunt, o domina, ex quibus hanc inhabitas ſolitudinẽ? Reſpondit mulier: Quadraginta ſeptẽ anni ſunt, ut conſidero, ex quo de ſancta ciuitate egreſſa ſum. Dixit autem Zozimas: Et qd inuenire ad uſum potuiſti, o mi domina? Reſpõdit mulier: Duos ſemis quidem panes deportans, Iordanẽ tranſmeaui: qui poſt modicũ areſacti, quaſi lapides obduruerunt; ex quibus modicũ quid uſq; ad aliquos annos comedens, tranſegi. Dixit autẽ Zozimas: Et ſic abſq; dolore tranſiſti tanti temporis longitudinẽ, nihil repentinæ immutationis conturbantis te ſentiens calorẽ? Et illa dixit: Rem nunc me interrogas, quã dicens, ualde contremiſco. Si ad narrationẽ uenero tantorum, quæ ſuſtinui, periculorum, & cogitationũ, quæ inique conturbauerunt me; timeo, ne iterũ ab eiſdem tribulationem patiar. Dixit Zozimas: Nihil relinquas, o domina, quod non indices. Semel enim in hoc te manifeſtam cognouimus ordine; omnia te indiminute oportet nos edocere.

Illa autem dixit ei: Crede abba, decem & ſeptem annis, feris, immanſuetis, & irrationabilibus reluctans deſiderĳs, dum cibum ſumere initiabã, deſiderio mihi erant carnes, concupiebam piſces, quos Ægiptus habebat: deſiderabã etiam uinum delectabile mihi; Multum enim delectabar uino, & ſuperabundantius uſq; ad ebrietatem bibebam: et nunc mihi erat ualde in deſiderio, eo quod multum uterer, dum eſſem in ſeculo. Hic autẽ, in quantum omnino guſtandi non habens uſum, uehementiſsime urebar, & ſuſtinebam neceſsitatis periculum. Fiebat autem mihi, & de luxurioſis canticis nimium deſiderium, perturbans & reducens ad memoriam dęmoniorum cantica decantare, quæ in ſeculo didiceram. Mox autẽ lachrymans, & pectus meum manu percutiens, meipſam ad 21 memoriam deducebam de conuenienti fide dictione, quã feceram egrediens contra hãc ſolitudinem. Veniebam autem per cogitationem ante imaginem Dei genitricis Mariæ, quę me in fide ſua ſuſcepit; & ante illam plorabam, ut effugaret à me cogitationes, quę miſerrimam animam meam affligebant. Quando autem ſuperflue dolenterq; lachrymabar, & uiriliter pectus meũ

21 *Ecce quid utilitatis pepererit ſanctæ mulieri uotũ emiſſum. Ergo bonum eſt uouere.*

tundebam,tunc uidebam lumen undiq; circunfulgens me,& ſerenitas mihi quędam ſtabilis mox fiebat.

Cogitationes autem,quę ad fornicationem iterum iterumq́; compellebant me,quomodo tibi enarrare poſſum? Abba ignoſce: Ignis intus infelix corpus meum nimis ſuccendebat,& totam me per omnia exurebat,et ad deſiderium commixtionis trahebat. Dum mihi ergo talis aſcenderet cogitatio,proſternebam me ipſam in terram,& lachrymis eam infundẽs, ipſam mihi ueraciter aſtantem uidebam,quę me in fide direxerat, minantem mihi compellatione,quaſi pręuaricanti,& pœnas pręuaricationis imminentes,ira mucronis contra me agentem. Non autem ante ſurgebã de terra, niſi prius illa dulciſsima lux illuminaret me ſolito, & cogitationes perturbantes à me effugaret. Semper itaq; cordis mei oculos ad illam fideiuſſorem meam,ſine ceſſatione erigebã,deprecans eam auxiliari mihi in

22 hac ſolitudine,& 22 pęnitentię habui adiutricem,& coadiutricẽ ipſam, quæ genuit caſtitatis autorem; & ſic decem & ſeptem annorum circulũ, periculis multis (ut dixi) reluctans,uſq; hodie adiutorium meum Dei genitrix mihi adſtitit uirgo benedicta,per omnia,& in omnibus me dirigẽs.

Vide quomodo beatiſsimæ Dei genitricis nõ deeſt auxilium ſanctæ mulieri eam deuote & cum fiducia inuocanti. Non ergo fecit iniuriam domino Ieſu Chriſto, matrem inuocando.

Dixit autem Zozimas: Vnde habuiſti cibum aut ueſtimentum? Et illa dixit: panes quidem illos (ſicut dixi) expendens per decem & ſeptem annos,deinceps nutriebar 23 herbis quæ inueniebantur per ſolitudinẽ. Indumentum autem,quod habui tranſmeato Iordane, nimia uetuſtate ſciſſum,& conſumptum eſt. Multam autem glaciali frigore,æſtus quæ ardore neceſsitatem ſuſtinui; concremata æſtus incendio, & nimio frigoris gelu rigeſcens corpore,& tremens,multoties & in terrã cadens, penè abſq;

23 ſpiritu iacebam immobilis,multis,& diuerſis neceſsitatibus, & tentationibus immenſis eluctans; & ab illa die uſq; ad hanc,uirtus Dei multis modis,animam,& corpus meum cuſtodiuit. Recordans enim, de qualibus malis liberauit me dominus,eſca nutrior inconſumabili,& ſatietatis poſsideo epulas,ſpem ſalutis meæ. Nutrior autem, & cooperior tegmine uerbi Dei,qui continet omnia: Non in ſolo pane uiuit homo: & non habentes operimentum,petræ circundati ſunt tegmine,hi qui ſe peccati expoliauerunt tunicam. Audiens autem Zozimas, quoniam ſcripturarum teſtimonia proferebat,ex libris Moyſi uidelicet,& beati Iob,ſiue pſalmorũ,dixit,ad eam: pſalmos,ò mater,didiciſti,uel alios libros ſacrę ſcripturę legiſti? Illa autem hoc audiens,ſubridens dixit ad eum: Crede mihi pater,non uidi hominem,ex quo Iordanem tranſiui, niſi te hodie; Sed neq; ferã, aut aliud animal qualecunq;,ex quo in hanc deueni ſolitudinem. Literas autẽ nunquam alicubi didici;ſed neq; pſallentem, neq; legentem aliquem auſcultaui. Sermo autem Dei uiuus,& efficax eſt,intellectum intrinſecus docens humanum.

Nota lector uictus aſperitatem,& ueſtitus nuditatem in ſancta fœmina.

Hucusq́; finis eorum,quæ in me ſunt. Nunc autem obſecrans,quæſo te per incarnationem uerbi Dei,ut ores pro me luxurioſa. Et cum hæc dixiſſet, cucurrit ſenex,& genu flexo ſe in terram proſternens, cum lachrymis exclamauit,dicens: benedictus Deus,qui fecit mirabilia magna ſolus,glorioſa & uehementer ſtupenda,quibus non eſt numerus. Benedictus es domine Deus,qui oſtendiſti mihi,quanta largiris timentibus te. Vere enim non derelinquis quærentes te domine. Illa autem apprehendens ſenẽ non permiſit in terram perfecte proſterni ſed dixit ei: Hæc quę audiſti homo,

obteſtor te per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorē nŭſtrū, nemini dixeris, quouſq; deus de uinculo carnis abſoluat me. His omnibus acceptis, uade in pace: & iterū hoc edem tempore, tranſeunte anno, apparebo tibi: & uidebis me, Dei nos gubernante gratia. Fac autem propter dominum, quod nunc tibi iniungo: In ſacris ieiunijs recurrentibus anni futuri non tranſeas Iordanem, ut conſuetudinem habetis in monaſterio agere. Stupebat autem Zozimas audiens, quoniam & canonem, ſiue regulā monaſterij edicebat, nihilq́; aliud clamabat, niſi gloriam Deo, qui maiora quàm petitur, diligentibus ſe largitur. Illa autem dixit: ſuſtine, ut dixi, abba, in monaſterio: neq; enim, & ſi uolueris, exire quoquam ualebis. Veſpere 24 autem ſacratiſsimę dominicę cęnę: accipe diuini corporis & uiuifici 25 ſanguinis portionem in uaſe ſacro, dignoq́; tanti myſterij: & afferens, ſuſtine me in parte Iordanis, quæ coniungitur ſeculo; & ueniens, uiuifica accipiā dona. Ex quo enim in eccleſia beatiſsimi præcurſoris, priuſquam tranſirem Iordanem, communicaui: deinceps uſq; nunc, nunquam communicaui, nunquā uſq; nunc, ſanctificationis huius uſa ſum ſacramentis: & ideo deprecor, deprecationē meam non negligas, ſed affer, ut dixi, uiuifica 26, atq; diuina myſteria, ea hora qua Dn̄us diſcipulos diuinæ cęnę participes fecit. Ioanni autem Abbati monaſterij, in quo habitas, dicito. Attende tibi ipſi, & gregi tuo; aliqua enim fiunt ibi digna emendatione; Sed nunc nolo te ea ſibi edicere, ſed quando tibi pręceperit dominus. Hæc dicens, & orationem à ſene poſtulans, ad interiorem ſolitudinem uelociter feſtinauit.

24 *Veſpere ſacratiſsimæ cœnæ dominicæ.*

25 *Quod ſancta mulier afferri mandat una cum diuino corpore etiam uiuifici ſanguinis portionem, nō ingerat tibi ſcrupulum ut fauere uelis hære ſi noſtri tēporis quæ pro communione ſub utraque ſpecie laborat, nam antiquitus & ſub una & ſub utraque laicos cōmunicaſſe reperimus. Quod nullo modo nūc fa ere poſſunt uel debent propter decretū concilij cōſtantienſis, & uniuerſalis eccleſiæ conſuetudinem.*

Zozimas autē proſternens ſe, oſculabatur terræ, locum, in quo eius ueſtigia ſteterant: dansq́; gloriā Deo, & immenſas gratias agens, reuerſus eſt laudās & benedicens dominum noſtrum Ieſum Chriſtū. Iterum ergo remeans per uiam ſolitudinis, coniunxit ſe fratribus in monaſterio, eo tempore quo reuerti conſueuerant hi, qui ibidē morabantur. Et totum quidē annum illum tacuit, nihil audens ex his quæ uiderat, enarrare. In ſeipſo autem deprecabatur Deum, ut iterum ei oſtenderet deſiderabilem uultum. Suſpirabat autem, annualis curſus conſiderans tarditatem.

Quando ergo aduenit ſacra ieiuniorū initiata dominica, mox poſt ſolitam orationem alij quidē pſallentes exierunt; ipſe autem modica febris infirmitate detentus, manſit intus in monaſterio. Recordatus eſt autem Zozimas ſanctæ illius prædictum ſibi ſermonē, quia neq; uolens exire ualebis. Aliquantis autem elapſis diebus, ab infirmitate ſubleuatus, in monaſterio conuerſabatur. Quando autem monachi ſunt reuerſi, & coniuncti, ueſpere ſacratę cęnę dominicę, fecit quod ei iuſſum fuerat. Et mittens in modico calicę intemerati corporis Chriſti portionē, & precioſi ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, poſuit in caniſtro caricas modicas, & palmarum fructus, ideſt, dactylos, & parum lenticulę aquis inſuſę; & uenit tarde hora iam ueſpera, & ad litus Iordanis ſedebat, aduentum præſtolans ſanctæ mulieris. Beatiſsima autem illa tardante, Zozimas non dormitauit, ſed ſolicitè attendebat ſolitudinem, ſuſtinens quod uidere deſiderauit. Dicebat autem ſenex in ſemetipſe: Nunquid ueniens me non inuenit, & reuerſa eſt? Hæc dicens, flebat, & oculos eleuans in cęlum, ſuppliciter Deū deprecabatur, dicens: Non me alienes domine uidere iterum, quam uidere me tribuiſti: non uadā uacuus, peccata mea portans in increpatione. Hæc

26 *Nota ſacram Eucharistiam appellari uiuifica atque diuina myſteria. Quod non fieret, niſi ibi eſſet uerum corpus & uerus Chriſti ſanguis.*

27 *Hæc orante ipſo cum lachrymis.* 27 orante ipſo cũ lachrymis, alia in eum cogitatio incidit. Quid, inquit, & ſi uenerit faciet? quomodo tranſibit Iordanem, quia nauicula non eſt? qualiter autem ad me indignum perueniet? Heu me infelicẽ, heu quis me tam iuſtæ ſpeciei alienauit?

Hæc ſene cogitante, ecce illa ſancta aduenit, & in parte alia fluminis ſtetit. Zozimas aũt uidens eã, ſurrexit gaudens & exultans nimis, glorificans Deum. Luctamen aũt certaminis in eius fluctuabat cogitationis intentione, quia non poteſt Iordanis tranſire fluenta. Et reſpiciens ſenex, uidit eã uexillo crucis aquas Iordanis ſignantẽ. Totius tunc noctis tenebras ſplendor illuminabat Lunæ, quia tẽpus recurſus illius tunc erat. Sta-
28 *Vide mirum effectũ ſancti ſignaculi ſacratiſsimæ crucis.* tim aũt 28 ut ſignum crucis impreſsit, aſcendit ſuper aquas, & ambulãs ſuper liquidũ æquoris fluctum, ueniebat quaſi per ſolidum iter. Zozimas aũt ſtupens, & genua flectere nitens, clamans deſuper aquas mulier, prohibuit eũ, dicens: Quid facis, abba, quia ſacerdos Dei es, & 29 diuina
29 *Sacerdos Dei es, et diuina portas myſteria.* portas myſteria? Qui ſtatim obediuit dicenti. Illa aũt deſcendẽs de aquis, dixit ſeni: Benedic pater, benedic. Ille autẽ cum magna feſtinatione reſpondit (ſtupor enim nimius inuaſerat eũ in tam glorioſo miraculo) & dixit: Vere non mentitur Deus, qui pollicitus eſt ſibi ſimiles eſſe eos, qui ſemetipſos purificant. Gloria tibi Domine Ieſu Chriſte deus noſter, qui oſtẽdiſti mihi per hanc ancillam tuam, quantum meæ conſiderationis æſtimatione inferior ſum menſura ueræ perfectionis.

Hæc eo dicente, cœpit mulier ſanctũ dicere ſymbolũ, et ſic dominicam inchoare orationẽ. Et expleto pater noſter qui es in cœlis, ſicut mos eſt,
30 *Et ſic uiuifica myſteriorum ſanctorum ſuſcipiens dona.* pacis oſculũ obtulit ſeniori; 30 ſic uiuifica myſteriorum ſanctorum ſuſcipiens dona, extenſis in cœlũ manibus, & ingemiſcens cum lachrymis, ita clamauit, dicens: Nunc dimittis ancillã tuam Domine ſecundum uerbũ tuũ in pace: Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuũ. Et dixit ſeni: Ignoſce,
31 *Ecce orationem cum lachrymis & manuũ extenſione.* Abba, & aliud petitionis meæ imple mandatũ: Vade nunc ad monaſteriũ Dei pace gubernatus. Poſt recurſum autẽ anni aduenientis, iterũ ueni in illũ torrentem, in quo tecum prius ſum locuta, prorſus non omittens, quin uenias, & uidebis me iterũ, qualiter Deus uoluerit. Ille autẽ reſpondit ad eã: Vtinam eſſet poſsibile, nunc tua ſequi ueſtigia, & tui precioſiſſimi uultus uiſione perfrui. Oro mater, ut unam ſenis petitiunculã facias, & modicũ cibi ex eo, quod huc attuli, digneris accipere. Et hæc dicens; oſtendit ei, quod ſecũ detulerat caniſtrum. Illa autẽ extremis digitis lenticulã contigit, & tria tollens grana proprio intulit ori, ſufficere dicens gratiã ſpiritus, ut cuſtodiret animæ ſubſtantiã immaculatam. Tunc dicit ſeni: Ora pro me Dominum, & meæ infelicitatis memor eſto. Ille pedes eius ſanctos contingens, cũ lachrymis deprecabatur, ut oraret pro eccleſia, & imperio, & pro ſe: & dimiſit abire flens, & eiulans: Non enim audebat eam multũ detinere, quæ nec, ſi uellet, poterat detineri. Illa autem
32 *Ecce iterum admirabilẽ ſigni crucis operationem.* iterum 32 crucis impreſsione Iordanem ſignans aſcendit; ambulanſq; ſuper liquidũ Iordanis, elementũ, tranſiuit ſicut antea ueniens fecerat. Senex aũt reuerſus eſt, gaudio & tremore nimio repletus; ſemetipſum autẽ reprehendebat, pœnitens quia nomen ſanctæ, ut cognoſceret, non inquiſiuit: ſperabat autem hoc aduenienti conſequi anno.

Tranſacto autem eodẽ anni curſu, uenit iterum in uaſtã deſerti ſolitudinem. Expletiſq; omnibus ſecundum conſuetudinẽ, feſtinans ad illã glo-

rioſam

rioſam uiſionē intuendā, perambulanſq́; ſolitudinis iter, & inueniens aliqua cupiti loci indicantia ſigna, dextera leuaq; adſpiciēs, intuitumq́; oculorum deducens, luſtrabat ubiq;, ſicut ſcientiſsimus uenator, ſicubi ſuauiſſimam repertā comprehenderet feram. Cū uero nullo modo aliquid quaqua uerſum conſpiceret, cœpit ſeipſum lugens infundere lachrymis. Tūc eleuans oculos, orando dicebat: Oſtende mihi Domine in corpore angelum, cui totus comparari mundus non eſt dignus. Hoc orando, uenit ad locū qui in ſimilitudinem fuerat deſignatus torrentis; & in extremo eius ſtans, uidit in parte ſuperiori ſplendentē ſolem, & aſpiciens, uidit corpus ſanctæ mortuū iacens, & manus, ac pedes, ut oportet, cōpoſitas, ipſum uero corpus ad orientē aſpiciens. Currens igitur lachrymis lauit beatiſsimę pedes: non enim aliud corporis eius membrū audebat cōtingere, lachrymans autem aliquandiu, & 33 Pſalmos dicens, tempori & rei congruētes, fecit ſepulturæ orationem, & dicebat ſibi ipſi: forſitan non complacet ſanctæ hæc fieri.

33 *Vide quomodo fidelium corpora cū pſalmis traduntur ſepulturæ.*

Hæc eo cogitante, deſignata ſcriptura erat in terra, ubi hęc legebantur: ſepeli, Abba Zozima, miſeræ Mariæ corpuſculum & redde terræ, quod ſuum eſt, & puluerem adiice pulueri: Ora tamen pro me ad dominum; Tranſeunte menſe Parmenothi, ſecundū Ægyptios, qui eſt ſecundū Romanos Aprilis, die nona, nocte (ideſt, quinto idus Aprilis) ſalutiferę paſsionis, poſt diuinæ & ſacræ cœnæ communionē. Has literas ſenex cum legiſſet, cogitabat quidē prius quiſnam eſſet qui ſcripſit; illa enim, ut dixerat, literas ignorauit: in hoc tamen ualde exultans gaudebat, quia eius ſanctum didicerat nomen. Cognouit 34 uero, quia mox ut diuina myſteria in Iordane participauit, eadem hora in locū illū uenit, ubi mox de hoc mundo tranſiit: & idem iter quod Zozimas per uiginti dies ambulans uix conſumauit laborans, unius horæ curſu Mariæ conſumpſit, & ſtatim migrauit ad Dominū. Glorificans aūt dominum Zozimas, et lachrymis corpus eius infundens: Tēpus eſt (inquit) miſer Zozima; quod iuſſum eſt perfice: Sed quid faciā infelix, quia unde fodere ualeā, non habeo? Deeſt ſarculus, non eſt raſtrum, nihilq́; ex omnibus præ manibus habetur.

34 *Vides Chriſtiane qđ ante obitum etiā ſancti antiqui ſacratiſsimam Euchariſtiā ſumebant?*

Hæc eo in corde ſuo dicente ſecrete, modicū conſpexit lignum iacens, quod aſſumens, cœpit fodere. Valde aūt dura erat terra, & ualde fortiſsima, & nequaquam ualebat ſenex fodere illam, quia & ieiunio confectus, & longi itineris fatigatione nimis erat defectus. Laborabat enim, & ſuſpiriis nimiis urgebatur; & ſudoribus madefactus, ingemuit grauiter ex ipſo cordis ſui profundo: Et reſpiciens, uidit ingentis formæ leonē, iuxta corpus ſanctæ ſtantē, & eius plantas lanbentem. Videns autem, pauore cōtremuit, præ pauore grandiſsimæ feræ illius, præcipue quia audierat ſanctā dicentem, quia nunquā ibi feram aliquam uiderat. Signo 35 autem ſe crucis confirmauit undiq;, credens quia illæſum eū cuſtodire ualet uirtus iacentis Leo aūt cœpit annuere ſeni, blandis eū motibus ſalutās. Zozimas autē dixit: Quoniam à Deo miſſus ueniſti, ò maxime 36 ferrarū, ut huius Dei famulę corpus terræ cōmendetur, opus exple ōfficii. Et iuſsit leonem ſepelire eius corpus: Ego enim, inquit, ſenectute confectus, non ualeo fodere; ſed nec congruum quid habeo ad hoc opus exercendū, & iterum itineris tanti longitudinem properare non ualeo, ut afferam: tu diuino iuſſu hoc opus cum ungulis facito, ut commendetur terræ hoc ſanctū

35 *Signo ſe crucis confirmauit undique.*

36 *Conſideras quod etiā irrationabilibus animalibus, & immaniſſimus feris in uirtute Dei, ſanctis imperāt?*

corpuſculum.Continuo autem iuxta ſenis ſermonem.Leo brachijs & ungulis ſuis fecit foueam quantum ad ſepeliendum ſanctæ corpuſculum poſſet ſufficere.Senex uero lachrymis pedes eius abluens,& multipliciter effuſa prece, 37 exorans pro omnibus eam nunc amplius exorare,operuit terra corpuſculũ,aſtante leone,ſicut repererat nudũ, & nihil aliud habens, niſi illud ſciſſum ueſtimentum,quod ei iam antea proiecerat Zozimas,ex quo ueſtimento neceſſaria corporis membra contexerat. Tunc recedunt pariter, & leo quidẽ in interiora ſolitudinis quaſi ouis manſueta diſceſsit, Zozimas autẽ reuerſus eſt in monaſteriũ ſuum, benedicens & ſanctificãs Deum, & hymnũ laudis decantans Chriſto domino noſtro.Veniens autem in cœnobiũ,fratribus ab initio cuncta retulit,nihil abſcõdens ex omnibus quæ uidit & audiuit; ita ut omnes audientes magnalia Dei, nimio ſtupore admirarentur & cũ timore,& amore, magnaq; fide 38 celebrarent beatiſsimæ huius tranſitus diem. Ioannes autẽ abbas inuenit quoſdã emendandos,iuxta ſanctæ illius ſermonẽ:& hos,miſerante Deo,cõuertit.

37 *Sanctam defunctam orat Zozimas pro omnibus orare.*

38 *Celebrarunt diẽ tranſitus beatiſsimæ fœminæ.*

Zozimas autem in eodẽ degens monaſterio, impleuit annos centũ:& tunc migrauit ad dominũ in pace,gratia domini noſtri Ieſu Chriſti:cui eſt cũ æquali patre gloria & honor,& imperiũ, una cum ſancto & uiuificatore,& adorando ſpiritu,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum Amen.

Habetur in libro uitarum ſanctorum apud Coloniam nouiſſimo impreſſo,necnon in libro Monachorum ſancti Nazarij Veronenſis in pergameno iam 300. annis ſcripto.

VITA BEATI ABRAHÆ EREMITÆ ET neptis eius Mariæ meretricis, deſcripta à Beato Ephræm Archidiacono.

FRatres mei, cupio uobis enarrare conuerſationem bonam perfecti atq; admirabilis uiri Abrahæ,quam ſic inchoauit, ut in conſummatione eius gloriam perpetuam mereretur, ſed paueo admirandã & luculentam de eo hiſtoriã retexere, quũ imaginem uirtutum eius conſidero.Ecce enim 1 conuerſatio quidem uiri perfecta eſt, & optima,ego uero infirmus,& ruſticus.Equidẽ imago uirtutis eius admiranda, ac ſplendida,colores autem uerborũ quibus depingenda eſt, admodũ triſtes ac teriſunt. Attamen licet imperitus,uel ex parte tentabo,quanquã comprehendere perfecte non ualeam,enarrabo tamen inquantũ ſufficio, de eodẽ uiro diſſerere,quoniã qui ſecundus Abraham meruit nuncupari,non facile humano ore poteſt referri. Extitit enim noſtris temporibus angelicam uitã in terris agens.Acquiſiuit autem patientiã quaſi adamas fortiſsimus, per quam cœleſtẽ gloriam adipiſci meruit.Et quia à iuuentute 2 caſtitatis pudicitiam conſeruauit,templũ ſancti ſpiritus factus eſt, tanquam ſanctificatum uas, & ita ſemetipſum exhibuit Deo, ut eum habitatorem in mentis ſuæ hoſpitio haberet.

1 *Si uerum eſſet quod dicit Lutherus, iuſtũ in omni opere bono peccare, quomodo hic dici poſſet conuerſationẽ ſancti uiri fuiſſe perfectam & optimam? Vt ergo hoc ueriſsimum eſt, ita illud falſiſsimum & mendaciſsimum.*

2 *Nota hæretice, quòd ideo Abraham templum ſancti ſpiritus factus eſt,& uas ſanctificatum, quia a iuuentute caſtitatis pudicitiam conſeruauit.*

Hic itaq; beatus Abraham habuit parentes ualde locupletes, qui eum tenere,ac ſupra modũ diligentes, ita ut etiam affectũ humanũ eorum dilectio tranſcenderet, deſponſauerunt ei puellam adhuc in pueritia conſtituto,expectãntes,ac deſiderantes, in aliqua eũ dignitate ſeculari proficere.Sed hic longe aliter ſentiens,in ipſo primo adoleſcentię gradu eccleſiarum conuenticula iugiter frequẽtabat, & quæcunq; ibi ex diuinis ſcripturis recitabantur,aurem libenter accommodans audiebat, & in cordis ſui memoriã ita recondebat,ut etiam cũ abſens eſſet,ea quæ didicerat,medi-

tatione intentiſsima ruminaret. Cumq; memorati parentes eius tẽpus nuptiarum propinquare indicarent, compellebant eũ matrimonĳ uinculis obligari: Sed quũ hæc ille primo renueret, poſtmodũ moleſtiam eorum iugem ſedulamq́; non ferens, pudoris uerecundia ſuperatus, acquieſcere perurgetur.

Quum igitur celebratis nuptĳs cũ 3 ſponſa in thalamo reſideret, repẽte quaſi lux quædam in corde eius diuina gratia refulſit, quam ueluti ducẽ quendam ſui uoti inueniens, ilico exiliens conſecutus ab urbe egreditur. Duobus autẽ ferè milibus procul à domo ſua cellulam uacantem reperit, ubi ſe conſtituens, & glorificans Deũ, cũ ingenti lætitia permanebat, ſtuporem uero maximum, tam parentibus ſuis, quã uicinis, de hoc facto incuſſerat. Qui exeuntes, in diuerſa diſperſi, ubiq; Dei hominẽ requirebant. Poſt dies autẽ decem & ſeptem in memorata cellula eũ orantẽ reperiunt. Beatus autẽ uir, cum eos ſtupore perculſos aſpiceret; Quid me inquit, uos admirantes aſpicitis? Glorificate potius miſericordiſsimũ Deum, qui me ex cœno iniquitatũ mearum eripuit, & orate pro me, ut iugũ hoc ſuauiſsimum, ſub quo me indignũ ſuſcipere dignatus eſt Dominus, uſq; in finem ualeã baiulare, conuerſationemq́; meã beneplacitam ſecundum uoluntatem eius, poſsim in omnibus coaptare. Qui cũ omnes eũ audientes, reſpõdiſſent Amen, deprecatus eſt eos, ne ei uellent crebro moleſtiam obtentu uiſitationis inferre. Quibus recedentibus, aditũ cellulæ ſuę obſtruxit, & concludens ſemetipſum intrinſecus, paruiſsimũ feneſtræ foramen reliq̃t, per quod alimenta die conſueta reciperet. Itaq; mentẽ eius remotã à turbulentis interpellationibus, diuina gratia illuſtrabat, proficienſq́; quotidie in optima conuerſatione, 4 primũ quaſi fundamentum uitæ ſuæ cõtinentiam poſsidebat, necnon uigilĳs & orationibus, cũ fletu, & humilitate atq; charitate ſtudebat. Cumq; per omnẽ locum de eo ſancta opinio diuulgaretur, cuncti audientes ad uidendũ eum, & ut ædificarentur ab eo undiq; confluebant. Sermo quoq; ei ſapientiæ, ac ſcientiæ & conſolationis à Deo affluenter datus eſt, qui in mentibus audientiũ quaſi luminare lucidiſsimum radiabat.

3 Habes in hoc ſancti uiri facto hæreticorũ euictum mẽdacium, nempe matrimonio p copulã carnalem non conſumato, minime licere uni ex coniugibus religionẽ ingredi ſine alterius cõſenſu, nam eius contrarium hic factum fuiſſe oſtenditur.

4 Primum fundamentum uitæ continentiã poſuit, necnon uigilĳs & orationibus cum fletu, humilitate & charitate ſtuduit.

Contigit autẽ anno duodecimo renũciationis eius, ut parentes eius ex hac uita recedentes, aurũ ei copioſum prædiaq́; magna relinquerent, qui rogans amicũ quendam admodũ ſibi charũ, 5 ad diſtribuenda uniuerſa indigentibus, ac pupillis, officiũ religioſum illi iniungit, ne ipſius orationibus impedimentũ, huius rei gratia gigneretur. Et cum hoc feciſſet, ſecurus animo, & mente quieta permanſit. Hoc enim bono uiro maximũ ſtudium erat, ut cor eius nullis terrenis negocĳs uinciretur, & idcirco ſuper terram nihil aliud poſsidebat, 6 excepto uno ſago, unaq́; nihilominus tunica cilicina qua utebatur. Catinũ quoq; permodicum, in quo edere ſeu bibere ſolitus erat, habebat, necnon & unũ pſiathum, in quo cubitare cõſueuerat. Cum his autẽ omnibus humilitatem ſupra modũ, & charitatem ad omnes æqualiter poſsidebat, nec pręponebat in honore locupletẽ pauperi, nec principẽ ſubiecto, uel nobilem ignobili præferebat, ſed omnes ſimiliter diligens, honorabat uniuerſos, ſine cuiuſquã acceptione perſonæ. Nec aliquando quenquã procaciter increpabat, ſed erat ſermo eius charitate & ſuauitate conditus. Quis audiens eius eloquiũ, ſatiari potuit aliquãdo de his, quæ aliquando ex ſermonis eius dulcedine proferebantur? uel

5 Ecce ueram paupertatem euangelicam, omnia ſponte deſerere, ac pauperibus erogare, & nudum ſequi Chriſtum.

6 Vide in ſancto aſperitatem & uilitatem ueſtitus.

quis uultū illius, ſanctitatis imaginē præferentem, reſpiciens, non magis uidendi eū ſæpius deſiderium ſumpſit? In omni tempore abſtinentiæ ſuæ, regulā quam ſemel arripuit, non mutauit, quinquaginta annos inſtitutum propriū omni alacritate compleuit, & ob nimiū amorem ac deſiderium quod habebat in Chriſto, omne æuū temporis illius, quaſi dies paucisſimos reputabat, & totus rigor acerrime conuerſationis eius, apud eū pro nihilo uidebatur.

Erat autem haud procul ab urbe illa uicus admodum ſpatioſus ac magnus, in quo uniuerſi pariter à minimo uſq; ad maximū pagani crudelisſimi exiſtebant, quos ab idolorū cultu nullus omnino ualebat auertere. Nō nulli quidē presbyteri & diaconi, in hoc ipſum illic ordinati & directi ab epiſcopo, ſine ullo ſalutis eorū frūctu recedebant, nequaquā afflictionis ferentes laborem, quia non ſolū non ſuaderi, & ad conſenſum animus eorū ferox non poterat flecti, uerū etiam perſecutiones in eos qui ſe monebāt, ac ſeditiones uehementisſimas concitabant. Sed turba nihilominus monachorū ſemel atq; iterum adire nitentes, nihil penitus pro conuerſione eorū agere potuerunt. Porro una die reſidens cum clericis ſuis epiſcopus, beatisſimi huius uiri habuit mentionē, dixit, quæ ad eos; Ego talem uirū temporibus meis uidere non potui, ita in omni opere bonitatis perfectum, & ſic cunctis uirtutibus adornatū in quo elegit Deus habitare, ut habetur nunc ſanctisſimus Abraham. Reſpondentes autem clerici, uerū eſſe eum Dei famulū monachumq; perfectum affirmabant. Epiſcopus; uolo, inquit, eum in uico illo gentiliū ordinare presbyterū; poteſt enim eos patientia ac nimia charitate ad Deū conuertere. Et conſurgens protinus, ad cellulā ſancti uiri cū ſanctis proficiſcitur clericis. Cumq; ſalutaſſet eum, ſtatimq; de gentilibus uici illius inſinuat, ut ad eos ob ſalutē eorum pergeret, rogans. Qui cū audiſſet, triſtis uehementer effectus, ait ad epiſcopum; Quæſo, inquit, pater ſanctisſime, permitte mihi ut meas iniquitates defleam, neque huiuſmodi negociū infirmo, & exiguo exiſtenti iniungas. Ad quem rurſus epiſcopus dixit; Per Dei gratiā, inquit, potens es, ne uelis ergo in hac bona obedientia fieri cunctabundus. Cui uir beatus iterum reſpondens, dixit. Obſecro ſanctitatē tuam, ut me mala mea plangere permittas. Et ait ad eum epiſcopus; Ecce totū mundum & quæ in eo ſunt & reliquiſti, et uitā crucifixam amplexatus es; attamen cum hæc uniuerſa cōpleueris (agnoſcè te obedientiā, quæ cunctis uirtutibus eminet, non habere. Hæc ille cū audiſſet, cœpit flere amare) dicens ad eum; Quid ſum ego? canis mortuus; & quæ eſt uita mea, quoniā talia de me, ò ſanctisſime pater, iudicaſti? Cui ait epiſcopus; Ecce hic reſidens tuā ſolummodo ſalutē acquiris, ibi autem plurimi per te, diuina gratia operante, ſaluandi ſunt, quoſcunq; ad dominum Deū conuerteris. Conſidera itaq; unde ampliorē mercedem habeas, utrum, ſi teipſum ſaluaueris ſolum, an ſi plurimos tecum ad ſalutem adduxeris. Tunc beatus uir Dei flens, ait, fiat uoluntas domini, ueruntamen propter obedientiam, quocunq; iuſſeris, pergam.

Epiſcopus ordinat ſanctum Abrahā in presbyterum per impoſitionem manus.

7 Educens ergo eum de cellula, in ciuitatē illico introduxit, ibiq; per 7
impoſitionē manus presbyter ordinatus, ſtatim ad uicū paganorum ſine mora dirigitur. Quo dum ſanctus Abraham pergeret, precabatur dominū, dicens; Clementisſime ac benignisſime Deus, reſpice infirmitatē meā, gratiamq; tuā cœleſtem ad meum præſidium dirige, ut glorificetur nomē tuum ſanctū. Perueniens autem ad uicum, uidensq; omnes in inſania idololatriæ

lolatriç uehementer eſſe detentos,ex imo pectore ingemiſcens,grauiter fle uit,& eleuans oculos ſuos ad cœlum, dixit; Tu ſolus qui ſine peccato es Deus,ne deſpicias opera manuū tuarum,feſtinanterq́ direxit nuncium in ciuitatem chariſsimū ſibi,ut pecuniam ex reliquijs patrimonij ſui afferret. Quam cum accepiſſet, inter paucos dies 8 conſtruxit eccleſiā. Et uelut ſponſam optimā,multo enim mirificoq́ decorauit ornatu. Attamen dum ædificaretur,quotidie homo Dei per media ſimulacra gentiliū tranſiens, nihil penitus loquebatur,niſi corde 9 ſuo orabat ſolummodo,gemituſq́ cum fletu mittebat ad dominum. Poſtquam uero eccleſias eſt conſumma ta,quaſi munus quoddam cū 10 multis lachrymis obtulit Deo,ibi geni bus poſitis, has præces ſuppliciter in ſua oratione profudit, Tu inquiens omnipotens fili Dei uiui, qui totū mundum erroris depreſſum caligine, ad cognitionē luminis tui per tuā præſentiam deduxiſti,hunc quoq; popu lum tuū diſperſum congrega in ſinum eccleſiæ tuæ,& illumina oculos mē tis eorū,ut reſpuentes ſimulacrarū culturam,te ſolum amatorem hominū ac benignum Deum cognoſcant.

8 *Ex patrimonio ſuo cō ſtruxit eccleſiā, mul toque ac mirifico decorauit ornatu.*

9 *Oratio ad dominum in corde cum fletu et gemitu.*

10 *Oratio cum genufle xione & lachrymis.*

Cumq́ hanc orationē finiſſet, cōtinuo egreſſus ab eccleſia,perrexit ad templum gentiliū araſq; eorum,& ſimulacra manibus ſuis euertit, atque deſtruxit. Quod factū cum cerneret turba gentiliū,quaſi aggreſtes ferę in ſiliunt,eumq́ laceratū multis uerberibus fugauerunt. Ipſe autem clam no cte in eccleſia reſidens plagarū ſuarum lacerationem non curans,ſed tan tummodo cū fletibus ac gemittibus,ut ſalui fierent, dominū precabatur. Facto autē mane aduenientes pagani,inueniunt hominē Dei orantem, & nimio ſtupore perculſi,quaſi ænei quidā effecti ſunt. Vnde & ad eccleſiam quotidie ueniebant,non tamen orationis gratia, ſed ut oculis ſuis eccleſiæ contemplantes ornatū ac pulchritudinē delectarentur. Cœpit itaq; quadā die uir beatus Abraham deprecari eos,ut agnoſcerent Deū. Illi uero ſæuiores effecti fuſtibus eum quaſi lapidem quendā atq; exanimem ceci derunt,& deinde pedibus eius fune ligatis,extra uicū traxerūt, lapidibus obruentes,mortuumq́ eum arbitrantes,ſeminecē reliquerunt. Media au tem nocte in ſemetipſam reuerſus,cœpit flere uehementiſsime (ac dicere; Vt quid domine deſpexiſti humilitatē meā)& quare faciem tuam auertis à me? & cur repellis animā meā,& deſpexiſti domine opera manuū tuarum? Et nunc domine reſpice ſuper ſeruū tuum,& exaudi deprecationem meam,& corrobora me,& abſolue ſeruos tuos à uinculis diaboli, & prę ſta eis,ut cognoſcāt te,quoniā tu es ſolus,& præter te non eſt alius Deus. Deinde conſurgens ab oratione,intrauit in uicū, ingreſſusq́ 11 eccleſiā, domino pſalmos canebat. Rurſus autē facto diluculo uenientes uiderunt eum,& ſtupefacti atq; in inſaniam uerſi,nulla habentes uiſcera miſericordiæ,acerrimis illū tormentis crudeliterq́ conficiunt, & ſolito funibus alli gatū, extra uicum traxerunt. Hæc autē cū per trienniū pateretur,quaſi ue tus adamas tolerabiliter perdurabat,nec tot tantiſq́ inſectationū tribula tionibus ceſsit, ſed cū cæderetur, cū traheretur, cū perſecutiones pateretur, cū lapidaretur, cū fame & ſitu laboraret, in omnibus his quæ ei acciderant,nunquā ad iracundiā prouocatus,nunquam ad indignationē com motus eſt,nunquā puſillanimitate fractus,nunquā tædio fatigatus eſt,ſed cū aſpera omnia pateretur,magis,ac magis amor eius in eos, & charitas augebatur,modo admonebat,modo blandiebatur, modo blandimentis

11 *Ingreſſuſque eccle ſiam, domino pſalmos canebat.*

ſuauiſsimi eloquiŋ liniebat. Et quidē ſeniores, ueluti patres rogabat, iuuenes, ut fratres, adoleſcentes, ut filios, cū contrario ab eis ſubſannaretur irrideretur, atq; mille opprobria pateretur.

Quadā igitur die habitatores uici illius congregati, nimioq; ſtupore mirantes ac perterriti, adinuicē colloquentes; Cernitis inquiunt, tā magnam patientiā uiri, & ineffabilē circa nos charitatē, quoniā in tantis tribulationibus, quas & intulimus, nequaquā ex hoc loco diſceſſerit, neq; alicui noſtrū malū uerbū locutus ſit, neq; auerſus eſt à nobis, ſed cum gaudio magno ſuſtinuerit uniuerſa. Vnde niſi eſſet (ut aſſerit) Deus uiuus quē prædicat, & regnū & paradiſus, ultio quoq; malorū, non hanc tribulationē pateretur inaniter. Illud etiā conſiderandū, quoniam Deos noſtros, cū eſſet ſolus, euertit, & in nullo eum lædere ualuerunt. Vere ſeruus Dei eſt homo hic, & cuncta uera quæ de eo fama diſperſit. Venite itaque, credamus in Deū quē prædicat. Et hæc inter ſe colloquentes, pariter omnes in eccleſiā pergunt, clamantes atq; dicentes: Gloria Deo cœleſti, qui miſit famulū ſuum, ut nos ab errore ſaluaret. Tunc beatus homo Dei hæc uidens, lætitia ingenti repletus eſt, & facies eius quaſi ros matutinus mutata eſt, apperiensq; os ſuū, ait ad eos; Patres mei, fratres ac filiŋ, uenite, demus gloriā Deo, qui illuminare dignatus eſt oculos mentis ueſtræ, ut eam poſsitis agnoſcere, & percipite ſignaculū uitæ, ut purificemini ab immunditia idolorū, & credite ex toto corde, & animo, qđ unus ſit Deus cœli & terræ, & omniū, quæ in eis ſunt, ſine initio inenarrabilis, & incomprehenſibilis, dator luminis, & amator, ac redemptor hominum, terribilis ac ſuauis, & in filiū eius unigenitū, qui eſt ſapientia eius, & in ſpiritū ſanctum, qui uiuificat omnia, ut cœleſtes ex terrenis effecti, uitā cœleſtē poſsitis adipiſci. Reſpondentes autē uniuerſi dixerunt: Ita pater noſter, ita dux uitæ noſtrę, quemadmodū denuncians nobis, & doces, ita credimus, & faciemus. Et confeſtim ſanctus Abrahā aſſumens ſacrū baptiſma, baptizauit eos in nomine patris, & filiŋ, & ſpiritus ſancti, à minimo uſq; ad maximū. Erant autē uſq; ad mille animas. Deinde per ſingulos dies diuinas ſcripturas eius legebat, docebat eos de regno Dei, de paradiſi delitŋs, de gehennæ ſuppliciŋs, de iuſtitia de fide, & charitate. Illi uero ſicut bona terra percipit ſemē bonū, & affert fructū, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimū, ita uerba eius libentiſsime audientes, atq; in timore domini proficiētes, fructus largiſsimos afferebant. In conſpectu autē eorum quaſi angelus Dei uidebatur, & quaſi quædam ædificiŋ ligatura. Sic charitas eorum connexa erat cum eo per doctrinā, & mentem eorū ſermo conſtrinxerat.

Completo igitur anno poſtquā crediderunt, uir beatus Abraham non ceſſabat diebus ſingulis uerbū eis Domini prædicare. At ubi eorū ſtudiū circa Deum fidemq; firmiſsimā uidit, & quod erga eum nimia eſſent charitate contexi, & honorem ſibi maximum exhiberent, uerens, ne obtentu eorū abſtinentiæ ſuæ regulam deſeruere cogeret, et quocunq; modo mēs eius terrenis curis aſtringeretur, conſurgens in medio noctis, hanc orationē fudiſſe fertur ad dominū: Tu ſolus ſine peccato Deus, qui cum ſis, requieſcis, qui ſolus amator es hominū, ac miſericors dominus, qui, mentis oculos huius multitudinis illuminaſti, qui eos ab aduerſariŋ uinculis abſoluiſti, qui implicatos eos ab ſimulachrorū erroribus conuertiſti, & tuę cognitionis eis ſcientiam tribuiſti, quæſo Domine, ut uſq; in finem regere

eos, & conſeruare digneris, & auxilium tuũ gregi huic optimo quem poſ ſidere uoluiſti, perpetuũ copioſumq́ clementer impartias; & quaſi muro ualidiſsimo eos gratia bonitatis tuæ circundes, & cor eorũ ſemper illumines, ut ea quæ ſunt tibi placita perficientes, 12 æternam uitã percipere mereantur; mihi quoq; infirmiſsimo adminiculũ tribuas, neq; reputes in peccatũ, quod ab eis feſtino diſcedere. Tu enim noſti uniuerſorum cognitor, quod te ſolũ deſidero, & te mihi Dominũ eſſe cognoſco. Conſummataq́ oratione diſcedens, 13 tertio conſignauit uicũ Chriſti ſignaculo, abijtq́ latenter in aliũ locum, & quibus potuit latebris occultauit. Mane autẽ ſolito more ad eccleſiam turbæ conueniunt. Cumq́ eũ minime reperiſſent, maximo ſtupore percuſsi, & quaſi errantes oues, diuerſis locis paſtorem propriũ perquirebant, nomenq́ ululantes cum lachrymis inclamant. Cum aũt diutiſsime perquirendo eum inuenire non poſſent, nimio mœrore deiecti, confeſtim, quod eis acciderat pergentes, epiſcopo nunciauerunt. Qui cum hoc agnouiſſet, ipſe quoq; admodum triſtis effectus, ſtatim plurimos ad requirendũ Dei hominẽ deſtinauit, maxime ob conſolationẽ gregis eius, eo quod cerneret eos flebiliter contriſtari. Cumque ab omnibus tanquã lapis precioſiſsimus quæreretur, & prorſus inueniri non poſſet, habito conſilio cũ clericis ſuis, epiſcopus memoratum uicũ ingreditur, cœpitq́ ad eos conſolatoriũ proferre ſermonem, & dolorẽ maximũ, quem de diſceſſu hominis Dei conceperant, blanda prædicatione lenire. Cernens aũt in fide Chriſti eos firmiſsimos, elegit ex eis uiros probabiles, quos 14 presbyteros, ac diaconos, lectoresq́ conſtituit.

12 *Aeternam uitam percipere mereantur.*

13 *Tertio cõſignauit uicum crucis ſignaculo.*

14 *Epiſcopus elegit ex eis uiros probabiles, quos presbyteros, ac diaconos, lectoreſque conſtituit.* Et *nullam hic inuenis factã de magiſtratu ac conſenſu plebis mẽtionem. Quid dicis hæretice?*

Audiens uero hoc ſanctiſsimus Abraham, uehementer gauiſus eſt, & glorificans Deũ dixit; Quid retribuã tibi Domine Deus meus, benigniſſime pater atq; amator hominũ, ſuauiſsime, pro omnibus quæ retribuiſti mihi? Honorifico, & glorifico diſpenſationem tuam. Tunc continuo ad priſtinã cellulam reuertitur. Fecit igitur alterã intrinſecus cellulam & ſemetipſum magna cũ lætitia concluſit. O miraculũ laudibus plenum, & gloriæ ſempiternæ. In tantis namq; afflictionibus, quas in ſæpedicto uico perpeſſus, nunquã abſtinentiæ ſuæ regulã fregit, neq; in dexterã uel ſiniſtram ab ea diuertit. Gloria, & magnificentia Deo, qui ei talem tolerantiam tribuit, qua & alios poſſet conuertere, & ſui propoſiti gratiam cuſtodire.

Gerens aũt diabolus bonorũ hominũ æmulus, quod tantas in eum tribulationum moleſtias excitans, non in inſidias Dei hominẽ trahere, non in aliquo mentẽ uiri Dei ualuiſſet à Domino ſeparare, & quod maius eſt, ſicut aurũ in fornace, preſſuris fulgentior redderetur, atq; in maiorẽ patiẽtiam, & alacritatẽ charitatis proficeret, uehementer irritatus, & acriter efferatus, aduerſus eũ cum magna phantaſia aduenit, ut ſaltẽ ſic ei pauorẽ incutiens, decipere eũ poſſet ac fallere. Igitur cum ſtaret in medio noctis ac pſalleret, repente lux copioſa ueluti ſolis, in cella eius refulſit, et uox quaſi cuiuſdam multitudinis audita eſt, dicens; Beatus es Abrahã, uere beatus es fidelis, nullusq́ ſicut tu in omni conuerſatione inuentus eſt, qui omnes uoluntates meas expleſti. Protinus aũt uir ſanctus dolũ maligni cognoſcens, exaltauit uocẽ ſuam, ac dixit: Obſcuritas tua tecũ ſit in perditionẽ, ò plene dolo atq; fallacia ego enim homo peccator ſum, habens tamen ſpei præſidia, per gratiã Dei in nullo tuas inſidias pertimeſcã. Neque

enim plurimæ phantaſiæ pauorē mihi incutiunt. Nomen ſiquidē Domini mei & ſaluatoris Ieſu Chriſti, quem dilexi, & diligo, mihi ualidiſsimus murus eſt, in quo te increpo immunde canis, ac ter miſerande. Et dicente eo hæc, confeſtim ut fumus ab occulis eius euanuit. Sanctus aūt Dei famulus cū multa alacritate tranquillo animo benedicebat Dominum, quaſi qui nullam phantaſiam uidiſſet.

15 Orante eo noctu. Rurſus uero poſt dies 15 orante eo noctu, tenens ſecurim diabolus, cellulā eius conabatur euertere. Et cū iam putaretur perforaſſe eā, uoce magna clamauit & dixit. Feſtinate celeriter, atq; introeuntes, uitam eius uiolenter eripite. Ait aūt contra eū beatus Abrahā. Omnes gentes circun dederunt me, & in nomine Domini uindicabor in eis. At ille protinus cū hanc uocē audiſſet, euanuit, cella aūt beati uiri integra atq; illæſa permanſit.
16 Cū media nocte pſalleret. Itē poſt paucos dies 16 cū media nocte pſalleret, pſlatum ſuū ſuper quod conſiſtebat, cœpit uehemens flāma cōburrere. Tunc ille intrepidus ignē conculcans, dicebat: Super aſpidū, & regulū ambulabo, leonem, & draconē conculcabo, & omnē uirtutē inimici, in nomine domini mei Ieſu Chriſti, qui mihi præbet auxiliū ſuperabo. Diffugiens itaq; Sathanas, uoce magna proclamabat. Ego te, inquiens, mala morte deuincā, inueniam que artes quibus te conteram, qui me nunc quaſi contemptibilē reputas.

Quadā die igitur cibum eo ſumente, transfiguratus dæmon in habitu adoleſcentis, cellulā eius ingreditur, & appropinquans, catinū eius nitebatur euertere. Vir aūt Dei manu illud retinens, manducabat intrepidus. Tunc exiliēs diabolus aliā phantaſiā repente confingit, & ecce quaſi cādelabrū ſtatuens ante eū, & lucernā deſuper ardentē, ore polluto ac fœtido pſalmos cantabat uoce magna, Beati inquiens, in uia immaculata, q ambulant in lege Domini. Cumq; ex eodē pſalmo uerba plurima cecinisſet, nullū ei ſermonem ſanctus ille reſpondit, donec cibum ſolitū percepiſſet. Poſtquam uero de menſa ſurrexit, cū omni conſtantia ait ad eum; Canis immunde, & ter miſerande, atq; infirmiſsime, & mendaciſsime, ſi noſti quod beati ſunt, cur eis moleſtus es? Nā beati ſunt reuera omnes, qui ex toto corde diligunt Deū. Reſpondens aūt diabolus, ait: Idcirco illis infeſtus ſum, ut ſuperē eos, ut ab omni opere bono præpediti, meis facinoribus ſocientur, Cui uir beatus ita reſpondit: Non tibi bene ſit maledicte, ut quempiā timentiū Deum ſuperare uel impedire prǫualeas, niſi forte eos, qui tibi ſimiles exiſtentes, à Deo propria uoluntate diſcedunt. Illos uincis ac fallis, quoniā Deus non eſt in eis. Ab his aūt qui diligunt Deū tanquam fumus à uento, ita facile euaneſcis ac deficis. Vna ſiquidem eorū oratio ſic te perſequitur ac deturbat, quemadmodū puluis à uento inſectatus diſpergitur. Viuit aūt Deus meus qui eſt benedictus in ſecula, qui eſt gloriatio mea, quia non te pertimeſcam, etiā ſi, omni tempore hic conſtiteris. Sic aūt pro nihilo te ſpernam, ueluti ſi unus catulus contritus ab aliquo contemnatur. Hæc eo dicente, confeſtim ille (ut ſolebat) euanuit.

17 Cum pſalmodiam noctis tempore conſummaſſet. Rurſus poſt dies quinq; 17 cū pſalmodiam ſuam noctis tēpore conſummaſſet, aliud phantaſiæ argumentū ab initio confingitur. Ecce enim quaſi turba plurima cernitur aduenīſſe, & uelut trahentes inuicem, cū clamoribus ſe mutuo cohortantur, ut homo Dei in foueā proǰceretur. Quos circunſpiciens uir beatus, circundederunt me, inquit, ſicut apes fauum, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine Domini uindicabor in eis.

Tunc

Tunc Sathanas exclamans, ait, heu heu me, quid tibi de cætero faciã neſcio. Ecce enim me in omnibus uictũ ac ſuperatum intelligo, & uniuerſas uires meas eſſe deſpectas, & me undiq; conculcatũ. Veruntamen nec ſic quidẽ à te aliquando diſcedã, donec ſuperans, humilẽ te mihiq; ſubiectum faciã. Vir aũt Dei ait ad eum: Anathema tibi, & omni uirtuti tuæ pollutiſsime dæmon, gloria aũt & honor Domino ſoli ſancto ac ſapienti Deo, qui nobis dilectoribus ſuis te tradidit conculcandũ, & idcirco uerſutias tuas ſubſannamus atq; contemnimus. Agnoſce itaque infirmiſsime atq; infelicißime dæmon, quia nos neq; te, neq; tuas pertimeſcimus phãtaſias. Per multũ autẽ tempus diuerſis argumentis ac machinis contra uirum fortiſsimũ dimicans, non quiuit cogitationibus eius ſolidiſsimis, ſaltem pauorẽ certaminis incutere. Magis aũt præliando alacritatem in eo, & charitatẽ apud Deũ maximam ſuſcitabat. Diligens namq; Deũ ex toto animo, & conuerſationẽ ſuam ſecundũ uoluntatem eius inſtituens, affluenter gratiam diuinam promeruit, & propterea non ualebat diabolus lædere eũ. Perſeueranter namq; pulſauerat, ut ei theſauri diuinæ gratiæ panderentur. Cumq; patefactus fuiſſet ingreſſus, tres ſibi inde precioſiſſimos lapides ſumpſit, fidem, ſpẽ, & charitatẽ, quibus in eo perfecte ac firmiter uirtutes reliquæ ornabantur. Texens quoq; precioſiſsimã 18 coronam bonis operibus, regi regum domino, à quo munus acceperat, offerebat. Quis enim ſic ex toto corde Deum & proximum tanquã ſeipſum dilexit? Aut quis ita laborantibus cõpatiebatur & miſericors exiſtebat? Quem aliquando monachũ audiens bene conuerſari, non pro eo deprecatus eſt Dominũ, ut liber ab omnibus diaboli laqueis ſeruaretur, & curſum uitæ ſuæ inculpabiliter conſummaret? Aut quem peccatorẽ uel impium audiens, pro eo ut ſaluaretur, 19 cum lachrymis diebus ac noctibus Dominũ non poſtulabat? Et in omni tempore inſtitutionis ſuæ non præteriuit eũ ſine lachrymis dies. Labia ſua non ſoluebat facile in riſum. Non appropinquauit oleũ corpuſculo eius, nec facies uel etiam pedes, à die conuerſionis ſuæ unquam diluti ſunt. Sic namq; ſe exibebat, tanquam quotidie moriturum.

18 *Texens quoque pretioſiſsimam coronam bonis operibus.*

19 *Pro peccatoribus ut ſalui fierent cum lachrymis diebus ac noctibus dominum deprecabatur.*

O uere fratres glorioſum miraculũ, in tanta 20 abſtinentia iugibusque uigilijs, fletibus mixtis caumenijs quoq;, & contritione corporis, nũquam tædio fatigatus eſt, ſed ueluti eſuriens quiſquã aut ſitiens, ſic ille auiditatẽ quandam ſuſtinens, nũquam ſui propoſiti potuit mens eius dulcedine ſatiari. Erat aũt aſpectus eius quaſi flos quidam immarceſsibilis, atque in facie eius puritas animi noſcebatur. Sed & totum corpuſculum eius quaſi nihil egiſſet, ualidum ac robuſtum apparuit, utpote qui diuina gratia in omnibus frueretur, & iocunditate ſpiritalis lætitiæ potiretur. In hora namq; dormitionis ſuæ ita ſplendidiſsimus uultu apparebat, quaſi qui nequaquã uitæ ſuæ tempus in abſtinentia peregiſſet. Sed & aliud in eo per diſpenſationem miraculum geſtum eſt. In omnibus ſiquidem quinquaginta annis abſtinentiæ ſuæ, ueſtem 21 cilicinam qua indutus fuerat, non mutauit

20 *In tãta abſtinentia, iugibusq; uigilijs fletibus mixtis, & contritione corporis.*

21 *In quinquaginta annis abſtinentiæ ſuæ, ueſtem cilicinã qua indutus fuerat non mutauit.*

MARIÆ MERETRICIS NEPTIS Abrahæ uita & pœnitentia.

VOlo autem dilectiſsimi unanimitati ueſtrę,etiã aliud admirandum negotiũ,quod in ſenectute ſua uir beatus geſsit enarrare.Eſt enim ſapientibus ac ſpiritalibus uiris plenũ ædificationis, nec non humilitatis atq; compunctionis,exemplũ.Res uero geſta,huiuſcemodi eſt:Habuit uir beatus Abraham propinquitate germanũ,quo defuncto,unica filia eius annorũ ſeptem relinquitur. Quam cũ parentibus orbatam noti amiciq; patris eius uidiſſent,patruo eius ſine mora producunt. Cumq; eã ſenior cerneret,in cella ſua exteriori iubet includi. Erat autem in medio utriuſq; cellulæ feneſtra permodica, per quam docebat eam pſalteriũ, aliaſq; ſcripturas, & cum 22 eo in laudibus domini uigilabat, & pſalmos nihilominus concinebat,atq; in omni abſtinẽtia æmulari ſuũ patruũ nitebatur. Alacriter quoq; in arrepto inſtituto proficiens,uniuerſas uirtutes animi feſtinabat implere. Vir namq; ſanctiſsimus inceſſanter pro ea cũ lachrymis dominũ deprecabatur, ne mens eius cura terrenorum actuum implicaretur, eo quod eius pater moriens, 23 infinitas pecunias ei reliquiſſet, quas cõfeſtim famulus Chriſti diſtribui iuſsit egenis atq; orphanis.Hæc quoq; patrũ ſuum precabatur quotidie, ut pro ſe dominum oraret,quatenus à cogitationibus peſsimis, & diuerſorum laqueorum diaboli eriperetur inſidijs.

22 *Vide uigilias in Dei laudibus,pſalmorum cantus & abſtinentiam, quæ res hodie ab hæreticis deridentur.*

23 *Infinitas pecunias neptis ſanctus uir egenis et orphanis iuſsit diſtribui, ut pauper ſpiritu Chriſtum ſequi poſſet.*

Conſtanter igitur inſtituti ſui regulam obtinebat. Exultabat autem patruus eius,quod ſic eam promptam ſine ulla hæſitatione in cunctis uirtutibus cerneret promoueri,in lachrymis ſcilicet, in humilitate,in modeſtia, in quiete,& quod his ſublimius eſt,erga Deũ eximia charitate. Viginti ſiquidem annis cũ eo in abſtinentia degens,uelut agna pudiciſsima atq; incontaminata colũba conuixit. Quo tempore annorum expleto,ſæuiebat aduerſus eam diabolus,& inſidias ſolitas prætendebat,quomodo eã poſſet ſuis caſsibus irretire, ut ſaltẽ ſic mœſtitiam, ſolicitudinemq; beato uiro poſſet incutere, & quantulumcunq; mentem ipſius à domino ſeparare.

Erat autem quidã profeſsione tantummodo monachus,qui ſub obtentu ædificationis ad eũ ſæpius pergere ſolebat. Sed & illã beatam per feneſtram nihilominus contẽplando, luxuriæ ſtimulis agitatus,cum ea colloqui cupiebat,amor namq; libidinis cor eius quaſi ignis ſuccenderat. Inſidiabatur ei quoq; multo temporis ſpatio, ita ut unius anni circulus uolueretur,donec cogitationẽ eius,uerborum ſuorũ mollitie eneruaret. Deniq; aperiens cellæ ſuæ feneſtram,egreditur ad eũ,qui eam protinus ſcelere iniquitatis,atq; libidinis contaminauit ac polluit.

24 *Conſcindens cilicium quo erat induta.*

Poſtquam uero tanti peccati facinus perpetrauit,expauit cor eius, 24 conſcindenſq; ciliciũ,quo erat induta,faciem ſuam manibus uerberabat, cupiens nimio mœrore ſe morti tradere. Cumq; ob nimiã anxietatem animi ignoraret qd deliberaret,diuerſis cogitationũ æſtibus fluctuabat,plangebatq; ſe non eſſe quod fuerat,& cũ eiulatu ſæpius proferens;Ego inqt, iam me ex hoc mortuã ſentio, perdidi dies meos & laborem abſtinentiæ 25 meæ,orationũ lachrymæ uigiliarumq; opera ad nihilum ſunt deducta;Deũ meum exacerbaui,& me ipſam interemi. Heu me miſerã omni la

25 *Ecce & hic abſtinen*

chrymarum fonte plangendam. Sanctũ patruum meũ amatiſsimo mœro
re depreſsi, opprobriũ animæ meæ operuit me, illuſio diaboli facta ſum.
Quid mihi infelici iam ultra uiuere? Heu me quid egi? Heu me quid factũ
eſt mihi? Heu me quid mali perpeſſa ſum? Heu me unde, & qualiter cor
rui? Quomodo obſcurata eſt mens mea? Non intellexi quomodo lapſa
ſum, non cognoui quomodo cõtaminata ſum, neſcio quomodo cor meũ
nubes tenebroſa contexit, ut non poſsim cõſiderare quid egerim? Vbi ab-
ſcondar? uel quo pergam? aut in quam foueã memetipſam præcipitẽ? Vbi
eſt magiſterium ſanctiſsimi patrui mei? Vbi monita collegæ eius Effrem,
qui me docebant in mea 26 uirginitate gratulantes, ut impollutam ani 26
mam immortali ſponſo ſeruarẽ: ſponſus etenim tuus dicebat, ſanctus, &
zelans eſt. Heu me quid agam? Non audeo iam cœlũ aſpicere, cum apud
Deũ & homines me mortuam eſſe cognoſcã. Iam enim ad feneſtram illã
propinquare non audebo. Quomodo ego peccatrix & plena immundi-
tiæ ſordibus, rurſum cũ ſancto patruo meo loqui tentabo? Quod ſi auſa
fuero, nonne ignis ex feneſtra exiliet, qui me confeſtim exuret? Melius eſt
ergo mihi abire in aliam patriam, ubi nullus eſt qui me poſsit agnoſcere,
eo quod ſemel iam mortua ſim, nec ultra mihi ſpes ſalutis relicta ſit.

tiam, orationes, lachrymas & uigilias.

In mea uirginitate gratulantes, ut impollutam animam immortali ſponſo ſeruarem.

Conſurgens autẽ protinus, perrexit in aliam ciuitatẽ, atq; in ſtabulo ſe
quodã, mutato priſtino habitu collocauit. Verũ cum hæc ruina præfatæ
fœminæ contigiſſet, huiuſmodi uiſio beato uiro oſtenditur per ſoporem;
Vidit namq; draconẽ terribilem atq; immanem, aſpectuq; ipſo fœtidiſsi
mũ, & in fortitudine ſibilantẽ, quaſi exeuntẽ de quodã loco, & uſq; ad cel
lulã ſuam uenientem, & reperiſſe ibi columbã, atq; glutiſſe eam, & rurſus
in ſuã foueam remeaſſe. Expergefactus autẽ contriſtatusq; uehementer,
fleuit amare, exiſtimans ſathanæ perſecutionẽ aduerſus Dei eccleſiã conci
tari, & pleroſq; à fide ueritatis auerti, uel ne ſchiſma aliquod in ſancta ec
cleſia gigneretur. Prouolutus 27 Itaq; genibus, precatus eſt dominũ di- 27
cens; Tu qui es præſcius uniuerſorũ Deus, amator hominũ, tu noſti quid
ſibi uelit hæc uiſio. Rurſum poſt hæc duos dies, uidit eundem draconẽ ſi-
mili modo ad cellã ſuã ueniſſe, & poſuiſſe caput ſub pedibus eius, fuiſſeq;
diruptum, columbã uero illã quam deuorauerat, uiuã in uentre eius reper-
tam, & extendiſſe manum ſuam, uiuamq; eam recepiſſe.

Vide orationem cum genuflexione.

Expergefactus autẽ, uocabat beatã illam ſemel atq; iterum, putans eam
in cellula eſſe, & dicebat; Cur te piguit filia Maria, ſic etenim fuit uocita-
ta, iam duobus diebus os tuũ in Dei laudibus aperire? Sed cum reſpõſum
ei nullũ daretur, & quod eam per biduum pſallentẽ ſolito more non audi
ret, animaduertit uiſionẽ ſuam ad illam certiſsime pertinere. Tunc inge-
muit ac fleuit amare, & profundens lachrymas ait; Heu me, quia agnem
meã lupus crudeliſsimus rapuit, & filia mea captiua effecta eſt. Exaltans
quoq; uocẽ ſuã, cũ lachrymis dixit: Saluator mũdi Chriſte cõuerte ad me
agnã meam Mariã, atq; in ouile uitæ eam reſtitue, ut non ſenectus cũ mœ
rore de hoc mundo recedat. Ne deſpicias deprecationẽ meã domine, ſed
mitte uelocius gratiã tuam, ut eijcias eam de ore draconis incolumẽ. Itaq;
duo dies qui ei per uiſionẽ reuelati ſunt, duorũ annorum curriculo finiun-
tur; quibus lubricã uitam neptis eius, quaſi in uentre atrociſsimi draconis
exegit, ſed ſanctus homo per omne tempus die noctuq; nunquam pro ea
dominum deprecando animum relaxauit.

Poſt duos uero annos,cũ ubi eſſet,& quemadmodũ ſe gereret compe tiſſet,rogabat quendã ſibi notiſsimũ,ut uſq; ad eam pergeret,& cuncta co gnoſceret diligenter.Pergens itaq; ille quẽ miſerat,et omnia ſub ueritate, & quia ipſam quoq; uidiſſet renuncians, rogatus à ſancto uiro habitũ & detulit militarẽ,& equũ ad ſedendũ.Oſtio itaq; patefacto egreditur, ſtatimq; habitu militari induitur,calamanchũ (ideſt,pileũ) quod lungum capiti ſuo,ut facies eius uelaretur,impoſuit,ſed & ſolidum unum ſecum portans,aſcendensq; æquũ,concitus properabat. Tanquã quiſpiam patriã cuiuslibet uel ciuitatẽ cupiens explorare, habitũ loci illius ne facile agnoſcatur aſſumit,ſic beatus iſte Abrahã inimici habitu, ut eum in fugã uerteret,utebatur. Venite igitur admiramini dilectiſsimi fratres hunc ſecundũ Abrahã.Primus quidẽ Abraham egreſſus ad prælĩũ regum, percutiensq; eos, Loth nepotem ſuum reduxit. Hic ſecundus Abraham, contra diabolum profectus eſt ad bellum, ut eo deuicto, neptem ſuam cum maiori triumpho reuocaret.

Itaq; cum perueniſſet ad locum,diuertit in ſtabulum, ac ſolicitis oculis huc atq; illuc circumſpiciens, ut eam uideret, perquirebat. Deinde cum multa hora præteriſſet,& uidendi eam minime tribueretur occaſio, ſubridens ait ad ſtabulariũ;Audiui inquit,ò amice, quod habes puellã optimã;quam ſi iuberes,libentiſsime peruiderẽ. Qui cum ætatis eius intueretur canitiẽ, ſenectute iam feſſam, quod ob luxuriam eam uidere cuperet non ſpernens,ſic reſponſum dedit.Eſt, inquit,ut tibi compertũ eſt, etiã ſupra modũ ſpecioſa; Erat ſiquidẽ Maria hæc pene ſupra quam natura exigit,formę pulchritudinis decora,cumq; ſenior nomen eius requireret,Mariã uocari ille reſpondit,Tunc hilari uultu,quæſo,inquit,ut mihi præſentiã eius exhibeas,ut poſsim cũ ea hodie epulari, multũ namq; ex auditu comperi ipſam laudari puellã. Quæ cum uocata adeſſet, atq; in habitu meretricũ ſanctus eam patruus eius uidiſſet, pene totũ corpus eius præ dolore ſolutũ eſt,amaritudinemq; animi læto uultu cęlauit, & lachrymas erumpentes uirili ſexu retinuit,ne forte ſi eum fœmina cognouiſſet, fugæ præſidium flagitaret.

Reſidentibus itaq; eis atq; bibentibus,cœpit cũ ea uir mirabilis ludere. Quæ conſurgens,complexa ceruicẽ eius,oſculis demulcebat.Cumq; oſcu
28 laretur eum, odorata eius 28 corpuſculũ ſuauiſsimo odore abſtinentiæ fragrare, recordata eſt dierũ quibus cum ſumma abſtinentia uixerat, & quaſi quodã telo percuſſa in animo,uehementer ingemuit, lachrymaſque profudit,& tanquã uim cordis non ſufferens,in hæc uerba prorupit:Vę uę mihi miſeræ ſoli. Tunc ſtabularius ſtupefactus, ait, quid eſt domina Maria,quod ſubito in tam grauiſsima ſuſpiria prorupiſti? Hodie duobus annis hic permanes,& nũquam ex te gemitus uel triſtior ſermo auditus eſt, nunc uero quid tibi contigerit neſcio.Quæ reſpondit ad eũ;Beata eſſem, ſi ante trienniũ fuiſſem defuncta.Ad hæc beatus ſenior, ne agnoſceretur, ueluti cũ quadam ſerenitate ait ad eam;Modo cũ lætitiæ nos interſumus, tu peccata tua cõmemorare ueniſti? O admiranda clementiæ tuæ diſpenſatio,Deus altiſsime. Putas ne puella non dixit in corde ſuo, Quomodo aſpectus uiri huius,patrui mei aſpectũ ſimilat? Sed ſolus tu amator hominum Deus,à quo eſt omnis bona ſapiẽtia,ita diſpenſaſti,ne eũ poſſet agnoſcere,& fortaſſe confuſione turbata, effugeret. Hoc autem non ob aliud

Corpuſculum ſancti ſuauiſsimo odore abſtinentiæ fragrabat.

eſt credẽdũ,niſi quia lachrymæ famuli tui, patrui eius,huiuſcemodi apud te obtinuere locum, ut ex impoſsibilibus poſsibilia facere dignareris.

Proferens itaq; ſanctus uir ſolidũ,quem attulerat, ſtabulario dedit, dixitq; ei; Fac nobis quæſo amice optimã cœnam, ut cum hac puella epulari poſsim,longi nanq; itineris interuallo,amore eius adueni. O uera ſapiẽtia ſecundũ Deum, ô uere intellectus ſpiritalis,ô uere prędicanda ſalutis diſcretio, 29 quinquaginta annis abſtinentiæ ſuæ nequaquam panẽ guſtauerat,nunc carnes ſine hæſitatione,ut ſaluaret animam perditam,manducauit. Sanctorum angelorum chorus,ſuper hac diſcretione beati huius ouans uehementer ſtupuit, quæ alacriter ſine ulla dubitatione manducauit,ac bibit,ut animã in limo defixã abſtraheret.O ſapientia ſapientiũ, & intellectus intelligentium.O diſcretio diſcernentium. Venite admiremini ſuper hac imperitia,uenite expaueſcite,ſuper hac differẽtia,quomodo perfectus hic & ſapiens ac diſcretor, & prudens, ideota & indiſcretor effectus eſt,ut ex ore leonis animã abſorptam erueret, & ex uinculis & carcere tenebroſo animam abſtruſam ac uinctam abſolueret.

29 *Quinquaginta annis abſtinentiæ ſuæ nequaquam panem guſtauerat.*

Igitur poſtquã epulati ſunt, prouocabat eum puella ad cubandũ, ut in cubiculum introirent. At ille; Eamus inquit. Cumq; introiſſet,cernit lectũ in ſublime ſtratũ,in quo ſtatim reſedit alacriter. Quomodo te appellem, uel quomodo & nominẽ perfectiſsime athleta. Chriſti,uehementer ignoro. Continentẽ te aſſeram,an incontinentẽ? Sapientẽ,an inſipientẽ? diſcretorẽ,ac indiſcretorẽ? Quinquaginta annos conuerſationes tuæ, ſuper pſiatiũ cubitaueras,& quomodo nunc ſuper huiuſcemodi lectũ conſtanter aſcẽdis? Sed hæc uniuerſa feciſti ad laudem, & gloriam Chriſti, & manſionum iter longiſsimum arripiendo, & carnes comedendo, & uinum bibendo,& in ſtabulum diuertendo,ut ſaluares animam perditam. Nos autem ſi ſaltem uerbum utilitatis loqui cum proximo uolumus,cuncta importune diſcernimus.

Sedente eo itaq; ſuper lectum,ait ad eũ puella; Veni domine, ut calciamenta de pedibus tuis auferã. At ille ait ad eam; Obſera,inquit oſtiũ diligenter,et abſtrahes ea. Volebat uero puella primo diſcalciare eum,ſed cũ ille non pateretur,obſeratis oſtijs,uenit ad eũ,cui ſenior: Domina, inquit Maria appropinqua mihi,cumq; appropinquaſſet, tenuit firmiter manũ eius,quaſi qui putaretur oſculari eam. Auferens quoq; calamanen, ideſt pileum a capite ſuo,& erumpens uocem in fletũ,ait ad eam,filia mea Maria,non me agnoſcis? Viſcera mea,nonne ego ſum,qui te nutriuit? quid tibi factũ eſt,o filia mea? Quis te interfecit? Vbi eſt ille habitus angelicus quẽ habebas filia mea? Vbi continentia? ubi fletus? ubi uigiliæ? ubi caumeniæ? A celſitudine cœli in hãc foueã quomodo deuoluta es filia mea? cur, quando peccaſti,non mihi indicaſti? non mihi illico retuliſti,& ego certe pro te pœnitentiam agerẽ cum dilectiſsimo Effrem, quare ſic feciſti? aut quare me ita deſeruiſti? & in hanc me mœſtitiã intolerabilem deduxiſti? Quis autẽ ſine peccato eſt, niſi ſolus Deus?

Cumq; hæc aliaq; multa dixiſſet, tanquã lapis immobilis in manibus eius remanſit,timore pariter & confuſione ſuppleta. Rurſus autem beatiſſimus uir cũ lachrymis adiecit,dicens; Non loqueris mihi ô filia mea Maria? non loqueris mihi pars uiſcerũ meorum? Nonne propter te filia mea huc adueni? Super me ſit hoc peccatũ,ô filia mea, ego in die iudicij pro te

reddam rationē domino, ego pro peccato hoc ſatisfaciā Deo. Vſq; ad mē diū itaq; noctis huiuſcemodi uerbis conſolabatur eam, & cum lachrymis uberrimis admonebat.

Cumq; parumper fiduciā percepiſſet, taliter flens ad eum locuta eſt: Non ualeo te, inquiens propter confuſionē uultus mei attendere. Et quomodo poſſum orationē Deo fundere, quando ſic immundicia cœni huius polluta ſum? Et ſanctus uir ad eam: Super me, inquit, ſit iniquitas tua ò filia mea, ex manibus meis peccatū hoc Deus requirat, ſolummodo audi me, & ueni, eamus in locū noſtrum. Ecce enim & chariſsimus Effrem pro te nimiū dolet, tuiq; cauſa ſedule dominum deprecator, noli diffidere filia de clementia domini, licet tua ſint peccata uelut montes, ſed illius miſericordia omnem ſupereminet creaturam. Sicut legimus, acceſsit mulier immunda ad mundū, & non eum inquinauit, ſed ab eo potius ipſa mundata eſt, lachrymis pedes domini lauit, capilliſq; ſuis exterſit. Si poteſt ſcintilla pelagus inflammare, poſſunt & peccata tua eius munditiā inquinare, non eſt nouum cadere in luctamine, ſed malū eſt, iacere deiectū. Reuoca unde extuleras pedē, firmius fige, ut inimicus fortiorem te ſentiat reſurgentem. Miſerere quæſo ſenectutis meæ, doleas pro caniciei meæ labore obſecro, & exurgens, ueni ad cellulam mecū, noli timere, lubricum enim eſt genus mortalium, ſed ſicut citius cadit, ſic iterum uelocius per Dei adiutoriū ſurgit, qui peccantes non uult mori, ſed ſanari & uiuere. Illa uero ait ad eum; ſi ſcis quia pœnitentiā agere poſſum, & 30 ſatisfactionē meam ſuſcipiat Deus ecce ut iubes, ueniā præcede, & ego ſequar ſanctitatē tuam, & exoſculor ueſtigia tua, quia ſic ſuper me doluiſti, ut ex uoragine immundiciæ huius educeres me. Et ponens caput ſuū ad pedes eius; tota nocte flebat, dicens; Quid tibi domine Deus meus pro omnibus his retribuam?

30 *Si ſcis quia pœnitentiam agere poſſum, & ſatisfactionē meā ſuſcipiat Deus. Ecce ſatisfactio noſtra quæ tantum a Modernis hæreticis impetitur.*

Diluculo autem facto, ait ad eam beatus Abrahā. Surge filia, et eamus hinc ad cellulam noſtram. Quæ reſpondens, dixit ad eū: Habeo hic modicum auri & aliquid ueſtimentorū, quid de his iubes fieri? Reſpondens autem beatus Abraham, dixit: Relinque hic omnia hæc, quæ ex parte maligni quæſita ſunt. Et ſurgentes, exierunt; ſtatimq; imponens eam ſuper equū, trahebat præcedens, quemadmodum paſtor cum inuenit ouē perditam, cum gaudio ſuper humeros ſuos tollit, ita beatus Abrahā gaudens in corde ſuo, iter cum nepte faciebat. Cumq; ueniſſet ad proprium locum, illam quidem ubi ipſe fuerat, interiori cellula recluſit, ipſe uero in cella exteriori permanſit. Hæc itaq; induta 32 cilicio, in humilitate animi, & cordis atq; oculorum fletibus perdurabat, uigilijs quoq; atq; arctiſsimis abſtinentiæ laboribus ſemetipſam conficiens, & cū modeſtia, & quiete ad dominum indeſinenter proclamans, facinus proprium ſpe firmiſsima ueniæ plangebat, tam ſapienter iugiter obſecrationibus uacans, ut nullus quiuis ſine uiſceribus, non compungeretur, cū uoces fletus eius audiret. Quis enim ſic immiſericors eſt inuentus, qui lamentantē eam agnoſcens, ipſe quoq; non fleret? Aut quis de eius uera cordis compunctione, nō egit gratias Deo noſtro? Pœnitentia ſiquidem eius, ſi noſtris ſupplicationibus comparetur, omnem menſuram doloris excedit. Sic enim impenſius dominum precabatur, ut ſibi ignoſceretur quod geſſerat, ut etiam ſignū, ſi ſuſcepta fuiſſet eius pœnitentia, diuinitus poſtularet. Clementiſsimus itaq; Deus, qui neminē uult perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, ita 33

32 *Ecce cilicium ueſtem pœnitentis.*

Ecce fletus, uigilias, et abſtinentiam eiuſdem. Nonne eſt hoc hæretice ſatisfacere Deo pro peccatis commiſsis?

33 *ita condignam eius*

condignam ſatisfactionẽ eius recepit, ut orationibus eius poſt trienij ple nitudinem ſanitas plurimis redderetur. Impenſius namq; ad eã turba po puli confluebat, quæ pro illorum ſalute dominũ efficaciter precabatur. Beatus autem Abraham alios decem annos in hac uita perdurãs, & cer nens optimam pœnitentiã eius, glorificansq; Deum, ſeptuageſimo uitæ ſuæ anno quieuit in pace. Quinquaginta ſiquidem annos magna cũ deuo tione atq; humilitate cordis, & charitate non ficta, inſtitutũ ſuum imple uit. Perſonam hominis nunquã accepit, ſicut apud plurimos fieri conſue uit, ut unũ quidem amore præferant, aliũ uero deſpiciant, neq; regulã ab ſtinentiæ ſuæ mutauit, non pigritia obtorpuit, nõ ſegniter egit, ſed ita ſem per extitit quaſi quotidie moriturus.

ſatisfactionem Deus recepit, ut orationibus eius poſt triennium ſanitas pluribus redderetur. Quid ergo dicis tu nouator, non requiri ſatisfactionem operũ ad ſalutem peccatoris?

Hic fuit modus beatiſsimi Abrahã, & hæc conuerſatio, & certamina tolerantiæ eius. Ita enim in certaminis acie contra aduerſariũ ſtetit, ut ne quaquam ſe poſt tergũ conuerteret, ſed neq; in tribulationibus quas iniui co perpeſſus eſt, neq; in prælio cũ phantaſijs dæmonũ dimicans, relaxa uit animum ſuũ, uel in aliquo trepidauit. Maximũ autem, atq; admirabile certamen hoc fuit, quod erga beatiſsimã Mariam geſsit, quomodo per ſapientiam, & ſpiritualẽ prudentiam, ſupradictã de uoragine iniquitatis abſtraxit, miraculũ In ipſum cubile draconis ingreſſus eſt, ibiq; eum pedi bus conculcauit, & ex medio dentiũ eius eſcam eripuit. Hi agones & ſu dores beati uiri extiterunt. Et hoc quidẽ ita conſcribimus ad conſolatio nem & deuotionẽ omnium qui uolunt pie & alacriter uitã ſuam inſtitue re, & ad laudẽ & gloriam Dei, cuius gratia affluenter nobis cuncta quæ opportuna ſunt conceduntur: In alio uero uolumine reliquas eius uirtutes deſcripſimus. Hora autẽ illa quando quieuit migraturus ad dominũ, pene uniuerſa ciuitas congregata eſt. Et unuſquiſq; eorũ cum omni deuotione caſtiſsimo eius corpori appropinquans, benedictionẽ ſibi ex 33 ueſtimẽ tis eius diripuit. Et ſi in quocunq; langore, id quod direptum eſt contigit, ſine aliqua mora ſanitas ſubſecuta eſt. 33

Veſtes ſancti benedictionem præſtabant tangentibus, & ſalutem languentibus cõferebant.

Vixit etiam Maria alios quinq; annos, ſicq; ſupra modũ uitam ſuã inſti tuens, & diebus ac noctibus in lamentatione magna lachrymiſq; perſeue rans, dominũ precabatur, ut pleriq; prætereuntes locũ illum per noctem, & audientes uocem fletuũ eius, nihilominus uerterentur in planctũ, & fletũ ſuum eius fletu copularent. Hora autem 34 dormitionis eius qua ex hac uita aſſumpta eſt, omnes qui uiderunt eam, propter ſplendorẽ uul tus eius gloriam domino retulerunt. 34

Ecce quomodo ſancti quãdo moriuntur dormire dicuntur, ſic et protomartyr obdormiuit in domino.

Heu mihi dilectiſsimi, quoniam hi quidẽ 35 dormierunt, & ad domi num cũ omni fiducia perrexerunt; quorũ mens in nullo prorſus mundanis negocijs colligata eſt, ſed in ſola domini charitate. Ego uero imp romptus atq; imparatus mea uoluntate permãſi, & ecce cõprehendit me hyems, & infinita tempeſtas, 36 nudũ me atq; ſpoliatum abſq; perfectione bo norum operũ inueniet. Admiror in memetipſo chariſsimi, quomodo quo tidie delinquo, & quotidie pœnitentiã ago: Per horas ædifico, & per ho ras constructa ſubuerto. Ad ueſperã dico ſequenti die pœniteo, mane au tem facto elatus diem prætereo. Rurſus ad ueſperã dico, noctu uigilabo, & cũ lachrymis obſecrabo dominũ, ut peccatis meis propitius ſit: cũ au tem nox aduenerit, ſomno potius occupor. Ecce qui mecũ acceperunt pe cuniam, die ac nocte negotiari contendunt, ut & laudem præconij conſe

35 *Dormierunt, & ad dominum cum omni fiducia perrexerunt.*

36 *Conqueritur ſe nudum atque ſpoliatũ abſq; perfectione bonorum operum inue-*

nienda m. Ergo bona opera ſunt neceſſaria ad ſalutem.

quantur,& decē ciuitatibus præſint. Ego ob pigritiam meā occultaui eā in terra,& dominus meus propinquauit uenire. Et ecce contremiſcit cor meum,& defleo dies negligentiæ meæ, non habens qualē excuſationem obtendam. Miſerere mei,qui ſolus ſine peccato es Deus, & ſaluū me fac, qui ſolus benignus es,& clemens quia præter te benedictum patrem, & unigenitū filium tuum, qui incarnatus eſt propter nos,& ſpiritū ſanctum qui uiuificat omnia,alium neſcio,neq; in alium credo.

Et nunc memento mei amator hominū,& deduc me de carcere iniquitatum mearum,quia utrunq; tuum eſt domine, & quando uoluiſti me in hunc mundū intrare,& quādo ex eo migrare præceperis. Memorare mei indefenſo,& ſalua me peccatorem, & gratia tua, quæ mihi in hoc ſeculo opitulatio,refugiū & gloriatio facta eſt,ipſa me ſub alas in illa die horrēda atq; terribili protegat. Tu enim agnoſcis qui es ſcrutator cordis,& renum,quod multas prauitates,& ſcandalorū tramites, imprudentiū uanitatem,& 37 hæreticorū defenſionem contempſi. Et hoc non ex me,ſed ex gratia tua,per quam illuminata eſt mēs mea. Vnde obſecro ſancte domine,ſalua me in regno tuo, & dignare me benedicere cum omnibus qui placuerunt ante te,quoniam decet te gloria, adoratio, & magnificentia, patri,& filio, & ſpiritui ſancto. Amen.

37 *Cum dicit ſe non defendiſſe hæreticos,infertur neceſſario, peccatum eſſe eos defendere.*

CONVERSIO, ET VITA BEATÆ PELAGIÆ à Iacobo Diacono Heliopoleos ſcripta.

Habetur in uitis patrum nouiſsime apud Coloniam editis. Nec non in libro Monachorum ſancti Nazarij Veronenſis in pergameno iam 300. annis manu ſcripto.

MAgnas ſemper Domino noſtro gratias referre debemus, qui non uult perire peccatores in mortem, ſed omnes per pœnitentiā conuerti cupit ad uitam. Audite ergo miraculum quod geſtum eſt in diebus noſtris. Viſum eſt mihi peccatori Iacobo, ſcribere uobis fratribus ſanctis,ut audiendo uel legendo ſciatis, & animabus ueſtris maximū conſolationis auxiliū acquiratis. Miſericors enim Deus, qui nullū hominem uult perire,ſtatuit in hoc ſeculo, ut per 1 ſatisfactionē delicta donentur, quia in futuro iuſtū iudicium erit,in quo recipiet unuſquiſq; ſecundū opera ſua. Nunc ergo ſilentiū mihi præbete,& intuemini mecū omnia diligentia cordis,quia relatio noſtra compunctione ſatis uberrima plena eſt.

1 *Operis ſatisfactio ex Dei ordinatione requiritur ad pœnitentis ſalutem, nec ſufficit credere culpam ſibi remitti.*

Sacratiſsimus Epiſcopus Antiochiæ ciuitatis,conuocauit ad ſe omnes prope ſe exiſtentes Epiſcopos,pro certa quadam cauſa,unde conuenerūt epiſcopi numero octo. Inter quos fuit & ſanctiſsimus Dei uir Nonnus,epiſcopus meus,uir mirificus,& efficaciſsimus monachus,de monaſterio qđ dicitur Tabenenſiotarū. Propter incomparabilem enim eius uitā, & decoratiſsimam conuerſationē raptus eſt de monaſterio, & epiſcopus ordinatus. Congregatos ergo in prædicta ciuitate, iuſsit nos epiſcopus ipſius ciuitatis manere in baſilica beatiſsimi martyris Iuliani. Ingreſsiq; ſucceſsimus,ubi & cæteri, qui conuenerant Epiſcopi ante ianuam ipſius baſilicæ reſiderunt. Quibus ſedentibus,aliqui epiſcopi dominū meum Nonnum rogabant ut aliquid ab ipſo docerentur. Statimq; ex ore ſuo ſanctus epiſcopus cœpit loqui,ad ædificationē,& ſalutem omniū qui audiebant. Cūctis uero nobis admirantibus ſanctam doctrinā eius, ecce ſubito tranſiit per nos prima mimarū Antiochiæ,ipſaq; eſt prima thorentiarū pantomimarum,ſedens ſuper aſellū,& proceſsit cum ſumma phantaſia, adornata

ita,

ita,ut nihil uideretur ſuper ea niſi aurũ,& margaritæ, & lapides precioſi, nuditas uero pedũ eius,ex auro,& margaritis erat cooperta,cũ qua maxima erat pompa puerorũ,& puellarum in ueſtibus precioſis amicta,& torques aurea ſuper collũ eius. Quidã præcedebãt,alij uero ſequebantur eã, pulchritudinis autem decoris eius, non erat ſatietas omnibus ſecularibus hominibus.Quæ tamen tranſiens per nos,totũ impleuit aërem ex odore, muſco,uel cæterorũ ſuauiſsimorum odoramentorũ fragrantia.Quã ut uiderunt epiſcopi ita nudo capite,& omni membrorũ compage,ſic inuerecunde tranſire cum tantis obſequijs, ut nec uelamen ſuper caput poſitum, nec ſuper ſcapulas,tacentes ingemuerunt, & quaſi à peccato grauiſsimo auerterunt facies ſuas.

Beatiſsimus autẽ Nonnus intentiſsime eã & diu reſpiciebat, ita ut poſteaquã tranſiſſet, intueretur & reſpiceret eam. Et poſtea auertit faciem ſuã,dicens ad circunſtantes epiſcopos; Vos non delectati eſtis tanta pulchritudine eius? Illis uero nihil reſpondentibus poſuit, faciẽ ſuper genua ſua,& manuale ſanctum quod tenebat ſanctis manibus ſuis, & ſic omnẽ ſinum ſuũ repleuit lachrymis,& ſuſpirans grauiter, dixit iterũ ad epiſcopos; Non delectati eſtis tanta pulchritudine eius? Illi uero nihil reſpondentibus,Vere,ait,ego ualde delectatus ſum,& placuit mihi pulchritudo eius; quoniã iſtam habet Deus præponere, & ſtatuere in conſpectu tremendæ, & admirabilis ſedis ſuæ,iudicaturus tam nos quã epiſcopatum noſtrũ. Et iterum dixit ad epiſcopos; Quid putatis, dilectiſsimi,quantas horas fecit in cubiculo ſuo hæc mulier, lauans & componens ſe, cũ omni ſolicitudine animi,& intentione,ad ſpectaculũ orans ſe, ut corporali pulchritudini,& ornatui nihil deeſſet,quatenus omnibus placeret, ne turpis uideretur eſſe ſuis amatoribus, qui hodie ſunt,& craſtino non ſunt? Ergo & non habentes patrẽ in cœlis omnipotentem, ſponſum immortalẽ, donantem bene 2 cuſtodientibus promiſsiones,quæ habent diuitias cœleſtes,& æterna præmia,quæ extimari non poſſunt, quæ oculos non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.Quid enim plura loquar? habentes repromiſsionẽ,faciem illam magnã,& ſplendidã,& inæſtimabilem ſponſi uultũ uidere,cui Cherubin reſpicere non audent, non ornamus,neque detergimus ſordes de miſeris animabus noſtris,ſed dimittimus eas negligenter iacere.

2 *Si æterna præmia donantur bene cuſtodiẽtib' promiſsiones dei conſtat regnum cœlorum dari nobis & ex gratia, & ex meritis noſtris.* Ex gratia *tum quia* Deus gra*tis promiſit, tum quia & gratiam dedit gratis, qua opera bona æterno præmio digna operemur.* Ex *meritis autem, quia ex dictis operibus æterno præmio dignis.*

His omnibus dictis apprehẽdit me peccatorem diaconũ, peruenimuſque in hoſpitiũ,ubi nobis fuerat cellula data. Et ingreſſus cubiculũ ſuum, iactauit ſe in pauimentũ,& faciem ſuam ad terrã,percutiẽſque pectus ſuum lachrymabatur,dicens, Domine Ieſu Chriſte, ignoſce mihi peccatori, & indigno,quia unius diei ornatus meretricis, ſuperuenit ornatũ animæ meæ. Quali uultu reſpiciã ad te? aut quibus ſermonibus iuſtificer in conſpectu tuo? Non enim occultabo cor meũ ante te,quoniã proſpicis ſecreta mea. Et uæ mihi peccatori,& indigno,quoniã ante altare tuum aſiſto, & non offero pulchrã animam qualem expetis à me. Illa enim promiſit placere hominibus,& fecit,& ego promiſi tibi placere, & mentitus ſum propter pigritiã meam. Nudus ſum tã in cœlo quàm in terra, non adimplens præcepta mandatorũ tuorum. Ergo non eſt mihi ſpes ex operibus bonis, ſed ſpes mea in miſericordia tua, qua confido ſaluari. Hæc uero illo dicente, & horũ cauſa plurimũ ululante, eodem die uehementer facta celebraui-

mus. Superueniente autẽ die, quæ eſt dominica, poſtquã compleuimus nocturnas orationes, dicit ad me ſanctus Nonnus epiſcopus, Tibi dico frater diacone, uidi ſomniũ, & fortiter conturbor, eo quod non poſſum diſcernere illud. Qui mox dicit ad me, uidiſſe ſe in ſomnijs, quomodo ad cornu altaris ſtaret nigra colũba, multis ſordibus inuoluta, quæ circumuolabat me, & fœtorem ac ſqualorẽ ſordiũ eius ferre non ualebã. Illa uero circunſtetit me, donec dimiſſa eſt oratio catechumenorũ. Poſtquam uero proclamauit diaconus catechumenis, procedite, ſtatim nuſquã comparuit. Et poſt miſſam fidelem, & completionẽ oblationis, cũ dimiſſa eſſet eccleſia, egrediente me limitem domus Dei, uenit denuo ipſa columba multis ſordibus inuoluta, & iterũ circumuolabat me. Ego uero extendẽs manum apprehendi eam, & iactaui in concham, quæ erat in atrio ſanctæ eccleſiæ, & dimiſit in aqua omnes ſordes ſuas, quibus obuoluta erat, & aſcendit de aqua, candida ſicut nix, quæ & uolans, in excelſum ferebatur, & omnino ab oculis meis ſublata eſt.

Quum ergo narraſſet ſomniũ ſanctus Dei Nonnus Epiſcopus, apprehendit me, & peruenimus ad maiorẽ eccleſiam cũ cæteris epiſcopis, & ſalutauimus epiſcopũ ciuitatis. Et ingrediens, omnem populũ eccleſiæ hortatus eſt, qui ingreſsi ſederunt ſuper thronos ſuos, & poſt omnem canonicam celebrationẽ, uel lectionẽ ſancti Euãgelij, idem epiſcopus ciuitatis porrigens ſanctũ euangelium beatiſsimo Nonno, hortabatur eum, ut uerba faceret ad populũ. Qui aperiens os ſuum, loquebatur ſapientiã Dei, quæ habitabat in eo, quoniam nihil compoſitionis, aut philoſophiæ, aut indiſcretũ alloquebatur, nihil in ſe habens humanæ naturæ ſuperfluum, ſed repletus ſpiritu ſancto arguebat, & cõmonebat plebem, ſynceriſsime loquẽs de futuro iudicio, & de perpetuis bonis q̃ repoſita ſunt. Cũcta ergo plebs compuncta eſt ex uerbis, quibus locutus eſt per eũ ſpiritus ſanctus, ita ut pauimentum ſanctæ eccleſiæ inundaret populi lachrymis.

Gubernatione uero miſericordiæ diuinæ contigit, ut conueniret ad eãdem eccleſiam, & meretrix hæc, de qua, factus eſt nobis ſermo, & quod mirũ eſt, cathecumena, cui nunquã acceſsit ſolicitudo peccatorũ, nec aliquando ad Dei conueniſſet eccleſiã, ſubito cõpuncta eſt timore Domini, cũ argueret ſanctus Nonnus populũ, ita ut deſperaret de ſeipſa mulier plãgens flumina lachrymarũ fundebat, nec ullo modo a fletu cõtinere ſe poterat. Et ſtatim præcipit duobus pueris ſuis, dicens, Suſtinete in hoc loco, & dũ egreſſus fuerit ſanctus Nonnus epiſcopus, ſequamur eũ, & inquirite ubi maneat, & uenite, & renuntiate mihi. Pueri uero fecerunt ſicut præcepit eis domina ſua, & ſequẽtes nos, uenerunt in baſilicã beatiſsimi martyris Iuliani, ubi nobis hoſpitiũ ſeu cellula erat. Et regreſsi uenerunt Dominæ ſuæ dicentes, quoniã in baſilica beatiſsimi martyris Iuliani manet. Quo illa audito, ſtatim trãſmiſit dypticum tabulatũ, per eoſdem pueros, ita continentem; ſancto diſcipulo Chriſti, peccatrix & diſcipula diaboli. Audiui de Deo tuo, quod cœlos inclinauit & deſcendit ſuper terram, non propter iuſtos, ſed ut peccatores ſaluaret, in tantũ humiliatus, ut publicanis appropinquauerit, & in quẽ Cherubin reſpicere non audent, cũ peccatoribus conuerſatus ſit. Et tu Domine meus, qui multam ſanctitatẽ habes, & ſi carnalibus oculis ipſum Dominũ Ieſum Chriſtũ, qui ſe illi mulieri meretrici Samaritanæ manifeſtauit ad puteũ, non aſpexiſti, tamen ue

rus cultor illius es,ſicut Chriſtianis audiui referẽtibus. Si uero illius Chriſti uerus es diſcipulus,non me reſpuas,per te deſiderantẽ uidere ſaluatorẽ, ut per te merar uidere uultũ ſanctum ſuũ. Tunc reſcripſit ei ſanctus Nonnus epiſcopus. Quæcunque es,manifeſta es Deo,& tu,& tractus tuus,& uoluntas tua. Attamen dico tibi, ne uelis tentare humilitatẽ meam. ego enim ſum homo peccator,ſeruus Dei. Si pro certo habes deſideriũ diuinitatis,uirtutem adipiſcendi,& fidem,& me uis uidere,ſunt mecum epiſcopi alij,ueni,& ante eos me uidebis, nam ſola me uidere non poteris. Quũ hęc relegiſſet meretrix, gaudio repleta,curſu uenit ad baſilicam beati martyris Iuliani,& nuntiauit nobis de præſentia ſua. Quo audito ſanctus Nonnus epiſcopus, uocauit ad ſe omnes qui illic aderant epiſcopos, & iuſsit eam uenire ad ſe. Quæ accedens ubi congregati erant epiſcopi, iactauit ſe in pauimentũ, & apprehendit pedes beati Nonni epiſcopi, dicens; Rogo te Domine meus, imitare magiſtrum tuum Dominum Ieſum Chriſtũ,& effunde ſuper me tuam bonitatẽ,& fac me chriſtianam. Ego enim ſum,Domine meus,pelagus peccatorũ,& abyſſus iniquitatis. Peto me baptizari. Cũ uix eam perſuaſiſſet ſanctus Nonnus epiſcopus ſurgere à pedbus ſuis,cũ ſurrexiſſet,dicit ad eam:Canones ſacerdotales continent non baptizati meretricẽ,niſi fideiuſſores præſtiterit,ut non ſe iterum in ipſis malis reuoluat. Quæ audiens talẽ Epiſcopi ſententiã, iactauit ſe iterũ in pauimentum,& apprehendit pedes ſancti Nonni,& ipſos lachrymis ſuis lauit,& capillis ſuis extergebat dicens:Rationẽ reddas Deo pro anima mea,& tibi adſcribam iniquitates ſactorũ meorum,ſi diſtuleris me iniquam,& turpiſsimam baptizaræ. Non inuenias portionẽ apud Deum cum ſanctis,niſi me nunc feceris alienã malorum operum meorũ. Neges Deum,& idola adores,niſi me hodie in ſponſam Chriſti renaſci feceris, & obtuleris Deo.

3 *Ecce in quanta reuerentia erant canones ſacerdotales, qui paſſim hodie contemnuntur ab hæreticis.*

Tunc omnes epiſcopi,& clerici qui conuenerunt, uidentes talẽ peccatricem pro Deitatis deſiderio talia loquentem,admirantes dicebant, nunquá ſe talem uidiſſe fidẽ & deſiderium ſalutis, ſicut huius meretricis. Et ſtatim tranſmiſerunt me peccatorẽ diaconũ ad epiſcopũ ciuitatis,ut hæc omnia ei inſinuarẽ,& unam de diaconiſsis iuberet eis beatitudo tranſmittere mecũ. Qui audiens,lætatus eſt gaudio magno dicens:Bene pater honorabilis,te expectabant opera iſta ſcio quod os meũ eris. Et ſtatim trãſmiſerunt mecũ dominam Romanam primã diaconiſſarum.Quę ueniens, inuenit eam adhuc ad pedes ſancti Nonni epiſcopi,cui uix perſuaſit ſurgere à pedibus ſuis,dicens. Surge filia ut exorcizeris Dixitque ei,confitere omnia peccata tua. Quæ reſpondit: Si perſcrutata fuero ſcientiã cordis mei, non inuenio in me aliqua opera bonorũ actuum.Peccata enim mea ſcio, quod arena maris grauiora ſint,aqua enim perparua eſt præ mole peccatorum meorũ.Confido uero de Deo tuo,quod dimittat pondus iniquitatum mearum,& reſpiciat ſuper me.

Tunc dixit ad eam ſanctus Nonnus epiſcopus; Dic quod ſit nomen tuũ? Quæ reſpondit; Naturali nomine Pelagia uocata ſum à parentibus meis, ciues uero Antiochiæ Margaritam me uocant propter pondus ornamentorum,quibus me adornauerunt peccata mea.Ego enim eram ornamentum,& comptum ergaſterium diaboli. Iterum dicit ad eam ſanctus Nonnus epiſcopus;Naturali nomine Pelagia uocaris? Quæ reſpondit; Ita do-

4 *Vides quod baptizandi prius exorcizabantur, & poſt baptiſmum ſi erant adulti, dabatur eis corpus Chriſti?*

5 *E priſcorum ſanctorum abſtinentiam. Nam nec oleo in cibo, nec uino in potu utebantur, niſi tempore magnæ lætitiæ. Et ideo ſpiritus ſancti gratia erat in eis.*

6 *Vide quomodo ſignū crucis Chriſti dæmones fugat.*

mine.Quo audito,ſanctus Nonnus epiſcopus 4 exorcizauit eam, et baptizauit,& impoſuit ei ſignū domini,tradiditq; illi corpus Chriſti.Fuitq; illi mater ſpiritalis ſancta domina Romana,prima diaconiſſarum,quæ accipiens eam,aſcendit in catechumenum,eo quod & nos ibi maneremus. Tunc dicit ad me ſanctus Nonnus epiſcopus.Tibi dico frater diacone, lætemur hodie cū angelis Dei,& oleū extra 5 conſuetudinē ſumamus in cibo,& uinū cum lætitia ſpiritali accipiamus propter ſalutē huius puellæ.

Sumentibus uero nobis cibum audiuntur uoces ſubito, uelut hominis qui uiolentiā patitur,diabolus enim clamauit dicens,Væ uæ, quid patior à decrepito ſene iſto?Non tibi ſufficiunt triginta millia ſarracenorū,quos mihi arripuiſti,& baptizaſti, & obtuliſti Deo tuo? Non tibi ſufficiebat Heliopolis,quoniam cū & ipſa mea eſſet,& omnes qui in ea habitabāt, me adorarent,tu mihi abripuiſti,& obtuliſti Deo tuo? Sed & nunc maximam ſpē meam abſtuliſti à me,iam nunc non fero machinationes tuas. O' iam quid patior a damnabili iſto.Maledicta dies illa in qua natus es ut,flumina lachrymarū infirmo hoſpitio inundant, iā ſpes mea abſtracta eſt.Iſta omnia clamabat diabolus,& lamentabatur ante ianuas,& audiebatur ipſe ab omnibus.Et iterū repetens, ad neophytam puellam dixit; Hæc mihi facis domina mea Pelagia,& tu meum Iudā imitaris?Ille enim gloria,& honore coronatus,& apoſtolus cōſtitutus, tradidit dominum ſuum,ita & tu mihi feciſti.Tunc dicit ad eam ſanctus Nonnus epiſcopus. Signa 6 te cruce Chriſti,& abrenuncia ei. Quæ ſignauit ſe in nomine Chriſti,& inſufflauit in dæmonem, & ſtatim nuſquam comparuit.

Poſt biduum ergo, dormiente ea cum ſancta Romana commatre ſua in cubiculo ſuo,apparuit diabolus nocte,& ſuſcitauit ancillam Dei Pelagiam,& dicebat;Rogo te domina mea Margarita, nunquid non ex auro & argento ditata es?nunquid non ex auro,& gemmis præcioſis adornaui te?Rogo te,quid te contriſtaui?Reſponde mihi,ut ſatisfaciam tibi;tantum ne me facias opprobrium Chriſtianorum.Tunc ancilla Dei Pelagia ſignauit ſe,& exufflauit in dæmonem,dicēs: Deus meus qui eripuit me de medio dentiū tuorum,& induxit in cœleſtem thalamū ſuum, ipſe tibi reſiſtet pro me.Et ſtatim nuſquam comparuit diabolus.Tertia uero die,poſteaquā baptizata eſt ſancta Pelagia, rogauit puerum ſuum, qui præerat rebus eius omnibus,& dicit ad eum.Vade in ueſtiariū meum,& ſcribe omnia,quæ ſunt,tam in auro,quam in argento,uel in ornamentis aut ueſtibus precioſis,& affer mihi.Puer fecit ſicut præcepit ei domina ſua, & omnem ſubſtantiam ſuā detulit. Quæ ſtatim uocauit ſanctum Nonnum epiſcopū per ſanctā Romanam commatrē ſuam,& omnem ſubſtantiā ſuam poſuit in manibus eius dicens:Hæ ſunt domine diuitiæ,quibus ditauit me ſathanas,has trado in arbitrio ſanctitatis tuæ,& quod noſti expedire,facias ex eis,mihi enim optādæ ſunt diuitiæ domini mei Ieſu Chriſti. Qui ſtatim uocauit cuſtodē eccleſiæ ſeniorē,& ipſa præſente,omnē ſubſtantiā eius in manibus illius tradidit,dicens;Adiuro te per inſeparabilē trinitatē, ne quid hinc in epiſcopiū aut in eccleſiā ingrediatur,ſed magis uiduis, & orphanis,& pauperibus erogetur, ut quod male attractū eſt,bene diſtribuatur,& diuitiæ peccatricis, fiant theſauri iuſtitiæ. Si uero ſpreto ſacramento, ſiue per te, ſiue per quemlibet aliū ſubtraxeris de his quicquam, anathema ingrediatur domum eius, & cum illis habeat partem, qui dixerunt, Crucifigatur, crucifigatur.

Illa

Illa uero conuocauit omnes pueros, & puellas ſuas, & liberauit omnes, donauitq́; torques aureos eis de manu ſua dicens: Feſtinate, & liberate uos de hoc ſeculo nequã pleno peccatis, ut ſicut fuimus in hoc ſeculo ſimul, ita ſimul permaneamus, ſine dolore in uita illa, quæ eſt beatiſsima. Octaua uero die, quando habebat depoſitionem albarũ facere, ſurgens nocte, nobis ignorantibus, depoſuit ueſtem baptiſmatis ſui, et induit ſe tunicam tricinã, id eſt Cilicinã, & birrã ſancti Nonni epiſcopi, & ex illa die nuſquam comparuit in ciuitate Antiochia. Quam ſancta Romana flebat amariſsime, & ſanctus Nonnus conſolabatur eam dicens; Noli flere filia, ſed lætare gaudio magno, quoniã Pelagia optimam portionem elegit, ſicut Maria, quam Dominus præfert Marthæ in euangelio. Illa autẽ abijt Hieroſolymã, & conſtruxit ſibi cellulam in monte oliueti, ubi Dominus orauit. Poſt aliquantũ uero temporis conuocauit epiſcopus ciuitatis omnes epiſcopos, ut unuſquiſq; reuerteretur ad propria.

7 *Cilicium olim erat ſignum pœnitentium.*

Poſt triennium, aut quadriennium tẽporis deſideraui ego Iacobus diaconus proficiſci Hieroſolymã, ut ibi adorarem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & petij epiſcopum meum ut me permitteret ire. Dum me permiſiſſet ire, dicit ad me: Tibi dico frater diacone, dum perueneris Hieroſolymã require ibi quendam fratrẽ Pelagium monachum, & eunuchũ qui multos annos habitat in ſolitudine clauſus, quaſi eum uiſitaturus, ut te enim poteris ab eo iuuari. Hæc autem omnia dicebat mihi de ancilla Dei Pelagia, non manifeſte.

8 *Vide quomodo etiam antiquitus fiebant peregrinationes ad loca ſancta.*

Perueni ergo Hieroſolymã, & adoraui ſanctam reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & alia die requiſiui ſeruũ Dei. Et acceſsi, & inueni eũ in monte oliueti, ubi dominus orauit, in modica cellula undiq; circunclusa, & paruam feneſtellam habuerat in pariete. Et percuſsi oſtiũ feneſtellulæ, & ſtatim aperuit, & cognouit me, ego uero non cognoui eam. Quomodo enim poterã cognoſcere illam, quam antea uideram, ineſtimabili pulchritudine, iam facie marcidã factam præ nimia 9 abſtinentia? Oculi uero eius ſicut foſſæ uidebantur. Quæ dicit ad me: Vnde uenis frater? Ego reſpondi & dixi: Miſſus ſum ad te, iubente Nonno epiſcopo. Quæ ait ad me: Oret pro me, quoniã uere ſanctus Dei eſt. Et ſtatim clauſit oſtiolum feneſtellæ, & cœpit pſallere horam tertiã. Ego uero oraui iuxta parietẽ cellulæ eius, & receſsi multũ iuuatus de angelica uiſione eius.

9 *Conſidera magnam abſtinentiam ſanctæ mulieris.*

Reuerſus uero Hieroſolymã, cœpi per monaſteria ambulando uiſitare fratres. Magna uero ferebatur fama per monaſteria de Domino Pelagio, propterea deliberaui etiam iterato ad eum redire, & ſaluatoribus doctrinis eius refici. Cumq́; ad cellulã ſuam perueniſſem, & pulſare, imo nominatim eum interpellare præſumerẽ, nihil reſpondit. Expectaui ſecunda die, & tertia perſeuerans, & proprio nomine Pellagiũ interpellans, neminem audiui. Quare intra me dixi: Aut nemo eſt hic, aut receſsit qui hic erat monachus. Nutu uero Dei monitus, iterũ dixi. Conſiderem ne oſtiolum feneſtellulæ? Et proſpexi, & uidi eum mortuũ, & clauſi feneſtriolum, & de luto replens diligenter, curſu ueni Hieroſolymã, & nunciaui, commanentibus, quod ſanctus Pelagius monachus mirabilia faciens requieuiſſet.

Tunc ſancti patres uenerunt cũ diuerſis monaſterijs monachorum, & ſic ſolutũ eſt oſtiolum cellulæ, & delatũ eſt foras ſanctum corpuſculum eius. Et dũ ſancti patres ungerent corpus myrra, tunc cognouerunt quod

10 ſuiſſet mulier, & exclamauerunt uoce magna, dicentes: Gloria tibi domine Ieſu Chriſte, qui multas diuitias abſconſas habes ſuper terrã, non ſolũ uiriles, ſed etiam muliebres. Diuulgatũ eſt autem omni populo, & uenerunt omnia monaſteria uirginũ, tam de Hiericho, quã, ex Iordane, ubi Dominus baptizatus eſt, cum 10 cereis, lampadibus, & hymnis, & ſic depoſitæ ſunt ſanctæ 11 reliquæ eius, & portatæ à ſanctis patribus.

Vide hæretice quomodo tumulentur Chriſtianorum corpora, nẽpe cum cereis, lampadibus, & hymnis.

11 *Sanctas reliquias appellat uenerabilis fœminæ corpus.*

Hæc uita meretricis, hæc conuerſatio deſperatæ, cum qua, & dominus nos faciat inuenire miſericordiam ſuam in die iudicij, quoniã ipſi eſt honor & gloria, poteſtas, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

VITA BEATI IOANNIS CLIMACI A' Daniele Monacho conſcripta.

Habetur in frontiſpicio operis eius, quod climax, ideſt ſcala dicitur.

QVænam hunc uirũ diuinum ciuitas tulerit, atq; ante cœleſtis militiæ glorioſam exercitationẽ educauerit, non facile dixerim, cũ id mihi non ſatis diligenter exploratũ ſit. Quænam 1 uero modo ipſum ferat, æterniſq; & immortalibus delicijs paſcat, longe ante nos Paulus expreſsit. Eſt enim & ipſe penitus cœleſtis illius Hieruſalem effectus municeps, in qua eccleſia primitiuorũ eſt; quorum, inquit, conuerſatio in cœlis eſt, ubi ſpiritu purgatiſsimo atq; ab omni materia remoto, diuina inſatiabiliter hauriens, pulchritudines inuiſibiles contemplans, digna 2 ſudorũ præmia recipit, laborumq; mercedem quietiſsimam refert. Nam cœleſtis regni hæreditate potitus, cum illis iam in æternum tripudiat, iungitq; lætitiam cũ ijs, quorum pes ſtetit in directo. Quonam uero modo beatitudinem iſtam ſibi comparauit, iam dicere inſtituam.

1 *Anima Ioannis in cœlo.*

2 *Digna ſudorum præmia recipit, Laborumque mercedem quietiſsimam refert. Ergo ſancti habent meritum apud Deum.*

Hic cum per ætatem corpoream ſexdecim ferme eſſet annorũ, ſeipſum obtulit Chriſto ſacrificiũ gratum atq; acceptabile, monaſticæ uitæ iugo colla ſubijciens in monte Syna, eo puto conſilio, ut ipſa uiſibilis loci cõmoratione admonitus, ad inuiſibilem deũ facilius dirigeretur, & aptius perduceretur. Atq; peregrinationem, ut intellectualiũ adoleſcentularum magiſtram, in primis adamauit, per quam turpi, & noxia confidentia omni reiecta, humilitate honeſtiſsima aſſumpta, dæmonem illũ, à quo nonnunquam, ut nobis ipſis placeamus, nobiſq; confidamus, inducimur, à ſe penitus eliminans, ab ipſo quoq; cordis aditu reiecit. Inclinans uero ceruicẽ, & confidens in domino, ac ei qui ſe ſuſceperat patri, ueluti optimo cuidã gubernatori, ſe totum mittens, altiſsimos atq; ſæuiſsimos uitæ præſentis fluctus ſine periculo traijciebat. Adeo uero perfecte mundo proprijſq; uoluntatibus mortuus erat, ut inexpertem rationis ac uoluntatis animã quãdam habere uideretur, atq; proprietate naturali omnino liberatam. Idq́; cum ante hanc cœleſtẽ ſimplicitatem, mundanæ ſapientiæ non fuerit imperitus, ſane mirabilius eſt. Philoſophiæ enim tumor, à Chriſti humilitate, ut plurima alia, longe remotus eſt.

Decem igitur & nouem annis ita conuerſatus eſt, ac beatæ ſubiectionis exemplar omnibus factus; cũ is, qui ſe exercuerat, ſenior ſanctus, migraſſet ad Chriſtum, & ipſe ad uitæ ſolitariæ ſtudiũ egreditur, illius orationibus ut armis potentiſsimis fretus ad deſtructionem munitionum ſathanæ. Quinto autem ab eccleſia lapide paleſtrę ſuę domiciliũ conſtituit, loco cui Tholas nomen eſt. Ibiq; quadraginta annos ſumma animi ma-

gnanimitate & alacritate tranſegit, ardentiſsimo amore ac diuinæ charitatis igne ſemper æſtuans. Iam uero quis poſsit, quantos illic pertulit labores, digne aut uerbis, aut plauſibus proſequi? Quomodo enim id efferri in lucem poterit, cum omnis eius labor clam & ſine arbitro exactus ſit? Veruntamen ex primitijs quibuſdam, & uelut præuijs occaſionibus beatiſsimi uiri ſanctum uitæ inſtitutum audiamus.

Edebat quidem 3 ex omnibus, quæ ſibi per profeſsionis ſuę uotũ edere licebat, ſed modice omnino, ut & ex hoc faſtũ, atq; elationis cornu ſapientiſsime deiecerit, breuitate quidem uictus inſanam gulæ rabiem penitũs affligens, atq; illi per mediam clamans; tace, obmuteſce; & ex omnibus modice guſtando, tyrannidem inanis gloriæ ſub iugũ mittens. Solicitudine præterea & raro hominũ congreſſu, fornacis huius flammam, luxuriam ſcilicet, adeò extinxit, ut omnino obſtructa ſedaretur, nullasq; moleſtias irrogaret. Cupiditatem uero (quam idolorum uenerationem apoſtolus eſſe diffiniuit) miſericordia dei, rerumq; exiguitate fortiſsime fortis iſte ſuperauit. Acediam uero animiq; deſidiã (quam merito iugẽ animæ mortem dixerim) mortis memoria, iugiq; pietatis exercitatione deuitauit. Cumq; nullius mortalis rei affectione teneretur, æternorumq; ſolũ ſenſu paſceretur, noxiæ triſtitiæ liber euaſit. Iracundiæ uero tyrannidem in ſeipſo per obedientiæ gladium occiderat. Raro præterea congreſſu corporis, rarioreq; uſu ſermonis, inanis gloriæ ſanguiſugam, arante ſimilimam mortificauit. Quid octaui uitij ſupremam diligentiſsimamq; emundationem, ſuperbiæ ſcilicet proſequar, quam cœpit quidẽ per obedientiæ manſuetudinem nouus hic Beſeleel, perfecit uero cœleſtis Hieruſalẽ dominus, præſentia ſua adueniens, humilitatemq; aduerſus illam exaltans, qua ſine diabolum eiusq; conformem claſſem deſtrui poſsibile non eſt.

3 *Cognoſce ex hoc loco quod ſanctorum Monachorum propoſitũ fuit, modis omnibus ſeipſos mundo crucifigere, & uitiorum cõcupiſcentias radicitus de animo euellere.*

Vbi uero in huius coronæ contextu ponam lachrymarũ illius fontem, rem quidẽ raram, & quæ in multis non facile inuenitur, quarum hodie ſupereſt ſecreta officina, ſpelunca breuiſsima in extremitate quadã ad radicem montis poſita, tantumq; ab illius, atq; omni alia cellula remota, quãtum ad obſeruandas gloriæ inanis aures ſatis eſſe uidebatur. Ad 4 cœlum uero uſq; gemitibus, ſuſpirijs, ſingultibus, precibuſq;, & eiuſmodi reliquis, quæ ab his fieri ſolent, qui gladijs, cauterijsq; punguntur, & quibus effodiuntur oculi, perſtringens; ſomniq; tantũ capiebat, quantum ſufficere poſſe arbitrabatur ad ſeruandam animi intellectusq; ſubſtantiam, ne per enormitatem uigiliarũ contabeſceret. Ante ſomnum uero ut plurimũ orationibus uacans, libellos etiam conſcribere ſolitus erat, quo ſolo opere acediæ lãguorem ab ſe fugabat. Porrò curſus eius omnis perpetua erat oratio, amorq; incomparabilis ad deum, hunc enim die noctuq; mundiſſimo caſtitatis ſpeculo intuens, ſatietatẽ ullam capere nolebat, immo uero (ut magis proprie eloquar) non poterat.

4 *Vide orationes, lachrymas & uigilias ſancti uiri.*

Huius aliquando diuini patris uitam imitari cupiens, eiusq; diſciplinis imbui, atq; ab eo ueræ philoſophiæ elemẽta percipere, quidam ex his, qui uitam ſolitariam delegerat, Moyſes nomine, pleroſq; ſanctorum patrum precatores exhibuit, per quos, ut ſe in diſcipulũ ſuſciperet, ſummis precibus orauit. Igitur illorũ precibus fretus, à ſancto uiro, ut optauerat, ſuſceptus eſt. Huic aliquando ſanctus pater præceperat, ut quodã ex loco pinguis glebæ materiam conueheret, pro lætiori hortuli oleorumq; culturã.

Perueniens igitur Moyſes ad denotatum ſibi locū, quod iuſſus fuerat, impigre exequebatur. Sed cum iam meridianum tempus adeſſet, & ſolis incendio, fornacis in morem, locus ille ignoſceret, (erat enim menſis Auguſtus) uictus Moyſes, & ex tranſuectione fatigatus, aliquantula requie opus ſibi eſſe decernit, atq; ſub immanis ſaxi umbra ſeipſum dimittens, obdormire cœpit. Sed clemētiſsimus deus fideles ſeruos ſuos in nullo cō triſtari permittens, cum iam periclitaretur Moyſes, conſueta illum miſericordia hoc modo præoccupat.

Magnus hic pater noſter Ioannes cum in cellula ſua degerat, ſibiipſi et deo ut conſueuerat uacans, in ſomnum quendam tenuiſsimum incidit, uiditq; per uiſum uirum quendam auguſtiore facie & habitu ſe excitantem, ſomnosq; ſibi exprobantē, ac dicentem; Tune Ioannes ita ſecure obdormis, & Moyſes periculo proximus eſt? Citius itaq; euigilans, oratione ſtatim armatur, pro diſcipulo ſupplicans. Quem poſtmodū ad ueſperam reuertentem, interrogat, num aliquid ſibi aduerſum, atq; inſperatum contigiſſet? Tunc ille, Saxum inquit miræ magnitudinis parum abfuit, quin me demoliretur, & penitus contereret, cū ſub illo profunde obdormirem, niſi uocem tuam me audire exiſtimans, ex loco, concito ſaltu, timore plenus deſiliſſem. Quo facto, continue ſaxum illud e ripa euulſum, ac terræ affixū conſpexi. Quo audito, uir dei uere mente humilis, nihilq; ex his, quæ uiderat, & audierat, diſcipulo annuncians, occultis clamoribus, & intime charitatis uocibus, hymnum dicens, gratias uberrimas retulit deo.

Erat etiam uir ſanctus occultorum uulnerū medicus. Monachus enim quidam Iſaac nomine, quum aliquando graui carnis æſtuaret incendio, curſu ad illum peruenit, undiq; mœrore circumfuſus, inteſtinumq; bellū ſingultibus & lachrymis patefecit. Eius itaq; fidem & humilitatem uir dei admiratus, blande his uocibus conſolatur dicens; Stemus, inquit, ambo 5 ad orationem fili, & omnino clemens, & miſericors Dominus preces non deſpiciet noſtras. Quod quum factū fuiſſet, necdū oratione completa, adhuc prono in faciē infirmo fratre proſtrato, uoluntatem ſerui ſui Dominus fecit, ut ex hoc prophetā ſuum uera dixiſſe oſtenderet. Serpens que carnis effugit, flagellis intentiſsimæ orationis edomitus. Porro is, qui hactenus fuerat æger, liberatū ſe ægritudine conſpiciens, omniq; iam huiuſmodi perturbatione curatum, obſtupuit ualde, Deoq;, & inclyto eius famulo gratias retulit.

5 Videſne quomodo fidelis oratio ualet omnia impetrare a Deo.

Cum uero præterea hic uenerandus pater, uerbo gratiæ ad ſe uenientes affatim exaciaret, ac doctrinę fluēta largiſsime profunderet, maligni quidam homines inuidiæ facibus inflammati, tantamq; fragē, quanta ex illius doctrina gignebatur, cohibere molientes, loquacem illū, ac nugacem uocare cœperunt. Quod ille animaduertens, cunctaq; in eo, qui ſe confortabat, Chriſto poſſe edoctus, nec ſolū per ſermonis exhortationē, eos qui ad ſe utilitatis ſuæ cauſa ueniebant, erudire uolens, ſed multo potius per ſilentiū, & per operū Philoſophiam (ut ſicut ſcriptū eſt) abſcinderet quæ occaſiones, uſq; ad certum tempus tacere inſtituit, mellifluumq; doctrinæ fluuiū compeſcere. Satius eſſe & melius exiſtimans, hoc interim detrimento affici ſtudioſos bonorū amatores, quibus fortaſſe per ſilentium amplius profuturus erat, q̃ ingratos illos iudices amplius irritari, ne ulterius eorū malitia & maliuolentia excreſceret. Quocirca & illi reueriti humilitatem

militatem ac modeſtiam uiri, conſcijq́ quod ſibi eiuſmodi utilitatis fontē obturauerant, quanticꝙ́ detrimenti omnibus extiterant, ad uirū ſupplices adueniunt, doctrinæq́ ſermonē cōmuni uoto cum alijs expoſcunt. Ceſſit igitur ſtatim, ut qui contradicere non norat, & denuo prioris ſtatus arripuit normam.

Cum igitur ita bonis omnibus excelleret, ut ſimilis inueniri non poſſet, uno ſimul omnes uoto, unoq́ affectu tanquā nouum quendā Moyſem, in uitum illum ad fratrū magiſterium, & regimen aſſumpſerunt, lucernā (ut ita dixerim) ſuper principatus candelabrū eleuantes, optimi ſane talium iudices, nec ſpe ſua fruſtrati ſunt. Aſcendit enim & ipſe ad montem, ſacratamq́ caliginem ſubiens, Dei manibus conſcriptam legē ſuſcipit, deiq́ contēplatione fruens, & intellectualibus gradibus ſcandens, uerbo Dei aperuit os ſuum, & ſpiritum attrahens, eructauit uerbum bonum de bono theſauro cordis ſui.

Sic igitur impleuit finem iuſsibilis uitæ in principatu Iſraelitarum monachorum, in hoc ſolum à Moyſe differens, quod ſupremam Hieruſalem ſumma facilitate conſcendit. Ille enim neſcio quo modo, etiā terrena fruſtratus eſt. Atteſtanter autē his quæ diximus, quotquot per eū ſpiritus ſancti eloquijs, & gratia potiti ſunt, plurimique ex his eius gratia ſaluati ſunt, hodieq́ ſaluantur. Teſtis optimus ſapientis huius ſalutis ſimulq́ ſapientiæ nouus Dauid. Teſtis item & paſtor noſter optimus Ioannes, à quo magnus ille exoratus, de Synai monte ad nos uſq́ animæ cognitione deſcendens, ueluti nouus aliquis dei ſpeculator, ſuas à Deo tabulas inſcriptas oſtendit nobis; extrinſecus quidem actiuæ uitæ, intrinſecus uero contemplatiuæ doctrinam continentes.

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI Vita per ſemetipſum conſcripta, cum lucubrationum ſuarum Elencho.

Habetur in frontiſpicio libri Homiliarum eius.

BEda famulus Chriſti, & presbyter monaſterij beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Verimodein Anglia natus in territorio eiuſdem monaſterij, cū eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus cū educandus Reuerendiſsimo Abbati Benedicto, ac dein de Geolfrido, cunctumq́ ex eo tēpus uitæ in eiuſdem monaſterij habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atque inter t obſeruantiā diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habui. Nonodecimo autē uitæ meæ anno diaconatū, triceſimo gradū presbyteratus, utrūque per miniſterium Reuerendiſsimi epiſcopi Ioannis, iubente Geolfrido Abbate ſuſcepi, ex quo tempore ſuſcepti presbyteratus uſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonū, hæc in ſcripturam ſanctam mea meorumq́ neceſsitudine, ex opuſculis uenerabiliū Patrum breuiter annotare, ſiue etiam ad formam ſenſus & interpretationes eorum ſemper ædijcere curaui.

t Inter obſeruantiam diſciplinæ regularis & quotidianam cantandi in eccleſia curam.

In principium mox Geneſis uſq́ ad natiuitatem Iſaac, & in alio libro, & electionem Iſraëlis & Iſmahelis libros quatuor.

De tabernaculo & uaſis eius ac ueſtibus ſacerdotum, libros quatuor.

Item in primam partem Samuelis, ideſt uſque ad mortem Saulis, libros quatuor.

De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis ſicut & cætera lib. duos.

Item in Regum librum triginta quæſtionum.

In Prouerbia Solomonis libros tres.

In Cantica canticorum libros ſeptem.

In Eſaiam, Danielem, duodecim prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum ex tractatu beati Hieronymi excerptas.

In Ezram & Neemiam libros tres.

In Canticum Abacuc librum unum.

In librum beati patris Tobiæ explanationis allegoricæ de Chriſto & eccleſia, libros duos.

Item Capitula lectionum in Pentatheucum Moyſi, Ioſue, Iudicum, in lib. Regum, & uerba dierum, in librum beati patris Iob.

In Parabolas, Eccleſiaſten, & Cantica canticorum.

In Eſaiam prophetam. In Ezram quoque & Neemiam.

In Euangelium Marci libros quatuor.

In Euangelium Lucæ libros ſex.

In Homiliarum Euangelij libros duos.

In Apoſtolum, quæcunque in opuſculis ſancti Auguſtini expoſita inueni, cuncta per ordinem tranſcribere curaui.

In Actus apoſtolorum libros duos.

In Epiſtolas ſeptem catholicas libros ſingulos.

In Apocalypſim ſancti Ioannis libros tres.

Item Capitula lectionum in totū Nouū Teſtamentū excepto Euāgelio.

Item lib. Epiſtolarum ad diuerſos, quarum de ſex ætatibus ſeculi una eſt.

De manſionibus filiorum Iſrael una.

De eo quod ait Eſaias; Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos uiſitabuntur, una.

De ratione biſexti.

De æquinoctio iuxta. Anatholium, una.

Item de Hiſtorijs ſanctorum.

Librum uitæ & paſsionis ſancti Felicis confeſſoris.

De metrico Paulini opere, in proſam tranſtuli.

Librum uitæ & paſsionis ſancti Anaſtaſij male de Græco translatum, et peius à quodam imperito emendatum, prout potui, ad ſenſum correxi.

Vitam ſancti patris monachi ſimul & antiſtitis Gudberti, primum heroico metro, & poſtmodum ſermone plano deſcripſi.

Hiſtoriam Abbatum monaſterij huius, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti, Geolfridi, & Vuicherti in libellis duobus.

Hiſtoriam quoq; eccleſiaſticam gentis noſtræ in quinq; libris.

Martyrologium de natalicijs Sanctorum Martyrum diebus in quo omnes quos inuenire potui, non ſolū qua die, uerumetiā quo genere certaminis, uel ſub quo iudice mundum uicerint, diligenter annotare ſtudui.

Librum Hymnorum diuerſo metro ſiue rithmo.

Librum Epigrammatum heroico metro ſiue elegiaco.

De natura rerum & de temporibus libros ſingulos.

Item de temporibus librum unum maiorem.

Librum etiam de orthographia, alphabeti ordine diſtinctum.

Item librum de metrica arte, et huic adiunctum alium de ſchematibus & tropis libellum, hoceſt de figuris modiſq́ locutionum quibus ſcriptura ſancta contexta eſt.

Te deprecor bone Ieſus, ut cui propicius donaſti uerba tuæ ſapientiæ uel ſcientiæ dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad te omnis ſapientiæ fontem peruenire, & apparere ſemper ante faciem tuam.

VITA SANCTI CORNELII EPISCOPI FOROcornelienſis per beatum Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem Scripta.

Eſt ſermo 165. in opere homiliarũ eius.

OMnibus quidem eccleſijs uenerationē debere me profiteor, & fidelißimam ſeruitutem; Sed Cornelienſi eccleſiæ inſeruire peculiarius ipſius nominis amore compellor.

Cornelius nanque memoriæ beatißimæ, uita clarus, cunctis uirtutum titulis ubiq; fulgens, operum magnitudine notus uniuerſis, pater mihi fuit, ipſe me per euangelium genuit, ipſe pius pĳßime nutriuit, ipſe ſanctus ſancta inſtituit ſeruitute, ipſe pontifex ſacris obtulit, & conſecrauit altaribus: & ideo mihi clarum, colendum, mirabile Cornelĳ nomen.

Amor ergo cognominis me compellit, Cornelienſis eccleſiæ deſiderĳs deſideranter occurrere: & proiectum uenerabilem uirum amabilibus pontificem conſecrare.

Proiectum dixi, ſed non abiectum; iuxta illud: in te proiectus ſum ex utero: de uentre matris meæ Deus meꝰ es tu. Et uere iſte proiectus ex utero humanæ matris, matris diuinæ in utero iugiter manſit: qui domus ſuæ neſcius, domus dei eſſe perſtitit habitator.

Qualiter autem fratres cunabulis ab ipſis gradus Eccleſiaſticæ militiæ conſcenderit & officia, quia dicere mihi longum eſt, ſicut dicit Dominus; ætatem habet, ipſe pro ſe loquatur, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui uiuit & regnat cum ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

VITA SANCTI ADELPHI EPISCOPI PER Petrum Chryſologum Archiepiſcopum Rauennatem Scripta.

Eſt ſermo 136. in opere homiliarũ eius.

HAbet hoc Adelphi antiſtitis ſanctus animus, & plena pietate dignatio, ut diues pauperis intret hoſpitiũ, pauperis ſe ponat ad menſam, & humilibus ſe faciat eſſe communem, quem diuitiæ, poteſtas, honor fecit & reddidit ſingularē. Inter maximas enim uirtutes numeranda eſt iſta uoluntas, quæ contempto obſequĳ ſui faſtu, deſpecta magnificæ domus reuerentia, calcato etiã ſuæ faſtigio poteſtatis, & abiecta opũ ſuarũ interna conſcientia, unde tumor maximus humanis ſemper dominatur in mentibus, ad uilißimas inopis ſe inclinauit anguſtias, ut ſuo pauperem contubernio ſublimaret.

Beatus plane iſte animus, & ab omni morbo arrogantiæ remotus, qui ad hoc pauperis diuerſoriũ primus intrauit: ut ante humanitatis debitor, quàm largitor exiſteret: Imitari deum euidenter iſte geſtiuit, qui ante hu-

mana in corpore ſuſcepit obſequiæ, quàm beneficia homini diuina concederet; quod pontificem dei ſummi præſentē Adelphū feciſſe conſpicimus: qui cū ſit uerbo diues, ſciētia copioſus, magnus ingenio, loco primus, egeni ſenſus, & mediocris eloquīj noſtri audientiā concupiuit, illius prophetæ inſtar qui illius uiduę uictū eſuriuit extremū, & paruulorum eius ſua fame uexauit anguſtias, nouum differens ſua petitiore miniſterium, ut petendo tribueret, eſuriendo ſaturaret, & exhauriendo deficientibus horreum, diuina largitate cumularet.

Et nos, filioli, quod habuimus dediſſe non pœnitet: quia & ſi, nos factū conturbauit ad tempus: releuat, & ſolatur exemplū. Cito ad uerbum huius dei hominis exiguitas ingenīj noſtri, ut uiduæ illius paſtus, cœleſti proficiet incremento, ac deinceps à repoſito cordis noſtri non uitæ ſubſtantia deficiet, ſed ipſa inopia abolebitur, & defectus. Felix uena, quæ ſuo dilatatur irriguo, & fluenta putei ſui tota acquirit atq; attrahit libertate.

Ecce uenit, & ſublimes ueſtros animos cœleſtis imber infudit; totoque impetu ſuperni fluminis, quæ in uobis eſt, ciuitatē dei ſuo irrigauit illapſu, ut terra noſtra diuino rore madida, centeſimum uſq; fœcundetur ad fructum. Aperite ſenſus, corda dilatate, & gremiū ueſtræ mentis extendite: ut quicquid de cœleſtibus iſtæ theſaurus uobis largiter effuderit, ad æternam gloriam, & cenſum perpetem poſsidere poſsitis.

Eſt ſermo qui habetur in uolumine ſermonū eius folio 46. à tergo.

VITA SANCTI VICTORIS CONFESSORIS PER D. Bernardum Abbatem Clareuallenſem ſcripta.

Victoris uita & gloria ſpecialis, non tā ad gloriam quam ad uirtutē prouocat omnes qui recto ſunt corde. Non recti planè ſed peruerſi eſt animi, ante quærere gloriā, quam exercere uirtutē, & uelle coronari, qui legitime non certauerit. Vanum eſt uobis, inquit, ante lucē ſurgere. Ita eſt. Fruſtra ad celſitudinem nititur gloriæ, qui prius non claruit uirtute. Fruſtra fatuæ uirgines ſponſo obuiā ſurgunt, quarū lampades extinguūtur, & ideo fatuæ, quia uacuis gloriātur lampadibus, uirtutis oleū non habentes. Abſit mihi gloriari niſi in gloria illorū, quibus propheta cō gratulans ait, Domine in lumine uultus tui ambulabūt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur. Et infert. Quoniā gloria uirtutis eorū tu es. Pulchre non eorum, ſed uirtutis eorū commendatur. Quæ enim ſine uirtute eſt gloria? Profecto indebita uenit, præpropere affectatur, periculoſe captatur. Virtus gradus ad gloriam, uirtus, mater gloriæ eſt. Fallax gloria & uana eſt pulchritudo, quā illa non parturiuit. Sola eſt, cui gloria iure debetur, & ſecure impenditur.

Sancto Victori nec uirtus nec gloria deeſt, ſed quemadmodum ambæ res, & quo ordine in homine proceſſerunt, id operæpretiū intueri. Pugnauit fortiter, uiriliter ſuperauit, & ſic demum gloria & honore coronatur. Quomodo nēpe inglorius remanſiſſet bellator fortis, humilis uictor, quāquam ne in die uirtutis ſuæ ſine gloria fuit, ſignis & prodigīјs admirādus.

Habemus dilectiſsimi in uita Victoris, et quod digne miremur, et quod ſalubriter imitemur. Miror uina dediſſe in eremo, non uitem, ſed fontem. Miror & ſtupeo infantem adhuc in utero pauori fuiſſe pauendis dæmonīјs, quippe ab ipſis præcognitū, & iam tunc ex nomine deſignatū, Nec ua

cuum nomen,ubi hoſtiũ fuga,& extorta confeſsio, uictoriã conceſsit infantulo. Quis itẽ non miretur furem à dæmone deprehenſum, & rurſum à dæmone mox hominẽ liberatum? Quis etiam nõ omni admiratione ſtupendũ ducat,carne circundatum hominem, cœlis patentibus carnis oculos ſuperno infigere lumini, & uidere uiſiones Dei, angelico inſuper mulceri cantico, doceri oraculo? Hæc atque ſimilia in ſancto homine ueneramur,non æmulamur. Merito quidem,quando et ſine ſalutis periculo poſſunt non fieri,& ſine ſalutis periculo nequeunt uſurpari. Tutius ſane æmulanda ſolidiora,quam ſublimiora, & quæ magis uirtutem redoleãt, gloriam minus.

Studeamus proinde moribus conformari,cui in mirabilibus ſimilari, et ſi uolumus,non ualemus. Æmulamur in uiro 1 ſobriũ uictum, deuotum affectũ,ęmulemur manſuetudinẽ ſpiritus, caſtimoniam corporis,oris cuſtodiam,animi puritatem,ponere frenũ irę,& modũ linguę,dormire partius,orare frequentius,commonere noſmetipſos pſalmis,hymnis & canticis ſpiritualibus, diebus iungere noctes, & diuinis laudibus occupare. Æmulemur chariſmata meliora. Diſcamus ab ipſo quod mitis & humilis corde fuit. Æmulemur,inquam, quod extitit liberalis in pauperes, iocundus ad hoſpites,patiens ad peccantes,benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma eſt cui imprimamur, in miraculis gloria à qua reprimamur. Illa lętificent,iſta ędificent,moueant illa, iſta promoueant.

1 *Vide hic catalogum uirtutum quæ in ſancto floruerunt,et multæ ex his contemnuntur ab Epicureis noſtri temporis. O audaciam inſignem.*

Epulemur dilectiſsimi ad menſam diuitis uocati, menſam abundãtem panibus,delitijs cumulatam. An non diues qui nos exemplis reficit, protegit 2 meritis,lętificat ſignis; Diues plane,in cuius hodie conuiuio ſolenni angeli & homines pariter congregantur. Hi ut reficiantur, illi ut delitiẽtur. Iſti ut proficiant illi ut gaudeant. Cuius uita repleta bonis,quid niſi menſa referta cibis? Nec tamen omnibus omnia apponũtur, ſed ut tollat quiſq; quod ſibi expedire & conuenire uidebitur.

2 *Protegit meritis.*

Et ego quidem conſilio ſalubriori diligenter conſidero quę mihi apponuntur. Cautũ eſt mihi eligere mea & aliena non tangere. Non extendam manũ ad gloriam miraculorũ, ne ſi attentauero quod deſuper non accepi, perdam merito & quod uideor accepiſſe. Non leuo cũ illo oculos ad rimanda ſecreta cœleſtia,ne oppreſſus à gloria confuſus reſiliam,ſero confugiens ad conſiliũ ſapientis qui ait, Altiora te ne quęſieris, fortiora te ne ſcrutatus fueris. Infertur menſis uinũ nouũ aquarum rubentium,non tango,quia non mihi appoſitũ ſcio,qui ſimiliter elementa mutare, naturas innouare non ualeo. Cerno itẽ in menſa Victoris angelos illũ audiſſe canentes. Nunquid uidebo & ego mihi ſuper nos exhiberi cantores, aut certe cytharędos illos de Apocalypſi corã me cytharizare in cytharis ſuis? Imperat ille dæmonibus adhuc in corpore uiuens,uinctũ in corpore ſoluit, iã corpore ſolutus. Cibi ſunt, ſed non mei, equidem iocundi & ſapidi, ſed non tangit illos anima mea, quoniam non eſt inopi mihi unde ſufficiam talia redibere.

At ſi diligenter conſidero,ecce præ oculis in menſa ſancti, cenſura iudicij,diſciplinæ uigor,ſanctitatis ſpeculũ,uitę forma,uirtutis inſigne. Hæc à me & abſq; præſumptione ſumuntur,& ſalubriter inſumuntur, & ſi diſsimulo,diſtricte repoſcuntur. Audi adhuc quænã mihi iure appoſita putẽ. Si panem doloris, & uinũ compunctionis de diuitis menſa obtuleris,tol-

lo ſecurus qui ſum pauper & inops. Erunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & poculũ meum cũ fletu miſcebo. Pars mea hæc qui dolenda commiſi. Nec me tamen pigebit ut æſtimo, cibi huius, quoniã qui appoſuit ſcientiã, addit & dolorem. Sed & ſi temperantiæ, ſi iuſtitiæ, ſi prudentiæ, uel fortitudinis exempla appareant, ea incunctanter ſumo, ſciens quia talia oportet me præparare. Hæc mihi apponi, hæc ad me repetitũ iri nõ dubito. Nunquid ſigna & prodigia exigenda à nobis ſunt, ut ea diuiti uiciſsim præparemus?

3 *Exempla bonorum operum, & rectitudo morum, communicantur nobis a Deo in sãctis, non poteſtas faciendi miracula.*

Fratres uaſa ſunt in honorẽ illi qui nos inuitauit, non cibi pauperũ. Tu ergo qui inuitatus es, diligenter conſidera quid tibi ille, quid ſibimet appoſuerit, nõ enim quicquid in menſa apponitur tibi, apponitur. Quid ſi in poculo aureo fuerit propinatũ? Non poculũ tibi, ſed potus apponitur. Sume potum, & pone aurum. Ergo 3 exempla bonorum operum & rectitudinem morũ pater familias communicat ita domeſticis, ut prærogatiuã ſibi retineat in miraculis. In his tamen atq; illis, ille glorificandus eſt, cuius munus ſanctè uiuere, cuius uirtus ſigna facere eſt, qui in trinitate perfecta uiuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum.

Eſt ſermo ſequens immediate præcedentem.

ITEM ADHVC DE SANCTO VICTORE per eundem D. Bernardum.

4 *Appropiauit cœlo ſanctus de medio, ut multo plures eius interceſsione ſaluẽtur.*

GAudete in domino dilectiſsimi, qui inter continua ſuæ pietatis beneficia, indulſit hominẽ mundo, cuius multi ſaluarentur exemplo. Iterum dico gaudete, quod ſublatus de medio, 4 appropiauit Deo, ut multo plures eius interceſsione ſaluentur. Habet ex hominibus cui hominũ peccata donet, miſericors & miſerator dominus. Habet tempus & locũ intercedendi pius & miſericors 5 aduocatus. Equidem locũ quietũ, & tempus feriarũ. In terris uiſus eſt, ut eſſet exemplo, in cęlũ leuatus eſt, ut ſit patrocinio. Hic informat ad uitã, illic inuitat ad gloriã. Factus eſt 6 mediator ad Regnũ, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui ſibi iam poſtulans nihil, totũ in nos transferre deſiderat, & ſupplicantis affectum, & ſupplicationis fructũ. Quid enim quærat ſibi, qui nullius eget? Dominus conſeruat eũ, & uiuificat eum, & beatũ facit eum in gloria, nihil illi deerit in loco paſcuę collocato. Hæc dies glorioſæ commigrationis eius, dies lætitię cordis eius. Exultemus & lætemur in ea. Introiuit in potentias domini, gaudeamus, quia nunc potentior eſt ad ſaluandum.

5 *Quid hic dicis hæretice? Facit ne iniuriã D. Bernardus domino noſtro Ieſu Chriſto, uocando ſanctum Victorem aduocatum noſtrum? Minime gẽtium, quoniam ille ſupremus & præcipuus eſt aduocatus, Victor ſub eo. Sicut & Apoſtoli dicti ſunt lux, fundamentum, petra, & ſimilia.*

Hodie Victor poſito corpore quo ſolo præpediri ab introitu gloriæ uidebatur, tanto alacrior, quanto expeditior, 7 penetrauit in ſancta, ſimilis factus in gloria ſanctorũ. Hodie de nouiſsimo & humili loco quem ſibi ex conſilio ſaluatoris elegerat, ipſo ſummo patrefamilias euocante, uerus amicus aſcendit ſuperius, & eſt illi gloria corã ſimul diſcumbentibus. Hodie deſpecto mundo, & mundi principe triumphato, ſupra mundum uere Victor aſcendit, accipiens de manu domini coronã uictoriæ. Aſcendit autem cũ immenſa ſupellectili 8 meritorũ, clarus triumphis, miraculis glorioſus. Pauſat miles emeritus, & poſt labores ſudoreſq; ſacræ peractę militię, locatur feliciter, coronatũ ſublimiter. Anima eius in bonis demorabitũ.

6 *Nec quod hic ſanctus pater appelletur Mediator, in aliquo derogat officio ſingulari*

Quæritis ubi? Cũ Abraam, Iſaac & Iacob in 9 Regno cœlorũ. Ita cũ talibus, & tali in loco ſibi ſedet. Sedet excelſa & fulgida, ſedet lętabunda

& laudans. Sedet delicata & ornata monilibus ſuis, ſtipata malis, fulcita *ueri & unici Media*
floribus. Sedet, inquã, ſibi uacua curis, delitijs affluens, abundans ocij & *toris noſtri domini Ie*
quietis, ad uacandum ſapientię. Quę ſedit & fleuit ſuper flumina Babylo- *ſu Chriſti. Quod ſi fa*
nis, ſedet modo ad fontẽ uitę, & conuerſatio illi ſecus torrentẽ uoluptatis, *ceret, nunquam D.*
cuius impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Inuenit ſibi fontem hortorũ, puteum *Bernardus tam pius*
aquarũ uiuentiũ, & cum Samaritana potatur aqua ſapientiæ ſalutaris, ut *pater, hoc loquendi*
non ſitiat in æternũ. Datur illi de fructu manuũ ſuarum, & laudant eã in *modo uteretur.*
portis opera eius, & gloriatẽ teſtimonio conſcientię. Conſcientiæ dico ſuę, 7
non alterius. Sed media angelorũ, digna planè eorũ conſortio, quorũ deſi *Anima ſancti eſt in*
derio flagrat, puritate nitet, caſtimonia decoratur. Sedet inter Apoſtolos *cœlo.*
uir Apoſtolicæ gratiæ, nec eſt quod ſe abſcondat à cuneo prophetarum, 8
qui quę illi prędixerunt, glorificauit & portauit in corpore ſuo. Necq; ſe pu *Aſcendit cum immẽ*
tat uictorioſis martyrũ Choris uictor noſter arcendũ, qui duro diuturno *ſa ſupellectili merito*
martyrio uiuentẽ ſui corporis hoſtiam immolauit. *rum. Ergo habẽt ſan*
Sedet ueteranus miles debita iam ſuauitate, & ſecuritate quietus. Secu- *cti merita.*
rus quidem ſibi, ſed noſtri ſolicitus. Non enim cum putredine carnis ſi- 9
mul ſe exuit uiſceribus pietatis, nec ſibi ſic induit ſtolam gloriæ, ut noſtrę *Rurſus anima ſancti*
pariter miſeriæ, ſuæq; ipſius miſericordiæ obliuionem induceret. Non eſt *demoratur in cœlo.*
terra obliuionis quam anima Victoris inhabitat, non terra laboris, ut oc-
cupetur in ea, non deniq; terra, ſed cœlum eſt. Nunquid cœleſtis habita-
tio animas quas admittit, indurat, aut memoria priuat, aut ſpoliat pieta-
te? Fratres latitudo cœli dilatat corda, non arctat, exhilarat mentes, non
alienat, affectiones non contrahit, ſed extendit. In lumine Dei ſerenatur,
memoria non obſcuratur. In lumine Dei diſcitur quod neſcitur, nõ quod
ſcitur dediſcitur. Superni ſpiritus illi qui ab initio cœlos inhabitant, nun-
quid quia incolunt cœlos, deſpiciunt terras, & non magis eas uiſitant, &
frequentant? Nunquid quod ſemper uident faciẽ patris, miniſterium eua
cuat pietatis? Omnes nihilominus adminiſtratorij ſpiritus ſunt, miſsi in
miniſterium, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.

Quid ergo? diſcurrunt angeli, & ſuccurrunt hominibus, & qui ex no-
bis ſunt, neſciunt nos, nec norunt iam cõpacti, quibus compaſsi ſunt et ip
ſi? Qui dolores neſciunt, ſentiunt tamen noſtros, & qui uenerunt de ma
gna tribulatione, non cognoſcunt iam in quo fuerunt? Scio qui dixit, me
expectant iuſti, donec retribuas mihi. Iuſtus eſt Victor, etiam expectans
noſtrã proculdubio retributionem. Non eſt ille pincerna Pharaonis, qui
inuentam gratiã retinuit ſibi, prophetę ſui pariter et captiui minime recor
datus. Miniſter Chriſti eſt, Chriſtum ſequitur. Non eſt ille oblitus ſuę pro
miſsionis, nec ſocio paſsionis Regni conſortiũ denegauit. Non eſt diſcipu
lus contra magiſtrũ, non poteſt Victor quicquam facere, niſi quod uiderit
magiſtrum facientẽ. Opera quæ ille fecit, & iſte fecit ſimiliter. Iam 10 10
cœlos ingreſſus, quos & ante apertos beatis oculis ſuſpiciebat, uere nunc *Victor cœlos ingreſ*
reuelata facie ſpeculatur gloriã Dei, abſorptus quidẽ, ſed non oblitus cla- *ſus, uere reuelata fa-*
morem pauperũ. Beata uiſio, qua in eandem imaginem transformatur de *cie ſpeculatur gloriã*
claritate in claritatem, tanquã à Domini ſpiritu. Paruulus ad pugnam, ma- *Dei.*
gnus ad uictoriam, matris uiſcera necdum exiens, & iam eijciens dæmo-
nia, cum incremento uirtutum ac meritorum. Victor uiuens inter pecca-
tores tranſlatus eſt.

O uirum præcipuæ ſanctitatis, qui ante ſanctus, quam natus, ante ope-

re,quā nomine Victor. Adhuc utero clauſus,iā de hoſte triumphauit. O uenerandā etiam ipſis angelis ſanctitatē,quam pari ſtudio,et ſi diſpari uoluntate,& mali fugitant,& frequentant boni. Nec facile dixerim quid uirum aſtruat ſanctiorē,horum fauor,aut pauor illorum. Corpore deniq; terras,mente cœlos inhabitans,aliquando familiarius aliquid nunciantes,aliquando ineffabili cantus ſuauitate, plauſibiles ſupernorum uoces,ſpirituū audiebat. Vere anima tua Victor una ex gemmis, quæ tibi in cruce apparuerunt. Verè infixa cruci,cum diuinæ incerta gloriæ, eandem ſibi claritatis imaginē induit quam inuenit. Vincenti expandit gremium ſuū,qui pugnanti dederat ſpiritum ſuum.

O uictrix anima, quæ ſicut paſſer tranſuolans, mundi laqueos euaſiſti, reſpice 11 ad incautas animas intricatas illis,periclitantes in illis, ut tuo patrocinio eruamur. O miles emerite, qui Chriſtianæ militiæ duris laboribus Euangelicæ felicitatis requiē commutaſti, reſpice ad imbelles & imbecilles commilitones tuos,qui inter hoſtiles gladios, & ſpiritales nequitias tuis laudibus occupamur. O Victor inclyte, qui & de terra & de cœloglorioſiſsime triumphaſti, illius gloriam nobiliter ſuperbus deſpiciēs, & huius Regna pie uiolentus diripiens, reſpice de cœlo ad uictos terræ,ut hæc ſit tuorū conſumatio triumphorum,ſic nobis demum uiciſſe te ſentiamus. Nam ſi ex re nomen tibi, perfecta ueritas nominis ex noſtra liberatione cenſebitur,& certe deeſt interpretationi,quandiu nos qui tui ſumus minime liberamur. Quam pium,quam dulce,quā ſuaue, O uictor in hoc loco afflictionis,& in hoc corpore mortis,te canere,te 12 colere, te precari. Nomen tuum,& memoriale tuum,fauus diſtillans in labijs captiuorum,mel & lac ſub lingua eorum,qui tui memoria delectantur.

11 Vide quomodo ſanctum Victorem inuocat. Ergo bonum & ſanctum, ſanctos inuocare, ut nobis ſint patrocinio, & pro nobis intercedant.

12 Colere, nō intelligas cultu latinæ, eo enim non ſanctos, ſed Deū ſolum colimus.

Eya ergo fortis athleta,dulcis patrone,aduocate 13 fidelis, exurge in adiutorium nobis,ut & nos de noſtra ereptione gaudeamus,& tu de plena uictoria glorieris. O omnipotens pater, peccauimus tibi,facti filij alieni,ſed appropiauimus in Victore,qui dum uicit cupiditatem ſuā, uincat et iram tuam,nos quoq; in gratiā potenter reſtituat. O Victor Ieſu,te in noſtro Victore laudamus, quia te in illo uiciſſe cognoſcimus. Da ei pijſsime Ieſu,ſic de ſua in te uictoria gloriari, ut non ſubeat obliuio noſtri. Fili Dei immitte ei noſtri in conſpectu tuo memorem eſſe, noſtram in tuo tremendo iudicio ſuſcipere & agere cauſam,qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

13 Iterum aduocatum inuocat Victorem, ut in cœlo ſit memor noſtri in conſpectu Dei.

Habetur in opere ſermonum eius fol. 59.

VITA ET TRANSITVS SANCTI MALACHIÆ Epiſcopi Hibernenſis per D. Bernandum Abbatem Claraualleſem Scripta.

DE cœlo uobis hodie dilectiſsimi copioſa quædam eſt benedictio deſtinata,& fideliter nam nō diſtribui, uobis quidem damnoſum eſſet,mihi uero periculoſum, cui nimirum hæc diſpenſatio uidetur eſſe commiſſa. Timeo itaque damnum ueſtrum,timeo dānationem meā, ſi forte dicatur,paruuli petierunt panē, & non fuit qui porrigerit illis. Scio enim quam neceſſaria nobis ſit è cœlo ueniens conſolatio, quas conſtat illecebris carnalibus,& oblectamentis ſecularibus uiriliter abrenuntiaſſe. Nemo ſanè beneficij eſſe cœleſtis, & ſuperno dubitet conſilio diffinitum.

tum,ut Epiſcopus Malachias hodie inter uos obdormiret, & deſideratā inter uos haberet ſepulturam. Cū enim nec folium quidem arboris ſine diuino nutu cadat in terram,quis tam hebes, ut non euidenter in huius beati uiri aduentu & tranſitu magnum prorſus conſilium ſupernæ pietatis aduertat?A finibus terræ terrā hic poſiturus aduenit,alia quidem occaſione feſtinans, quanuis ob ſpecialem erga nos charitatem id plurimum deſiderraſſe noſcatur. Multa quidem in itinere ipſo impedimenta ſuſtinuit, nec transfretare permiſſus eſt,donec appropinquaret tempus cōſumationis, eius,& terminus qui præteriri non poterat. Quem quidem multis ad nos peruenientē laboribus,tanquā angelum Dei per reuerentiā ſanctitatis ſuę ſuſcepimus, ſed & nos ipſe pro ſua manſuetudine & humilitate altius radicata, longe ſupra quam meremur deuoto ſuſcipiebat affectu. Paucos deinde apud nos dies fecit incolumitate ſua,dū ſocios præſtolaretur, qui diſperſi in Anglia fuerāt, cum Regis illius uana ſuſpicio Dei hominem impediret.Iamq; omnibus ad eū collectis,ad Romanam pro qua uenerat curiam iter parabatur, cum ſubito infirmitate præuentus, ſenſit protinus ad cœleſte magis ſe ſe palatium euocari, Deo melius aliquid prouidente pro nobis,ne à nobis egreſſus,alibi conſumaretur.

Nullum quidem in eo dico mortis, ſed uel grauis ægritudinis ſignū medicis apparebat,ille tamen exhilaratus ſpiritu aiebat,omnimodis oportere,ut hoc anno Malachias ab hac uita egrederetur. Laboratum eſt è cōtra, & deuotis precibus apud Deum & quibuſcunque potuimus modis, ſed illius præualuere merita, ut deſiderium cordis eius tribueretur ei,& nō fraudaretur uoluntate labiorum ſuorum. Sic enim pro uotis omnia ei concurrere, ut hunc maxime locum diuina ſibi inſpirante clementia elegiſſet, & hunc quoq; ex longo optaret ſepulturæ habere diem, 1 quo fidelium omnium generalis memoria celebratur.

Sed & illud noſtra hęc gaudia merito cumulauit,quod fratrum noſtrorum oſsibus,de priore 2 cemiterio huc aſportandis & recondendis, eadem nobis dies authore Deo fuiſſet electa. Quę nimirum deportantibus nobis,& ex more pſallentibus, idem uir ſanctus plurimum ſe ſe illo cantu 3 delectari dicebat,& non multo poſt ipſe quoq; ſecutus eſt, ſomno ſuauiſsimo & feliciſsimo ſoporatus. Agimus itaq; gratias Deo ſuper omnibus diſpoſitionibus ſuis,quod indignos nos beatæ mortis eius honorare præſentia, quod pauperes ſuos 4 precioſiſsimo corporis eius locupletare theſauro, quod infirmos nos tanta eccleſiæ ſuæ uoluit fulcire columna. Alterum ſiquidem è duobus ſignum iſtud quod nobis in bonum factum eſt perſuadet,quod aut placitus Deo ſit locus, aut ſibi placitum facere, ad quem tantæ ſanctitatis uirum à finibus terræ moriturum ſepeliēdúmque perduxit.

Cæterum populo illi affectuoſius condolere, & eius quæ tam miſerabili eccleſiæ dirum hoc uulnus non pepercit inferre,crudelitatem mortis uehementius abhorrere,beati huius patris charitas ipſa compellit. Dira profecto & inexorabilis mors,quæ tantam hominum multitudinē unius percuſſione multauit, cæca & improuida,quæ Malachiæ ligauit linguam,impediuit greſſus,diſſoluit manus,oculos clauſit. Illos,inquam,deuotos oculos, qui pijſsimis fletibus diuinam pectoribus reconciliare gratiam conſueuere. Illas mundiſsimas manus, quæ laborioſis & humilibus operi-

1 *Generalis omnium fidelium defunctorum memoria uno die in eccleſia celebratur.*

2 *Vide quomodo ſemp in Cemiterijs ſepeliūtur corpora Chriſtianorum, & nō in campis.*

3 *Sanctus uir cantu illo plurimum delectatus eſt. Ergo non malus eſt eccleſiæ cātus, ſed bonus, quo amici Dei & utuntur & delectantur.*

4 *Corpus ſancti defuncti precioſiſsimum uocat theſaurum, quo*

Claramuallem locupletare Deus uoluit.

bus exerceri ſemper amauerant, quæ 5 Dominici corporis hoſtiam ſalutarem pro peccatoribus toties offerebant, & ſine ira & diſceptatione in

5 oratione leuabantur in cœlum, quæ infirmis multa beneficia pręſtitiſſe, et ſignis uarijs effulſiſſe noſcuntur. Illos quoqꝫ ſpecioſos greſſus euangelizantis pacem, euangelizantis bona, illos pedes qui toties fatigati ſtudio pietatis, ueſtigia illa digna quæ ſemper deuotis oſculis premerentur. Sancta deniqꝫ labia illa ſacerdotis, quę cuſtodiebant ſcientiam, os iuſti quod ſapientiam meditabatur, & linguam eius quæ iudicium loquens, imo & miſericordiam, tantis mederi ſolebat uulneribus animarum. Nec mirum fratres iniquam eſſe quam generauit iniquitas, inconſideratam quam noſcitur ſeductio peperiſſe. Nihil, inquam, mirum ſi fuerit ſine diſcretione, quæ uenit ex præuaricatione ſi ſit, crudelis & fatua, quæ ex antiqui ſerpētis fallacia, & mulieris inſipientia prodit. Quid tamen cauſamur qđ Malachiam auſa ſit attentare, fidele equidem membrum Chriſti, quando & ipſum Malachiæ pariter & omnium electorum caput furibunda peruaſit. Peruaſit utique immunem, ſed non immunis euaſit. Impegit in uitam mors, & incluſit intra ſe uita mortem, & abſorpta eſt mors à uita. Hamum ſibi deuorans, inde teneri cœpit, unde uiſa eſt tenuiſſe.

Manus quæ dominici corporis hoſtiam ſalutarem pro peccatoribus toties offerebāt, & ſine ira in oratione leuabantur in cœlum.

At fortaſſe quis dicat. Quomodo mors a capite ſuperata uidetur, quæ tanta adhuc libertate ſæuit in mēbra? Si mors mortua, quomodo Malachiam occidit? Si uicta, quomodo adhuc pręualet uniuerſis, & non eſt homo qui uiuat & non uideat mortem. Victa planè mors, opus diaboli, & peccati pœna, uictū peccatum, cauſa mortis, uictus & malignus ipſe, & peccati author, & mortis. Nec modo uicta ſunt hæc ſed & iudicata & dānata. Diffinita quidē, ſed nondum promulgata ſententia eſt. Deniqꝫ iam diabolo ignis paratus, & ſi nondū ille præcipitatus in ignem, modico adhuc tempore ſinitur malignari. Tanquā malleus cœleſtis opificis factus eſt, malleus uniuerſæ terrę. Terit electos ad eorū utilitatem, reprobos cōterit in eorū damnationem. Qualis ergo paterfamilias, tales & domeſtici eius, peccatū ſcilicet mors. Nam & peccatū licet ſimul cum Chriſto cruci ipſius non dubitetur affixum, adhuc tamen interim non regnare quidē, ſed habitare etiam in ipſo dum uiueret apoſtolo permittebatur. Mentior ſi non ipſe ait, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Sic & mors ipſa minime quidē adhuc abeſſe cogitur, ſed cogitur non obeſſe. Erit autem cū dicetur. Vbi eſt mors uictoria tua? Et ipſa ſiquidem inimica nouiſsima deſtruetur. Nunc uero moderante eo qui imperiū habet uitæ & mortis, & mare ipſum certis littorū coërcet metis, mors ipſa dilectis Domini ſomnus refrigerij eſt, propheta atteſtante, qui ait, Cū dederit dilectis ſuis ſomnū, ecce hæreditas Domini. Peſsima quidem mors peccatorū, quorum & natiuitas mala, & uita peior, ſed precioſa eſt mors ſanctorū. Precioſa planè, tanquam finis laborum, tanquam uictoriæ conſummatio, tanquam uitæ ianua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſus.

Congratulemur itaqꝫ fratres, cōgratulemur ut dignū eſt patri noſtro, quia & piū eſt defunctum plangere Malachiam, & piū magis Malachiæ

6 congaudere uiuenti. Nunquid non 6 uiuit? & beate. Nimirum uiſus eſt oculis inſipientiū mori, ille autem in pace eſt. Deniqꝫ iam conciuis ſanctorum & domeſticus Dei, pſallit pariter & gratias agit dicens. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigeriū. Tranſiuit planè ui

Vides quod ſancti & ſi mortui, uiuunt tamen, & beatæ ui-

riliter, & feliciter pertranſiuit. Verus Hebræus paſcha celebrauit in ſpiritu, & nobis tranſiens loquebatur; Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare uobiſcũ. Tranſiuit per ignem & aquam, quẽ non triſtitia frangere, nec detinere mollia potuerunt. Eſt enim deorſum nos locus quẽ ſibi totũ uendicat ignis, adeo ut ne minimã quidem aquæ guttam de Lazari digito miſer ille diues ibi habere potuerit. Eſt & ſurſum ciuitas Dei quam lætificat fluminis impetus, uoluptatis torrens, calix inebrians, quam prȩclarus. In hoc ſané medio boni & mali ſcientia continetur, & uoluptatis & tribulationis hic capere eſt experimentũ: Infelix Eua in has uiciſsitudines nos induxit. Hic plané dies & nox, nam in inferno tantũ nox, & in cœlo tãtum dies. Beata proinde anima, quȩ utrunq; pertanſit, nec uoluptati inhærens, nec deficiens in tribulatione. Breuiter uobis unum aliquid ex multis huius uiri magnificis actibus arbitror referendum, in quo ſtrenue ſatis & ignem & aquam noſcitur pertranſiſſe.

uunt, contra noſtrorũ hæreticorum neniãs?

Magni illius Patricij Hibernicẽſium apoſtoli ſedẽ metropolitanam, tyrannica ſibi progenies ſucceſsionis ordine creans Archiepiſcopos uendicabat, hæreditate poſsidens ſanctuariũ Dei. Rogatus itaq; á fidelibus Malachias noſter, ut tantis ſeſe malis opponeret, animã ſuam in manibus ſuis ponens, acceſsit intrepidus, ſuſcepit archiepiſcopatũ, tradens ſe diſcrimini manifeſto, ut tanto crimini finem daret. Inter pericula rexit eccleſiam, poſt pericula ſibi continuo ſucceſſorẽ alterum canonice ordinauit. Ea ſiquidem conditione ſuſceperat, ut poſtquã ceſſante perſecutionis rabie alter ſecure poſſet inſtitui, ad ſedẽ propriam remeare permitteretur. Vbi ſine Eccleſiaſticis ſecularibus ue redditibus, in congregationibus religioſis quas ipſe extruxerat, degens inter eos tanquam unus eorũ, uſq; ad hoc tẽpus uixit abſq; ulla proprietate. Sic Dei hominem examinauit, non exinaniuit tribulationis incendiũ (ſiquidem aurum erat) ſic nec illecebra tenuit aut reſoluit, nec curioſus ſpectator in uia ſubſtitit propriæ peregrinationis oblitus. Quis ueſtrũ fratres non uehementer eius imitari cupiat ſanctitatem, ſi id audeat uel ſperare? Credo igitur libentius audituros ſi dicere forte poterimus, quid ſanctũ fecerit Malachiam. Sed ne noſtrum forſitan minus acceptabile teſtimoniũ uideatur, ſcriptùram audite dicentẽ, in fide & lenitate ipſius ſanctũ fecit illum. Fide calcabat mundũ: Ioanne atteſtante qui ait. Hæc eſt uictoria quæ uincit mundũ, fides noſtra. Nam in ſpiritu lenitatis dura quȩlibet & aduerſa ȩquo animo tolerabat. Hinc quidẽ poſt Chriſtũ fide calcabat maria, ne caperetur illecebris, inde in patientia ſua poſsidebat animã ſuam, ne moleſtijs frangeretur. De his enim duobus habes in pſalmo. Caſuros á latere tuo mille, et decẽ milia á dextris tuis, quod multo plures proſperitatis fallaciæ, quam aduerſitatis flagella dejiciant.

Nemo itaq; noſtrum chariſsimi plana mollioris uiȩ ſuperficie delectatus, iter illud marinũ ſibi commodius arbitretur. Magnos hic cãpus montes habet. Inuiſibiles quidẽ, ſed eo ipſo periculoſiores. Laborioſior forte uia uidetur inter ardua colliũ & aſpera rupiũ, ſed expertis longe ſecurior, & deſiderabilior inuenitur. Vtrobiq; tamen laborem, utrobiq; periculum eſſe nouerat, qui dicebat. Per arma iuſtitiæ á dextris & á ſiniſtris, ut merito congratulemur eis, qui tranſierunt per ignem & aquam, & in refrigerium ſunt educti. Refrigerium uultis audire? Vtinam id uobis alius loqueretur. Nam ego quod non guſtaui, eructare non poſſum. Videor tamẽ mi

hi hodie ſuper hoc refrigerio Malachiam audire dicentē, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte & cætera. In quibus uerbis quid intelligā paucis audite. Siquidē inclinata eſt iam dies, & longius quam ſperauerim, ſermo proceſsit, quod inuitus euellar a paterni dulcedine nominis, & Malachiā ſilere lingua formidans, finem facere uereatur.

Mors animæ fratres mei peccatū eſt, niſi forte excidit uobis quod in propheta legiſtis, anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Triplex proinde congratulatio eſt hominis ab omni peccato & labore & periculo liberari. Ex hoc ſiquidē nec peccatū habitare dicitur, nec pœnitentiæ luctus indicitur, nec ab ullo deinceps lapſu ei predicitur eſſe cauendū. Poſuit Helias pallium, non eſt quod timeat, non eſt quod tangi, nedū teneri ab adultera uereatur. Currū conſcendit, non eſt iā trepidare ne cadat, ſuauiter ſcandit, non laborans uolatu proprio, ſed celeri in uehiculo ſedēs. Ad hoc nos refrigeriū dilectiſsimi, tota animi auiditate curramus in odore unguentorum huius beati patris noſtri, qui noſtrū hodie torporem in feruentiſsimū deſiderium uiſus eſt excitaſſe. Curramus, inquam, poſt eū crebrius iſti clamantes, trahe nos poſt te, & affectu cordis, & profectu conuerſationis, deuotas omnipotentis miſericordiæ gratias referentes, quod indignis ſeruulis quibus propria deſunt merita, aliena ſaltem uoluit ſuffragia non deeſſe.

Sequitur immediate ſermonem præcedentem.

EPISTOLA EIVSDEM D. BERNARDI DE eodem ad fratres de Hibernia.

Religioſis fratribus qui in Hibernia ſunt, & his maxime congregationibus, quas beatæ memoriæ Malachias epiſcopus fundauit, frater Bernardus Clarauallēſis uocatus abbas, paracleti cōſolationē.

Si haberemus hic ciuitatē manentē, copioſiſsimis iure lachrymis plangeremus talem nos amiſiſſe conciuem. Cæterū ſi futuram magis inquirimus ut oportet (eſt quidem non modica doloris occaſio, tam neceſſario duce deſtitui) debet tamen zelū temperare ſcientia, & dolorē ſpei fiducia delinire. Nec mirari quempiā decet, ſi gemitū extorquet affectus, ſi deſolatio lachrymas exprimit, modū tamen adhibere neceſſe eſt, imo nō modice etiam conſolari intuentes non quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Quę enim uidentur, temporalia ſunt, quæ autem non uidentur, æterna.

Primum quidē congratulandū eſt animę ſanctæ, ne nos arguat de inopia charitatis, dicens & ipſe, quod Dominus ad apoſtolos ait. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem. Præuenit nos ad patrē ſpirituum ſpiritus patris noſtri, nec modo charitatis inopes, ſed ingratitudinis etiam rei eſſe conuincimur, ſuper omnibus quæ per eū nobis beneficia prouenere, ſi non congratulamur ei qui de labore ad requiē, de periculo ad ſecuritatem, de mundo tranſit ad patrē. Itaq; & pium eſt Malachiam
7 flere defunctū, & pium magis Malachię congaudere uiuenti. Nunquid 7
non uiuit? Vtique & beate. Viſus eſt oculis inſipientium mori, ille autem eſt in pace.

Iterum, uiuit Malachias etiam mortuus.

Dehinc etiam utilitatis propriæ conſideratio exultandū nobis ſuggerit, & lætandum, quod tam potens ſuos patronus ad cœleſtem curiā, tam fidelis præceſſerit aduocatus, cuius & feruentiſsima charitas obliuiſci nequeat

quear

queat filiorũ, & probata ſanctitas obtineat gratiã apud Deũ. Quis enim nunc Malachiam ſanctũ, aut minus poſſe prodeſſe, aut minus ſuos diligere audeat ſuſpicari? Profecto cũ diligeretur prius, certiora nũc ſuę dilectionis à deo capit experimenta, & cũ dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Abſit autem ut tua nunc ô anima ſancta minus efficax æſtimetur oratio, quan
do 8 præſenti uiuidius ſupplicare eſt maieſtati, nec iam in fide ambulas, 8
ſed in ſpecie regnas. Abſit ut imminuta, nedũ exinanita tua illa tam operoſa charitas reputetur, cũ ad fontem ipſum charitatis ęternę procumbis, pleno hauriens ore, cuius & ipſa prius ſtillicidia ſitiebas. Non potuit mori cedere charitas fortis ut mors, imo & morte fortior ipſa. Nam & decedens non erat immemor ueſtri, affectuoſius uos cõmendans Deo, & noſtram quoq; exiguitatem ſolita illa ſua manſuetudine & humilitate exorans, ut ueſtri non obliuiſceremur in finẽ. Vnde & dignum duximus ſcribere uobis, ut ſciatis nos & in ſpiritualibus, ſi quid noſtra in his exiguitas per beati huius patris noſtri merita, unquam potuerit, & in corporalibus ſi quando forte opportunitas præberetur, omnem uobis conſolationem impendere tota deuotione paratos.

Anima Malachiæ eſt in cœlo & orat pro dilectis ſuis.

Et nunc quoq; dilectiſsimi, Hibernienſis eccleſię grauem hanc deſtitutionem toto miſeramur affectu, & eo amplius uobis cõpatimur, quo nos amplius ex hoc nouimus debitores. Magnificauit enim Dominus facere nobiſcum, cũ locum noſtrũ dignatus eſt beatę mortis eius honorare pręſentia, & 9 precioſiſsimo corporis eius locupletare theſauro. Nec mole 9
ſtum ſit uobis quod apud nos habeat ſepulturam, quando ſic ordinauit Deus ſecundũ multitudinem miſericordię ſuę, ut uos eũ uiuum haberetis, nobis habere liceat uel defunctũ. Et nobis ſiquidem communis uobiſcũ pater ille erat & eſt, nam in morte ipſius hoc nobis confirmatũ eſt teſtamentum. Quamobrem ſicut nos huius tanto patris gratia uniuerſos, uos tanquã germanos fratres totis amplectimur uiſceribus charitatis, ſic & de uobis idem ſentire ſpiritalis ipſa cognatio perſuadet.

Corpus defuncti, denuo precioſiſsimũ appellat theſaurum.

Hortamur autem uos fratres, ut beati huius patris noſtri ſemper curetis ſectari ueſtigia, eo ſtudioſius, quo uobis certius ſancta eius conuerſatio diuturnis experimentis innotuit. In hoc enim ueros uos eius filios eſſe probabitis, ſi paterna uiriliter inſtituta ſeruetis, & ut in eo uidiſtis, & audiſtis ab eo quemadmodũ uos oporteat ambulare, ſic ambuletis, & abundetis magis. Siquidẽ gloria patris, ſapientia filiorũ. Nam & noſtram nõ mediocriter excutere deſidiam, & reuerentiã incutere cępit, præſens nobis tantæ perfectionis exemplar. Atq; utinam ſic nos poſt trahat, ut pertrahat, in tã recenti uirtutum eius odore auidius alacriuſq; currentes. Orantem pro nobis uniuerſitatem ueſtram Chriſtus cuſtodiat.

ALOYSIVS EPISCOPVS VERONENSIS LECTORI.

HISTORIAM Eccleſiaſticam Anglicanam à Venerabili Beda fuiſſe conſcriptam, auctor eſt ipſe ſanctus Presbyter; qui in uita ſua per ſeipſum (ut ſupra uidiſti, ſcripta) editorum à ſe librorum catalogum enumerans, hanc quoq; Hiſtoriam ſe ſcripſiſſe profeſſus eſt. Lege ergo intrepidus has ſanctorum uitas, & ſi lachrymas, continere potes, conſiderans à quanta nunc exciderimus charitate, ſimplicitate, induſtria, & Zelo ſeruandi animas ſanguine Chriſti redemptas, quæ in priſcis illis patribus ſancti ſpiritus gratia afflatis uigebant, ſi id inquam facere potes, & ſiccis oculis hæc pertranſire, id facias lubens permitto.

Habetur libro primo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ gentis Anglorum per eundem conſcriptæ.

VITA SANCTORVM GERMANI ANTISIODORENSIS, ET LVPI TRECASENORVM *Epiſcoporum per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.*

Ex cap. 10

ANNO ab incarnatione domini cccxciiij. Archadius filius Theodoſij cum fratre Honorio. xliij. ab Auguſto regnum ſuſcipiens, tenuit annos treſdecim. Cuius temporibus Pelagius brito contra auxilium gratiæ ſupernæ uenena ſuæ perfidiæ longe lateq; diſperſit, utens cooperatore Iuliano de campania, quem dudum amiſsi epiſcopatus intemperans cupido exagitabat. Quibus ſanctus Auguſtinus, ſicut & cæteri patres orthodoxi, multis ſententiarum catholicarũ milibus reſponderunt: nec eorũ tamen dementiam corrigere ualebant, ſed quod grauius eſt, correpta eorũ ueſania magis augeſcere contradicendo, quam fauẽdo ueritati uoluit emendari. Quod pulchrè uerſibus heroicis proſper rethor inſinuat, cum ait. Contra Auguſtinum narratur ſerpere quidam ſcriptor, quem dudum liuor adurit edax.

Quis caput obſcuris contectum utcunq; cauernis:
Tollere humo miſerum protulit anguiculum.
Aut hunc fruge ſua æquorei pauere Britanni:
Aut huic campano germine corda tument.

Ex cap. 17

Deinde paucos poſt annos hæreſis hæc per Agricolã illata, Seueriani Epiſcopi Pelagiani filiũ, fidem Britannorum fœda peſte maculauerat. Verum Britanni cũ neq; ſuſcipere dogma peruerſum gratiam blaſphemando ullatenus uellent, neq; uerſutiam nefariæ perſuaſionis refutare uerbis certando ſufficerent, inueniunt ſalubre conſiliũ, ut à Gallicanis antiſtitibus auxiliũ belli ſpiritalis inquirant. Quã ob cauſam collecta magno ſynodo quærebatur in communi, qui illi ad ſuccurrendũ fidei mitti deberent: atq; omnium iudicio electi ſunt Apoſtolici ſacerdotes, Germanus Anthiſiodorenſis, & Lupus trecaſenæ ciuitatis Epiſcopi, qui ad confirmandam fidẽ gratiæ cœleſtis Britannias uenirent. Qui cum prompta deuotione preces & iuſſa ſanctæ Eccleſiæ ſuſcepiſſent, intrant oceanũ, & uſq; ad mediũ itineris, quo a gallico ſinu Britannias uſq; tenditur, ſecundis flatibus nauis tuta uolabat.

Tum ſubito occurrit pergentibus inimica uis dęmonum, qui tantos ta leſq; uiros ad recuperandam tendere populorũ ſalutem inuiderent, concitant procellas, cœlum diemq; nubiũ nocte ſubducunt. Ventorũ furores uela non ſuſtinent, cedebant miniſteria uicta nautarũ, ferebatur nauigium oratione, non uiribus: & caſu dux ipſe uel pontifex fractus corpore, laſsitudine, ac ſopore reſolutus eſt. Tunc uero quaſi repugnatore ceſſante tempeſtas excitata conualuit, & iam nauigiũ ſuperfuſis fluctibus mergebatur. Tunc beatus lupus omneſq; turbati excitant ſeniorem, elementis furentibus opponendum, qui periculi immanitate conſtantior Chriſtũ inuocat, & aſſumpto in nomine ſanctæ Trinitatis 1 leuis aquæ aſpergine, fluctus ſæuientes opprimit, collegam commonet, hortatur uniuerſos, oratio uno ore & clamore profunditur. 1 *Ecce aquæ benedictæ antiquiſsimus uſus in Eccleſia, & eius aſperſio.*

Adeſt diuinitas, fugantur inimici, tranquillitas ſerena ſubſequitur, uenti è contrario ad itineris miniſteria reuertuntur, decurſiſq; breui ſpacijs pelagi, optati litoris quiete potiuntur. Ibi conueniens ex diuerſis partibus multitudo excepit ſacerdotes, quos uenturos etiã uaticinatio aduerſa prędixerat. Nunciabant etiam ſiniſtri ſpiritus, quod timebant; qui imperio ſacerdotum, dum ab obſeſsis corporibus detruduntur, & tempeſtatis ordinẽ, & pericula, quæ intulerant, fatebantur, uictoſq; eorum ſe meritis & imperio non negabant.

Interea Britanniarum inſulam apoſtolici ſacerdotes raptim opinione, prædicatione, uirtutibus impleuerunt. Diuinuſq; per eos ſermo quotidie non ſolum in eccleſijs, uerum etiam per triuia, & per rura, prædicabatur ita, ut paſsim & fideles catholici firmarentur, & deprauati uiã correptionis agnoſcerent. Erat illis apoſtolorũ inſtar & gloria, & auctoritas, per conſcientiã doctrina, per literas uirtutes ex meritis. Itaq; regionis uniuerſitas in eorum ſententiam prompta tranſierat.

Latebant abditi ſiniſtræ perſuaſionis auctores, & more maligni ſpiritus gemebant, ſibi perire populos uidentes: ad extremum diuturna meditatione concepta, præſumunt inire conflictum, procedunt conſpicui diuites ueſte fulgentes, circundati aſſentatione multorum, diſcrimenq; certaminis ſubire maluerunt, quàm in populo, quem ſubuerterant, pudorem taciturnitatis incurrere, ne uiderentur ſe ipſi ſilentio damnauiſſe. Illic planè immenſa multitudo etiam cũ coniugibus ac liberis excitata conuenerat. Aderat populus ſpectator futurus ac iudex.

Aſtabant partes diſpari conditione diſsimiles; hinc diuina fides, inde humana præſumptio: hinc pietas, inde ſuperbia: inde pelagius auctor, hinc Chriſtus. Primo in loco beatiſsimi ſacerdotes Germanus atq; lupus præbuerunt aduerſarijs copiam diſputandi: quæ ſola nuditate uerborũ diu inaniter, & aures occupauit, & tempora. Deinde antiſtites uenerandi torrentes eloquij ſui cũ apoſtolicis & euangelicis imbribus profuderunt. Miſcebatur ſermo proprius cũ diuino, & aſſertiones moleſtiſsimas lectionũ teſtimonia ſequebantur. Conuincitur uanitas, perfidia confutatur ita, ut ad ſingulas uerborũ obiectiones errare ſe, dum reſpondere nequit, fateretur: populus arbiter uix manus continet, iudicium tamen clamore teſtatur.

Tum ſubito quidam tribunitiæ poteſtatis cum cõiuge procedit in medium, filiam decem annorũ cœcam curandam ſacerdotibus offerens, quã *Ex capite. 18*

illi aduerſarijs offerri pręceperunt,ſed ſi conſcientia puniente deterriti,iungunt cũ parentibus preces,& curationum paruulæ à ſacerdotibus deprecantur.Qui inclinatis animis aduerſarios intuentes, orationẽ breuiter fundunt.Ac deinde Germanus plenus ſpirituſancto inuocat trinitatem. Nec mora,adhærentem lateri ſuo capſulã cũ ſanctorũ 2 reliquijs collo auulſam,manibus comprehendit,eamq; in conſpectu omniũ puellæ oculis applicuit.Quod ſtatim euacuatos tenebris,lumen ueritatis impleuit. Exultant parentes:miraculũ populus contremiſcit.Poſtquam diem ita ex animis omnium ſuaſio iniqua deleta eſt, ut ſacerdotum doctrinam ſitientibus deſiderijs ſectarentur.

2 *Quid dicis hic Hæretice,qui ſanctorũ reliquijs inſolentiſsime detrahis, cum ad eorum aſpectum lumen cæcæ puellæ ſit reſtitutum?*

Compreſſa itaq; peruerſitate damnabili, eiuſq; auctoribus confutatis,atq; animis omniũ fidei puritate compoſitis, ſacerdotes beatum Albanum martyrem acturi Deo per ipſum gratias, petierunt. Vbi Germanus omnium apoſtolorũ diuerſorumq; martyrum ſecum reliquias habens, facta oratione iuſsit reuelli ſepulchrũ, 3 precioſa ibidem munera conditurus,arbitrans opportunũ ut membra ſanctorũ ex diuerſis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cœlũ, ſepulchri quoq; unius teneret hoſpitium.Quibus depoſitis honorificè,atq; ſotiatis de loco ipſo,ubi beati martyris effuſus erat ſanguis, maſſam pulueris ſecum portaturus abſtulit,in qua apparebat cruore ſeruato rubuiſſe martyrũ cædem perſecutore pallente. Quibus ita geſtis innumera hominum eodem die ad dominum turba conuerſa eſt.

3 *Reliquias Apoſtolorũ & martyrum munera precioſa, condidit beatus Epiſcopus in ſepulchro ſancti Martyris Albani.*

Ex cap. 19

Vnde dum redeunt,inſidiator inimicus caſualibus laqueis præparatis, Germani pedem lapſus occaſione contriuit. Ignorans merita illius ſicut Iob beatiſsimi afflictione corporis propaganda, & dum aliquandiu uno in loco infirmitatis neceſsitate teneretur, in uicina, qua manebat, caſula exarſit incendium.Quod conſumptis domibus, quæ illic paluſtri arundine tegebantur,ad eum tabernaculũ,in quo idem iacebat, flabris ſtimulantibus ferebatur.Concurſus omniũ ad antiſtitem cõuolauit, ut delatus manibus periculum,quod iminebat,euaderat. Quibus increpatis mouere ſe fidei præſumptione non paſſus eſt.At multitudo omnis deſperatione perterrita,obuiam currit incendio. Sed (ut dei potentia manifeſtior appareret)quicquid cuſtodire tentauerat turba,conſumitur. Quod uerò iacens & infirmus defenderat, reſerato hoſpitio ſancti uiri expaueſcens flamma tranſiliuit,ultra citraq; deſæuiens,& inter globos flammantis incendij incolume tabernaculum,quod habitator incluſus ſeruauerat,emicuit.Exultat turba miraculo,& uictam ſe diuinis uirtutibus gratulatur.

Excubabat diebus ac noctibus ante tugurium pauperis uulgus ſine numero.Hi animas curare,ſi cupientes corpora. Referri nequeunt,quæ Chriſtus operabatur in famulo,quas uirtutes faciebat infirmus. Et cũ debilitati ſuæ nihil remedij pateretur adhiberi, quadam nocte cadentẽ niueis ueſtibus uidit ſibi adeſſe perſonam, quæ manu extenſa iacentem uideretur attollere,eumq; conſiſtere firmis ueſtigijs imperabat. Poſt quam horam ita fugatis doloribus recepit priſtinam ſanitatem,ut die reddito itineris laborem ſubiret intrepidus.

Ex cap. 20

Interea Saxones Pictiq; bellũ aduerſum Britones iunctis uiribus ſuſceperunt:quos eadẽ neceſsitas in caſtra contraxerat.Et cum trepidi partes ſuas penè impares iudicarent, ſanctorũ antiſtitum auxilium petierunt: qui

promiſſum

promiſſum maturantes aduentum, tantū pauentibus fiduciæ contulerunt,
ut acceſsiſſe maximus crederetur exercitus.
Itaq; apoſtolicis ducibus Chriſtus militauit in caſtris. Aderant etiam
A Quadrageſimæ uenerabiles dies, quos religioſiores reddebat pręſen A
tia ſacerdotū, in tantum ut quotidianis prędicationibus inſtituti, certatim *Ecce quadrageſima-*
populi ad gratiam baptiſmatis conuolarent. Nā maxima exercitus multi *lis ieiunij obſeruan-*
tudo undam lauacri ſalutaris expetit, & eccleſia ad diem reſurrectionis *tia.*
dominicæ B frondibus contecta componitur, atq; in expeditione cam- B
peſtri inſtar ciuitatis aptatur. Madidus baptiſmate procedit exercitus, fi- *Ecce & templorum*
des feruet in populo, & contrito armorū præſidio diuinitatis expectatur *cultus & ornatus.*
auxilium. Inſtitutio uel forma caſtitatis hoſtibus nunciatur qui uictoriā
quaſi de inermi exercitu præſumentes, aſſumpta alacritate feſtinant: quo
rum tamen aduentus exploratione cognoſcitur.
Cumq; emenſa 4 ſolennitate paſchali recens de lauacro, pars maior 4
exercitus ad arma capere ac bellū parare tentaret, germanus ſe ducē præ- *Paſchalis ſolennitas.*
lij profitetur, elegit expeditos, circumiecta percurrit, & é regione, qua ho
ſtium ſperabatur aduentus, uallē circundatam medijs montibus intuetur.
Quo in loco nouū componit exercitum ipſe dux agminis; & iam aderat
ferox hoſtiū multitudo, quam appropinquare intuebantur, in inſidijs cō-
ſtituti. Tunc ſubito Germanus ſignifer uniuerſos admonet, & prædicat,
ut uoci ſuę uno clamore reſpondeant: ſecuriſq; hoſtibus, qui ſe inſperatos
adeſſe confiderent, alleluia tertio repetitam ſacerdotes exclamarent. Se-
quitur una uox omniū, & elatum clamorem repercuſſo aëre montiū con-
cluſa multiplicant, hoſtile agmen terrore proſternitur, & ſuper ſe non ſo-
lum rupes circundatas, ſed etiā ipſam cœli machinam contremiſcunt. Tre
pidationiq; iniectæ uix ſufficere pedū pernicitas credebatur: paſsim fu-
giunt, arma projciunt, gaudentes uel nuda corpora eripuiſſe diſcrimini.
Plures etiam timore præcipites, flumen (quod tranſierant) deuorauit, ul-
tionem ſuā innocens exercitus intuetur, & uictoriæ conceſſæ ocioſus ſpe-
ctator efficitur, ſpolia colliguntur expoſita, & cœleſti palmæ gaudia mi-
les religioſus amplectitur. Triumphant pontifices hoſtibus fuſis ſine ſan- 5
guine, triumphant uictoria fide obtenta non uiribus. *Quibus tranquillam*
Compoſita itaq; inſula ſecuritate multiplici, ſuperatiſq; hoſtibus uel in *nauigationem et me*
uiſibilibus, uel carne conſpicuis, reditum moliuntur pontifices. Quibus 5 *rita propria, & inter*
tranquillam nauigationem & merita propria & interceſsio beati marty- *ceſsio beati martyris*
ris Albani parauerūt, quietoſq; eos ſuorū deſiderijs fœlix carina reſtituit. *Albani parauerunt.*
Nec multo interpoſito tempore nunciatur ex eadem inſula Pelagianā *Ex cap. 11*
peruerſitatem iterato paucis auctoribus dilatari. Rurſuſq; ad beatiſsimū
uirum preces ſacerdotum omnium deferūtur, ut cauſam Dei, quam prius
obtinuerat, tutaretur. Quorum petitioni feſtinus obtemperat. Namq;
adiuncto ſibi ſeuero totius ſanctitatis uiro, qui erat diſcipulus beatiſsimi
patris Lupi Trecaſenorum epiſcopi, & Treueris tunc ordinatus Epiſco-
pus, gentibus primæ Germaniæ uerbum prędicabat, mare conſcendit, et
conſentientibus elementis tranquillo nauigio Britannias petit.
Interea ſpiritus ſiniſtri peruolantes totam inſulam, Germanum uenire in-
uitis uaticinationibus nunciabant: in tantum ut Elabius quidam religio-
nis illius primus, in occurſum Sanctorum ſine ulla manifeſti nuncij relatio
ne properaret. Exhibens ſecum filium quem in ipſo flore adoleſcentiæ de-

bilitas dolenda traxerat. Erat enim areſcentibus neruis contracto Poplite cui per ſiccitatem cruris, uſus ueſtigij negabatur. Hunc Elabium prouincia tota ſubſequitur. Veniunt ſacerdotes, occurrit inſcia multitudo, confeſtim benedictio, & ſermonis diuini doctrina profunditur. Recognoſcunt populum in ea, qua reliquerant, credulitate durantem: intelligunt culpã eſſe paucorum, inquirunt auctores, inuentosq; condemnant.

Cum ſubito Elabius pedibus aduoluitur ſacerdotum, offerens filium, cuius neceſsitatem ipſa debilitas etiam ſine precibus allegabat. Fit communis omnium dolor, præcipue ſacerdotum, qui cõceptam miſericordiã ad diuinam clementiã contulerunt: ſtatimq; adoleſcentem beatus Germanus ſedere compulit, adtrectat Poplitem debilitate curuatum, & per tota infirmitatis ſpacia medicabilis dextra percurrit. Salubremq; tactũ ſanitas feſtina ſubſequitur, ariditas ſuccum, nerui officia receperunt, & in conſpectu omnium filio incolumitas, patri filius reſtituitur. Implentur populi ſtupore miraculi, & in pectoribus omnium fides catholica inculcata firmatur. Prædicatio deinde ad plebem de præuaricationis emendatione conuertitur. Omniumq; ſententia prauitatis auctores (qui erant expulſi inſula) ſacerdotibus adducuntur ad mediteranea deferendi, ut & regio ab ſolutione, & illi emendatione fruerentur. Factumq; eſt, ut in illis locis multum ex eo tempore fides intemerata perduraret.

Itaq; compoſitis omnibus beati ſacerdotes ea (qua uenerant) proſperitate redierunt. Porrò Germanus poſt hæc Rauennam pro pace Armoricanæ gentis ſupplicaturus aduenit: ibiq; à Valentiniano & Placidia matre ipſius ſumma reuerentia ſuſceptus, migrauit ad Chriſtum. Cuius corpus honorifico agmine comitantibus uirtutum operibus, ſuam defertur ad urbem. Nec multo poſt Valentinianus ab Ærij patricij, quem occiderat, ſatellitibus interimitur, anno imperij Marçiani Sexto: cum quo ſimul heſperium concidit regnum.

Habetur libro primo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Anglicanæ per eũdem conſcriptæ.

VITÆ SERVORVM DEI AVGVSTINI, MELITI, Iuſti, & Laurentij, Diui Gregorij Papæ diſcipulorum, & Anglicanæ Eccleſiæ Epiſcoporum, per Venerabilem Bedam presbyterum Scriptæ.

Ex cap. 22.

INterea Britanniæ ceſſatum quidem eſt parumper ab externis, ſed non ciuilibus bellis: manebant exterminia ciuitatum ab hoſte dirutarum ac deſertarum: pugnabant contra inuicem, qui hoſtem euaſerunt, ciues. Attamen recente adhuc memoria calamitatis & cladis inflictæ, ſeruabant ut cunq; reges, ſacerdotes, priuati, & optimates ſuum quiq; ordinem. At illis decidentibus, cum ſucceſsiſſet ætas tempeſtatis illius neſcia, & præſentis ſolum ſerenitatis ſtatum experta, ita cuncta ueritatis ac iuſtitiæ moderamina concuſſa ac ſubuerſa ſunt, ut earum non dicam ueſtigium, ſed ne memoria quidem præter in paucis & ualde paucis, ulla appareret quin inter alia inenarrabilium ſcelerum facta: quæ hiſtoricus eorum Gildus flebili ſermone deſcribit: & hoc addebant, ut nunquam genti Saxonum ſiue Anglorum, ſecum Britanniam incolendi uerbum fidei prædicando committerent. Sed non tamen diuina pietas plebem ſuam, quã præſciuit, deſeruit: quin multo digniores genti memoratæ præcones ue-

ritatis, per quos crederet, deſtinauit.

Siquidem anno ab incarnatione domini. D L x x x ij. Mauricius ab Auguſto quinquageſimus quartus imperium ſuſcipiēs, uiginti annos tenuit. Cuius anno regni decimo Gregorius uir doctrina & actione præcipuus, pontificatum Romanæ & Apoſtolicæ ſedis ſortitus; rexit annos tres decim, menſes ſex, & dies decem: qui diuino admonitus inſtinctu, anno quartodecimo eiuſdem principis: aduentus uero Anglorum in Britanniā anno circiter D L. miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & alios plures cū eo monachos timentes Dominum, prædicare uerbum Dei genti Anglorū. Qui cum iuſsis pontificalibus obtemperantes memoratum opus aggredi cœpiſſent, iamq; aliquantulum itineris confeciſſent, timore inerti redire domum potius, quam barbaram, feram, incredulamq; gentem, cuius ne linguam quidam noſſent, adire cogitabant, & hoc eſſe tutius communi conſilio decernebant. Nec mora Auguſtinum, quem eis Epiſcopum ordinādum, ſi ab Anglis ſuſciperentur, diſpoſuerat, domū remittunt: qui a Beato Gregorio humili ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam laborioſam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias literas dedi, ac in opus eos uerbi, diuino confiſos auxilio, proficiſci ſuadet. Quarum uidelicet literarum iſta eſt forma. Gregorius ſeruus ſeruorum dei, ſeruus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia melius fuerat bona non incipere, quàm ab ĳs (quæ cœpta ſunt, cogitatione retrorſum redire, ſummo ſtudio, Dilectiſsimi filĳ) oportet, ut opus bonum, quod auxiliante Domino cœpiſtis, impleatis. Nec labor uos itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant, ſed omni inſtantia omniq; feruore, quę inchoaſtis, Deo auctore peragite, ſcientes 2 quod laborem magnū maior æternæ gloria retributionis ſequitur. Remeante autē Auguſtino præpoſito ueſtro, quem & abbatem uobis conſtituimus, in omnibus humiliter obedite: ſcientes hoc ueſtris animabus, per omnia profuturum, quicquid à uobis fuerit in eius admonitione completum. Omnipotens Deus ſua uos gratia protegat, & ueſtri laboris fructum in æterna me patria uidere concedat: quatenus & ſi uobiſcū laborare 3 nequeo, ſimul in gaudio retributionis inueniar: quia laborare ſcilicet uolo. Deus uos incolumes cuſtodiat dilectiſsimi filĳ. Data die decimo Calendarum Auguſtarum, imperante Domino Mauricio Tyberio pĳſsimo Auguſto, anno tertiodecimo poſt conſulatum eiuſdem Domini noſtri Indicione. 4.

Miſit etiam tunc iſdem uenerandus Pontifex ad Etherium Arelatenſem Archiepiſcopum, ut Auguſtino in Britanniam perueniente, benigne ſuſciperet literas: quarum iſte eſt tenor. Reuerendiſsimo ac ſanctiſsimo fratri Etherio coepiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Licet apud ſacerdotes habentes Deo placitam charitatem, religioſi uiri nullius commendatione indigeant, quod tamen apertum ſcribendi ſe tempus ingeſsit, fraternitati ueſtræ noſtra mittere ſcripta curauimus, inſinuates latorem præſentium Auguſtinum ſeruum Dei, de cuius certi ſumus ſtudio, cū alĳs ſeruis dei illic nos pro utilitate animarū auxiliante domino direxiſſe: quē neceſſe eſt ut ſacerdotali ſtudio ſanctitas ueſtra adiuuare, & ſua ei ſolatia præbere feſtinet. Cui etiam ut promptiores ad ſuffragandum poſsitis exiſtere, cauſam uobis iunximus ſubtiliter indicare, ſcientes cognita tota, uos propter Deum deuotione ad ſolatiandū quia res exigit commouen-

Ex cap. 23.

1 *Si Gregorius Ro. pontifex prædicatores miſit ad gentem Anglorum, patet Ro. Eccleſiam iuriſdictionē habere ſuper omnes Eccleſias mundi.*

2 *Si propter laborē datur nobis æterna gloria, ergo ex operibus bonis meremur regnū cœlorum, inquantum tamen ex diuina gratia proficiſcuntur.*

3 *Vide quod ſufficit uoluntas bene operādi, ubi non adeſt facultas, ſed cum adeſt, non ſufficit.*

Ex cap. 24.

dos.Candidũ præterea presbyterum communem filium,quem ad guber nationem patrimonialis Eccleſiæ noſtræ tranſmiſimus, charitati ueſtrę in omnibus commendamus. Deus te incolumen cuſtodiat Reuerendiſsime frater. Data die calendarũ Auguſtarum, imperante domino noſtro Mauricio Tiberio pijſsimo Auguſto:anno quartodecimo,poſt conſulatum ucro eiuſdem domini noſtri anno tertiodecimo indicione .iiij.

Ex cap. 15.

Roboratus igitur confirmatione beati patris Gregorij Auguſtinus cũ famulis Chriſti,qui erant cũ eo,redijt in opus uerbi,peruenitq́ Britanniã. Erat eo tempore rex Edilberth in cantua potentiſsimus,qui ad confinium uſq; Humbrij fluminis maximi,quo meridiani & ſeptentrionales Anglorũ populi dirimuntur,fines imperij tetenderat. Eſt autem ad orientalẽ cãtuæ plagam Tanatos inſula non modica, id eſt magnitudinis iuxta conſuetudinem æſtimationis Anglorũ miliarium ſexcentorum, quam à conti nenti terrã ſecernit fluuius Vantſumu,qui eſt latitudinis circiter trium ſtadiorũ,& duobus tantum in locis eſt tranſmeabilis. Vtrumq; enim caput protendit in mare.In hac ergo applicuit ſeruus Domini Auguſtinus & ſocij eius,uiri, ut fertur,fermè quadraginta.

Acceperunt ergo præcipiente beato papa Gregorio, de gente francorum interpretes,& mittens ad Edilberehtum, mandauit ſe ueniſſe de Roma, ac nunciũ ferre optimum, qui ſibi obtemperantibus æterna in cœlis gaudia,& regnũ ſine fine cũ deo uiuo et uero futurũ ſine ulla dubietate pro mitteret.Qui audiens manere illos in ea,quam adierant, inſula, & eis neceſſaria miniſtrari,donec uideret,quid eis faceret,iuſsit.Nam & antea fama ad eum quoq; Chriſtianæ religionis peruenerat,ut poté qui & uxorẽ habebat Chriſtianam de gente francorũ,nomine Bertham.Quam ea cõditione à parentibus acceperat,ut ritũ fidei & religionis ſuæ cum epiſcopo,quem ei adiutorem fidei dederat,nomine liudhardo,inuiolatam ſerua re licentiam haberet.

Poſt dies ergo uenit ad Inſulam Rex,& reſidẽs ſub diuo, iuſsit Auguſtinum cum ſocijs ad ſuũ ibidem aduenire colloquiũ.Cauerat enim,ne in aliquam domũ ad ſe introirent,uetere uſus augurio,ne ſuperuentu ſuo ſiquid maleficæ artis habuiſſent,eum ſuperando deciperent. At illi non dæmonica. Sed diuina uirtute præditi ueniebant, 4 crucem pro uexillo ferentes argenteam,& imaginem domini ſaluatoris in tabula depictã, litaniaſque canentes, pro ſua ſimul & eorũ propter quos & ad quos uenerant ſalute æterna domino ſupplicabant. Cumq́ ad iuſsionem regis reſidentes, uerbum ei uitæ unà cum omnibus,qui aderant, eius comitibus prædicarent, reſpondit ille dicens: Pulchra ſunt quidem uerba & promiſſa quæ affertis,ſed quia noua ſunt & incerta,non his poſſum aſſenſum tribuere,relictis eis quæ tanto tempore cũ omni gente Anglorum ſeruaui. Verum quoniã huc de longe peregrini ueniſtis, & ut ego uideor mihi perſpexiſſe, ea quæ uos uera & optima creditis,nobis quoq; communicare deſideratis; noluimus moleſti eſſe uobis,quin potius benigno uos hoſpitio recipere,& quę uictui ſunt ueſtra neceſſaria, miniſtrare curauimus, nec prohibemus quin omnes quos poteſtis, fidei ueſtræ religionis prædicando ſocietis.

4 *Veniebant crucẽ argenteam pro uexillo ferentes,& imaginẽ domini ſaluatòris in tabula depictam, litaniasq́; pro cõmuni ſalute canentes. Vides ne hæc et conſideras o Hæretice?*

Dedit ergo eis manſionem in ciuitate Dorouerenſi, quæ imperij ſuo totius erat Metropolis,eiſq́ ut promiſerat,cũ adminiſtratione uictus temporalis,licentiam quoq; prædicandi non abſtulit. Fertur autem quia ap-

propinquantes ciuitati more ſuo cũ cruce ſancta, & imagine magni regis domini noſtri Ieſu Chriſti, hanc litaniã conſona uoce modularentur, Deprecamur te domine in omni miſericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua à ciuitate iſta, & de domo ſancta tua: quoniam peccauimus tibi.

At ubi ſibi datã manſionem intrauerunt, inceperunt Apoſtolicam primitiuæ Eccleſiæ uitã imitari. Orationibus uidelicet aſsiduis, uigilijs, ac ieiunijs ſeruiendo, uerbũ uitæ, quibus poterant prædicando, cuncta huius mũdi uelut aliena ſpernendo. Ea tamen, quæ uictui neceſſaria uidebantur, ab eis quos docebant, accipiendo: ſecundũ ea quæ docebant ipſi per omnia uiuendo, & paratũ ad patiendũ aduerſa quæcq;: uel etiã pro ea (quam prædicabant) ueritate, animum habendo. Quid mora crediderunt nonnulli, & baptizabantur mirantes ſimplicitatem innocentis uitæ, ac dulcedinem doctrinę eorum cœleſtis.

Ex cap. 26.

Erat autẽ prope ipſam ciuitatem ad Orientem eccleſia in honore ſancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent: in qua Regina, quam Chriſtianam fuiſſe prædiximus, 5 orare cõſueuerat. In hac ergo & ipſi conuenere primo, ibiq; pſallere, orare, miſſas 6 facere, prædicare, & baptizare cœperunt, donec rege ad fidẽ conuerſo, maioremq; prædicandi per omnia, & eccleſias fabricandi uel reſtaurandi licentiam acciperent. At ubi etiam ipſe inter alios delectatus uita mundiſsima ſanctorũ, & promiſsis eorũ ſuauiſsimis, quæ uera eſſe miraculorũ quoq; multorum oſtenſione firmauerunt, credens baptizatus eſt, cœperunt plures quotidie ad audiendum uerbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, unitati ſe ſanctæ Chriſti eccleſiæ credendo ſociare. Quorum fidei & conuerſioni ita congratulatus eſſe rex perhibetur, ut nullum tamẽ cogeret ad Chriſtianiſsimum, ſed tamen modo credentes artiori dilectione quaſi cõciues ſibi regni cœleſtis amplecteretur: didicerat enim à doctoribus auctoribusq; ſuæ ſalutis, ſeruitium Chriſti uoluntarium, non coacticium debere eſſe. Nec diſtulit, quin etiam ipſis doctoribus ſuis, locum ſedis eorum gradui congruum, in Doruuer Metropoli ſua donaret, ſimul & neceſſarias in diuerſis ſpeciebus poſſeſsiones conferret.

5 *Vides hic quod eccleſiæ non tãtum pro auditione uerbi dei, & ſacramentorum perceptione, ſed etiam pro loco orationis ſunt inſtitutæ.*

6 *Etiam Gregorij tempore Miſſæ celebrabãtur, quinimo & apoſtolorum, ut in uita Carpi uidiſti.*

Interea uir domini Auguſtinus uenit Arelas, & ab Archiepiſcopo eiuſdem ciuitatis Etherio iuxta quod iuſſa ſancti patris Gregorij acceperat: archiepiſcopus genti Anglorũ ordinatus eſt, reuerſusq; Britanniam miſit continuò Romam Laurentium presbyterum, & Petrum monachũ, qui Beato pontifici Gregorio, gentem Anglorum fidem Chriſti accepiſſe, ac ſe Epiſcopum factum eſſe referrent: ſimul & de ijs quæ neceſſaria uidebãtur, quæſtionibus eius conſulta flagitans. Nec mora congrua quæſitui reſponſa recepit.

Ex cap. 27.

Epiſtolam uerò quam ſe pro adiuuando in opere dei Auguſtino Arelatenſi Epiſcopo feciſſe commemorat, ad Virgilium Etherij ſucceſſorem dedit: cuius hæc forma eſt.

Reuerendiſsimo & ſanctiſsimo fratri Virgilio coepiſcopo, Gregorius ſeruus ſeruorum dei. Quantus ſit affectus uenientibus ſponte fratribus impendendus: ex eo quod plerunq; ſolet charitatis cauſa inuitari, cognoſcitur. Et ideo ſi communẽ fratrem Auguſtinũ Epiſcopum ad uos uenire cõtigerit, ita illum dilectio ueſtra ſicut decet, affectuoſe dulciterq; ſuſcipiat, ut & ipſum conſolationes ſuæ honore foueat, & alios, qualiter fraterna

Ex cap. 28.

charitas colenda ſit, doceat. Et quomodo ſæpius euenit, ut ij qui de longe poſiti ſunt, prius ab alijs, quæ ſunt emendanda, cognoſcant, ſi quas fortaſſe fraternitati ueſtræ ſacerdotũ uel aliorum culpas intulerit, unà cum eo reſidentes, ſubtili cuncta inueſtigatione perquirite, & ita uos in ea quæ deũ offendunt, & iracundiam prouocant, diſtrictos ac ſolicitos exhibet, ut ad aliorũ emendationem, & uindicta culpabilem feriat, & innocentem falſa opinio non affligat. Deus te incolumen cuſtodiat Reuerendiſsime frater. Data die .x. cal. Iuliarum, imperante Domino noſtro Mauricio Tiberio pijſsimo Auguſto, Anno .xix. poſt conſulatum uero eiuſdem domini noſtri anno .xvij. indicione .iiij.

Ex cap. 29 Præterea idem Papa Gregorius Auguſtino Epiſcopo quia ſuggeſſerat ei multam quidem ſibi eſſe meſſem, ſed operarios paucos, miſit cum præfatis legatarijs ſuis plures cooperatores ac uerbi miniſtros: in quibus primi ac precipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter uniuerſa, quę ad cultum erant 7 ac miniſterium eccleſię neceſſaria, uaſa uidelicet ſacra, & ueſtimenta altariũ: ornamenta quoq; eccleſiarum, & ſacerdotalia uel clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum ac martyrum reliquias; necnon & codices plurimos. Miſit etiam literas, inquibus ſignificat ſe ei pallium direxiſſe, ſimul ei inſinuat qualiter Epiſcopos in Britannia conſtituere debuiſſet. Quarum literarum iſte eſt textus.

7 *Si hæc omnia deo nõ placere, ac grata non eſſe crederet, putasne ſanctus pontifex illa in Britanniã miſiſſet?*

Reuerendiſsimo & ſanctiſsimo fratri Auguſtino Epiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum dei. Cum certum ſit pro omnipotenti deo laborantibus inefabilia ęterni regni pręmia referuari, nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, ut in ſpiritalis operis ſtudio ex 8 remuneratione ualeant multiplicius inſudare. Et quia noua Anglorũ eccleſia ad omnipotentis dei gratiam eodem domino largiente & te laborante perducta eſt, uſum, tibi 9 pallij in ea ad ſolum miſſarum ſolennia agenda concedimus, ita ut per loca ſingula .xij. Epiſcopos ordines, qui tuę ſubiaceant dicioni, quatenus Lundonienſis ciuitatis epiſcopus ſemper in poſterum à ſynodo propria debeat conſecrari, atq; honoris pallium ab hac ſancta & Apoſtolica, cui deo auctore deſeruio, ſede percipiat. Ad Eburacam uero ciuitatẽ te uolumus epiſcopum mittere, quem ipſe iudicaueris ordinare, ita duntaxat, ut ſi eadem ciuitas cum finitimis locis uerbũ dei receperit, ipſe quoq; .xij. epiſcopos ordinet, & metropolitani honore perfruatur: quia ei quoq; ſi uita comes fuerit, palliũ tribuere domino fauente diſponimus, quem tamen tuæ fraternitatis uolumus diſpoſitioni ſubiacere. Poſt obitum uero tuũ, ita epiſcopis, quos ordinauerit, præſit, ut Lundonienſis epiſcopi nullo modo ditioni ſubiaceat. Sit uero inter Lundoniæ & Eburacæ ciuitatis epiſcopos ĩ poſteris honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur, qui primus fuerit ordinatus. Communi autẽ conſilio & cõcordi actione quæq; ſunt pro Chriſti zelo agenda, diſponant unanimiter, rectè ſentiant, & ea quæ ſenſerint; non ſibimet diſcrepando perficiant. Tua uerò fraternitas non ſolũ eos epiſcopos, quos ordinauerit neq; hos tantummodo qui Eburacæ per epiſcopum fuerint ordinati. Sed etiam omnes Britannię ſacerdotes habeat, deo domino noſtro Ieſu Chriſto auctore, ſubiectos. Quatenus ex lingua & uitæ tuæ ſanctitatis, 10 & rectè credendi, & bene uiuendi formam percipiant, atq; officium ſuum fide ac more ſequentes, ad coe-

8 *Vides quod & propter remunerationẽ hortatur ad ſtudium ſpiritalis operis.*

9 *Ecce quomodo, antiquis Archiepiſcopis p ſedem apoſtolicã pallium ſolebat concedi ſicut & modo fit, quo intra Miſſarum ſolennia tantum uterentur, & fuiſſe in magna reuerentia.*

10 *Vis Chriſtiana ad ca*

leſtia, cum dominus uoluerit, regna pertingant. Deus te incolumem cuſtodiat Reuerendiſsime frater. Data die .x. cal. Iul: imperante domino noſtro Mauricio Tyberio pijſsimo Auguſto, anno .xviij. poſt conſulatum eiuſdem domini anno .xix. indicione .iiij.

leſtia regna pertingere? ſerua quod hic te docet ſanctiſsimus pontifex, nempe recte crede, & bene uiue, hoc eſt fidei catholicæ mores probos coniunge, nam unum ſine altero non ſufficit.

Abeuntibus autem præfatis legatarijs miſit poſt eos beatus pater Gregorius literas memoratu dignas, in quibus apertè quàm ſtudioſe erga ſaluationem noſtræ gentis inuigilauerit, oſtendit: ita ſcribens. Dilectiſsimo filio Mellito abbati Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Poſt diſceſſum congregationis noſtræ quæ tecum eſt, ualde ſumus ſuſpenſi redditi, quia nihil de proſperitate ueſtri itineris audiſſe nos contigit. Cum ergo Dominus omnipotens uos ad Reuerendiſsimum uirum fratrem noſtrum Auguſtinum perduxerit, dicite ei quod diu mecum de cauſa Anglorum cogitans tractaui: uidelicet quod phana idolorum deſtrui in eadem gente minimè debeant, ſed ipſa, quæ in eis ſunt idola deſtruantur. Aqua 11 benedicta fiat, in ijſdem phanis aſpergatur, altaria conſtruantur, reliquiæ ponantur: quia ſi phana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt ut à cultu dæmonum in obſequio ueri Dei debeant commutari, ut, dum gens ipſa eadē phana ſua non uidet deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum uerum cognoſcens ac adorans, ad loca, qua conſueuerat, familiarius concurrat. Et quia boues in ſacrificio dæmonum multos ſolent occidere, debet eis etiam hac de re aliqua ſolennitas immutari: ut die dedicationis uel natalicijs ſanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula ſibi circa eaſdem eccleſias, quæ ex phanis commutatæ ſunt, de ramis arborum faciant, & religioſis conuiuijs ſolennitatem celebrent, nec diabolo iam animalia immolent, & ad laudem Dei in eſu ſuo animalia occidāt, & donatori omnium de ſacietate ſua gratias referant. Nam duris mentibus ſimul omnia abſcindere impoſsibile eſſe dubium non eſt: quia & ijs q ſummum locum aſcendere nititur, gradibus uel paſsibus, non autem ſaltibus eleuatur, ſic 12 Iſraelitico populo Dominus in Aegypto quidem innotuit, ſed tamen eis ſacrificiorum uſus quos diabolo ſolebat exhibere, in cultu proprio reſeruauit, ut eis in ſuo ſacrificio animalia immolare præciperet: quatenus cor mutantes, aliud de ſacrificio amitterent, aliud retinerent, ut & ipſis ipſa eſſent animalia quæ offerre conſueuerant, uero tamen Deo & non idolis immolantes, iam ſacrificia ipſa non eſſent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto fratri neceſſe eſt dicere, ut ipſe in præſenti illic poſitus, perpendat qualiter omnia debeat diſpenſare. Deus te incolumē cuſtodiat dilectiſsime fili. Data die Cal. Iul. Imperante Domino noſtro Mauricio Tyberio pijſsimo Auguſto; Anno. xix. poſt conſulatum eiuſdem Domini anno xviij. Indicione. iiij.

Ex Cap. xxx.

11 *Fiat aqua benedicta aſpergatur i phanis, altaria conſtruantur, reliquiæ ponantur. Placentne tibi iſta o Hæretice? Minime profecto, quia errores tuos proſternunt.*

12 *Ecce quomodo eccleſia pedetentim de imperfecto ad perfectū progreſſa eſt, nec a mentibus duris omnia ſimul abſcidit.*

Quo in tempore miſit etiam Auguſtino epiſtolam ſuper miraculis, quę per eum facta eſſe cognouerat: in qua eum, ne per illorum copiam periculum elationis incurreret, his uerbis hortatur. Scio frater chariſsime, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quę eligi uoluit, magna miracula oſtendit, unde neceſſe eſt dono cœleſti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimeſcas. Gaudeas uidelicet, quod Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur. Pertimeſcas uerò, ne inter ſigna, quæ fiunt, infirmus animus in ſui pręſumptione ſe eleuet, & unde foras in honorem tollitur, inde per inanem gloriam intus cadat.

Ex Cap. xxxi.

Meminiſſe etenim debemus, quia diſcipuli cum gaudio á prædicatione redeuntes, dum cœleſti magiſtro dicerent: Domine in nomine tuo etiam dæmonia nobis ſubiecta ſunt, protinus audierunt: Nolite ſuper hoc gaudere ſed potius gaudete, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlo. In priuata enim & temporali lętitia mentē poſuerant qui de miraculis gaudebant, ſed de priuata ad communem, & de temporali ad æternam letitiā reuocātur. Quibus dicitur: In hoc gaudete, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cęlo. Nō enim omnes electi miracula faciunt, ſed tantum nomina eorū manere in cœlo contendunt aſſcripta. Veritatis etenim diſcipulis eſſe gaudiū non debet ſine eo bono quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non habent. Reſtat itaq; frater chariſsime, ut inter ea, quæ operante Domino, exterius facis, ſemper te interius ſubtiliter iudices, ac ſubtiliter intelligas, & temetipſum quis ſis, & quanta ſit in ea gente gratia, pro cuius conuerſione etiam faciendorum ſignorū dona percepiſti. Et ſi quando te creatori ueſtro, ſeu per linguam, ſeu per operam reminiſceris deliquiſſe, ſemper hæc ad memoriam reuoces: ut ſurgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis ſignis acceperis, uel accepiſti, hoc non tibi, ſed eis deputes donata, pro quorum tibi ſalute collata ſunt.

Ex Cap. xxxij. Miſit & idem Papa Beatus Gregorius eodem tempore etiā regi Edilberchto epiſtolam ſimul & dona in diuerſis ſpeciebus perplura, temporalibus quoq; honoribus regem glorificare ſatagens, cui gloriæ cœleſtis ſui labore & induſtria noticiam perueniſſe gaudebat. Exemplar autem præfatæ epiſtolæ hoc eſt. Domino glorioſiſsimo atque præcellentiſsimo filio Edilberchto regi Anglorū Gregorius epiſcopus. Propter hoc omnipotens Deus bonos quoſq; ad regimina populorum perduxit, ut per eos omnibus quibus prælati fuerint, dona ſuæ pietatis impendat: quod Anglorum genti factum agnouimus. Cui ueſtra gloria eſt idcirco præpoſita, ut per bona quæ uobis conceſſa ſunt, etiam ſubiectæ uobis genti ſuperna beneficia præſtarentur. Et ideo glorioſe fili eam quā accepiſti diuinitus gratiam, require, ſolita mente cuſtodi, chriſtianam fidem in populis tibi ſub-
13 ditis extendere feſtina, zelum rectitudinis tuæ in eorum multiplica cōuerſione, idolorum cultus inſequere, phanorum ædificia euerte, ſubditorum mores ex magna uitæ mundicia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monſtrando ædifica: ut illum retributorem inuenies in cœlo, cuius nomen atq; cognomen dilatfaueris in terra. Ipſe enim ueſtræ quoq; gloriæ nomen etiam poſteris glorioſius reddet: cuius uos honorem quæritis & ſeruatis in gentibus. Sic etenim Conſtantinus quondam pijſsimus Imperator, Romanam rempublicā a peruerſis idolorum cultibus reuocans, omnipotēti Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto ſecum ſubdidit. Nam ſeq; cum ſubiectis populis tota ad Deum mente conuertit. Vnde factum eſt ut antiquorum principū nomen ſuis uir ille laudibus uinceret, & tanto in opinione præceſſores ſuos, quāto & in bono opere ſuperaret. Et nunc itaq; ueſtra gloria cognitionem unius Dei patris & filij & ſpiritusancti regibus ac populis ſibimet ſubiectis feſtinet infundere, ut & antiquos reges ſuæ gentis laudibus ac meritis tranſeat, & quanto in ſubiectis ſuis etiam aliena peccata deterſerit, tāto etiam de peccatis proprijs ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat. Reue

Vide an uelit ſolam fidem Gregorius in hoc rege.

rendiſsimus

rendiſsimus frater noſter Auguſtinus epiſcopus in monaſterij regula doctus, ſacræ ſcripturæ ſcientia repletus, bonis auctore Deo operibus præditus, quæcunque uos admonet, libenter audite, deuote peragite, ſtudioſe in memoria reſeruate. Quia ſi uos in eo quod omnipotenti Deo loquitur, auditis, etenim iſdem omnipotens hunc pro uobis exorantē, celerius exaudiet. Si enim (quod abſit) uerba eius poſtponitis, quomodo eū omnipotens Deus poterit audire pro uobis, quem uos negligitis audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo uos in feruore fidei ſtringite, atque ipſum illa uirtute, quam uobis diuinitus tribuat, adiuuate, ut regni ſui uos ipſe faciat eſſe participes, cuius uos fidem in regno ueſtro recipi facitis & cuſtodiri. Præterea ſcire ueſtram gloriam uolumus, quod ſicut in ſcriptura ſacra ex uerbis Domini omnipotentis agnoſcimus, præſentis mundi iam terminus iuxta eſt, & ſanctorum regnum uenturum eſt, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino multa imminent, quæ antea non fuerant, uidelicet immutationes aëris, terroresque de cœlo, & contra ordinationem temporum, tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ, terræmotus per loca, quæ tamen non omnia noſtris diebus uentura ſunt, ſed poſt noſtros dies omnia ſubſequentur. Vos itaque ſi qua ex ijs euenire in terra ueſtra cognoſcetis, nullo modo animū ueſtrū perturbetis, quia idcirco ſigna de fine ſeculi præmittuntur, ut de animabus noſtris debeamus eſſe ſolliciti, de mortis hora ſuſpecti, & uenturo iudici in bonis actibus inueniamur eſſe parati. Hæc autem glorioſe fili paucis loquutus ſum, ut cum chriſtiana fides in regno ueſtro excreuerit, noſtra quoque locutio apud uos latior excreſcat, & tanto plus loqui libeat, quanto ſe in mente noſtra, gaudia de gentis nunc perfecta conuerſione multiplicant. Parua autem exenia tranſmiſi, quæ uobis parua non erunt, cum à uobis ex beati Petri Apoſtoli fuerint benedictione ſuſcepta. Omnipotēs itaque Deus in uobis gratiam ſuam, quam cœpit, perficiat, atque uitam ueſtram, & hinc poſt multorum annorū curricula extendat, & poſt hæc lōga tempora, in cœleſtis uos patriæ congregatione recipiat. Incolumen excellentiam ueſtram gratia ſuperna cuſtodiat, Domine mi fili. Data die x. Cal. Iul. & Imperante Domino noſtro Mauricio Tyberio pijſsimo Auguſto, anno xxi. poſt conſulatum eiuſdem anno xviij. indicio. iij.

At Auguſtinus ubi in regia ciuitate ſedem epiſcopalē, ut prædiximus, accepit, recuperauit in ea, regio fultus adminiculo, eccleſiam, quā ibi Romanorum antiquorum fideliū operæ factam fuiſſe didicerat; & eam in nomine ſancti ſaluatoris dei & domini noſtri Ieſu Chriſti ſacrauit, atque ibidē ſibi habitationem ſtatuit, & cunctis ſucceſſoribus ſuis. Fecit autem & monaſterium non longe ab ipſa ciuitate ad orientē, in quo eius hortatu Edilbercht eccleſiam beatorum apoſtolorū Petri & Pauli à fundamentis 14 conſtruxit, ac diuerſis donis ditauit. In qua & ipſius Auguſtini & omniū epiſcoporum Doruernenſiū, ſimul & regū cantuæ poni corpora poſſent: quam tamen eccleſiam non ipſe Auguſtinus, ſed ſucceſſor eius Laurentius 15 conſecrauit.

Ex Cap. xxxiij.

14 *Ecce primum chriſtianæ fidei indicium qđ antiquis reges præ ſe ferebant, nempe ædificationes eccleſiarū, & monaſteriorū etiā in honorem ſanctorū, quæ diuerſis quoque donis ditabant.*

Primus autem eiuſdem monaſterij abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus in galliam miſſus, demerſus eſt in ſinu maris, qui uocatur Anſleat, et ab incolis loci ignobili traditus ſepulturæ. Sed omnipotens deus, ut qualis meriti uir fuerit demonſtraret, omni nocte ſupra ſepulchrū eius lux cœ

15 leſtis apparuit, donec animaduertentes uicini, qui uidebant ſanctum fuiſ-
ſe uirum, qui ibi eſſet ſepultus, & inueſtigantes unde & quis eſſet, abſtule
runt corpus, & in Bononia ciuitate iuxta honorem tanto uiro congruum,
in eccleſia poſuerunt.

Nota etiam illo tempore eccleſiarum conſecrationes.

Ex libro ſecundo, capite ſecundo, Hiſtoriæ eiuſdem.

Interea Auguſtinus adiutorio uſus Edilberchti regis, conuocauit ad
ſuum colloquiū epiſcopos ſiue doctores proximę Britonū prouincię in lo
co ubi uſq; hodie lingua Anglorū Saxonum appellatur. cœpitq; eis frater
na admonitione ſuadere, ut pace catholica ſecū habita, communem euan
gelizandi gentibus pro domino laborē ſuſciperent. Non enim paſcæ diē
dominicum ſuo tempore, ſed à quartadecima uſq; ad uigeſimam lunā ob-
ſeruabant. Quæ computatio 84. annorū circulo continetur; ſed & alia
plurima unitati eccleſiaſticæ contraria faciebant.

Qui cum longa diſputatione habita, neq; precibus, neq; hortamentis,
neq; increpationibus Auguſtini ac ſociorū eius aſſenſum præbere uoluiſ-
16 ſent, 16 ſed ſuas potius traditiones uniuerſis quæ per orbē ſibi in Chri-
ſto concordant, eccleſiis præferrent: ſanctus Auguſtinus hunc laborioſi
ac longi certaminis finem fecit, ut diceret. obſecremus deum, qui habitare
facit unanimes in domo patris ſui, ut ipſe nobis inſinuare cœleſtib⁹ ſignis
dignetur, quæ ſequenda traditio, quibus ſit uijs ad ingreſſum regni illius
properandum. Adducatur aliquis æger, & per cuius preces fuerit cura-
tus, huius fides & operatio deo deuota atq; omnibus ſequenda credatur.
Quod cum aduerſarij inuiti licet concederent, allatus eſt quidam de gene
re Anglorū, oculorum luce priuatus: qui (cum oblatus Britonum ſacerdo-
tibus nil curationis uel ſanationis horū miniſterio perciperet) tandem Au
17 guſtinus iuſta neceſsitate compulſus, flectit 17 genua ad patrem domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, deprecans, ut uiſum cęco, quem amiſerat, reſtitueret,
& per illuminationem unius hominis, corporalem, in plurimorū corda fi-
delium ſpiritali gratia lucem accenderet. Nec mora, illuminatur cæcus, ac
uerus ſummæ lucis præco ab omnibus prædicatur Auguſtinus. Tum Bri
tones confitentur quidem intellexiſſe ſe ueram eſſe uiam iuſticiæ quā præ-
dicat Auguſtinus. Sed non ſe poſſe abſq; ſuorum conſenſu ac licentia pri-
ſcis abdicare moribus.

Patrum traditiones unde eſſe ſeruandas, nec aliquorum traditiones uniuerſis mundi eccleſiis præferendas.

Ecce oratio cum genu flexione, & ad eam miraculum ſubſequutum. Bona ergo res eſt oratio, ac Deo placens.

Vnde poſtulabant ut ſecundo ſynodus pluribus aduenientibus fieret:
quæ cū eſſet ſtatuta, uenerunt (ut perhibent, ſeptem Britonū epiſcopi) &
plures uiri doctiſsimi, maximè de nobiliſsimo eorū monaſterio, quod uo
catur lingua Anglorū Barchotnaburg, cui tēpore hoc Dinoth abbas præ
fuiſſe narratur, qui ad præfatū ituri concilium, uenerunt primo ad quendā
uirum ſanctū ac prudentem (qui apud eos anachoriticam ducere ſolebat
uitam) conſulentes an ad prædicationē Auguſtini ſuas deſerere traditio-
nes deberent: qui reſpondebat, ſi homo dei eſt, ſequimini illū. Qui dixerūt.
Et unde hoc poſſumus probare? At ille, Dominus ait, Tollite iugū meum
ſuper uos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Si ergo Augu-
ſtinus ille mitis eſt & humilis corde, credibile eſt, quia iugū Chriſti & ip
ſe portet, & uobis portandū offerat. Sin autem ſuperbus eſt, conſtat quia
non eſt de deo: neq; uobis eius ſermo curandus. Qui rurſus aiebant, Et un
de uel hoc dinoſcere ualemus? Procurate, inquit, ut ipſe prior cū ſuis ad lo
cum ſynodi adueniat, & ſi uobis appropinquantibus aſſurrexerit, ſciētes,
quia famulus Chriſti eſt, obtemperanter illū audite. Sin autem uos ſpre-

uerit,nec coram uobis aſſurgere uoluerit,cum ſitis numero plures ;, & ipſe ſpernatur à uobis.

Fecerunt,ut dixerat. Factũ eſt autem ut uenientibus illis ſederet Auguſtinus in ſella, quod illi uidentes, mox in iram uerſi ſunt, eumq; notantes ſuperbiæ,cunctis,quæ dicebat,contradicere laborabant. Dicebat autem eis,quod in multis quidem noſtræ conſuetudini, uno uniuerſæ eccleſiæ cõtrarie geritis.Et nũc ſi in his tribus hic mihi obtemperare uultis, ut paſcha ſuo tempore celebretis,ut miniſteriũ baptizandi(quo deo renaſcimur)iuxta morem Romanæ ſanctæ eccleſiæ & apoſtolicæ compleatis, ut genti Anglorũ una nobiſcum uerbũ dei prædicetis:cætera quę agitis, quamuis moribus noſtris contraria,æquanimiter cuncta tolerabimus. At illi nihil horũ ſe facturos, neq; illũ pro archiepiſcopo habituros eſſe reſpondebãt: conferentes ad inuicem,quod ſi modo nobis aſſurgere noluit,quanto magis ſi ei ſubdi cœperimus,iam nos pro nihilo contemnet? Quibus uir domini Auguſtinus fertur, minitans prædixiſſe, quod ſi pacem cũ fratribus accipere nollent,bellum ab hoſtibus forent accepturi.Et ſi nationi Anglorum noluiſſent uiam uitæ prædicare, per horũ manus ultionem eſſent mortis paſſuri: quod ita per omnia, ut prædixerat, diuino agente iudicio patratum eſt.

Siquidem poſt hoc ipſe de quo diximus, rex Anglorũ fortiſsimus Edilfrith(collecto grandi exercitu ad ciuitatem) legionesq; agente Anglorũ Legaceſtir, à Britonibus rectius Corlegion appellatur, maximam genti perfidæ ſtragem ded t.Cumq; bellũ acturus uideret ſacerdotes eorũ (qui ad exorandũ deum pro milite agente bellum conuenerant) ſeorſum in tutiori loco conſiſtere,ſiſcitabatur, qui eſſent hi,quidue acturi illo conueniſſent.Erant autem plurimi eorũ de monaſterio Bancor, in quo tantus fertur fuiſſe numerus,ut cũ in ſeptem portiones eſſet,cum præpoſitis ſibi Rectoribus monaſteriũ diuiſum,nulla harum portio minus quam trecentos homines haberet,qui omnes de labore manuũ uiuere ſolebant.Horum ergo plurimi ad memoratam aciem peracto ieiunio triduano cũ alijs orandi cauſa conuenerant,habentes defenſorem nomine Brocalium, qui eos intentos precibus à barbarorũ gladijs protegeret.Quorum cauſam aduẽtus cum intellexiſſet rex Edilfrith,ait,Ergo ſi aduerſum nos dominũ ſuum clamant,profecto & ipſi quamuis arma non ferant,contra nos pugnant, qui aduerſus nos imprecationibus perſequunť. Itaq; in hos primũ arma uerti iubet, & ſic cæteras nefandæ militiæ copias non ſine magno exercitus ſui damno deleuit. Extinctos in ea pugna fertur de his qui ad adorandum uenerant,uiros circiter mille ducẽtos,& ſolũ quinquaginta fuga lapſos.Brocmail ad primũ hoſtium aduentum cũ ſuis terga uertẽs, eos quos defendere debuerat, inermes ac nudos ferientibus gladijs reliquit. Sicq; completũ eſt præſagium ſancti Auguſtini,quamuis ipſo iam multo ante tempore ad cœleſtia regna ſublato, ut etiam temporalis interitus ultionẽ ſentirent perfidi, quòd oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreuerant.

Anno dominicæ incarnationis ſexcenteſimo quarto,Auguſtinus Britãniorum archiepiſcopus ordinauit duos epiſcopos, Mellitũ uidelicet & Iuſtum, Melitum quidem ad prædicandũ prouinciæ orientalium Saxonũ; qui tamen ſe fluuio dirimunt a Cantia,& ipſi orientali mari contigui:quorum metropolis Londonia ciuitas eſt ſuper ripam præfati fluminis poſi- Ex Cap. iij.

ta & ipſa multorꝝ emptorum populorum terra mariq; uenientiū plena. In qua uidelicet gente tunc temporis Sabareth nepos Edelberchti ex ſorore Ricula regnabat, quāuis ſub poteſtate poſitus eiuſdem Edelberchti, qui omnibus (ut ſupra dictum eſt) uſq; ad Humbræ fluminis terminos anglorum gentibus imperabat.

Vbi uero & hæc prouincia uerbum ueritatis prædicante Mellito accepit, fecit rex Edilberchtin ciuitate Londonia eccleſiam ſancti Pauli apoſtoli; in qua locum ſedis epiſcopalis & ipſe & ſucceſſores eius haberent. Iuſtum uero in ipſa Cantia Auguſtinus ordinauit epiſcopū, in ciuitate Dorouerni quod gens anglorꝝ à primario quondā illius, qui dicebatur Hrofhros ceſtre, cognominat. Diſtat autem a Dorouerni milibus paſſuum fermè quatuor & uiginti ad occidentē: in qua rex Edilberchtecclesiam beati Andreæ apoſtoli fecit: qui etiam epiſcopis utriuſq; eccleſiæ 18 dona multa (ſicut & Dorouernenſes, obtulit) ſed & territoria ac poſſeſsiones in uſum eorum qui erant cum epiſcopis adiecit.

18 *Vide quomodo priſci Reges dona, territoria & poſſeſſiones eccleſiis offerebant.*

Defunctus eſt autem deo dilectus pater Auguſtinus, & poſitū corpus eius foras, iuxta eccleſiam beatorꝝ apoſtolorum Petri & Pauli: cuius ſupra meminimus: quæ necdum fuerat perfecta, nec dedicata. Mox uero ut dedicata eſt intro illatū, & in porticu illius aquilonari decenter ſepultum eſt. In qua etiam ſequentiū archiepiſcoporum omniū ſunt corpora tumulata, præter duorꝝ tantummodo, id eſt Theodori & Berethualdi: quorū corpora in iſta eccleſia poſita non ſunt: eo ꝙ prædicta porticus plura capere nequiuit. Habet autem in medio ſui pene, altare 19 in honorē beati Gregorij Papæ dedicatū: in quo per omne ſabbatum a presbytero loci illius agendæ eorꝝ ſolenniter celebrantur. Scriptū uero eſt in tumba eiuſdem Auguſtini epitaphiū huiuſmodi. Hic requieſcit Dominus Auguſtinus Dorouernenſis archiepiſcopus primus, qui olim huc a beato Gregorio Romanæ urbis Pontifice, directus, & a deo operatione miraculorꝝ ſuffultus, & Edilberthū regem & gentem illius ab idolorum cultu ad fidem Chriſti perduxit, & completis in pace diebus officij ſui defunctus eſt. vij. Cal. Iunij eodem rege regnante.

19 *Nota altare in honorē beati Gregorij papa dedicatum.*

Ex Cap. iiij.

Succeſsit Auguſtino in epiſcopatu Laurētius; quem ipſe idcirco adhuc uiuens ordinauerat, ne ſe defuncto ſtatus eccleſiæ tam rudis uel ad horā paſtore deſtitutus, uacillare inciperet. In quo & exemplum ſequebatur primi paſtoris eccleſiæ, hoc eſt beatiſsimi apoſtoli Petri principis: qui fundata Romana eccleſia Chriſti Clementem ſibi adiutorem euangelizandi, ſimul & ſucceſſorem conſecraſſe perhibetur.

Laurentius autem archiepiſcopus gradu potitus, ſtrenuiſsime fundamenta eccleſiæ nobiliter iacta ſtuduit augumentare, atq; ad profectū debiti culminis, & crebra uoce ſanctæ exhortationis, & continuis piæ operationis exemplis prouehere curauit. Deniq; non ſolū nouæ, quæ Anglis erat collecta, eccleſiæ curam gerebat, ſed & Britanniæ proximæ, paſtoralem impendere ſollicitudinē curabat. Siquidem ubi Scotorꝝ in prefata ipſorum patria, quomodo & Britannorꝝ in ipſa Britannia, uitam ac profeſſionem minus eccleſiaſticam in multis eſſe cognouit; maximè cū paſcę ſolennitatem non ſuo tempore celebrarent, ſed (ut ſupra docuimus) a quarta decima luna ad uigeſimam dominicæ reſurrectionis diem obſeruandū eſſe putarent: ſcripſit cum epiſcopis ſuis exhortatoriam ad eos epiſtolā, obſecrans

crans eos & conteſtans ueritatem pacis & catholicæ obſeruationis, cũ ea(quæ toto orbe diffuſa eſt)eccleſia Chriſti tenere: cuius uidelicet epiſtolæ principium hoc eſt.

Dominis chariſsimis fratribus epiſcopis uel abbatibus per uniuerſam Scotiam Laurentius, Mellitus, & Iuſtus epiſcopi, ſerui ſeruorũ dei. Dum
20 nos ſedes apoſtolica more ſuo ſicut in uniuerſo orbe terrarum in ĳs occiduis partibus ad prædicandũ gentibus paganis dirigeret, atq; in hãc inſulam quæ Britannia nuncupatur, contigit introiſſe, antequam cognoſceremus, credentes quod iuxta morem uniuerſalis eccleſiæ ingrederẽt, in magna reuerentia ſanctitatis, tam Britones, quàm Scotos uenerati ſumus: ſed cognoſcentes Britones, Scotos meliores putauimus. Scotos uerò per Dagamũ epiſcopum in hanc, quam ſuperius memorauimus, inſulam; & per Columbanum Abbatem è Gallis uenientem, nihil diſcrepare à Britonibus in eorum conuerſatione didicimus. Nam Dagamus epiſcopus ad nos ueniens, non ſolum cibum nobiſcum, ſed nec in eodem hoſpitio quo ueſcebamur, ſumere uoluit.

20 Cõſidera hæc uerba, Dum nos ſedes Apoſtolica more ſuo, ſicut in uniuerſo orbe terrarum, in ĳs occiduis partibus ad prædicandum gentibus paganis dirigeret. Ex quibus euidenter colligis Romanam eccleſiam in totum terrarum orbem iuriſdictionem habere.

Miſit idẽ Laurentius cum Epiſcopis ſuis etiam Britonum ſacerdotibus literas ſuo gradui condignas, quibus eas in unitate catholica confirmari ſategit. Sed quantũ hæc agendo profecerit, adhuc præſentia tempora declarant. His temporibus uenit Mellitus Lundoniæ Epiſcopus Romam, de neceſſarĳs eccleſiæ Anglorum cum Apoſtolico papa Bonifacio tractaturus. Et cum idem papa Reuerendiſsimus cogeret ſynodũ epiſcoporum Italiæ, de uita monachorum & quiete ordinaturus, ipſe Mellitus inter eos aſſedit anno octauo Imperĳ Focatis principis, Indicione tertiadecima, tertia die cal. Marcĳ, ut quæq; erant regulariter decreta ſua, quoq; auctoritate ſubſcribens, confirmaret, ac Britanniã rediens, ſecum Anglorum eccleſĳs mandanda atq; obſeruanda deferret, unà cum epiſtolis, quas idem pontifex deo dilecto archiepiſcopo Laurentio & clero uniuerſo, ſimiliter & edisberchto regi, atq; genti Anglorum direxit.

Hic eſt Bonifacius quartus à Beato Gregorio Romane urbis epiſcopus, qui impetrauit à Foca principe donari eccleſiæ Chriſti templum Romæ, quod Pantheon uocabatur antiquitus, quaſi ſimulachrum eſſet omnium deorum; in quo ipſe eliminata omni ſpurcicia, fecit eccleſiã ſanctæ dei genitricis atq; omnium martyrum Chriſti, ut excluſa multitudine dæmonum, multitudo ibi ſanctorum memoriam haberet.

Ex Cap. V.

Anno ab incarnatione dominica ſexcẽteſimo decimo tertio, qui eſt annus uigeſimus tertius ex quo Auguſtinus cũ ſocĳs ad prædicationem gẽti Anglorum miſſus eſt, Edilbrecht rex Cãtuariorum, poſt regnum temporale quod xxxxxvi. annis glorioſiſsime tenuerat, 21 æterna cœliſtis regni gaudia ſubĳt. Qui tertius quidem in regibus gentis Anglorũ, cunctis auſtralibus eorum prouincĳs quæ Humbræ fluuio & contiguis ei terminis, ſequeſtrantur à Borealibus imperauit: ſed primus omnium cœli regna cõſcendit. Nam primus imperium huiuſmodi Elli rex auſtralium ſaxonũ, ſecundus Calin rex occidentalium ſaxonum (qui lingua ipſorum Cecculin uocabantur) tertius, ut diximus Edilbrecht rex cantuariorum, quartus Redual rex orientalium Anglorum, qui etiam uiuente Edilbrechto eidem ſuæ genti ducatũ præbebat, obtinuit. Quintus Eduini rex Nordamhimbrorum gentis, id eſt eiuſq; ad borealem Humbri fluminis plagam inhabita-

21 Rex æterna cœleſtis regni gaudia ſubĳt.

bat,maiore potentia cunctis,qui Britanniam incolunt,Anglorum pariter & Britonum populis præfuit, præter cantuarijs tantum necnon & Meuanias Britonum inſulas,quæ inter Hyberniam et Britanniam ſitæ ſunt,Anglorum ſubiecit imperio. Sextus Oſuald, & ipſe Nordanhimbrorũ rex Chriſtianiſsimus,ĳſdem finibus regnũ tenuit. ſeptimus Oſiuu frater eius, æqualiter pene terminis regnum nonnullo tempore coercens, pictorum quoq; ac Scotorum gentes, quæ ſeptentrionales Britanniæ fines tenent, maxima ex parte perdomuit,ac tributarias fecit, ſed hoc poſtmodum.

Defunctus eſt uero rex Edilbrecth die quartodecimo mẽſis februarĳ, poſt xxi. annos acceptæ fidei;atq; in porticu ſancti Martini,intra eccleſiã beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ſepultus eſt,ubi & Berecta regina condita eſt.Qui inter cętera bona, quæ genti ſuæ conſulendo conferebat, etiam decreta illi iudiciorum iuxta exempla romanorum, cum conſilio ſapientiũ conſtituit. Quæ conſcripta Anglorum ſermone hactenus habentur,& obſeruantur ab illis.In quibus primitus poſuit qualiter id dare deberet,qui aliquid rerum,uel eccleſiæ,uel epiſcopi,uel reliquorum ordinum furto auferret, uolens ſecundum tutionem eis, quos & quorum doctrinã ſuſceperat,præſtare.Erat autẽ idem Edilbrecht filius Iurmínrici, cuius pater occa cuius pater Orric cognomento Oiſc, à quo reges cantuariorũ ſolent Oiſcingat cognominari. Cuius pater Hengiſt qui cum filio ſuo Oiſc inuitatus à Vurtigerno,Britanniam primus intrauit, ut ſupra retulimus.

At uero poſt mortem Edilberchti cum filius eius Cadbald regni gubernacula ſuſcepiſſet,magno tenellus adhuc,ibi eccleſiæ crementis detrimento fuit.Siquidem non ſolum Chriſti fidem recipere noluerat, ſed & fornicatione pollutus eſt tali, qualem nec inter gentes auditam Apoſtolus teſtatur,ita ut uxorem patris haberet. Quo utroq; ſcelere occaſionẽ dedit ad priorem uomitum reuertendi his, qui ſub imperio ſui parentis, uel pauore, uel timore regio fidei & caſtimoniæ iura ſuſceperunt, nec ſupernæ flagella diſtrictionis perfido regi caſtigando uel corrigendo defuère. Nã crebra mentis ueſania, & ſpiritus immundi inuaſione premebatur.

Auxit procellã huiuſcemodi perturbationis etiam mors Saberecti regis,orientalium ſaxonum,qui ubi regna perennia petẽs, tres filios ſuos,qui pagani perdurauerunt,regni temporalis hæredes reliquit. Ceperunt illi mox idololatriæ(quam uiuente eo aliquantulũ intermiſiſſe uidebãtur)palam ſeruire,ſubiectiſq; populis idola colendi liberam dare licentiã. Cumque uidiſſent pontificem celebratis 22 in eccleſia miſſarum ſolennĳs Eucharistiam populo dare,dicebant(ut uulgo fertur) ad eum barbari inflati ſtulticia,quare non & nobis porrigis panem nitidum,quem & patri noſtro Saba (ſic nanq; eum appellare conſueuerant) dabas,& populo adhuc in eccleſia dare non deſiſtis? Quibus ille reſpondebat, ſi uultis ablui fonte illo ſalutari quo pater ueſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſancti,cui ille participabat,eſſe participes. Sin autem lauachrum uitæ contẽmnitis,nullatenus ualetis panem uitæ percipere At illi. Nolumus,inquiũt, fontem illum intrare,quia nec illo opus nos habere, nouimus, ſed tamen panẽ illo refici uolumus. Cumq; diligenter ac ſæpe ab illo eſſent admoniti, nequaquam ita fieri poſſe, ut abſq; purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctæ communicaret. Ad ultimum furore commoti aiebant, ſi non uis aſſentire nobis in tam facili cauſa quam petimus, non poteris iã

22 *Celebratis in eccleſia Miſſarum ſolennĳs.*

in noſtra prouincia demorari: & expulerunt eum, ac de ſuo regno cum ſociis abire iuſſerunt. Qui expulſus inde, uenit Cantuam, tractaturus cũ Laurentio & Iuſto coepiſcopis quid in iis eſſet agendum. Decretumq́ eſt cõmuni conſilio, quia ſatius eſſet, ut omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente domino deſeruirent, quàm inter rebelles fidei barbaros ſine fructu reſiderent.

Diſceſſere itaq; primi Mellitus & Iuſtus, atq; ad partes Galliæ ſeceſſere, ibi & ſuũ finem expectare diſponentes: ſed non multo tempore reges q́ præconem a ſe ueritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè ſeruiebant. Nam egreſsi contra gentem Geuiſſorum in prælium, omnes pariter cum ſua militia corruerunt, nec (licet auctoribus perditis) excitatum ad ſcelera uulgus potuit corrigi, atq; ad ſimplicitatem fidei et charitatis, quę eſt in Chriſto, reuocari.

Ex Cap. 6.

Cum uerò Laurentius Mellitũ Iuſtumq́ ſequuturus, ac Britanniam eſſet relicturus, iuſsit ipſa ſibi nocte in eccleſia beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, de qua frequenter iam diximus, ſtratum parari. In quo 23 cum poſt multas preces ac lachrymas ad Deũ pro ſtatu eccleſię fuſas, ad quieſcendum membra poſuiſſet atq; obdormiſſet, 24 apparuit ei beatiſsimus apoſtolorum princeps, & multo illum tempore ſecretę noctis flagellis arctioribus afficiens, ſciſcitabatur apoſtolica diſtrictione, quare gregem, quem ſibi ipſe crediderat, relinqueret, uel cui paſtorum oues Chriſti in medio luporum poſitas fugiẽs ipſe dimitteret? An mei, inquit, oblitus es exẽpli, qui pro paruulis Chriſti, quos mihi in indiciũ ſuæ dilectionis commendauerat, uincula, uerba, carceres, afflictiones, ipſam poſtremo mortem, mortem autem crucis, ab infidelibus etiam inimicis Chriſti ipſe cum Chriſto coronandus pertuli.

23 Vide nocturnas uigilias in eccleſia & orationes cũ lachrymis.

24 Si Apoſtolorum princeps apparuit epiſcopo, & flagellauit eũ, ergo uiuus eſt & nõ mortuus.

His beati Petri flagellis, ſimul & exhortationibus animatus famulus Chriſti Laurentius, mox mane facto, uenit ad regem, & reiecto ueſtimento quantis eſſet uerberibus laceratus oſtendit. Qui multũ miratus, & inquirens, quis tanto uiro tales auſus eſſet plagas infligere, ut audiuit, quia cauſa ſuæ ſalutis epiſcopus ab apoſtolo Chriſti tanta eſſet tormenta, plagasq́ perpeſſus, extimuit multũ, atq; anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus, eccleſiæ rebus, quantũ ualuit, in omnibus conſulere, ac fauere curauit. Miſit etiam in Galliam, & reuocauit Mellitũ & Iuſtum, eosq́ ad ſuas eccleſias liberè inſtituendas redire præcepit, qui poſt annum, ex quo abierant, reuerſi ſunt. Et Iuſtus quidem ad ciuitatem Droſi, cui præfuerat, rediit. Mellitum uero Lundonienſes epiſcopũ recipere noluerunt, idolatris pontificibus magis ſeruire gaudentes. Non enim tanta erat ei, quanta patri ipſius Regni poteſtas, ut etiam nolentibus ac contradicentibus paganis, Antiſtitem ſuæ poſſet eccleſiæ reddere. Veruntamen ipſe cum ſua gente, ex quo ad Dominũ conuerſus eſt, diuinis ſe ſtuduit mancipare præceptis. Deniq; & in monaſterio beatiſsimi apoſtolorum principi 25 eccleſiam ſanctę Dei genitricis fecit, quã conſecrauit archiepiſcopus Mellitus.

25 Rex fabricauit eccleſiam ſanctæ Dei genitrici, & Mellitus Archiepiſcopus eã cõſecrauit.

Ex Cap. 7.

Hoc enim rege beatus archiepiſcopus Laurentius 26 regnũ cœleſte conſcendit, atq; in eccleſia & monaſterio ſancti apoſtoli Petri iuxta prædeceſſorem ſuum Auguſtinũ ſepultus eſt, die quarta Nonarum Februariũ. Poſt quem Mellitus, qui erat Lundoniæ epiſcopus, ſedem Dorouernenſis

26 Laurentius Archiepiſcopus regnum cœleſte conſcendit.

eccleſiæ tertius ab Auguſtino, ſuſcepit. Iuſtus autem adhuc ſuperſtes Dro ſenſem regebat eccleſiam. Qui cũ magna eccleſiam Anglorum cura ac labore gubernarent, ſuſceperunt ſcripta exhortatoria à Pontifice Romanæ, & apoſtolicæ ſedis Bonifacio, qui poſt Deus dedit in eccleſia ſedit anno incarnationis Dominicæ quingenteſimo centeſimo uigeſimo quarto.

Erat autem Mellitus quidem corporis infirmitate, ideſt podagra grauatus, ſed mentis greſsibus ſanus, alacriter terrena quęque tranſiliens, atque ad cœleſtia regna ſemper amanda, petenda, & quærenda peruolans. Erat carnis origine nobilis, ſed culmine mentis nobilior. Denique unum uirtutis eius, unde cætera intelligi poſsint, teſtimoniũ referam. Tempore quodã ciuitas Dorouernenſis per culpam incuriæ igni correpta, crebreſcentibus cœpit flammis conſumi: quibus cũ nullo aquarum iniectu poſſet aliquis obſiſtere, iamque ciuitatis eſſet pars uaſtata non minima, atque ad epiſcopũ furens ſe flamma dilataret, confidens epiſcopus in diuinũ, ubi humanum deerat, auxiliũ, iuſsit ſe obuiam ſæuientibus & huc illucque uolantibus igniũ globis inferri. Erat autem eo loci, ubi flammarum impetus maximè incũbebat, martyriũ beatorum quatuor coronatorum. Ibi ergo perlatus obſequentum manibus epiſcopus, cœpit 27 orando periculum infirmus abi-
27 gere, quod firmæ fortiũ manus multum laborando nequiuerant. Nec mora, uentus, qui à meridie flans urbi incendia ſparſerat, contra meridiem reflexus, primo uim furoris ſui à læſione locorũ, quę contra erant, abſtraxit, ac mox funditus quieſcendo, flammis pariter ſopitis, atque extinctis, compeſcuit. Et quia uir Dei igne diuinæ charitatis fortiter ardebat, qui tempeſtates poteſtatũ aëriarum à ſua ſuorumque læſione crebris orationibus, uel exhortationibus repellere conſueuerat, merito uentis flammiſque mundialibus præualere, & ne ſibi ſuiſque nocerent, obtinere poterat. Et hic ergo poſtquam annis quinque rexit eccleſiam, eadbaldo regnante, migrauit ad cœlos. Sepultusque eſt cum patribus ſuis in ſępedicto monaſterio, & eccleſia beatiſsimi principis apoſtolorum, anno ab incarnatione Domini quingenteſimo centeſimo uigeſimo quarto, die nono Calendis Martij.

Oratione Mellitus impetum ignis in ciuitatẽ craſſantis extinxit.

Ex Cap. 8

Cui ſtatim ſucceſsit in pontificatum Iuſtus, qui erat Droſenſis eccleſiæ epiſcopus. Illi hic eccleſiæ Romanum pro ſe conſecrauit epiſcopum, data ſibi ordinandi epiſcopos auctoritate à Pontifice Bonifacio, quem ſucceſſorem fuiſſe Deus dedit ſupra meminimus. Cuius auctoritatis iſta eſt forma.

Dilectiſsimo fratri Iuſto Bonifacius, quã deuote, quámque etiam uigilãter pro Chriſti euangelio elaborauerit ueſtra fraternitas, non ſolum epiſtolæ à uobis directæ tenor, immo indulta deſuper operi ueſtro perfectio indicauit. Nec enim omnipotens Deus, aut ſui nominis ſacrum, aut fructũ ueſtri laboris deſeruit, dum ipſe prædicatoribus eccleſiæ fideliter repromiſit: ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad cõſumationem ſeculi. Quod ſpecialiter in iniuncto uobis miniſterio eius clementia demõſtrauit, aperiens corda gentium ad ſuſcipiendũ prædicationis ueſtræ ſingulare myſteriũ. Magno enim præmio fatigiorum ueſtrorũ delectabilem curſum, bonitatis ſuæ ſuffragijs illuſtrauit, dum creditorũ uobis talentorũ fideliſsime negociationis officijs, uberem fructum impendens, ei quod ſignare poſſetis, multiplicatis generationibus præparauit. Hocque etiam illa uobis repenſatione collatũ eſt, qui iniuncto miniſterio iugiter perſiſtẽ-

tes, laudabili patientia redemptionē gentis illius expectaſtis, & ueſtris ut perfrueretur meritis, eorū eſt ſaluatio propinata, dicente Domino: Qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Saluati ergo eſtis ſpe patientiæ, & tolerantiæ uirtute, ut infideliū corda naturali ac ſuperſtitioſo morbo purgata, ſui conſequerentur miſericordiā ſaluatoris. Suſceptis nāque apicibus filij noſtri Adalualdi Regis, reperimus quanta ſacri eloquij eruditione eius animum ad ueræ conuerſionis, & indubitatæ fidei credulitatem fraternitas ueſtra perduxerit. Qua ex re de longanimitate clementię cœleſtis certam aſſumentes fiduciam, non ſolū ſuppoſitarum ei gentiū pleniſsimam ſalutem, immo quaruncunq; uicinarū ueſtro quoq; prædicationis miniſterio credimus ſubſequendā; quatenus 28 (ſicut ſcriptū eſt) conſumati operis uobis merces à retributore omnium bonorū Domino tribuatur. Et uere per omnem terram exiſſe ſonus eorū, & in fines orbis terræ uerba ipſorū uniuerſalis gentiū confeſsio, ſuſcepto Chriſtianę ſacramento fidei, proteſtatur. Pallium 29 præterea per latorē præſentium fraternitati tuæ benignitatis ſtudijs inuitati direximus, quo uidelicet tantam in 30 ſacroſanctis uenerandis myſterijs licentiam utēdi imperauimus: concedentes etiam tibi ordinationes epiſcoporū, exigente opportunitate, Domini præueniente miſericordia, celebrare; ita ut Chriſti euangelium plurimorū annunciatione, in omnibus gentibus, quę necdū conuerſę ſunt, dilatetur. Studeat ergo tuæ fraternitas hoc, quod ſedis Apoſtolicæ humanitate percepta, intemerata mentis ſynceritate ſeruare intendis: Cuius rei ſimilitudinem, tā præcipuū indumentum humeris tuis baiulandum ſuſceperis. Talemq; te implorata clementia exhibendū ſtude, ut indulti muneris præmia non cū reatitudine, ſed cum commodis animarum ante tribunal ſummi & uenturi iudicis repræſentes. Deus te incolumē cuſtodiat, dilectiſsime frater.

Iuſtus deinde, nonnullis euolutis annis, quarto Iduum Nouembris die ad 31 cœleſtia regna ſublatus eſt.

28 *Quatenus conſumati operis uobis merces à retributore omnium bonorum domino tribuatur.*

29 *Pallium donabatur à ſede apoſtolica Archiepiſcopis, ſicut & modo fit, & eo utebantur tantum in Miſſarum ſolennijs.*

30 *Ecce quomodo Miſſæ ſacrificium ſacroſanctu ac ueneranda myſteria appellat, in hæreticorum noſtrorum confuſionem, qui inſantibus & blaſphemis nominibus illud nūcupare præſumūt.*

31 *Iuſtus ad cœleſtia regna ſublatus eſt.*

VITA BEATI GREGORII MAGNI ROmani Pontificis per Venerabilem Bedam Presbyterum Scripta.

Eſt in Hiſtoria eccleſiaſtica Anglicana eiuſdem libro ſecundo capite primo.

ANno Dominicę incarnationis quingenteſimo cēteſimo quinto beatus Papa Gregorius, poſtquam ſedem Romanæ & Apoſtolicę eccleſiæ treſdecim annos, menſes ſex, & dies decem glorioſiſsimę rexit, defunctus eſt, atque 1 ad æternam regni cœleſtis ſedem translatus. De quo nos conuenit, quod noſtram, ideſt Anglorum gētem de poteſtate Sathanæ ad fidem Chriſti ſua induſtria conuertit, latiorem in noſtra hiſtoria Eccleſiaſtica facere ſermonem: quē rectè noſtrum appellare poſſumus, & debemus Apoſtolum, quia cum 2 primum in toto orbe gereret Pontificatum, & conuerſis iam dudum ad fidem ueritatis eſſet prælatus in eccleſia, noſtram gentem eatenus idolis mancipatam Chriſti fecit eccleſiam: ita ut Apoſtolicum illum de eo liceat nobis proferre ſermonem: Quia & ſi alijs non eſt Apoſtolus, ſed tamen nobis eſt. Nam ſignaculum Apoſtolatus eius nos ſumus in Domino.

1 *Gregorius ad æternam regni cœleſtis ſedem translatus eſt.*

2 *Cum primum in toto orbe gereret pontificatum.*

Erat autem natione Romanus, ex patre Gordiano, genus à proauis nō

ſolum nobile,ſed & religioſum ducens. Deinde felix eiuſdem ſedis Apoſtolicæ quondam Epiſcopus, uir magnæ gloriæ in Chriſto & in eccleſia, fuit eius attauus,ſed & ipſe nobilitatem Religionis non minorem, quàm parentes,& cognati, uirtute deuotionis exercuit, Nobilitatem uerò illã, quàm ad ſeculum uidebatur habere, totam ad nanciſcẽdam ſupernæ gloriam dignitatis, diuina gratia largiente,conuertit. Nam mutato repente ſeculari habitu, monaſterium petijt, in quo tanta perfectionis gratia cœpit conuerſari, et ſicut ipſe poſtea conteſtari ſolebat flendo, animo illius labentia cuncta ſubter eſſent, ut rebus omnibus, quæ uoluuntur, emineret,nunquam niſi cœleſtia cogitare ſoleret,ut etiam recenter corpore ipſa iam carnis clauſtra contemplatione tranſiret, ut mortem quoque, quæ penè cunctis pœna eſt, uidelicet ut ingreſſum uitæ, & laboris ſui præmium amaret.

Hæc autem ipſe de ſe,non profectum iactando uirtutum, ſed deflendo potius defectum, quem referre conſueuerat,ſibi per curam paſtoralem incurriſſe uidebatur. Denique tempore quodam ſecreto cum Diacono ſuo Petro colloquens, enumeratis animi ſui uirtutibus priſcis, mox dolendo ſubiunxit: At nunc ex occaſione curæ paſtoralis, ſecularium hominũ negocia patitur,& poſt tam pulchrã quietis ſuæ ſpeciem, terreni actus puluere fœdatur. Cumq́ pro condeſcenſione multorum ſe ad exteriora ſparſerit,etiam cum interiora appetit, ad hæc procùldubio minor redit. Perpendo itaq; quid tolero,perpendo quid amiſi, dumq́ intueor illud quod perdidi, fit hoc grauius quod porto.

Hæc quidem ſanctus uir ex magnæ humilitatis intentione dicebat,ſed nos credere decet, nihil eum monachicæ perfectionis perdidiſſe occaſione curæ paſtoralis: immo potiorem tunc ſumpſiſſe profectum de labore conuerſionis multorum,quàm de propriæ quondam quiete conuerſationis habuerit,maxime quod & Pontificali functus officio, domum ſuam monaſterium facere curauit. Et dum primum de monaſterio abſtractus, ad miniſterium altaris ordinatus, atq; Conſtan tinopolim Apocriſiarius ab Apoſtolica ſede directus eſt, non tamen in terreno conuerſatus palatio, 3 propoſitum uitæ cœleſtis intermiſit. Nam quoſdam fratrum ex monaſterio ſuo, qui eum gratia germanæ charitatis ad Regiam urbem ſecuti ſunt, in tutamentum cœpit obſeruantiæ regularis habere, uidelicet ut eorum ſemper exemplo (ſicut ipſe ſcribit) ad orationis placidum littus, quaſi anchoræ fune reſtringeretur,cum inceſſabili cauſarum ſecularium impulſu fluctuaret; concuſſamq; ſeculi mentem actibus, inter eos quotidie per cuſtodiam lectionis roboraret eloquium.

3 *Ecce quomodo monachale inſtitutum, cœleſtis uitæ propoſitum uocat. Quid dicis tu qui adeo monachiſmo detrahis?*

Horum ergo conſortio non ſolum à terrenis munitus,incurſibus, uerũ etiam ad cœleſtia exercitijs uitæ magis ſuccenſus. Nam hortati ſunt eum, ut librum beati Iob magnis inuolutum obſcuritatibus, myſtica interpretatione diſcuteret,neq; negare potuit opus, quod ſibi fraternus amor multis utile futurum imponebat. Sed eundem librum quomodo iuxta literã inte lligendus,qualiter ad Chriſti & eccleſiæ ſacramenta referendus,quo ſenſu unicuiq; fidelium ſit aptandus, per trigintaquinq; libros expoſitionis miranda ratione perdocuit. Quod uidelicet opus in Regia quidẽ urbe Apocriſiarius inchoauit, Romæ autem iam factus Pontifex impleuit.

Qui cum eſſet adhuc Regia in urbe poſitus, naſcentem ubi unam hære

ſim de ſtatu noſtræ reſurrectionis, in ipſo quo exorta eſt initio, iuuante ſe gratia catholicæ ueritatis, attriuit. Siquidem Eutichius eiuſdem urbis epiſcopus dogmatizabat, corpus noſtrum in illa Reſurrectionis gloria impalpabile, uentis, aëreq; ſubtilius eſſe uenturum. Quod ille audiens, & ratione ueritatis, & exemplo Dominicæ Reſurrectionis probauit, hoc dogma orthodoxæ fidei omnimodis eſſe contrarium. Catholica etenim fides habet, quod corpus noſtrum in illa immortalitatis gloria ſublimatū, ſubtile quidem ſit per effectum ſpiritalis potentiæ, ſed palpabile per ueritatē naturæ, iuxta exemplum Dominici corporis; de quo à mortuis ſuſcitato dicit ipſe diſcipulis: Palpate, & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. In cuius aſſertione fidei, uenerabilis pater Gregorius in tantum contra naſcentem hæreſim nouam laborare contendit, tantaq; hanc inſtantia, iuuante etiam pijſsimo Imperatore Tiberio Conſtantino, comminuit, ut nullus exinde ſit inuentus, qui eius reſuſcitator exiſteret.

Alium quoq; librū compoſuit egregiū, qui uocatur paſtoralis, in quo manifeſtá luce patefecit, qualis ad eccleſiæ regimen aſſumi, qualiter ipſi rectores uiuere, qua diſcretione ſingulas quaſq; audiētium inſtituere perſonas, & quanta conſideratione propriam quotidie debeant fragilitatem penſare. Sed & Homelias euangelij numero quadraginta cōpoſuit, quas in duobus codicibus æqua ſorte diſtinxit. Libros etiam Dialogorum quatuor fecit, in quibus rogatu Petri Diaconi ſui uirtutes ſanctorum, quos in Italia clariores noſſe uel audire poterat, ad exemplū uiuendi poſteris collegit: ut ſicut in libris expoſitionum ſuarum, quibus ſit uirtutibus inſudādum edocuit, ita etiam ſin ſcripturis ſanctorum & miraculis, quæ uirtutum eorundem ſit claritas, oſtenderet.

Primam quoq;, & ultimam Ezechielis prohetæ partem, quæ uidebant̄ obſcuriores, per Homelias uigintiduas declarauit, ac quantum lucis intus habeant, demonſtrauit. Non excepto libello reſponſionum, quas ad interrogationes ſancti Auguſtini primi Anglorum epiſcopi ſcripſit, ut ſupra docuimus, totum ipſum libellum his inſerentes hiſtorijs: libello quoq; ſynodico, quem cum epiſcopis Italiæ de neceſſarijs eccleſiæ cauſis utiliſſimum compoſuit: & familiaribus ad quoſdam literis. Quod eo magis mirū eſt, tot eum ac tanta condere uolumina potuiſſe, quod penè omni iuuētutis ſuæ tēpore (ut uerbis ipſius loquar) crebris uiſcerum doloribus cruciabatur, horis momentisq; omnib9 fracta ſtomachi uirtute laſſeſcebat; lentis quidem, ſed tamen continuis febribus anhelabat.

Verum inter hæc dum ſolicitus penſaret, quia ſcriptura teſte, omnis filius, qui recipitur flagellatur, quo malis pręſentibus durius deprimebatur, eo de æterna certius præſumptione reſpirabat. Hæc quidem de immortali eius dicta ingenio, quod nec tanto corporis potuit dolore reſtringi. Nā alij quidem Pontifices conſtruendis ornandisq; auro uel argēto eccleſijs operam dabāt: hic autem totus erga animarum lucra uacabat. Quicquid pecuniæ habuerat, ſedulus hoc diſpergere ac dare pauperibus, ut iuſtitia eius maneret in ſeculum ſeculi, & cornu eius exaltaretur in gloria: ita ut illud beati Iob ueraciter dicere poſſet: Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens teſtimonium reddebat mihi, quód liberaſſem pauperem uociferantem, et pupillum, cui non erat adiutor. Benedictio perituri ſuper me.

ueniebat,& cor uiduæ conſolatus ſum.Iuſtitia indutus ſum, & ueſtiui me ſicut ueſtimento,& diademate,iudicio meo.Oculus fui cæco,& pes claudo.Pater eram pauperum,& cauſam quam neſciebam, diligentiſsime inueſtigabam.Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.Et paulopoſt.Si negaui,inquit, quod uolebant, pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci:Si comedi bucellam meam ſolus,& non comedit pupillus ex ea;quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum.

Ad cuius pietatis & iuſtitiæ opus pertinet etiam hoc, quòd noſtrã gentẽ per prædicatores,quos huc direxit, de dentibus antiqui hoſtis eripiẽs, æternæ libertatis fecit eſſe participem. Cuius fidei & ſaluti congaudens, quæq; digna laude commendans, ipſe dicit in expoſitione beati Iob:Ecce rem,lingua Britanniæ, quæ nihil aliud nouerat, quàm Barbarum frendere,iandudum in diuinis laudibus Hębreum cœpit Alleluia reſonare. Ecce quondam tumidus, iam ſubſtratus ſanctorum pedibus ſeruit Oceanus, eiusq́; Barbaros immites, quos terreni principes edomare nequiuerant: hos pro diuina formidine ſacerdotum ora ſimplicibus uerbis ligant: & qui cateruas pugnantium infideles nequaquam metuerent, iam nunc fideles humilium linguas timent.Qui enim perceptis cœleſtibus uerbis,clareſcentibus quoq; miraculis uirtus ei diuinę cognitionis infunditur,eiuſdem diuinitatis terrore refrenatur,ut graue agere metuat, ac totis deſiderijs ad ęternitatis gratiam uenire concupiſcat. Quibus uerbis beatus Gregorius hoc quoq; declarat,quòd ſanctus Auguſtinus,& ſocij eius,non ſolum prędicatione uerborum, ſed etiam cœleſtium oſtenſione ſignorum, gentem Anglorum ad cognitionem ueritatis perducebant.

4 Fecit inter alia beatus Papa Gregorius,ut in eccleſijs beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſuper corpora eorum miſſę celebrarentur. Sed & in ipſa Miſſarum celebratione tria uerba maximę perfectionis plena 5 ſuperadiecit:Diesq́; noſtros in tua pace diſponas; atq; ab ęterna damnatione nos eripi; & in electorum tuorum iubeas, grege numerari.

Fecit D'. Gregorius ut in eccleſiis beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ſup corpora eorum Miſſæ celebrarẽtur.

Rexit autem eccleſiam temporibus Imperatorum Mauritij & Focatis. Secundo autem eiuſdem Focatis anno tranſiens ex hac uita migrauit ad ueram,quæ in cœlis eſt,uitam. Sepultus 6 uero eſt corpore in eccleſia beati Petri Apoſtoli ante ſecretarium, die quarto Iduum Martiarum, quandoq́; in ipſo cum cæteris ſanctæ eccleſiæ paſtoribus reſurrecturus in gloria. Scriptumq́; in tumba ipſi⁹ epitaphium huiuſmodi.

5 *Quod ſanctus pater hæc uerba in Canone addiderit, non aſtruit hæreticorum commẽtum, Miſſam uidelicet eſſe nouitium inuentum. Nam quoad ſubſtantialia, Miſſa eſt a Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtituta, & non ab alio.*

Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,
 Reddere quod ualeas,uiuificante Deo.
Spiritus aſtra ſubit, leti nil iura nocebunt,
 Cui uitæ alterius mors magis ipſa uia eſt.
Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepulchro,
 Qui innumeris uixit ſemper ubiq; bonis.
Eſuriem dapibus ſuperauit,frigora ueſte,
 Atq; animas monitis texit ab hoſte ſacris.
Implebatq́; 7 actu quicquid ſermone docebat
 Eſſet ut exemplum myſtica uerba loquens.
Anglos ad Chriſtum uertit,pietate magiſtra,
 Acquirens fideiq; agmina gente noua.

6 *Sepultus eſt in eccleſia beati Petri Apoſtoli ante ſecretariũ.*

Hic labor, hoc ſtudium, hæc tibi cura, hoc paſtor agebas, 7
Vt Domino offerres plurima lucra gregis. *Ecce uera prædicatio, implere actu quod uerbis doces.*
Hisq; Dei Conſul factus lætare triumphis,
Nam mercedem operum iam ſine fine tenes.

Nec ſilentio prætereunda opinio, quæ de beato Gregorio traditione maiorum ad nos uſq; perlata eſt; qua uidelicet ex cauſa admonitus tam ſedulam erga ſalutem noſtræ gentis curam geſſerit. Dicunt, quia die quadam, cum aduenientibus nuper mercatoribus multa uenalia in forum fuiſſent collata, multiq; ad emendum confluxiſſent, ipſum Gregorium inter alios aduenisse, ac uidiſſe inter alia pueros uenales poſitos candidi coloris, ac uenuſti uultus, capillorum quoq; forma egregia. Quos cum aſpiceret, interrogauit (ut aiunt) de qua regione uel terra eſſent allati. Dictumq; eſt, quòd de Britannia Inſula, cuius incolæ talis eſſent aſpectus. Rurſus interrogauit, utrum ijdem in ea Inſula eſſent Chriſtiani, an paganis adhuc erroribus eſſent implicati. Dictum eſt, quòd eſſent pagani. At ille intimo ex corde longa trahens ſuſpiria: Heu proh dolor, inquit, quòd eam lucidi uultus homines tenebrarũ auctor poſsidet, tantaq; gratia frontis ſpeciei mentem ad internam gratiam uacuam geſtat.

8 *Vides ſanctos habere merita apud Deum pro ſuis operibus, uerum ex illius gratia.*

Rurſus ergo interrogauit, quòd eſſet uocabulum gentis illius. Reſponſum eſt quòd Angli uocarentur. At ille, Bene, inquit, nam & Angelicã habent faciem, & tales Angelorum in cœlis decet eſſe cohæredes. Quod habet nomen ipſa Prouincia, de qua iſti ſunt allati? Reſpõſum eſt, quòd Deiri uocarentur ijdem prouinciales. At ille inquit: Bene Deiri, de ira eruti, & ad miſericordiam Chriſti uocati. Rex prouinciæ illius quomodo uocatur? Reſponſum eſt, quòd Elle diceretur. At ille alludens ad nomen ait: Alleluia laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari.

Porro accedens ad Pontificem Romanæ & Apoſtolicæ ſedis (nondum enim erat ipſe pontifex factus) 9 rogauit, ut genti Anglorum in Britanniam aliquos uerbi miniſtros, per quos ad Chriſtum conuerterentur, mitteret: ſeipſum paratum eſſe in hoc opus Domino cooperante perficiendũ, ſi tamen Apoſtolico Papæ hoc ut fieret placeret. Quod dum perficere nõ poſſet, quia etſi pontifex cõcedere illi quod petierat uoluit, non tamen ciues Romani, ut tam longe ab urbe ſecederet, potuerunt permittere. Mox ut ipſe põtificatus officio functus eſt, perfecit opus diu deſideratum, alios quidem prædicatores mittens, ſed ipſe prædicationẽ, ut fructificaret, ſuis exhortationibus hac precibus adiuuans. Hæc iuxta opinionẽ, quæ ab antiquis accepimus, hiſtoriæ noſtræ eccleſiaſticæ inſerere optimũ duximus.

9 *Gregorius rogauit Ro. Pontificem ut in Angliam prædicatores mitteret, quia ad ipſum tanquam ad Chriſti Vicarium pertinet omnium eccleſiarum cura.*

VITA ET ACTVS SANCTI PAVLINI EPIſcopi Eboracenſis, & deinde Hroſenſis, Diui Gregorij Papæ diſcipuli, per uenerabilem Bedam deſcripta.

Habetur libro ſecundo Hiſtoriæ Anglicanæ einſdem Bedæ.

Ex Cap. 9.

GEns Nordahimbrorum, hoc eſt ea natio Anglorum, quæ ad Aquilonem Humbri fluminis plagam habitabat, cum Rege ſuo eduino uerbum fidei, prædicante Paulino beati Gregorij diſcipulo, primũ accepit. Cui uidelicet regi in auſpiciũ ſuſcipiendæ fidei, & regni cœleſtis, poteſtas etiam terreni creuerat imperij, ita ut nemo Anglorum ante eum

omnis Britanniæ fines, quales ipſorũ uel Britonum prouinciæ habitabãt, ſub ditione acciperet, quin & Meuanias inſulas, ſicut & ſupra docuimus, imperio ſubiugauit Anglorũ. Quarum prior, quæ ad Auſtrum eſt, & ſitu amplior, & frugũ prouentu atq; ubertate felicior, nongentorum ſexaginta miliarium menſuram, iuxta æſtimationem Anglorum; ſecunda trecentorum, & ultra, ſpatium tenet.

Huic autem genti occaſio fuit percipiendæ fidei, quod prçfatus rex cognatione iunctus eſt regibus cantuariorũ, accepta in coniugem Edilberge filia Edelberchi Regis, quæ alio nomine Tate uocabatur. Huius conſortiũ cum primo ipſe miſsis procis a fratre eius Eadbaldo, qui tunc Regno Cantuariorum præerat, peteret; reſponſum eſt non eſſe licitum, Chriſtianam uirginem pagano in coniugiũ dari, ne fides & ſacramenta cœleſtis Regis conſortio prophanarentur Regis, qui ueri Dei cultus eſſet prorſus ignarus. Quçdam eduino uerba nuncij referrent, promiſit ſe nihil omnimodis contrariũ Chriſtianæ fidei, quç uirgo colebat, eſſe facturum; quin potius permiſſurũ, ut fidem cultumq; ſuç religionis cũ omnibus, qui ſecum ueniſſent, uiris, ſiue fœminis, ſacerdotibus ſeu miniſtris, more Chriſtiano ſeruaret. Neq; abnegauit, ſe etiam eandem ſubiturum eſſe religionem, ſi tamen examinata à prudentibus, ſanctior ac Deo dignior poſſet inueniri. Itaq; promittitur uirgo, atq; eduino mittitur, & iuxta quod diſpoſitum fuerat, ordinatus epiſcopus uir Deo dilectus Paulinus, qui cũ illa ueniret, eamq; & comites eius, ne paganorũ poſſent ſocietate pollui, quotidiana exhortatione, & ſacramentorum cœleſtium celebratione confirmaret.

Ordinatus eſt autem Paulinus epiſcopus à Iuſto archiepiſcopo ſub die duodecimo Calendarum Auguſti, anno ab incarnatione Domini quingẽteſimo centeſimo, uigeſimo quinto. Et ſic cum præfata uirgine ad Regem eduinum, quaſi comes copulæ carnalis aduenit. Sed ipſe potius toto animo intendens, ut gentem, quam adibat, ad agnitionem ueritatis aduocãs, iuxta uocem apoſtoli, uni uiro uirginem caſtam exhiberet Chriſto; cũ in prouinciam ueniſſet, laborauit multũ, ut & eos, qui ſecũ uenerant, ne à fide deficerent, Domino adiuuante, contineret, & aliquos, ſi forte poſſet, de paganis ad fidei gratiam prædicando conuerteret. Sed ſicut apoſtolus ait, quanuis multo tempore illo laborante in uerbo, Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, ne eis fulgeret illuminatio euangelij gloriæ Chriſti.

Anno autem ſequenti uenit in prouinciam quidam ſicarius, uocabulo eumer, miſſus à Rege Occidentaliũ Saxonum nomine euichelmo, ſperãs ſe Regem eduinũ regno ſimul & uita priuaturũ, qui habebat ſic ambicipitem toxicatũ, ut ſi ferre uulnus minus ad mortem Regis ſufficeret, peſte iuuaretur ueneni. Peruenit autem ad Regem primo die paſchæ iuxta amnem Doruuentionem, ubi tunc erat uilla regalis. Intrauitq; quaſi nuncium Domini ſui referens; & cũ ſimulatam legationem ore aſtuto uolueret, exurrexit repente, & euaginata ſub ueſte ſica, impetũ fecit in regem. Quod cũ uideret miniſter Regis amiciſsimus, non habens ſcutum ad manum, quo regem à nece defenderet, mox interpoſuit corpus ſuũ ante ictũ pungentis. Sed tantũ hoſtis ferrum infixit, ut per corpus militis occiſi etiã Regem uulneraret. Qui cum mox gladijs impeteref, in ipſo tumultu, etiã alium de militibus, cui nomen Fordheri, ſica nefanda peremit.

Eadem autem nocte ſacroſancta Dominicæ paſchæ pepererat Regina filiam Regi, cui nomē Eanfled. Cumq́; idem Rex pręſente Paulino epiſcopo, gratias ageret dijs ſuis pro nata ſibi filia, è cōtra epiſcopus gratias cœpit agere Domino Chriſto, Regiq́; aſtruere, ꝙ ipſe precibus ſuis apud illū obtinuerit, ut Regina ſoſpes & abſq; dolore graui ſobolem procrearet. Cuius uerbis delectatus Rex, promiſit ſe abrenuncians idolis, Chriſto ſeruiturū, ſi uitam ſibi, & uictoriam donaret pugnanti aduerſus Regē, à quo homicida ille, qui eū uulnerauerat, miſſus fuerat: & in pignus promiſsionis implendæ, eandem filiam ſuam Chriſto conſecrandā Paulino epiſcopo conſignauit. Quæ 1 baptizata eſt die ſancto Pentecoſtes, prima de gente Nordanhimbrorū cum undecim alijs de familia eius. Quo tempore curatus à uulnere ſibi pridem inflicto Rex, collecto exercitu, uenit aduerſus Regem Occidentaliū Saxonum, ac bello inito, uniuerſos, quos in necem ſuam conſpiraſſe didicerat, aut occidit, aut in deditionē recepit. Sicq́; uictor in patriam reuerſus, non ſtatim & inconſulte ſacramenta fidei Chriſtianæ percipere uoluit: quamuis nec idolis ultra ſeruiuit, ex quo ſe Chriſto ſeruiturū eſſe promiſerat. Verū primo diligentius ex tempore & ab ipſo uenerabili uiro Paulino rationem fidei ediſcere, & cū ſuis primatibus, quos ſapientiores nouerat, curauit conferre, quid de his agendū arbitrarentur. Sed & ipſe cū eſſet uir natura ſagaciſsimus, ſæpe diu ſolus reſidēs, ore quidem tacite, ſed in intimis cordis multa ſecum colloquens, quid ſibi eſſet faciendum, quæ religio ſeruanda tractabat.

1 *Baptizata eſt die ſācto Pentecoſtes.*

Ex Cap. x.

Quo tempore exhortatorias ad fidem literas à pontifice ſedis apoſtolicæ Bonifacio accepit, quarū iſta eſt forma. Exempla epiſtolæ beatiſsimi & apoſtolici Papæ urbis Romanæ eccleſię Bonifacij directę uiro glorioſo eduino Regi Anglorum.

Viro glorioſo eduino Regi Anglorū Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Licet ſummæ diuinitatis potentia humanæ loquutionis officijs explanari non ualeat, quippe quæ ſui magnitudine ita inuiſibili atq; inueſtigabili æternitate conſiſtit, ut nulla ingenij ſagacitas, quanta ſit, comprehendere diſſerereq́; ſufficiat: quia tamen eius humanitas ad inſinuationē ſui, reſeratis cordis ianuis, quę de ſemetipſa proferuntur, ſecreta humanis mentibus inſpiratione clementer infudit, ad annunciandam uobis plenitudinem fidei Chriſtianę ſacerdotalem curauimus ſolicitudinē prerogare: ut perinde Chriſti euangeliū, quod ſaluator noſter omnibus pręcipit gentibus prędicari, ueſtris quoq; ſenſibus inſerentes, ſalutis ueſtrę remedia propinquaremus.

Supernę igitur maieſtatis clementia, quę cuncta ſolo uerbo pręceptionis ſuę condidit, & creauit, cœlū uidelicet, & terram, mare & omnia quę in eis ſunt, diſpoſitis ordinibus, quibus ſubſiſterent, coęterni uerbi ſui conſilio, & ſancti ſpiritus unitate diſpenſans, hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ex limo terræ plaſmatū conſtituit, eiq́; tantā præmij prærogatiuam indulſit, ut eū cunctis præponeret, atq; ſeruato termino præceptionis ſuę, ęternitatis ſubſiſtentia præmuniret. Hunc ergo Deū patrem, filium, & ſpiritumſanctū, qui eſt indiuidua trinitas, ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, humanū genus, quippe ut creatorem omnium, atq; factorem ſuū, ſalutifera confeſsione fidei ueneratur, & colit. Cui etiam ſummitates imperij, rerumq́; poteſtates ſubmiſſæ ſunt, quia eius diſpoſitione omniū præ

latio regnoꝝ conceditur. Eius ergo bonitatis miſericordia, totius creaturæ ſuę ſaluandę cauſa, etiam in extremitate terræ poſitarũ gentium corda frigida, ſancti ſpiritus feruore, in ſui quoq; agnitionem mirabiliter eſt dignata ſuccendere. Quæ enim in glorioſi filij noſtri Audubaldi regis, gentiumq́; ei ſuppoſitarũ illuſtratione, clementia redemptoris fuerit operata, plenius ex uicinitate locoꝝ ueſtram gloriam conijcimus cognouiſſe. Eius ergo mirabile donũ & in uobis certa ſpe cœleſti longanimitate conferri confidimus; cũ profecto glorioſam coniugem ueſtram, quæ noſtri corporis pars eſſe dinoſcitur, æternitatis præmio per ſacri baptiſmatis regenerationem illuminatam agnouimus. Vnde præſenti ſtylo glorioſius uos adhortandos cũ omni affectu intimæ charitatis curauimus; quatenus abominatis idolis, eorumq; cultu, ſpretiſq́; phanoꝝ fatuitatibus, & auguriorum deceptibilibus blandimentis, credatis in Deũ patrem omnipotentẽ, eiuſq́; filiũ Ieſum Chriſtum, & ſpiritũ ſanctum; ut credentes à diabolicæ captiuitatis nexibus, ſanctæ & indiuiduæ trinitatis cooperante potentia, abſoluti, æternę uitę poſsitis eſſe participes. Quanta autem rectitudinis culpa teneantur aſtricti hi, qui idolatriarũ pernicioſiſsimam ſuperſtitionem colentes, amplectuntur eoꝝ quoſquos colunt exempla, perditiones inſinuant. Vnde de eis per pſalmiſtam dicitur: Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. Et iterũ: oculos habent, & non uident; aures habent, & non audient, nares habent, & non odorabunt; manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabũt. Similes ergo efficiũtur his, qui ſpem confidentiæ ponunt in eis. Quomodo enim iuuandi quẽlibet poſſunt habere uirtutem hi, qui ex corruptibili materia inferioꝝ etiã, ſuppoſitorumq́; tibi manibus conſtruuntur: quibus uidelicet artificiũ humanum accommodans, eis inanimatam membroꝝ ſimilitudinem contuliſti: qui niſi à te moti fuerint, ambulare non poterunt, ſed tanquam lapis in uno loco poſiti, ita conſtructi, nihilq́; intelligentię habentes, ipſaq́; inſenſibilitate obruti, nullam neq; lædendi, neq; iuuandi facultatẽ adepti ſunt. Qua ergo mentis deceptione eos Deos, quibus uoſipſi imaginem corporis tradidiſtis, colentes ſequamini, indicio diſcreto reperire nõ poſſumus. Vnde oportet uos ſuſcepto ſigno ſanctę crucis, per quam humanũ genus redemptum eſt, execrando diabolicæ uerſutiæ ſupplantationem, qui diuinæ bonitatis operibus inuidus ęmulusq́; conſiſtit, à cordibus ueſtris abijcere: Iniectiſq́; manibus hos, quos eatenus materię compage uobis Deos fabricaſtis, confringendos, diminuendoſq́; ſummopere curate. Ipſa enim eorum diſſolutio, corruptioq́;, quę nunquàm uiuentem ſpiritũ habuit, nec ſenſibilitatem à ſuis factoribus potuit quolibet modo ſuſcipere, uobis patenter inſinuet, quòd nihil erat, quod eatenus colebatis, dum profecto meliores uos, qui ſpiritũ uiuentem à Domino percepiſtis, eorũ conſtructione nihilominus exiſtatis; quippe quos Deus omnipotens ex primi hominis, quem plaſmauit, cognatione deductos per ſecula, innumerabilibus propaginibus pullulare conſtituit. Accedite ergo ad agnitionem eius, qui uos creauit, qui in uobis uitę inſufflauit ſpiritũ, qui pro noſtra redemptione filium ſuũ unigenitũ miſit, ut uos ab originali peccato eriperet, & ereptos de poteſtate diabolicę nequitię cœleſtibus pręmijs muneraret. Suſcipite uerba prędicatorum, & euangeliũ Chriſti, quod uobis annunciant, quate

nus credentes,ſicut ſæpius dictũ eſt,in Deum patrem omnipotentem,& in Ieſum Chriſtũ eius filium,& ſpiritum ſanctum, inſeparabilem trinitatẽ, fugatis dæmonioꝝ ſenſibus,expulſaq; à uobis ſolicitudine uenenoſi & deceptabilis hoſtis,per aquam & ſpiritũ ſanctum renati ei,cui credideritis, in ſplendore gloriæ ſempiternę cohabitare eius opitulatione & munificẽtia ualeatis.Pręterea benedictionem protectoris ueſtri beati Petri apoſtolorum principis uobis direximus, ideſt camiſiam cũ ornatura in auro una, & lena anciriana una. Quod petimus,ut eo benignitatis animo gloria ueſtra ſuſcipiat,quo à nobis noſcitur deſtinatum.

Ad coniugem quoq; eius edilbergam huiuſmodi literas idem Pontifex miſit. Exemplar epiſtolæ beatiſsimi & apoſtolici Bonifacij Papæ urbis Romę. *Ex Cap. xj.*

Dilectæ Edilbergæ Reginæ Eduini Regis Dominæ glorioſæ, & filiæ Edilbergæ Reginæ, Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Redẽptoris noſtri benignitas,humano generi, quod pretioſi ſanguinis ſui effuſione à uinculis diabolicæ captiuitatis eripuit,multæ prouidentiæ, quibus ſaluaretur,propinauit remedia: quatenus ſui nominis agnitione diuerſo modo gentibus innoteſcente, creatorem ſuũ ſuſcepto chriſtianæ fidei agnoſcerent ſacramento: quod quidem in ueſtræ gloriæ ſenſibus cœleſti collatũ munere,myſtica purgationis ueſtræ regeneratio patenter innuit. Magno ergo largitatis Dominicæ beneficio mens noſtra gaudio exultauit, quod ſcintilla orthodoxæ religionis in ueſtri dignatus eſt conuerſione ſuccendere. Ex qua re non ſolum glorioſi coniugis, immo totius gentis ſuppoſitæ uobis intelligentiã in amorem ſui facilius inflammaret. Didicimus nanq; referentibus his, qui ad nos glorioſi filij noſtri Audubaldi Regis laudabilem conuerſionem nunciantes peruenerunt,quod etiã ueſtra gloria, chriſtiane fidei ſuſcepto mirabili ſacramento, pijs & Deo placitis iugiter operibus eniteſcat: ab idolorũ etiam cultu,ſeu phanorum,auguriorumq; illecebris ſe diligenter abſtineat, & ita in amore Redemptoris ſui immutilata deuotione perſiſtens inuigilet; ut ad dilatandam Chriſtianam fidem inceſſabiliter non deſiſtat operam commodare. Cumq; de glorioſo coniuge ueſtro paterna charitas ſolicite perquiſiſſet, cognouimus, quòd eatenus abominandis idolis ſeruiens, ad ſuſcipiendam uocem prædicatorum ſuam diſtulerat obedientiam exhibere. Qua ex re non modica nobis amaritudo congeſta eſt ab eo, quod pars corporis ueſtri ab agnitione ſummæ & indiuiduæ Trinitatis remanſit extranea. Vnde paternis officijs ueſtræ glorioſæ chriſtianitati noſtram commonitionem non diſtulimus cõferendam,adhortãtes quatenus diuinæ inſpirationis imbuta ſubſidijs, importunè & opportunè agendũ nõ differas,ut & ipſe, ſaluatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti cooperante potentia,chriſtianorum numero copuletur, ut perinde intemeratę ſocietatis fœdere iura teneas,maritalis cõſortij. Scriptum nanq; eſt: Erunt duo in carne una. Quomodo ergo unitas uobis coniunctionis ineſſe dici poterit,ſi à noſtræ fidei ſplendore,interpoſitis deteſtabilis erroris tenebris,remanſit ille alienus? Vnde orationi continuo inſiſtens,à longanimitate cœleſtis clementiæ,illuminationis illius beneficia impetrare non deſinas: ut uidelicet, quos copulatio carnalis affectus unũ quodãmodo corpus exhibuiſſe monſtratur, hos quoq; unitas fidei etiam poſt huius uitæ tranſitũ,in perpetua ſocietate conſeruet. Inſiſte ergo glo-

rioſa filia, & ſummis conatibus duriciam cordis ipſius diuinorum præceptorũ inſinuatione mollire ſummopere de matura, infundẽs ſenſibus eius quantum ſit præclarum, quod credendo ſuſcepiſti myſterium, quantúmue ſit admirabile, quod renata præmiũ conſequi meruiſti. Frigiditatem cordis ipſius, ſancti ſpiritus annunciatione ſuccende; quatenus amoto torpore perniciosiſsimi cultus, diuinæ fidei calore eius intelligentiam tuarũ adhortationũ frequentatione ſuccendat. Vt profecto ſacræ ſcripturæ teſtimoniũ per te expletum indubitanter perclareat: ſaluabitur uir infidelis per mulierem fidelem. Ad hoc enim miſericordiam Dominicæ pietatis conſequuta es, ut fructum fidei creditorumq́; tibi beneficiorũ, redẽptori tuo multiplicem reſignares. Quod equidem, ſuffragante præſidio benignitatis ipſius, ut explere ualeas, aſsiduis non deſiſtimus precibus poſtulare. His ergo præmiſsis, paternę uobis dilectionis exhibentes officia, hortamur, ut nos reperta portitoris occaſione, de his quæ per uõs ſuperna potentia in cõuerſione coniugis ueſtri, ſummiſſæq́; uobis gentis, dignata fuerit operari, propere reueletis: quatenus ſolicitudo noſtra, quæ de ueſtra ueſtrorumq́; omnium animæ ſalute optabilia deſideranter expectat, uobis annunciantibus releuetur; illuſtrationemq́; diuinæ propiciationis in uobis diffuſam opulentius cognoſcentes, hilari confeſsione largitori omnium bonorum Deo, & beato Petro Apoſtolorũ principi uberes merito gratias exoluamus. Præterea benedictionem protectoris ueſtri beati Petri Apoſtolorũ principis uobis direximus, ideſt ſpeculum argenteum, & pectinem eburneũ inauratum. Quod petimus ut eo benignitatis animo gloria ueſtra ſuſcipiat, quo à nobis noſcitur deſtinatum.

Ex Cap. xij. Hæc quidem memoratus Papa Bonifacius de Regis Eduini, ac gentis ipſius ſalute ſolicitus, literis agebat. Sed & oraculum cœleſte, qđ illi quondam exulanti apud Redualdum Regem Anglorum, pietas diuina reuelare dignata eſt, non minimum ad ſuſcipienda uel intelligenda doctrinæ monita ſalutaris, ſenſum iuuit illius.

Cum ergo uideret Paulinus ſe difficulter poſſe ſublimitatem animi regalis ad humilitatem uiæ ſalutaris, & ſuſcipiendum myſteriũ uiuificæ crucis inclinare, ac pro ſalute illius, ſimul & gẽtis cui prȩerat, et uerbo exhortationis apud homines, & apud diuinam pietatem uerbo deprecationis ageret, tandẽ ut uerisſimilem uidetur, didicit in ſpiritu quod uel quale eſſet oraculum Regi quondam cœlitus oſtenſum; nec exinde diſtulit, quin con-
2 tinuo Regem admoneret, 2 explere uotum quod in oraculo ſibi exhibito ſe facturum promiſerat, ſi temporis illius erumnis exemptus ad Regni faſtigia perueniret. Erat autem oraculum huiuſmodi.

Admonuit regem explere uotum quod in oraculo ſibi exhibito ſe facturum promiſerat.

Cum perſequente illum Edilfrido, qui ante eũ regnauit, per diuerſa occultus loca uel Regna multo annorum tempore profugus uagaretur, tandem uenit ad Redualdum, obſecrans ut uitam ſuam à tanti perſequutoris inſidijs tutando ſeruaret. Qui libenter eũ ſuſcipiens, promiſit ſe quæ petebat, eſſe facturum. At poſtquam Edilfrid in hac eum prouincia apparuiſſe, & apud Regem illius familiariter cum ſocijs habitare cognouit, miſit nuncios, qui Redualdo pecuniam multam pro nece eius offerrent; neque aliquid proficit. Miſit ſecundo, miſit tertio, & copioſiora argenti dona offerens, & bellum illi, ſi contemneretur indicẽs. Qui uel minis fractus, uel corruptus muneribus, ceſsit deprecanti, & ſiue occidere Se Eduinum,

ſeu legatarijs tradere promiſit. Quod ubi fidelisſimus quidam amicus illius animaduertit, intrauit cubiculum, quo dormire diſponebat. Erat autē prima hora noctis. Et euocatum foras, quod erga eum agere Rex promiſiſſet, edocuit, & inſuper adiecit: ſi ergo uis, hac ipſa hora educā & de hac Prouinciæ, & ea in loca te introducam, ubi nunquam te uel Reduald, uel Edilfrid inuenire ualeant. Qui ait: Gratias quidem ago beneuolentiæ tuę; non tamen hoc facere poſſum, quod ſuggeris, ut pactum, quod cum tāto Rege inij, ipſe primus irritum faciam, cum ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit: quin potius, ſi moriturus ſum, ille me magis quàm ignobilior quiſq; morti tradat: Quo enim nūc fugiam, qui per omnes Britanniæ prouincias tot annorum temporumq́; curriculis uagabundus hoſtium uitabam inſidias?

Abeunte igitur amico, remāſit Eduinus ſolus foris reſidens, & noctus ante palatium multis cœpit cogitationū æſtibus affici, quid ageret, quo'ue pedem uerteret, neſcius. Cumq́; diu tacitus mentis angoribus, et cęco carperetur igni, uidit ſubitò intempeſtæ noctis ſilentio, appropinquantem ſibi hominem uultus habitusq́; incogniti, quem uidens ut ignotum, & inopinatum, non parum expauit. At ille accedens ſalutauit eum, & interrogauit, quare illa hora cæteris quieſcentibus, & alto ſopore preſsis, ſolus ipſe mœſtus in lapide peruigil ſederet. At ille uiciſsim ſciſcitabatur: Quid ad eū pertineret, uerum ipſe intus, an foris noctem tranſigeret? Qui reſpondens ait: Ne me æſtimes tuæ męſtitię, & inſomniorum, & forinſecę ac ſolitarię ſeſsionis cauſam neſcire. Scio enim certiſsime qui es, & quare mœres, & quę uentura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare uelles ei, ſi qui ſit, qui his te mœroribus abſoluat, & Redualdo ſuadeat, ut nec ipſe tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hoſtibus perimendū tradat? Qui cum ſe omnia quę poſſet, huic tali pro mercede beneficij daturum eſſe reſponderet; adiecit ille; quo'd ſi etiam te Regem futurum extinctis hoſtibus in ueritate promittat, ita ut non ſolum omnes progenitores tuos, ſed & omnes, quantę Reges in gente Anglorum poteſtatis fuerant, tranſcendas? At Eduinus cōſtantior interrogando factus, non dubitabat promittere, quin ei qui tanta ſibi beneficia donaret, dignis ipſe gratiarum actionibus reſponderet. Tum ille tertio: ſi autem, inquit, is qui tibi tanta, taliaq́; dona ueraciter aduentura prędixerit, etiam conſilium tibi tuę ſalutis, ac uitę, melius atq; utilius, quàm aliquis de tuis parentibus aut cognatis unquam audiuit, oſtendere poterit; num ei obtemperare, & monita eius ſalutaria ſuſcipere conſentis? Nec diſtulit Eduinus, quia cōtinuo polliceretur, ſe in omnibus ſecuturum doctrinam illius, qui ſe tot ac tantis calamitatibus ereptum ad Regni apicem proueheret. Quo accepto reſponſo, confeſtim is, qui loquebatur cum eo, impoſuit dexteram ſuam capiti eius, dicens: Cum ergo tibi ſignum hoc aduenerit, memento huius temporis, ac loquelæ noſtræ, & ea quæ tunc promittis, adimplere ne differas. Et his dictis, ut fert, repente diſparuit, ut intelligeret non hominem eſſe qui ſibi apparuiſſet, ſed ſpiritum. Et cum regius iuuenis ſolus adhuc ibidem ſederet, gauiſus quidem de collata ſibi conſolatione, ſed multum ſolicitus, ac mente ſedula cogitans quis eſſet ille, uel unde ueniret, qui hæc ſibi loqueretur.

Venit autem præfatus amicus illius, lætoq́; uultu ſalutans eum: ſurge,

inquit, intra; & ſopitis ac relictis curarum anxietatibus, quieti mēbra ſimul & animum compone, quia mutatum eſt cor Regis, nec tibi aliquid male facere, ſed fidem potius pollicitam ſeruare diſponit. Poſtquam enim cogitationem ſuam, de qua tibi ante dixi, Reginæ in ſecreto reuelauit, reuocauit eum illi ab intentione, admonens quia nulla ratione conueniat tanto Regi, amicum ſuum optimum in neceſsitate poſitum auro uendere, neque fidem ſuã, q̃ oībus ornamentis p̃cioſior eſt, amore pecuniæ perdere. Quid plura? Fecit Rex ut dictum eſt, nec ſolum exulem nuncijs hoſtilibus non tradidit, ſed etiam eum ut in Regnũ perueniret, adiuuit. Nam mox redeũtibus domum nuncijs, exercitum multum ad debellandum edilfridum collegit, eumq́ꝫ ſibi occurrentem cum exercitu multum impari (non enim dederat illis ſpacium, quo totum ſuum congregaret, atq́ꝫ adunaret exercitũ) occidit in finibus gentis Merciorum, ad oriētalem plagam omnis, qui uocatur Idle. In quo certamine & filius Redualdi uocabulo Regnheri occiſus eſt. Ac ſic Eduinus, iuxta oraculum, quod acceperat, non tantum Regis ſibi infeſti inſidias uitauit, uerumetiam eidem perempto, in Regni gloriam ſucceſsit.

Cum ergo prædicante uerbum Dei Paulino Rex credere differret, & per aliquod tempus, ut diximus, horis competentibus ſolitarius ſederet, & quid agendum ſibi eſſet, quamue religionem ſequendam ſedulus ſecũ ipſe ſcrutari conſueſſet, ingrediens ad eum quadam die uir Dei impoſuit dexteram capiti eius, & an hoc ſignum agnoſceret requiſiuit. Qui cum tremens ad pedes procidere uellet, leuauit eum quaſi familiari uoce affatus. Ecce inquit, hoſtiũ manus, quos timuiſti, Domino donante euaſiſti. Ecce Regnũ, quod deſideraſti, ipſo largiente, percepiſti. Memento, ut tertium, quod permiſiſti, facere non differas, 3 ſuſcipiendo fidem eius, & præcepta ſeruando, qui te & à temporalibus aduerſis eripuit, & temporalis Regni honore ſublimauit. Et ſi deinceps uoluntati eius, quam per me tibi prędicit, obſecundare uolueris, etiam à perpetuis malorum tormentis te liberans, æterni ſecum Regni in cœlis faciet eſſe participem.

3 *Suſcipiẽdo fidem eius & præcepta ſeruando. Vides ergo quod non ſufficit ſola fides ad ſalutem?*

Ex Cap. 13.

Quibus auditis Rex, ſuſcipere quidem ſe fidem, quam docebat, & uelle & debere reſpondebat, uerũ adhuc cum amicis, principibus, & conſiliarijs ſuis ſeſe de hoc collaturũ eſſe dicebat, ut ſi & illi eadem cum eo ſentire uellent, omnes pariter in fonte uitæ Chriſto conſecrarentur, & annuente Paulino, fecit, ut dixerat. Habito enim cum ſapientibus conſilio, ſciſcitabatur ſigillatim ab omnibus, qualis ſibi doctrina hęc eatenus inaudita, & nouus diuinitatis, qui prædicabatur, cultus uideretur. Cui primus pontificum ipſius Coifi, continuo reſpondit: Tu uide Rex quale ſit hoc quod nobis prædicatur; ego tibi ueriſsime quod certũ didici, profiteor, quia nihil omnino uirtutis habet, nihil utilitatis religio illa, quã hucuſq́ꝫ tenuimus: Nullus enim tuorũ ſtudioſius, quàm ego, culturę deorũ noſtrorum ſe ſubdidit, & nihilominus multi ſunt, qui ampliora à te beneficia, quàm ego, & maiores accipiunt dignitates, magiſq́ꝫ proſperantur in omnibus, quę agenda uel acquirenda diſponunt. Si autem Dij aliquid ualerent, me potius iuuare uellent, q̃ illis impenſius ſeruire curaui. Vnde reſtat, ut ſi ea, quę nunc nobis noua prędicantur, meliora eſſe & fortiora, habita examinatione, perſpexeris, abſq́ꝫ ullo cunctamine ſuſcipere illa feſtinemus. Cuius ſuaſioni uerbiſq́ꝫ prudentibus alius optimatum tribuens aſſenſum, continuo ſubdidit.

Talis,

Talis,inquiens,mihi uidetur Rex uita hominum præſens in terris,ad cõparationem eius,quod nobis incertū eſt,temporis,quale cum,te reſidente ad cœnam cum ducibus ac miniſtris tuis tempore pruinali, accenſo quidem foco in medio,& calido effecto cenaculo, furẽtibus autem foris per omnia turbinibus hiemalium pluuiarū uel niuium, aduenieus unus paſſerum domū citiſsime peruolauerit:qui cū per unum oſtiū ingrediens, mox per aliū exierit,ipſo quidem tempore, quo intus eſt,hiemis tẽpeſtate non tangitur;ſed tamen paruiſsimo ſerenitatis momento excurſo,mox de hieme in hiemem regrediens,tuis oculis elabitur. Ita autem uita hominum ad modicū apparet,quid autẽ ſequatur,quidu'e præceſſerit, prorſus ignoramus.Vnde ſi hęc noua doctrina certius aliquid attulit, merito ſequenda eſſe uidet.His ſimilia & cæteri maiores natu, ac Regis conſiliarij diuinitus admoniti proſequebantur.

Adiecit autem Coifi,quia uellet ipſum Paulinum diligentius audiri,de Deo,quem prędicabat,uerbum facientem. Quod cum iubente Rege faceret,exclamauit auditis eius ſermonibus,dicens: Iam olim intellexeram nihil eſſe,quod colebamus, quia uidelicet quanto ſtudioſius in eo cultu ueritatem quærebam, tanto minus inueniebam. Nunc autem aperte profiteor,quia in hac prædicatione ueritas datur illa,quæ nobis uitæ,ſalutis,ac beatitudinis æterna dona ualet tribuere.Vnde ſuggero Rex,ut templa & altaria, quæ ſine fructu utilitatis ſacrauimus, ocyus anathemati & igni tradamus. Quid plura? Præbuit palam aſſenſum Euangelizanti beato Paulino Rex, & abrenunciata idolatria, fidem ſe Chriſti ſuſcipere confeſſus eſt.

Cumq; à præfato pontifice ſacrorū ſuorum quæreret, quis aras et phana idolorum cum ſeptis,quibus erant circundata,primus prophanare deberet;ille reſpondit;ego:quis enim ea quæ per ſtultitiã colui, ad exemplū omniū aptius, quàm ipſe per ſapientiam mihi à Deo uero donatam deſtrueret?ſtatimq; abiecta ſuperſtitione uanitatis, rogauit ſibi Regem arma dare,& equū emiſſarium,quem aſcendens, ad idola deſtruenda ueniret. Non enim licuerat pontificem ſacrorum uel arma ferre,uel in equo ſedere. Accinctus ergo gladio accepit lanceam in manu, & aſcendens emiſſariū Regis,pergebat ad idola.Quod aſpiciens uulgus exiſtimabat eum inſanire.Nec diſtulit ille mox,ut appropiabat ad phanum,prophanare illud, iniecta in eo lancea,quam tenebat:multumq; gauiſus de agnitione ueri Dei cultus, iuſsit ſocijs deſtruere,ac ſuccẽdere phanū cum omnibus ſeptis ſuis. Oſtenditur autẽ locus ille quondam idolorū,non longe ab Eburacho,ad Orientem ultra amnem Doruentionem,& uocatur hodie Gotmundia Gahaam,ubi pontifex ille,inſpirãte Deo uero,polluit ac deſtruxit eas, quas ipſe ſacrauerat aras.

Igitur accepit Rex Eduinus cū cunctis gẽtis ſuæ nobilibus ac plebe per plurima,fidem & lauacrū ſanctę regenerationis, anno Regni ſui undecimo, qui eſt annus Dominicę incarnationis quingenteſimus centeſimus uigeſimus ſeptimus;ab aduentu uero Anglorū in Britanniam, anno circiter centeſimo octuogeſimo.Baptizatus 4 eſt autem Eburaci die ſancto paſchę,pridie Iduū Aprilis, in eccleſia ſancti Petri Apoſtoli, 5 quam idem ipſe de ligno,cum cathechizaretur uſq; ad percipiendum Baptiſma fecerat, & citato opere conſtruxit.In qua etiam ciuitate ipſi doctori atq; Anti

Ex Cap. 14.

4 *Baptizatus eſt rex die ſãcto Paſchæ.*

5 *Rex ad fidem conuerſus, eccleſiam in honore ſancti Petri Apoſtoli conſtruit.*

ſtiti ſuo Paulino ſedem epiſcopatus donauit.

Mox autem ut Baptiſma conſequutus eſt, curauit, docente eodem Paulino, maiorem ipſo in loco & auguſtiorem de lapide fabricare Baſilicam, in cuius medio ipſum quod fecerat, oratoriũ includeretur. Pręparatis ergo fundamentis in gyro prioris oratorij, per quadrũ cœpit ędificare Baſilicã. Sed priuſquam altitudo parietis eſſet conſumata, Rex ipſe impia nece occiſus, opus idem ſucceſſori ſuo Oſuualdo perficiendum reliquit.

Paulinus autem ex eo tempore ſex annis continuis, ideſt uſq; ad finem imperij Regis illius, uerbũ Dei annuente ac fauente ipſo, in ea prouincia prędicabat. Credebantq; & baptizabantur quotquot erant præordinati ad uitam æternam. In quibus erant Offride, & Adfrith filij Regis Eduini, qui ambo ei exuli nati ſunt de Enburga filia Cerali Regis Mercionarum. Baptizati ſunt tẽpore ſequẽti & alij liberi eius de Edilberga Regina progeniti, Edilhim & Edildridis filia, & alter filius Oueffrea; quorũ primo albati adhuc rapti ſunt de hac uita, & Eburaci in eccleſia ſepulti. Baptizatus & Iſſi filius Offridi, ſed & alij nobiles ac regij uiri non pauci.

Tantus autem fertur tunc fuiſſe feruor fidei, ac deſideriũ lauacri ſalutaris genti Nordanhimbrorũ, ut quodam tempore Paulinus ueniens cũ Rege & Regina in regiam uillam, quæ uocatur Adgefrin, trigintaſex diebus

6 ibidem cum eis 6 cathechizandi & baptizandi officio deditus, moraretur, quibus diebus cunctis à mane uſq; ad ueſperã nil aliud ageret, quàm confluentem eo de cunctis uinculis, ac locis, plebem Chriſti uerbo ſalutis inſtruere, atq; inſtructam in fluuio Gleni, qui proximus erat, lauacro remiſsionis abluere. Hæc uilla tempore ſequentiũ Regum deſerta: & alia pro illa eſt facta in loco, qui uocatur Meluim. Hæc quidem in prouincia Bernicioꝝ. ſed & in prouincia Deirorum, ubi ſępius manere cũ Rege ſolebat, baptizabat in fluuio Sualua, qui uicũ Cataractũ præterfluit. Nondum oratoria uel baptiſteria in ipſo exordio naſcentis ibi eccleſiæ poterant ædificari. Attamen in campo Dono, ubi tunc etiam uilla Regia erat, fecit Baſilicã, quam poſtmodũ pagani, à quibus Eduinus Rex occiſus eſt, cum tota eadem uilla ſuccenderunt. Pro qua Reges poſteriores fecere ſibi uillam in regione, quæ uocatur Loidis. Euaſit autem ignẽ altare, quod lapideum erat; & ſeruatur adhuc in monaſterio Reuerendiſsimi Abbatis Thuduulfi, quod eſt in ſylua elmete.

Vide ſemper catechiſmum præcedere baptiſmum ¿

Ex Cap. 15.

Tantam autem deuotionem Eduinus erga cultum ueritatis habuit, ut etiam Regi Orientaliũ Angloꝝ Carpualdo filio Redualdi perſuaderet, relictis idolorum ſuperſtitionibus, fidem & ſacramenta Chriſti cũ ſua prouincia ſuſcipere Et quidem pater eius Reduald iamdudũ in Cantua ſacramentis Chriſtianæ fidei imbutus eſt, ſed fruſtra. Nam rediens domũ, ab uxore ſua & quibuſdam peruerſis doctoribus ſeductus eſt, atq; à ſinceritate fidei deprauatus, habuit poſteriora peiora prioribus; ita ut in morem antiquoꝝ ſamaritanorum, & Chriſto ſeruire uideretur, & dijs quibus antea ſeruiebat; atq; in eodem phano, & altare haberet ad ſacrificium Chriſti, & arulam ad uictimas dæmonioꝝ. Quod uidelicet phanum Rex eiuſdem prouinciæ Alduulf, qui noſtra ętate fuit, uſq; ad ſuum tempus perduraſſe, & ſe in pueritia uidiſſe teſtatur.

Erat autem præfatus Rex Reduald actu nobilis, quamlibet natu ignobilis, filius Tytilli, cuius pater fuit Vulfa, à quo Reges Anglorum Orienta

lium Vulffingas appellant. Verum Carpuald non multo poſtquam fidẽ accepit, tempore, occiſus eſt á uiro gentili nomine Richberechto, & exin de tribus annis prouincia in errore uerſata eſt, donec accepit Regnũ eiuſ dem frater Carpualdi ſigherecht, uir per omnia doctiſsimus atq; Chriſtianiſsimus. Qui uiuente adhuc fratre cũ exularet in Gallia, fidei ſacramẽtis imbutus eſt. Quorũ participem mox ubi regnare cœpit, totam ſuã prouinciam facere curauit. Cuius ſtudijs glorioſiſsimè fauit Felix epiſcopus q de Burgundiorum partibus, ubi ortus & ordinatus erat, cum ueniſſet ad Honoriũ archiepiſcopum, eiq; indicaſſet deſideriũ ſuum, miſit eum ad prędicandũ uerbũ uitæ præfatæ nationi Anglorũ. Nec uota ipſius in caſſum cecidere, quin potius fructum in ea multiplicem credentium populorum pius agri ſpiritalis cultor inuenit. Siquidem totam illam prouinciã iuxta ſui nominis ſacramentũ, à longa iniquitate atq; infelicitate liberatam, 7 ad fidem & opera iuſtitię, ac perpetuę felicitatis dona perduxit. Accepitque ſedem epiſcopatus in ciuitate Clummocri. Et cum decem & ſeptem annis eidem prouinciæ pontificali regimine præeſſet, ibidem in pace uitam finiuit. *Ex cap. 16.*

7 *Ecce hic tria coniuncta, fides, opera iuſtitiæ, ac perpetuæ felicitatis dona, & p duo præcedentia peruenitur ad tertium, nec primum ſolum ſufficit.*

Prædicabat autem Paulinus uerbũ etiam prouinciæ meridianę Humbræ fluminis ripam pertingenti, uſq; ad mare. Præfectumq; Lindocolinę ciuitatis, cui nomen erat Blecca, primum cum domo ſua conuertit ad Dominum. In qua uidelicet ciuitate, et eccleſiã operis egregij de lapide fecit. Cuius tecto uel longa incuria, uel hoſtili manu deiecto, parietes ſtare uidẽtur: & omnibus annis aliqua miracula ſanitatum in eodem loco ſolent ad utilitatem eorũ, qui fideliter credunt, oſtendi. In qua eccleſia Paulinus, trãſeunte ad Chriſtum Iuſto, Honorium pro eo conſecrauit epiſcopum, ut in ſequentibus ſuo loco dicemus.

De huius fide Prouincię narrauit mihi presbyter, & Abbas quidam, uir ueraciſsimus de monaſterio Portanea, uocabulo Beda, retuliſſe ſibi quendam ſeniorem baptizatum ſe fuiſſe Dimedia à Paulino epiſcopo præſente Rege Eduino, & multam populi turbam in fluuio Trehenta iuxta ciuitatem, quæ lingua Anglorũ Trouulfinga Aceſtir uocatur. Qui etiam effigiem eiuſdem Paulini referre erat ſolitus, quod eſſet longæ ſtaturæ, paululum incuruus, nigro capillo, facie macilenta, naſo adunco pertenui, uenerabilis ſimul & terribilis aſpectu. Habuit autem ſecum in miniſterio & Tobum Diaconum, uirũ utiq; induſtrium, ac nobilem in Chriſto & in eccleſia, qui ad noſtra uſq; tempora permanſit.

Tanta autem eo tempore pax in Britannia, quaqua uerſum Imperium Regis Eduini peruenerat, fuiſſe perhibetur, ut (ſicut hodie in prouerbio dicitur) etiam ſi mulier una cũ recenter nato paruulo uellet totam perambulare inſulam à mari ad mare, nullo ſe lœdente, ualeret. Tantum Rex idem utilitati ſuæ gentis conſuluit, ut pleriſq; in locis, ubi fontes lucidos iuxta publicos uiarum tranſitus conſpexit, ibi ob refrigeriũ uiantium, erectis ſtipitibus æreos cancos ſuſpendi iuberet: neq; hos quiſquam niſi ad uſum neceſſarium contingere præ magnitudine uel timoris eius auderet, uel amoris uellet. Tantũ uero excellentiæ in Regno habuit, ut non ſolum in pugna ante illũ uexilla geſtarentur, ſed & tempore pacis equitantem inter ciuitates, ſiue uillas, aut prouincias ſuas cũ miniſtris ſemper antecedere ſignifer conſueuiſſet: necnon & incedente illo ubilibet per plateas, illud genus ue

xilli, quod Romani Tufam, Angli appellant Thuuf, ante eũ ferri ſolebat.

Ex Cap. 17. Quo tempore præſulatum ſedis apoſtolicæ Honorius Bonifacij ſucceſſor habebat; qui ubi gentem Nordanhimbrorum cum ſuo Rege ad fidem, confeſsionemq; Chriſti, Paulino euangelizante, conuerſam eſſe didicit, miſit eidem Paulino pallium; miſit & Regi Eduino literas exhortatorias, paterna illum charitate accendens, ut in fide ueritatis, quam acceperat, perſiſtere ſemper ac perficere curaret. Quarum uidelicet literarũ iſte eſt ordo.

Domino excellentiſsimo, atq; præcellentiſsimo filio Eduino Regi Anglorum, Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ſalutem. Ita chriſtianitatis ueſtræ integritas circa conditoris ſui cultum, fidei eſt ardore ſuccenſa, ut longe lateq; reſplendeat, & in omni mundo annunciata ueſtri operis multipliciter referat fructum. Sic enim uos Reges eſſe cognoſcitis, dũ Regem & creatorem ueſtrũ orthodoxa prædicatione edocti, Deum uenerando creditis, eiq;, quod humana ualet conditio, mentis ueſtræ ſinceram deuotionem exoluitis. Quid Deo noſtro aliud offerre ualebimus, niſi ut in bonis actibus perſiſtentes, ipſumq; auctorem humani generis confitentes, eum colere, eiq; uota nunc reddere feſtinemus? Et ideo excellentiſsime fili, paterna uos charitate, qua conuenit, exhortamur, ut hoc, quod uos diuina miſericordia ad ſuam gratiam uocare dignata eſt, ſolicita intentione, & aſsiduis orationibus ſeruare omnimodo feſtinetis: & qui uos in præſenti ſeculo ex omni errore abſolutos ad agnitionẽ ſui nominis eſt dignatus perducere, & cœleſtis patriæ uobis præparet manſionẽ. Prædicatoris igitur ueſtri, Domini mei Apoſtolicæ memoriæ Gregorij lectione frequenter occupati, præ oculis affectum doctrinæ ipſius, quem pro ueſtris animabus libenter exercuit, habetote: quatenus eius 8 oratio, & Regnũ ueſtrum, populumq; augeat, & uos Omnipotenti Dei irreprehenſibiles repræſentet. Ea 9 uero, quæ à nobis pro ueſtris ſacerdotibus ordinanda ſperaſtis, pro fidei ueſtræ ſinceritate, quæ nobis multimoda relatione per præſentium portiores laudabiliter inſinuata eſt, gratuito animo attribuere illi ſine ulla dilatione prouidimus, & duo pallia utriſque Metropolitanis, ideſt Honorio, & Paulino direximus; ut dum quis eorum de hoc ſeculo ad auctorem ſuum fuerit accerſitus, in loco ipſius alterum epiſcopum ex hac noſtra auctoritate debeat ſubrogare. Quod quidẽ tam pro ueſtræ charitatis affectu, quam pro tantarum prouinciarum ſpacijs, quæ inter nos & uos eſſe noſcuntur, ſumus inuitati concedere, ut in omnibus deuotioni ueſtræ noſtrũ concurſum, & iuſta ueſtra deſideria probaremus. Incolumẽ excellentiam ueſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

8 *Oratio Gregorij papæ augeat ueſtrum regnum et populum, ac uos omnipotenti Deo irreprehenſibiliter repreſentet. Ergo ſancti orãt pro nobis.*

9 *Quæramus a Nouatoribus præſentis temporis qui Ro. pontificis autoritati & poteſtati detrahunt, cur rex iſte a ſummo Apoſtolico & non ab alio epiſcopo quædam pecierit pro ſuis ſacerdotibus ordinanda? Cur ipſe pontifex & alij eius prædeceſſores & ſucceſſores, tã fuerint ſoliciti de conuerſione regni Angliæ, miſerint regib. & reginis donaria, & multa ſtatuerint.*

Ex Cap. 20.

Cum autem Eduinus decem & ſeptem annis genti Anglorũ ſimul & Britanniorum glorioſiſsime præeſſet, è quibus etiam ſex ipſe, ut diximus, Chriſti Regno militauit, rebellauit aduerſus eum Ceduall a Rex Britonũ, auxilium præbente illi Penda uiro ſtrenuiſsimo de Regio genere Merciorum, qui & ipſe ex eo tempore gentis eiuſdem regno annis uigintiduobus uaria ſorte præfuit. Et conſerto graui prælio in campo, qui uocatur Hethfelth, occiſus eſt Eduinus die quarto Iduum Octobris, anno Dominicę incarnationis quingenteſimo centeſimo trigeſimotertio, cum eſſet annorũ quadragintaocto, eiuſq; totus uel interemptus, uel diſperſus exercitus. In quo etiam bello ante illum unus filius eius Offrid, iuuenis bellicoſus cecidit, alter Edfrith neceſsitate cogente, ad Penda Regem transfugit; & ab

eo

eo poſtmodum regnante Oſuualdo contra fidem iuriſiurādi peremptus.

pro ſalute illius Regni? Profecto nulla alia ratio inueniretur, niſi quia Ro. pontifex in ſpiritualibus ius habet ſuper omnia regna mundi, & cum ſit uerus Chriſti Vicarius, ad eum tanquam ad primum paſtorem ſpectat ſolicitudo omnium eccleſiarum.

Quo tempore maxima eſt facta ſtrages in eccleſia, uel gente Nordanhimbrorum, maxime quod unus ex ducibus, à quibus acta eſt, paganus, alter Barbarus erat pagano ſæuior. Siquidem Penda cum omni merciorum gente idolis deditus, & chriſtiani erat nominis ignarus. At uero Cedualla, quanuis nomen & profeſsionē haberet chriſtiani, adeo tamen erat animo ac moribus Barbarus, ut nec ſexui quidē muliebri, uel innocuæ paruulorum parceret ætati: quin uniuerſos atrocitate ferina morti per tormenta contraderet, multo tempore totas eorum prouincias debachando peruagatus, ac totum gens Anglorum Britanniæ finibus eraſurum ſe eſſe deliberans. Sed nec religioni chriſtianæ, quæ apud eos exorta erat, aliquid impendebat honoris: quippe cum uſq; hodie moris ſit Britonum, fidem religionemq; Anglorum pro nihilo habere, neq; in aliquo eis magis communicare, quàm paganis. Allatum eſt autē caput Eduini Regis Eburacū, & illatum poſtea eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, quam ipſe cœpit, ſed ſucceſſor eius Oſuuald perfecit, ut ſupra docuimus. Poſitum eſt autem in porticu ſancti Papæ Gregorij, à cuius ipſe diſcipulis uerbum uitæ ſuſceperat.

Turbatis itaque rebus Nordanhimbrorum huius articulo cladis, cum alicui præſidij, niſi in fuga eſſe uideretur, Paulinus aſſumpta ſecum Edilberge regina, quam pridem adduxerat, rediit Cantuam nauigio, atq; ab Honorio Archiepiſcopo & Rege Edolbaldo multū honorifice ſuſceptus eſt. Venit autem illuc duce Baaſſo milite Regis Eduini fortiſsimo, habens ſecum Heanfredam filiam, & Vulceram filium Eduini, & Iffi filium Offridi filij eius: quos poſtea mater metu Elboldi & Oſuualdi Regum miſit in Galliam nutriendos Regi Decberechto; ibiq; ambo in infantia defuncti, & iuxta honorem uel Regijs pueris, uel innocentibus Chriſti congruum, in 10 eccleſia ſepulti ſunt. Attulit quoq; ſecum uaſa precioſa Eduini Regis perplura, in quibus & crucem magnam auream, & calicem aureum conſecratum ad miniſterium altaris: quę hactenus in eccleſia Cātuæ conſeruata monſtrantur.

10 In eccleſia ſepulti ſunt.

Quo in tempore Hroſenſis eccleſia paſtorem minime habebat, eo qd' Romanus præſul illius ad Honorium Papam à Iuſto Archiepiſcopo legatarius miſſus, abſorptus fuerat fluctibus Italici maris: ac per hoc curā illius præfatus Paulinus inuitatione Honorij Antiſtitis, et Eodboldi Regis ſuſcepit, ac tenuit, uſque dum & ipſe ſuo tempore ad 11 cœleſtia Regna cum glorioſi fructu laboris aſcendit. In qua eccleſia moriens, pallium quoque, quòd à Romano Papa acceperat, reliquit. Reliquerat autē in eccleſia ſua Eburaci Iacobum Diaconum, uirum utiq; Eccleſiaſticum & ſanctum, qui multo ex hinc tempore in eccleſia manens, magnas antiquo hoſti prædas docendo & baptizando eripuit. Cuius nomine uicus, in quo maxime ſolebat habitare, iuxta Catarectam uſque hodie cognominatur. Qui 12 quoniam cantandi in eccleſia erat peritiſsimus, recuperata poſtmodum pace in prouincia, & creſcente numero fidelium, etiam magiſter Eccleſiaſticæ cantionis iuxta morem Romanorum ſeu Cantuariorū multis cœpit exiſtere. Et ipſe ſenex, & plenus dierum, iuxta ſcripturas, patrum uiam ſequutus eſt.

11 Ad cœleſtia regna cū glorioſi fructu laboris aſcendit.

12 Quoniam cantandi in eccleſia erat peritiſsimus, & eccleſiaſticæ cantionis magiſter iuxta morem Romanorū ſeu Cantuariorum multis cœpit exiſtere

Ex lib. 3. Hiſtor. eiuſdem capite 14.

Anno autem ab incarnatione Domini ſexcenteſimo quinquageſimo quarto, Reuerendiſsimus pater Paulinus quondam quidem Eburacenſis,

ſed tunc epiſcopus Hroſenſis ciuitatis tranſiit ad Dominum, ſexto Iduum octobris die; qui decem & nouem annos, & menſes duos, & uigintiunũ dies epiſcopatum tenuit. Sepultusq́; eſt in ſecretario beati Apoſtoli Andreæ, quod Rex edilbrecht à fundamentis in eadem Hroſi ciuitate conſtruxit. In cuius locum Honorius Archiepiſcopus ordinauit Thamar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, ſed uita & eruditione anteceſſoribus ſuis æquandum.

Habetur in lib. ſecundo eccleſiaſticæ hiſtoriæ Anglicanæ per eundem conſcriptæ.

VITA BEATI HONORII DORVVERNENSIS Eccleſiæ Epiſcopi per uenerabilem Bedam Presbyterum Scripta.

Ex cap. 18.

POſtquã Iuſtus Archiepiſcopus eſt ad cœleſtia Regna ſublatus, Honorius pro illo eſt in præſulatũ electus. Qui ordinandus uenit ad Paulinum; & occurrente ſibi illo in Lindocolmo, quintus ab Auguſto Doruuernenſis eccleſiæ conſecratus eſt Antiſtes. Cui etiam Papa Honorius miſit pallium & literas, in quibus decreuit hoc ipſum, quod in epiſto

1 la ad Eduinum Regem miſſa decreuerat, ſcilicet 1 ut cum Doruuernenſis uel Eburacenſis Antiſtes de hac uita tranſierit, is qui ſupereſt conſors eiuſdem gradus haberet poteſtatem alterum ordinandi in loco eius, qui tranſierit, ſacerdotis; ne ſit neceſſe ad Romanam uſq; ciuitatem per tam prolixa terrarum, & maris ſpatia, pro ordinando Archiepiſcopo ſemper fatigari. Quarum etiam textum literarum in noſtra hac hiſtoria ponere, commodum duximus.

Ex hoc loco perſpicere potes Romanũ pontificem poteſtatẽ habere ſup omnes mundi eccleſias, qui tam inſigne priuilegium his duabus eccleſiis ceſſit.

Dilectiſsimo fratri Honorio Honorius. Inter plurima quæ Redemptoris noſtri miſericordia ſuis famulis dignatur bonorum munera prærogare, illud etiam elementer collata ſuæ pietatis munificentia, tribuit, quoties per fraternos affectus unanimem dilectionem quadam contemplatione alternis aſpectibus repræſentat: pro quibus Maieſtati eius gratias indeſinenter exoluimus; cumq; uotis ſupplicibus exoramus, ut ueſtram dilectionem in prædicatione euangelij laborantem, & fructificantem, ſectantemq́; magiſtri & capitis ſui Gregorij regulam perpeti ſtabilitate confirmet, & ad augumentum eccleſiæ ſuæ potiora per uos ſuſcitet incremen-

2 ta, 2 ut fide & opere in timore Dei & charitate, ueſtra acquiſitio deceſſorumq; ueſtrorum, quæ per Domini Gregorij exordia pullulat, conualeſcendo amplius extendatur, ut ipſa uos Dominici eloquij promiſſa in futuro reſpiciant, uosq; uox iſta ad æternam feſtiuitatem euocet: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Et iterum: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te cõſtituam, intra in gaudium Domini tui. Et nos equidem fratres chariſsimi, hæc uobis pro æterna charitate exhortationis uerba præmittentes, quæ

Coniungit fidem & opus, quia utrunque eſt ad ſalutem neceſſarium.

3 rurſus pro eccleſiarũ ueſtrarum priuilegijs cõgruere poſſe conſpicimus, non deſiſtimus impertire. Et tam iuxta ueſtram petitionem, quam filiorum noſtrorum Regum, uobis pręſtati noſtra pręceptione uice beati Petri Apoſtolorum principis auctoritatem trbuimus, ut 3 quando unum ex uobis diuina ad ſe iuſſerit gratia uocari, is qui ſuperſtes fuerit, alterum in loco de

Ecce priuilegiũ duabus eccleſiis Anglicanis a Romano pontiſice conceſſum.

4 functi debeat epiſcopum ordinare. Pro qua etiam re ſingula ueſtræ dilectioni 4 pallia pro eadem ordinatione celebranda direximus: ut per no

Vide uſum pallij an-

ſtræ præceptionis auctoritatem poſsitis Deo placitam ordinationem ef ficere: quia ut hęc uobis concederemus, longa terrarum mariſq́ interualla, quę inter nos ac uos abſiſtunt, ad hęc nos condeſcendere coegerunt; ut nulla poſsit eccleſiarum ueſtrarum iactura per cuiuslibet occaſionis obtentum quoquo modo peruenire, ſed potius commiſsi uobis populi deuotionem plenius propagare. Deus te incolumen cuſtodiat dilectiſsime frater. Data die tertio Iduum Ianuarium, imperantibus Dominis noſtris pĳſsimis Auguſtis Heraclio & filĳs, anno Dominicę incarnationis quingenteſimo centeſimo uigeſimoquarto.

tiquiſsimum in Dei eccleſia, & non nouū commentum.

Ex Cap. 19.

Miſit idem Papa Honorius literas etiam genti ſcotorum, quos in obſeruatione ſancti Paſchę erraſſe compererat, ſolerter exhortans, ne ſ paucitatem ſuam in extremis terræ finibus conſtitutam, ſapientiorem antiquis ſiue modernis, quę per orbem erant Chriſti eccleſiis ęſtimarent; neue contra paſchales computos, & decreta ſynodalia totius Orbis, pontificumq́, aliud paſcha celebrarent. Sed & Ioannes, qui ſucceſſori eiuſdem Honorĳ ſeuerino ſucceſsit, cum adhuc eſſet electus in pōtificatum, pro eo dem errore corrigendo, literas eis magna auctoritate atq; eruditione plenas direxit, euidenter aſtruens, quia Dominicum, paſchę diem quintadecima luna uſq; ad uigeſimam primam quod in Nicena ſynodo probatū eſt, celebrari oporteret, necnon & pro Pelagiana hęreſi, quam apud eos reuiuiſcere didicerat, cauenda ac repellenda, in eadem illa epiſtola monere curauit. Cuius epiſtolę principium eſt.

ſ Vide hæretice in apoſtolica doctrina unius prouinciæ paucitatem nō eſſe præferendam antiquis et modernis per uniuerſum orbē eccleſiis, ſiue generalibus ſynodis pontificumq; decretis.

Dilectiſsimis & ſanctiſsimis Tomiano, Columbano, Chromano, Dimano, & Bagitano epiſcopis: Chromano, Hernianoq́, Lauſtrano, Sullano, & Segiano presbyteris: Sarono, cæteriſq́ doctoribus, ſeu Abbatibus ſcotis, Hilarius Archiepiſcopus & ſeruans locum ſanctę ſedis Apoſtolicę, Ioannes Diaconus, & in Dei nomine electus, Item Ioannes primicerius, & ſeruans locū ſanctę ſedis Apoſtolicę, & Ioannes ſeruus Dei conſiliarius eiuſdem Apoſtolicę ſedis.

Ad ſcripta quę pçrlatores ad ſanctę memorię Seuerinū Papā adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca reſponſa, quę poſtulata fuerant, ſiluerūt. Quibus reſeratis, ne diu tantę quęſtionis caligo indiſcuſſa remaneret, reperimus quoſdam prouincię ueſtrę contra orthodoxam fidem nouam ex ueteri hęreſim renouare conantes, paſcha noſtrū, in quo immolatus eſt Chriſtus, nebuloſa caligine refutantes, & quartadecima luna cum Hebręis celebrare nitentes. Quo epiſtolę principio manifeſte declaratur, & nuperrime temporibus illis Apoſtolicę hanc apud eos hęreſim exortam & non totam eorū gentem, ſed quoſdā in eis hac fuiſſe implicitos. Expoſita autem ratione paſchalis obſeruantiæ, ita de Pelagianis in eadem epiſtola ſubdunt.

Et hoc quoq; cognouimus, quòd uirus pelagianę hęreſeos apud uos denuo reuiuiſcit: quòd omnino hortamur, ut à ueſtris mentibus huiuſmodi uenenatū ſuperſtitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipſa quoq; execranda hæreſis damnata eſt, latere uos non debet; quia non ſolū per iſtos ducentos annos abolita eſt, ſed & quotidie à nobis perpetuo anathemate ſepulta damnatur. Et hortamur, ne quorū arma combuſta ſunt, apud uos eorū cineres ſuſcitentur. Nam quis non execretur ſuperbū eorum conamen, & impium, dicentiū, poſſe ſine peccato hominem exiſtere ex pro

pria uoluntate,& nõ ex gratia Dei. Et primũ quidem blaſphemia,& ſtultiloquiũ eſt dicere,eſſe hominem ſine peccato;quod omnino non poteſt, niſi unus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus,qui ſine peccato eſt conceptus,& partus. Nam cæteri homines cum peccato originali naſcentes teſtimoniũ præuaricationis Adę,etiam ſine peccato actuali exiſtentes,portare noſcuntur,ſecundũ prophetam dicentem: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

Ex libro tertio Hiſtoriæ eiuſdem cap. xx.

Interea defuncto felice Orientaliũ Anglorum epiſcopo, poſt decem & quatuor annos epiſcopatus ſui, Honorius loco eius ordinauit Thomã Diaconũ ſuum de prouincia Giruiorũ. Et hoc poſt quinq; annos ſui epiſcopatus de hac uita ſubeacto, Berethgislum cognomine Bonifaciũ de prouincia Cantuariorũ,loco eius ſubſtituit. Et ipſe quoq; Honorius poſt quam ętatem ſui curſus impleuit, migrauit ex hac luce anno ab incarnatione Domini quingenteſimo centeſimo quinquageſimo quarto,pridie calendas Octobris. Et ceſſante epiſcopatu per annũ, & ſex menſes, electus eſt Archiepiſcopus Cathedræ Doruernenſis ſextus Deus dedit de gente occidentaliũ ſaxonum. Quem ordinaturus uenit illuc Thamar Antiſtes eccleſiæ Hroſenſis. Ordinatus eſt autem die ſeptima Calendarum Aprilis,& rexit eccleſiam annos nouem,menſes quatuor,duos dies. Et ipſo defuncto Thamar conſecrauit pro & Damianũ, qui de genere Auſtralium ſaxonum erat oriundus.

Habetur libro tertio eccleſiaſticæ hiſtoriæ Anglicanæ eiuſdem.

VITA DEO DILECTI OSVVALDI NORdanhimbrorum Regis in Anglia, necnon Aidani epiſcopi per uenerabilem Bedam presbyterum conſcripta.

Ex Cap. I.

INterfecto in pugna Eduino, ſuſcepit pro illo regnum Deirorũ, de qua prouincia ille generis proſapiam, & primordia regni habuerat, filius patrui eius Efrici uocabulo Ofrich, qui ad prædicationẽ Paulini fidei erat ſacramentis imbutus. Porrò regnũ Berniciorũ(nam in has duas prouincias gens Hordanhimbrorũ antiquitus diuiſa erat)ſuſcepit filius Edilfridi,qui de illa prouincia generis & Regni originẽ duxerat, nomine Eanfrid. Siquidem tempore toto, quo regnauit Eduinus, filius præfati Regis Edilfridi,qui ante eum regnauerat, cum magna nobilium iuuentute apud
1 Scótos,ſiue pictos,exulabat. Ibiq; ad doctrinam Scotorum catechizati, & baptiſmatis gratia ſunt recreati.

Ecce quomodo baptizandi, antea catechizabantur.

Qui ut mortuo Rege inimico,patriam ſunt redire permiſsi, accepit primus eorum,quem diximus,Eanfrid regnum Berniciorum,qui uterq; Rex ut terreni inſulas ſortitus eſt,ſacramenta Regni cœleſtis,quibus initiatus erat,anathematizando prodidit,ac ſe priſcis idolatriæ ſordibus polluendum perdendumq; reſtituit. Nec mora, utrunq; Rex Britonum Cedualla impia manu,ſed iuſta ultione peremit. Et primo quidem proxima æſtate Ofrichũ,dum ſe in oppido temerarie obſediſſet, eruptus ſubito cũ ſuis omnib⁹ imparatum cum toto exercitu deleuit. Deinde cũ anno integro prouincias Nordanhimbrorũ non ut rex uictor poſsideret,ſed quaſi tyrãnus ſæuiens diſperderet, ác tragica cæde dilaceraret, tandem Eanfridum inconſultè ad ſe cum duodecim electis militibus poſtulandæ pacis gratia

uenientem, ſimili ſorte damnauit.

Infauſtus ille annus, & omnibus bonis exoſus uſq; hodie permanet, tã propter apoſtaſiam regum Anglorum, qui fidei ſacramentis ſe exuerant, quàm propter ueſanam Britonici Regis tyrannidem. Vnde cunctis placuit Regum tempora computantibus, ut ablata de medio Regum perfidorum memoria, annis ſequentis Regis, ideſt Oſuualdi uiri Deo dilecti regno aſsignaretur. Quo poſt occiſionem fratris Eanfridi ſuperueniente cũ paruo exercitu, ſed fide Chriſti munito, infandus Britonum dux cum immenſis illis copijs, quibus nihil reſiſtere poſſe iactabat, interemptus eſt in loco, qui lingua Anglorꝝ Deniſtes bruana, ideſt Diuus Deniſi uocat̃.

Oſtenditur autem uſq; hodie, & in magna ueneratione habetur locus ille, ubi uenturus ad hanc pugnam Oſuuald ſignũ 2 ſanctę crucis erexit, ac flexis 3 genibus Deũ deprecatus eſt, ut in tanta rerum neceſsitate ſuis cultoribus cœleſti ſuccurreret auxilio. Deniq; fertur, quia citato opere cruce ad foueam preparata, in qua ſtatui deberet, ipſe fide feruens hanc arripuerit, ac foueæ impoſuerit, atque utraq; manu erectam tenuerit, donec adgeſto à militibus puluere, terræ figeretur; & hoc facto, elata in altũ uoce cuncto exercitu proclamauerit: Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentem ac uerum in communi deprecemur, uti nos ab hoſte ſuperbo, & feroce, ſua miſeratione defendat; ſcit enim ipſe, quia iuſta pro ſalute gentis noſtræ bella ſuſcepimus. Fecerunt omnes ut iuſſerat. Et ſic incipiente diluculo in hoſtem progreſsi, iuxta meritum ſuæ fidei uictoria potiti ſunt. In cuius loco orationis, innumeræ uirtutes ſanitatum noſcuntur eſſe patratæ, ad indiciũ uidelicet ac memoriam fidei eius. Nam & uſq; hodie multi de ipſo ligno ſanctæ crucis aſtulas excidere ſolent, quas cum in aquas miſerint, eisq; languentes homines ac pecudes potauerint, ſiue aſperſerint, mox ſanitati reſtituunt. Vocatur locus ille lingua Anglorꝝ Heſenfeld, quod dici poteſt latinè cœleſtis campus: quod utiq; præſagio futurorum antiquitus nomen accepit, ſignificans nimirum, quòd cœleſte ibidem erigendum trophæum, cœleſtis inchoanda uictoria, cœleſtia uſq; hodie forent miracula celebranda.

Ex cap. 2

2 *Vide quantæ uirtutis fuerit ſalutiferæ crucis erectio.*

3 *Genibus flexis orauit Rex ad Dominum.*

Eſt autem locus iuxta murum illũ, quo Romani quondã ad arcendos Barbarorꝝ impetus, totam à mari uſq; ad mare præcinxere Britanniam, ut ſupra docuimus. In quo uidelicet loco conſuetudinem multo iam tẽpore fecerunt fratres Haguſtaldenſis eccleſiæ, quæ non longè abeſt, aduenientes omni anno pridie quàm poſtea idem Rex Oſuuald occiſus eſt, 4 uigilias pro ſalute animæ eius facere, plurimaq; pſalmorũ laude celebrata, uictimam pro eo mane ſacræ oblationis offerre. Qui etiam creſcente bona conſuetudine, nuper ibidem eccleſia conſtructa, ſacratiorem & cũctis honorabiliorem locũ omnibus fecere. Nec immerito, quia nullũ, ut comperimus, fidei Chriſtianæ ſignũ, nulla eccleſia, nullum altare in tota Berniciorum gente erectum eſt, priuſquàm hoc ſanctæ crucis uexillum nouus militiæ eductor, iuuante fidei deuotione, contra hoſtem immaniſsimũ pugnaturus ſtatueret.

4 *Ecce quomodo antiquus mos eſt eccleſiæ, pro animabus defunctorũ uigilias facere, pſalmos canere, & Miſſæ ſacrificium offerre.*

Nec ab re eſt unũ è pluribus, quæ ad hanc Crucem patrata ſunt, uirtutis miraculũ narrare. Quidam 5 è fratribus Haguſtaldenſis eccleſiæ nomine Bothelm, qui nunc ſupereſt, ante paucos annos dum incautus forte noctu in glacie incederet, repente corruens, brachiũ contriuit, ac grauiſsi-

5 *Cõſidera miraculum uirtute ſanctæ crucis perpetratum.*

ma fractura ipſius cœpit moleſtia fatigari, ita ut nec ad os quidem adducere ipſum brachiũ nullatenus dolore arcente, ualeret. Qui cũ die quadã mane audiret, unũ de fratribus ad locũ ſanctæ crucis aſcendere diſpoſuiſſe, rogauit ut aliquam ille partẽ de illo ligno uenerabili rediens afferret, credere ſe dicens, quia per hoc, donante Domino, ſalutem poſſet conſequi. Fecit ille ut rogatus eſt, & reuerſus ad ueſperam, ſedentibus iã ad mẽſam fratribus, obtulit ei aliquid de ueteri muſco, quo ſuperficies ligni erat obſita. Qui cũ ſedens ad menſam non haberet ad manũ, ubi oblatum ſibi munus reponeret, miſit hoc in ſinũ ſibi. Et dum iret cubitũ, oblitus hoc alicubi deponere, permiſit ſuo in ſinu permanere. At medio noctis tempore cũ euigilaret, ſenſit quid frigidi ſuo lateri adiacere. Admotaq́ manu requirendo quid eſſet, ita ſanũ brachium manumq́ reperit, ac ſi nil unquam tanti languoris habuiſſet.

Ex cap. 3. Idem ergo Oſuuald mox ubi regnum ſuſcepit, deſiderans totã, cui præeſſe cœpit, gentem fidei Chriſtianæ gratia imbui, cuius experimenta permaxima in expugnandis barbaris iam cœperat, miſit ad maiores natu ſcotorum, inter quos exulans ipſe baptiſmatis ſacramenta cũ his qui ſecum erant militibus conſequutus erat, petens ut ſibi mitteretur Antiſtes, cuius doctrina ac miniſterio gens, quam regebat Anglorũ, dominicæ fidei & dona diſceret, & ſuſciperet ſacramenta. Neq; aliquãdo tardius quod petebat impetrauit. Accepit nanq; pontificem Aidanũ ſummæ manſuetudinis, & pietatis, ac moderaminis uirũ, habentemq́ zelũ Dei, qnamuis non plenè ſecundũ ſcientiam. Nanq; diem paſchæ Dominicum more ſuæ gentis, cuius ſuperius mentionẽ fecimus, à quartadecima Luna, uſq; ad uigeſimam obſeruare ſolebat. Hoc etenim ordine ſeptentrionalis ſcotorũ prouincia, & omnis natio Pictorũ illo adhuc tempore Paſcha Dominicũ celebrabat, æſtimans ſe in hac obſeruantia ſancti ac laude digni patris Anatholij ſcripta ſequutam. Quod quidem an uerũ ſit, peritus quiſq; facillime cognoſcit. Porrò gentes ſcotorum, quę in auſtralibus Hibernię inſulę partibus morabantur, iandudũ ad admonitionem Apoſtolicę ſedis Antiſtitis paſcha Canonico ritu obſeruare didicerunt.

Venienti igitur ad ſe epiſcopo, Rex locũ ſedis epiſcopalis in inſula Lindisfarnenſi, ubi ipſe degebat, tribuit. Qui uidelicet locus accedente ac recedente reumate, bis quotidie inſtar inſulæ maris circumluitur undis: His renudato littore contiguus terrę redditur. Atqui eius admonitionibus humiliter ac libenter in omnibus auſcultans, eccleſiam Chriſti in Regno ſuo multũ diligenter ædificare, ac dilatare curauit. Vbi pulcherrimo ſæpe ſpectaculo contigit, ut ei euangelizante Antiſtite, qui Anglorũ linguam perfecte non nouerat, ipſe Rex ſuis ducibus ac miniſtris interpres uerbi exiſteret cœleſtis: quia nimirũ tam longo exilij ſui tempore linguam ſcotorum iam plenè didicerat. Exinde cœpere plures per dies illos de ſcotorum regione uenire in Britanniam, atq; illis Anglorũ prouincijs, in quibus regnauit Oſuuald, magna deuotione uerbum fidei predicare, & credentibus gratiam Baptiſmi quicunque ſacerdotali erant gradu præditi, miniſtrare.

6 Conſtruebantur 6 ergo eccleſiæ per loca: confluebant ad audiendũ uerbũ Dei populi gaudentes: donabãtur munere regio poſſeſsiones et territoria ad inſtruenda monaſteria: imbuebantur præceptoribus ſcotis par

Quid dicent hic homines qui negãt tem

uuli Anglorum unà cum maioribus, ſtudijs & obſeruatione diſciplinæ regularis. Nam 7 monachi erant maximè, qui ad prædicandũ uenerant; monachus & ipſe epiſcopus Aidanus, utpote de inſula quæ uocatur Hu deſtinatus, cuius monaſteriũ in cunctis pene ſeptemtrionalium ſcotorũ, & omniũ Pictorum monaſterijs non paruo tempore arcem tenebat, regendiſq; eorum populis præerat: quæ uidelicet inſula ad ius quidem Britanniæ pertinet, non magno ab ea freto diſcreta, ſed donatione Pictorũ, qui illas Britanniæ plagas incolunt, iandudũ monachis ſcotorum tradita. Qui quidem Picti illis prædicantibus fidem Chriſti perceperunt.

plorum ſtructuras, et eccleſiarum ac Monaſteriorum dotationes opus eſſe Deo gratũ & acceptum? Nonne ex hoc loco totum contrarium oſtenditur? Quinimo primũ chriſtianæ fidei poſt ſuſceptionẽ Baptiſmi indiciũ ſẽper fuit eccleſiarum & Monaſteriorum ædificatio & dotatio.

Siquidem anno incarnationis Dominicæ quingenteſimo quinquageſimo quinto, quo tempore gubernaculũ Romani Imperij poſt Iuſtinianum Iuſtinus minor accepit, uenit de Hibernia presbyter & Abbas habitu & uita monachi inſignis, nomine columba Britanniam, prædicaturus uerbũ Dei prouincijs ſeptemtrionaliũ Pictorum, hoc eſt eis, quæ arduis atq; horrentibus montiũ iugis ab Auſtralibus eorum ſunt regionibus ſequeſtratæ. Nanq; ipſi Auſtrales Picti, qui intra eoſdem montes habent ſedes, multo ante tempore, ut perhibent, relicto errore idolatriæ, fidem ueritatis acceperunt, prædicante eis uerbum Nima epiſcopo Reuerendiſsimo, & ſanctiſsimo uiro de natione Britonũ, qui erat Romæ regulariter fidem & myſteria ueritatis edoctus, cuius ſedem Epiſcopatus ſancti Martini nomine & eccleſia inſignem, ubi ipſe etiã corpore unà cũ pluribus ſanctis requieſcit, iam nunc Anglorum gens obtinet; qui locus ad prouinciam Berniciorum pertinens, uulgò uocatur ad candidam caſam, eo quòd ibi eccleſiã de lapide, inſolito Britonibus more fecerit.

Ex cap. 4.

7

Ecce quam utilis eccleſiæ Monachorum ordo.

Venit autem Britanniam columba, regnante pictis Brudio filio Melochon Rege potentiſsimo, non anno Regni eius, gentemq; illam uerbo & exemplo ad fidem Chriſti conuertit. Vnde & præfatam inſulam ab eis in poſſeſsionem monaſterij faciendi accepit. Neq; enim magna eſt, ſed quaſi miliariũ quinq; iuxta æſtimationem Anglorum; quam ſucceſſores eius uſq; hodie tenent: ubi & ipſe ſepultus eſt, cũ eſſet annorũ ſeptuagintaſex, poſt annos circiter trigintaduo, ex quo ipſe Britanniã prædicaturus adijt. Fecerat autem priuſquam Britanniam ueniret, monaſteriũ nobile in Hibernia, quod a copia roborum de Armach lingua ſcotorum, hoc eſt campus roborum cognominatur. Ex quo utroq; monaſterio plurima exinde monaſteria per diſcipulos eius & in Britannia & in Hibernia propagata ſunt. In quibus omnibus idem monaſteriũ Inſulanum, in quo ipſe requieſcit corpore, principatum tenet.

Habere autem ſolet ipſa inſula ex rectore ſemper Abbatem presbyterum, cuius ditioni, & omnis prouincia, & ipſi etiam epiſcopi ordine inuſitato debeant eſſe ſubiecti, iuxta exemplũ primi doctoris illius, qui non epiſcopus, ſed presbyter extitit & monachus. De cuius uita & uerbis nonnulla à diſcipulis ferunt ſcripta haberi: Verùm qualiſcunq; fuerit ipſe, nos hoc de illo certum tenemus, quòd reliquit ſucceſſores magna continentia, ac diuino amore, regulariq; inſtitutione inſignes; in tempore quidem ſummæ feſtiuitatis dubios circulos ſequentes, utpote quibus longe ultra orbem poſitis, nemo ſynodalia paſchalis obſeruantię decreta porrexerat; tantum ea, quæ in propheticis, euangelicis, & Apoſtolicis literis diſcere poterant, pietatis & caſtitatis opera diligenter obſeruantes.

Permanſit autem huiuſmodi obſeruantia paſchalis apud eos tempore non pauco, hoc eſt uſq; ad annum Dominicæ incarnationis quingenteſimum ducenteſimum, decimum quintum, per annos centum quinquaginta. At ueniente ad eos Reuerendiſsimo & ſanctiſsimo patre & ſacerdote Ecberechto, de natione Anglorū, qui in Hibernia diutius exulauerat pro Chriſto (eratq; doctiſsimus inſcripturis, & longæua uitæ perfectione eximius) correcti ſunt per eum, & ad uerum canonicumq; paſchę diem tranſlati. Qui tamen & antea non ſemper in luna quartadecima, cum Iudęis, ut quidā quærebantur, ſed in die quidem Dominicæ, alia tamen, quam docebat hebdomada, celebrabant. Sciebant enim ut Chriſtiani, reſurrectionem Dominicam, quæ prima ſabbati facta eſt, prima ſabbati ſemper eſſe celebrandam: ſed ut barbari, & ruſtici, quando eadem prima ſabbati, quę nunc Dominica dies cognominatur, ueniret, minime didicerant. Verum quia gratia charitatis, feruere non amiſerunt, & huius quoq; notitiam ad perficere meruerunt, iuxta promiſſum Apoſtoli dicentis: Et ſi quid aliter ſapitis, & hoc quoq; uobis Deus reuelauit;

Ex cap. 5.

Ab hac ergo inſula, ab horum collegio monachorū, ad prouinciam Anglorum inſtituendam in Chriſto, miſſus eſt Aidan, accepto gradu epiſcopatus; quo tempore eidem monaſterio Segeni Abbas & presbyter præfuit. Vnde inter alia uiuendi documenta, ſaluberrimum 8 abſtinentię uel continentiæ clericis reliquit exemplum. Cuius 9 doctrinam id maxime commendabat omnibus, q non aliter, quàm uiuebat cum ſuis, ipſe docebat. Nihil enim huius mundi quærere, nil amare curabat. Cuncta quæ ſibi à regibus uel diuitibus ſeculi donabantur, mox pauperibus qui occurrerent, erogare gaudebat. Diſcurrere per cuncta & urbana & ruſtica loca, non equorū dorſo, ſed pedum inceſſu uectus, niſi maior forte neceſsitas compuliſſet, ſolebat: quatenus ubicunq; aliquos uel diuites uel pauperes incedens aſpexiſſet, confeſtim ad hos diuertens, uel ad fidei ſuſcipiendæ ſacramentū, ſi infideles eſſent, inuitaret, uel ſi fideles, in ipſa fide confortaret, atq; ad eleemoſynas, bonorumq; operum exequutionē, & uerbis excitaret & factis. Intantū autem uita illius à noſtri tēporis ſegnitia diſtabat, ut omnes qui cū eo incedebant, ſiue adtonſi, ſiue laici, meditari deberent, uel legendis ſcripturis pſalmiſq; diſcendis operam dare. Hoc erat quotidianum opus illius, & omniū qui cum eo erant, ubicunq; locorum adueniſſet. Et ſi forte eueniſſet (quod tamen raro euenit) ut ad Regis conuiuiū uocaretur, intrabat cū uno clerico aut duobus, & ubi paululū reficiebat, accelerabat ocius ad legendum cum ſuis, ſiue ad orandum ęgredi.

8 *Saluberrimum abſtinentiæ uel continentiæ clericis reliquit exemplum.*

9 *Vide excellētiſsimū doctrinæ genus, ut talis ſit uita, qualis eſt prædicatio.*

Cuius exemplis informati tempore illo religioſi quiq; uiri, ac fœminę, conſuetudinem fecerunt, per totū annum, excepta remiſsione quinquageſimæ paſchalis, 9 quarta uel ſexta ſabbati ieiuniū ad nonam uſq; horā protelare. Nūquam diuitibus honoris, ſiue timoris gratia, ſi quæ deliquiſſent, reticebat, ſed aſpera inuectione corrigebat. Nullam potentibus ſeculi pecuniam, excepta ſolū eſca, ſi quos hoſpitio ſuſcepiſſet, unq; dare ſolebat. Sed ea potius quæ ſibi à diuitibus donaria pecunia largiebantur, uel ad redemptionē eorū, qui iniuſtè fuerant uenditi, diſpenſabat. Deniq; multos quos precio dato redemerat, redemptos poſtmodum ſuos diſcipulos fecit, atque ad ſacerdotalem uſque gradum erudiendo atque inſtituendo prouexit;

9 *Nota ieiunium quartæ & ſextæ feriæ antiquiſsimum, quod etiam ad nonam uſq; horam protelari ſolebat.*

Fertur

Fertur autem, quia dum de prouincia Scotorꝝ Rex Oſuuald poſtularet Antiſtitem, qui ſibi, ſuæqꝫ genti uerbũ fidei miniſtraret, miſſus fuerit primo alius auſterioris animi uir. Qui cũ aliquandiu genti Anglorꝝ prædicans nil proficeret, nec libenter audiretᷣ à populo, redierit in patriam, atqꝫ in conuentu ſeniorꝝ retulerit, quia nihil prodeſſe docendo genti, ad quam miſſus erat, potuiſſet, eo ꝙ eſſent homines indomabiles, & duræ ac barbaræ mentis. At illi, ut perhibent, tractatũ magnum in Concilio, quid eſſet agendũ, habere cœperunt, deſiderantes quidem genti, qui petebantᷣ ſaluti eſſe, ſed non recepto quem miſerant prædicatore dolentes. Tunc ait Aidan (nam & ipſe concilio intererat) ad eum, de quo agebatur, ſacerdotem: Videtur mihi frater, quòd durior iuſto indoctis auditoribus fuiſti, & non eis iuxta apoſtolicam diſciplinam primo lac doctrinæ mollioris porrexiſti, donec paulatim enutriti uerbo Dei, ad capienda perfectiora, & ad facienda Dei ſublimiora præcepta ſufficerent. Quo audito, omniũ qui cõſedebant, ad ipſum ora & oculi conuerſi, diligenter quid diceret, diſcutiebant, & ipſum eſſe dignũ epiſcopatu, ipſumqꝫ ad erudiendos incredulos, & indoctos mitti debere decernunt, quòd gratia diſcretionis, quæ uirtutum mater eſt, ante omnia probatè imbutus eſſet. Sicqꝫ illum ordinantes ad prædicandũ miſerunt. Qui ubi tẽpus accepit, ſicut prius moderamine diſcretionis, ita poſtmodum & cæteris uirtutibus ornatus apparuit.

Huius igitur Antiſtitis doctrina Rex Oſuuald cũ ea, cui præerat, gente Anglorꝝ inſtituitur: & non ſolum incognita progenitoribus ſuis regna cœlorum ſperare didicit, ſed & regna terrarũ pluſquam ullus maiorꝝ ſuorum, ab eodem uno Deo, qui fecit cœlũ et terram conſequutus eſt. Deniqꝫ omnes nationes & prouincias Britanniæ, quæ in quatuor linguas, ideſt Britonũ, Pictorum, Scotorꝝ, & Anglorum diuiſæ ſunt, in ditione accepit. Quo regni culmine ſublimatus, nihilominus (quod mirũ dictu eſt) pauperibus & peregrinis ſemper humilis, benignus, & largus fuit. *Ex cap. 6.*

Deniqꝫ fertur, ꝙ tempore quodam, cum die 10 ſancto paſchæ cum præfato epiſcopo conſediſſet ad prandiũ, poſituſqꝫ eſſet in menſa coram 10
eo diſcus argenteus regalibus epulis refertus, iamqꝫ eſſent manus ad panẽ *Dies ſanctus paſchæ.*
benedicendum 11 miſſuri, intrauit ſubito miniſter ipſius, cui ſuſcipiendo 11
rum inopum erat cura delegata, & indicauit regi, quia multitudo pauperum undecunqꝫ adueniens maxima, per plateas ſederet, poſtulans aliqd eleemoſynæ à Rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas deferri pauperibꝰ iuſsit: ſed & diſcũ confringi, atqꝫ eiſdem minutatim diuidi præcepit. Quo uiſo pontifex qui aſsidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dexteram eius, & ait: Nunquam inueteraſcat hæc manus. Quod & ita iuxta uotum benedictionis eius prouenit. Nam cũ interfecto illo in pugna, manus cũ brachio à cætero eſſet corpore reſectæ, contigit ut hactenus incorrupta perduret. Deniqꝫ in urbe Regia, quæ à Regina quadã nomine Debba cognominatur, loculo incluſæ argenteo, in eccleſia ſancti Petri ſeruantᷣ, ac digno à cunctis honore uenerantur.

Vides quod benedicere menſam ante prãdium, eſt antiqua cõſuetudo apud fideles.

Huius induſtria Regis, Deirorum, & Berniciorum prouinciæ, quæ eatenus ab inuicem diſcordabant, in unam ſunt pacem, & uelut unũ compaginatæ in populum. Erat autem Nepos Eduini Regis ex ſorore Acha. Dignumqꝫ fuit, ut tantus præceſſor talem haberet de ſua conſanguinitate, et religionis hæredem, & regni.

Ex cap 7

Eo tempore gens Occidentaliũ Saxonum, qui antiquitus Geuiſsi uoca bantur, regnante Cinigilſo, fidem Chriſti ſuſcepit, prædicante illis uerbum Birino epiſcopo, qui cũ conſilio Papæ Honorij uenerat Britanniam, promittens quidem ſe illo pręſente in intimis ultra Anglos partibus, quo nullus doctor præceſsiſſet, ſanctæ fidei ſemina eſſe ſparſurum. Vnde & iuſſu eiuſdem pontificis per Aſteriũ Genuenſem epiſcopum in epiſcopatus conſecratus eſt gradũ. Sed in Britanniã perueniens, ac primũ Geuiſſorum gentem ingrediens, cũ omnes ibidem paganiſsimos inueniret; utilius eſſe ratus eſt, ibi potius uerbũ prædicare, quàm ultra progrediendo, eos quibus prædicare deberet, inquirere. Itaq; euangelizante illo in præfata prouincia, cũ Rex ipſe 12 catechizatus fonte Baptiſmi cum ſua gente ablueretur, contigit tunc temporis, ſanctiſsimum, ac uictorioſiſsimum Regem Nordanhimbrorũ Oſuualdum affuiſſe, eumq; de lauacro exeuntem ſuſcepiſſe. Sicq; pulcherrimo prorſus & Deo digno conſortio, is, cuius erat filiã accepturus in coniugem, ipſum prius ſecunda generatione Deo dedicatum ſibi accepit in filiũ. Donauerunt ergo reges ambo eidem ciuitatem quę uocatur Dorcio ad faciendam inibi ſedem epiſcopalẽ, ubi factis dedicatiſq; 13 eccleſijs, multiſq; ad Dominũ pro eius labore populis aduocatis migrauit ad Dominum. Sepultus eſt in eadem ciuitate, & poſt annos multos Hedde epiſcopatũ agente, translatus inde in Venta ciuitatem; atq; in eccleſia beatorũ apoſtolorum Petri & Pauli 14 poſitus eſt.

12 *Semper Baptiſmum conſueuit præcedere catechiſmus.*

13 *Ecce poſt fidei ſuſceptionem eccleſiarum ædificatio & dotatio.*

14 *In eccleſia beatorum apoſtolorum Petri & Pauli defunctus poſitus eſt.*

Defuncto autem & Rege, ſucceſsit in Regnũ filius eius Comualch qui & fidẽ & ſacramenta Regni cœleſtis ſuſcipere renuit, & non multo poſt etiam Regni terreſtris potentiam perdidit. Repudiata enim ſorore Pendã Regis Merciorũ, quam duxerat, aliam accepit uxorem: ideoq; bello petitus, ac Regno priuatus ab illo, ſeceſsit ad Regem Orientaliũ Anglorum, cui nomen erat Anna: apud quem triennio exulans, fidem cognouit, ac ſuſcepit, ueritatis. Nam & ipſe, apud quem exulabat, Rex erat bonus, & bona ac ſancta ſobole fœlix, ut in ſequentibus docebimus.

Cum uerò reſtitutus eſſet in Regnũ Comualch, uenit in prouinciam de Hibernia Pontifex quidam nomine Agilberchtus, natione quidem Gallus, ſed tamen legendarum gratia ſcripturarum in Hibernia non paruo tẽpore demoratus: coniunxitq; ſe Regi, ſponte miniſterium prædicãdi aſſumens. Cuius eruditionem atq; induſtriam uidens Rex rogauit eũ, accepta ibi ſede epiſcopali, ſuæ gentis manere Pontificem. Qui precibus eius annuens, multis annis eidem genti ſacerdotali iure pręfuit. Tandem Rex, qui ſaxonum linguam tantũ nouerat, pertæſus barbarę loquelæ, ſubintroduxit in Prouinciã alium ſuæ linguæ epiſcopum, uocabulo uini, & ipſum in Gallia ordinatũ; diuidenſq; in duas parochias prouinciam, huic in ciuitate uenta, quæ à gente Saxona Vintanceſtir appellatur, ſedem epiſcopatus tribuit. Vnde offenſus grauiter Agilberchtus, quod hoc, ipſo inconſulto, ageret Rex, rediit in Galliam: & accepto epiſcopatu Pariſiæ ciuitatis, ibidem ſenex & plenus dierum obijt.

Non multis autẽ annis poſt abſceſſum eius à Britannia tranſactis, pulſus eſt & Vini ab eodem Rege ab epiſcopatu, qui ſecedens ad Regẽ merciorum uocabulo Vulfheri, emit precio ab eo ſedem Londoniæ ciuitatis, eiuſq; epiſcopus uſq; ad uitæ ſuæ terminũ manſit. Sicq; prouincia Occidentalium Saxonum tempore non pauco abſq; Præſule fuit. Quo etiam

tempore Rex præfatus ipſius gentis grauiſsimis Regni ſui damnis ſæpiſsime ab hoſtibus afflictus, tandem ad memoriam reduxit, quod eum pridē perfidia Regno puleri; fides agnita Chriſti in Regnum reuocauerit. Intellexitq́ etiam tunc, quod deſtituta pontifice prouincia, recte pariter diuino fuerit deſtituta præſidio.

Miſit ergo legatarias in Galliam ad Agilberchtum, ſub miſſa illum ſatisfactione deprecans, ad epiſcopatū ſuæ gentis redire. At ille ſe excuſans, & uenire non poſſe conteſtans, quia epiſcopatu propriæ ciuitatis ac parochiæ teneretur aſtrictus: nihilominus ne non obnixè petenti nil ferret auxilij, miſit pro ſe illi presbyterum Eleutherium nepotem ſuū, qui ei, ſi uellet, ordinaretur epiſcopus, dicens quod ipſe eum dignū eſſe epiſcopatu iudicaret. Quo honorifice à populo, & à Rege ſuſcepto, rogauerunt Theodorum tunc Archiepiſcopum Doruuernenſis eccleſiæ, ipſum ſibi Antiſtē conſecrari. Qui conſecratus in ipſa ciuitate multis annis epiſcopatum Geuiſſorum ex ſynodica ſanctiune ſolus ſedulo moderamine geſsit.

Regnauit autem Oſuald Rex chriſtianiſsimus Nordanhimbrorum nouem annis, annumerato illo anno, quem & feralis impietas Regis Britonum, & apoſtaſia demens Regūm Anglorum deteſtabilem fecerat: ſiquidem (ut ſupra docuimus) uno animo, omniumq́ cōſenſu firmatum eſt, ut nomen, & memoria Apoſtatarū de catalogo Regum chriſtianorū prorſus aboleri deberet, neq; aliquis regno eorum annus adnotari. Quo completo annorum curriculo, occiſus eſt, commiſſo graui prælio ab eadem gēte pagana, paganoq́ Rege Merciorum, à quo & prædeceſſore eius Eduinus peremptus fuerat, in loco qui lingua Anglorum nuncupatur Maſerfelth, anno ætatis ſuę trigeſimo octauo, die quinto menſis Auguſti. Cuius quanta fides in Deum, quæ deuotio mentis fuerit, etiam poſt mortem uirtutum miraculis claruit. *Ex cap. 9.*

Namq; in loco, ubi pro patria dimicans à paganis interfectus eſt, uſq;
15 hodie ſanitates infirmorum, & hominū, & pecorum celebrari nō deſinunt. Vnde contigit ut puluerem ipſum, ubi corpus eius in terrā corruit, multi auferentes, & in aquam mittentes, ſuis per hoc infirmis multum cō modi afferrent. Qui uidelicet mos adeo increbuit, ut paulatim oblata ex inde terra, foſſam ad menſuram ſtaturæ uirilis altam reddiderit. Nec mirandum in loco mortis illius infirmos ſanari, qui ſemper dum uiueret, infirmis & pauperibus conſulere, & eleemoſynas dare, opemq́ ferre non ceſſabat. Et multa quidem in loco illo, uel de puluere loci illius facta uirtutum miracula narrant. Sed nos duo tantum, quę à maioribus audiuimus, referre ſatis duximus.

15 *Ecce ſancti uiri quanta poſſunt poſt mortē ut quales in uita fuerint dinoſcatur.*

Non multo poſt interfectionem eius exacto tempore, contigit ut quidam equo ſedens iter iuxta locum ageret illum. Cuius equus ſubito laſſeſcere, conſiſtere, caput in terram declinare, ſpumas ex ore dimittere, & augeſcente dolore in terram cœpit ruere. Deſiluit eques, & ſtramine ſubſtrato cœpit expectare horam, qua aut melioratum reciperet iumentum, aut relinqueret mortuum. At ipſum diu graui dolore uexatum cum diuerſas in partes ſe torqueret, repente uolutando deuenit in illud loci, ubi Rex memorabilis occubuit. Nec mora quieſcente dolore, ceſſabat ab inſanis mēbrorum motibus, & conſueto equorum more, quaſi poſt laſsitudinem in diuerſum latus uiciſsim ſeſe uoluebat: ſtatimq; exurgens quaſi ſanus per

omnia uireta herbarum auidius carpere cœpit. Quo ille uiſo, ut uir ſagacis ingenij, intellexit aliquid miræ ſanctitatis huic loco, quo equus eſt curatus, ineſſe.

Et poſito ibi ſigno, non multo poſt aſcendit equũ, atq; hoſpitium, quo propoſuerat, acceſsit. Quo dum adueniret, inuenit puellam ibi neptem patrisfamilias longo paralyſis morbo grauatam. Et cum familiares domus illius de acerba puellæ infirmitate ipſo præſente quærerentur, cœpit dicere ille de loco, ubi caballus ſuus eſſet curatus. Quid multa? Imponentes carro duxerunt ad locum illum, ibidemq; depoſuerunt. At illa poſita in loco obdormiuit parumper, & ubi euigilauit, ſanatam ſe ab illa corporis diſſolutione ſentiens, poſtulata aqua, ipſa lauit faciem, crines compoſuit, caput linteo cooperuit, & cum his qui ſe adduxerunt, ſana pedibus incedendo reuerſa eſt.

Ex cap. 10.

Eo tempore uenit alius quidam de natione Britonum (ut fertur) iter faciẽs iuxta ipſum locum, in quo præfata erat pugna completa. Et uidit unius loci ſpatium cætero campo uiridius ac uenuſtius, cœpitq; ſagaci animo conijcere, quod nulla eſſet alia cauſa inſolitæ illo in loco uiriditatis, niſi quod ibidem ſanctior cætero exercitu uir aliquis fuiſſet interfectus. Tulit itaque de puluere terræ illius ſecum, illigans in linteo, & cogitans quod futurum erat, quòd ad medelam infirmantiũ idem puluis proficeret, & pergens itinere ſuo, peruenit ad uicum quendam ueſpere, intrauitq; in domũ, in qua uicini cœnantes epulabantur: & ſuſceptus à dominis domus, recedit et ipſe cum eis ad conuiuium, appendens linteolum cum puluere, quem attulit, in una poſta parietis. Cumq; diutius epulis atq; ebrietati uacarent, accenſo grandi igne in medio, contigit uolantibus in altum ſcintillis, culmen domus, quod erat uirgis contextum, atq; fœno tectum ſubitaneis flammis impleri. Quod cum repente conuiuæ terrore confuſi conſpicerent, fuge-
16 runt foras, nil ardenti domui, et iam iamq; perituræ prodeſſe ualentes. Cõſumpta ergo domo flammis, poſta ſolummodo, in qua puluis ille incluſus pendebat, tuta ab ignibus, & intacta remãſit. Qua uiſa uirtute mirati ſunt ualde, & perquirentes ſubtilius inuenerunt, quod de illo loco aſſumptus erat puluis, ubi Regis Oſuualdi ſanguis erat effuſus. Quibus patefactis ac diffamatis longe lateq; miraculis, multi per dies locum frequentare illum, & ſanitatum ibi gratiam capere ſibi ſuisq; cœperunt.

Paries in quo puluis pẽdebat ex loco ſumptus ubi ſancti Regis ſanguis effuſus eſt, tutus ab ignibus mãſit.

Ex cap. 11.

Inter quæ nequaquam ſilentio prætereundum reor, quid uirtutis illius ac miraculi cœleſtis fuerit oſtenſum, cum oſſa eius inuenta, atq; ad eccleſiam, in qua nunc ſeruantur, tranſlata ſunt. Factum eſt autem hoc per induſtriam Regine Merciorum Oſride, quæ erat filia fratris eius Oſiuu, qui poſt illum Regni apicem tenebat, ut in ſequentibus dicemus.

Eſt monaſterium nobile in prouincia Lindiſsi nomine Beardan, quod eadem Regina cum uiro ſuo Adilredo multum diligebat, uenerabatur, excolebatur, excolebat; in quo deſiderabat patrui ſui oſſa recondere. Cumque ueniſſet carrum, in quo eadem oſſa ducebantur, incumbente ueſpera, in monaſterium præfatum noluerunt ij, qui erant in monaſterio, libenter excipere; quia etſi ſanctum eum nouerant, tamen quia de alia prouincia ortus fuerat, & ſuper eos Regnum acceperat, ueteranis eum odijs etiam mortuum inſequebantur. Vnde factum eſt, ut ipſa nocte reliquiæ allatæ, foris permanerent, tentorio tamen maiore ſupra carrum, quo inerant, oſtẽ

ſo. Quæ miraculi cœleſtis oſtenſio, quàm reuerenter ea ſuſcipienda à cunctis fidelibus eſſent, patefecit. Nam tota nocte columna lucis à carro illo ad cœlum uſq; porrecta, omnibus pene eiuſdem Lindiſſæ prouinciæ locis conſpicua ſtabat. Vnde manefacto fratres monaſterij, qui pridie abnuerant, diligēter ipſi petere cœperunt, ut apud ſe eædem 17 ſanctæ ac Deo dilectæ reliquiæ conderentur. Tota igitur oſſa intulerunt in thecam, quā in hoc præparauerant, atq; in 18 eccleſia iuxta honorem congruum poſuerunt. Et ut Regia uiri ſancti perſona memoriam haberet æternā, uexillum eius ſuper tumbam auro & purpura compoſitū appoſuerunt. Ipſamque aquam, in 19 qua lauerunt oſſa, in angulū ſacrarij fuderunt. Ex quo tempore factum eſt, ut ipſa 20 terra, quæ lauacrum uenerabile ſuſcepit, ad abigendos ex obſeſsis corporibus dæmones gratiæ ſalutaris haberet effectum.

17 *Sanctæ ac Deo dilectæ Oſualdi Regis reliquiæ cœleſti miraculo decoratæ ſunt.*

18 *Oſſa ſancti uiri omnia in eccleſia iuxta honorem congruum poſuerunt.*

19 *Habes & hic conſuetudinem lauandi corpora defunctorum.*

20 *Vide quomodo etiam res exteræ ſanctorum quantulumcūque ad eos pertinentes, gratiarū beneficia quandoque præſtant hominibus.*

Denique tempore ſequente cum præfata Regina in eodem monaſterio moraretur, uenit ad ſalutandam eam Abbatiſſa quædam uenerabilis, quæ uſq; hodie ſupereſt, uocabulo Edilhilt ſoror uirorū ſanctoꝝ Edeluini, & Eduini, quorum prior epiſcopus in Lindiſsi prouincia, ſecundus erat Abbas in monaſterio, quod uocatur Peartaneu, à quo non longe & illa monaſteriū habebat. Cum ergo ueniens illuc loqueretur cum Regina, atque inter alia, ſermone de Oſuualdo exorto, diceret, quòd & ipſa lucē nocte illa ſupra reliquias eius ad cœlū uſq; altam uidiſſet; adiecit Regina, ꝙ de puluere pauimenti, in quo aqua lauacri illius effuſa eſt, multi iam ſanati eſſent infirmi. At illa petijt ſibi portionē pulueris ſalutiferi dari, & accipiēs illigatum panno condidit in capſella, & redijt.

Tranſacto hoc tempore aliquanto, cum eſſet in ſuo monaſterio, uenit illuc quidā hoſpes, qui ſolebat nocturnis ſæpius horis repente ab immundo ſpiritu grauiſsime uexari. Qui cum benigne ſuſceptus, poſt cœnam in lecto mēbra poſuiſſet, ſubito à diabolo arreptus, inclamare, dentibus frendere, ſpumare, & diuerſis motibus cœpit membra torquere. Cumq; a nullo uel teneri uel ligari potuiſſet, cucurrit miniſter, & pulſans ad hoſtium, nunciauit Abbatiſſæ. At illa aperiens ianuam monaſterij, exiuit ipſa cum una ſanctimonialiū fœminarum ad locum uirorum. Et euocans presbyterum, rogauit ſecum uenire ad patientem. Quo uenientes uiderunt multos adeſſe, qui cū uexatum tenere contendiſſent, motus eius inſanos imprimere conati, nequaquam ualebant. Dicebat presbyter exorciſmos, & quæq; poterat pro ſedando miſeri furore, ſed nec ipſe quamuis multū laborans, proficere aliquid ualebat. Cumq; nil ſaluti furenti ſupereſſe uideretur, repente uenit in mentem Abbatiſſæ puluis ille præfatus. ſtatimq; iuſsit ire miniſtram, & capſellam, in qua erat, adducere, & ſecū afferre. Quæ cum intraret atriū domus, in cuius interioribus dæmonioſus torquebatur, conticuit ille ſubito, & quaſi in ſomnium laxatus, depoſuit caput, membra in quietem omnia compoſuit: Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant; quę res exitum haberet ſolicite expectantes. Et poſt aliquantum horæ ſpatium, reſedit qui uexabatur, & grauiter ſuſpirans: modo, inquit, ſanum ſapio, recepi enim ſenſum animi mei. At illi ſedulo ſciſcitabantur, quomodo hoc contigiſſet. Qui ait: Mox ut uirgo hæc cū capſella, quā portabat, appropinquauit atrio domus huius, diſceſſere omnes, qui me prēmebant, ſpiritus maligni, & me relicto nuſquā comparauerunt. Tunc dedit ei Ab

batiſſa portiunculam de puluere illo:et ſic facta oratione a presbytero,noctem illam quietiſsimam duxit;neq; aliquid ex toto nocturni timoris,aut uexationis ab antiquo hoſte pertulit.

Ex cap. 12. Sequente de hinc tempore fuit in eodem monaſterio puerulus quidam longo febrium incommodo grauiter uexatus. Qui cum die quadam ſollicitus horam acceſsionis febriũ expectaret,ingreſſus ad eum quidã de fratribus,uis,inquit,mi nate,doceam te, quomodo cureris ab huius moleſtia languoris;ſurge ingredere eccleſiam,& accedens ad ſepulchrum Oſuualdi, ibi reſide, & quietus manens adhęre tumbæ, uide ne exeas inde, nec de loco mouearis,donec hora receſsionis febriũ tranſierit. Tunc ipſe intrabo,& educam te inde. Fecit ut ille ſuaſerat;ſedentemq́; eum ad tumbã

21 ſancti, 21 infirmitas tangere nequaquam præſumpſit; quia tantum timens aufugit,ut nec ſecunda die, nec tertia, nec unquam exinde eum auderet contingere.

Ecce quomodo ad ſanctorum ſepulchra uirtutes magnas per eos præſtari ſolitum ſit.

Quod ita eſſet geſtũ qui referebat mihi frater inde adueniens adiecit, quòd eo adhuc tempore,quo mecũ loquebatur,ſupereſſet in eodem monaſterio iam iuuenis ille, in quo tunc puero factum erat hoc miraculum

22 ſanitatis. Nec mirandũ preces Regis illius iam cum 22 Domino regnantis,multũ ualere apud eum;qui temporalis Regni quondam gubernacula tenẽs,magis ꝓ æterno Regno ſemꝑ laborare,ac deꝑcari ſolebat. De quo fertur,quia à tempore matutinæ laudis ſæpius ad diem uſq; in 23 orationibus perſtiterit,atq; ob crebrũ morem orandi,ſiue gratias agendi Domino, ſemper ubicunq; ſederet, ſupinas ſuper genua ſua manus habere ſolitus ſit. Vulgatũ eſt hoc,& in conſuetudine prouerbij uerſum,quòd etiam inter uerba orationis uitam finierit. Nanq; cum armis & hoſtibus circunſeptus,iam iamq́; uideret,ſe eſſe perimendũ, orauit pro animabus exercitus ſui. Vnde dicunt in prouerbio: Deus miſerere animabus,dixit Oſuuald cadens in terra.

Quid dicis tu qui negas ſanctorũ animas eſſe in cœlo, uidere Deum, & orare pro nobis? Nõne tua hæc aſſertio uel hoc loco falſiſsima eſſe comprobatur?

23 *Quis poteſt orationibus detrahere niſi omnino infidelis, cum adeo eis inſteterit ſãcti amici Dei,& ſemper orare, ac nunquã deficere ſaluator ipſe præceperit?*

Oſſa illius translata,& condita ſunt in monaſterio,quod diximus. Porro caput,& manus cũ brachijs a corpore præciſas,iuſsit Rex,qui occiderat,in ſtipitibus ſuſpendi. Quò poſt annum deueniens cum exercitu ſucceſſor Regni eius Oſium, abſtulit ea, & caput quidem in cimiterio Lindisfarnenſis eccleſiæ;in regia uero ciuitate manus cum brachijs condidit.

Nec ſolum inclyti fama uiri Britanniæ fines luſtrauit uniuerſos,ſed etiã trans Oceanũ longe radia ſalutiferæ lucis ſpargens,Germaniæ ſimul et Hiberniæ partes attigit. Deniq; Reuerendiſsimus Antiſtes Acta ſolet referre,quòd cũ Romam uadens apud ſanctiſsimum Freſonum gentis Archiepiſcopũ nomine Vulbrordũ, cum ſuo Antiſtite Vilfrido moraretur, crebro eum audiuit,de mirandis reliquijs eiuſdem Reuerẽdiſsimi Regis,quæ ue in illa prouincia geſta fuerint,narrare. Sed & in Hibernia cũ presbyter adhuc peregrinam pro æterna patria duceret uitam, rumorem ſanctitatis eius in ea quoque inſula longe lateq́; iam percrebuiſſe ferebat. Cuius unum,quod inter alia retulit miraculum, præſenti noſtræ hiſtoriæ inſerendum creddimus.

Ex cap. 13. Tempore,inquit,mortalitatis, quæ Britanniã Hiberniamq́; Lata ſtrage uaſtauit, percuſſus eſt eiuſdem clade peſtis inter alios ſcholaſticos quidam de genere ſcotorũ,doctus quidem uir ſtudio literarum, ſed erga curam perpetuæ ſuæ ſaluationis nil omnino ſtudij & induſtriæ gerens, Qui cũ

ſe morti proximum uideret, timere cœpit, & pauere, ne mox mortuus ob merita ſcelerū ad inferni clauſtra raperetur. Clamauitq́ me cum eſſem in uicino poſitus, & inter ægra tremens ſuſpiria flebili uoce talia mecum que rebatur: Vides, inquit, quia iam creſcente corporis moleſtia ad articulum ſubeundæ mortis compellor. Nec dubito me poſt mortem corporis ſtatim ad perpetuam animæ mortē rapiendum, ac infernalibus ſubdendū eſſe tormentis; qui tempore non pauco inter ſtudiū diuinæ lectionis temporaliū potius implicamentis, quàm diuinis ſolebam ſeruire mandatis. Ineſt autem animo (ſi mihi piet as ſuperna aliqua uiuendi ſpatia donauerit) uitioſos mores corrigere, atq́ ad Imperiū diuinæ uoluntatis totam ex integro mentem uitamq́ transferre. Verum noui non hoc eſſe meriti mei, ut inducias uiuendi uel accipiam, uel me accepturum eſſe confidam, niſi forte miſero mihi, & indigno, ueniā 24 per auxiliū eorū, eorum qui illi fideliter ſeruierunt, propitiari dignatus fuerit. Audiuimus autem, & fama creberrima, quia fuerit in gente ueſtra Rex mirandæ ſanctitatis, uocabulo Oſuuald; cuius excellentia fidei & ueritatis, etiam poſt mortem uirtutum frequentium operatione claruerit. Precor igitur ſi aliquid reliquiarū illius penes te meritū habeas, afferas mihi, 25 ſi forte mihi Dominus per eius merita miſereri uoluerit. At ego reſpondi: Habeo 26 quidem de ligno, in quo caput eius occiſi à paganis infixū eſt. Et ſi firmo corde credideris, poteſt diuina pietas per tanti meritum uiri, & huius uitæ ſpatia longiora concedere, & ingreſſu te uitæ perennis dignum reddere. Nec moratus ille, integram ſe in hoc habere fidē reſpondebat. Tunc 27 benedixi aquā, & aſtulam roboris probati immittens, obtuli ægro potandam. Nec mora melius habere cœpit, & conualeſcens ab infirmitate, multo deinceps tempore uixit; totoq́ ad Deum corde & opere conuerſus, omnibus ubicunq́ perueniebat, clementiam pij conditoris, & fidelis eius famuli gloriam prædicabat. *Ex cap. 14*

24 *Ecce quomodo magnus peccator non audet ob culpas ſuas Deū immediate adire, ſed ad Mediatores ſanctos parat recurrere, prout & recurrit.*

25 *Si forte mihi dominus per eius merita miſereri uoluerit.*

26 *Vide rem mirabilem pauxillo ligni in quo caput Regis affixum fuit, in aquam benedictam impoſito, ſanatur ſcholaſticus a peſtilentia.*

27 *Beneducere aquā antiquiſsimus mos eſt in eccleſia.*

Translato ergo ad cœleſtia regna Oſuualdo, ſuſcepit Regni terreſtris ſedem pro eo frater eius Oſiuu, iuuenis triginta circiter annorum, & per annos uiginti ſeptem laborioſiſsime tenuit, impugnatus uidelicet ab ea, quæ fratrem occiderat, pagana gente Merciorum; & à filio quoque ſuo Alucfrido, necnon & à fratruo, id eſt fratris ſui, qui ante eum regnauit, filio Ediluaido.

Habuit autem Oſiuu primis ſui Regni temporibus conſortem Regiæ dignitatis uocabulo Oſuini, de ſtirpe Regis Eduini, hoc eſt filium Oſrici, uirum eximiæ pietatis & religionis, qui prouinciæ Deirorū ſex annis in maxima omniū rerum affluentia & ipſe amabilis omnibus præfuit. Sed nec cū eo ille, qui cæteram Tranſumbranæ gentis partem ab Aquilone, id eſt Bernicioꝝ prouinciam regebat, habere pacem potuit; quin potius ingraueſcentibus cauſis diſſenſionū, miſerrima hunc cæde peremit. Siquidem congregato contra inuicem exercitu, cum uideret ſe Oſuini cum illo qui plures habebat auxiliarios, non poſſe bello confligere, ratus eſt utilius, tunc dimiſſa intentione bellandi, ſeruare ſe ad tempora meliora. Remiſit ergo exercitū, quem congregauerat, ac ſingulos domū redire præcepit à loco qui uocatur Vilfares duum, id eſt mons Vilfari: & eſt à uico Cataractone decem ferme milibus paſſuū contra ſolſtitialem occaſum ſecretus. Diuertitq́ ipſe cū uno tantum milite ſuo fideliſsimo nomine condheri, ce-

landus in domo Comitis Hunualdi, quem etiam ipſum ſibi amiciſsimum autumabat. Sed heu proh dolor, longe aliter erat. Nam ab eodem comite proditũ eum Oſiuu cũ præfato ipſius milite, per præfectum ſuum Edilui num deteſtanda omnibus morte interfecit. Quod factũ eſt die tertiodeci mo Calendarũ Septembris, anno Regni eius nono, in loco qui dicitur In-
28 gethlingum: ubi poſtmodũ caſtigandi huius facinoris gratia monaſteriũ conſtructum eſt. In quo 28 pro utriuſq; Regis, & occiſi uidelicet, & eius qui occidere iuſsit, animæ redemptione quotidie Domino preces offerri deberent.

Ecce, quomodo preces domino oblatæ pro animabus defunctorũ, illis proſunt ad redẽptionem.

Erat autem Rex Oſuini & aſpectu uenuſtus, & ſtatura ſublimis, & affectu iocundus, & moribus ciuilis, & manu omnibus nobilibus ſimul, atq; ignobilibus largus. Vnde contigit, ut ob regiam eius, & animi, & uultus, & meritorũ dignitatem ab omnibus diligeretur; & undiq; ad eius miniſterium de cunctis prouincijs uiri etiam nobiliſsimi concurrerent. Qui inter cæteras uirtutis & modeſtiæ, & (ut ita dicam) ſpecialis benedictionis glorias, etiam maximæ fuiſſe fertur humilitatis; ut uno probauerim exemplo.

Donauerat equum optimũ epiſcopo Aidano, in quo ille, quamuis ambulare ſolitus, uel amniũ fluenta tranſire, uel ſi alia quælibet neceſsitas inſiſteret, uia pergere poſſet. Cui cũ paruo interiecto tempore pauper quidã occurreret, eleemoſynam petens, deſiliens ille præcepit, equum ita ut erat ſtratus regaliter, pauperi dari. Erat enim multũ miſericors, & cultor pauperum, ac uelut pater miſerorũ. Hoc cum Regi eſſet relatũ, dicebat epiſcopo, cũ forte ingreſſuri eſſent ad prandiũ: Quid uoluiſti, Domine Antiſtes, equum Regiũ, quem te conueniebat proprium habere, pauperi dare? Nũquid non habuimus equos uiliores plurimos, & alias ſpecies quæ ad pauperum dona ſufficerent, abſq; q illum ei equum dares, quem tibi ſpecialiter poſsidendum elegi? Cui ſtatim epiſcopus: Quid loqueris, inquit Rex? Num tibi charior eſt ille filius equi, quàm ille filius Dei? Quibus dictis, intrabant ad prandendum: & epiſcopus quidem reſidebat in ſuo loco.

Porrò Rex uenerat, & cœpit conſiſtens ad focũ calefieri cum miniſtris. Et repente inter calefacientes recordans uerbum, quod dixerat illi Antiſtes, diſcinxit ſe gladio ſuo, & dedit illum miniſtro, feſtinusq; accedens ante pedes epiſcopi corruit, poſtulans ut ſibi placatus eſſet, quia nunq;, inquit, deinceps aliquid loquar de hoc, aut iudicabo quid, uel quantũ de pecunia noſtra filijs Dei tribuas. Quod uidens epiſcopus multũ pertimuit, ac ſtatim exurgens, leuauit eum, promittens ſe multum illi eſſe placatum, dummodo ille reſidens ad epulas, triſtitiam deponeret. Dumq; Rex iubente ac poſtulante epiſcopo lætitiam reciperet, cœpit contra epiſcopus triſtis uſq; ad lachrymarũ profuſionem affici. Quem dum presbyter ſuus lingua patria, quam Rex & domeſtici eius non nouerant, quare lachrymaret, interrogaſſet: ſcio, inquit, q non multo tempore uicturus eſt Rex: nunquam enim uidi ante hac humilem Regem. Vnde animaduerto, citius illũ ex hac uita rapiendum. Non enim digna eſt hæc gens talem habere rectorem. Nec multo poſt dira Antiſtitis præſagia triſti Regis funere, de quo ſupra diximus, impleta ſunt. Sed & ipſe Antiſtes Aidam non plus quàm duodecim poſt occiſionem Regis, quem amabat, dies, ideſt pridie Calendas Septembris, de ſeculo ablatus, perpetua laborum ſuorum à Domino præmia recepit.

Qui

Ex cap. 15.

Qui cuius meriti fuerit etiã miraculorũ ſignis internus arbiter edocuit. E quibus tria memoriæ cauſa, ponere ſatis eſt. Presbyter quidam nomine Vtta, multæ grauitatis ac ueritatis uir, & ob id omnibus, etiam ipſis principibus ſeculi honorabilis, cũ mitteretur Cantuam ob adducendam inde coniugem Regi Oſuu, filiam uidelicet Eduini Regis Eanfledam, quæ occiſo patre illuc fuerat a dducta: qui terreſtri, quidem itinere illo uenire, ſed nauigio cũ uirgine redire diſponebat; acceſsit ad epiſcopum Aidanũ, obſecrans eum, p ro ſe ſuiſq́, qui tunc iter erant aggreſſuri, Domino ſupplicare; Qui benedicens 29 illos, ac Domino commendans, dedit etiam oleũ 30 ſanctificatum, ſcio, inquiens, quia ubi nauem aſcẽderitis, tempeſtas uobis & uentus contrarius ſuperueniet. Sed tu memento hoc oleũ, quod tibi do, ut mittas in mare: & ſtatim quieſcentibus uentis ſerenitas magna uos lęta proſequetur. Arrepto deſiderato itinere, donũ retinet: & cuncta ut prædixerat Antiſtes, ex ordine completa ſunt. Et quidem in primis furentibus undis pelagi, tentabant nautæ, anchoris in mare miſsis, nauem retinere, necq́ hoc agentes aliquid proficiebant. Cumq́ mergẽtibus undiq́, & implere incipientibus nauem fluctibus, mortem ſibi omnes imminere, & iam iamq́ adeſſe uiderent. Tandem presbyter reminiſcens uerba Antiſtitis, aſſumpta ampulla, miſit de oleo in pontum, & ſtatim, ut prædictũ erat, ſuo quieuit à feruore. Sicq́ factum eſt, ut uir Dei per prophetiæ ſpiritum tempeſtatem prædixerit futuram, et per uirtutem eiuſdẽ ſpiritus hanc exortam, quamuis corporaliter abſens ſopiuerit, Cuius ordinem miraculi non quilibet dubius relator, ſed fideliſsimus mihi noſtræ eccleſiæ presbyter Cinimund uocabulo narrauit, q ſe hoc ab ipſo Vtta pſbytero, in quo & per quem completum eſt, audiſſe perhibebat.

29 Epiſcoporum eſt ſemper alijs benedicere.

30 Habes ex hoc loco benedictiones rerum licitas eſſe, et antiquis quoque patribus in uſu fuiſſe, ac gratas Deo exiſtere. In cuius ſignũ, mira quandoque p eaſdem creaturas benedictas operari ſolet, ut hic contigit.

Ex cap. 16.

Aliud eiuſdem patris memorabile miraculũ fuerunt multi qui noſſe potuerunt: Nam tempore epiſcopatus eius hoſtilis Merciorum exercitus, Penda Duce, Nordanhimbrorũ regiones impia clade longe, lateq́ deuaſtans, peruenit ad urbem uſq́ Regiam, quæ ex Bebbe quondam Reginæ uocabulo cognominatur, eamq́, cum neq́ armis neque obſidione capere poſſet, flammis abſumere conatus eſt. Diſceſsitq́, & uehiculis quę in uicinia urbis inuenit, aduexit illo plurimam congeriem trabium, tignorũ, parietum uirgeorum, & tecti æenei, & his urbem in magna altitudine circundedit à parte quæ terræ eſt contigua. Et dum uentum opportunum cerneret, illato igne comburere urbem uiſus eſt. Quo tẽpore Reuerendiſsimus Antiſtes Aidan in inſula Farne, quæ duobus fermè milibus paſſuum ab urbe procul habetur, morabatur. Illo enim ſæpius ſecretæ orationis, & ſilentij cauſa ſecedere conſueuerat. Deniq́ uſq́ hodie locum ſedis illius ſolitariæ in eadem inſula ſolent oſtendere. Qui cum uentis furentibus globum ignis, ac fumum ſupra muros urbis exhalare conſpiceret, fertur 31 eleuatis ad cœlum oculis manibuſq́ cũ lachrymis dixiſſe: Vide Domine, quanta mala facit Penda. Quo dicto, ſtatim mutati ab urbe uẽti, in eos qui accenderant, flammarum incendia retorſerunt: ita ut aliqui læſi, omnes territi, pugnare ultra urbem ceſſarent, quã diuinitus iuuari cognouerant.

31 Vide orationem ſancti cum oculorum & manuum ad cœlum extenſione, necnõ & cum lachrymis, ac illius exauditionem.

Ex cap. 17.

Hunc cum dies mortis egredi è corpore cogeret, completis annis epiſcopatus ſui decẽ & ſeptem, erat in illa Regia non longe ab urbe, de qua præfati ſumus. In hac enim habens eccleſiam & cubiculum, ſæpius ibidẽ diuerti, ac manere, atq́ inde ad prædicandum circumquaq́ conſueuerat

exire. Quod ipſum & in aliis uillis Regiis facere ſolebat, utpote nihil proprix poſſeſsionis, excepta eccleſia ſua, et adiacentibus agellis habens. Tetenderunt ergo ei ægrotanti tentorium ad occidentalem eccleſiæ partē, ita ut ipſum tentorium parieti hæreret eccleſiæ. Vnde factum eſt, ut acclinis deſtinæ, quæ extrinſecus eccleſiæ pro munimine erat appoſita, ſpiritū uitæ exhalaret ultimum. Obiit autem decimoſeptimo epiſcopatus ſui anno, pridie Calendas Septembris. Cuius corpus mox inde translatum ad inſulam Lindisfarnenſium, atq; in cimiterio fratrum ſepultum eſt.

32 *Oſſa ſancti epiſcopi tranſlata ſunt in eccleſiam principis apoſtolorum, atque ad dexterā altaris iuxta uenerationem tanto pontifici dignā condita.*

At interiecto tempore aliquanto, cùm fabricata eſſet ibi baſilica maior, atq; in honorem beatiſsimi Apoſtolorum Principis dedicata, illo 32 oſſa eius tranſlata, atq; ad dexteram eius altaris, iuxta uenerationem tanto Pontifici dignam condita ſunt. Succeſsit uero ei in epiſcopatu ſinan, & ille ipſe ab Huſcotorum Inſula ac monaſterio deſtinatus, ac tempore nō pauco in epiſcopatu permanſit.

Contigit autē poſt aliquot annos, ut Penda Merciorum Rex cum hoſtili exercitu hæc in loca perueniens, cum cuncta quæ poterat, ferro, flammaq; perderet, uicusq; ille, in quo Antiſtes obiit, una cum eccleſia memorata flammis abſumeretur, nihilominus mirum in modum ſola illa deſtina, cui incumbens obiit, ab ignibus circum cuncta uorantibus abſumi nō potuit. Quo clareſcente miraculo, mox ibidem eccleſia reſtaurata; & hęc eadem deſtina in monumentum eſt parietis, ut ante fuerat, forinſecus appoſita. Ruſumq; peracto tempore aliquanto, euenit per culpam incuriæ, uicum eundem, & ipſam pariter eccleſiam ignibus conſumi: Sed nec tunc quidem eandem tangere flamma deſtinam ualebat. Et cum magno utiq; miraculo ipſa eius foramina ingrediens, quibus ædificio erat affixa, perderet, ipſam tamen lædere nullatenus ſinebat. Vnde tertia ædificata ibi eccleſia, deſtinam illam non ut antea de foris inſulcimentū domus appoſuerunt, ſed intro ipſam eccleſiam in memoriā miraculi poſuerunt: ubi intrantes genuflectere, ac miſericordiæ cœleſti ſupplicare deberent. Conſtatq; 33 multos ex eo tempore gratiam ſanitatis in eodem loco conſequutos; quinetiam aſtulis ex ipſa deſtina exciſſis, & in aquam miſsis, plures ſibi ſuisq; languorum remedia conquiſiere.

33 *Et hic habes, res exteras ſanctorum uenerandus eſſe, et gratiarum beneficia præſtare, uel ipſis hæreticis inuitis.*

Scripſi hæc de perſona & operibus uiri præfati, nequaquam in eo laudans, aut eligens hoc, quod de obſeruantia paſchæ minus perfecte ſapiebat, immo hoc multum deteſtans, ſicut in libro, quem de temporibus cōpoſui, manifeſtiſsime probaui. Sed quaſi uerax hiſtoricus ſeptempliciter ea quæ de illo ſiue per illum ſunt geſta deſcribens, & quæ laude ſunt digna, in eius actibus laudans, ad utilitatem legentium memoriæ commendaui: ſtudium uidelicet pacis & charitatis; continentiæ & humilitatis, animū iræ & auaritiæ uictorem, ſuperbiæ ſimul & uanægloriæ contemptorem; induſtriam 34 faciendi ſimul & docendi mandata cœleſtia; ſolertiam lectionis & uigiliarum; auctoritatem ſacerdoti dignam redarguendi ſuperbos, ac potentes; pariter infirmos conſolandi ac pauperes recreandi, uel defendendi clementiam. Qui (ut breuiter multa comprehendam) quātum ab eis, qui illum nouere, didicimus, nil ex omnibus, quæ in euangelicis, ſiue Apoſtolicis, ſiue propheticis literis facienda cognouerat, prætermiſit; ſed cuncta pro ſuis uiribus, operibusq; explere curauit.

34 *Induſtriam faciendi ſimul & docendi mādata cœleſtia. Nempe quia qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Et dominus*

Hæc in præfato Antiſtite multum amplector, & amo, quia nimirum

hæc Deo placuiſſe non ambigo. Quod autem paſcha nō ſuo tempore obſeruabat, uel canonicum eius tempus ignorans, uel ſuæ gentis authoritate, ne agnitum ſequeretur, deuictus, non approbo, nec laudo. In quo tamē hoc approbo, quia in celebratione ſui paſchæ non aliud corde tenebat, uenerabatur, & prædicabat, quam quod nos, ideſt redemptionem generis humani per paſsionem, reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlos mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti. Vnde & hanc non, ut quidam falſo opinantur, quartadecima luna in qualibet feria cum Iudæis, ſed die dominica ſemper agebat à luna quartadecima uſq; ad uigeſimam, propter fidem uidelicet Dominicæ Reſurrectionis; quam una ſabbati factam propter ſpem noſtræ reſurrectionis, eadem una ſabbati quæ nunc Dominica dies dicitur, ueraciter futuram ſancta eccleſia credebat.

ipſe prius cœpit facere, poſtea docere.

VITA BEATÆ EARTONGOTÆ DEO dicatæ Virginis Anglicanæ per Venerabilem Bedam Presbyterum Scripta.

Habetur libro tertio hiſtoriæ eccleſiaſticæ eiuſdem capite 8.

ANno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo quadrageſimo, Eadbald Rex Cantuariorum trāſiens ab hac uita, Earcomberechto filio Regni gubernacula reliquit. Quę ille ſuſcepta uigintiquatuor annis, & aliquot menſibus nobiliſsime tenuit. Hic primus Regum Anglorum in toto Regno ſuo idola reliquit, ac deſtruxit; ſimul et ieiunium 1 quadraginta dierum obſeruari principali authoritate pręcepit. Quod ne facile a quopiam poſſet contemni, in transgreſſores dignas & competentes punitiones propoſuit.

2 Cuius filia Eartongota, ut condigna parenti ſoboles magnarū fuit uirgo uirtutum, ſeruiens Deo in monaſterio, quod in regione Francorū conſtructum eſt ab Abbatiſsa nobiliſsima uocabolo Fara, in loco qui dicitur Brige. Nam eo tempore, necdum multis in regione Anglorum monaſterijs conſtructis, multi de Britannia monachicæ conuerſationis gratia Frācorum uel Galliarum monaſteria adire ſolebant, ſed & 2 filias ſuas eiſdem erudiendas, ac ſponſo cœleſti copulādas mittebant, maxime in Brige, & in Cale, & in Andilegum monaſterio. Inter quos erat Sethrit filia uxoris Annæ Regis Orientalium Anglorum, & filia naturalis eiuſdē Regis, Edilberg. Quæ utraq; cum eſſet peregrina, præ merito uirtutum, eiuſdem monaſterij Brigenſis Abbatiſſa eſt conſtituta. Cuius Regis filia maior Sexburg, uxor Earcomberechti Regis Cantuariorum, habuit filiam Eartongotam, de qua ſumus dicturi. Huius autem Virginis Deo dicatæ multa quidem ab incolis loci illius ſolent opera uirtutum, & ſigna miraculorum uſque hodie narrari. Verum nos de tranſitu tantum illius, quo cęleſtia Regna petijt, aliquid breuiter dicere ſufficiat.

1 *Ecce quomodo in principio acceptæ fidei rex Quadrageſimale ieiunium præcipit, quoniam illud ſemp fuit in maxima obſeruantia apud eccleſiam.*

2 *Vide quomodo antiqui patres in monaſterijs uirginū filias ſuas erudiri, ut cœleſti ſpōſo copularentur procurabant.*

Imminente ergo die ſuæ uocationis, cœpit circumire in monaſterio caſulas infirmarum Chriſti famularum, earumq; maxime, quæ uel ætate prouecta, uel probitate erant morum inſigniores, quarum ſe omnium precibus humiliter commendans, obitum proxime ſuum, quem reuelatione didicerat, non celabat eſſe futurum. Quam uidelicet reuelationem huiuſmodi eſſe perhibebat: uidiſſe ſeſe Albatorum cateruam hominum idem monaſterium intrare, hosq; à ſe interrogatos quid quęrerent, aut quid ibi uel

lent reſpondiſſe, quod ob hoc illo fuerint deſtinati, ut aureum illud numiſma, quod eo de Cantua uenerat, ſecum aſſumerent.

Ipſa autem nocte, in cuius ultima parte, ideſt incipiente aurora, præſentis mundi tenebras illa tranſiens, ſupernam migrauit ad lucem, multi de fratribus eiuſdem monaſterij, qui alijs erant in ædibus, iam manifeſte ſe concentes Angelorum pſallentium audiſſe referebant; ſed & ſonitũ quaſi plurimæ multitudinis domum ingredientis. Vnde mox egreſsi dinoſcere

3 quid eſſet, uiderunt lucem cœlitus emiſſam fuiſſe permaximam, 3 quæ ſanctam illam animam carnis uinculis abſolutam, ad æterna patriæ cœleſtis gaudia ducebat. Addunt & alia, quæ in ipſa nocte in monaſterio eodem diuinitus fuerint oſtenſa miracula. Sed hęc nos ad alia tendentes ſuis narrare permittimus.

Lux permaxima animam illam ad æterna patriæ cœleſtis gaudia ducebat.

4 Sepultum eſt autem corpus uenerabile uirginis & ſponſæ Chriſti in 4 eccleſia beati protomartyris Stephani. Placuitq; poſt diem tertium, ut lapis, quo monumentũ tegebatur, amoueretur, & altius in ipſo loco reponeretur. Quod dum fieret, tantæ flagrantię ſuauitas ab imis ebulliuit, ut cunctis qui aſtabant fratribus, & ſororibus, quaſi opobalſami cellaria eſſe uiderent aperta.

Vides quod defunctorum Chriſtianorũ corpora in ſanctorum baſilicis ſepeliuntur, & non extra oppida in campo ut hodie ſepeliunt hæretici?

Sed & matertera eius, de qua diximus, Edilberg, & ipſa 5 deo dilectam perpetuę uirginitatis gloriam in magna corporis continentia ſeruauit; quę cuius eſſet uirtutis, magis poſt mortem claruit. Cum enim eſſet

5 Abbatiſſa, cœpit facere in monaſterio ſuo eccleſiam in honorem omniũ Apoſtolorũ, in qua ſuum corpus ſepeliri cupiebat. Sed cum opus idem ad mediũ fermè eſſet perductũ, illa ne hoc perficeret, morte pręerepta eſt; & in ipſo eccleſię loco, ubi deſiderabat, condita. Poſt cuius mortẽ fratribus alia magis curantibus intermiſſum eſt hoc ędificiũ annis ſeptem, quibus completis, ſtatuerunt ob nimietatem laboris, huius ſtructuram funditus relinquere; oſſa uero Abbatiſſę illę de loco eleuata in eccleſiam, quę eſſet perfecto, ac dedicata, transferri. Et aperientes ſepulchrũ eius, ita intemeratum corpus inuenere, ut a corruptione concupiſcentię carnalis erat immune. Et ita denuo lotum, atq; alijs ueſtibus indutum, tranſtulerunt illud in eccleſiam beati Stephani martyris. Cuius uidelicet natalis ibi ſolet in magna gloria celebrari die Nonarum Iuliarum.

Quid dicis hæretice? Eſt ne impoſsibile carnis uirginitatem ſeruare? At quomodo ſeruauit eam ſãcta hæc mulier?

VITA BEATI FVRSEI SERVI DEI PER VENERABILEM BEDAM PRESBYTERUM ſcripta.

Habetur libro tertio eccleſiaſticæ hiſtoriæ Anglicanæ eiuſdẽ capite 18. & 19.

REgno Oriẽtalium Anglorum poſt Eurpuualdum Redualdi ſucceſſorem, Sigberecht frater eius præfuit, homo bonus, ac religioſus: qui dudum in Gallia, dum inimicitias Redualdi fugiens exularet, lauacrum baptiſmi percepit: & patriã reuerſus, ubi Regno potitus eſt, mox ea, quę in Gallijs bene diſpoſita uidit, imitari cupiens, inſtituit ſcholam, in qua pueri literis erudirentur, iuuante ſe epiſcopo felice, quem de Cantua acceperat, eisq; pedagogos ac magiſtros iuxta morem Cantuariorũ prębente. Tantumq; Rex ille cœleſtis Regni amator factus eſt, ut ad ultimũ relictis Regni negocijs, & cognato ſuo Egrice commendatis, qui & antea partem eiuſdem Regni tenebat, intraret monaſterium quod ſibi fecerat, atq; accepta ſibi tonſura, pro ęterno magis Regno militare curaret.

Quod dum multo tempore faceret, contigit gentem Merciorum ducē Rege penda, aduerſus Orientales Anglos in bellū procedere. Qui dum ſe inferiores in bello hoſtibus conſpicerent, rogauerunt Sigberechtum ad confirmandū milites ſecum uenire in pręlium. Illo nolente ac contradicente, inuitum de monaſterio eruentes duxerunt in certamen, ſperantes minus animos militū trepidare, minusq́; præſente duce quondam ſtrenuiſſimo, & eximio, poſſe de fuga meditari. Sed ipſe profeſsionis ſuę non immemor, dum opimo eſſet uallatus exercitu, non niſi uirgam tamen habere in manu uoluit. Occiſusq́; eſt unà cū Rege Egrice, & cunctus eoꝝ inſiſtentibus paganis cęſus ſiue diſperſus exercitus. Succeſſor autem Regni illorū factus eſt Anna filius Eni de regio genere, uir optimus, atq; optimæ genitor ſobolis. Qui & ipſe poſtea ab eodem pagano Merciorum duce, à quo & prędeceſſores eius, occiſus eſt.

Verum dum adhuc Sigberecht Regni infulas teneret, ſuperuenit de Hibernia uir ſanctus nomine Furſeus, uerbo & actibus clarus, & egregijs inſignis uirtutibus, cupiens pro Domino, ubicunq; ſibi opportunū inueniret, peregrinam ducere uitam. Qui cū ad prouinciam Orientalium perueniſſet Angloꝝ, ſuſceptus eſt honorifice à Rege pręfato, & ſolitū ſibi opus euangelizandi exequens, multos & exemplo uirtutis, & incitamento ſermonis, uel incredulos ad Chriſtū conuertit, uel etiam credentes amplius in fide atq; amore Chriſti confirmauit. Vbi quadam infirmitate corporis arreptus, Angelica uiſione perfruī, in qua admonitus eſt, cœpto uerbi miniſterio ſedulus inſiſtere, uigilijsq́; conſuetis & orationibus indefeſſus incumbere, eo quod certus ſibi exitus, ſed incerta eiuſdem exitus hora futura, dicente Domino: uigilate itaq;, quia neſcitis diem neq; horam. Qua uiſione confirmatus, curauit locū monaſterij, quem à pręfato Rege Sigberechto acceperat, uelociſsime conſtruere, ac regularibus inſtituere diſciplinis. Erat autem monaſteriū ſyluaꝝ & maris uicinitate amœnum, conſtructū in caſtro quodam, quod lingua Anglorū Cnobhersburg, id eſt urbs Cnobheri uocatur. Quod deinde Rex prouincię Anna, ac nobiles quique auguſtioribus ędificijs ac donarijs adornauerunt. Erat autem uir ille de nobiliſsimo genere ſcotoꝝ; ſed longe animo nobilior, quàm carne. Ab ipſo tempore pueritię ſuę curam non modicam lectionibus ſacris, ſimul et monaſtericis exhibebat diſciplinis, & quod maxime ſanctos decet, cunctaq́; agenda didicerat, ſolicitus agere curabat. Quid multa? Procedente tēpore, & ipſe ſibi monaſteriū, in quo liberius cœleſtibꝰ ſtudijs uacaret, conſtruxit. Vbi correptus infirmitate, ſicut libellus de uita eius conſcriptus ſufficienter edocet, raptus eſt e corpore, & a ueſpera uſq; ad gallicantum corpore exutus, Angelicoꝝ agminum & aſpectus intueri, & laudes beatos meruit audire. Referre autē erat ſolitus, quòd aperte eos inter alia reſonare audiret: Ibunt ſancti de uirtute in uirtutem. Et iterum: Videbitur Deus deorum in Sion.

Qui reductus in corpore, & die tertia rurſum eductus, uidit non ſolum maiora beatorū gaudia, ſed & maxima malignoꝝ ſpirituum certamina, qui crebris accuſationibus improbi iter illi cœleſte interdicere contendebant. Nec tamen proregentibus eum Angelis quicquā proficiebant. De quibus omnibus ſi qui plenius ſcire uult, id eſt quanta fraudis ſolertia dæmones, & actus eius, & uerba ſuperflua, & ipſas etiam cogitationes qua

ſt in libro deſcriptas,replicauerint; quę ab Angelis,ſanctisq́; ac uiris iuſtis ſibi inter Angelos apparentibus lęta uel triſtia cognouerit,legat ipſum,de quo dixi,libellũ uitę eius,et multũ ex illo(ut reor)profectus ſpiritales accipiet.In quibus tamen unum eſt, quod & nos in hac hiſtoria ponere multis commodum duximus.

Cum ergo in altũ eſſet elatus,iuſſus eſt ab Angelis, qui eum ducebãt, reſpicere in mundũ. At ille oculos in inferiora deflectens, uidit quaſi uallẽ tenebroſam ſubtus ſe in imo poſitam: uidit & quatuor ignes in aëre non multo ab inuicem ſpatio diſtantes. Et interrogans Angelos qui eſſent hi ignes,audiuit hos eſſe ignes,qui mundũ ſuccendentes eſſent conſumpturi. Vnum mendacij, cum hoc,quod in baptiſmo abrenunciare nos ſathanæ, & omnibus operibus eius promiſim⁹, minime implemus. Alterũ cupiditatis,cum mundi diuitias amori cœleſtium prępon1mus. Tertium diſſenſionis, cũ animas proximoꝝ etiam in ſuperuacaneis rebus offendere non formidamus. Quartũ impietatis,cum infirmiores ſpoliare, & eis fraudem facere pro nihilo ducimus. Creſcentes uero paulatim ignes uſq; ad inuicẽ ſeſe extenderunt,atq; in immenſum adunatę ſunt flammę. Cumq́; appropinquaſſent,pertimeſcens ille dicit Angelo: Domine ignis mihi appropinquat. At ille: Quod non incendiſti,inquit,non ardebit te. Nam etſi terribilis iſte ac grandis eſſe rogus uidetur,tamen iuxta merita operum,ſingulos examinat,quia uniuſcuiuſq; cupiditas in hoc igne ardebit. Sicut enim quis ardet in corpore per illicitam uoluptatem,ita ſolutus corpore ardebit per debitam pœnam.

Tunc uidit unũ de tribus Angelis,qui ſibi in tota utraq; uiſione ductores affuerunt,pręcedentem ignes,flammas diuidere; & duos ab utroq; latere circumuolantes ab igniũ ſe periculo defendere. Vidit autem & dęmones per ignem uolantes, incendia belloꝝ contra iuſtos ſtruere. Sequuntur aduerſus ipſum accuſationes malignorũ ſpirituũ; bonorum copioſior cęleſtium agminũ uiſio; ſed & uirorũ de ſua natione ſanctoꝝ, quos olim ſacerdotij gradu non ignobiliter potitos, fama iam uulgante, perceperat, a quibus non pauca quę uel ipſi,uel omnibus qui audire uellent,ſalubria eſſent,audiuit. Qui cũ uerba finiſſent, & cũ Angelicis ſpiritibus ipſi quoq; ad cœlos rediret,remanſerunt cũ beato Furſeo tres Angeli,de quibus diximus,qui eum ad corpus referrent. Cumq́; pręfato igni maximo appropinquaret, diuiſit quidem Angelus ſicut prius ignem flammę: ſed uir Dei ubi ad patefactam inter flammas ianuam peruenit, arripientes immundi ſpiritus unũ de eis,quos in ignibus torrebant,iactauerunt in eum, & contingentes humerũ maxillamq́; eius incenderunt. Cognouitq́; hominem,et quę ueſtimenta eius morientis acceperit,ad memoriam reduxit. Quẽ Angelus ſanctus ſtatim apprehendens,in ignem reiecit. Dicebatq́; hoſtis malignus: Nolite repellere quem ante ſuſcepiſtis; nam ſicut bona eius peccatoris ſuſcepiſtis, ita & de pœnis eius participes eſſe debetis. Contradicẽs Angelus: Non,inquit,propter auaritiam,ſed propter ſaluandam eius animam ſuſcepit. Ceſſauitq́; ignis. Et conuerſus ad eum Angelus: quod incendiſti,inquit,hoc arſit in te. Si enim uiri in peccatis ſuis mortui pecuniam non accepiſſes, nec pœna eius in te arderet. Et plura loquutus, quid erga ſalutem eorum, qui pœniterent, eſſet agendum, ſalubri ſermone edocuit.

Qui poſtmodum in corpore reſtitutus, omni uitæ ſuæ tempore ſignum

incendij, quod in anima pertulit, uiſibile cunctis in humero maxillaq; portauit: mirumq; in modum, quod anima in occulto paſſa eſt, caro palàm præmonſtrabat. Curabat autem ſemper, ſicut & antea conſueuerat, omnibus opus uirtutũ, & exemplis oſtendere, & prædicare ſermonibus. Ordinem autem uiſionũ ſuarum illis ſolummodo, qui propter deſideriũ cõpunctionis interrogabant, exponere uolebat. Supereſt adhuc quidam frater ſenior monaſterij noſtri, qui narrare ſolet, dixiſſe ſibi quendam multũ ueracem, ac religioſum hominem, quod ipſum Furſeum uiderit in prouincia orientalium Angloꝝ, illaſq; uiſiones ex ipſius ore audierit; adijciens, quia tempus hiemis fuerit acerrimũ, & glacie conſtrictum, cũ ſedens in tenui ueſte uir iſte inter dicendum, propter magnitudinem memorati timoris, uel ſuauitatis, quaſi in mediç æſtatis caumate ſudauerit.

Cum ergo (ut ad ſuperiora redeamus) multis annis in Scotia uerbum Dei omnibus annuncians, tumultus irruentiũ turbarum non facile ferret, relictis omnibus, quæ habere uidebatur, ab ipſa quoq; Inſula ad patriam diſceſsit. Et paucis cum fratribus per Britones in prouinciã Angloꝝ deuenit, ibiq; prædicans uerbum, ut diximus, monaſteriũ nobile conſtruxit. Quibus rite geſtis, cupiẽs ſe ab omnibus ſeculi huius, & ipſius quoq; monaſterij negocijs alienare, reliquit monaſterium, & animaꝝ curam fratri ſuo Fallano, & presbyteris Golbano & Dicullo; & ipſe ab omnibus mũdi rebus liber, in anachoretica conuerſatione uitam finire diſpoſuit. Habuit alterũ fratrem uocabulo Vltanum, qui de monaſterij probatione diuturna ad eremiticam uitam peruenerat. Hunc ergo ſolũ petens, 1 annum totum cũ eo in continentia, & orationibus, in quotidianis manuũ uixit laboribus. Dein turbatam incurſione gentiliũ prouinciam uidens, & monaſterij quoq; periculum imminere præuidẽs, dimiſsis ordinate omnibus, nauigauit Galliam, ibiq; à Rege Francoꝝ Hlodoũ uel patricio Herconualdo honorificè ſuſceptus, monaſteriũ conſtruxit in loco latimaco nominato. At non multo poſt infirmitate correptus diem clauſit ultimum.

1 *Vixit cum fratre annum totum in continẽtia, orationibus, et quotidianis manuum laboribus.*

Cuius corpus idem Herconualdus patritius accipiens, ſeruauit in porticu quodam eccleſiæ, quã in uilla ſua, cui nomen erat Peroma, faciebat, donec ipſa eccleſia dedicaretur. Quod cũ poſt dies uigintiſeptem eſſet factum, & corpus ipſum de porticu ablatum, prope altare eſſet reconden dum, inuentũ eſt ita illæſum, ac ſi eadem hora de hac luce fuiſſet egreſſus. Sed & poſt annos quatuor, conſtructa domuncula cultiori receptui corporis eiuſdem ad Orientem altaris, adhuc ſine macula corruptionis inuẽtum, ibidem digno cũ honore translatum eſt. Vbi 2 merita illius multis ſæpe conſtat, Deo operante claruiſſe uirtutibus. Hæc & de corporis eius incorruptione breuiter attigimus, ut quanta eſſet uiri ſublimitas, legentibus notius exiſteret. Quæ cuncta in libello eius ſufficientius, ſed & de alijs commilitonibus ipſius, quiſquis legerit, inueniet.

2 *Merita ſancti conſtat deo operante multis claruiſſe uirtutibus, ubi corpus illius humatum eſt.*

VITA BEATI CEDD ORIENTALIVM SAXONUM Anglorum epiſcopi, per uenerabilem Bedam Presbyterum ſcripta.

Habetur libro 3. eccleſiaſticæ hiſtor. anglicanæ eiuſdem capite 21. 22. & 23.

MIldiengli, ideſt mediterranei Angli, ſub Principe Penda filio Regis Pendan, fidem & ſacramenta ueritatis perceperunt. Qui cum eſſet iuuenis optimus, ac Regis nomine, ac perſona digniſsimus,

prælatus eſt à Patre Regno gentis illius. Venitq́; ad Regem Nordanhimbrorum Oſiuu, poſtulans filiam eius Aluchflendam ſibi coniugem dari: necq; aliter quod petebat, impetrare potuit, niſi fidem Chriſti ac Baptiſma cũ gente, cui præerat, acciperet, perſuaſus maxime ad percipiendam fidem à filio Regis Oſiuu nomine Aluchfredo, qui erat cognatus & amicus eius, habens ſororem ipſius coniugem uocabulo Cimburgam, filiam Pendam Regis.

Baptizatus eſt ergo à Sinano epiſcopo cũ omnibus qui ſecum uenerant, comitibus, ac militibus, eorumq; famulis uniuerſis in uico Regis illuſtri, qui uocatur ad murũ. Et arreptis quatuor presbyteris, qui ad docendam baptizandamq; gentem illius, & eruditione & uita uidebantur idonei, multo cũ gaudio reuerſus eſt. Erant autem presbyteri Cedda, & Adda, & Betti, & Diurna: quorũ ultimus natione Scotus, cæteri fuere de Anglis. Adda autem erat frater Vttam presbyteri illuſtris, & Abbatis monaſterij, quod uocatur Capręcaput.

Venientes igitur in prouinciam memorati ſacerdotes cũ principe, prędicabant uerbum, & libenter auditi ſunt. Multiq; quotidie & nobiliũ & infimorum, abrenunciata ſorde idolatriæ, fidei ſunt fonte abluti. Nec prohibuit Penda Rex, quin etiam in ſua, hoc eſt Merciorũ natione, uerbum, ſi qui uellent audire, prædicaret: quin potius odio habebat & deſpiciebat eos, quos 1 fide Chriſti imbutos, opera fidei non habere deprehendit, dicens contemnendos eſſe eos, & miſeros, qui Deo ſuo, in quem crederent, obedire contemnerent. Cœpta ſunt hæc biennio ante mortem Pendan Regis.

1 Heus tu qui fidem ſolam ſufficere ad ſalutem contendis operibus fides neglectis, uide quõ hæc tua falſa aſſertio hic proſternatur & cõculcetur.

Ipſo autem occiſo, cũ Oſiuu Rex Chriſtianiſsimus Regnum eius acciperet, factus eſt Diurna unus ex prędictis quatuor ſacerdotibus epiſcopus Mediterraneorũ Anglorum, ſimul & Merciorũ à Sinano epiſcopo. Paucitas enim ſacerdotum cogebat unum Antiſtitem duobus populis præfici. Qui cũ paulo ſub tempore non paucam Domino plebem acquiſiſſet, defunctus eſt apud mediterraneos Anglos, in regione, quæ uocatur Infeppingum. Suſcepitq; pro illo epiſcopatũ Collach, & ipſe de natione ſcotorum. Qui non multo poſt epiſcopatu relicto, reuerſus eſt ad Inſulam Hu, ubi plurimorũ caput & arcem ſcoti habuere Cœnobiorum; ſuccedente illi in epiſcopatum Thrumbere uiro religioſo, & monachica uita inſtituto, natione quidem Anglo, ſed à ſcotis ordinato epiſcopo. Quod temporib' Vulfheri Regis factum eſt.

Eo tempore etiam Orientales Saxones fidẽ, quam olim, expulſo Mellito Antiſtitẽ, abiecerant, inſtantia Regis Oſiuu receperunt. Erat enim rex eiuſdem gentis Sigberecht, qui poſt Sigberechtum cognomento paruũ, regnauit, amicus eiuſdem Oſiuu Regis. Quem, cum frequenter ad eum in prouinciam Nordanhimbrorũ ueniret, ſolebat eum hortari ad intelligendum, Deos eſſe non poſſe, qui hominũ manibus facti eſſent, Dei creandi materiam lignũ, uel lapidem eſſe non poſſe, quorũ reciſuræ uel igni abſumerentur, uel in uaſa quælibet humani uſus formarentur, uel certe deſpectui habitæ foras proijcerentur, & pedibus conculcarentur, ac in terram uerterentur: Deũ potius intelligendum, maieſtate incomprehenſibilem, humanis oculis inuiſibilem, omnipotentem & æternũ, qui cœlum & terram, & humanũ genus creaſſet, non in uili & caduco metallo, ſed in cœlis eſſe credendum

dendum: meritoq; intelligendũ, quia omnes qui uoluntatem eius, à quo creati ſunt, diſcerent & facerent, æterna ab illo præmia eſſent percepturi.

Hęc & huiuſmodi multa cum rex Oſiuu regi Sigberechto amicabili et quaſi fraterno conſilio ſæpe inculcaret, tandem iuuante amicorũ conſenſu credidit; & facto cũ ſuis conſilio cum exhortatione, fauentibus, cunctis, et annuentibus fidei, baptizatus eſt cũ eis a Sinano epiſcopo in uilla regia, quæ cognominatur ad murum. eſt autem iuxta murum, quo olim Romani Britanniam inſulam præcinxere, xij. milibus paſſuum à mari Orientali ſecreta.

Igitur Rex Sigberecht æterni Regis iam ciuis effectus, temporalis ſui Regni ſedem repetit, poſtulans ab Oſiuu Rege, ut aliquos ſibi doctores daret, qui gentem ſuã ad fidẽ Chriſti conuerterent, ac fonte ſalutari abluerent. At ille mittens ad prouinciam mediterraneorũ Anglorum, clamauit ad ſe uirum Dei Cedd; & dato illi ſocio altero quodam presbytero, miſit prędicare uerbum genti Orientaliũ Saxonum. Vbi cũ omnia perambulantes multam Domino eccleſiã congregaſſent, contigit quodam tẽpore eundem Cedd redire domũ, ac peruenire ad eccleſiam Lindisfarnẽſem propter colloquiũ Sinani epiſcopi, qui ubi proſperantem eum in ope euangelij comperijt, fecit eum epiſcopum in gentem Orientalium Saxonum uocatis 2 ad ſe in miniſterium ordinationis alijs duobus epiſcopis. 2

Qui accepto gradu epiſcopatus, redijt ad prouinciam, & maiore auctoritate cœptum opus explens, fecit 3 per loca eccleſias, 4 presbyteros, & diaconos ordinauit, qui ſe in uerbo fidei & miniſterio baptizandi adiuuarent, maxime in ciuitate, quæ lingua Saxonum Ithanceſtir appellatur. Sed & in illa, quæ Tibaburg cognominatur, quarum prior locus eſt in ripa Pente amnis, ſecundus in ripa Camenſis. In quibus collecto examine famulorũ Chriſti, diſciplinã uitæ regularis, inquantum rudes adhuc capere poterant erudiri docuit. Cumq; tempore non pauco in præfata prouincia, gaudente Rege, congaudente uniuerſo populo, uitæ cœleſtis inſtitutio quotidianum ſumeret augumentum, contigit ipſum Regem, inſtigante omnium bonorum inimico, propinquorum ſuorũ manu interfici.

Ecce quomodo ſemp ordinationes epiſcoporum ab uno epiſcopo celebratæ ſunt, alijs duobus epiſcopis aſſiſtentibus.

3 *Vide primum fidei ſignum poſt baptiſmũ acceptum, eccleſias ædificare.*

Erant autem duo Germani fratres, qui hoc facinus patrarunt: qui cum interrogarentur, cur hoc facerent, nil aliud reſpondere potuerunt, niſi ob hoc ſe iratos fuiſſe, & inimicos Regi, quod ille ſuis nimium parcere ſoleret inimicis, & factas ab eis iniurias mox obſecrantibus placida mente dimitteret. Talis erat culpa Regis, pro qua occideretur, quod euangelica præcepta deuoto corde ſeruaret; in quo cum morte eius innoxia, iuxta prædictum uiri Dei, uera eſt eius culpa punita. Habuerat enim unus ex his, qui eum occiderunt, comitibus illicitũ coniugium: quod cũ epiſcopus prohibere, & corrigere eũ non poſſet, A excõmunicauit eum, atq; omnibus q ſe audire uellent, præcepit, ne domũ eius intrarent, neq; de cibis illius acciperent. Contempſit autẽ Rex præceptum, & rogatus à comite, intrauit epulaturus domũ eius; qui cum abijſſet, obuiauit ei Antiſtes. At Rex intuens eũ, mox tremefactus 5 deſiliuit equo, ceciditq; ante pedes eius, ueniam reatus poſtulans: Nam & epiſcopus pariter deſiliuit; ſederat enim & ipſe in equo. Iratus autẽ tetigit Regem iacentem uirga, quam tenebat manu, & pontificali authoritate proteſtans: Dico tibi, inquit, quia noluiſti te continere à domo perditi, & damnati illius, tu in ipſa domo mori ha

4 *Si epiſcopus conſecratus presbyteros et diaconos ordinauit, ergo ad epiſcopos pertinet, & non ad alios horũ ordinatio. Non etiam omnes ex æquo ſunt ſacerdotes.*

5 *Cognoſce hic an epiſcopi ſint regibus ſuperiores, cum bonus rex uiſo epõ equo deſiliuerit, et ante eius pedes ceciderit.*

bes. Sed credendum eſt, quia talis mors uiri religioſi non ſolum talẽ culpã diluerit, ſed etiam meritum eius auxerit: quia nimirum ob cauſam pietatis, quæ propter obſeruantiam mandatorum Chriſti contigit, interfectus eſt.

6 *Ecce quomodo antiquis patribus fuit in uſu excommunicatio ob culpas ꝑpetratas.*

Succeſsit autem Sigberechto in Regnum Siudhelm filius Sexbaldi, q̃ baptizatus eſt ab ipſo Cedde in prouincia Orientaliũ Anglorum, in uico Regio, qui dicitur Rendleſham, id eſt manſio Rendili. Suſcepit eum aſcendentem de fonte ſacro Ediluualdus Rex ipſius gentis Orientalium Anglorum, filius Fusſanna Regis eorundem.

Solebat autem idẽ uir Domini, cum apud orientales Saxones epiſcopatus officio fungeretur, ſæpius etiam ſuam, id eſt Nordanhimbrorũ prouinciam exhortandi gratia reuiſere. Quem cũ Oiduuald filius Oſualdi. Regis, qui in Deirorum partibus Regnũ habebat, uirum ſanctũ, & ſapientem, et moribus probũ uideret, poſtulauit eum poſſeſsionem terre aliquã à ſe requirere ad conſtruendum monaſteriũ, in quo ipſe rex frequẽtius ad deprecandum Dominũ, uerbumq; audiendum aduenire, & defunctos ſepelire deberet. Nam & ipſe fideliter credidit, ſe multũ iuuari eorũ orationibus quotidianis, qui illo in loco Domino ſeruirent. Habuerat autẽ idem Rex ſecum fratrẽ germanũ eiuſdem epiſcopi, uocabulo Celin, uirũ æquũ ac Deo deuotum, qui ipſi ac familiæ ipſius uerbũ & ſacramẽta fidei (erat enim presbyter) miniſtrare ſolebat: per cuius notitiam maxime ad diligendum noſcendumq; epiſcopum peruenit.

Fauens ergo uotis Regis Antiſtes, elegit ſibi locum monaſterij cõſtruẽdi in montibus arduis ac remotis, in quibus latronum magis latibula ac luſtra ferarum, quam habitacula fuiſſe uidebantur hominum: ut iuxta prophetiam Eſaiæ in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oriretur uiror calami, & iunci, id eſt fructus bonorum operũ, ibiq; naſceretur, ubi prius uel beſtiæ cõmorari, uel homines beſtialiter uiuere cõſueuerant. Studens autẽ uir Domini acceptũ monaſterij locum primo precibus, ac ieiunijs, à priſtina flagitiorum ſorde purgare, & ſic in eo monaſterij fundamẽta iacere, poſtulauit à Rege, ut ſibi per totum quadrageſimæ tempus, quod inſtabat, facultatẽ ac licentiam ibidem orationis cauſa demorandi concederet. Quibus 7 diebus cunctis, excepta Dominica, ieiunium ad ueſperam iuxta morem protelans, nec tunc quidem niſi panẽ permodicum, & unum ouũ gallinaceũ cum paruo lacte & aqua mixtum percipiebat. Dicebat enim hanc eſſe conſuetudinem eorum, à quibus normam diſciplinæ regularis didicerat: ut accepta nuper loca 8 ad faciendum monaſterium uel eccleſiam prius orationibus ac ieiunijs Domino conſecrarent.

7 *Vide quantæ obſeruantiæ eſſet ieiuniũ Quadrageſimæ, & quomodo etiam tunc ſemel in die comedebatur. Animaduerte etiam in hoc ieiunio ciborum delectum. Nam lactis comeſtio propter piſcium paucitatem fuit in diſpẽſatione.*

Cumq; decem dies quadrageſimæ reſtarent, uenit qui clamaret eũ ad Regẽ. At ille, ne opus religioſum negociorũ regalium cauſa intermitteretur, petijt presbyterũ ſuum Cimbillũ, qui etiam frater germanus erat ipſius, pia cœpta complere. Cui cum ille libenter acquieſceret, expleto ſtudio ieiuniorũ & orationis, fecit ibi monaſteriũ, quod nunc Lentisgeu uocatur: & religioſis moribus iuxta ritus Lindisfarnenſiũ, ubi educatus erat, inſtituit. Qui cum annis multis in præfata prouincia epiſcopatum adminiſtraret, & huius quoq; monaſterij, ſtatutis præpoſitis curam gereret, caſu contigit ut ad ipſum monaſteriũ tempore mortalitatis adueniens, tactus ibidem infirmitate corporis obiret; qui primo quidem foris ſepultus

8 *Loca ad faciendum monaſterium uel eccleſiam prius orationibus ac ieiunijs Deo conſecrabantur.*

eſt. Tempore autem procedente, in eodem monaſterio 9 eccleſia eſt in honorem beatę Dei genetricis de lapide facta, & in illa corpus ipſius ad dexteram altaris reconditum. Dedit autem epiſcopus regendum poſt ſe monaſteriū fratri ſuo Cedda, qui poſtea epiſcopus factus eſt, ut in ſequētibus dicemus. Quatuor ſiquidem, quos diximus, germani fratres Cedd, & Cimbil, & Caelm, & Ceadda, quod rarò inuenitur, omnes ſacerdotes Domini fuere præclari, & duo ex eis ſummi ſacerdotij gradu functi ſunt.

9 *Corpus eius in eccleſia in honorem beatæ Dei genitricis de lapide facta, ad dexteram altaris reconditum eſt.*

Cum ergo epiſcopum defunctū ac ſepultum in prouincia Nordanhimbrorū audirent, fratres qui in monaſterio eius erant in prouincia Orientalium ſaxonum, uenerunt illò de ſuo monaſterio homines circiter triginta, cupientes ad corpus ſui patris aut uiuere, ſi ſic Deo placeret, aut morientes ibi ſepeliri. Qui libenter à ſuis fratribus & cōmilitonibus ſuſcepti, omnes ibidem ſuperueniente præfatæ peſtilentiæ clade defuncti ſunt, excepto uno puerulo, quē 10 orationibus patris ſui à morte cōſtat eſſe ſeruatum. Nam cum multo poſt hæc tempore uiueret, & ſcripturis legendis operam daret, tandem didicit ſe aqua baptiſmatis non eſſe regeneratum: & mox aqua lauacri ſalutaris ablutus, etiam poſtmodū ad ordinē presbyterij promotus eſt, multisq́; in eccleſia utilis fuit. De quo dubitandū haud crediderim, quin interceſsionibus, ut dixi, ſui patris, ad cuius corpus dilectionis ipſius gratia uenerat, ſit ab articulo mortis retentus; ut & ipſe ſic mortem euaderet æternam, & alijs quoque fratribus miniſterium uitæ ac ſalutis docendo exhiberet.

10 *Orationibus beati patris Cedd, puerulus a morte ſeruatus eſt.*

VITA CLERICORVM, SACERDOTVM, ET epiſcoporum, qui tempore Oſiuu Anglorum Regis uiuebant. Et de quæſtione Paſchæ tunc ſtabilita. per Venerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

Habetur lib. 3. Hiſtoriæ eccleſiaſt. Anglicanæ eiuſdem.

Ex cap. 24.

Rex Oſiuu cum acerbas & intolerabiles pateretur irruptiones Regis Merciorum, qui fratrem eius occiderat, ad ultimū neceſsitate cogente, promiſit ſe ei munera, & maiora, quàm credi poteſt, ornamenta Regia uel donaria in pretiū pacis largiturum, dummodo ille domū rediret, & prouincias Regni eius uſq; ad internitionem uaſtare deſineret. Cumq́; Rex perfidus nullatenus precibus illius aſſenſum præberet, qui totam eius gentem à paruo uſq; ad magnū delere atq; exterminare decreuerat, reſpexit ille ad diuinæ auxiliū pietatis, quo ab impietate barbarica poſſet eripi; 1 uotoq́; ſe obligans, ſi paganus, inquit, neſcit accipere noſtra donaria, offeramus ei qui nouit Domino Deo noſtro. 2 Vouit ergo, quòd ſi uictor exiſteret, filiam ſuam Domino ſacra uirginitate dicandam offerret: & ſic cum pauciſsimo exercitu ſe certamini dedit.

1 *Vides uota apud antiquos patres fuiſſe in uſu?*

Deniq; fertur, q; tricies maiorem pagani habuerint exercitum. Siquidē ipſi triginta legiones ducib⁹ nobiliſsimis inſtructas in bello habuere. Qui bus Oſiuu Rex cum Aluchfrido filio perparuū, ut dixi, habens exercitum, ſed Chriſto duce confiſus occurrit. Nam alius filius eius Ecfrid, eo tempore in prouincia Merciorū apud Reginam Cinuiſe obſes tenebatur. Filius autem Oſuualdi Regis Oidiluald, qui eis auxilio eſſe debuerat, in parte

2 *Ecce quomodo uotum uirginitatis eſt licitum, & Deo maxime gratum. Quod oſtenditur ex miraculo ſubſequuto.*

erat aduerſariorum; eiſdemq́ contra patriam & patres ſuos pugnaturis dustor extiterat, quamuis ipſo tempore pugnandi ſeſe pugna ſubtraxerat, euentumq́ diſcriminis tuto in loco expectabat.

Inito autem certamine fugati ſunt & cæſi pagani, duces Regij triginta, qui ad auxilium uenerant, penè omnes interfecti. In quibus Edilhere frater Annæ Regis Orientaliũ Anglorum, qui poſt eum regnauit, auctor ipſe belli, perditis militibus ſiue auxilijs interemptus. Et quia prope fluuium Iuniet oppugnatũ eſt, qui tunc præ inundantia pluiarũ latè alueum ſuum, immo omnes ripas tranſierat, contigit ut multo plures aqua fugientes, quàm bellantes perderet enſis. Tunc rex Oſiuu 3 iuxta quod Domino uouerat, pro collata ſibi uictoria gratias Domino referens dedit filiam ſuam Edilfledam, quę uixdum ſpatiũ unius anni impleuerat, perpetua ei uirginitate conſecrandam: donatis inſuper duodecim poſſeſsiunculis terrarũ, in quibus ablato ſtudio militię terreſtris, ad exercendam militiam cœleſtem, ſupplicandumq́ pro pace gentis eius ęterna, deuotioni ſedulę monachorum locus facultasq́ ſuppeteret. Equibus uidelicet poſſeſsiunculis ſex in prouincia Deirorũ, ſex in Berniciorum dedit. Singulę uero poſſeſsiones decem erant familiarum, id eſt ſimul omnes centumuiginti.

3 *Rex Oſiuu iuxta uotum factum, obtulit Domino filiam ſuam perpetua uirginitate conſecrandam.*

Intrauit autem pręfata Regis Oſiuu filia Deodicanda monaſterium, quod nuncupatur Heruthen, id eſt inſula cerui, cui Cunchild Abbatiſſa pręfuit. Quę poſt biennium comparata poſſeſsione decem familiarũ in loco qui dicitur Strenuesbalch, ibi monaſteriũ conſtruxit. In quo memorata Regis filia, primo diſcipulę uitę regularis, deinde etiam magiſtra extitit, donec 4 completo ſexaginta annorũ numero, ad complexum & nuptias ſponſi cœleſtis uirgo beata intraret. In quo monaſterio & ipſa, & pater eius Oſiuu, & mater eius Eanfled, & pater matris eius Eduinus, & multi alij nobiles in 5 Eccleſia ſancti Petri Apoſtoli ſepulti ſunt.

4 *Si uirgo beata ſexaginta annorũ expleto numero, ad nuptias ſponſi cœleſtis intrauit, ergo uirginitatem ſeruare nõ eſt res impoſſibilis, ut garriunt quidam.*

5 *In eccleſia ſancti Petri Apoſtoli ſepulti ſunt. Non autem in campo, ut hæreticorũ corpora modo ſepeliũtur.*

Hoc autem bellũ rex Oſiuu in regione Loidis, decimotertio Regni ſui anno, decimaſeptima die Calendarũ Decembris, cum magna utriuſq; populi utilitate confecit. Nam & ſuam gentem ab hoſtili paganorum depopulatione liberauit, & ipſam gentem Merciorũ finitimarumq́ prouinciarum, deſecto capite perfido, ad fidei Chriſtianæ gratiam conuertit. Primus autem in prouincia Merciorum, ſimul & Lindisfarorũ, ac mediterraneorũ Anglorum factus eſt Epiſcopus Diurna, qui apud mediterraneos Anglos defunctus, ac ſepultus eſt. Secundus Cellach, qui relicto epiſcopatus officio, uiuens ad ſcotiam redijt, uterq; de genere ſcotorum. Tertius Triumpheri, de natione quidem Anglorum, ſed edoctus & ordinatus à ſcotis, qui erat Abbas in monaſterio, quod dicitur Ingethlingum. Ipſe eſt locus, in quo occiſus eſt Rex Oſuini. Nam Regina Eãfled propinqua illius ob caſtigationem necis eius iniuſtę, poſtulauit a Rege Oſiuu, ut donaret ibi locũ monaſterio conſtruendo pręfato Dei famulo Triumpheri, quia propinquus & ipſe erat Regis occiſi. In 6 quo uidelicet monaſterio, orationes pro utriuſq; Regis aſsiduę, id eſt & occiſi, & eius qui occidere iuſſerat, æterna ſalute fiunt.

6 *In quo monaſterio pro utriuſque regis mortui æterna ſalute orationes fient.*

Idem autem Rex Oſiuu tribus annis poſt occiſionẽ Penda Regis, Merciorum genti, necnon & cęteris Auſtralium prouinciarum populis præfuit: qui etiam gentem Pictorũ maxima ex parte Regno Anglorum ſubiecit. Quo tempore donauit Peada filio Regis Pendã, eo quod eſſet cognatus

ſuus,

ſuus, Regnũ Auſtralium Merciorum, qui ſunt (ut dicunt) familiarũ quinq; miliũ, diſcreti fluuio Treanta ab Aquilonaribus Mercis, quorum terra eſt familiarũ quatuor milium. Sed idem Peada proximo uere multum nepharie peremptus eſt, proditione (ut dicunt) coniugis ſuę, in ipſo tempore A feſti paſchalis.

A *In ipſo tempore feſti paſchalis.*

Completis autem tribus annis poſt interfectionem Pendam Regis, rebellarunt aduerſus Regem Oſiuu duces gentis Merciorum, Imminet, Eaſa, & Edelbrecht, leuato in Regem Vulhere filio eiuſdem Penda adoleſcẽte, quem occultũ ſeruauerant. Eiectisq; principibus Regis non prope, fines ſuos fortiter, ſimul & libertatem receperunt. Sicq; cũ ſuo Rege liberi, Chriſto uero Regi pro ſempiterno in cœlis Regno ſeruire gaudebant. Præfuit autem Rex idem genti Merciorum annis decem & ſeptẽ: Habuitq; primum Epiſcopum Triumpheri, de quo ſupra diximus; ſecundum Iaromam; tertiũ Ceadam, quartum Vinfridum. Omnes hi per ordinem ſibimet ſuccedentes, ſub Rege Vulhere gentis Merciorum Epiſcopatu ſunt functi.

Interea Aidano epiſcopo de hac uita ſublato, Finam pro illo gradũ epiſcopatus, a ſcotis ordinatus ac miſſus acceperat; qui in Inſula Lindisfarnẽſi fecit eccleſiam epiſcopali ſede congruam, quam tamen more ſcotorum, non de lapide, ſed de robore ſecto totam compoſuit, atq; arundine texit. Quam tempore ſequente Reuerendiſsimus Archiepiſcopus Theodorus, in honorẽ beati Petri Apoſtoli 7 dedicauit. Sed & epiſcopus loci illius Earbrecht, ablata arundine, plumbi la minis eam totam, hoc eſt & tectũ, & ipſos quoq; parietes cooperire curauit.

Ex cap. 25.

7 *Theodorus archiepiſcopus dedicauit eccleſiam in honorem beati Petri apoſtoli.*

His temporibus quæſtio facta eſt frequens, ac magna de obſeruatione paſchę, concertantibus eis, qui de Cãtua, uel de Gallis aduenerant, quod ſcoti Dominicũ paſchę diem contra uniuerſalis eccleſiæ morem celebrarent. Erat in his acerrimus uir paſchę defenſor, nomine Romanus, natione quidem ſcotus, ſed in Gallię uel Italiæ partibus regula eccleſiaſticę ueritatis edoctus. qui cum Finano confligens, multos quidem correxit, uel ad ſolertiorem ueritatis inquiſitionem accendit; nequaquam tamen Finanũ emendare potuit, quin potius cũ eſſet homo ferocis animi, acerbiorem caſtigando, & apertũ ueritatis aduerſarium reddidit. Obſeruabat autẽ Iacob Diaconus quondam uenerabilis Archiepiſcopi Paulini, uerum & catholicũ paſchę diem cum omnibus, quos ad correctionem erudire poterat. Obſeruabat & Regina Eanfled cum ſuis, iuxta quod in Cantua fieri uiderat, habens ſecũ de Cantua presbyterũ catholicæ obſeruationis, nomine Romanũ. Vnde nonnunquã contigiſſe ferẽ illis temporibus, ut bis in anno uno paſcha celebrarẽt: & cum Rex paſcha Dominicũ 8 ſolutis ieiunijs faceret, tunc Regina cum ſuis perſiſtens adhuc in ieiunio, diem palmarum celebraret.

8 *Vides quod celebratur ieiunium quadrageſimale ante paſcha & dies palmarum ?*

Hæc autem diſſonantia paſchalis obſeruantiæ uiuente Aidano patienter ab omnibus tolerabaẽ; qui & ſi paſcha contra morem eorũ, q ipſum miſerant, facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis, & dilectionis, iuxta morem omnibus ſanctis conſuetũ, diligenter exequi curauit. Vnde ab omnibus, etiam his, qui de paſcha aliter ſentiebant, merito diligebaẽ, nec ſolũ a mediocribus, uerũ ab ipſis quoq; epiſcopis Honorio Cantuariorũ, & felice Orientalium Anglorũ, uenerationi habitus eſt. Defuncto autem

Siſano,q poſt illum fuit,cū Colmanus in epiſcopatum ſuccederet, & ipſe miſſus a ſcotia,grauior de obſeruatione paſchæ, necnon & de aliјs eccleſiaſticæ uitæ diſciplinis cõtrouerſia nata eſt. Vnde merito mouit hæc quę ſtio ſenſus & corda multorum timentiū, ne forte accepto Chriſtianitatis uocabulo,in uacuū currerent,aut cucurriſſent.

Peruenit & ad ipſas Principum aures Oſiuu uidelicet Regis, & filiј eius Aluchfridi. Qui nimirū Oſiuu a ſcotis edoctus ac baptizatus,illorū etiam lingua optime imbutus,nil melius quam quod illi docuiſſent,autumabat. Porro Aluchfrid magiſtrū habuit eruditionis Chriſtianæ Vilfridum, uirū doctiſsimū; Nam & Romam prius propter doctrinam eccleſiaſticā adierat, & apud Dalphinū archiepiſcopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat,a quo etiam tonſuræ eccleſiaſticæ coronam ſuſceperat. Huius doctrinam omnibus ſcotoꝶ traditionibus iure præferendam ſciebat. Vnde ei etiam donauerat monaſteriū quadraginta familiariū, in loco qui dicitur Nithiphū. Quem uidelicet locū pauloante eis, qui ſcotos ſequebātur,in poſſeſsionem monaſteriј dederat. Sed quia illi poſtmodum data ſibi optione magis loco cedere, quàm ſuam mutare cõſuetudinē uolebant, dedit eum illi,qui dignam loco,& doctrinam haberet, & uitam.

Venerat eo tempore Agilberechtus occidentaliū Saxonum epiſcopus, amicus Aluchfridi Regis,& Vilfridi abbatis,ad prouinciam Nordanhimbrorum,& apud eos aliquandiu demorabať:qui etiam Vilfridum rogatu Aluchfridi in præfato ſuo monaſterio presbyterū fecit.Habebat autem ſecum ipſe presbyterū nomine Agathone. Mota ergo ibi quæſtione de paſcha,uel tonſura,uel aliјs rebus eccleſiaſticis,diſpoſitum eſt,ut in monaſterio,quod dicitur ſtreanes halc, quod interpretatur ſinus Fari, cui Eunchil Abbatiſſa Deo deuota fœmina præerat,ſynodus fieri,& hæc quæſtio terminari deberet.Veneruntq́ʒ illo Reges ambo,pater ſcilicet & filius,epiſcopi Colmam cū clericis ſuis de Scotia,Agilberechtus cū Agathone & Vilfrido presbyteris: Iacobus & Germanus in horū parte erant:Eunchil abbatiſſa cum ſuis in parte ſcotorum:in qua erat etiam uenerabilis epiſcopus Cedd,iamdudum ordinatus à ſcotis, qui & interpres in eo Concilio uigilantiſsimus utriuſqʒ partis extitit.

Primusq́ʒ Rex Oſiuu præmiſſa præfatione, quòd oporteret eos,qui uni Deo ſeruirent,unam uiuendi regulam tenere, nec diſcrepare in celebratione ſacramentoꝶ cœleſtium,qui unū omnes in cœlis Regnum expectarēt: inquirendū potius quæ eſſet uerior traditio,& hanc ab omnibus communiter eſſe ſequendam:iuſsit primo dicere epiſcopū ſuum Colmanum, qui eſſet ritus,& unde originem duceret ille quē ipſe ſequereť. Tunc Colmanus:paſcha,inquit,hoc quod agere ſoleo,à maioribus meis accepi,q huc me epiſcopum miſerunt,quod omnes patres noſtri uiri Deo dilecti, eodē modo celebraſſe noſcuntur. Quod ne contemnendum & reprobandum eſſe uideatur,ipſum eſt, quod beatus Euangeliſta Ioannes diſcipulus ſpecialiter Domino dilectus, cum omnibus, quibus præerat eccleſijs, celebraſſe legitur.

Quo hæc & his ſimilia dicente, iuſsit Rex & Agilberechtum proferre in medium morem ſuæ obſeruationis,unde initiū haberet,uel qua nūc auctoritate ſequereť. Reſpondit Agilberechtus:loquatur,obſecro, uice mea diſcipulus meus Vilfrid presbyter, quia unū ambo ſapimus cum cæteris q

hic aſsident eccleſiaſticæ traditionis cultoribus,& ille melius ac manifeſtius ipſa lingua Anglorū,q̄ ego per interpretē poteſt explanare quæ ſentimus. Tunc Vilfrid,innuente ut diceret Rege,ita exorſus eſt:paſcha quod facimus, uidimus Romæ 9 ubi beati Apoſtoli Petrus & Paulus uixere, docuere,paſsi ſunt,et ſepulti,ab omnib⁹ celebrari. Hoc in Italia hoc in Gallia,quas diſcendi uel orandi ſtudio pertranſiuimus, ab omnibus agi conſpeximus. Hoc Aphricam, Aſiam, & Ægiptum, Græciam, & omnem orbem,ubicūq; Chriſti eccleſia diffuſa eſt,per diuerſas nationes,ac linguas, ſed non diuerſo temporis ordine agere comperimus, præter hos tantū,& obſtinationis eorū complices,Pictos dico, & Britones, qui cum duabus ultimis Oceani Inſulis,& his non totis, contra totū orbem ſtulto labore pugnant. Cui hæc dicenti reſpondit Colmanus: Mirum quare ſtultū appellare uelitis laborem noſtrū,in quo tanti apoſtoli,qui ſupra pectus Domini recumbere dignus fuit,exempla ſectamur, cum ipſum ſapientiſsimè uixiſſe omnis mundus nouerit.

9 *Romæ ubi beati apoſtoli Petrus & Paulus uixere, docuere, paſsi ſunt & ſepulti.*

Quid dicis nouator, qui negas Petrū unquam Romæ fuiſſe?

At Vilfridus: Abſit,ut Ioannem ſtultitiæ reprehendamus, cū ſcita legis Moſaicæ iuxta literam ſeruaret, Iudaizante adhuc in multis eccleſia, nec ſubito ualentibus apoſtolis,omnem legis obſeruantiam,quæ à Deo inſtituta eſt,abdicare: quomodo ſimulachra quæ à dæmonibus inuenta ſunt, repudiare omnes qui ad fidem ueniunt, neceſſe eſt,uidelicet nec ſcandalū facerent eis,qui inter gentes erant,Iudæis. Hinc eſt enim quod Paulus Timotheum circuncidit,q; hoſtias in templo immolauit, quòd cum Aquila & Priſcilla caput Chorinti totondit,ad nihil uidelicet utile,niſi ad ſcandalum uitandum Iudæorū: Hinc quòd idem Paulus Iacobo ait: Vides frater, quot milia ſunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes hi æmulatores ſunt legis: nec tamen hodie clareſcente per mundū euangelio,neceſſe eſt, immo nec licitum fidelibus uel circuncidi,uel hoſtias Deo uictimarū offerre carnalium. Itaq; Ioannes ſecundum legis conſuetudinē,quartadecima die menſis primi ad ueſperam incipiebat celebrationem feſti paſchalis,nil curans utrum hoc ſabbato,an alia qualibet feria proueniret. At uero 10 Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima ſabbati reſurrexit à mortuis,ac mundo ſpem reſurrectionis contulit,ita paſcha faciendum intellexit,ut ſecundū conſuetudinem ac præcepta legis, quartamdecimam lunam primi menſis æquè,ſicut Ioannes, orientem ad ueſperā ſemper expectaret. Et hac exorta, ſi Dominica dies, quæ tunc prima ſabbati uocabatur,erat mane uentura, in ipſa ueſpera paſcha Dominicam celebrare incipiebat;quomodo & nos omnes hodie facere ſolemus. Sin autē Dominica non proximo mane poſt lunam quartamdecimam,ſed decimaſexta,aut decimaſeptima,aut alia qualibet luna uſq; ad uigeſimamprimam eſſet uentura,& præcedente ſabbato ueſpere ſacroſancta paſchę ſolennia inchoabat. Sicq; fiebat,ut Dominica paſchæ dies, non niſi à decimaquinta luna uſq; ad uigeſimamprimā ſeruaretur. Neq; hæc euangelica & apoſtolica traditio legem ſoluit,ſed potius adimplet. In qua obſeruandū paſcha à quartadecima luna primi menſis ad ueſperam, uſq; ad uigeſimamprimam lunam eiuſdem menſis ad ueſperā præceptū eſt. In quam obſeruantiam imitandā omnes ſancti Ioannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum eius,& omnis per orbē eccleſia conuerſa eſt:& hoc eſſe uerū paſcha, hoc ſolū fidelibus celebrandum,Niceno Concilio non ſtatutū nouiter,ſed cō

10 *Cum Romæ Petrus prædicaret.*

firmatum eſt,ut eccleſiaſtica docet hiſtoria .Inde conſtat uos, Colmane,
neq; Ioannis,ut autumatis,exẽpla ſectari,neq; Petri,cuius traditioni ſcien
tes contradicitis,neq; legi , neq; euangelio in obſeruatione ueſtri paſchæ
congruere.Ioannes enim ad legis Moſaicæ decreta tẽpus paſchale cuſto-
diens,nil de prima ſabbati curabat;quod uos non facitis,qui non niſi pri-
ma ſabbati paſcha celebratis.Petrus à quintadecima luna uſq; ad uigeſi-
mumprimum diem paſcha Dominicũ celebrabat; quod uos non facitis,
qui à quartadecima ad uigeſimam lunam diem Dominicũ paſchæ obſer-
uatis;ita ut tertiadecima luna ad ueſperam ſæpius paſcha incipiatis, cuius
neq; lex ullam fecit mentionem,neq; author ac dator euãgelij. Dominus
enim non in ea,ſed in quartadecima,uel uetus paſcha manducauit ad ue-
ſperam,uel noui teſtamenti ſacramenta in commemorationem ſuę paſsio
nis eccleſiæ celebranda tradidit. Itemq; lunam uigeſimamprimam,quam
lex maxime celebrandã commendauit,à celebratione ueſtri paſchæ fundi
11 tus eliminatis. Sicq;(ut dixi)in celebratione ſummæ 11 feſtiuitatis , neq;
Ioanni,neq; Petro,neq; legi,neque euangelio concordatis.

Paſcha eſt ſumma feſtiuitas.

Hæc contra Colmanus:Nunquid,ait,Anatholius uir ſanctus,& in prę
fata hiſtoria eccleſiaſtica multum laudatus , legi,uel euangelio contrariæ
ſapuit,qui à quartadecima uſq; ad uigeſimã paſcha celebrãdum ſcripſit ?
Nunquid Reuerendiſsimum Patrem noſtrum columbam, & ſucceſſores
eius,uiros Deo dilectos, qui eodem modo paſcha fecerunt, diuinis pagi-
nis contraria ſapuiſſe uel egiſſe credendũ eſt ? Cum plurimi fuerint in eis,
quoꝝ ſanctitati cœleſtia ſigna,& uirtutũ quæ fecerunt miracula, teſtimo
nium præbuerunt;quos ipſe ſanctos eſſe non dubitans,ſemper eorum ui-
tam,mores,& diſciplinam ſequi non deſiſto.

At Vilfridus : Conſtat,inquit,Anatholium uirum ſanctiſsimũ, doctiſsi
mũ,ac laude eſſe digniſsimũ ; ſed quid uobis cum illo,cũ nec eius decreta
ſerueris ? Ille enim in paſcha ſue regulam utiq; ueritatis ſequens , circulum
decem & nouẽ annorum poſuit,quem uos aut ignoratis,aut agnitũ , & a
tota Chriſti eccleſia conſtitutũ,pro nihilo contemnitis. Ille ſic in paſchæ
Dominicæ quartamdecimam lunam computauit,ut hanc eadem ipſa die
more Aegyptiorũ quintamdecimam lunam ad ueſperã eſſe fateretur. Sic
item decimamquintã die Dominico paſchæ , ut hanc declinata eadẽ die
eſſe uigeſsimamprimã crederet . Cuius regulam diſtinctionis uos ignoraſ
ſe probat,quod aliquotiens paſcha manifeſtiſsime ante plenilunium , id-
eſt in tertiadecima luna facitis.De patre autẽ ueſtro Columba,& ſequa-
cibus eius,quorũ ſanctitatem uos imitari, & regulam , ac præcepta cœle-
ſtibus ſignis confirmata ſequi perhibetis, poſſum reſpondere , quod mul-
tis in iudicio dicentibus Domino , quod in nomine eius prophetauerint,
& dæmonia eiecerint,& uirtutes multas fecerint , reſponſurus ſit Domi-
nus,quod nunquam eos nouerit . Sed abſit,ut de patribus ueſtris hoc di-
cam,quia iuſtius multo eſt,de incognitis bonum credere , quam malum.
Vnde & illos Dei famulos,ac Dei dilectos eſſe non nego,qui ſimplicitate
ruſtica,ſed intentione pia, Deum dilexerunt . Neq; illis multũ obeſſe pa-
ſchæ talem reor obſeruantiã,quandiu nullus aduenerat,qui eis inſtituti ꝑ-
fectioris decreta quæ ſequerentur oſtenderet : quos utique credo , ſi quis
tunc ad eos catholicus calculator adueniſſet, ſic eius monita fuiſſe ſequu-
turos,quomodo ea quæ nouerant ac didicerant Dei mandata , probãtur

fuiſſe

fuiſſe ſequuti. Tu autẽ & filij tui, ſi audita decreta 12 ſedis Apoſtolicę, immo uniuerſalis eccleſiæ, & hæc literis ſacris confirmata ſequi contemnitis, abſq; ulla dubietate peccatis. Etſi enim patres tui ſancti fuerunt, nũquid 13 uniuerſali, quæ per orbem eſt, Chriſti eccleſiæ horum eſt paucitas uno de angulo extremæ inſulæ præferenda. Et ſi ſanctus erat ac potẽs uirtutibus ille Columba ueſter, immo & noſter, ſi Chriſti erat, num præferri potuit beatiſsimo Apoſtolorum principi? Cui Dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues Regni cœlorum.

12 *Peccant qui contemnunt ſequi decreta ſedis apoſtolicæ imo uniuerſalis eccleſiæ, & hæc literis confirmata.* Notent hoc hæretici.

Hæc perorante Vilfrido, dixit Rex: Vere ne, Colmane, hæc illi Petro dicta ſunt à Domino? Qui ait: Vere Rex. At ille: Habetis (inquit) uos proferre aliquid tantæ poteſtatis ueſtro columbæ datum? At ille ait: Nil Rurſum Rex. Sic utriq; ueſtrum, inquit, in hoc ſine ulla controuerſia conſentiunt, quod hæc principaliter Petro dicta, & ei claues Regni cęlorum ſint datæ à Domino? Reſponderunt, etiam, utriq;. At ille ita concluſit; & 14 ego uobis dico, quia hic eſt oſtiarius ille, cui ego cõtradicere nolo; ſed inquantum noui, uel ualeo, huius cupio in omnibus obedire ſtatutis, ne forte me adueniente ad fores Regni cœlorum, non ſit qui reſerat, auerſo illo, qui claues tenere probatur. Hæc dicente Rege, fauerunt aſsidentes quiq;, ſiue aſtantes maiores, una cum mediocribus: & abdicata minus perfecta inſtitutione, ad ea quæ meliora cognouerant, ſeſe transferre feſtinãt

13 *Si hoc animaduerterent homines, nullo pacto auderẽt hos nouiter exortos pſeudo magiſtros ſequi, relictis uniuerſalis eccleſiæ & Chriſti Vicarij decretis et inſtitutis.*

14 *O dignam profecto tãto Rege ſententiã. Sequi uelle Diui Petri traditionem tanquam omnibus potiorem. Cum profecto nulli epiſcoporum ſit data tanta poteſtas, quanta Petro. Rumpantur licet & diſrũpantur moderni hæretici.*

Ex cap. 26.

Finito conflictu, ac ſoluta concione, Agilberechtus domum rediit. Colman autẽ uidens ſpretam ſuã doctrinam, ſectamq; eſſe deſpectam, aſſumptis his, qui ſe ſequi uoluerunt, ideſt qui paſcha catholicum ac tonſuram Coronæ (nam & de hoc quæſtio non minima erat) recipere nolebant, in Scotiam regreſſus eſt, tractaturus cum ſuis, quid de his facere deberet. Cedd relictis Scotorũ ueſtigijs, ad ſuam ſedẽ rediit, utpute agnita obſeruatione catholici paſchæ. Facta eſt autem hæc quæſtio anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimoquarto, qui fuit annus Oſiuu Regni uigeſimus ſecundus, epiſcopatus autem Scotorũ, quem geſſerunt in prouincia Anglorum, annus trigeſimus: ſiquidem Aidan decem & ſeptẽ annis, Finam decem, Colman tribus epiſcopatum tenuit.

Reuerſo autem in patriam Colmano, ſuſcepit pro illo epiſcopatũ Nordanhimbrorũ famulus Chriſti Iuda, qui erat apud Scotos auſtrinos eruditus; atq; ordinatus eſt epiſcopus, habens iuxta morem prouincię illius coronam tonſurę eccleſiaſticę, & catholicam temporis paſchalis regulã obſeruans: Vir quidem bonus ac religioſus, ſed per modico tempore eccleſiam regens. Venerat de Scotia, tenente adhuc Pontificatum Colmano, & diligenter ea 15 quæ ad fidem & ueritatem pertinent, & uerbo cunctos docebat & opere. Porro fratribus, qui in Lindisfarnenſi eccleſia Scotis abeuntibus remanere maluerunt, præpoſitus eſt Abbatis iure uir Reuerendiſsimus ac manſuetiſsimus Eata, qui erat Abbas in monaſterio, quod uocatur Maltos: quem (aiunt) Colmanum abiturum petijſſe, & impetraſſe à Rege Oſiuu, eo quod eſſet idem Eata unus de duodecim pueris Aidani, quos primo epiſcopatus ſui tempore de natione Anglorũ erudiendos in Chriſto accepit. Multum nanq; eundem epiſcopum Colmanum Rex pro inſita illi prudentia diligebat. Ipſe eſt Eata, qui non multo poſt eiuſdem eccleſiæ Lindisfarnenſis Epiſcopus factus eſt.

15 *Ea quæ ad fidem & ueritatem pertinent, & uerbo cunctos docebat & opere.*

Abiens autem domum Colman, aſſumpſit ſecum partem Oſsium Reuerendiſsimi Patris Aidani, partem uero in eccleſia, cui præerat, reliquit, & in ſacrario eius condi præcepit. Quantæ autem parſimoniæ, cuius cõtinentiæ fuerit ipſe cum prædeceſſoribus ſuis, teſtabatur etiam locus ille, quem regebant, ubi abeuntibus eis, excepta eccleſia, pauciſsimæ domus repertæ ſunt, hoc eſt, illæ ſolummodo, ſine quibus conuerſatio ciuilis eſſe nullatenus poterat: nihilq; pecuniarum abſq; pecoribus habebant. Si qd enim pecuniæ à diuitibus accipiebant, mox pauperibus dabant. Nã neque ad ſuſceptionem potentiũ ſeculi, uel pecunias colligi, uel domos pro uideri neceſſe fuit. Qui nunquam ad eccleſiam, niſi 16 orationis tantum, & audiendi uerbum Dei cauſa ueniebant. Rex etiam ipſe, cum opportunitas exegiſſet, cum quinque, uel ſex tantum miniſtris ueniebat, & expleta in eccleſia oratione diſcedebat. Quod ſi forte eos ibi refici contingeret, ſimplici tantum & quotidiano fratrum cibo contenti, nil ultra quærebãt.

Tota enim fuit ſolicitudo doctoribus illis, Deo 17 ſeruiendi, non ſeculo, tota cura cordis excolendi, non uentris. Vnde & in magna erat 18 ueneratione tempore illo Religionis habitus, ita ut ubicunq; clericus aliquis, aut monachus adueniret, gaudenter ab omnibus tanquam Dei famulus exciperetur. Etiam ſi in itinere pergens inueniretur, occurrebant, & flexa ceruice, uel manu ſignari, uel ore illius ſe benedici gaudebant: uerbis quoq; horum exhortatorijs diligenter auditum præbebant: ſed & diebus Dominicis ad eccleſiam, ſiue ad monaſteria certatim, non reficiendi corporis, ſed audiendi ſermonis Dei gratia confluebant. Et ſiquis ſacerdotum in uicum forte deueniret, mox congregati in unum uicini, uerbum uitæ ab illo excipere cunctabant. Nam neque alia ipſis ſacerdotibus aut clericis uicos adeundi, quàm prædicandi, baptizandi, infirmos uiſitandi, & (ut breuiter dicam) animas curandi cauſa fuit: Qui intantum erant ab omni auaritiæ peſte caſtigati, ut ne territoria quidẽ ac poſſeſsiones ad coſtruenda monaſteria, niſi a poteſtatibus ſeculi coacti acciperent. Quę cõſuetudo per omnia aliquanto poſt hæc tempore in eccleſijs Nordanhimbrorum ſeruata eſt. Sed de his ſatis dictum.

> 16 *Ecce quomodo eccleſiæ cauſa etiam orationis inſtituta ſunt.*
>
> 17 *Nota tu qui nonniſi ſeruiendi ſeculo, & excolẽdi uentris cauſa prædicas & doces, quod tale nõ fuit ſtudiũ prædeceſſoribus noſtris, ſed tantũ cura ſeruiendi Deo, & excolendi cordis.*
>
> 18 *Vide in quanto precio & ueneratione olim erant Monachi & clerici, nempe ob uitæ eorum puritatẽ & ſanctitatem. Nũc totum cõtrarium eſſe uidemus, quod cum ob uitã dedecoroſam, tum propter hæreticorum latratus proceſſiſſe non dubitamus.*

VITA ECBERECHT VIRI SANCTI
per uenerabilem Bedam ſcripta.

Habetur in libro tertio eiuſdem eccleſiaſticæ hiſtoriæ Anglicanæ capite 27.

ANno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, facta erat Eclipſis ſolis die tertio menſis Maij, hora circiter decima diei. Quo etiam anno ſubita peſtilentiæ lues, depopulatis prius auſtralibus Britanniæ plagis, Nordanhimbrorũ quoq; prouinciam corripiens, atq; acerba clade diutius longe lateq; deſæuiens, magnam hominum multitudinem ſtrauit. Qua plaga beatus Domini ſacerdos Iuda raptus eſt de mundo, & in monaſterio, quod uocatur Pegnalech, honorifice ſepultus.

Hæc autem plaga Hiberniam quoq; inſulã pari clade premebat. Erãt ibidem eo tempore multi nobiliũ, ſimul & mediocrium de gente Anglorũ. Qui tempore finani & Colmani epiſcopo℞, relicta Inſula patria, uel diuinæ lectionis, uel continentioris uitæ gratia illo ſeceſſerant. Et quidam mox ſe monaſticæ conuerſationi fideliter mancipauerunt; alij magis cir-

cumeũdo per cellas magiſtrorum lectioni operam dare gaudebant. Quos omnes Scoti libentiſsime ſuſcipientes, uictum eis quotidianum ſine precio, libros quoq; ad legendum, & magiſteriũ gratuitũ præbere curabãt.

Erant inter hos duo iuuenes magnæ indolis de nobilibus Anglorum Edilhun & Ecgberecht, quorum prior frater Edilhun, uir æque Deo dilectus, qui & ipſe eo ſequente Hiberniam gratia legendi adijt: & bene inſtructus patriam redijt, atq; epiſcopus in prouincia lindiſſæ factus, multo ecclesiam tempore nobiliſsime rexit. Hi ergo cũ eſſent in monaſterio, quod lingua Scotorum Rathmelſigi appellatur, & omnes ſocij ipſorum uel mortalitate de ſeculo rapti, uel per alia eſſent loca diſperſi, correpti ſunt ambo eiuſdem mortalitatis clade, & grauiſsime afflicti. E quibus Ecgberecht, ſicut mihi referebat quidam ueraciſsimus, & uenerandus Cantuæ presbyter, qui ſe hæc ab ipſo audiſſe perhibebat, cum ſe æſtimaret moriturum, egreſſus eſt tẽpore matutino de cubiculo, in quo infirmi quieſcebant, reſidensq; ſolus in loco opportuno, cœpit ſedulus cogitare de actibus ſuis, et compunctus memoria peccatorum ſuorum, faciem lachrymis abluebat. Atqui intimo ex corde Deum precabatur, ne adhuc mori deberet, priuſquam uel præteritas negligentias, quas in pueritia ſiue infantia commiſerat, perfectus ex tempore caſtigaret, uel in bonis ſe operibus abundantius exerceret. Vouit 1 etiam uotum, quia Deo peregrinus uiuere uellet, ut nunquam in Inſulam, in qua natus erat, ideſt Britanniam rediret: quia præter ſolennem Canonici temporis pſalmodiam, ſi non ualetudo corporis obſiſteret, 2 quotidie pſalterium totum in memoriã diuinæ laudis decantaret: quia in omni ſeptimana diem cum nocte ieiunus tranſiret.

1 Nota uoti emiſsionẽ.

2 Totum pſalteriũ quotidie decantabat, & in omni ſeptimana diem cum nocte ieiunabat.

Cumq; finitis lachrymis, precibus, & uotis, domum rediret, inuenit ſodalem dormientem, & ipſe quoq; lectulum conſcendens, cœpit in quietẽ membra laxare, & cum paululum quieſceret, expergefactus ſodalis reſpexit eum, & ait: O frater Ecgberechti, o quid feciſti, ſperabam quia pariter ad uitam æternam intraremus: ueruntamen ſcito, quia quæ poſtulaſti accipies. Didicerat enim per uiſionem, & quid ille petiſſet, & quia petita impetraſſet. Quid multa? Ipſe Edilhun proxima nocte defunctus eſt. At uero Ecgberecht decuſſa moleſtia ægritudinis conualuit, ac multo poſt tẽpore uiuens, acceptumq; ſacerdotij gradũ condignis ornans actibus, poſt multa uirtutum bona, ut ipſe deſiderabat, nuper ideſt anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo uigeſimonono, cum eſſet ipſe annorum nonaginta, migrauit ad Regna cœlorum.

Duxit autem uitam in magna humilitatis, manſuetudinis, continentiæ, ſimplicitatis, & iuſtitiæ perfectione. Vnde & genti ſuæ, & illis, in quibus exulabat nationibus ſcotorum ſiue pictorum, & exemplo uiuendi, & inſtantia docendi, & authoritate corripiendi, & pietate largiendi de his, quæ a diuitibus acceperat, multum profuit. Addidit autem uotis quę diximus, ut in quadrageſima ſemper non plus quam 3 ſemel in die ſe reficeret, non aliud quàm panem ac lac tenuiſsimũ, & hoc cũ menſura guſtaret. Quod uidelicet 4 lac pridie nouũ in phiala ponere ſolebat, & poſt noctẽ ablata ſuperficie craſsiore, ipſe reſiduũ cũ modico, ut diximus, pane bibebat. Cuius modũ continentię etiam quadraginta diebus ante Natiuitatẽ Domini, totidem quoq; poſt peracta ſolennia Pentecoſtes, hoc eſt quinquageſimę, ſemper obſeruare curabat.

3 Vnica refectio requiritur in die ieiunij, præſertim in quadrageſima.

4 Quod lac in quadrageſima ſanctus uir comederet, non te ſcãdaliZet, nam in ea prouincia uix adhuc erat nota ars piſcandi. Vnde neceſſe fuit aliquid pro ſuſtentatione uitæ cum gratiarum actione comedere, ſicut epiſcopus Spiridion carnes porcinas manducauit.

Habetur in libro 3. eccleſiaſticæ hiſtor. Anglicanæ eiuſdem capite 28.

VITA BEATI CEADDA EPISCOPI MERCIOrum & Lindisfarorum in Anglia per Venerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

Rex Aluchfrid miſit Vilfridum presbyterum ad Regem Galliarum, qui eum ſibi ſuiſq; conſecrati faceret epiſcopum. At ille miſit eum ordinandum ad Agilberchtum, qui relicta Britãnia, pariſiacæ Ciuitatis factus fuerat epiſcopus. Et conſecratus eſt magno cum honore ab ipſo, conuenientibus plurimis epiſcopis in Vico Regio, qui uocatur in cõpendio. Quo adhuc in tranſmarinis partibus propter ordinationem demorante, imitatus induſtriam filij Rex Oſiuu, miſit Cantuam uirum ſanctum, modeſtum moribus, ſcripturarum lectione ſufficienter inſtructũ, et ea quę in ſcripturis agenda didicerat, operibus ſolerter exequentem, qui Eburacenſis eccleſiæ ordinaretur epiſcopus.

Erat autem presbyter uocabulo Ceadda, frater Reuerendiſsimi Antiſtitis Cedd, & Abbas monaſterij illius, quod uocatur Lentiſgeu: Miſitq; cum eo Rex presbyterũ ſuum uocabulo Eadhedum, qui poſtea regnante Ecfrido, Hripenſis eccleſiæ præſul factus eſt. Verum illi Cantuam peruenientes, inuenerunt Archiepiſcopum Deuſdedit iam migraſſe de ſeculo, & necdum alium pro eo conſtitutum fuiſſe pontificem. Vnde diuerterunt ad prouinciam Occidentalium ſaxonum, ubi erat Vinis epiſcopus: & ab illo eſt uir præfatus conſecratus Antiſtes; aſſumptis in ſocietatem ordinationis 1 duobus de Britonum gente, epiſcopis qui Dominicum paſchę diem ſecus morem Canonicum a quartadecima uſq; ad uigeſimam lunam celebrant. Non enim erat tunc ullus, excepto illo Vine, in tota Britannia canonice ordinatus epiſcopus.

1 Ecce quomodo antiquus mos eſt, ut epiſcopus non niſi a tribus ordinetur epiſcopis.

Conſecratus ergo in epiſcopatum Ceadda, maximam mox cœpit eccleſiaſticæ ueritati & caſtitati curam impendere, humilitati, continentiæ, lectioni operam dare, oppida, rura, caſas, uicos caſtella propter euangelizandum, non equitando, ſed Apoſtolorũ more pedibus incedendo peragrare. Erat autem de diſcipulis Aidani, ijſdemq; actibus ac moribus iuxta exemplum fratris ſui Cedd, ſuos inſtruere curauit auditores. Veniens quoque Britanniam Vilfrid iam epiſcopus factus, & ipſe perplura catholicæ obſeruationis moderamina eccleſijs Anglorum ſua doctrina contulit. Vnde factum, ut creſcente per dies inſtitutione catholica, ſcoti omnes, qui inter Anglos commorabantur, aut his manus darent, aut ſuam redirent ad patriam.

Ex libro 4. eiuſdem hiſtoriæ capite 3.

Eo tempore prouinciæ Merciorum Rex Vulfheri præfuit, qui cum mortuo Tarumano ſibi ſuiſq; a Theodoro epiſcopũ dari peteret, nõ eis nouũ uoluit ordinare epiſcopũ, ſed poſtulauit a Rege Oſiuu, ut illis epiſcopus Ceadda daretur, qui tunc in monaſterio ſuo Taleſtigahe etiam uitã agebat, Vilfrido adminiſtrante epiſcopatum Eburacenſis eccleſiæ, necnon & omnium Nordanhimbrorum, ſed & pictorum, quouſq; Rex Oſiuu imperium protendere poterat. Et quia moris erat eidem Reuerendiſsimo Antiſtiti, opus euangelij magis ambulando per loca, quàm equitando perficere, multum renitentem ſtudio & amore pij laboris ipſe eum manu ſua leuauit in equum, quia nimirum ſanctum eſſe uirum comperit, atq; equo uehi

quo eſſet neceſſe compulit.

Suſceptum itaq; epiſcopatum gentis Merciorũ, & Lindisfarorũ, Ceadda, iuxta exempla patrum antiquorum in magna uitæ perfectione adminiſtrare curauit. Cui etiam Rex Vulfheri donauit terram quinquaginta familiarum ad conſtruendum monaſterium in loco, qui dicitur Aidharac, ideſt ad nemus, in prouincia Lindiſsi. In quo uſq; hodie inſtituta ab ipſo regularis uitæ ueſtigia permanent. Habuit autem ſedem epiſcopalem in loco, qui uocatẽ Licitfelth, in quo & defunctus ac ſepultus eſt: Ibiq; uſq; hodie ſequentium quoq; prouinciæ illius epiſcoporum ſedes eſt. Fecerat uero ſibi manſionem non longe ab eccleſia remotiorem, in qua ſecretius cum paucis, ideſt ſeptem ſiue octo fratribus, quotiens a labore & miniſterio uerbi uacabat, orare ac legere ſolebat.

Qui cum in illa prouincia duobus annis ac dimidio eccleſiam glorioſiſſime rexiſſet, affuit ſuperno diſpenſante iudicio tempus, de quo loquitur eccleſiaſtes, quia tempus mittẽdi lapides, & tempus colligendi. Superuenit nanq; clades diuinitus miſſa, quę per mortem carnis uiuos eccleſiæ lapides de terrenis ſedibus ad ędificium cœleſte transferret. Cumq; plurimis de eccleſia eiuſdem Reuerendiſsimi Antiſtitis de carne ſubtractis, ueniret hora ipſius, ut tranſiret de hoc mũdo ad Dominum, contigit die quadam ut in præfata manſione forte ipſe cum uno tantum fratre, cui uocabulum erat Ouini, commoraretur, cęteris eius ſocijs pro cauſa optima ad eccleſiam reuerſis. Erant autem idem Ouini magni meriti monachus, & para intentione ſupernæ retributionis mundum derelinquens, dignusq; per omnia cui Dominus ſpecialiter ſua reuelaret arcana, dignus cui fidem narranti audientes accommodarent. Venerat enim cum Regina Edildride de prouincia Orientalium Anglorum, eratq; primus miniſtrorum, & princeps domus eius. Qui cũ creſcente fidei feruore ſeculo renunciare diſponeret, non hoc ſegniter fecit, ſed adeo ſe mundi rebus exuit, ut relictis omnibus quæ habebat, ſimplici tantũ habitu indutus, & ſecurim & aſciã in manu ferens, ueniret ad monaſterium eiuſdem Reuerendiſsimi patris, quod uocatur Læſtingon. Non enim ad ocium, ut quidam, ſed ad laborẽ ſe monaſterium intrare ſignabat, quod ipſum etiam facto monſtrauit. Nã quo minus ſufficiebat meditationi ſcripturarum, eo amplius operi manuũ ſtudium impendebat. Deniq; cum epiſcopo in præfata manſione pro ſuę reuerẽtia deuotionis inter fratres habitus, cum illi intus lectioni uacabant, ipſe foris quæ opus eſſe uidebat, operabatur.

Qui cum die quadam tale aliquid foris ageret, digreſsis ad eccleſiam ſocijs (ut dicere cœperam) & epiſcopus ſolus in oratorio loci lectioni uel orationi operam daret, audiuit repente, ut poſtea referebat, uocem ſuauiſſimam cantantiũ atq; lætantium, de cœlo ad terras uſq; deſcendere. Quã uidelicet uocem ab Euroauſtro, ideſt ab alto brumalis exortus primo ſe audiſſe dicebat, ac deinde paulatim eam ſibi appropinquare, donec ad tectum uſq; oratorij, in quo erat epiſcopus perueniret, quæ ingreſſa, totum impleuit, atq; in gyro circundedit. At ille dũ ſolicitus in ea quæ audiebat, animum intenderet, audiuit denuo tranſacto quaſi dimidio horæ ſpatio, aſcendere de tecto eiuſdem oratorij idem lętitię canticũ, & ipſa qua uenerat uia, ad cœlos cũ ineffabili dulcedine conuerti. Qui cum aliquantulum horæ quaſi attonitus maneret, & quid hęc eſſent ſolerti animo ſcrutaretẽ,

aperuit epiſcopus feneſtram oratorij, & ſonitum manufaciens, ut ſæpius conſueuit, ſi quis foris eſſet, ad ſe intrare præcepit. Introiuit ille cōſtitutus. Cui dixit Antiſtes: Vade cito ad eccleſiam, & Oſiuu fratrem huc uenire fa cito, tu quoq; ſimul adeſto. Qui cū ueniſſent, primo admonuit eos, ut uirtutem dilectionis & pacis ad inuicem, & ad omnes fideles ſeruarent. Inſtituta quoq; diſciplinæ regularis, quę uel ab ipſo didiciſſent, uel ab ipſo uidiſſent, uel in patrū præcedentium factis ſiue dictis inueniſſent, indefeſſa inſtantia ſequerentur. Deinde ſubiunxit diem ſui obitus iam proxime inſtare. Nanq; hoſpes, inquit, ille amabilis, qui fratres noſtros uiſitare ſolebat, ad me quoq; hodie uenire, hocq; de ſeculo euocare dignatus eſt. Propter quod reuertentes ad accleſiam dicite fratribus, ut meum exitum Do

2 mino, cuius hora incerta eſt, 2 uigilijs, orationibus, bonis operibus prę uenire meminerint.

Sancti uiri exitum ſuum uigilijs, orationibus, & bonis operibus præueniunt.

Cumq; hęc & huiuſmodi plura loqueretur, atq; illi percepta eius bene dictione iam multū triſtes exiſterent, rediit ipſe ſolus qui carmen cœleſte audierat, & proſternens ſe in terram ait. Obſecrò pater, licet interrogare? Interroga inquit, quę uis. At ille: obſecro, inquit, dicas, quod erat canticū illud lætātium quod audiui uenientiū de cœlis ſuper oratoriū hoc, & poſt tempus redeuntiū ad cœlos. Reſpōdit ille: ſi uoces carminis audiſti, & cœleſtes ſuperuenire cœtus cognouiſti, præcipio tibi in nomine Domini, ne hoc cuiquam ante meū obitum dicas. Reuera autem Angelorū fuere ſpiritus, qui me ad cœleſtia quæ ſemper amabam, ac deſiderabam, prēmia uo care uenerunt. Et poſt dies ſeptē ſe rediturios, ac me ſecū adducturos eſſe promiſerunt. Quod quidem ita ut dictū erat, opere completum eſt. Nam confeſtim languore corporis tactus eſt, & hoc per dies ingraueſcente, ſe-

3 ptimo, ut promiſſum ei fuerat, die, poſtquam obitum ſuum 3 Dominici corporis & ſanguinis perceptione muniuit, ſoluta ab ergaſtulo corporis anima ſancta, ducētibus, ut credi fas eſt, Angelis comitibus 4 ęterna gau dia petiuit. Non autem mirum ſi diem mortis uel potius diem Domini lætus aſpexit, quem ſemper uſq; dum uiueret ſolicitus expectare curauit.

Ecce quomodo sāctis mos fuit obitum ſuū Domini corporis & ſanguinis pceptione munire.

Nanq; inter plura continentię, humilitatis, doctrinę, orationis, uoluntarię, paupertatis, & cęterarū uirtutum merita, intantum erat timori Domi-

4 ni ſubditus, intantū nouiſsimorum ſuorum in omnibus operibus ſuis memor, ut ſicut mihi quidam frater de his, qui in ſcripturis erudiebantur, & erat in monaſterio ac magiſterio illius educatus, uocabulo Trumbrecht referre ſolebat, ſi forte legenre eo, uel aliud quid agente, repente flatus uenti maior aſſurgeret, continuo miſericordiam Domini inuocaret, & eā generi humano propiciari rogaret. Si autem uiolentior aura inſiſteret, iā clau ſo codice 5 procideret in faciem, atq; obnixius orationi incumberet. At

Anima Ceaddæ angelis comitibus æterna gaudia petiuit.

5 ſi procella fortior perurgeret, uel eſſet coruſcatio, ac tonitrua terras, & aēra terrerent, tūc ueniens ad eccleſiam ſolicitus orationibus ac pſalmis, donec ſerenitas aēris rediret, fixa mente uacaret.

Vide orationem cum genuflexione.

Cumq; interrogaretur à ſuis quare hoc faceret, reſpondebat: Non legiſtis: quia intonuit de cœlo Dominus, & altiſsimus dedit uocē ſuam: Miſit ſagittas ſuas, & diſsipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos? Mouet enim aēra Dominus, uentos excitat, iaculatꝰ fulgura, de cœlo intonat, ut terrigenas ad timendū ſe ſuſcitet, ut corda eorū ad memoriam futuri iudicij reuocet, ut ſuperbiam eorum diſsipet, & conturbet audaciā,

reducto ad mentem tremendo illo tẽpore, quando ipſe cœlis ac terris ardentibus, uenturus eſt in nubibus cũ poteſtate magna ac maieſtate ad iudicandos uiuos ac mortuos. Propter quod, inquit, oportet nos admonitio ne eius cœleſti, debito cũ timore & amore reſpondere: ut quoties aëre cõmoto, manum quaſi ad feriendũ minitans erexerit, ne adhuc tamen percutiat mox imploremus eius miſericordiam, & diſcuſsis penetralibus cordis noſtri, atq; expurgatis uitiorum ruderibus, ſoliciti ne unquam percuti mereamur agamus.

Conuenit ergo reuelationi & relationi præfati fratris de obitu huius Antiſtitis etiam ſermo reuerendiſsimi patris, de quo ſupra diximus, qui dudum cũ eodem Ceadda adoleſcente & ipſe adoleſcens in Hibernia monachicam in orationibus, & continentia ac meditatione diuinarũ ſcripturarum uitam ſedulus agebat. Sed ille poſtmodũ patriam reuerſus, peregrinus pro Domino uſq; ad finem uitę permanſit. Cum ergo ueniret ad eum longo poſt tempore gratia uiſitationis de Britannia uir ſanctiſsimus & continentiſsimus uocabulo Hilgbald, qui erat abbas in prouincia Lindiſſi, & ut ſanctos decebat, de uita patrũ proprium ſermonem facerent, atq; hanc ęmulari gauderent, interuenit mẽtio reuerendiſsimi Antiſtitis Ceadda. Dixitq; Ecgbrecht: ſcio hominem in hac inſula adhuc in carne manentem, qui cũ uir ille de mundo tranſiret, uidit animam Ceddi fratris ipſius cum agmine Angelorum 6 deſcendere de cœlo, & aſſumpta ſecum anima eius ad cœleſtia regna redire. Quod utrum de ſe, an de alio aliquo diceret, nobis manet incertum.

Obijt autem Ceadda ſexto die Nonarum Martiarum, & ſepultus eſt quidem primo iuxta eccleſiam ſanctę Marię, ſed poſtmodum ibidem conſtructa eccleſia beatiſsimi principis apoſtolorum Petri, in eandem ſunt oſſa tranſlata. In quo utroq; loco ad indiciũ 7 uirtutis illius, ſolent crebra ſanitatum miracula operari. Deniq; nuper freneticus quidam dum per cuncta errando diſcurreret, deuenit illo ueſpere, neſcientibus ſiue non curantibus loci cuſtodibus, & ibi tota nocte requieſcẽs, mane ſanato ſenſu egreſſus, mirantibus & gaudentibus cunctis, quod ibi ſanitatem Domino largiente conſequutus eſſet, oſtendit. Eſt autem locus ibi ſepulchri tumba lignea in modũ domunculę facta, coopertus, habens foramen in pariete, per quod ſolent hi qui cauſa deuotionis illo adueniunt, manum ſuam immittere, ac partem pulueris 8 inde abſumere. Quam cũ in aquas miſerint, atq; has infirmantibus iumentis ſiue hominibus guſtandas dederint, mox infirmitatis ablata moleſtia, cupitę ſoſpitatis gaudia redibunt. In cuius locũ ordinauit Theodorus Vinfridũ uirum bonum & modeſtum, qui ſicut prędeceſſores eius prouincijs Merciorum, & mediterraneorum Anglorum, & Lindisfarorum epiſcopatus officio præeſſet. In quibus cunctis Vulfheri, qui adhuc ſupererat, ſceptrũ Regis tenebat. Erat autẽ Vinfrid de clero eius, cui ipſe ſucceſſerat, Antiſtitis, & Diaconatus officio ſub eo non pauco tẽpore fungebatur.

6 *Anima ſancti epiſcopi cum angelorũ agmine deſcendit de cœlo, et aſſumpta ſecum fratris anima ad cœleſtia regna rediuit. Vbi ergo ſunt qui dicunt ſanctorum animas uſque ad diem iudicij non eſſe in cœlo?*

7 *Vide quomodo apud ſanctorum ſepulchra magnæ uirtutes præſtantur ad indicium ſanctitatis eorum.*

8 *Ecce quomodo etiam res exteræ ad ſanctos qualitercunq; ptinentes, gratiarum beneficia præſtant.*

Habetur libro tertio hiſtoriæ eccleſiaſticæ Anglicanæ eiuſdē capite uigeſimonono.

VITA THEODORI EPISCOPI DORVVERnenſis in Britannia per uenerabilem Bedam preſbyterum ſcripta.

REges Anglorum nobiliſsimi Oſiuu prouinciæ Nordanhimbrorum, & Ecberecht Cantuariorum, habito inter ſe conſilio quid de ſtatu Anglorum eſſet agendum (intellexerat enim ueraciter Oſiuu, quamuis educatus à ſcotis, quia Romana 1 eſſet catholica & apoſtolica eccleſia) aſſumpſerunt cū electione, & conſenſu ſanctæ eccleſiæ, genti Anglorum uirum bonum & aptum epiſcopū, presbyterum nomine Virtardū de clero Deuſdedit epiſcopi: & hunc Antiſtitem ordinandum Romam 2 miſerunt, quatenus accepto ipſe gradu epiſcopatus, catholicis per omnem Britanniam eccleſijs Anglorum ordinare poſſet Antiſtites. Verū Vithard Romam perueniens, priuſquam conſecrari in epiſcopū poſſet, morte præreptus eſt: Et huiuſmodi literæ Regi Oſiuu Britanniam remiſſæ ſunt.

1 *Vt rumpantur ilia hæreticis, ueritas hæc ſtetit ſemper, & in æternum ſtabit, quod Romana eſt uere Catholica & apoſtolica eccleſia.*

Domino eccellentiſsimo filio Oſiuu Regi Saxonum Vitalianus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Deſiderabiles literas excellentiæ ueſtræ ſuſcepimus, quas relegentes cognouimus eius pijſsimam deuotionē feruentiſsimumq́ amorem, quem habet propter beatā uitam, & quia dextera Domini protegente ad ueram & apoſtolicam fidem ſit cōuerſus, ſperans ut ſicut in ſua gente regnat, ita & cum Chriſto de futuro conregnaturus ſit. Benedicta igitur gens, quę talem ſapientiſsimum & Dei cultorem promeruit habere regem; quia non ſolū ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubiectos ſuos meditatē die ac nocte ad fidem catholicam atq; apoſtolicam pro ſuæ animę redemptione conuertere. Quis enim audiens hęc ſua uia, non lętetē? Quis non exultet & gaudeat in his pijs operibus? quia & gens ueſtra Chriſto Omnipotenti Deo credidit ſecundū diuinarum prophetarum uoces, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia: In die illa radix Ieſſe, quæ ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. Et iterum: Audite inſulę, & attendite populi de longe. Et poſt paululum: paruum, inquit, eſt, ut mihi ſis ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & feces Iſraël conuertendas: Dedit te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſq; ad extremū terræ. Et rurſum: Reges uidebunt, & cōſurgent principes, & adorabunt. Et poſt paululum: Dedi te in fœdus populi, ut ſuſcitares terram, & poſsideres hæreditates diſsipatas, & diceres his qui uincti ſunt exite, & his qui in tenebris, reuelamini. Et rurſum: Ego Dominus uocaui te in iuſtitia, & apprehēdi manum tuam, & ſeruaui, & dedi te in lucem gentium, & in fœdus populi, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione uinctum, de domo carceris ſedentem in tenebris.

2 *Vides Romanam eccleſiam propter beati Petri ſedem iuriſdictionem habere ſup omnes mundi eccleſias? Nam hic Romā mittitur ordinandus, ut illius ſedis auctoritate ordinatus ipſe, poſtea ius habeat ordinandi Antiſtites per omnē Britanniam.*

Ecce eccellentiſsime fili, quam luce clarius eſt, non ſolum de uobis, ſed etiam de omnibus prophetatum gentibus, quod ſint credituręin Chriſto omnium conditore. Quamobrem oportet ueſtram celſitudinem, utpote membrū exiſtens Chriſti, in omnibus piam regulam ſequi perēniter principis Apoſtolorum, ſiue in paſcha celebrando, ſiue 3 in omnibus, quæ tradiderunt ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus, qui ut duo luminaria cœli illuminant mundum, ſic doctrina eorum, corda hominum quotidie illuſtrat credentium.

3 *Seruanda ſunt in omnibus quæ tradiderunt ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus.*

Et poſt

Et poſt nonnulla, quæ de celebrando per orbem totũ uno uero paſcha loquitur, hominem denique, inquit, docibilem, & in omnibus ornatum antiſtitem ſecundũ ueſtrorum ſcriptorum tenorē, minime ualuimus nunc reperire pro longinquitate itineris: profecto enim dum huiuſmodi apta repertaque perſona fuerit, eum inſtructum ad ueſtram dirigemus patriam; ut ipſe & uiua uoce per diuina oracula omnem inimici Zizaniam ex omni ueſtra inſula cũ diuino nutu eradicet. Munuſcula a ueſtra celſitudine beato principi Apoſtolorum directa, pro æterna eius memoria ſuſcipimus, gratiasque ei agimus, ac pro eius incolumitate iugiter Deum deprecamur cũ Chriſti clero. Itaque qui hæc obtulit munera, de hac ſubtractus eſt luce, ut ad limina Apoſtolorum peruenit; pro quo ualde ſumus contriſtati, cur hic eſſet defunctus. Veruntamen gerulis harum noſtrarum literarum ueſtris miſſis 4 beneficia ſanctorum martyrum Laurentij, Ioannis, & Pauli, et Gregorij, atque Pancratij fecimus dare ueſtræ excellentiæ profecto omnia contradenda. Nam & coniugi ueſtræ noſtræ dilectæ filiæ, direximus per præfatos gerulos crucem & clauem auream, habentem de ſacratiſsimis uinculis beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum. De cuius pio ſtudio cognoſcentes, tantum cuncta ſedes Apoſtolica unà nobiſcum lætatur, quantum eius pia 5 opera coram Deo flagrant, & uernant. Feſtinet igitur quæſumus ueſtra celſitudo, ut optamus, totam inſulam ſuam Deo Chriſto dicare. Profecto enim habet protectorem humani generis Redemptorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ei cuncta proſpera impartiet, & in nouum Chriſti populum coaceruabit, catholicam ibi & apoſtolicam cõſtituens fidem. Scriptum eſt enim: Quærite primum Regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Nimirum enim quærit & impetrauit, & ei omnes ſuæ inſulæ, ut optamus, ſubdantur. Paterno itaque affectu ſalutantes ueſtram excellentiam, diuinã iugiter precamur clementiã, quæ uos ueſtrosque omnes in omnibus bonis operibus auxiliari dignetur, ut cum Chriſto in futuro regnetis ſeculo. Incolumen eccellentiam ueſtrã gratia ſuperna cuſtodiat.

4 *Beneficia ſanctorum Martyrum appellat ſacras eorũ reliquias quas ipſi Regi dono mittebat.*

5 *Quantum eius pia opera coram Deo flagrant & uernant.*

Eodem tempore prouinciæ Orientalium ſaxonum poſt Vidhelmum, præfuere Reges Sighere, & Sebbi, quamuis ipſi Regi Merciorum Vulferę ſubiecti: quæ uidelicet prouincia cum præfatæ mortalitatis clade premeretur, Sigheri cum ſua parte populi, relictis Chriſtianæ fidei ſacramentis, ad apoſtaſiam conuerſus eſt. Nam & ipſe Rex, & plurimi de plebe, ſiue optimatibus, diligentes hanc uitam, & futuram non quærentes, ſiue etiã non eſſe credentes, cœperunt phana quę derelicta erant reſtaurare, & adorare ſimulachra, quaſi his poſſent a mortalitate defendi. Porro ſocius eius & cohæres Regni eiuſdem Sebbi, fidem perceptam cum ſuis omnibus magna deuotione ſeruauit, & uitam fidelem felicitate compleuit. *Ex cap. 30.*

Quod ubi Rex Vulſheri comperit, fidem uidelicet prouincię ex parte prophanatam, miſit ad corrigendum errorem, reuocandamque ad fidē ueritatis prouinciam, Tarumam epiſcopum, qui ſucceſſor erat Triumpheri. Qui multa agens ſolertia, iuxta quod mihi presbyter, qui comes itineris illi, & cooperator uerbi extiterat, referebat (erat enim religioſus & bonus uir) longe lateque peruagatus, & populum & Regem pręfatum ad uiã iuſtitię reduxit, adeo ut relictis ſiue deſtructis phanis, ariſque quas fecerant, aperirent eccleſias, ac nomen Chriſti, cui contradixerant, confiteri gaude

rent, magis cum fide reſurrectionis in illo, quam in perfidię ſordibus inter idola uiuere cupientes. Quibus ita geſtis, & ipſi ſacerdotes doctoresque eorum domum rediere lætantes.

Ex libri quarti capite primo.

Anno igitur memorato Eclipſis ſolis, & mox futuræ peſtilentiæ, quo & Colman epiſcopus unanimi catholicoꝝ intentione ſuperatus, ad ſuos reuerſus eſt, Deuſdedit ſextus eccleſiæ Doruuernenſis epiſcopus, obijt pridie Iduum Iuliaꝝ. Sed & Erconbrecht Rex Cantuariorum eodem menſe ac die defunctus, Ecberechto filio ſedem Regni reliquit, quam ille ſuſceptam per nouem annos tenuit. Tunc ceſſante non pauco tempore epiſcopatu, miſſus eſt Romã ab ipſo ſimul, & a Rege Nordanhimbroꝝ Oſiuu, ut iam diximus, Vithart presbyter, uir in eccleſiaſticis diſciplinis doctiſsimus, de genere Anglorum, petens pro eccleſia Anglorum epiſcopum ordinari; miſsis pariter Apoſtolico papæ donarijs, & aureis atq; argenteis uaſis non paucis: qui ubi Romam peruenit, cuius ſedi Apoſtolicæ tempore illo Vitalianus præerat, poſtquã itineris ſui cauſam præfato papę Apoſtolico patefecit, non multo poſt & ipſe, & omnes pene qui cum eo aduenerant ſocij, peſtilentia ſuperueniente deleti ſunt.

At Apoſtolicus papa habito de his conſilio, quæſiuit ſedulus quem eccleſijs Angloꝝ Archiepiſcopum mitteret. Erat autem in monaſterio Hiridano, quod eſt non longe à Neapoli campaniæ Abbas Adrianus, uir natione Apher, ſacris diligenter imbutus, monaſterialibus ſimul & eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutus, Græcæ pariter & latinæ linguæ peritiſsimus. Hunc ad ſe accitum papa iuſsit epiſcopatu accepto Britanniam uenire. Qui indignum ſe tanto gradui reſpondens, oſtendere poſſe ſe dixit alium, cuius magis ad ſuſcipiendum epiſcopatũ & eruditio conueniret, & ætas. Cumq; monachum quendam de uicino Virginum monaſterio Adrianus pontifici offerret, hic ab omnibus qui nouere, dignus epiſcopatu iudicatus eſt. Verũ pondus corporeæ infirmitatis ne epiſcopus fieri poſſet, obſiſtit. Et rurſum Adrianus ad ſuſcipiendum epiſcopatum actus eſt. Qui petens inducias, ſi forte alium, qui ordinaretur epiſcopus, ex tempore poſſet inuenire cogitabat.

Erat ipſo tempore monachus Adriano notus, nomine Theodorus, natus eſt Tharſo Ciliciæ, uir & ſeculari & diuina literatura & Græcè inſtructus & latinè, probus moribus, & ætate uenerandus, ideſt annos habens ætatis ſexaginta ſex. Hunc offerens Adrianus pontifici, ut epiſcopus ordinaretur obtinuit, his tamen conditionibus interpoſitis, ut ipſe eum perduceret in Britanniam, eo quod iam his partes Galliaꝝ diuerſis ex cauſis adijſſet, & ob id maiorem huius itineris peragendi notitiam haberet, ſufficiensque eſſet in poſſeſsione hominum propriorum, & ut ei doctrinæ cooperator exiſtens, diligenter attenderet, ne quid ille contrarium 6 ueritati fidei, Græcorum more, in eccleſiam, cui præerat, introduceret. Qui ſubdiaconus ordinatus, quatuor expectauit menſes, donec illi coma creſceret, quo in coronam tondi poſſet. Habuerat enim tonſuram more Orientaliũ ſãcti Pauli Apoſtoli. Qui ordinat⁹ eſt à Vitaliano papa anno Dominicę incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo, ſub die ſeptimo Calendarum Aprilis Dominica. Et ita unà cum Adriano ſexto Calendarum Iuniarum in Britanniam miſſus eſt.

6 Nota tu qui in dogmatibus eccleſiæ ſæpe ad Græcos prouocas, quod multa contraria ueritati in eccleſiã introduxerũt. Quod tamen non intellige de ueteribus

Qui cum pariter per mare ad Maſsiliam, ac deinde per terram Arche-

las perueniſſent, & tradidiſſent Ioãni Archiepiſcopo ciuitatis illius ſcripta commendatitia Vitaliani pontificis, retenti ſunt ab eo quouſq; Ebroinus maior domus Regiæ copiam pergendi quoquo uellent, tribuit eis. Qua accepta Theodorus profectus eſt ad Agilberechtũ Pariſiorum epiſcopũ, & ab eo benignè ſuſceptus, & multo tempore habitus eſt. Adrianus perrexit ad emmeſcenonum, & poſtea ad Pharaonem Meldorum epiſcopos; & bene ſub eis diutius fuit. Coegerat enim eos imminens hyems, ut ubicunq; potuiſſent, quieti manerent. Quod cum nuncij certi narraſſent Ecberechto, ſcilicet epiſcopum, quem petierant à Romano Antiſtite, in Regno Francorum eſſe, miſit illo continuo Redfridum præfectum ſuum ad adducendum eum. Quo cũ ueniſſet, aſſumpſit Tehodorum cũ Ebroini licẽtia, & perduxit eum ad portum, cui nomen eſt Conuentumuic, ubi fatigatus infirmitate aliquantis permoratus eſt diebus: Et cum conualeſcere cœpiſſet, nauigauit Britanniam. Adrianum autem Ebroinus retinuit, quoniã ſuſpicabatur eum habere aliquam legationem Imperatoris ad Britanniæ Reges aduerſum Galliæ Regnum, cuius tunc ipſe maximam curam gerebat. Sed cum tale nihil illum habere uel habuiſſe, ueraciter comperiſſet abſoluit eum, & poſt Theodorum ire permiſit. Qui ſtatim ut ad illum uenit, dedit ei monaſterium beati Petri Apoſtoli, ubi Archiepiſcopi Cantuæ ſepeliri ſolent. Præceperat enim Theodoro abeunti Dominus Apoſtolicus; ut in Dioceſi ſua prouideret & daret ei locum, in quo cum ſuis apte degere potuiſſet.

ſanctiſſimis et doctiſſimis patribus, ut sũt Baſiljus, Chryſoſtomus, & ſimiles, ſed de his qui pceſſerunt & ſequuti ſunt tempora Bedæ hæc ſcribẽtis.

Peruenit autem Theodorus ad eccleſiam ſuam ſecundo poſtquam cõſecratus eſt anno, die ſexto Calendarum Ianuarium Dominica; & fecit in ea annos uigintiunum, mẽſes tres, dies uigintiſex. Moxq; peragrata Inſula tota, quaqua uerſum Anglorum gentes morabatur (nam & libentiſſime ab omnibus ſuſcipiebatur, atq; audiebatur) rectũ uiuendi ordinem, ritumq; celebrandi paſchæ Canonicum, per omnia comitante, & cooperante Adriano diſſeminabat. Iſq; primus erat in Archiepiſcopis, cui omnis Anglorum eccleſia manus dare conſentiret. Et quia literis ſacris, ſimul & ſecularibus, ut diximus, abundanter ambo erant inſtructi, congregata diſcipulorum caterua, ſcientiæ ſaluatoris quotidie flumina, irrigandis eorum cordibus emanabãt; ita ut etiã Metricæ artis, Aſtronomicæ, & Arithmeticæ eccleſiaſticæ diſciplinam inter ſacrorũ apicum uolumina ſuis auditoribus contraderent. Indicio eſt, quòd uſq; hodie ſuperſunt de eorum diſcipulis, qui latinam Græcamq; linguã æque ut propriam, in qua nati ſunt, norunt. Neq; unquam prorſus, ex quo Britanniam petierunt Angli, feliciora fuere tempora, dum fortiſsimos Chriſtianos habentes Reges, cunctis Barbaris nationibus eſſent terrori, & omnium uota ad nuper audita cœleſtis Regni gaudia pẽderent. Et quicunq; lectionibus ſacris cuperent erudiri, haberent in promptu magiſtros qui docerent. Sed & tonum cantandi 8 in eccleſia, quem eatenus in Cantua tantum nouerant, ab hoc tempore per omnes Anglorum eccleſias diſcere cœperunt. Primuſq;, excepto Iacobo, de quo ſupra diximus, cantandi magiſter Nordanhimbrorum eccleſijs Eddi cognomento Stephanus, fuit inuitatus de cantua a Reuerendiſsimo uiro Vilfrido, q primus inter epiſcopos, qui de Anglorum gente eſſent, catholicum uiuendi morem eccleſijs Anglorum tradere didicit.

Ex cap. 2.

7 *Si ſancti uiri liberalium diſciplinarũ ſciẽtiam ſuis auditoribus tradebant, non ſunt illa poſthabenda, ut iactant hæretici.*

8 *Ecce uſum cantandi in eccleſia antiquiſſimum.*

Itaq; Theodorus perluſtrans uniuerſa, ordinabat locis opportunis &

& apoſtolicæ inſtitutionis,ut ſi ab infirmitate ſaluaretur, etiam Romam uenire,ibiq́ue ad loca ſancta uitam finire diſponeret, Vilfridumq́ue epiſcopũ ducem ſibi itineris fieri,promiſſa nõ parua pecuniarũ donatione, rogaret: Qui defunctus die decimoquinto Calendarũ Martiarum, Ecgfridum filium Regni hæredem reliquit. Cuius anno Regni tertio Theodorus congregauit Conciliũ epiſcoporum una cum eis, qui canonica patrum ſtatuta diligerent,& noſſent,magiſtris eccleſiæ pluribus. Quibus pariter congregatis diligenter ea quæ unitati pacis eccleſiaſticæ congruerent,quæq; Pontificem decebat,animo cœpit obſeruanda docere. Cuius ſynodicæ actionis talis textus eſt.

In nomine Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,regnante in perpetuum ac gubernante ſuam eccleſiam eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto,placuit conuenire nos iuxta morem canonũ 10 uenerabilium,tractaturos de neceſſarijs eccleſiæ negocijs. Conuenimus autem die quartadecima menſis Septembris, inditione prima, in loco qui dicitur Herutfrod. Ego quidem Theodorus quamuis indignus ab apoſtolica ſede deſtinatus Doruuernenſis eccleſiæ epiſcopus, & conſacerdos ac frater noſter Reuerendiſsimus Biſi Orientalium Anglorũ epiſcopus affuimus; cũ quibus etiam frater & conſacerdos noſter Vilfrid Nordanhimbrorũ gentis epiſcopus per proprias legatarias affuit;affuerũt fratres & conſacerdotes noſtri Putta epiſcopus Caſtellæ Cantuariorum Hrofeſceſtir;Leutherius epiſcopus occidentalium Saxonum;Vinfrid epiſcopus prouinciæ Merciorũ. Cumq́ in unum conuenientes, iuxta ordinem quiq; ſuum reſediſſemus. Rogo,inquam, dilectiſsimi fratres, per timorem & amorẽ redemptoris noſtri,ut in communi omnes pro noſtra fide tractemus,ut 11 quæ decreta ac diffinita ſunt à ſanctis ac probabilibus patribus,incorrupte ab omnibus nobis ſeruentur.

10 *Vide quomodo antiquitus Canones uenerabiles erant in magna obſeruatione.*

11 *Quæ ſunt decreta ac diffinita a ſanctis & pbabilibus patribus, incorrupte ab omnibus nobis ſeruentur.*

Hæc & alia complura,quæ ad charitatem pertinebant, unitatemq́ eccleſiæ conſeruandam,proſequutus ſum. Cumq́ expleſſem proloquutionem,interrogaui unumquemq́ eorũ per ordinem, ſi conſentirent,ea,quæ à patribus canonice ſunt antiquitus decreta, cuſtodire. Ad quod omnes conſacerdotes noſtri reſpondentes dixerũt:Optime omnibus placet,quę diffinierunt ſanctorũ 12 canones patrum, nos quoq; omnes alacri animo libentiſsime ſeruare. Quibus ſtatim protuli eundem librũ canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notauerã,quæ maxime nobis neceſſaria ſciebam,illis coram oſtendi. Et ut hæc diligentius ab omnibus ſuſciperentur, rogaui.

12 *Ecce quanta reuerentia debeatur canonibus ſãctorum patrũ.*

Primum capitulũ, ut ſanctum diem paſchæ in communi omnes ſeruemus Dominica poſt quartamdecimã lunam primi menſis. Secundũ,ut nullus epiſcoporũ parochiam alterius inuadat,ſed cõtentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis. Tertium, ut quæq; monaſteria Deo conſecrata nulli epiſcoporũ liceat ea in aliquo inquietare,nec quicquam de eorũ rebus uiolenter abſtrahere. Quartũ,ut ipſi monachi non migrent de loco ad locũ, hoc eſt de monaſterio ad monaſteriũ,niſi permiſsionem proprij abbatis, ſed in ea permaneant obedientia,quam tempore ſuæ conuerſionis promiſerunt. Quintũ,ut nullus clericorũ relinquens proprium epiſcopũ paſsim quolibet diſcurrat, neq; alicubi ueniens abſq; commendatitijs literis ſui præſulis ſuſcipiatur. Quod ſi ſemel ſuſceptus eſt,& noluerit inuitatus redire,

& ſuſceptor, & is qui ſuſceptus eſt, excommunicationi ſubiacebit. Sextũ ut, epiſcopi atq; clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato; nulliq; eorũ liceat ullum officium ſacerdotale abſq; permiſſu epiſcopi, in cuius parochia eſſe cognoſcitur, agere. Septimũ, ut bis in anno ſynodus congregetur. Sed quia diuerſæ cauſæ impediunt, placuit omnibus in cõmuni, ut Calendis Auguſti, in loco, qui appellatur Cloſaes, hæc ſemel in anno congregẽt. Octauum, ut nullus epiſcoporũ ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ. Nonum capitulũ in communi tractatum eſt, ut plures epiſcopi creſcente numero fideliũ, augerentur. Sed de hac re ad præſens ſilemus. Decimum pro coniugijs, ut nulli liceat niſi legitimũ habere cõnubium: nullus inceſtũ faciat, nullus coniugem propriam, niſi, ut ſanctũ euangelium docet, fornicationis cauſa relinquat. Quod ſi quiſq; propriam expulerit coniugem legitimo ſibi matrimonio coniunctã, ſi Chriſtianus eſſe recte uoluerit, nulli alteri copuletur, ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur coniugi.

His itaq; capitulis in communi tractatis ac diffinitis, ut nullũ deinceps ab aliquo noſtrũ oriretur contentionis ſcandalum, aut alia pro alijs diuulgarentur, placuit ut quæq; diffinita ſunt, unuſquiſq; noſtrum manus propriæ ſubſcriptione confirmaret. Quiſquis igitur contra hanc ſententiã iuxta decreta canonũ noſtra etiam confeſsione, ac ſubſcriptione manus noſtræ confirmatam, quoquo modo minuere, uel uiolare, eamq; infringere tentauerit, nouerit ſe ab omni officio ſacerdotali, & noſtra ſocietate ſeparatum. Diuina nos gratia in unitate ſanctę eccleſiæ ſuę uiuentes cuſtodiat incolumes.

Facta autem eſt hæc ſynodus anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio: quo anno Rex Cantuariorum Ecgbrecht menſe Iulio obierat, ſuccedente in Regnũ fratre Lothere, quod ipſe annos undecim, & menſes ſeptem tenuit. Biſi autem epiſcopus Orientaliũ Anglorum, qui in præfata ſynodo fuiſſe perhibetur, ipſe erat ſucceſſor Bonifacij, uir multæ ſanctitatis & religionis. Nam Bonifacio poſt decem & ſeptem annos epiſcopatus ſui defuncto, epiſcopus pro eo Theodorus ordinate factus eſt. Quo adhuc ſuperſtite, ſed grauiſsima infirmitate ab adminiſtrando epiſcopatu prohibito, duo ſunt pro illo Ecci & Balduini electi & conſecrati epiſcopi. Ex quo uſque hodie prouincia illa duos habere ſolet epiſcopos.

Ex cap. 6. Non multo poſt hæc elapſo tempore, offenſus à Vinfrido Merciorum epiſcopo per meritum cuiuſdam inobedientiæ Theodorus Archiepiſcopus, depoſuit eum de epiſcopatu, poſt annos accepti epiſcopatus nõ multos, & in loco eius ordinauit epiſcopum Sexuulfum, qui erat conſtructor & abbas monaſterij, quod dicitur Medeshamſtedi in regione Giruiorũ. Depoſitus uero Vinfrid redijt ad monaſteriũ ſuum, quod dicitur Adbarue, ibiq; in optima conuerſatione uitam finiuit.

Ex cap. 12. Quartus occidentalium Saxonum Antiſtes Eleutherius fuit, ſiquidem primus Birinus, ſecundus Agilbrechtus, tertius extitit Vini. Cumq; mortuus eſſet Comulach, quo regnãte idem Eleutherius epiſcopus factus eſt, acceperunt ſub reguli regnum gentis, & diuiſum inter ſe tenuerunt annis circiter decem. Ipſiſq; regnantibus defunctus eſt ille, & epiſcopatu functus Haeddi pro eo, cõſecratus à Theodoro in ciuitate Londonia; cuius

epiſcopatus tempore deuictis atq; amotis ſubregulis, Ceduallа ſuſcepit imperium. Et cum duobus annis hoc tenuiſſet, tãdem ſuperni Regni amore compunctus, reliquit, eodem adhuc præſule eccleſiam gubernante: ac Romam abiens, ibi uitam finiuit.

Anno Dominicę incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto, cum Edilred Rex Mercioꝝ adducto maligno exercitu Cantuam uaſtaret, & eccleſias ac monaſteria ſine reſpectu pietatis, uel diuini timoris, fœdaret, ciuitatem quoq; Hroſi, in qua erat Putta epiſcopus, quanuis eo tempore abſens, communi clade abſumpſit. Quod ille ubi comperit, eccleſiam uidelicet ſuam rebus ablatis omnibus depopulatã, diuertit ad Sexuulſum Mercioꝝ Antiſtitem, & accepta ab eo poſſeſsione eccleſiæ cuiuſdam, & agelli non grandis, ibidem in pace uitam finiuit, nil omnino de reſtaurãdo epiſcopatu ſuo agens, qui magis in eccleſiaſticis, quàm in mũdanis rebus erat induſtrius; ſed in illa ſolum eccleſia Deo ſeruiens, & ubicunq; rogabatur, ad docenda eccleſiaſtica carmina diuertens. Pro quo Theodorus in ciuitate Hroſi Chelmum conſecrat epiſcopũ. Sed illo poſt non multum præ inopia rerum ab epiſcopatu decedente, atq; ad alia loca deſcendente, Gebmundum pro eó ſubſtituit Antiſtitem.

Anno Dominicæ incarnationis ſexcẽteſimo ſeptuageſimo octauo, qui eſt annus Imperij Regis Ecgfridi octauus, apparuit mẽſe Auguſto ſtella, quæ dicitur Cometa, & tribus menſibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelſam radiantis flammæ quaſi columnam præferens. Quo etiã anno orta inter ipſum Regem Ecgfridũ, & Reuerendiſsimum Antiſtitem Vulfridum diſſenſione, pulſus eſt idem Antiſtes à ſede ſui epiſcopatus, & duo in locum eius ſubſtituti epiſcopi, qui Nordanhimbrorum genti præeſſent, Boſa uidelicet qui Deirorum, & Eata, qui Bernicioꝝ prouinciam gubernaret, hic in ciuitate Eboraci, ille in Haguſtaldenſi ſiue in Lindsfarnenſi eccleſia cathedram habens epiſcopalem, ambo de monachorum collegio in epiſcopatus gradum adſciti. Cũ quibus & Eadhed in prouinciam Lindisfarorum, quam nuperrime Rex Ecgfrid, ſuperato in bello & fugato Vulfhere, obtinuerat, ordinatur epiſcopus: Et hunc eadẽ prouincia primum accepit præſulem, ſecundum Edeluini, tertium Eadgarium, quartũ Cinitberthum, quem in præſenti habet; habebat enim ante Eadhedũ Antiſtitem Sexuulſum, qui etiam Merciorum, & mediterraneorum Angloꝝ ſimul epiſcopus fuit. Vnde & expulſus de Lindiſsi, in illarum prouinciarũ regimine permanſit Ordinati ſunt autem Eadhed, Boſa, & Eata Eboraci ab Archiepiſcopo Theodoro; qui etiam poſt tres abſceſsionis Vuulfridi annos, horum in numero duos addidit Antiſtites, Trumberechtum ad eccleſiam Haguſtaldenſem remanente Eata ad Lindisfarnenſem, & Trumuini ad prouinciam pictorum, quæ tunc temporis Anglorum erat imperio ſubiecta. Eadhedus de Lindiſsi reuerſus, eo quod Edilred prouinciam recepiſſet, Rhipenſi eccleſiæ præfuit.

His temporibus audiens Theodorus fidem eccleſiæ Conſtantinopoli per hæreſim Eutycheticis multum eſſe turbatam, & eccleſias Anglorum, quibus præerat, ab huiuſmodi labe immunes perdurare deſiderans, collecto uenerabilium ſacerdotum, doctorumq́ plurimorũ cœtu, cuius eſſent fidei ſinguli ſedulus inquirebat, omniumq́ unanimẽ in fide catholica reppperit cõſenſum. Et hunc ſynodalibus literis ad inſtructionẽ, memoriamq́ *Ex cap. 17.*

beatiſsimi apoſtolorum Principis iuxta oſtium fluminis Muri, uenit Romam cum cooperatore ac ſocio eiuſdem operis Colfrido, q poſt ipſum eiuſdem monaſterij abbas fuit (quod & ante ſæpius facere conſueuerat) atq; honorificè à beatæ memoriæ Papa Agathone ſuſceptus eſt: petijtq́; & accepit ab eo monimentum libertatis monaſterij, quod fecerat, epiſtola priuilegij ex authoritate apoſtolica firmatum, iuxta quod Ecgfridum Regem uoluiſſe, ac licentiam dediſſe nouerat; quo concedente, & poſſeſſionem terræ largiente, ipſum monaſterium fecerat; Accepit & præfatū Ioannem abbatem Britanniam perducendū, quatenus in monaſterio ſuo curſum 15 canendi annuum, ſicut ad ſanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitq; abbas Ioannes, ut iuſsionem acceperat pontificis, & ordinem uidelicet, & ritum canendi, ac legendi uiua uoce præfati monaſterij cantores edocēdo, & ea quæ totius anni circulus in 16 celebratione dierum feſtorum poſcebat, etiam literis mandando: quæ hactenus in eodem monaſterio ſeruata, & à multis iam ſunt circumquaq; tranſcripta.

15 *Edocuit in Monaſterio curſum canendi annuum ſicut Romæ agitur apud ſanctum Petrum.*

16 *Ecce quomodo p circulum anni etiā tunc plura feſta celebrabātur ultra diem dominicam.*

Non ſolum autem idem Ioannes ipſius monaſterij fratres docebat uerū de omnibus penè eiuſdem prouinciæ monaſterijs ad audiendum eum qui cantando erant periti, confluebant. Sed & ipſum per loca, in quibus doceret, multi inuitare curabant. Ipſe autem excepto cantandi uel legendi munere, & aliud in mandatis ab Apoſtolico papa acceperat, ut cuius eſſet fidei Anglorum eccleſia, diligenter ediſceret Romamq; rediens referret. Nam & ſynodum beati papæ Martini cum epiſcoporum conſenſu non multo ante Romæ celebratam contra eos maxime qui unam in Chriſto operationem & uoluntatem prædicabant, ſecum ueniens attulit, atq; in præfato religioſiſsimi Abbatis Benedicti monaſterio ſcribendam commendauit. Tales nanq; eo tempore Conſtantinopolitanæ eccleſiæ multum turbauerant. Sed Domino donante proditi iam & uicti ſunt. Vnde uolens Agatho papa ſicut in alijs prouincijs, ita etiam in Britannia qualis eſſet ſtatus eccleſiæ diſcere, hoc negocium Reuerendiſsimo Abbati Ioanni Britanniam deſtinato iniunxit. Quamobrem collecta pro hoc in Britānia ſynodo, quam diximus, inuenta eſt in omnibus fides inuiolata catholica, datumq; illi exemplar eius Romam perferendum. Verum ille patriam reuertens, non multo poſtquam Oceanum tranſijt, arreptus infirmitate, ac defunctus eſt, corpuſq; eius ab amicis propter amorem ſancti Martini, cuius monaſterio præerat, Turonis delatum, atq; honorifice ſepultum eſt. Nam & benignè eccleſiæ illius hoſpitio, cumq; Britanniam iret, exceptus eſt, rogatuſq; multum à fratribus ut Romam, reuertens, illo itinere reuerteretur, atq; ad eam diuerteret eccleſiam. Deniq; ibidem adiutores itineris, & iniuncti operis accepit, à quibus, & ſi in itinere defunctus eſt, nihilominus exemplum catholicæ fidei Anglorum Romam perlatum eſt, atq; ab Apoſtolico Papa, omnibuſq; qui audire uel legere, gratantiſsime ſuſceptum.

Anno Ecgfridi nono, conſerto graui prælio inter ipſum, & Edilredū Regem Merciorum iuxta fluuium Treanta, occiſus eſt Elhuini frater Regis Ecgfridi, iuuenis circiter quatuordecim annorum, utriq; prouinciæ multum amabilis. Nam ſororem eius, quæ dicebatur Oſthridi, Rex Edilred habebat uxorem. Cumq; materies belli acrioris, & inimicitiæ longioris inter Reges populoſq; feroces uideret exorta, Theodorus Deo dilectus

Ex cap. 21.

Antiſtes, diuino fretus auxilio ſalutifera exhortatione cœptum tanti periculi funditus extinquit incendium, adeò ut paccatis alterutrum regibus ac populis, nullius anima hominis pro interfecto Regis fratre, ſed debita ſolummodo multa pecunia regi ultori daretur. Cuius fœdera pacis multo exinde tempore inter eoſdem Reges, eorumq́; Regna durarunt.

Ex cap. cap. 22.

In præfato autē prælio, quo occiſus eſt Rex Elbuini, memorabile quoddam factum eſſe conſtat, quod nequaquam ſilentio prætereundum arbitror, ſed multorū ſaluti, ſi referatur, fore proficuū. Occiſus eſt ibi inter alios de militia eius, iuuenis uocabulo Huma, qui cū die illo & nocte ſequente inter cadauera occiſorum ſimilis mortuo iaceret, tandem recepto ſpiritu reuixit, ac reſidens, ſua uulnera, prout potuit, ipſe alligauit. Deinde modicum quieſcens, leuauit ſe, & cœpit abire ſic, ubi amicos, qui ſui curam agerent, poſſet inuenire. Quod dum faceret, inuentus eſt, & captus a uiris hoſtilis exercitus, & ad Dominum ipſorum, Comitem uidelicet Edilredi Regis adductus. A quo interrogatus quis eſſet, timuit ſe militem fuiſſe confiteri, ruſticum ſe potius & pauperem, atq; uxoreo uinculo colligatum fuiſſe reſpondit, & propter uictum militibus adferendum in expeditione ſecum ſuis ſimilibus ueniſſe teſtatus eſt. At ille ſuſcipiens eum, curam uulneribus egit, et ubi ſanari cœpit, nocte eum, ne aufugeret, uinciri præcepit, nec tamen uinciri potuit. Nam mox ut abiere, qui uincierant, eadem ſunt eius uincula ſoluta. Habebat enim germanum fratrem, cui nomen erat Tuma, presbyterum, & Abbatem monaſterij in ciuitate, quæ hactenus ab eius nomine Tumaceſtir cognominatur. Qui cum eum in pugna peremptum audiret, uenit quærere, ſi forte corpus eius inuenire poſſet inuentumque alium illi per omnia ſimillimum putauit ipſum eſſe, quem ad monaſteriū ſuum deferens, honorifice ſepeliuit; eo pro abſolutione animæ eius ſæpius Miſſas facere curauit. Quarum 17 celebratione factum eſt, quod dixi, ut nullus poſſet eum uincire, quin continuo ſolueretur.

17 *Quod dicere hic poſſunt hæretici contra ſacratiſsimæ Miſſæ celebrationē, cum eius oblatio etiam captiuorum uincula ſoluat?*

Interea comes qui eum tenebat, mirari & interrogare cœpit, quare ligari non poſſet, an forte literas ſolutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud ſe haberet, per quas ligari non poſſet? At ille reſpondit, nihil talium artiū noſſe. Sed habeo fratrem, inquit, presbyterū in mea prouincia, & ſcio quia ille me interfectum putans, pro me Miſſas 18 crebras facit, & ſi nunc in alia uita eſſem, ibi anima mea per interceſsiones eius ſolueretur á pœnis. Dumq́; aliquāto tempore apud Comitem teneretur, animaduerterunt, qui eum diligentius cōſiderabant, ex uultu, & habitu, & ſermonibus eius, quia non erat de paupere uulgo, ut dixerat, ſed de nobilibus. Tunc ſecrete aduocans eum Comes, interrogauit intentius unde eſſet, promittens nihil ei mali facturum pro eo ſi ſimpliciter ſibi quis eſſet proderet. Quod dum ille faceret, miniſtrum ſe Regis fuiſſe manifeſtans; reſpondit: Et ego per ſingula tua reſponſa cognoueram quód ruſticus non eras. Et nunc dignus es morte, quia omnes fratres & cognati mei in illa ſunt pugna interempti; nec tamen occidam, ne fidem, quam promiſsi, præuaricem.

18 *Nota quod etiā tempore illo in quo tot ſāctis uiri degebāt, Miſſas ualere pro defunctis in eccleſia credebatur.*

Vt ergo conualuit, uendidit eum Londoniæ Freſoni cuidam, ſed nec ab illo, nec cum illuc duceretur, ullatenus potuit alligari. Verum cum alia atque alia uinculorum genera, hoſtes imponerent, cumq́; uidiſſet qui emerat eum uinculis non potuiſſe cohiberi, donauit ei facultatem ſe ſe redimēdi, ſi poſſet. A' tertia autem hora quando miſſæ fieri ſolebant, ſæpiſsime

uincula ſoluebantur. At ille dato iureiurando ut rediret, uel pecuniam illi pro ſe mitteret, uenit Cantuam ad Regem Lodheri, qui erat filius ſororis Edildridæ Reginæ, de qua ſupra dictum eſt, qui & ipſe quondam eiuſdẽ Reginæ miniſter fuerat, petijtq́; & accepit ab eo prætium ſuæ redemptionis, ac ſuo Domino pro ſe, ut promiſerat, miſit. Qui poſt hæc patriam reuerſus, atq; ad ſuum fratrem perueniens, replicauit ex ordine cuncta quæ ſibi aduerſa, quæ in aduerſis ſolatia prouenìſſent, cognouitq́; referente eo, illis maxime temporibus ſua fuiſſe uincula ſoluta, quibus pro ſe miſſarum fuerant celebrata ſolemnia. Sed & alia, quæ periclitanti ei commodo contigiſſent et proſpera, per interceſsionem fraternam, & oblationem hoſtię ſalutaris, cœlitus ſibi fuiſſe donata intellexit. Multiq́; hæc a præfato uiro audientes, accenſi ſunt in fide ac deuotione pietatis ad orandum, uel eleemoſynas faciendas, uel ad offerendas Domini uictimas ſacræ oblationis pro ereptione ſuorũ, qui de ſeculo migrauerãt. Intellexerũt 19 enim quód ſacrificium ſalutare ad redemptionem ualeret & animę & corporis ſempiternam. Hanc mihi hiſtoriam etiam hi, qui ab ipſo uiro, in quo facta eſt, audiere, narrarunt: Vnde eam qui aliquando comperi indubitanter hiſtoriæ noſtræ eccleſiaſticæ inſerendam credidi.

19 Miſſæ oblatio, ſalutariſque hoſtiæ ſacrificium, ad redemptionem ualet & animæ & corporis ſempiternam.

Anno autem poſt hunc, quo Cedualla Romæ defunctus eſt proximo, ideſt ſexcenteſimo nonageſimo incarnationis Dominicę, Theodorus beatę memorię archiepiſcopus, ſenex & plenus dierum, ideſt annorum octogintaocto, defunctus eſt. Quem ſe numerum annorum fuiſſe habiturũ ipſe iandudum ſomni reuelatione doctus, ſuis prædicere ſolebat. Manſit autẽ in epiſcopatu annis uigintiduob9, ſepultusq́; eſt in eccleſia ſancti Petri, in qua omnium epiſcoporum Doruuernenſium ſunt corpora depoſita. De quo unà cum conſortibus ijſdem ſui gradus recte & ueraciter dici poteſt, quia corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum uiuet in generatione & generationem.

Ex libri 5. Ex cap. 8.

Vt enim breuiter dicam, tantum profectus ſpiritalis, tempore præſulatus illius Anglorum eccleſię, quantum nunquam antea potuere, cœperũt. Cuius perſonam, uitam, uirtutem, & obitum epitaphium monumenti ipſius, uerſibus heroicis triginta & quatuor palàm ac lucidè cunctis illo uenientibus pandit. Quorum primi ſunt hi.

Hic ſacer in tumba pauſat cum corpore præſul.
Quem nunc Theodorum lingua Pelaſga uocat.
Princeps Pontificum, felix, ſummusq; ſacerdos,
Limpida diſcipulis dogmata diſſeruit. Vltimi autem hi.
Nanque diem nonamdecimam Septembris habebat,
Cum carnis clauſtra ſpiritus egreditur.
Alma nouę ſcandens felix conſortia uitę,
Choris angelicis iunctus in arce poli.

Succeſsit autem Theodoro in epiſcopatu Berechtuald, qui erat abbas in monaſterio, quod iuxta oſtium aquilonare fluminis Genlade poſitum, Raculfe nuncupatur: Vir & ipſe ſcientia ſcripturarum imbutus, ſed & eccleſiaſticis ſimul, ac monaſterialibus diſciplinis ſumme inſtructus, tametſi deprædeceſſori ſuo minime comparandus. Qui electus eſt quidem in epiſcopatum anno Dominicę incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſecũdo, die primo menſis Iulij, regnantibus in Cantua Vichtredo & ſuebhar-

Ex cap. 9.

do. Ordinatus autem anno ſequenti, tertio die Calendarum Iuliarum Dominica, è Godune Metropolitano epiſcopo Galliarũ; & ſedit in ſede ſua pridie Calendarum Septembrium Dominica: qui inter multos quos ordinauit Antiſtites, etiam, Gebmundo Hrofenſis eccleſię pręſule defuncto, Tobiam pro illo conſecrauit, uirum latina, Gręca, & ſaxonica lingua, atq; eruditione multipliciter inſtructum.

Habetur libro quarto hiſtoriæ Anglicanæ eiuſdem cap. 6.

VITA EARCANVALDI EPISCOPI LONDOnienſis, & Edilburgæ ſororis ſuæ Abbatiſſę, monaſterij Bercingenſis, necnon & Sebbi Regis Orientalium ſaxonum in Anglia, per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

THeodorus Doruuernenſis eccleſiæ epiſcopus Orie̅talibus ſaxonibus, quibus eo tempore pręfuerunt Reges Sebbi, & Sigheri, Earcanualdum conſtituit epiſcopum in ciuitate Londonia. Cuius uidelicet uiri in epiſcopatu & ante epiſcopatum uita, & conuerſatio fertur fuiſſe ſanctiſsima, ſicut etiam nunc cœleſtiũ ſigna uirtutum indicio ſunt. Etenim 1 uſq; hodie feretrum eius caballarium, quo infirmus uehi ſolebat, ſeruatũ à diſcipulis eius, multos febricitantes, uel alio quolibet incommodo feſſos ſanare non deſiſtit. Non ſolum autem ſuppoſiti eidem feretro, uel appoſiti curantur ægroti, ſed & aſtulæ de illo abſciſſæ, atq; ad infirmos allatę, citam illis ſolent afferre medelam.

1 Vide quomodo nõ ſolum ſanctorum res quæ uenerabiles ſunt, ſed & eorũ res externæ gratiam curationum habent, cõtra noſtri temporis hereticos.

Hic ſane poſtquam epiſcopus factus eſſet, duo 2 pręclara monaſteria, unũ ſibi, alterum ſorori ſuæ Edilburgæ conſtruxerat, quod utrunque regularibus diſciplinis optime inſtituerat. Sibi quidem in regione ſudergeona iuxta fluuium Tamente, in loco qui uocatur Gerotheſei, ideſt Cerote Inſula: ſorori autem in Orientalium ſaxonum prouincia, in loco qui nuncupatur in Bericingum, in quo ipſa Deo deuotarum mater ac nutrix poſſet exiſtere fœminarum. Quæ ſuſcepto regimine monaſterij, condignam ſe in omnibus epiſcopo fratre, & ipſa rectè uiuendo, & ſubiectis regulariter ac piè conſulendo, præbuit, ut etiam cœleſtia indicio fuere miracula.

2 Tot uirorum & mulierum per ſanctos uiros conſtructiones Monaſteriorum, indicio tibi ſunt, huiuſmodi ædificationes & monachorum inſtituta ſummopere Deo placere.

In hoc enim monaſterio plura uirtutum ſunt ſigna patrata, quæ & ad memoriam, ædificationemq; ſequentium ab his qui nouere, deſcripta habentur a multis. E' quibus & nos aliqua hiſtoriæ noſtrę eccleſiaſticę inſerere curauimus. Cum tempeſtas peſtilentiæ latè cuncta depopulans, et ã partem monaſterij huius, illam quam uiri tenebant, inuaſiſſet, & paſsim quotidie raperentur ad Dominum, ſolicita mater congregationis qua hora etiam monaſterij partem, in qua Ancillarum Dei caterua a uirorũ erat ſecreta contubernio, eadem plaga tangeret, crebrius interuentu ſororum perquirere cœpit, quo loco monaſterij corpora ſua poni, & cimiterium fieri uellent, cum eas eodem quo cęteros exterminio raptari e mundo contingeret. Cumq; nil certi reſponſum etſi ſæpius inquirens a ſororibus accepiſſet, accepit ipſa cum omnibus certiſsimum ſupernæ prouiſionis reſponſum. Cum 3 enim nocte quadam, expletis matutinæ laudis pſalmodijs, egreſſæ de oratorio famulæ Chriſti ad ſepulchra fratrum, qui eas ex hac luce præceſſerant, ſolitas Domino laudes decantarent, ecce ſubito lux emiſſa cœlitus ueluti linteum magnum uenit ſuper omnes, tantoq; eas ſtu

Ex cap. 7.

3 Expletis pſalmodijs laudis matutinæ in nocte.

pore perculit,ut etiam 4 canticum quod canebant,tremefactæ intermit terent. Ipſe autem ſplendor emiſſæ lucis, in cuius comparatione ſol meridianus uideri poſſet obſcurus, non multo poſt illo eleuatus eſt de loco in meridianam monaſterij,hoc eſt ad occidentem Oratorij ſeceſsit, ibiq; aliquandiu remoratus, & ea loca operiens ſic uidentibus cunctis, ad cœli ſe alta ſubduxit,ut nulli eſſet dubium,quin ipſa lux,quæ animas famularum Chriſti eſſet ductura uel ſuſceptura in cœlis,etiam 5 corporibus earum locum,in quo requieſcerent,& diem reſurrectionis eſſent expectatura,mõſtraret. Cuius radius lucis tantus extitit,ut quidam de fratribus ſenior,qui in ipſa hora in oratorio eorum cum alio iuniore poſitus fuerat,referret mane,quòd ingreſsi per rimas oſtiorum uel feneſtrarum radij lucis, omnem diurni luminis uiderentur ſuperare fulgorem. *Ex cap. 8.*

4 *Canticum quod canebant intermiſerunt.*

5 *Sacra Cimiteria ubi defunctorũ Chriſtianorum corpora ſepeliuntur, placere Deo apertiſsimum indicium eſt,quod hoc in loco ubi futurum eſſet Cimiterium diuina reuelatione deſignatur.*

Erat in eodem monaſterio puer trium circiter non amplius annorum, Eſica nomine, qui propter infantilem adhuc ætatem in uirginum Deo dedicatarum ſolebat cella nutriri,ibiq; meditari. Hic præfata peſtilentia tactus,ubi ad extrema peruenit, clamauit tertio unam de conſecratis Chriſti uirginibus,proprio eam nomine quaſi præſentem alloquens, Eadgit, Eadgit, Eadgit: Et ſic terminans temporalem uitam,intrauit æternã. At uirgo illa,quam moriens uocabat,mox in loco quo erat eadem attacta infirmitate,ipſo quo uocata eſt die de hac luce ſubtracta,& 6 illum qui ſe uocauit, ad regnum cœleſte ſequuta eſt.

6 *Anima uirginis puerum qui ſe uocauit, ad regnum cœleſte ſequuta eſt.*

Item quædam ex eiſdem ancillis Dei cũ præfato tacta morbo,atq; ad extrema eſſet perducta,cœpit ſubito circa mediam noctem clamare his, qui ſibi miniſtrabant, petens ut lucernam, quæ inibi accenſa erat, extinguerent. Ad extremum intulit:Scio quòd me hæc inſana mente loqui arbitramini,ſed iam nunc non ita eſſe cognoſcite. Nam uere dico uobis,quòd domum hanc tanta luce impletam eſſe perſpicio,ut noſtra illa lucerna mihi omnibus modis eſſe uideatur obſcura. Et cum nec adhuc quidem talia loquenti quiſq; reſponderet,uel aſſenſum præberet,iterum dixit: Accendite ergo lucernam illam, qui uidere diu uultis: attamen ſcitote,quia non eſt mea lux; Incipiente aurora mihi aduentura eſt. Cœpitq; narrare, quia apparuerat ſibi uir Dei quidam,qui eodem anno fuerat defunctus dicens, quòd adueniente diluculo,perẽnem eſſet exitura ad lucem. Cuius ueritas uiſionis, cita circa exortum diem puellę morte probata eſt.

Cum autem & ipſa mater pia Deo deuotæ congregationis Edilburg eſſet rapienda de mundo, apparuit uiſio miranda cuidam de ſororibus, cui nomen Thorithgid,quæ multis iam annis in eodem monaſterio commorata,& ipſa ſemper in omni humilitate, ac ſinceritate Deo ſeruire ſatagebat,& adiutrix diſciplinæ regularis eidem matri exiſtere, minores docendo,uel caſtigando curabat. Cuius ut uirtus iuxta Apoſtolum in infirmitate perficeretur, tacta eſt repente grauiſsimo corporis morbo, & per annos nouem pia Redemptoris noſtri prouiſione multum fatigata,uidelicet ut quicquid in ea uitij ſordidantis inter uirtutes per ignorantiam uel incuriam diutinè reſediſſet, totum hoc caminus diutinę tribulationis excoqueret. Hæc autem quadam nocte incipiente crepuſculo egreſſa de cubiculo,quo manebat, uidit manifeſtè quaſi corpus hominis quod eſſet ſole clarius,ſyndone inuolutum in ſublimæ ferri,eleuatum uidelicet de domo, in qua ſorores pauſare ſolebant. Cumq; diligentius intueretur, quo tra-

Ex cap. 9.

hente lauaretur ſurſum hæc quam contemplabatur, ſpecies corporis glorioſi, uidit, quaſi funibus auro clariorib⁹ in ſupna tolleretur, donec cœlis patentibus introducta, amplius ab illa uideri non potuit. Nec dubium remāſit cogitanti de uiſione, quin aliquis de congregatione citius eſſet moriturus, cuius 7 anima per bona quæ feciſſet opera, quaſi per funes aureos leuanda eſſet ad cœlos. Quod reuera ita contigit: nam non multis interpoſitis diebus, Deo dilecta mater cōgregationis ipſius ergaſtulo carnis educta eſt. Cuius talem fuiſſe conſtat uitam, ut nemo qui eam nouerat, dubitare debeat, quin ei exeūti de hac uita cœleſtis patriæ patuerit ingreſſus.

7 *Audi hæretice qui bonis fidelium operibus detrahis, quid hic dicat ſanctus pater, nēpe quod beatæ mulieris anima per bona q̄ feciſſet opera, quaſi p funes aureos leuanda eſſet ad cœlos.*

In eo deniq; monaſterio quædam erat fœmina ſanctimonialis, & ad ſeculi huius dignitatem nobilis, & in amore futuri ſeculi nobilior, quæ ita multis iam annis totius corporis fuerat officio deſtituta, ut ne unum quidem mouere ipſa membrum ualeret. Hæc ubi corpus Abbatiſſæ uenerabilis in eccleſiam delatum, donec ſepulturæ daretur, cognouit, poſtulauit ſe afferri illo, & in modum orantium ad illud inclinari. Quod dum fieret, quaſi uiuentem alloquuta, rogauit, ut apud miſericordiam pij conditoris impetraret ſe à tantis tamq; diutinis cruciatibus abſolui. Nec multo tardius exaudita eſt: Nam poſt dies duodecim & ipſa educta ex carnes temporales afflictiones æterna mercede mutauit.

8 *Temporales afflictiones æterna mercede mutauit.*

Cum ergo præfata Chriſti famula Thorithgid tres adhuc annos poſt obitum dominæ in hac uita teneretur, intantum ea, quam prædiximus, infirmitate decocta eſt, ut uix oſsibus hæreret. Ad ultimum cū tempus iā reſolutionis eius inſtaret, non ſolum membrorū cæterorum, ſed & linguę motu caruit. Quod dū tribus diebus ac totidem noctibus ageretur, ſubita uiſione ſpiritaliter recreata, os & oculos aperuit, aſpiciensq; in cœlū ſic ad eam, quam intuebatur, uiſionē cœpit loqui: Gratus eſt mihi multū aduentus tuus. & beneueniſti. & hoc dicto parumper reticuit, quaſi reſponſum eius quem uidebat, & ad quē loquebatur, expectans. Rurſumq; quaſi leuiter indignata ſubiunxit: Nequaquā hoc læta ferre queo. Rurſumq; modicū ſilens, tertio dixit: ſi nullatenus hodie fieri poteſt, obſecro ne ſit longum ſpatiū in medio. Et ſicut antea parū ſilens ita ſermonem concluſit: ſi omnimodis ita definitū eſt, neq; hanc ſententiam licet immutari, obſecro ne amplius quàm hæc ſolūmodo proxima nox interſit. Quibus dictis, interrogata à circunſedentibus cū quo loqueretur; Cum chariſsima, inquit, mea matre Edilburge. Ex quo intellexere, quod ipſa ei tempus trāſmigrationis proximū nunciare ueniſſet. Nam & rogauerat, trāſacta una die & nocte, ſoluta carnis & infirmitatis uinculis, ad æterna gaudia ſalutis intrauit.

Ex cap. 10. Succeſsit autē Edilburgi in officio Abatiſſæ deuota Deo famula nomine Hildilid; multisq; annis, id eſt uſq; ad ultimam ſenectutem eidē monaſterio ſtrenuiſsime in obſeruantia diſciplinæ regularis, & in earū, quæ ad cōmunes uſus pertinent, rerū prouidentia præfuit. Cui cū propter anguſtiam loci, in quo monaſterium conſtructū eſt, placuiſſet, ut oſſa famulorū famularumq; Chriſti, quæ ibidē fuerant tumulata, tollerentur, ut transferrentur omnia in eccleſiam beatę dei genitricis, unoq; conderentur in loco, quotiens ibi claritas luminis cœleſtis, quanta ſæpe flagrantia miranda apparuerint odoris inter alia ſigna oſtenſa, in ipſo libro, de quo excerpſimus, quiſquis legerit, inueniet. Sanè nullatenus prætereram miraculū ſanitatis,

quod ad ipſum Cimiterium Deo dicatæ congregationis factum idem libellus refert.

Erat quippe in proximo comes quidam, cuius uxor ingruente oculis caligine, ſubitaq; per dies eadem moleſtia crebreſcēte adeo grauata eſt, ut ne minimam quidem lucis alicuius poſſet particulam uidere. Cui dum aliquandiu cæcitatis huius nocte oculi clauſi manerēt, repente uenit in mētem, quia ſi ad monaſteriū delata uirginum ſanctimonialiū, ad reliquias ſanctorū peteret, perditam poſſet recipere lucem. Hæc diſtulit quin continuo quod mente conceperat expleret. Perducta nanq; á puellis ſuis in monaſteriū, quia in proximo erat, ubi fidem ſuæ ſanationis integram ſe habere profeſſa eſt, introducta eſt in cimiteriū; & cum ibidem diutius flexis
9 genibus oraret, nihilo tardius meruit exaudiri. Nā exurgens ab oratione, priuſquā exiret de loco, petitæ lucis gratiam recepit: Et quæ famularum manibus adducta fuerat, ipſa libero pedū 10 inceſſu domum læta reuerſa eſt, quaſi ad hoc ſolūmodo lucem amitteret temporalem, ut quanta ſanctis Chriſti lux in cœlis, quam gratiam uirtutis poſsiderent, ſua ſanatione demonſtraret.

9 Orationem uide cum genuflexione.

10 Ecce aliud clarum indicium, quod ſacra Cimiteria Domino Deo ſint grata.

Ex cap. 11.

Eo tempore præerat regno Orientaliū Saxonum (ut idem etiā libellus docet) Rex multū Deo deuotus nomine Sebbi, cuius ſupra meminimus. Erat enim religioſis actibus, crebris precibus, pijs eleemoſynarū fructibus ornatus, honoribus præferens uitam, quam & olim iam, ſi non obſtinatus coniugis animus diuortiū negaret, relicto Regno ſubijſſet. Vnde multis uiſum, & ſæpe dictum eſt, quia talis animi uirum epiſcopū magis quàm regem ordinare deceret. Cumq; annos Triginta in Regno miles Regni cœleſtis exegiſſet, correptus eſt corporis infirmitate ꝑmaxima, qua & mortuus eſt. Admonuitq; coniugē, ut uel tunc diuino ſe ſeruitio pariter mancīparent, cū amplius pariter mundū amplecti, uel potius mundo ſeruire nō poſſent. Quod dū æger impetraret ab ea, uenit ad Antiſtitem Londoniæ ciuitatis uocabulo Valdheri, qui Erconualdo ſucceſſerat, & per eius benedictionem habitū 11 religionis, quem diu deſiderabat, accepit. Attulit autē eidem & ſummam pecuniæ non paruā pauperibus erogandam, nil omnimodis ſibi reſeruans, ſed pauper ſpiritu magis propter Regnū cœlorum manere deſiderans. Qui cū ingraueſcente præfata ægritudine, diē ſibi mortis imminere ſentiret, timere cępit homo animi Regalis, ne ad mortem ueniens, tāto affectus dolore, aliquid indignū ſua perſona uel ore proferret, uel aliorū motu gereret membrorum. Vnde accito ad ſe præfato urbis Londoniæ epiſcopo, in qua nūc ipſe manebat, rogauit ne plures eo moriente quàm ipſe epiſcopus & duo ſui miniſtri adeſſent. Quod dū epiſcopus libentiſsime ſe facturū promitteret, non multo poſt idem uir Dei cum mēbra ſopori dediſſet, uidit uiſionem conſolatoriā, quę omnem ei anxietatem memoratæ ſolicitudinis auferret, inſuper & qua die eſſet hanc uitam terminaturus, oſtenderet.

11 Ecce quomodo qui monachi fiebant, nouum religionis habitum induebant, ſicut & modo fit.

Vidit autē (ut ipſe poſtea referebat) tres ad ſe ueniſſe uiros claro indutos habitu, quorū unus reſidens ante lectulū eius, ſtantibus his qui ſecum aduenerant, comitibus, & interrogantibus de ſtatu eius, quem languentē uiſitare uenerant, dixiſſet, quod anima eius & ſine ullo dolore, & cū magno lucis ſplendore eſſet egreſſura de corpore. Sed & tertiū exindè diem quo eſſet moriturus inſinuauit. Quod ita uerumq; ut ex uiſione didicit,

completũ eſt. Nam die de hinc tertio completa hora nona, ſubito quaſi leuiter obdormiens, ſine ullo ſenſu doloris emiſit ſpiritum. Cuius corpori tumulando præparauerunt Sarcofagũ, lapideũ: Sed cum huic corpus imponere cœpiſſent, inuenerunt hominẽ menſura palmi longiorem eſſe Sarcofago. Dolantes ergo lapidẽ, inquantum ualebant, addiderunt longitudini Sarcofagi quaſi duorũ menſuram digitorum; ſed nec ſic corpus capiebat. Vnde facta difficultate tumulandi cogitabant aut aliũ quærere loculum, aut ipſum corpus ſi poſſent, in genibus flectendo breuiare, donec ipſo loculo caperetur. Sed mira res, & non niſi cœlitus facta, ne aliquid horum fieri deberet, prohibuit. Nam ſubito aſtante epiſcopo, & filio Regis
12 eiuſdem, ac monacho Sighardo, qui poſt illũ cum fratre ſuo Fredo regnauit, & turba hominũ non modica, inuentum eſt Sarcofagũ illud congruæ longitudinis ad menſurã corporis, adeo ut à parte capitis etiam ceruical poſſet interponi. A parte uero pedũ menſura quatuor digitorum in Sarcofago corpus excederet. Conditus eſt autem in 12 eccleſia beati doctoris gentium, cuius edoctus monitis cœleſtia ſperare didicerat.

Vide eſſe de more catholicæ eccleſiæ defunctorum corpora in ſanctorum eccleſiis tumulari.

Habetur lib. 4 *hiſtoriæ anglicanæ eiuſdẽ cap.* 12.

VITA VILFRIDI REVERENDISSIMI NORDANHIMBRORUM & Berniciorum epiſcopi, Edildridæ Reginæ, & poſtea ſanctimonialis, ac uirginis perpetuæ, necnon Trumuini Pictorum epiſcopi, per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

Ex *cap.* 13.

PVlſus ab epiſcopatu ſuo Vuilfridus, ut ſupra in uita Theodori diximus, & multa diu loca peruagatus, Romam adijt, dein Britanniam redijt. Et ſi propter inimicitias memorati Regis Ecgfridi in patriam, ſiue parochiam recipi non potuit, non tamen ab euangelizandi potuit miniſterio cohiberi. Siquidem diuertens ad prouinciam Auſtralium Saxonum, quę poſt cantuarios ad Auſtrũ & ad Occidentem uſq; ad Occidentales Saxones pertingit, habens terram familiarum ſeptemmilium, & eo adhuc tempore paganis cultibus ſeruiebat, huic uerbum fidei, & lauacrũ ſalutis miniſtrabat. Erat autem Rex gentis illius Edilualch, non multo ante baptizatus in prouincia Merciorum, præſente ac ſuggerente Vulfhere: à quo etiam egreſſus de fonte, loco filij ſuſceptus eſt. In cuius ſignum adoptionis duas illi prouincias donauit, Vectam uidelicet inſulã, & Menuarorum prouinciam in gente Occidentalium Saxonũ. Itaq; epiſcopus concedente, immo multũ gaudente Rege, primos prouincię duces ac milites ſacroſancto fonte abluebat. Verùm presbyteris Eappe, & Padde, & Bruchelin, & Oiddi, cæteram plebem, uel tunc, uel tempore ſequente baptizabant. Porrò Regina nomine Eafe inſula, id eſt Vicciorum prouincia fuerat baptizata. Erat autem filia Eanfride fratris Eanheri, qui ambo cum ſuo populo chriſtiani fuere. Cęterum tota prouincia Auſtralium Saxonũ diuini nominis & fidei erat ignara.

Erat autem ibi monachus quidam de natione ſcotorum, uocabulo Dicul, habens monaſteriũ permodicum in loco, qui uocatur Boſanham, ſyluis & mari circundatũ; & in eo fratres ſeptem in humili & pauperi uita Domino famulantes. Sed prouincialium nullus, eorũ uel uitam æmulari, uel prędicationem curabat audire. Euangelizans autem genti epiſcopus

Vilfrid,

Vuilfrid, non ſolum ab erumna perpetuę damnationis, uerum & à clade temporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam, nulla illis in locis pluuia ceciderat: Vnde & fames acerbiſsima plebem inuadens, impia nece proſtrauit. Denicꝫ fertur, quia ſępe quadraginta ſimul, aut quinquaginta homines inedia macerati procederent ad pręcipitiū aliquod, ſiue ripam maris, ut iunctis miſere manibus, pariter omnes, aut ruina perituri, aut fluctibus abſorbendi deciderent. Verum ipſa die, quo baptiſma fidei gens ſuſcepit illa, deſcendit pluuia ſerena & copioſa, refloruit terra, rediјt uiridātibus aruis annus lætus & frugifer: ſicꝙ abiecta priſca ſuperſtitione ex ſufflata idolatria, cor omnium, & caro omnium exultauerunt in Deū uiuum; intelligentes eum qui uerus eſt Deus, & interioribus ſe bonis, & exterioribus cœleſti gratia ditaſſe. Nā & Antiſtes cum ueniſſet in prouinciam, tantamꝙ ibi famis pœnā uideret, docuit eos piſcando uictum quęrere, nanꝙ mare & flumina eorum piſcibus abūdabant. Sed & 1 piſcandi peritia genti nulla, niſi ad anguillas tātum inerat. Collectis ergo undecunꝙ retibus anguillaribus, homines Antiſtitis miſerunt in mare, & diuina ſe iuuante gratia, mox cœpere piſces diuerſi generis trecentos. Quibus trifariam diuiſis, centū pauperibus dederunt, centum his, à quibus retia acceperunt, centum in ſuos uſus habebant. Quo beneficio multum Antiſtes cor omniū in ſuum uertit amorem, & libentius eo pręclicante cœleſtia ſperare cœperunt, cuius miniſterio tēporalia bona ſumpſerunt. Quo tempore Rex Ediluach donauit reuerendiſsimo Antiſtiti Vuilfrido terram octogintaſeptem familiarum, ubi ſuos homines, qui exules uagabantur, recipere poſſet, uocabulo ſeleſeu, quod dicitur latine inſula uituli marini. Eſt autem locus undiꝙ mari circundatus, præter ab Occidente, unde habet ingreſſum amplitudinis quaſi iactus fundę: qualis locus à latinis peninſulá, à Gręcis ſolet Cherſoneſos uocari. Hunc ergo locum cum accepiſſet epiſcopus Vuilfrid, fundauit ibi monaſterium, ac regulari uita inſtituit, maxime ex his quos ſecū adduxerat fratribus, quod uſꝙ hodie ſucceſſores eius tenere noſcitur. Nā ipſe illis in partibus annos quinꝙ, ideſt uſꝙ ad mortem Ecgfridi Regis, merito omnibus honorabilis, officium epiſcopatus & uerbo exercebat, & opere. Et quoniā illi Rex cum præfata loci poſſeſsione omnes quę ibidem erant facultates, cum agris & hominibus donauit, omnes fide Chriſti inſtitutos unda Baptiſmatis abluit: inter quos ſeruos & ancillas ducentos quinquaginta, quos omnes ut baptizando ſeruituti Dominicę ſaluauit, etiam libertatem donādo humanę iugo ſeruitutis abſoluit.

1 Hic locus declarat qđ ſupra legiſti in uita beati Ecberecht, qđ ſanctus in quadrageſima lac comedebat. Nam hoc faciebat, quia in Anglia adhuc non erat nota ars piſcandi; & ideo piſces ita in promptu non habebantur.

In quo nunc monaſterio nonnulla cœleſtis gratię dona ſpiritualiter oſtenſa fuiſſe perhibent, utpote ubi expulſa nuper diaboli tyrannide, Chriſtus iam regnare cœperat. Ex quibus unum, quem mihi Reuerendiſsimus Antiſtes Acta ſæpius referre, & à fideliſsimis eiuſdem monaſterij fratribus ſibi relatum aſſerere ſolebat, memorię mādare commodū duximus. Ex cap. 14.

Eodem ferme tempore, quo ipſa prouincia nomen Chriſti ſuſceperat, multas Britannię prouincias mortalitas ſęua corripiebat. Quę cum pręfatum monaſterium, cui tunc regendo religioſiſsimus Chriſti ſacerdos uocabulo Eappan pręfuit, multitudine diſpenſationis attingeret, multiꝙ de his, qui cum Antiſtite illo uenerant, ſiue de illis qui de eadem prouincia ſaxonum nuper ad fidem fuerant uocati, paſsim de hac uita raperent, uiſum

eſt fratribus triduanũ ieiunium agere, & diuinã ſuppliciter obſecrare cle'
mentiàm, ut miſericordiam ſibi dignaretur impendere, & ſiue periclitãtes
hoc morbo à præſenti morte liberaret, ſeu raptos è mundo à perpetua a'
nimæ damnatione ſeruaret.

Erat tunc temporis in eodem monaſterio puerulus quidam de natio-
ne Saxonum, nuper uocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate, non
pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cum ergo ſecunda memora
ti ieiunij ac ſupplicationũ dies ageretur, forte ipſum puerum hora ferme ſe
cunda diei in loco, in quo æger iacebat, ſolũ inueniri contigit, cui diuina di
ſpenſatione ſubito beatiſsimi apoſtolorum Principes dignati ſunt appare-
re. Erat enim puer multũ ſimplex, ac manſueti animi, ſynceraq́ꝫ deuotione
ſacramenta fidei, quę ſuſceperat, ſeruans. Salutantes ergo illũ uerbis pijſ-
ſimis apoſtoli dicebant: Noli timere fili mortem, pro qua ſolicitus es. Nos
2 autem te hodierna die ad cœleſtia regna ſumus perducturi. Sed primũ
expectare habes, donec 3 miſſæ celebrentur, ac uiatico Dominici corpo
ris & 4 ſanguinis accepto, ſic infirmitate, ſimul & morte abſolutus, ad
æterna in cœlis gaudia ſubleueris. Clama ergo ad te presbyterũ Eappan,
& dicito illi, quia Dominus 5 exaudiuit preces ueſtras ac deuotionem,
& ieiunia propitius aſpexit; neq; aliquis de hoc monaſterio, ſiue adiacenti
bus ei poſſeſsiunculis, hac clade ultra moriturus eſt. Sed omnes, qui alicu
bi de ueſtris hac ægritudine laborant, reſurrecturi à lãguore, priſtina ſunt
ſoſpitate recuperandi, præter te ſolũ qui hodierna es die liberãdus à mor
te, & ad 6 uiſionem Domini Chriſti, cui fideliter ſeruiſti, perducẽdus in
cœlum: Quod diuina uobis miſericordia per 7 interceſsionem religioſi
ac Deo dilecti Regis Oſuualdi, qui quondam genti Nordanhimbrorum,
& Regni temporalis authoritate, & Chriſtianę pietatis, quę ad Regnum
perenne ducit, deuotione, ſublimiter præfuit, conferre dignata eſt. Hac ete
nim die idem Rex ab infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad
ſempiterna animarum gaudia aſſumptus in cœlum, & electorum eſt ſocia-
tus agminibus. Quærant in ſuis codicibus, in quibus defunctorum eſt ad-
notata depoſitio, & inuenient illum hac (ut diximus) die raptum eſſe de ſe
culo. Celebrent ergo miſſas 8 per cuncta monaſterij oratoria huius, ſiue
pro gratiarum actione ob exauditas ſuas deprecationes, ſiue etiam in me
moriam præfati Regis Oſuualdi, qui quondam ipſorum genti præerat;
ideoq́ꝫ pro eis quaſi pro ſuæ gentis aduenis ſupplex orabit ad Dominum.
Et cunctis conuenientibus ad eccleſiam fratribus, communicent omnes
9 ſacrificijs cœleſtibus, & ita ſoluto ieiunio, corpus quoq; ſuis reficiant
alimentis.

Quæ cũ omnia uocato à ſe presbytero puer uerba narraſſet, interroga-
uit eum ſolicitus, quales eſſent habitu, uel ſpecie uiri, qui ſibi apparuiſſent.
Reſpondit: Præclari omnino habitu, & uultu erant lętiſsimi, ac pulcherri'
mi, quales nunquam ante uideram: neq; aliquos hominũ tanti decoris ac
uenuſtatis eſſe poſſe credebam. Vnus quidem attonſus erat, ut clericus,
alius barbam habebat prolixam: dicebantq́ꝫ quòd unus eorum Petrus,
alius uocaretur Paulus; & ipſi eſſent miniſtri Domini & ſaluatoris noſtri
Ieſu Chriſti, ad tuitionem noſtri monaſterij miſsi ab ipſo de cœlis. Credi-
dit ergo uerbis pueri presbyter, ac ſtatim egreſſus requiſiuit in annali ſuo,
& inuenit eadem ipſa die Oſuualdum Regem fuiſſe peremptum: uoca'

2 *Hodie ſumus perducturi te ad cœleſtia regna.* Ergo *Animæ ſanctorum ſunt in cœlo.*

3 *Miſſæ celebrationem approbant hic ſancti Apoſtoli, quod non facerent, ſi nõ eſſet res Deo placita.*

4 *Ecce quomodo Chriſti fideles ante mortẽ ſemper munierunt ſe uiatico ſacratiſsimæ Eucharistiæ. Quod etiam facit ſanguinis mentionem non oportet inferre neceſſariũ argumentum pro cõmunione ſub utraq; ſpecie.* Nam tunc tem*poris & dudum ante, tam ſub una, quã ſub utraque reperimus fuiſſe factam a laicis communionem. Quod tamen modo poſt Conſtantienſis concilij decretum non licet.*

5 *Dominus exaudiuit preces ueſtras ac de-*

tiſq; fratribus, parari prandium, miſſas fieri, atq; omnes communicare, more ſolito præcepit; ſimul & infirmanti puero de eodem ſacrificio Dominicæ oblationis 10 particulam deferri mandauit. Quibus ita geſtis nõ multo poſt eadem ipſa die puer defunctus eſt: ſuaq; morte probauit, uera fuiſſe uerba, quæ ab Apoſtolis Chriſti audierat. Sed & hoc eis uerbis teſtimonium perhibuit, quòd nemo præter ipſum tempore illo ex eodem eſt monaſterio raptus de mundo. Ex qua nimirum uiſione multi, qui hæc audire potuerunt, & ad exorandam in aduerſis diuinam clementiam, & ad ſalutaria 11 ieiuniorum remedia ſubeunda, ſunt mirabiliter accenſi. Et eo tempore non ſolum in eodem monaſterio, ſed & in pleriſq; locis alijs cœpit annuatim eiuſdem regis ac militis Chriſti 12 natalitius dies miſſarum celebratione uenerari. *Ex cap. 15.*

Interea ſuperueniens cum exercitu Cedualla iuuenis ſtrenuiſsimus de regio genere Geuiſſorum, cum exularet a patria ſua, interfecit Regem Ediluach, ac prouinciam illam ſæua cæde ac depopulatione attriuit. Sed mox expulſus eſt a ducibus Regis Berechtimo, & Anthuno, qui deinceps regnum prouinciæ tenuerunt. Quorum prior poſtea ab eodem Cedualla, cũ eſſet Rex Geuiſſorum, occiſus eſt, & prouincia grauiore ſeruitio ſubacta. Sed is qui poſt Cedualla regnabat, ſimili prouinciam illã afflictione plurimo annorum tempore mancipauit. Quare factum eſt, ut toto illo tempore epiſcopum proprium habere nequiret. Sed reuocato domum Vulfrido primo ſuo Antiſtite, ipſi epiſcopo, Geuiſſorum id eſt, Occidentalium ſaxonum, qui eſſent inuenti in ciuitate, ſubiacebant. *Ex cap. 17.*

Poſtquam ergo Cedualla regno potitus Geuiſſorum, cœpit Inſulam Væctam, quæ Eatenus erat tota idolatriæ dedita, tragica cæde omnes indigenas exterminare, ac ſuæ prouinciæ homines pro his ſubſtituere contẽdit, uoto 13 ſe obligans, quamuis nondum regeneratus (ut fertur) in Chriſto, quia ſi cœpiſſet Inſulam, quartam partem eius ſimul & prædæ Domino daret. Quod ita ſoluit, ut hanc Vulfrido epiſcopo, qui tum forte de gente ſua ſuperueniens aderat, utendam pro Domino offerret. Eſt autem mẽſura eiuſdem Inſulæ iuxta æſtimationem Anglorum, mille ducentarum familiarum. Vnde data eſt epiſcopo poſſeſsio terræ trecentarum familiarum. At ipſe partem, quam accepit, commendauit cuidã de clericis ſuis, cui nomen Beornium, & erat filius ſororis eius, dans illi presbyterum nomine Hiddila, qui omnibus, qui ſaluari uellent, uerbum ac lauacrum uitæ miniſtraret. Vbi ſilentio prætereundum non eſſe reor, quòd in primitijs eorum, qui de eadem Inſula credendo ſaluati ſunt, duo regij pueri, fratres uidelicet Arualdi Regis inſulæ, ſpeciali ſunt Dei gratia coronati. Siquidem imminentibus inſulæ hoſtibus, fuga lapſi ſunt de inſula, & in proximam Vicciorum prouinciam trãſlati. Vbi cum delati in locum, qui uocatur ad lapidẽ, occultantes ſe a facie Regis uictoris credidiſſent, proditi ſunt, atq; occidi iuſsi. Quod cum audiſſet Abbas quidem & presbyter, uocabulo Cimbrecthe, habens non longe ab inde monaſterium in loco qui uocatur Reuchford, id eſt uadum arundinis, uenit ad Regem, qui tunc ijſdem in partibus occultus curabatur a uulneribus, quæ ei inflicta fuerant prœliando in Inſulam Vectã. Poſtulauitq; ab eo, ut ſi neceſſe eſſet pueros interfici, prius eos liceret fidei Chriſtianæ ſacramentis imbui. Conceſsit Rex. Et ipſe inſtructos eos uerbo ueritatis, ac fonte ſalutaris ablutos, de ingreſſu Regni

uotionem & ieiunia propitius aſpexit. Ergo tria hæc bona ſũt, ſancta, & Deo placentia.

6 *Hodierna die es ad uiſionem domini xpi perducendus in cœlũ.*

7 *Vide hic an ſancti poſt mortem pro nobis intercedant.*

8 *Mandant ſancti apoſtoli Miſſas celebrari pro gratiarum actione ob exauditas preces, & in memoriam Regis Oſualdi defuncti.*

9 *Ecce quomodo ſacrã Euchariſtiam in Miſſa conſacratam ſacrificia appellãt cœleſtia.*

10 *Ecce quomodo cõmunicatur puer unica particula ſacrificij dominicæ oblationis, nulla facta mentione de ſanguine. Potes ergo quod ſupradixit de utraque ſpecie, dictum intelligere, quia ſub una continetur utraque, & qui corpus Chriſti ſumit, ſumit & ſanguinem.*

11 *Vocat ieiunia, remedia ſalutaria.*

12 *Cœpit inde natalitius dies Oſualdi Regis Miſſarũ celebratione annuatim uenerari.*

13 *Voto ſe obligans. Et uotum ſoluit.*

do rapiendi, palàm cunctis præſentibus intimauerit. Rapta eſt autem ad Dominũ in medio ſuorum, poſt annos quatuor, ex quo abbatiſſę gradum ſuſceperat. Tumq́ (ut ipſa iuſſerat, non alibi quàm in medio eorum ligneo in locello ſepulta.

Cui ſucceſsit in miniſterio abbatiſſę, ſoror eius Sexburb, quam habuerat in coniugem Earconbrechi Rex Cantuariorũ. Et cum decem annis eſſet ſepulta, placuit eidem abbatiſſæ leuari oſſa eius, & in locello nouo poſita in eccleſiam transferri. Iuſsitq́ quoſdam è fratribus quærere lapidẽ, de quo locellum ad hoc facere poſſent; qui aſcenſa naui (ipſa enim regio Elge, quæ eſt aquis & paludibus circundata, lapides non habet) uenerunt ad ciuitatulam quandam deſolatam, non procul inde ſitam, quæ lingua Anglorũ Grandaceſtir uocatur: & mox inuenerunt iuxta muros ciuitatis locellum de marmore albo pulcherrime factum, operculo quoq́ ſimilis lapidis aptiſsime tectũ. Vnde intelligentes à Domino ſuum iter eſſe proſperatum, gratias agentes retulerunt ad monaſteriũ. Cumq́ corpus ſacrę uirginis ac ſponſæ Chriſti, aperto ſepulchro, eſſet prolatum in lucem, ita incorruptũ inuentum eſt, ac ſi eodem die eſſet defuncta, ſiue humo condita: ſicut & præfatus Antiſtes Vuilfrid, & multi alij, qui nouere, teſtantur.

Sed certiori notitia medicus Cinitfrid, qui præſens, illa eleuatã de tumulo, affuit, qui & referre erat ſolitus, q̃ illa infirmata habuerit tumorem maximum ſub maxilla, iuſſerunt me, inquit, incidere tumorẽ illũ, ut efflueret noxius humor, qui inerat. Quod dum facerẽ, uidebatur illa per biduũ aliquanto leuius haberę, ita ut multi putarent, quod ſanari poſſet à languore. Tertio autẽ die prioribus aggrauata doloribus, & rapta confeſtim de mundo, dolorẽ omnem, ac mortẽ, perpetua ſalute, ac uita mutauit. Cumq́ poſt annos decem eleuanda eſſent oſſa de ſepulchro, & extento deſuper papilione, omnis congregatio hinc fratrum, inde ſororũ pſallens circunſtaret: ipſa autem abbatiſſa intus cũ paucis oſſa eleuatura & delatura intraſſet, repente audiuimus, abbatiſſam intus clara uoce proclamare: ſit gloria nomini Domini. Nec multo pòſt clamauerunt me intus, reſeratoq́ hoſtio papilionis, undiq́ eleuatum de tumulo, & poſitũ in lectulo corpus ſacræ Deo uirginis quaſi dormientis ſimilę uidi. Sed & diſcooperto uultus indumento, monſtrauerunt mihi etiam uulnus inciſuræ quod feceram, curatum ita ut mirum in modũ pro aperto & hiante uulnere, cũ quo ſepulta erat, tenuiſsima tunc cicatricis ueſtigia apparerent. Sed & linteamina omnia, quibus inuolutũ erat corpus, integra apparuerunt, & ita noua, ut ipſo die uiderentur caſtis eius membris fuiſſe circundata. Ferunt autem, quia cũ præfato tumore, ac dolore maxillæ, ſiue colli, premeretur, multũ delectata ſit hoc genere infirmitatis, ac ſolita dicere: Scio certiſsime quia merito in collo pondus languoris porto, in quo iuuenculam memini me ſuperuacua moniliũ pondera portare: & credo quod ideo me ſuperna pietas dolore colli uoluit grauari, ut ſic abſoluar reatu ſuperuacuæ leuitatis, dũ mihi nunc pro auro & margaritis de collo rubor tumoris, ardorq́ promineat. Contigit 19 autem tactu indumentorũ eorundem & dæmonia ab obſeſsis fugata corporibus, & infirmitates alias aliquotiens eſſe curatas. Sed & loculũ, in quo primo ſepulta eſt, nõnullis oculos dolentibus ſaluti fuiſſe perhibent; qui cum ſuum caput eidem loculo apponentes oraſſent, mox doloris, ſiue caliginis incommodum ab oculis amouebant.

19 *En quomodo etiã res exteræ ſanctorũ, gratiarum beneficia præſtare ſolent.*

Lauerunt igitur uirgines corpus, & nouis indutum ueſtibus intulerunt in eccleſiam, atq; in eo, quod allatum erat, ſacroſago poſuerunt, ubi uſque hodie in magna ueneratione habetur. Mirum uero in modum ita aptum corpori uirginis ſacroſagum inuentũ eſt, ac ſi ei ſpecialiter præparatũ fuiſſet: & locus quoq; capitis ſeorſum fabrefactus, ad mẽſuram capitis illius aptiſsime figuratus apparuit. Eſt autem Elge in prouincia Orientaliũ Anglorum regio familiarũ circiter ſexcentarum, in ſimilitudinẽ inſulæ, uel paludibus (ut diximus) circundata, uel aquis. Vnde & à copia anguillarum, quæ in ijſdem paludibus capiuntur, nomen accepit. Vbi monaſterium habere deſiderauit memorata Chriſti famula, quoniam de prouincia eorundem Orientalium Anglorũ ipſa (ut præfati ſumus) carnis originẽ duxerat.

Ex cap. 20. Videtur opportunum huic hiſtoriæ etiam hymnũ uirginitatis inſerere, quem ante annos plurimos in laudem, ac præconium eiuſdem Reginæ, ac ſponſæ Chriſti (& ideo ueraciter Reginæ, quia ſponſæ Chriſti) Elegiaco metro compoſuimus, imitati morem ſacræ ſcripturæ, cuius hiſtoriæ carmina plurima indita, hoc metro, ac uerſibus alijs conſtat eſſe compoſita.

Alma Deus Trinitas quæ ſecula cuncta gubernas,
 Annue nunc cœptis alma Deus Trinitas.
Bella Maro reſonet, nos pacis dona canamus,
 Munera nos Chriſti, bella Maro reſonet.
Carmina caſta mihi, fœda non raptus Helenæ
 Luſus erit lubricus, carmina caſta mihi.
Dona ſuperna loquar, miſerę non prælia Troiæ,
 Terra quibus gaudet, dona ſuperna loquar.
En Deus altus adit uenerandæ uirginis aluum,
 Liberet ut homines, en Deus altus adit.
Fœmina uirgo parit mundi deuota parentem,
 Porta Maria Dei, fœmina uirgo parit.
Gaudet amica cohors de uirgine matre tonantis,
 Virginitate micans gaudet amica cohors.
Huius honor genuit caſto de germine plures,
 Virgineos flores huius honor genuit.
Ignibus uſta feris uirgo non cedit Agathe,
 Eulalia perfert ignibus uſta feris.
Caſta feras ſuperat mentes pro culmine Tecla;
 Euphemia flammas caſta feras ſuperat.
Læta ridet gladios ferro robuſtior Agnes.
 Cecilia infeſtos lęta ridet gladios.
Multus in orbe uiget per ſobria corda triumphus,
 Sobrietatis amor multus in orbe uiget.
Noſtra quoque egregia iam tempore uirgo beauit,
 Edildrida nitet noſtra quoq; egregia.
Orta patre eximio, regali & ſtemmate clara,
 Nobilior Domino eſt orta patre eximio.
Percipit inde decus Regina & ſceptra ſub aſtris,
 Plus ſuper aſtra manens percipit inde decus.
Quid petis alma uirum, ſponſo iam dedita ſummo?
 Sponſus adeſt Chriſtus, quid petis alma uirum?

Regis ut ætherei matrem iam credo ſequaris,
Tu quoque ſis mater Regis ut ætherei.
Sponſo dicata Deo bis ſex regnauerat annis,
Inq; monaſterio eſt ſponſa dicata Deo.
Tota ſacrata polo celſis ubi floruit actis,
Reddidit atque animam toto ſacrata polo,
Virginis alma caro eſt tumulata bis octo Nouembris,
Nec putet in tumulo uirginis alma caro.
Chriſte tui eſt operis, quod ueſtis & ipſa ſepulchro
Inuiolata nitet, Chriſte tui eſt operis.
Hydros & ater abit ſacræ pro ueſtis honore,
Morbi diffugiunt, hydros & ater abit.
Zelus in hoſte fuerit, quondam qui uicerat Euam,
Virgo triumphat ouans, Zelus in hoſte furit.
Aſpice nupta Deo, quæ ſit tibi gloria terris
Quæ maneat cœlis, aſpice nupta Deo.
Munera læta capis feſtiuis fulgida tædis,
Ecce uenit ſponſus, munera læta capis.
Et noua dulciſono modularis carmina plectro,
Sponſo hymno exultas & noua dulciſono.
Nullus ab alti throno comitatus ſegregat agni,
Quam affectus tulerat nullus ab alti throno.

Anno Dominicæ incarnationis ſexcẽteſimo octuogeſimo quarto, Ecgfrid Rex Nordanhimbrorũ, miſſo in Hiberniam exercitu cum duce Berecto, uaſtauit miſere gentem innoxiam, & nationi Anglorũ ſemper amiciſſimam; ita ut ne eccleſijs quidẽ ac monaſterijs manus parceret hoſtilis. At Inſulani quantũ ualuere, armis arma repellebant: & inuocantes diuinæ auxiliũ pietatis, cœlitus ſe uindicari continuis Deum deprecationibus poſtulabant. Et quamuis maledici Regnum Dei poſsidere non poſſunt, creditũ tamen eſt, quod hi, qui merito impietatis ſuæ maledicebantur, ocius pœnas ſui reatus luerent. Siquidem anno poſt hunc proximo, idem Rex cum temere exercitũ ad uaſtandũ Pictorum prouinciã duxiſſet, multũ prohibentibus amicis, & maxime beatæ memoriæ Cudberechto, qui nuper fuerat ordinatus epiſcopus, introductus eſt, ſimulantibus fugam hoſtibus, in anguſtias inacceſſorũ montium, & cum maxima parte copiarũ, quas ſecũ adduxerat, extinctus, anno ætatis ſuæ quadrageſimo, Regni autẽ decimoquinto, die decimotertio Calendarũ Iuniarum. Et quidem (ut dixi) prohibuerunt amici, ne hoc bellũ iniret; ſed quoniam anno præcedẽte noluerat audire Reuerendiſsimum Ecgberechtum, ne Scotiam nil ſe lædentem impugnaret, datum eſt illi ex pœna peccati illius, ne tunc eos, qui ipſum ab interitu reuocare cupiebant, audiret. Ex cap. 26.

Ex quo tempore ſpes cœpit, & uirtus Regni Anglorum fluere, ac retro ſublapſa referri. Nam & Picti terram poſſeſsionis ſuæ, quã tenuerunt Angli, & Scoti qui erant in Britannia, Britonum quoq; pars nonnulla libertatẽ receperunt, quam & hactenus habent per annos circiter quadragintatres. Vbi inter plurimas gentes Anglorum, uel interemptas gladio, uel ſeruitio addictas, uel de terra Pictorum fuga lapſas, etiam Reuerendiſsimus uir Domini Trumuini, qui in eis epiſcopatũ acceperat, receſsit cum

ſuis, qui erant in monaſterio Ebbercurni, poſito quidē in regione Anglorum, ſed in uicinia Freti, quod Anglorum terras, Pictorumq; diſterminat, eosq; ubicunq; poterat amicis per monaſteria commendans, ipſe in ſæpe dicto famulorum famularumq; Dei monaſterio, quod uocatur Streanenshalch, locū manſionis elegit. Ibiq; cum paucis ſuorum in monachica diſtrictione uitam non ſibi ſolummodo, ſed & multis utilem plurimo annorum tempore duxit. Vbi etiam defunctus, in 20 eccleſia beati Petri Apoſtoli iuxta honorem, & uitam, & gradum eius condignum conditus eſt.

20
Ecce ſepulchrum boni epiſcopi in eccleſia beati Petri Apoſtoli.

Præerat quidem tunc eidem monaſterio Regia uirgo Elflec una cū matre etiam Flecde. Sed adueniente illuc epiſcopo, maximum regendi auxilium, ſimul & ſuæ uitæ ſolatium deuota Deo doctrix inuenit. Succeſsit autem Ecgfrido in regnū Altfrit, uir in ſcripturis doctiſsimus, qui frater eius, & filius Oſuini Regis eſſe dicebatur. Deſtructumq; Regni ſtatum, quamuis intra fines anguſtiores nobiliter recuperauit. Quo uidelicet anno, qui eſt ab incarnatione Dominica ſexcenteſimo octogeſimoquinto, Lotheri Cantuariorū Rex, cum poſt Ecgberechtum fratrē ſuum, qui nouem annis regnauerat, ipſe duodecim annis regnaſſet, mortuus erat octauo Idus Februarij. Vulneratus nanq; eſt in pugna Auſtralium Saxonū, quos contra eum Edric filius Ecgberechti aggregarat, & inter medendū defunctus. Ac poſt eum idem Edric anno uno ac dimidio regnauit. Quo defuncto regnum illud aliquod temporis ſpatiū Reges dubij uel externi diſperdiderunt; donec legitimus Rex Victed, ideſt filius Ecgberechti, confortatus in regno, religione ſimul & induſtria, gentem ſuam ab extranea inuaſione liberaret.

Ex lib. 5. eiuſdem hiſtoriæ cap. 20.

Illo igitur anno, quo Rex Merciorum Coenred, necnon & Offa filius Sigberi Regis Orientalium Saxonū, Britanniā reliquere, Romamq; profecti, monachicum ibi habitum ſumpſere, Antiſtes eximius Vilfrid, poſt quadraginta quinq; annos accepti epiſcopatus, diem clauſit extremum, in prouincia, quæ uocatur Mundalum, corpusq; eius loculo inditum, perlatum eſt in monaſteriū ipſius, quod dicitur in Hripum, & iuxta honorē tanto Pontifici congruū 21 in eccleſia beati Petri ſepultū.

21
Corpus eius honorifice in eccleſia beati Petri ſepultum eſt.

De cuius ſtatu uitaq; (ut ad priora repedantes, paucis quæ geſta ſunt memoremus) cū eſſet puer bonæ indolis, atq; ætatem moribus tranſiens, ita ſe modeſte & circunſpectæ in omnibus gerebat, ut merito a maioribus quaſi unus ex ipſis amaretur, & ueneraretur. Vbi uero quartumdecimum ætatis contigit annum, monaſticam ſeculari uitam prætulit. Quod ubi Patri ſuo narrauit (iam enim mater obierat) libenter eius uotis ac deſiderijs cœleſtibus annuit, eumq; cœptis inſiſtere ſalutaribus iuſsit. Venit ergo ad Inſulam Lindiſfarnenſem, ibiq; monachorū famulatui ſe contradens, diligenter ea q̄ monaſticæ 22 caſtitatis ac pietatis erant, & diſcere curabat, & agere.

22
Vides quod monachi etiam tum caſtitatē & pietatem obſeruabant?

23
Similiter humilitatē & obedientiam.

Et qa acris erat ingenij, didicit citiſsime pſalmos, & aliquos codices, necdum quidem attonſus, uerū his, quæ tonſura maiora ſunt, uirtutibus humilitatis 23 & obedientiæ non mediocriter inſignitus. Propter quod & a ſenioribus, & coætaneis ſuis iuſto colebatur affectu. In quo uidelicet monaſterio cum aliquot annos Deo ſeruiret, animaduertit paulatim adoleſcens animi ſagacis, minime perfectam eſſe uirtutis uiam, quæ tradebatur a Scotis: propoſuitq; animo uenire Romam, 24 & qui apud ſedē Apoſtolicam ritus Eccleſiaſtici, ſiue monaſteriales ſeruarentur, uidere. Quod

24
Ecce ſanctus uir Romam uenire diſponit ad ſedem apoſtolicā, tāquam ad magiſtrā omnis ritus eccleſiaſtici & monachalis.

cum fratribus referret, laudauerunt eius propoſitum, eumq́; id quod mẽte diſpoſuerat, perficere ſuadebant. At ille confeſtim ueniens ad Reginã Eanfledam, cui notus erat, cuiuſq́; conſilio & ſuffragijs præfato fuerat monaſterio ſociatus, indicauit ei deſiderium ſibi ineſſe, 25 beatorum Apoſtolorum limina uiſitandi.

25 *Indicauit deſiderium ſibi eſſe beatorũ apoſtolorum limina uiſitandi.*

Quæ delectata bono adoleſcentis propoſito, miſit eum Cantuam ad Regem Ercumberechtum, qui erat filius auunculi ſui, poſtulans eũ ut honorifice Romam tranſmitteret. Quo tempore ibi gradum Archiepiſcopatus Honorius, unus ex diſcipulis beati Papæ Gregorij, uir in rebus eccleſiaſticis ſublimiter inſtructus ſeruabat. Vbi cum aliquandiu demoratus adoleſcens animi uiuacis, diligenter his, quæ inſpiciebat, diſcendis operã daret, ſuperuenit illo alius adoleſcens nomine Biſcop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens & ipſe Romam uenire, cuius ſupra meminimus. Huius ergo comitatui Rex ſociauit Vilfridũ, utq; illum ſecum Romã perduceret, iuſsit. Qui cum Lugdunũ perueniſſent, Vilfrid ab Alfino ciuitatis epiſcopo ibi retentus eſt; Benedictus cœptum iter nauigio Romam uſq; compleuit. Delectabatur enim Antiſtes prudẽtia uerborum iuuenis, gratia uenuſti uultus, alacritate actionis, & conſtantia ac maturitate cogitationis. Vnde & omnia, quæ neceſſe habebat, abundanter ipſi cum ſocijs ſuis, quandiu ſecum erant, donabat: & inſuper offerebat, ut ſi uellet, partem Galliarũ non minimam, illi regendam committeret, ac filiam fratris ſui uirginẽ illi coniugẽ daret, eumq́; ipſe loco adoptiui haberet. At ille gratias agens pietati, quam erga eũ, cum eſſet peregrinus, habere dignaretur, reſpondit, propoſitũ ſe aliæ maioris conuerſationis habere, atq; ideo patria relicta Romam iter agere cœpiſſe. Quibus auditis Antiſtes miſit eũ Romam, dato duce itineris, & cunctis ſimul, quæ neceſsitas popoſcebat itineris, largiter ſubminiſtratis, obſecrans ſedulo, ut cum in patriam reuerteretur, per ſe iter facere meminiſſet.

Veniens uerò Romam, & orationibus ac meditationi rerum Eccleſiaſticarum, ut animo propoſuerat, quotidiana mancipatus inſtantia peruenit ad amicitiam uiri ſanctiſsimi ac doctiſsimi, Bonifacij uidelicet Archidiaconi, qui etiam conſiliarius erat Apoſtolici Papæ. Cuius magiſterio quatuor euangeliorum libros ex ordine didicit, compoſitũ Paſchæ rationabile, & alia multa, quæ in patria nequiuerat Eccleſiaſticis diſciplinis accommodare, eodem magiſtro tradente percepit. Et cum menſes aliquot ibi ſtudijs occupatus felicibus exegiſſet, redijt ad Alfinum in Galliam, & tres annos apud ipſum commoratus, attonſus eſt ab eo, & in tanto habitus amore, ut hæredem ſibi illum facere cogitaret. Sed ne hoc fieri poſſet, Antiſtes crudeli morte præreptus eſt; & Vilfrid ad ſui potius, hoc eſt Anglorum gentis, epiſcopatum reſeruatus. Nanq; Balild regina, miſsis militibus, epiſcopum iuſsit interfici, quem ad locum quidem, quo decollãdus erat, ſequutus eſt Vilfrid clericus illius, deſiderans, cum eo, tametſi ipſo multum prohibente, pariter occumbere. Sed hunc ubi peregrinũ, atq; oriundum de natione Anglorum cognouere carnifices, pepercere illi, neq; eum trucidare cum ſuo uoluere pontifice. At ille Britanniam ueniens, coniunctus eſt amicitijs Alucfridi Regis, qui catholicas eccleſiæ regulas ſequi ſemper & amare didicerat. Vnde & illi quia catholicum eſſe comperit, mox donauit terram decem familiarum in loco qui dicitur Stãdfrod,

& non multo poſt monaſterium triginta familiarum, in loco qui uocatur in Hriphum, quem uidelicet locum dederat pridem ad conſtruendum ini bi monaſterium his, qui ſcotos ſequebantur. Verum quia illi poſtmodum, optione data, maluerunt loco cedere, quam paſcha catholicum. cæteroſque ritus canonicos, iuxta Romanæ ac Apoſtolicæ eccleſiæ conſuetudinem recipere, dedit hoc illi, quem melioribus imbutum diſciplinis, ac moribus uidit. Quo in tempore ad iuſsionem præfati Regis, presbyter ordinatus 26 eſt in eodem monaſterio ab Agilberchto epiſcopo Geuiſſorũ, deſiderante Rege, ut uir tantæ eruditionis, ac religionis, ſibi ſpecialiter indiuiduo comitatu ſacerdos eſſet ac ductor. Quem non multo poſt, detecta & eliminata (ut ſupra docuimus) ſcotorum ſecta, in Galliam mittens cum conſilio, atq; conſenſu patris ſuis Oſiuu, epiſcopum ſibi rogauit ordinari, cum eſſet annorum circiter triginta, eodem Agilberechto tunc epiſcopatum agente Pariſiacæ ciuitatis. Cum quo 27 & alij undecim epiſcopi ãd dedicationem Antiſtitis conuenientes, multum honorifice miniſterium impleuerunt.

Quod adhuc in tranſmarinis partibus demorante, conſecratus eſt in epiſcopatum Eboraci, iubente Rege Oſiuu, Ceadda uir ſanctus, qui tribus annis eccleſiam ſublimiter regens, dehinc ad curam monaſterij ſui, quod eſt in leſtinga ſeceſsit; accipiente Vilfrido epiſcopatum totius Nordanhimbrorum prouinciæ. Qui deinde regnante Ecgfrido pulſus epiſcopatu, & alij ſunt pro illo conſecrati Antiſtites, quorum ſupra meminimus, Romam itaq; iturus, & 28 coram Apoſtolico Papa cauſam dicturus, ubi nauem conſcendit, flante Fauonio, pulſus eſt in Freſiam, & honorifice ſuſceptus a Barbaris, ac Rege illorum Aldgilſo, prædicabat eis Chriſtum, & multa eorum milia uerbo ueritatis inſtituens, à peccatorum ſuorum ſordibus fonte ſalutaris abluit: Et quod poſtmodum Vilbrord reuerendiſsimus Chriſti pontifex, in magna deuotione compleuit, ipſe primus ibi opus euangelicum cœpit. Ibi ergo hiemẽ cum noua Dei plebe feliciter exigens, ſic deniq; Romam ueniendi iter repetijt. Vbi poſtquam cauſa eius uentilata eſt, pręſente Agathone Papa, & pluribus epiſcopis, uniuerſorũ iudicio abſq; crimine accuſatus fuiſſe, & epiſcopatu eſſe dignus inuentus eſt. Quo in tempore idem Papa Agatho cum 29 ſynodum congregaret Romæ centumuigintiquinq; epiſcoporum aduerſus eos, qui unam in Domino ſaluatore uoluntatem atq; operationem dogmatizabant, uocari iuſsit & Vilfridum, atq; inter epiſcopos conſedentem dicere fidem ſuam ſimul et prouintię, ſiue Inſulæ, de qua uenerat. Cumq; catholicus fide cum ſuis eſſet inuentus, placuit hoc inter cętera eiuſdem ſynodi geſtis inſeri: ſcriptumq; eſt hoc modo: Vilfridus Deo amabilis epiſcopus Eboracę ciuitatis, Apoſtolicam 30 ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſq; rebus abſolutus, & cum alijs centumuigintiquinque coëpiſcopis in ſynodo in iudicij ſede conſtitutus pro omni Aquilonari parte Britannię & pro Hibernię inſulis, quæ ab Anglorum, & Britonum, necnon & ſcotorum, & Pictorum gentibus incoluntur, ueram & catholicam fidem confeſſus eſt, & cum ſubſcriptione ſua corroborauit.

Poſt hæc reuerſus in Britanniam, prouinciam Auſtralium ſaxonum ab idololatriæ ritibus ad fidem Chriſti conuertit. Vectæ quoq; inſulæ uerbi miniſtros deſtinauit, & ſecundo anno Alfridi, qui poſt Ecgfridum regna-

26 *Ordinatus eſt presbyter ab epiſcopo Geuiſſorum licet rege iubente. Non enim poterat eum alius ordinare quam epiſcopus, quoniam talis ordinatio ad eum ſolum ſpectat.*

27 *Vides quod ordinationes epiſcoporum ſolenniter fiunt, & ad eas multi epiſcopi cõuenire ſolent de more ſanctæ Romanæ eccleſiæ?*

28 *Quare iturus erat Romã epiſcopatu pulſus, & cauſam corã Apoſtolico dicturus, niſi quia ſedes illa eſt refugium omniũ oppreſſorum?*

29 *Vides quod conuocare cõcilium aduerſus hæreticos ſpectat ad Romanum pontificẽ?*

30 *Apoſtolicã ſedem de ſua cauſa appellans. Ecce quomodo in omni preſſura a totius mũdi epiſcopis ad sãctã Petri ſedem propter ſpecialem prærogatiuam ei a domino cõceſſam appellatur.*

uit,ſedē ſuam & epiſcopatū,ipſo Rege inuitante,recepit. Sed poſt quinq; annos denuo accuſatus,ab eodem ipſo Rege, & plurimis epiſcopis præſulatu pulſus eſt:ueniensq́; Romam,cum præſentibus accuſatoribus acciperet locum ſe defendendi, conſedentibus epiſcopis plurimis cum Apoſtolico Papa Ioanne,omnium iudicio probatum eſt,accuſatores eius nõnulla in parte falſas contra eum machinaſſe calumnias; ſcriptumq́; eſt a præfato Papa Regibus Anglorum Edilredo,& Alfrido,ut 31 ut eum in epiſcopatum ſuum,eo quod iniuſte fuerit condemnatus,facerent recipi.Iuuit autem cauſam abſolutionis eius,lectio ſynodi beatæ memoriæ Papę Agathonis,quæ quondam ipſo præſente in urbe, atq; in eodem concilio inter epiſcopos reſidente,ut prædiximus,acta eſt.Cum ergo cauſa exigente, ſynodus eadem coram nobilibus & frequentia populi, iubente apoſtolico Papa,diebus aliquot legeretur, uentum eſt ad locum, ubi ſcriptum erat: Vilfridus Deo amabilis epiſcopus Eboracę ciuitatis, apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertisq́; rebus abſolutus,& cętera quę ſupra poſuimus Quod ubi lectum eſt,ſtupor apprehendit audientes, & ſilente lectore, cœperunt alterutrum requirere, quis eſſet ille Vilfrid epiſcopus. Tum Bonifacius conſiliarius apoſtolici Papę, & alij perplures,qui eum temporibus Agathonis Papæ ibi uiderunt,dicebant ipſum eſſe epiſcopum, qui nuper Romam accuſatus a ſuis,atq; ab apoſtolica ſede iudicandus aduenerit. Qui iãdudum,inquiunt,accuſatus, æquè huc adueniens, mox audita, ac dijudicata cauſa & controuerſia utriuſq; partis a beatæ memoriæ Papa Agathone,probatus eſt contra fas a ſuo epiſcopatu repulſus,& tanti apud eum habitus eſt, ut ipſum in concilio,quod congregauerat epiſcoporum,quaſi uirum incorruptæ fidei, & animi probi reſidere pręciperet.Quibus auditis, dicebant omnes unà cum pontifice,uirum tantæ authoritatis,qui per quadraginta prope annos epiſcopatu fugebatur, nequaquam damnari debere,ſed ad integrum culpis accuſationum abſolutum in patriam cum honore reuerti.

31 *Ecce quomodo cauſæ electionis epiſcoporũ coram ſummo Apoſtolico tractantur,& cũ iniuſte fuerint expulſi,eius autoritate reſtituuntur.*

Qui cum remeans in Galliarũ partes deueniſſet, tactus eſt infirmitate repentina,& ea creſcente adeò preſſus,ut equo uehi non poſſet,ſed manibus miniſtrorũ portaretr in grabato. Sic delatus in ciuitatem Mellũ Gallię,quatuor diebus ac noctibus quaſi mortuus iacebat, halitu tantum pertenui,quia uiueret demonſtrans.Cumq́; ita ſine cibo & potu,ſine uoce et auditu quatriduo perſeueraret, quinta demum illuceſcente die, quaſi de graui expergefactus ſomno,exurgens reſedit, apertisq́; oculis uidit circa ſe choros pſallentium ſimul & flentium fratrum;ac modicum ſuſpirans interrogauit,ubi eſſet Acca presbyter:qui ſtatim uocatus intrauit,& uidēs eum melius habentem,ac loqui iam ualentem, flexis genibus gratias egit Deo cum omnibus,qui aderant fratribus. Et cum parum conſediſſent, ac de ſupernis iudicijs trepidi aliquantum fabulari cœpiſſent, iuſsit pontifex cęteros ad horam egredi,et ad Accam presbyterum ita loqui exorſus eſt: Viſio mihi modo tremenda, apparuit, quam te audire, ac ſilentio tegere uolo,donec ſciam quid de me fieri uelit Deus. Aſtitit enim mihi quidã cãdido præclarus habitu,dicens,ſe Michaelem eſſe Archangelũ & ob hoc, inquit miſſum,ut te a morte reuocem.Donauit enim tibi Dominus uitam per orationes ac lachrymas diſcipulorum, & fratrũ tuorum, 32 & per interceſsionē ſuæ beatæ genitricis ſemperq́; uirginis Mariæ. Quapropter

32 *Tu qui negas ſanctos*

pro nobis intercedere quid dices quod ſanctus uir per interceſſionem beatæ Dei genitricis ſemperq; uirginis Mariæ, reſtitutus eſt ſanitati?

dico tibi, quia modo quidē ab infirmitate hac ſanaberis, ſed paratus eſto, quia poſt quadriennium reuertens uiſitabo te. Patriam uere perueniens, maximam poſſeſsionum tuarū, quæ tibi ablatæ ſunt, portionem recipies, atq; in pace tranquilla uitam terminabis.

Conualuit igitur epiſcopus, cunctis gaudentibus, & Deo gratias agentibus, cœptoq; itinere, Britanniam uenit. Lectis autem epiſtolis, quas ab Apoſtolico Papa adduxerat, Berechuald Archiepiſcopus, & Edilret quōdam Rex, tunc autem Abbas, libentiſsime fauerunt. Qui uidelicet Edilred, accitum ad ſe Coenredum, quem pro ſe Regem fecerat, amicum epiſcopo fieri petijt, & impetrauit. Sed Aldfrid Nordanhimbrorum Rex eum ſuſcipere contempſit, nec longo poſt tempore ſuperfuit. Vnde factum eſt, ut regnante Orſedo filio eius, mox ſynodo iuxta fluuium Nidd, poſt aliquantum utriuſq; partis conflictum, tandem cunctis fauentibus, in præſulatum ſit ſuæ receptus eccleſiæ. Sicq; quatuor annis uſq; ad diem obitus ſui uitā duxit in pace. Defunctus eſt autem in monaſterio ſuo, quod habebat in prouincia Vndalum, ſub regimine Cudbaldi Abbatis: & miniſterio fratrū perlatus in ſuum monaſterium primum, quod dicitur in Hripum, poſitus 33 eſt in eccleſia beati Apoſtoli Petri, iuxta altare ad Auſtrum, ut & ſupra docuimus: Et hoc de illo Epitaphium eſt ſcriptum.

33 *Poſitus eſt in eccleſia beati Petri Apoſtoli iuxta altare ad Auſtrum.*

34 *Ecce ædificatio templi in honorem Dei, dedicatio illius ſub nomine D. Petri Apoſtoli, & eius exornatio cum multo auro. Vnde ergo hauriunt nonnulli q̄d hæc Deo diſplicent & mala ſunt? Nonne hinc potius totum contrariū habetur?*

35 *Si ſanctus uir Monachos inſtituit monitis & ſancta regula patrum, conſequens eſt quod antiqui Monachi etiam ipſi regulas & conſtitutiones ſuas haberent.*

36 *Epiſcopus moriens cœleſtia regna petiuit. Ergo animæ ſanctorum ſunt in cœlo.*

Vilfrid hic magnus requieſcit corpore præſul,
Hanc 34 Domino qui aulam ductus pietatis amore
Fecit, & eximio ſacrauit nomine Petri,
Cui claues cœli Chriſtus dedit arbiter orbis:
Atq; totam arctirio deuotus ueſtijt auro.
Quinetiam ſublime Crucis radiante metallo
Hic poſuit Tropheum; necnon & quatuor auro
Scribi euangelij præcepit in ordine libros,
At thecam ē rutilo his condignam condidit auro.
Paſchalis qui etiam ſolennia tempora curſus
Catholici ad iuſtum correxit dogma Canonis,
Quem ſtatuere patres: dubioq; errore remoto,
Certa ſuæ genti oſtendit moderamina ritus.
Inque locis iſtis monachorum examina crebra
Collegit, ac 35 monitis, & ſancta regula patrum
Sedulus inſtituit, multis domiq; foriſq;
Iactatus nimium per tempora longa periclis.
Quindecies ternos poſtquam egit epiſcopus annos,
Tranſijt & 36 gaudens cœleſtia Regna petiuit.
Dona Ieſu, ut grex paſtoris calle ſequatur.

Habetur in libro 4 hiſtoriæ Anglicanæ eiuſdem cap. 23.

VITA HILDÆ ABBATISSÆ MONASTERII Streneſhalch, & Cedmon monachi ſerui Dei, per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

1 *Poſt multa quæ fecit*

ANno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo trigeſimo, religioſiſsima Chriſti famula Hilda Abbatiſſa monaſterij, quod dicitur Streneſhalch, poſt 1 multa quæ fecit in terris opera cęleſtia, ad percipienda præmia uitæ cœleſtis de terris ablata, tranſiuit, die decimoquin-

to Calendarum decembrium, cum eſſet annorum ſexagintaſex. Quibus æqua partitione diuiſis, trigintatres primos in ſeculari habitu nobiliſsime conuerſata compleuit. Nam & nobilis natu erat, hoc eſt filia nepotis Eduini Regis, uocabulo Herìrici, cum quo etiam Rege ad prædicationem beatæ memoriæ Paulini primi Nordanhimbrorum epiſcopi fidem & ſacramenta Chriſti ſuſcepit, atq; hanc, dum ad eius uiſionem peruenire meruit, intemeratam ſeruauit.

in ternis opera cæleſtia, ad percipienda præmia uitæ cæleſtis tranſiuit. Vides ne q̃d propter opera bona datur nobis præmium æternæ gloriæ.

Quæ cum relicto habitu ſeculari, illi ſoli ſeruire decreuiſſet, ſeceſsit ad prouinciam Orientalium Anglorum. Erat nanq; propinqua Regis illius, deſiderans exinde ſi quo modo poſſet, derelicta patria, & omnibus quæcunq; habuerat, Galliam peruenire, atq; in monaſterio Cale peregrinam pro Domino uitam ducere, quo facilius perpetuam in cœlis patriam poſſet 2 mereri. Nam & in eodem monaſterio ſoror ipſius Hereſuid, mater Aldulfi Regis Orientalium Anglorum regularibus ſubdita diſciplinis, ipſo tempore coronam expectabat æternam. Cuius æmulata exemplum et ipſa, propoſito peregrinandi annum totum in præfata prouincia retenta eſt: deinde ab Aidano epiſcopo patriam reuocata, accepit locum unius familiæ ad ſeptemtrionalem plagã Muri fluminis, ubi æque anno uno monachicam cũ perpaucis ſocijs uitam agebat. Poſt hæc facta eſt Abbatiſſa in monaſterio, quod uocatur Herutheu, quod uidelicet monaſteriũ factum erat non multo ante à religioſa Chriſti famula Heiu, quæ prima fœminarum fertur in prouincia Nordanhimbrorũ propoſitum, 3 ueſtemque ſanctimonialis habitus, conſecrante Aidano epiſcopo, ſuſcepiſſe. Sed illa poſt non multũ tempus facti monaſterij, ſeceſsit ad ciuitatem Calcariam, quæ à gente Anglorum Kaelcaceſtir appellatur, ibiq; manſionem ſibi inſtituit.

2 *Quo facilius perpetuam in cœlis patriã poſſet mereri.*

3 *Quæ uirginitatẽ uouebant, & ſanctimoniales fiebant conſecrante epiſcopo, ueſtẽ & habitum certum ſumebant.*

Prælata autẽ regimini monaſterij illius famula Chriſti Hilda, mox hæc regularem uitam per omnia, prout à doctis uiris diſcere poterat, ordinare curabat. Nam & epiſcopus Aidan, & quiq; nouerant eam religioſi, pro inſita ei ſapientia, & amore diuini famulatus, ſedulo eam uiſitare, obnixe amare, diligenter erudire ſolebant. Cum ergo aliquot annos huic monaſterio regularis uitæ inſtitutione multum intenta præeſſet, contigit eam ſuſcipere, etiam conſtruendũ ſiue ordinandum monaſterium in loco qui uocatur Streneshaloh, quod opus ſibi iniunctum non ſegniter impleuit. Nam eiſdem, quibus prius monaſterium etiam hoc diſciplinis uitæ regularis inſtituit. Et quidẽ multa inibi quoq; iuſtitiæ, pietatis, & caſtimoniæ, cæterarumq; uirtutum, ſed maxime pacis et charitatis cuſtodiam docuit; ita ut in exemplum primitiuæ eccleſiæ nullus ibi diues, nullus egens, omnibus eſſent omnia communia, cum nihil cuiuſquã eſſe uideretur propriũ. Tanta autẽ inerat in ipſa prudentia, ut non ſolum mediocres quiq; in neceſsitatibus ſuis, ſed etiam Reges ac principes nonnunquam ab ea conſilium quærerent & inuenirent. Tantũ dilectioni diuinarum ſcripturarum ſuos uacare ſubditos, tantum operibus iuſtitiæ ſe exercere faciebat, ut facillime uiderentur ibidem qui eccleſiaſticũ gradum, hoc eſt altaris officiũ apte ſubirent, plurimi poſſe reperiri. Deniq; quinque ex eodem monaſterio poſtea epiſcopos uidimus, & hos omnes ſingularis meriti ac ſanctitatis uiros, quorum hæc ſunt nomina, Boſa, Actla, Oſtfor, Ioannes, & Vuilfrid. De primo ſupra diximus, quod Eburaci fuerit conſecratus Antiſtes.

De ſecundo breuiter intimādum, quod in Epiſcopatum Dorciceſtre fue-
rit ordinatus. De ultimis infra dicendum eſt, quod eorum primus Ha-
guſtaldenſis, ſecundus Eburacenſis eccleſiæ fuit ordinatus epiſcopus.

De medio nunc dicamus, qui cum in utroq; Hildæ Abbatiſſæ monaſte
rio, lectioni & obſeruationi ſcripturarum operam dediſſet, tandem perfe-
ctiora deſiderans, uenit Cantuam ad Archiepiſcopū beatæ recordationis
Theodorū, ubi poſteaquam aliquandiu lectionibus ſacris uacauit, etiam
Romam adire curauit, quod eo tempore magnæ uirtutis æſtimabatur. Et
cum inde rediens Britanniam adijſſet, diuertit ad prouinciam Huicciorū,
cui tunc Rex Oſtric præfuit; ibiq; uerbum fidei prædicans ſimul & exem
plum uiuendi ſeſe uiuentibus atq; audientibus exhibens, multo tempore
manſit. Quo tēpore Antiſtes prouinciæ illius uocabulo Boſel, tanta erat
corporis infirmitate depreſſus, ut officium epiſcopatus per ſe implere nō
poſſet. Propter quod omni iudicio præfatus uir in epiſcopatum pro eo
electus, ac iubēte Edilredo Rege per Vuilfridum beatæ memoriæ Anti-
ſtitem, qui tunc temporis mediterraneorum Anglorum epiſcopatum rege
bat, ordinatus eſt, pro eo quod Archiepiſcopus Theodorus iam defun-
ctus erat, & nōdum alius pro eo ordinatus epiſcopus. In quam uidelicet
prouinciam pauloante, hoc eſt ante præfatum uirum Dei Boſelum, uir ſtre
nuiſsimus & doctiſsimus, atque excellentis ingenij uocabulo Tatfrid, de
eiuſdem Abatiſſæ monaſterio electus eſt Antiſtes. Sed priuſquam ordina
ri poſſet, morte immatura præreptus eſt.

Non ſolum autē præfata Chriſti ancilla & Abbatiſſa Hilda, quam om
nes qui nouerant, ob inſigne pietatis & gratiæ matrem uocare conſueue-
rant, in ſuo monaſterio uitæ exemplo præſentibus extitit, ſed etiam pluri-
mis longius manentibus, ad quos felix induſtriæ ac uirtutis eius rumor
peruenit, occaſionem ſalutis & correctionis miniſtrauit. Oportebat nan-
que impleri ſomniū, qđ mater eius Bregusuid in infantia eius uidit. Quæ
cum uir eius Heriric exularet ſub Rege Britonum Cerdicce, qui & uene-
no perijt, uidit per ſomniū quaſi ſubito ſublatum eum quem quæſierat cū
omni diligentia, nullumq; eius uſpiam ueſtigium apparere. Verum cū ſo-
lertiſsime illum quæſiſſet, reperit ſub ueſte ſua monile pretioſiſsimum, qđ
dum attentius conſideraret, tanti fulgore luminis refulgere uidebatur, ut
omnes Britanniæ fines illius gratia ſplēdoris impleret. Quod nimirū ſom
nium ueraciter in filia eius, de qua loquimur, impletum eſt. Cuius uita nō
ſibi ſolummodo, ſed multis beneuiuere uolentibus exempla operum lu-
cis præbuit.

Verum illa cum multis annis huic monaſterio præeſſet, placuit pio pro
uiſori ſalutis noſtræ, ſanctam eius animā longa etiā infirmitate carnis exa-
minari, ut iuxta exemplum Apoſtoli, uirtus in infirmitate perficeretur. Per
cuſſa etenim febribus, acriter cœpit ardore fatigari. Et per ſex continuos
annos eadem moleſtia laborare non ceſſabat, in quo toto tempore nun-
quam ipſa uel conditori ſuo gratias agere, uel commiſſum ſibi gregem, et
publice & priuatim docere prætermittebat. Nam ſuo præclaro exēplo
monebat omnes & in ſalute accepta corporis Domino obtemperanter
ſeruiendum, & in aduerſis rebus ſiue infirmitatibus membrorum fideliter
Domino eſſe gratias ſemper agendas. Septimo ergo ſuæ infirmitatis an-
no, conuerſo ad intranea dolore, ad diem peruenit ultimum. Et circa Galli

cantum percepto uiatico ſacroſanctæ Communionis, cum acceſſitis ancillis Chriſti, quæ erant in eodem monaſterio, de ſeruanda eas inuicem, immo cũ omnibus pace euangelica admoneret, inter uerba exhortationis lęta mortem uidit, immo (ut uerbis Domini loquar) de morte trãſiuit ad uitam. Qua uidelicet nocte Dominus Omnipotens obitum ipſius in alio lõgius poſito monaſterio, quod ipſa eodem anno conſtruxerat, & appellatur Hacanos, manifeſta uiſione reuelare dignatus eſt.

Erat in eodem monaſterio quædã ſanctimonialis fœmina, nomine Bega, quæ triginta 4 & amplius annos dedicata Domino in Virginitate, in monachica conuerſatione ſeruiebat. Hæc tunc in dormitorio ſororum pauſans, audiuit ſubito in aëre notum campanæ 5 ſonũ, quo ad orationes excitari uel conuocari ſolebant, cùm quis eorũ de ſeculo fuiſſet euocatus, apertisq́; (ut ſibi uidebatur) oculis, aſpexit domus culmine fuſam deſuper lucem omnia repleuiſſe. Cui uidelicet lucido cum ſolicita intenderet, uidit animam præfatæ Dei famulæ in ipſa luce, comitantibus, ac ducẽtibus Angelis ad cęlum ferri. Cumq́; ſomno excuſſa, uideret cæteras pauſantes circa ſe ſorores, intellexit uel in ſomnio, uel in uiſione oſtenſum ſibi eſſe quod uiderat. Statimq́; ſurgens nimio terrore perterrita, cucurrit ad uirginem, quæ tunc monaſterio Abbatiſſæ uice præfuit, cui nomẽ erat Frigit, fletuq́; ac lachrymis multum perfuſa, ac ſuſpiria longa trahens, nunciauit, matrem illarũ omnium Hildam Abbatiſſam iam migraſſe de ſeculo, et ſe aſpectante, cum luce immenſa, ducibus Angelis, ad ęterna lumina lucis, & supernorum conſortia ciuium aſcendiſſe. Quod cum illa audiſſet, ſuſcitauit cunctas ſorores, & in eccleſia cõuocatas 6 orationibus ac pſalmis pro anima matris operam dare monuit. Quod cum reſiduo noctis tempore diligenter agerent, uenerunt primo diluculo fratres, qui eius obitũ nunciauerunt à loco ubi defuncta eſt. At illę reſpondentes dixerunt, ſe prius eadem cognouiſſe, & cum exponerent per ordinem, quomodo hæc uel quãdo didiciſſent, inuentum eſt eadem hora tranſitum eius illi oſtenſum eſſe per uiſionem, qua illi referebant exiſſe de mundo: pulchraq́; rerum cõcordia procuratum eſt diuinitus, ut cum illi exitum eius de hac uita uiderẽt, tunc iſtæ introitum eius in perpetuam animarum uitam cognoſcerent. Diſtant autem inter ſe monaſterio hęc ſexdecim ferme milibus paſſuum.

4 Triginta & amplius annos dedicata Domino in uirginitate, in monachica conuerſatione ſeruiebat. Eſtne igitur uirginitas impoſsibilis, ut ſomniant nonnulli?

5 Campanarum uſus quarum ſonitu ad orationes excitamur uel conuocamur, antiquus eſt in eccleſia.

6 Orationibus ac pſalmis pro anima matri operam dare monuit.

Fertur autem, quòd eadem nocte in ipſo quoq; monaſterio, ubi præfata Dei famula obijt, cuidam Virgini Deo deuotę, quæ illam immenſo amore diligebat, obitus illius in uiſione apparuerit, qua animam eius cum Angelis ad cœlum ire conſpexerit, atq; hac ipſa qua factum eſt hora, his quæ ſecum erant famulabus Chriſti manifeſtè narrauerit, easq́; ad orandum pro anima eius, etiam priuſquam cętera congregatio eius obitum cognouiſſet, excitauerit. Quod ita fuiſſe factum mox congregationi manifeſtè innotuit. Erat enim hæc ipſa hora cum alijs nonnullis Chriſti ancillis in extremis monaſterij locis ſeorſum poſita, ubi nuper uenientes ad conuerſionem fœminæ ſolebant probari, donec regulariter inſtitutæ in ſocietatem congregationis ſuſciperentur.

In huius monaſterio Abbatiſſæ fuit frater quidam diuina gratia ſpecialiter inſignis, qui carmina religioni, & pietati apta facere ſolebat; ita ut quicquid ex diuinis literis per interpretes diſceret, hoc ipſum poſtea ille uerbis poëticis maxima ſuauitate & compunctione compoſitum, in ſua, *Ex cap. 24.*

ideſt Anglorum lingua proferret. Cuius carminibus multorum ſæpe animi ad contemptum ſeculi, & ad appetitum ſunt uitæ cœleſtis accenſi. Et quidem & alij poſt illum in gente Anglorum religioſa poemata facere tentabãt, ſed nullus ei æquiparari potuit. Nanq; ipſe non ab hominibus neq;
7 per hoīem inſtitutus, canẽdi artẽ didicit, ſed diuinitus adiutus gratis 7 canendi donum accepit. Vnde nihil unquam friuoli & ſuperuacui poematis facere potuit, ſed ea tantummodo, quæ ad religionem pertinẽt, religioſa lingua docebat. Siquidem in habitu ſeculari uſq; ad tempore perfectioris ætatis conſtitutus, nil carminum aliquando didicerat. Vnde nonnunquam in conuiuio, cum eſſet lætitiæ cauſa decretum, ut omnes per ordinẽ cantare deberent, ille ubi appropinquare ſibi citharam cernebat, ſurgebat a media cœna, & egreſſus ad ſuam domum reſidebat. Quod dum tẽpore quodam faceret, & relicta domo conuiuij, egreſſus eſſet ad ſtabula iumentorum, quorum ei cuſtodia nocte illa erat delegata, ibiq; hora competenti membra dediſſet ſopori, aſtitit ei quidam per ſomnium, eumq; ſalutans, ac ſuo appellans nomine, Cedmon, inquit, canta mihi. At ille reſpondit: Neſcio cantare; nam & ideo de conuiuio egreſſus huc receſsi, quia cantare non poteram. Rurſum ille, qui cum eo loquebatur, Attamen, ait, cãtare mihi habes. Quid, inquit, habeo cantare? At ille, Canta, inquit, principium creaturarum. Quo accepto reſponſo, ſtatim ipſe cœpit cantare in laudem Dei conditoris uerſus, quos nunquam audierat, quorum iſte eſt ſenſus: Nunc laudare debemus auctorem Regni cœleſtis, potentiam creatoris, & conſilium illius, facta patris gloriæ. Quomodo ille cum ſit æternus Deus, omnium miraculorum auctor extitit, qui primo filijs hominum cœlum pro culmine tecti, dehinc terrarum cuncta humani generis ſeruitio omnipotens creauit. Hic eſt ſenſus, non autem ordo ipſe uerborum, quæ dormiens ille canebat. Neq; enim poſſunt carmina, quamuis optime compoſita, in aliam linguam ad uerbum ſine detrimento ſui decoris ac dignitatis transferri.

Cognoſce an uſus cãtandi in eccleſia placeat deo, cum ſanctus uir diuinitus adiutus cantandi donum acceperit.

Exurgens autem a ſomno, cuncta quæ dormiens cantauerat, memoriter retinuit, & his mox plura in eundem modum uerba Deo digni carminis adiunxit. Veniensq; mane ad uillicum qui ſibi præerat, quid domi percepiſſet indicauit: atq; ad Abbatiſſam perductus, iuſſus eſt multis doctis uiris præſentibus indicare ſomnium, & dicere carmen, ut uniuerſorum iudicio, quid, uel unde eſſet, quod referebat, probaretur. Viſumq; eſt omnibus cœleſtem ei a Domino conceſſam eſſe gratiam; exponebantq; illi quendam ſacræ hiſtoriæ, ſiue doctrinæ ſermonem, præcipientes eum ſi poſſet hunc in modulationem carminis transferre. At ille ſuſcepto negocio abijt, & mane rediens, optimo carmine, quod uidebatur, compoſitum
8 reddidit. Vnde mox Abbatiſſa amplexa gratiam Dei in uiro, 8 ſecularem illum habitum relinquere, & monachicum ſuſcipere propoſitum docuit: ſuſceptũq; in monaſterium cum omnibus ſuis fratrẽ cohorti aſſociauit, iuſsitq; illũ ſeriẽ ſacræ hiſtoriæ doceri. At ipſe cuncta quæ audiendo diſcere poterat, rememorando ſecum, quaſi mundum animal ruminando, in carmen dulciſsimum conuertebat, ſuauiusq; reſonando, doctores ſuos uiciſsim auditores faciebat ſui. Canebat autem de creatione mundi, & origine humani generis, & tota Geneſis hiſtoria; de egreſſu Iſrael ex Ægipto, & ingreſſu in terram repromiſsionis; de alijs plurimis ſacræ ſcripturæ hiſtorijs:

Ecce quomodo qui de ſeculari uita ad religioſam tranſibant, regularem & certum habitum una cũ propoſito etiam aſſumebant, ut modo quoq; apud Monachos fit.

ſtorijs: De incarnatione Dominica, paſsione, reſurrectione, & aſcenſione in cœlum; de aduentu ſpiritusſancti; & apoſtolorum doctrina. Item de terrore futuri iudicij, & horrore pœnę gehennalis, ac dulcedine Regni cœleſtis multa carmina faciebat. Sed & alia plura de beneficijs, & iudicijs diuinis; in quo cunctos homines ab amore ſceleris abſtrahere, ac dilectionē uero & ſolertiam bonæ actionis excitare curabat. Erat enim uir multum religioſus, & regularibus diſciplinis humiliter ſubditus. Aduerſum uero illos, qui aliter facere uolebant, zelo magni feruoris accenſus. Vnde & pulchro uitam ſuam fine concluſit.

9 *Vides quod etiam ſacerdotes nō celebrantes, communicabant ſub una ſpecie? Antiquiſsima ergo eſt hæc in eccleſia cōſuetudo.*

Nam propinquante hora ſui diſceſſus, quatuordecim diebus præueniēte corporea infirmitate preſſus eſt, adeo tamen ut & loqui toto tempore poſſet, & ingredi moderatè. Erat autem proxima caſa, in qua infirmiores, & qui propè morituri eſſe uidebantur, induci ſolebant. Rogauit ergo miniſtrum ſuum ueſpere, incumbente nocte, qua de ſeculo eſſet tranſiturus, ut in ea ſibi locum quieſcendi præpararet. Qui miratus cur hoc rogaret, qui nequaquam adhuc moriturus eſſe uidebatur, fecit tamen quod dixerat. Cumq; ibidem poſiti uiciſsim aliqua gaudente animo unà cum eo qui ibidem antea inerant, loquerentur, ac iocarentur, & iam mediæ noctis tempus eſſet tranſcenſum, interrogauit, ſi Euchariſtiam intus haberent. Reſpōdebant: Quid opus eſt Euchariſtia? Neq; enim mori adhuc habes, qui tam hilariter nobiſcum uelut ſoſpes loqueris. Rurſus ille: Et tamen, ait, afferte mihi Euchariſtiam. Qua 9 accepta in manu, interrogauit, ſi omnes placidum erga ſe animum, & ſine querela controuerſia, ac rancoris haberent. Reſpondebant omnes, placidiſsimam ſe mentem ad illum, & ab omni ira remotam habere; eumq; uiciſsim rogabant, placidam erga ipſos mentem habere. Qui confeſtim reſpondit: placidam ego mentem filioli erga omnes famulos Dei gero. Sicq; ſe cęleſti muniens uiatico, uitæ alterius ingreſſuri parauit, & interrogauit, quàm propè eſſet hora, qua 11 fratres ad dicendas Domino laudes nocturnas excitari deberēt. Reſpondebāt: Nō longę eſt. At ille: Bene, ergo expectemus horam illam. Et 12 ſignans ſe ſigno ſanctæ Crucis, reclinauit caput ad ceruical, modicūq; obdormiēs, ita cum ſilentio uitam finiuit. Sicq; factum eſt, ut quomodo ſimplici ac pura mente tranquillaq; deuotione Dño ſeruierat, ita etiā tranquilla morte mundū relinquēs, ad eius 13 uiſionē ueniret. Illaq; lingua, qua tot ſalutaria uerba in laudē cōditoris cōpoſuerat, ultima 14 uerba in laudem ipſiꝰ ſignando ſeſe, & ſpiritum ſuū in manu eius commendando clauderet; qui etiam præſcius ſui obitus extitiſſe, ex his quæ narrauimus uideretur.

10 *Sancti uiri ſacratiſsimæ euchariſtiæ uiatico alterius uitæ ingreſſui ſemetipſos parabant.*

11 *Hora qua fratres ad dicendas domino laudes nocturnas excitari deberent.*

12 *Ecce quomodo moriūtur chriſtiani.*

13 *Trāquilla morte mūdum relinquens, ad dei uiſionem uenit.*

14 *Rurſus uide quomodo boni fideles moriātur.*

Habetur lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ Anglicanæ eiuſdem cap. 25.

VITA ADVMANI SERVI DEI PER VENERABILEM Bedam presbyterum conſcripta.

CONtigit quandoq; monaſterium uirginum, quod Colodiurben cognominant, per culpam incuriæ flammis abſumptū eſſe. Quod tamen à malitia inhabitantium in eo, & præcipuè illorū, qui maiores eſſe uidebantur, contigiſſe, omnes qui nouere, facillime potuerunt aduertere. Sed non defuit puniendis admonitio diuinæ pietatis, qua correcti per ieiunia, fletus, & preces, iram à ſe inſtar Niniuitarū iuſti iudicis auerterent.

Erat nanq; in eodem monaſterio uir de genere Scotorum, Adamanus

uocabulo, ducens uitam in 1 continentia & orationibus multũ Deo deuotam; ita ut nihil unq̃ cibi uel potus, excepta die Dominica, & quinta ſabbati perciperet: ſæpe autem noctes integras peruigil in oratione tranſiret. Quę quidem illi diſtrictio uitę arctioris, primo ex neceſsitate emendandæ ſuę prauitatis obuenerat, ſed procedente tempore neceſsitatem in conſuetudinem uerterat. Siquidem in adoleſcentia ſua ſceleris aliquid cõmiſerat, quod cõmiſſum, ubi ad cor ſuum redijt, grauiſsime exhorruit, & ſe pro illo puniendum à diſtricto iudice timebat. Accedens ergo ad ſacerdotem, à quo ſibi ſperabat iter ſalutis poſſe demonſtrari, 2 confeſſus eſt reatũ ſuum, petijtq; ut conſiliũ ſibi daret, quo poſſet fugere à uentura ira. Qui audito eius commiſſo, dixit: 3 grande uulnus grandioris curam medelę deſiderat, & ideo ieiunijs, pſalmis, & orationibus quantũ uales inſiſte, quo pręoccupando faciem Domini in confeſsione, propitiũ eum inuenire merearis. At ille, quem nimius reæ conſcientię tenebat dolor, & internis peccatorũ uinculis, quibus grauabat, ocius deſiderabat abſolui: Adoleſcentior ſum, inquit, ætate, & uegetus corpore, quicquid mihi impoſueris agendũ, dummodo ſaluus fiam in die Domini, totũ facile feram, etiãſi totam noctem ſtando in precibus, & integram ſeptimanã iubeas abſtinẽdo. Qui dixit: Multum eſt ut tota ſeptimana abſq; alimẽto corporis perdures, ſed biduanũ uel triduanum ſatis eſt obſeruare ieiunium. Hoc facito, donec poſt modicũ tempus rediens ad me, quid facere debeas, & quã diu pœnitentiæ inſiſtere, tibi plenius oſtẽdam. Quibus dictis, & deſcripta ſibi menſura pœnitendi, abijt ſacerdos; & ingruente cauſa ſubita, ſeceſsit in Hiberniam, unde originem duxerat, neq; ultra ad eum iuxta ſuum condictum redijt.

At ipſe memor præcepti eius, ſimul & promiſsi ſui, 4 totũ ſe lachrymis, pœnitentiæ, uigilijs ſanctis, & continentiæ mancipauit, ita ut quinta ſolũ ſabbati & Dominica, ſicut prædixi, reficeret, cæteris ſeptimanæ diebus ieiunus permaneret. Cumq; ſacerdotem ſuũ in Hiberniam ſeceſsiſſe, ibiq; defunctum eſſe audiſſet, ſemper ex eo tempore iuxta condictũ eius, memoratum continentiæ modum obſeruabat: & quod cauſa diuini timoris ſemel ob reatum compunctus cœperat, iam cauſa 5 diuini amoris delectatus præmijs, indefeſſus agebat.

Quod dum multo tempore ſedulus exequeretur, contigit eum die quadam de monaſterio illo longius egreſſum, comitante ſe uno de fratribus, peractoq; itinere redire. Qui cũ monaſterio propinquarent, & ædificia illius ſublimiter erecta aſpicerent, ſolutus eſt in lachrymis uir Dei, & triſtitiam cordis uultu indice prodebat. Quod intuens comes, quare faceret, inquiſiuit. At ille; cuncta, inquit, hæc quę cernis ædificia publica, uel priuata, in proximo æſtus ignis abſumens, in cinerem conuertet. Quod ille audiens, mox ut intrauerunt monaſterium, matri congregationis uocabulo Ebbe, curauit indicare. At illa merito turbata de tali præſagio, uocauit ad ſe uirum, & diligentius ab eo, rem, uel unde hoc ipſe noſſet inquirebat.

Qui ait: Nuper 6 præoccupatus noctu uigilijs, & pſalmis, uidi aſtantem mihi ſubito quendam incogniti uultus, cuius præſentia cũ eſſem exterritus, dixit mihi ne timerem, & quaſi familiari me uoce alloquens: 7 Benefacis, inquit, quia tempore iſto nocturno quietis, non ſomno indulgere, ſed uigilijs, & orationibus inſiſtere ualuiſti. At ego noui, inquit, multũ mi

1 *Vide continentiam, orationes, paritatẽ cibi & potus, uigilias, & auſteritatem uitæ ſanctorum priſcorum Monachorum.*

2 *Aduertis confeſsionẽ peccatorum quæ ſacerdoti fit, antiquis patribus fuiſſe in uſu & ſemper extitiſſe in eccleſia?*

3 *Vide quid ſenſerint antiqui patres de ſatisfactione operum, & an eam de neceſsitate pœnitentiæ eſſe duxerint, uide etiam qũalis ſatisfactio pro uno delicto fuerit huic patri iniuncta, & an dixerit ei Confeſſarius, uade in pace, ſufficit quod Chriſtus ſatisfecit pro te, ut docent modo noui dogmatiſtæ.*

4 *Ecce miram ſatisfactionem ſerui dei pro peccato uno perpetrato.*

5 *Vide quomodo ualeant illa opera quæ ſimul fiunt & intuitu Dei, et æternæ beatitudinis reſpectu.*

6 *Præoccupatũs noctu uigilijs & pſalmis.*

7 *Laudatur quod tempore nocturnæ quie-*

mhi eſſe 8 neceſſe uigiliis ſalutaribus inſiſtere, & pro meis erratibus ſedulo *tis uigiliis & oratio-*
Dominũ deprecari. Qui adiiciens: Verũ, inquit, dicis, quia tibi & multis *nibus inſiſteret.*
opus eſt peccata bonis operibus redimere, & cum ceſſant, à laboribus re 8
rum temporalium, tunc pro appetitu æternorum bonorum liberius labora- *Dicit eſſe neceſſarium*
re. Sed hoc tamen paucißimi faciunt. Siquidem modo totũ hoc monaſte *ſatisfacere pro ſuis er*
rium ex ordine perluſtrans, ſingulorum caſas ac lectos inſpexi, & neminem *ratibus.*
ex omnibus præter te erga ſanitatem animæ ſuæ occupatũ repperi, & o-
mnes prorſus uiri ac fœminę, aut ſomno torpent inerti, aut ad peccata ui-
gilant. Nam & domunculæ, quę ad orandũ uel legendũ factę erant, nunc
in comeſſationũ, potationum, fabulationũ, & cęterarum ſunt illecebrarũ
cubilia conuerſæ. Virgines quoque Deo dicatæ, contempta reuerentia ſuæ
profeßionis, quotieſcunque uacant, texendis ſubtilioribus indumentis ope
ram dant, quibus aut ſeipſas ad uicem ſponſarum, in periculum ſui ſtatus
adornant, aut externorum ſibi uirorum amicitiam comparant. Vnde merito
loco huic, & habitatoribus eius grauis de cœlo uindicta, flammis ſæuien
tibus præparata eſt. Dixit autem abbatiſſa: Et quare ſubito hoc compertum
mihi reuelare noluiſti? Qui reſpondit: Timui propter reuerentiã tuã,
ne forte nimium conturbareris. Et tamen hanc conſolationem habeas, quod
in diebus hæc tuis plaga non ſuperueniet.

Qua diuulgata uiſione, aliquantulũ loci accolæ paucis diebus timere,
& ſeipſos intermißis facinoribus caſtigare cœperunt. Verum poſt obitũ
ipſius abbatiſſæ, redierunt ad priſtinas ſordes, immo ſceleratiora fecerũt.
Et cũ dicerent, pax & ſecuritas, extemplo pręfatę ultionis ſunt pœna mul
ctati. Quæ mihi cuncta ſic eſſe facta, reuerendißimus meus compresbyter
Eclgis referebat, qui tunc in illo monaſterio degebat. Poſtea autem diſce
dentibus inde ob deſolationem plurimis incolarum, in noſtro monaſterio
plurimo tempore conuerſatus, ibidemque defunctus eſt.

Hęc ideo noſtrę hiſtorię inſerenda credidimus, ut admoneremus lecto
rem operũ Domini, quam terribilis in conſiliis ſuper filios hominũ, ne for
te nos tempore aliquo carnis illecebris ſeruientes, minusque Dei iudicium
formidantes, repentina ira eius corripiat, & uel temporalibus damnis iu-
ſte ſæuiens affligat, uel ad perpetuam perditionem diſtrictius exami-
nans tollat.

VITA VENERABILIS VIRI CVDBERECHTI episcopi Lindisfarnenſium per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

Habetur lib. 4. eccleſiaſticæ hiſtoriæ Anglicanæ eiuſdem capite 27.

IPſo anno, quo finem uitę accepit Rex Ecgfrid, epiſcopum fecerat ordi
nari Lindisfarnenſium eccleſiæ uirum ſanctũ & uenerabilem Cudbe-
rechtum, qui in inſula permodica, quæ appellatur Farne, & ab eadem
eccleſia nouem ferme milibus paſſuũ in Oceano procul abeſt, uitam ſoli-
tariam per annos plures in magna corporis & mentis continentia duxe-
rat. Qui quidem à prima ætate pueritię, ſtudio religioſæ uitę ſemper arde
bat. Sed ab ineunte adoleſcentia 1 monachicũ & nomen aſſumpſit & 1
habitum. Intrauit autem primo monaſteriũ Mailros, quod in ripa Tuidi *Aſſumpſit monachi*
fluminis poſitum, tunc abbas Eata uir omniũ manſuetißimus ac ſimplicif *nomen & habitum.*
ſimus regebat. Qui propterea epiſcopus Haguſtaldenſis ſiue Lindisfar- *Vides quod etiam tũ*

Monachi diſtinctum ab alijs habitum habebant, ut pro talibus cognoſcerentur?

nenſis eccleſiæ factus eſt. In tempore autem illo præpoſitus Boiſil magnarum uirtutũ et prophetici ſpiritus ſacerdos fuit. Huius diſcipulatui Cudberecht humiliter ſubditus, & ſcientiam ab eo ſcripturarũ, & bonorum operum ſumpſit exempla. Qui poſtquàm migrauit ad Dominũ, Cudberecht eidem monaſterio factus eſt præpoſitus, plures & authoritate magiſtri, & exemplo ſuæ actionis regularem inſtituens ad uitam. Nec ſolũ ipſi monaſterio regularis uitæ monita ſimul & exempla prębebat, ſed & uulgus circumpoſitũ longè lateq; à uita ſtultæ conſuetudinis ad cœleſtium gaudiorum conuertere curabat amorem. Nam 2 multi fidẽ quam habebãt, iniquis prophanabant operibus, & aliqui etiam tempore mortalitatis neglectis fidei ſacramentis, quibus erant imbuti, ad erratica idolatriæ medicamina concurrebant, quaſi miſſam a Deo conditore plagam per incantationes uel philateria, uel alia quælibet dæmoniacę artis arcana cohibere ualerent. Ad utrorumq; ergo corrigendũ errorem, crebro ipſe de monaſterio egreſſus, aliquotiens equo ſedens, ſed ſæpius pedibus incedens, circumpoſitas ueniebat ad uillas, & uiam ueritatis prædicabat errantibus: quod ipſum etiam Boiſil ſuo tẽpore facere conſueuerat. Erat quippe moris eo tempore populis Anglorũ, ut ueniente in uillam clerico uel presbytero, cuncti ad eius Imperiũ uerbum audituri confluerent libenter ea quę dicerentur, audirent, libentius quę audire, & intelligere poterant, operando ſequerentur. Porrò Cudberechto tanta erat dicendi peritia, tantus amor perſuadendi quæ cœperat, tale uultus angelici lumen, ut nullus præſentium latebras ei ſui cordis celare pręſumeret, quin omnes palam quæ geſſerant 3 confitendo proferrent (quia nimirũ hęc eadem illũ latere nullo modo putabant) & confeſſa dignis, ut imperabat, pœnitentię fructibus abſtergerent. Solebat autem ea maxime loca peragrare, & illis prædicare uiculis, qui in arduis aſperisq; montibus procul poſiti, alijs horrori erant ad uiſendũ, & paupertate pariter ac ruſticitate ſua doctorũ arcebãt acceſſum. Quos tamen ille libenter pio mancipatus labore, tanta doctrinæ ſolertis excolebat induſtria, ut de monaſterio egreſſus, ſępe hebdomada integra, aliquando duabus uel tribus, nonnunquàm etiam menſe pleno, domum non rediret: ſed demoratus in montanis, plebem ruſticã uerbo prædicationis ſimul & opere uirtutis ad cœleſtia uocaret.

2

Nota hæc uerba. Multi fidem quam habebant, iniquis prophanabant operibus.

3

Habes hic & oris confeſſionem, & operis ſatisfactionem.

Cum ergo uenerabilis Domini famulus multos in Mailroſenſi monaſterio degens annos, magnis uirtutũ ſignis effulgeret, tranſtulit eũ Reuerẽdiſsimus abbas ipſius Eata ad inſulam Lindisfarnenſium, ut ibi quoque fratribus cuſtodiam diſciplinæ regularis, & authoritate præpoſiti intimaret, & propria actione pręmonſtraret. Nam & ipſum locũ tunc idem Reuerendiſsimus pariter abbatis iure regebat. Siquidem à temporibus ibidẽ antiquis & epiſcopus cũ clero, & abbas ſolebat manere cum monachis, qui tamen & ipſi ad curam epiſcopi familiariter pertinerent. Quia nimirùm Aidan, qui primus eius loci epiſcopus fuit, cũ monachis illuc & ipſe monachus adueniens, monachicam in eo conuerſationẽ inſtituit, ſcribente ei Reuerendiſsimo Papa Gregorio in hanc formam: ſed quia tua fraternitas, inquit, monaſterij regulis erudita, ſeorſum fieri non debet à clericis ſuis, in eccleſia Anglorũ, quæ nuper authore Deo ad fidem perducta eſt, hanc debet conuerſationem inſtituere, quæ in initio naſcentis eccleſiæ fuit patribus noſtris, in quibus nullus eorũ ex his quę poſsidebant, aliquid ſuũ

eſſe dicebat,ſed erant eis omnia communia. Ex cap. 28

Exin Cudberecht,creſcētibus meritis religioſæ intentionis, ad anachoreticæ quoq; contemplationis ſilentia ſecreta peruenit. Verum quia de uita illius & uirtutibus, ante annos plures ſufficienter & uerſibus heroícis, & ſimplici oratione conſcripſimus,hoc tantum in præſenti commemorare ſatis ſit,quód aditurus inſulam, proteſtatus eſt fratribus dicens:ſi mihi diuina gratia in loco illo donauerit, ut de opere manuum mearum uiuere queam,libens ibi morabor;ſin alia's, ad uos citiſsime, Deo uolente,reuertar. Erat autem locus & aquæ prorſus,& frugis,& arboris inops; ſed & ſpirituū malignorum frequentia humanæ habitationi minus accommodus;ſed ad uotū uiri Dei habitabilis per omnia factus eſt. Siquidē & aduentu eius ſpiritus maligni receſſere. Cum autem ſibi ibidem expulſis hoſtibus,manſionem anguſtam circūuallante aggere, & domus in ea neceſſarias,iuuante manu fratrū, ideſt oratorium & habitaculū commune conſtruxiſſet,iuſsit fratres in eiuſdē habitaculi pauimento foueam facere(erat autem tellus duriſsima & ſaxoſa,cui nulla omnino ſpes uenæ fontanæ uideretur ineſſe)Quod dum facerēt,ad fidem & preces famuli Dei, alio die aqua plena inuenta eſt, quæ uſq; ad hanc diem ſufficientem cunctis illo aduenientibus gratiæ ſuæ cœleſtis copiam miniſtrat.

Sed & ferramenta ſibi ruralia cum frumento afferri rogauit. Quod dū præparata terra tempore congruo ſeminaret, nihil omnino non dico ſpicarum,ſed ne herbæ quidē ex eo germinari uſq; ad æſtatis tempora contigit. Vnde uiſitantibus ſe ex more fratribus,hordeū iuſsit afferri,ſi forte uel natura ſoli illius,uel uoluntas eſſet ſuperni largitoris,ut illius frugis ibi potius oriretur ſeges. Quod dum ſibi allatum ultra omne tempus ſerendi, ultra omnē ſpem fructificandi eodem in agro ſereret, mox copioſa ſeges exorta deſideratam proprij laboris uiro Dei refectionem prębebat.

Cum ergo multis ibidem annis Deo ſolitarius ſeruiret (tanta autē erat altitudo aggeris, quo manſio eius erat uallata, ut cœlum tantū ex ea,cuius introitum ſitiebat,aſpicere poſſet)contigit,ut congregata ſynodo non parua ſub præſentia Regis Ecgfridi iuxta fluuium Alne,in loco qui dicitur Adcuiſirdi,quod ſignificat ad duplex uadū, cui beatę memorię Theodorus archiepiſcopus præſidebat,unanimi omniū conſenſu ad epiſcopatum eccleſiæ Lindisfarnenſis eligeretur. Qui cum multis legatarijs ac literis ad ſe pręmiſsis,nequaq; à ſuo monaſterio poſſet erui, tandem Rex ipſe præfatus una cū ſanctiſsimo Antiſtite Trumuini,necnō & alijs religioſis,ac potentibus uiris inſulam nauigauit. Conueniunt & de ipſa Lindisfarnenſi in hoc ipſum multi de fratribus,genuflectunt,omnes adiurant, per Dominū lachrymas fundunt,obſecrant, donec ipſum quoq; lachrymis plenū dulcibus extrahunt latebris,atq; ad ſynodū pertrahunt. Quò dum perueniret,quanuis multū renitens, unanima cunctorū uoluntate ſuperatur, atq; ad ſuſcipiendum epiſcopatus officium collum ſubmittere compellitur; eo maxime uictus ſermone, quod famulus Domini Boiſil cū ei mēte prophetica cuncta quæ eum eſſent ſuperuentura,patefaceret, Antiſtitem quoq; eū futurum eſſe prædixerat. Nec tamē ſtatim ordinatio decreta, ſed peracta hieme quæ imminebat,in ipſa ſolennitate paſchali completa eſt Eboraci, ſub præſentia pręfati Regis Ecgfridi, conuenientibus ad conſecrationem eius ſeptem epiſcopis;in quibus beatæ memorię Theodorus primatū te-

nebat. Electus eſt autem primo in epiſcopatu Haguſtaldenſis eccleſię pro Trumbercto, qui ab epiſcopatu fuerat depoſitus. Sed quoniam ipſe plus Lindisfarnenſem eccleſiam, in qua conuerſus fuerat dilexit, placuit, ut Eata reuerteret ad ſedem eccleſię Haguſtaldenſis, cui regendæ primo fuerat ordinatus; Cudberecht eccleſiæ Lindisfarnenſis gubernacula ſuſciperet. Qui ſuſceptũ epiſcopatus gradum ad imitationem beatorum apoſtolorum, uirtutum ornabat operibus. Commiſſam namque ſibi plebem & orationibus proregebat aſsiduis, & admonitionibus ſaluberrimis ad cœleſtia uocabat, & quod maxime doctores adiuuare ſolet,

4 ea quæ agenda docebat, ipſe prius agendo pręmonſtrabat. Erat quippe ante omnia diuinę charitatis igne feruidus, patientię uirtute modeſtus, orationum deuotioni ſolertiſsime intentus, affabilis omnibus, qui ad ſe conſolationis gratia conueniebant; hoc ipſum quoque orationis loco ducens, ſi infirmis fratribus opem ſuę exhortationis tribueret, ſciens quia qui dixit, Diliges Dominũ Deum tuũ, dixit, Et diliges proximum tuum. Erat autem abſtinentię caſtigatione inſignis, erat gratia compunctionis ſemper ad cœleſtia ſuſpenſus. Denique cum

5 ſacrificium Deo uictimę ſalutaris offerret, non eleuata in altum uoce, ſed profuſis ex imo pectore lachrymis Domino ſua uota commendabat.

Vide uerum prædicandi modum, ut quæ agenda doces, ipſe prius agendo præmonſtres.

Ecce Miſſam uocari ſacrificium uictimæ ſalutaris.

Ex cap. 29.

Duobus autem annis in epiſcopatu peractis, repetijt inſulam ac monaſterium ſuũ, diuino admonitus oraculo, quia dies ſibi mortis, uel uitę magis illius, quę ſola uita dicenda eſt, iam appropinquaret introitus: ſicut ipſe quoque tempore eodem nonnullis ſed uerbis obſcurioribus, quę tamen poſtmodum manifeſte intelligerentur, ſolita ſibi ſimplicitate pandebat: quibuſdam hoc idem etiam manifeſte reuelabat.

Erat autem presbyter uitę uenerabilis, nomine Heribercht, iandudum ueri Dei ſpiritualis amicitię fœdere copulatus, qui in inſula ſtagni illius pergrandis, de quo Doruuentionis fluuij primordia erumpunt, uitam ducẽs ſolitariam, annis ſingulis eũ uiſitare, & monita ab eo perpetuę ſalutis audire ſolebat. Hic cũ audiret eum ad ciuitatem Lugubaliam deueniſſe, uenit ex more cupiens ſalutaribus eius exhortationibus ad ſuperna deſideria magis magisque accendi. Qui dum ſeſe alterutrũ cœleſtis uitæ poculis inebriarent, dixit inter alia Antiſtes, Memento frater Heribercht, ut modo quicquid opus habes me interroges, mecumque loquaris; poſtquam enim ab inuicem digreſsi fuerimus, non ultra nos in hoc ſeculo carnis obtutibus inuicem aſpiciemus. Certus ſum namque quia tempus meæ reſolutionis inſtat, & uelox eſt depoſitio tabernaculi mei. Qui hęc audiens prouolutus eſt eius ueſtigijs, & fuſis cum gemitu lachrymis, obſecro, inquit, per Dominũ, ne me deſeras, ſed memor ſis fideliſsimi ſodalis, rogesque ſupernam pietatem, ut cui ſimul in terris ſeruiuimus, ad eius uidendam gratiam ſimul tranſeamus ad cœlos. Noſti enim quia ad tui oris imperiũ ſemper uiuere ſtudui, & quicquid ignorantia uel fragilitate deliqui, ęque ad tuę uoluntatis examen mox emẽdare curaui. Incubuit precibus Antiſtes, ſtatimque edoctus in ſpiritu, impetraſſe ſe quod petebat à Domino oſtendit: Surge, inquit, frater mi, & noli plorare, ſed gaudio gaude, quia quod rogauimus, ſuperna nobis clementia donauit. Cuius promiſsi & prophetię ueritatem ſequens rerũ aſtruxit euentus, quia & digredientes ab inuicem, non ſe ultra corporaliter uiderunt, & uno eodemque die, hoc eſt tertiodeci-

mo Calendarum Aprilium egredientes è corpore,ſpiritus 6 eorum beata mox inuicem uiſione coniuncti ſunt,atq; angelico miniſterio pariter ad regnum cœleſte tranſlati. Sed Hereberecht diutina prius infirmitate decoquitur,illata(ut credibile eſt)diſpenſatione Dominicæ pietatis,ut ſiqd minus haberet meriti à beato Cudberechto,ſuppleret,hoc caſtigatus longę ægritudinis dolore,quatenus ęquatus gratia ſuo interceſſori, ſicut uno & eodem die,eodemq; tempore cũ eo de corpore egredi,ita etiam una,atq; non indiſsimili 7 ſede perpetuæ beatitudinis mereretur recipi. Obijt autẽ Pater Reuerẽdiſsimus in inſula Farne,multũ deprecatus fratres, ut ibi quoque ſepeliretur,ubi non paruo tempore pro Domino militauerat; attamen tandem eorum precibus uictus; aſſenſum dedit, ut ad inſulam Lindisfarnenſium relatus in eccleſia deponeretur.

6 Vides quod animæ ſanctorum ſtatim qđ e corporibus egreſſe fuerint,ad cœleſte regnum transferũtur, & diuina uiſione fruuntur?

7 Mereretur recipi una ſede perpetuæ beatitudinis. Ergo ſancti merentur cœlum. Quid dicis tu qui negas ſanctorum merita?

Quod cũ factum eſſet, epiſcopatum eccleſiæ illius anno uno ſeruabat uenerabilis Antiſtes Vilfrid,donec eligeretur qui pro Cudberechto Antiſtes ordinari deberet. Ordinatus eſt autem poſt hæc Eadbercht, uir ſcientia ſcripturarum cœleſtiũ obſeruandus,ac maxime eleemoſinarum operatione inſignis:ita ut iuxta legem, omnibus annis decimam non ſolũ quadrupedum,uerumetiam frugum omnium,atq; pomorum, necnon & ueſtimentorum partem pauperibus daret.

Ex cap. 30.

Volens autẽ latius demonſtrare diuina diſpenſatio, 8 quanta in gloria uir Domini Cudberecht poſt mortem uiueret, cuius ante mortem uita ſublimis,crebris etiam miraculorũ patebat indicijs. Tranſactis ſepulturę eius annis undecim,immiſit in animo fratrũ ut tolleret oſſa illius, quę more mortuorũ,conſumpto iam et in puluerem redacto corpore reliquo, ſicca inuenienda putabant, atq; in nouo recondita loculo in eodem quidem loco,ſed ſupra pauimentum dignæ uenerationis gratia locarent. Qđ dum ſibi placuiſſe Eadberchto Antiſtitis referrent,annuit conſilio eorum, iuſsitq; ut die depoſitionis eius hoc facere meminiſſent. Fecerunt autẽ ita, & aperientes ſepulchrum,inuenerunt corpus totum quaſi adhuc uiueret, & integrum, & flexis artuũ compagibus multo dormienti, q̃ mortuo ſimilius. Sed & ueſtimenta omnia,quibus indutum erat, non ſolũ intemerata,uerumetiam priſca nouitate, & claritudine miranda patebant. Quod ubi uidere fratres,nimio mox timore perculſi, feſtinauerunt referre Antiſtiti quæ inuenerant; qui tunc forte in remotiore ab eccleſia loco, refluis undiq; pelagi fluctibus cinto, ſolitarius manebat. In hoc etenim ſemper quadrageſimæ tempus agere,in hoc quadraginta ante Dominicum natale dies in magna continentiæ,orationis, & lachrymarum deuotione tranſigere ſolebat. In quo etiã uenerabilis prædeceſſor eius Cudberecht,priuſquam Inſulam Farne peteret, aliquandiu ſecretus Domino militabat.

8 Si ſanctus uir etiam poſt mortem uiuebat in gloria,male dicuntur ab hæreticis ſancti emortui.

Attulerunt autem ei partẽ indumentorum,quę corpus ſanctum ambiebant:quæ cũ ille & munera gratanter acciperet,& libenter miracula audiret (Nam & ipſe indumenta quaſi patris adhuc corpori circundata miro deoſculabatur affectu) noua,inquit,indumenta corpori pro his,quæ tu liſtis circundate,& ſic reponite in arca, quam paraſtis; ſcio enim certiſsime,quia non diu uacuus remanebit locus ille, qui tanta miracula cœleſtis patratus eſt gratiæ: Et quã beatus erit,cui in eo facultatẽ quieſcendi Dominus totius beatitudinis author,atq; largitor, præſtare dignabitur?

Hæc,& huiuſmodi plura ibi multis cum lachrymis, & magna compũ-

ctione Antiſtes lingua etiam tremente compleuit. Fecerunt autem fratres ut iuſſerat, & inuolutũ nouo amictu corpus, nouaq; in theca reconditũ, ſupra pauimentũ ſanctuarij poſuerunt. Nec mora Deo dilectus Antiſtes Eadbercht morbo correptus acerbo, ac per dies creſcente, multumq; ingraueſcente ardore languoris, non multo poſt, ideſt pridie Nonas Maias etiam ipſe migrauit ad Dominum. Cuius corpus in ſepulchro benedicti patris Cudberechti ponentes, appoſuerunt deſuper arcam, in quã incorrupta eiuſdem patris mẽbra locauerunt. In 9 quo etiam loco ſigna ſanitatũ aliquoties facta, meritis amborum teſtimonium fecerunt. E quibus aliqua in libro uitæ illius olim memoriæ mandauimus. Sed & in hac hiſtoria unum, quod nos nuper audiſſe contigit, nunc ſuper adijcere commodum duximus.

9 *Signa ſanitatum facta ad tumulum ſanctorum, teſtimonium fecerunt meritis amborum.*

Ex cap. 31.

Erat in eodem monaſterio frater quidã nomine Baldudegn, tempore non pauco hoſpitum miniſterio deſeruiens, qui nunc uſq; ſupereſt, teſtimoniũ habens ad uniuerſis fratribus, cunctisq; ſuperuenientibus hoſpitibus, quod uir eſſet multæ pietatis ac religionis, iniunctoq; ſibi officio ſupernæ tantũ mercedis gratia ſubditus. Hic cum quadam die lenas, ſiue ſagas, quibus in hoſpitali utebatur, in mari lauiſſet, rediens domum, repentina medio itinere moleſtia tactus eſt, ita ut corruens in terrã, & aliquandiu pronus iacens, uix tandem reſurgeret. Reſurgens autẽ ſenſit dimidiam corporis ſui partem à capite uſq; ad pedes paralyſis lãguore depreſſam: & maximo cũ labore baculo innitens domũ peruenit. Creſcebat morbus paulatim, & nocte ſuperueniente grauior effectus eſt, ita ut die redeũte uix ipſe per ſe exurgere, aut incedere ualeret. Quo affectus incommodo, concepit utile menti conſilium, ut ad eccleſiam quoquo modo poſſet perueniens, intraret ad tumbam Reuerendiſsimi patris Cudberechti, ibique genibus flexis ſupplex ſupernam pietatem rogaret, ut uel ab huiuſcemodi languore, ſi hoc ſibi utile eſſet, liberaretur, uel ſi tali moleſtia diutius caſtigari diuina prouidente gratia oporteret, patienter dolorem, ac placida mente ſuſtineret illatum. Fecit igitur ut animo diſpoſuerat, & imbecilles artus baculo ſuſtentans, intrauit eccleſiam, ac proſternens ſe ad corpus uiri Dei, pia intentione per eius auxilium Dominum ſibi fieri propitiũ precabatur: atq; inter preces uelut in ſoporem ſolutus, ſenſit (ut ipſe poſtea referre erat ſolitus) quaſi magnam latamq; manũ caput ſibi in parte qua dolebat tetigiſſe, eodemq; tactu in illam, quæ languore preſſa fuerat, corporis ſui partem, paulatim fugiente dolore, ac ſanitate ſubſequente, ad pedes uſq; pertranſiſſe. Quo 10 facto, mox euigilans ſaniſsimus ſurrexit, ac pro ſua ſanitate Domino gratias referens, quid erga ſe actum eſſet fratribus indicauit: cunctisq; congaudentibus, ad miniſterium, quod ſolicitus exhibere ſolebat, quaſi flagello probante caſtigatior redijt. Sed & 11 indumenta, quibus Deo dicatũ corpus Cudberechti uel uiuum antea, uel poſtea defunctum ueſtierant, etiam ipſa à gratia curandi non uacarunt; ſicut in uolumine uitæ & uirtutum eius quiſq; legerit inueniet.

10 *Ecce miraculum ad tumulum ſancti perpetratum.*

11 *Vides qđ etiam ſanctorum defunctorum indumenta gratiarũ interdum beneficia præſtare ſolent.*

Ex cap. 32.

Nec ſilentio prætereundum, quod ante triennium per reliquias eius factum, nuper mihi per ipſum, in quo factum eſt, fratrem innotuit. Eſt autẽ factum in monaſterio, quod iuxta omnem Deacore conſtructum, ab eo cognomen accepit, cui tunc uir religioſus Suidberecht Abbatis iure præfuit. Erat in eo quidam adoleſcens, cui tumor deformis palpebram oculi

fœdauerat. Qui cum per dies creſcens oculo interitum minaretur, curabant medici hunc appoſitis pigmentorum fomẽtis emollire, nec ualebãt. Quidam abſcindendam eſſe dicebant, alij hoc fieri metu maioris periculi uetabant. Cumq́ tempore non pauco frater præfatus tali incommodo laboraret, neq; oculo imminens exitiũ humana manus curare ualeret, qn per dies augeſceret, contigit ſubito diuinæ pietatis gratia per ſanctiſsimas patris Cudberechti reliquias ſanari. Nam quando frater ſui corpus ipſius poſt multos ſepulturæ annos incorruptũ repererunt, tulerunt partem de capillis, quam more reliquiarum rogantibus amicis dare uel oſtendere in ſignum miraculi poſſent. Harum particulam reliquiarum eo tempore habebat penes ſe quidam de presbyteris eiuſdẽ monaſterij nomine Thridred, qui tunc ipſius monaſterij Abbas erat. Qui cum die quadam ingreſſus eccleſiam aperuiſſet thecam reliquiarum, ut portionem earum roganti amico pręſtaret, contigit & ipſum adoleſcentem, cui oculus languebat, in eadem tunc eccleſia adeſſe. Cumq; presbyter portionem quantam uoluit, amico dediſſet, reſiduum dedit adoleſcenti, ut ſuo in loco reponeret. At ille ſalubri inſtinctu admonitus, cum accepiſſet capillos ſancti capitis, appoſuit palpebræ languenti, & aliquandiu tumorem illum infeſtum horum appoſitione comprimere ac mollire curabat. Quo facto, reliquias, ut iuſſerat ſua in theca recondidit, credens ſuum oculum capillis uiri Dei, quibus attactus erat, ocius eſſe ſanandum. Neq; eum ſua fides fefellit. Erat 12 enim, ut referre eſt ſolitus, tunc hora circiter ſecunda diei. Sed cum alia atque alia, quæ dies illa exigebat, cogitaret, & faceret, imminente & 12 hora ipſius diei ſexta, repente contingens oculum, ita ſanum cum palpebra inuenit, ac ſi nunquam in eo deformitatis, ac tumoris aliquid apparuiſſet.

Adoleſcens appoſitis capillis ſancti uiri defuncti, curatus eſt a tumore oculi.

Ex libro 5. cap. 1.

Succeſsit uiro Domini Cudberechto in exercenda uita ſolitaria, quam in Inſula Farne ante epiſcopatus ſui tempora gerebat, uir uenerabilis Oidilual, qui multis annis in monaſterio, quod dicitur Mhripum, acceptum presbyteratus officium condignis gradu ipſo conſecrauit actibus. Cuius ut meritum, uel uita qualis fuerit, clareſcat certius, unum eius narro miraculum, quod mihi unus è fratribus, propter quos, & in quibus patratum eſt, ipſe narrauit, uidelicet Gudfrid uenerabilis Chriſti famulus, & presbyter, qui etiam poſtea fratribus eiuſdem eccleſiæ Lindisfarnenſis, in qua eſt educatus, Abbatis iure præfuit.

Veni, inquit, cum duobus fratribus alijs ad Inſulam Farne, loqui deſiderans cum Reuerendiſsimo patre Oidilualdo. Cumq́ allocutione eius refecti, benedictione petita domũ rediremus, ecce ſubito poſitis nobis in medio mari, interrupta eſt ſerenitas, qua uehebamur, & tanta irruit, tamque fera tempeſtatis hiems, ut neque uelo neque remigio quicquam proficere, neque aliud quam mortem ſperare ualeremus. Cumq́ diu multum cum uento pelagoq́ fruſtra certantes, tandem poſt terga reſpiceremus, ſi forte uel ipſam, de qua egreſsi eramus. Inſulam aliquo conamine repetere poſſemus, inueniamus nos undiq; uerſum pari tempeſtate pręcluſos, nullamq́ ſpem nobis reſtare ſalutis. Vbi autẽ longius uiſum leuauimus, uidimus in ipſa Inſula Farne egreſſum de latibulis ſuis amantiſsimũ Deo patrem Oidilualdum, iter noſtrum inſpicere. Audito etenim fragore procellarum ac feruentis Oceani, exierat uidere quid nobis accideret. Cum-

13 que nos in labore, ac deſperatione poſitos cerneret, flectebat 13 genua ſua ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro noſtra uita & ſalute precaturus. Et cum orationē compleret, ſimul tumida æquora placauit, adeo ut ceſſante per omnia ſæuitia tempeſtatis, ſecundi nos uenti ad terram uſque per plano maris terga comitarentur. Cumq́ euadentes ad terram, nauiculam quoq́ noſtram ab undis exportaremus, mox eadem, quæ noſtri gratia modicum ſiluerat, tempeſtas rediȷ̄t, & toto illo die multum furere non ceſſauit; ut pallam daretur intelligi, quia modica illa, quæ prouenerat, intercapendo quietis, ad uiri Dei preces noſtræ euaſionis gratia donata eſt.

Habes hic orationem cum genuflexione, habes & eius exauditionem a Domino Deo.

14 *Sepultus eſt in eccleſia ſancti Petri Apoſtoli iuxta præfatorū epiſcoporum corpora.*

Manſit autem idem uir Dei in Inſula Farne duodecim annis, ibidemque defunctus; ſed in Inſula Lindiſfarnenſi iuxta præfatorem corpora epiſcoporum in 14 eccleſia ſancti Petri apoſtoli ſepultus eſt. Geſta uero ſunt hæc temporibus Alfridi Regis, qui poſt fratrem ſuum Ecgfridum genti Nordanhimbrorum decem & octo annis præfuit.

Habetur libro 5. eccleſiaſtice hiſtor. Anglicanæ eiuſdem capite 2.

VITA IOANNIS HAGVSTALDENSIS ECCLEſiæ primum, deinde Eboracenſis epiſcopi per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

1 PRincipio Regni Alfridi, qui poſt fratrem ſuum Ecgfridum genti Nordanhimbrorum præfuit, defuncto Eata epiſcopo, Ioānes uir ſanctus Haguſtaldenſis eccleſiæ præſulatum ſuſcepit, de quo plura uirtutum miracula, qui eum familiariter nouerunt, dicere ſolent, & maxime uir reuerendiſsimus ac ueraciſsimus Berechtum, diaconus quondam eius, nunc autē Abbas monaſterȷ̄, quod uocatur Inderauuda, ideſt in ſilua Deirorū; ex quibus aliqua memoriæ tradere commodum duximus,

Eſt manſio quædam ſecretior nemore raro, & uallo circundata, non longe ab Haguſtaldenſis eccleſiæ dioceſi, ideſt unius ferme miliarȷ̄ & dimidȷ̄ ſpatio, interfluente Thino amne ſeparata, habens cimiterium ſancti Michaelis Archangeli, in qua uir Dei ſæpius, ubi opportunitas arridebat temporis, & maxime in Quadrageſima, manere cum paucis, atq́ orationibus ac lectioni quietius operam dare conſueuerat. Cumq́ tempore quodam incipiente Quadrageſimā ibidē manſurus aduenirct, iuſsit ſuos quærere pauperem aliquem maiore infirmitate uel inopia grauatum, quem ſecum habere illis diebus ad faciendum eleemoſynam poſſent. Sic enim ſemper facere ſolebat. Erat autem in uilla non longe poſita quidam adoleſcēs mutus epiſcopo notus (nam ſæpius ante illum percipiendæ eleemoſynæ gratia uenire conſueuerat) qui ne unum quidem ſermonem unquam profari poterat. Sed & Scabiem tantam, ac furfures habebat in capite, ut nil unquam capillorum ei in ſuperiori parte capitis naſci ualeret, tantum in circuitu horridi crines ſtare uidebantur. Hunc ergo adduci præcepit epiſcopus, & ei in conſeptis eiuſdem manſionis paruum tuguriū fieri, in quo manēs quotidianam ab eo ſtipem acciperet. Cumq́ una Quadrageſimæ eſſet impleta ſeptimana, ſequenti Dominica iuſsit ad ſe intrare pauperē, Ingreſſo linguam proferre ex ore, ac ſibi oſtendere iuſsit, & apprehendēs eum, 1 ſignum ſanctæ Crucis linguæ eius impreſsit, quam ſignatam reuocare in os, & loqui illum præcepit: Dicito, inquiens, aliquod uerbum,

1 *Ad ſignum ſanctæ*

dicito Gege, quod eſt lingua Anglorum uerbum affirmandi, & conſentiendi, ideſt etiam. Dixit ille ſtatim ſoluto uinculo linguæ quod iuſſerat. Addidit epiſcopus nomina literarum. Dicito, A, dixit ille A. Dicito, B, dixit ille B. Cumq; ſingula literarum nomina dicente epiſcopo reſponderet, addidit & ſyllabas & uerba illi dicenda proponere. Et cum omnibus conſequenter reſponderet, precepit eum ſententias longiores dicere, & fecit. Necq; ultra ceſſauit tota die illa & nocte ſequente, quantum uigilare potuit, ut ferunt qui præſentes fuerunt, loqui aliquid, & arcana ſuæ cogitationis, ac uoluntatis, quod nunquã antea potuit, alijs oſtendere. In ſimilitudinem illius diu claudi, qui curatus ab apoſtolis Petro & Ioanne, exiliens ſtetit, et ambulabat, et intrauit cum illis in templum, ambulans, & exiliens, & laudans Dominicum, gaudens nimirum uti officio pedum, quo tanto tempore erat deſtitutus. Cuius ſanitati congaudens epiſcopus, præcepit medico etiam ſanandæ Scabredini capitis eius curam adhibere. Fecit ut iuſſerat; & iuuante benedictione ac precibus Antiſtitis, nata eſt cũ ſanitate cutis uenuſta ſpecies capillorum. Factusq; eſt iuuenis limpidus uultu, & loquela promptus, capillis pulcherrime criſpis, qui ante fuerat deformis, pauper, & mutus. Sicq; de percepta lætatus ſoſpitate, offerente ei etiam epiſcopo, ut in ſua familia manendi locum acciperet, maluit domum reuerti.

crucis linguæ impreſſum, mutus loquitur.

Narrauit idem Berechtum & aliud de præfato Antiſtite miraculum, quia cum Reuerendiſsimus uir Vilfrid poſt longum exilium in epiſcopatũ eſſet Haguſtaldenſis eccleſię receptus, & idem Ioannes, defuncto Boſa uiro multæ ſanctitatis & humililatis, epiſcopus pro eo Eboraci eſt ſubſtitutus, uenerat ipſe tempore quodam ad monaſterium Virginum, in loco qui uocatur Vetadun, cui tunc Hereburg Abbatiſſa præfuit. Vbi cum ueniſſemus, inquit, & magno uniuerſorum gaudio ſuſcepti eſſemus, indicauit nobis Abbatiſſa, quia quædam de numero uirginum, quæ erat filia ipſius carnalis, grauiſsimo languore teneretur, quod Flebotomata erat nuper in brachio, & cum eſſet in ſtudio, tacta erat infirmitate repentini doloris: quo mox increſcente, grauatum eſt magis brachium illud uulneratum, ac uerſum in tumorem, adeo ut uix duabus manibus circũplecti poſſet. Itaq; cum iacens in lecto præ nimietate doloris iam moritura uideret, rogauit epiſcopum Abbatiſſa ut intraret ad eam, ac benedicere illam dignaretur, quia crederet eam ad benedictionem uel tactum illius mox melius habituram. Interrogans autem ille, quãdo Flebotomata eſſet puella: & ut cognouit quia in luna quarta, dixit: Multum inſipienter & indocte feciſtis in luna quarta Flebotomando; Memini beatę memoriæ Theodorum archiepiſcopum dicere, quia periculoſa ſit ſatis illius temporis Flebotomia, quando & lumen lunæ, & reuma Oceani in cremento eſt. Et quid ego poſſum puellæ, ſi moritura eſt, facere? At illa inſtãtius obſecrans pro filia, quam opido diligebat (Nam & Abbatiſſam eam pro ſe facere diſpoſuerat) tandem obtinuit ut ad languentem intraret. Intrauit ergo, me ſecũ aſſumpto, ad uirginem quæ iacebat multo (ut dixi) dolore conſtricta, & brachio intantum groſſeſcente, ut nihil prorſus in cubitu flexionis haberet. Et aſtans dixit orationem ſuper illam, ac 2 benedicens egreſſus eſt. Cumq; poſt hæc hora competente conſederemus ad menſam, aduenienſ quidam clamauit me ducens foras, & ait: Poſtulat Cuenberug (hoc enim

Ex cap. 3.

2 *Vides epiſcopos alijs benedicere ſolitos, &c*

ad eorum benedictio nem uiſibilia quandoque gratiarum munera a deo præſtari. erat nomen uirginis,)ut ocius regrediaris ad eam. Quod dum facerem, reperi illam ingrediens uultu hilariorem, & uelut ſoſpiti ſimilem. Et dum aſſiderem illi dixit: Vis petamus bibere? et ego: Volo, inquam, & multum delector, ſi potes. Cumq́; oblato poculo biberemus ambo, cœpit mihi dicere, quòd ex quo epiſcopus oratione pro me & benedictione completa, egreſſus eſt, ſtatim melius habere incipio: Et ſi necdum uires priſtinas recepi, dolor tamen omnis & de brachio, ubi ardentior inerat, et de toto meo corpore, uelut ipſo epiſcopo foras eum portante, funditus ablatus eſt: Tametſi tumor adhuc brachij manere uidetur. Abeuntibus autem nobis inde continuo fugatum dolorem, fuga quoq; tumoris horrendi, ſanitaſque ſequuta eſt; & erepta morti ac doloribus uirgo laudes Domino ſaluatori unà cum cæteris, qui ibi erant, ſeruis illius referebat.

Ex cap. 4. Aliud quoq; non multum huic diſsimile miraculum de præfato Antiſtite narrauit idem Abbas dicens: Villa erat comitis cuiuſdam, quę uocabatur Puth, non longe a monaſterio, deſt duum ferme miliarium ſpacio, ſeparata, cuius coniunx quadraginta ferme diebus erat acerbiſsimo languore detenta, ita ut tribus ſeptimanis nō poſſet de cubiculo, in quo iacebat, foras efferri. Contigit autem eo tempore uirum Dei illo ad dedicandam eccle-

3 ſiam ab eodem comite uocari. Cumq́; 3 dedicata eſſet eccleſia, rogauit

Ecce uſus dedicationis eccleſiarum antiquiſsimus, & non recens. comes eum ad prandendum domum ſuam ingredi, ſed renuit epiſcopus, dicens ſe ad monaſterium, quod proxime erat, reuerti debere. At ille obnoxius precibus inſtans, uouit etiam ſe eleemoſynas pauperibus daturū, dummodo ille dignaretur ea die domum ſuam ingrediens, ieiunium ſoluere. Rogaui & ego unà cum illo, promittens etiam me eleemoſynas in alimoniam inopum dare, dum ille domum Comitis pranſurus, ac benedictionem daturus intraret. Cumq́; hoc tarde ac difficulter impetraremus, intrauimus ad reficiendum. Miſerat autem epiſcopus mulieri, quæ infirma iace-

4 bat, de 4 aqua benedicta, quam in dedicationē eccleſiæ conſecrauerat,

Cōſidera quod aqua in dedicatione Eccleſiæ benedicta, ſanata eſt mulier a diutinæ infirmitatis languore. per unum de his qui mecum uenerant fratribus, præcipiens ut guſtādam illi daret, & ubicunq; maximū ei dolorē ineſſe didiciſſet, de ipſa eā aqua lauaret. Quod ut factum eſt, ſurrexit ſtatim mulier ſana, & non ſolum ſe infirmitate longa caruiſſe, ſed & perditas dudum uires recepiſſe ſentiens, obtulit poculum epiſcopo, ac nobis; cœptumq́; miniſterium nobis omnibus propinandi uſq; ad prandium completum non amiſit; imitata ſacrum beati Petri, quę cum febrium fuiſſet ardoribus fatigata, ad tactum manus Dominicæ ſurrexit, & ſanitate ſimul, ac uirtute recepta, miniſtrabat.

Ex cap. 5 Alio item tpe uocatus ad dedicandā eccleſiā Comitis uocabulo Addi, cum poſtulatum compleſſet miniſterium, rogatus eſt ab eodem Comite intrare ad unum de pueris eius, qui acerrima ægritudine præmebatur, ita ut deficiente penitus omniū membrorū officio, iam iamq; moriturus eſſe uideretur. Cui etiam loculus iam tunc erat præparatus, in quo defunctus condi deberet. Addidit autem uir etiam lachrymas, precibus diligenter obſecrans, ut intraret oraturus pro illo, quia multum neceſſaria ſibi eſſet uita ipſius: Crederet uero, quia ſi ei manum imponeret, atq; eum benedice-

5 re uoluiſſet, ſtatim melius haberet. Intrauit ergo illo epiſcopus, & uidit eū

Sanatur etiā hic puer ad orationē & benedictionem epiſcopi. mœſtis omnibus iam morti proximum, poſitumq́; loculum iuxta eum, in quo ſepeliendus poni deberet. Dixitq́; 5 orationem, ac benedixit eum; & egrediens dixit ſolitum conſolantibus ſermonem: Bene cōualeſcas, &

cito. Cumq; ſederent poſt hæc ad menſam, miſit puer ad Dominum ſuū rogans ſibi poculum uini mittere, quia ſitiret. Gauiſus eſt ille multū quod bibere poſſet, & miſit ei calicem uini benedictum ab epiſcopo, quem ut bibit, ſurrexit continuo, & ueterno infirmitatis diſcuſſo, induit ſe ipſe ueſtimentis ſuis, & egreſſus inde, intrauit & ſalutauit epiſcopum, & conuiuas, dicens quod ipſe quoq; delectaretur manducare & bibere cum eis. Itaq; iuſſerunt eum ſedere ſecum ad epulas, multū gaudentes de ſoſpitate illius. Reſidebat, ueſcebatur, bibebat, lætabatur, quaſi unus de conuiuis agebat. & multis poſt hæc annis uiuens, in eadem, quam acceperat, ſalute permāſit. Hoc autem miraculum memoratus Abbas non ſe præſente factū, ſed ab his qui præſentes fuerunt, ſibi perhibet eſſe relatum.

Neque hoc ſilentio prætereundum, quod famulus Chriſti Herebald in ſeipſo ab eo factum ſolet narrare miraculū; qui tunc quidem in clero illius conuerſatus, nunc in monaſterio, quod eſt iuxta oſtium Tini fluminis Abbatis iure præeſt. Vitam, inquit, illius quantū hominibus æſtimare fas eſt, quam præſens optime cognoui, per omnia epiſcopo dignam eſſe comperi. Sed & cuius meriti apud internum iudicem habitus ſit, & in multis alijs, & in me ipſo maxime expertus ſum, quippe quem ab ipſo (ut ita dicam) mortis limite reuocans, ad uiam uitæ ſua oratione ac benedictione reduxit. Nam cum primæuo adoleſcentiæ tempore in clero illius degerē, legendi quidem canendiq; ſtudijs traditus, ſed non adhuc animum perfecte à iuuenilibus cohibens illecebris, contigit die quadam nos iter agentes cū illo deueniſſe in uiam planam, & amplam, atq; curſui equorū aptā. Cœperuntq; iuuenes qui cum ipſo erant, maxime laici, poſtulare epiſcopum, ut curſu maiore equos ſuos inuicem probare liceret. At ille primo negauit, ocioſum eſſe dicens quod deſiderabant. Sed ad ultimum multorū unanima intentione deuictus: Facite, inquit, ſi uultis; ita tamen ut Herebald ab illo ſe certamine abſtineat. Porro ipſe diligentius obſecrans, ut et mihi certandi cum illis copia daretur (fidebam nanq; equo, quem mihi ipſe optimum donauerat) nequaquam impetrare potui. At cum ſæpius huc atq; illuc, ſpectante epiſcopo, concitatis in curſum equis, reuerterentur, & ipſe laſciuo ſuperatus animo, non me potui cohibere, ſed, prohibente licet illo, ludentibus me miſcui, & ſimul curſu equi cōtendere cœpi. Qđ dum agerem, audiui illum poſt tergum mihi cum gemitu dicentem: O' q̄ magnū uæ facis mihi ſic equitando. Et ego audiens nihilominus cœptis inſtiti uetitis. Nec mora dum feruens equus quoddam itineris concauū ualentiore impetu tranſiliret, lapſus decidi, et mox uelut emoriens, ſenſum penitus motumq; omnē perdidi. Erat nanq; in loco illo lapis terræ æqualis, obtectus ceſpite tenui, neq; ullus alter in tota illa campi planicie lapis inueniri poterat. Caſuq; euenit, uel potius diuina prouiſione ad puniendā inobedientiæ meæ culpā, ut huc capite ac manu, quam capiti ruens ſuppoſueram tangerē, atq; fracto pollice, capitis quoque iunctura ſolueretur, & ego, ut dixi, ſimillimus mortuo fierem. Et quia moueri non poterā, tetēderunt ibidem papilionem, in quo iacerem. Erat autem hora diei circiter ſeptima, à qua ad ueſperam uſque quietus, & quaſi mortuus permanens, tunc paululum reuiuiſco, ferorq; domū à ſocijs, ac tacitus tota nocte perduro. Vomebam autē ſanguinem, eo quod & intranea eſſent ruendo cōuulſa. At epiſcopus grauiſsime de caſu & interitu meo dolebat, eo quod

Ex cap. 6.

6 *Cuius meriti apud internum iudicem habitus ſit. Ergo ſancti habent merita corā Deo, contra ſcioloſ noſtri temporis.*

me ſpeciali diligeret affectu. Nec uoluit nocte illa iuxta morem cũ clericis ſuis manere, uerũ ſolus in 7 oratione perſiſtens noctem ducebat peruigilem, pro mea (ut reor) ſoſpitate ſupernam pietatẽ ſupplicans. Et mane primo ingreſſus ad me, & dicta ſuper me oratione, uocauit me nomine meo, et quaſi de graui ſomno excitatum interrogauit, ſi noſſem quis eſſet qui loqueretur ad me. At ego aperiens oculos aio, etiam, Tu es epiſcopus meus amatus. Potes, inquit, uiuere, ego ſum. Poſſum, inquã, per orationes ueſtras, ſi uoluerit dominus. Qui imponens capiti meo manũ cum uerbis benedictionis, redit ad orandũ. Et poſt puſillum me reuiſens inuenit ſedentẽ, & iam loqui ualentẽ. Cœpitq́; me interrogare, diuino (ut mox patuit) admonitus inſtinctu, an me eſſe baptizatũ abſq; ſcrupulo noſſem. Cui ego, abſq; ulla me hoc dubietate ſcire reſpondi, quod ſalutari fonte in remiſsionem peccatorũ eſſem ablutus, & nomen presbyteri, à quo me baptizatũ noueram, dixit. At ille, ſi ab hoc, inquit, ſacerdote baptizatus es, non es recte baptizatus: Noui nanq; eum, & quia cum eſſet presbyter ordinatus, nullatenus propter ingenij tarditatem potuit cathechizandi uel baptizãdi miniſterium diſcere. Propter quod & ipſe illũ ab huius præſumptione miniſterij, qđ regulariter implere nequibat, omnino ceſſare præcepi. Quibus dictis eadẽ hora me cathechizare ipſe curauit. Factumq́; eſt ut exufflante illo in faciem meã, confeſtim me melius habere ſentirẽ. Vocauit autem medicũ, & diſſolutam mihi emigranei iuncturã componere atq; alligare iuſsit: tantumq́; mox accepta eius benedictione conualui, ut in craſtinum aſcendens equũ cum ipſo, iter in alium locum facerem. Nec multo poſt plene curatus, uitali etiam unda perfuſus ſum. Manſit autem in epiſcopatu annis trigintatribus, & ſic 9 cœleſtia regna conſcendens, ſepultus eſt in porticu ſancti Petri in monaſterio ſuo, quod dicitur in ſylua Deirorum, anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo uigeſimoprimo. Nam cũ pro maiori ſenectute minus epiſcopatui adminiſtrando ſufficeret, ordinato in epiſcopatum Eburacenſis eccleſiæ Vilfrido presbytero ſuo, ſeceſsit ad monaſterium præfatum, ibique uitam Deo digna conuerſatione compleuit.

7 Vide uigilias & orationem.

8 Vides quod ordinarie ſemper baptiſmum precedit cathechiſmus & exorciſmus.

9 Anima ſancti epiſcopi regna cœleſtia conſcendit.

Habetur libro 5. hiſtoriæ eccleſiaſticæ capite 7.

VITA CEADVALLÆ REGIS OCCIDENTALium Saxonum in Anglia per uenerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

ANno Regni Aldfridi tertio Ceadualla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſsime præfuiſſet, relicto Imperio propter Dominũ, regnumq́; perpetuũ, uenit Romã, hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, ut 1 ad limina beatorũ apoſtolorum fonte Baptiſmatis ablueretur, in quo ſolo didicerat generi humano patere uitę cœleſtis introitũ. Simul etiam ſperans, quia mox baptizatus, carne ſolutus ad æterna gaudia mundus tranſiret. Quod utrunque ut mente diſpoſuerat, Domino adiuuante, completum eſt.

Etenim illo perueniens, põtificatum agente Sergio, baptizatus eſt die 2 ſancto ſabbati paſchalis, anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo octuageſimonono; & in albis adhuc poſitus, languore correptus, duodecimo Calendarum Maiarum die ſolutus à carne, & 3 beatorũ eſt regno

1 Ecce peregrinationẽ ad limina apoſtolorũ etiam illo in tempore in uſu.

2 Baptizatus eſt die sãcto ſabbati paſchalis.

3 Et beatorum eſt regno ſociatus in cœlis.

ſociatus in cœlis. Cui etiam tempore baptiſmatis Papa memoratus Petri nomen impoſuerat, ut beatiſsimo apoſtoloꝝ Principi, 4 ad cuius ſacratiſsimum corpus à finibus terræ pio ductus amore uenerat, etiam nominis ipſius cõſortio iungeretur. Qui in 4 eius quoq; eccleſia ſepultus eſt. Et iubente Pontifice Epitaphium in eius monumento ſcriptum, in quo & memoria deuotionis ipſius fixa per ſecula maneret, & legentes quiq; uel audientes exemplum facti ad ſtudium religionis accenderet; Scriptum eſt ergo hoc modo.

4 *Vide ſciole ſi Petrus fuit Romæ, cum ad eius ſacratiſsimũ corpus a finibus terræ rex uenerit.*

4 *Qui in eius quoque eccleſia ſepultus eſt. Ecce locus ubi Chriſtianorum corpora tumulantur.*

Culmen, opus, ſobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuuias, proceres, mœnia, caſtra, lares,
Quæq; patrum uirtus, & quæ congeſſerat ipſe,
Ceadual armipotens liquit amore Dei:
Vt Petrum ſedemq; Petri Rex cerneret hoſpes,
Cuius fonte meras ſumeret almus aquas,
Splendificumq; iubar radianti carperet hauſtu,
Ex quo uiuificus fulgor ubique fluit.
Percipienſq; alacer rediuiuæ præmia uitæ,
Barbaricam rabiem nomen & inde ſuum
Conuerſus conuertit ouans, Petrumq; uocari,
Sergius Antiſtes iuſsit, ut ipſe Pater.
Fonte renaſcentis quem Chriſti gratia purgans
Protinus ablutum uexit in arce poli.
Mira fides Regis, clementia maxima Chriſti,
Cuius conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim ueniens ſupremo ex orbe Britanni,
Per uarias gentes, per freta, perq; uias,
Vrbem Romuleam uidit, templumq; uerendum
Aſpexit. Qui Petri myſtica dona gerens,
Candidus inter oues Chriſti ſociabilis iuit;
Corpore nam tumulum, mente ſuperna tenet.
Commutaſſe magis ſceptrorum inſignia credas,
Quem regnum Chriſti promeruiſſe uides.

Hic depoſitus eſt Ceadual, qui & Petrus, Rex Saxonum ſub die duodecimo Calendarum Maiaꝝ, indictione ſecũda, qui uixit annos plus minus triginta, Imperante Domino Iuſtiniano, pijſsimo Auguſto anno quarto; Pontificatũ tenente apoſtolico uiro Domino Sergio Papa anno ſecundo.

Abeunte autem Romã Ceadualla, ſucceſsit in regnum Hun: de ſtirpe regia: qui cũ triginta ſeptem annis Imperium tenuiſſet gentis illius, & ipſe relicto regno, ac iunioribus commendato, 5 ad limina beatoꝝ apoſtolorum, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt, cupiẽs in uicinia ſanctoꝝ locorum ad tẽpus peregrinari in terris, quo familiarius à ſanctis recipi mereretur in cœlis. Quod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles, ignobileſq;, laici, & clerici, uiri, ac fœminæ certatim facere conſueuerunt.

5 *Et hic rex peregrinationem aſſumit ad limina Apoſtolorum. Cur ergo damnant quidam ſimiles peregrinationes quæ noſtro tempore fiunt?*

Habetur libro 5. hiſtor. eccleſiaſticæ Anglicanæ eiuſdem capite 10.

VITA VILBROD SERVI DEI IN FRESIA EPIſcopi, & duorum ſanctorum martyrum Heuuold nomine, apud Freſones, per uenerabilem Bedam presbyterum conſcripta.

CVM uiueret adhuc uenerabilis, & cum omni honorificentia nominandus famulus Chriſti & ſacerdos Ecgberecht, quem in Hibernia inſula peregrinam ducere uitam pro adipiſcēda in cœlis patria retulimus, propoſuit animo pluribus prodeſſe, ideſt inito opere apoſtolico, uerbū Dei aliquibus eorum qui nondū audierant gentibus euangelizando committere. Quorum in Germania plurimas nouerat eſſe nationes, à quibus Angli, uel Saxones, qui nunc Britanniam incolunt, genus & originem duxiſſe noſcuntur. Vnde hactenus à uicina gente Britonū corrupti Germani nuncupantur. Sunt autem Freſones, Rugini, Danai, Hunni, antiqui Saxones Boruchtuarij.

Sunt alij perplures ijſdem in partibus populi, paganis adhuc ritibus ſeruientes, ad quos uenire præfatus Chriſti miles, circūnauigata Britannia diſpoſuit: ſi quos forte ex illis ereptos ſathanæ ad Chriſtum transferre ualeret; uel ſi hoc fieri non poſſet, Romā uenire 1 ad uidenda atque adoranda beatorum apoſtolorum ac martyrū Chriſti limina cogitauit. Sed ne aliquid horum perficeret, ſuperna illi oracula ſimul & opera reſtiterunt. Siquidem electus ſocijs ſtrenuiſsimis, & ad prædicandū uerbum idoneis, utpote actione ſimul & eruditione præclaris, præparatis omnibus, quæ nauigantibus eſſe neceſſaria uidebant, uenit die quadam mane primo ad eū unus de fratribus, diſcipulus quondam in Britannia, & miniſter Deo dilecti ſacerdotis Boiſil; cum eſſet idem Boiſil præpoſitus monaſterij Mailroſenſis ſub Abbate Eata, referens ei uiſionem, quæ ſibi eadem nocte apparuiſſet.

1 *Ecce peregrinationis ad limina apoſtolorū Petri & Pauli antiquiſsimus uſus.*

Cum 2 expletis, inquit, hymnis matutinalibus, in lecto membra poſuiſſem ac leuis me hic ſomnus obrepſiſſet, apparuit magiſter quondam meus, & nutritor amantiſsimus Boiſil; interrogauitque me an eū agnoſcere poſſem? Aio, etiam, Tu es Boiſil. At ille, Ad hoc inquit, ueni, ut reſponſum Domini Saluatoris Ecgberechto afferam; quod te tamen referente, oportet ad illū uenire. Dic ergo illi, quia non ualet iter quod propoſuit implere: Dei enim uoluntas eſt, ut ad columbæ monaſteria magis docendo pergat. Erat autem columba primus doctor fidei Chriſtianæ tranſmontanis Pictis ad Aquilonē, primusque fundator monaſterij, quod in Hu inſula multis diu ſcotorum, Pictorumque populis manſit uenerabilis: qui uidelicet columba nunc à nonnullis compoſito à cella & columba nomine coluncella uocatur.

2 *Expletis hymnis matutinalibus. Vides q̄ hora canonicæ tā nocturnæ quam diurnæ ſemper fuerunt in eccleſia?*

Audiens autem uerba uiſionis Ecgberecht, præcepit fratri qui retulerat, ne cuiquam hæc alteri referret, ne forte illuſoria eſſet uiſio. Ipſe autem tacitus rem conſiderans, ueracem eſſe timebat. Ne tamen à parando itinere, quo ad gentes docendas iret, ceſſare uolebat. At poſt paucum rurſum uenit ad eū præfatus frater dicens, quia 3 & ea nocte ſibi poſt expletos matutinos Boiſil per uiſum apparuerit dicens: Quare tam negligenter, et tepide dixiſti Ecgberechto quæ tibi dicenda præcepi. At nunc unde, dic illi, quia

3 *Et ea nocte poſt expletos matutinos Boiſil per uiſum ei apparuerit.*

li,quia uelit,nolit,debet ad monaſteria columbæ uenire, quia aratra eorum non recte incedunt: Oportet autem eum ad rectũ hæc tramitem reuocare. Qui hæc audiens, denuo præcepit fratri,ne hæc cuiquam patefaceret. Ipſe uero tametſi certus eſt factus de uiſione, nihilominus tentauit iter diſpoſitum cum fratribus memoratis incipere.

Cumque iam naui impoſuiſſent, quæ tanti itineris neceſsitas poſcebat, atque opportunos aliquot diebus uentos expectarent, facta eſt nocte quadam tam ſæua tempeſtas, quæ perditis nonnulla ex parte his,quæ in naui erant,rebus,ipſam in latus iacentem inter undas relinqueret. Saluata ſunt tamen omnia,quæ erant Ecgberechti & ſociorum eius. Tũ ille quaſi propheticum illud dicens,quia propter me eſt tempeſtas hæc,ſubtraxit ſe illi profectioni,& remanere domi paſſus eſt.

At uero unus de socijs eius uocabulo Victberecht, cum eſſet & ipſe cõtemptu mundi,ac doctrinæ ſcientia inſignis(nam multos annos in Hibernia anachoreticam in magna perfectione uitam egerat) aſcendit nauem, & Freſiã perueniens duobus annis continuis genti illi ac Regi illius Redbedo uerbum ſalutis prædicabat. Tunc reuerſus ad dilectæ locum peregrinationis,ſolito in ſilentio Domino uacare cœpit: Et quoniam externis prodeſſe ad fidem non poterat, ſuis amplius ex uirtutum exemplis prodeſſe curabat.

Vt autem uidit uir Domini Ecgberecht,quia nec ipſe ad prædicandum gentibus uenire permittebatur, retentus ob aliam ſanctæ eccleſiæ utilitatem,de qua oraculo fuerat præmonitus; nec Victberecht illas deueniens in partes quicquam proficiebat; tentauit adhuc in opus uerbi mittere uiros ſanctos & induſtrios; in quibus Vilbrod presbyterij gradu,& merito prę fulgebat. Qui cũ illo aduenissent(erant autem numero duodecim)diuertentes ad Pipinũ ducem francorũ, gratanter ab illo ſuſcepti ſunt. Et quia nuper citeriorem Freſiã,expulſo inde Redbedo Rege cœperat, illo eos ad prędicandum miſit,ipſe quoque Imperiali authoritate iuuans,ne quis prędicantibus,quicquam moleſtiæ inferret, multisque eos, qui fidem ſuſcipere uellent,beneficijs attollens. Vnde factum eſt,opitulante gratia diuina, ut multos in breui ab idolatria,ad fidem conuerterent Chriſti. *Ex cap. 11.*

Horum ſecuti exempla duo quidã bresbyteri de natione Anglorum, qui in Hibernia multo tempore pro æterna patria exulauerant, uenerunt ad prouinciam antiquorum Saxonum,ſi forte aliquos ibidem prædicando Domino acquirere poſſent. Erant autem unius ambo ſicut deuotionis,ſic etiã uocabuli, Nam uterque eorum appellabatur Heuuold, ea tamen diſtinctione,ut pro diuerſa capillorum ſpecie,unus niger, alter albus Heuuold diceretur. Quorum uterque pietate religionis indutus, ſed niger Heuuold magis ſacrarum literarũ erat ſcientia inſtructus: Qui uenientes in prouinciam, intrauerunt hoſpitium cuiuſdam uillici,petieruntque ab eo ut tranſmitterẽtur ad ſatrapam,qui ſuper eum erat, eo quod haberent aliquid legationis & cauſæ utilitatis,quod deberent ad illum perferre. Non enim habẽt Regem ijdem antiqui ſaxones,ſed ſatrapas plurimos ſuæ gentis præpoſitos, qui ingruente belli articulo,emittant æqualiter ſortes, & quemcunque ſors oſtenderit, hunc tempore belli ducem omnes ſequuntur, huic obtemperant. Peracto autem bello, rurſum æqualis potentię omnes fiunt ſatrapæ.

Suſcepit ergo eos uillicus, & promittens ſe mittere eos ad ſatrapam,

qui ſuper ſe erat, ut petebant, aliquot diebus ſecum retinuit. Qui cum co-
gniti eſſent à barbaris, quod eſſent alterius religionis, nam & 4 pſalmis
ſemper & orationibus uacabāt, & quotidie ſacrificiū Deo uictimæ ſaluta
ris offerrebant, habentes ſecū uaſcula ſancta, & tabulam altaris uice dedi
catam, ſuſpecti ſunt habiti, quia ſi peruenirent ad ſatrapam, & loqueren-
tur cū illo, auerterent illum à dijs ſuis, & ad nouam Chriſtianæ fidei reli-
gionem transferret, ſicꝗ paulatim omnis eoꝝ prouincia ueterem cogere
tur in nouam mutare culturam. Itaꝗ rapuerūt eos ſubito, & interemerūt,
Albū quidem Heuuoldū ueloci occiſione gladij, Higellum autem longo
ſuppliciorum cruciatu, & horrenda membroꝝ omniū diſcerptione: quos
interemptos in Rhenum proiecerunt. Quod cum ſatrapa ille, quem uide-
re uolebant audiſſet, iratus eſt ualde, quod ad ſe uenire uolentes peregrini
non permitterētur. Et mittens occidit uicarios illos omnes, ui cumꝗ incē
dio conſumpſit. Paſsi ſunt autē præfati ſacerdotes & famuli Chriſti quin
to Nonarum octobrium die.

Nec martyrio eoꝝ cœleſtia defuere miracula. Nam cum perempta eo
rum corpora amni, ut diximus a paganis eſſent iniecta 5 contigit ut hæc
contra impetum fluuij decurrentis per quadraginta fere milia paſſuum ad
ea uſꝗ loca, ubi illorum eſſent socij, transferrentur. Sed & radius lucis per
maximus, atꝗ ad cœlum uſꝗ altus, omni nocte ſupra locum fulgebat il-
lum, ubicunꝗ ea perueniſſe contigeret, & hoc etiam paganis, qui eos oc-
ciderant, intuentibus. Sed & unus ex eis in uiſione nocturna apparuit cui
dam de socijs ſuis, cui nomen erat Tilmon, uiro illuſtri, & ad ſeculū quoꝗ
nobili, qui de milite factus fuerat monachus, indicans quod eo loci cor-
pora eoꝝ poſſet inuenire, ubi lucem de cœlo terris radiaſſe conſpicere.
Quod ita completum eſt. Inuenta autem eoꝝ corpora iuxta honorē mar
tyribus condignum recondita ſunt, & dies paſsionis eorū uel inuentionis
congrua illis in locis ueneratione celebratur. Deniꝗ glorioſiſsimus dux
Francoꝝ Pipinus, ubi hęc comperit, miſit, & 7 adducta ad ſe eorū cor-
pora condidit cum magna gloria in eccleſiæ Coloniæ ciuitatis iuxta Rhe
nū. Fertur autem quia in loco, ī quo occiſi ſunt, fons ebullierit, qui in eodē
loco uſꝗ hodie fluenti ſui dona perfundat. *Ex cap. 12.*

Primis ſane temporibus aduentus eorū in Freſiam, mox ut cōperit Vil-
brord datam ſibi a principe licētiam ibidem prædicandi, accelerauit ueni
re Romā, cuius ſedi apoſtolicæ tunc ſergius Papa præerat, ut 8 cum eius
licentia & benedictione deſideratū euangelizandi gentibus opus iniret,
ſimul & reliquias beatorum apoſtolorū ac martyrum Chriſti ab eo ſe ſpe
rans accipere; ut dum in gente prædicaret, deſtructiſꝗ idolis eccleſias 9
inſtitueret, haberet in promptu reliquias ſanctorū, quas ibi introduceret,
quibuſꝗ ibidem depoſitis, conſequenter in eorū honorem; quorum eſſent
illæ, ſingula quæꝗ loca dedicaret. Sed & alia perplura, quæ tanti operis
negocium quærebat, uel ibi diſcere, uel inde accipere cupiebat. In quibus
omnibus cum ſui uoti compos eſſet effectus, ad prædicandum redijt; Quo
tempore fratres, qui erant in Freſia, uerbi miniſterio mancipati, elegerunt
ex ſuo numero uirū modeſtum moribus & manſuetum corde Suidbere-
chtum, qui eis ordinaretur Antiſtes. Quem in Britanniam deſtinatum ad
petitionem eorum ordinauit Reuerendiſsimus Vilfrid epiſcopus, qui tunc
forte patria pulſus in Merciorū regionibus exulabat. Non enim eo tempo

4 *Pſalmis ſemper & orationibus uacabāt, & quotidie ſacrificium Deo uictimæ ſalutaris offerebant, habentes ſecum uaſcula ſancta, & altare portatile. Nota hic pſalmorum & orationum uſum, deinde Miſſam ſacrificiū dici, poſtremo quod ad illam celebrandam mos fuit ſemper ſacra uaſa habere.*

5 *Signa hæc a deo exhibita poſt mortem ſanctorum circa eorum corpora, euidentia indicia ſunt ſplendoris & innocentiæ eorum & quod dum uiuerent, ſpiritusſancti gratiam in ſe habitantem habuerint.*

6 *Corpora eorum iuxta honorem martyribus condignum recondita ſunt, et dies paſsionis uel inuētionis eorum congrua illis in locis ueneratione celebratur.*

7 *Pipinus etiam corpora hæc cum magna gloria in eccleſia Colonienſi condidit.*

8 *Vilbrod uoluit habere licentiam & benedictionem a Ro. Pontifice, ut in Freſia præ*

re habebat epiſcopum Cantua, defuncto quidem Theodoro, ſed necdũ Berechtualdo ſucceſſore eius, qui trans mare ordinandus ierat, ad ſedem epiſcopatus ſui reuerſo.

dicaret, quia ad ipſũ pertinet cura omniũ eccleſiarum.

Qui uidelicet Suidberechtus accepto epiſcopatu, de Britannia regreſſus, non multo poſt ad gentem Goruchtuarioꝝ ſeceſsit, ac multos eorum prædicando, ad uiam ueritatis perduxit. Sed expugnatis non longo poſt tempore Boruchtuarijs a gente antiquoꝝ ſaxonum, diſperſi ſunt quolibet hi qui uerbum receperant, ipſeqꝫ Antiſtes cũ quibuſdam Pipinum petijt: Qui interpellante Bilchdride coniuge ſua, dedit ei locum manſionis in inſula quadam Rheni, quæ lingua eorum uocatur In litore. In qua ipſe cõſtructo monaſterio, quod hactenus hæredes poſsident eius, aliquandiu cõtinentiſsimam geſsit uitam, ibiqꝫ diem clauſit ultimum. 9

Habes hic templorũ ædificationem, atque in honorem ſanctorũ, illorum dedicationẽ, & reliquiarum ſanctarum in eis depoſitionem, quoniam ſine illis templa minime conſecrantur.

Poſtquam uero per annos aliquot in Freſia, qui aduenerant, docuerũt, miſit Pipinus, fauente omniũ conſenſu, uirum uenerabilem Vilbrordũ Romam, cuius adhuc pontificatum ſergius habebat, poſtulans, ut idem Freſonũ genti archiepiſcopus ordinaret. Quod ita ut petierat impletũ eſt, anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo nonageſimo tertio. Ordinatus eſt autem in eccleſia ſanctæ martyris Ceciliæ, die natalis eius, impoſito ſibi a Papa memorato nomine Clemens. Ac mox remiſſus eſt ad ſedẽ epiſcopatus ſui, ideſt poſt dies quatuordecim, ex quo in urbem uenerat. Donauit autem ei Pipinus locũ Cathedræ epiſcopalis in caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo gentiũ illorum uocabulo Viltaburg, ideſt oppidũ Viltoꝝ, lingua autem Gallica, traiectum uocatur. In quo ædificata eccleſia reuerendiſsimus pontifex, longe lateqꝫ uerbum fidei prædicãs, multosqꝫ ab errore reuocans, pluresqꝫ per illas regiones eccleſias, ſed & monaſteria nonnulla conſtruxit. Nam nõ multo poſt alios quoqꝫ illis in regionibus conſtituit ipſe Antiſtites ex eorũ numero fratrum, qui uel ſecum, uel poſt ſe, illè ad prædicandũ uenerant. Ex quibus aliquanti iam dormierunt in Domino. Ipſe autem Vilbrord cognomento Clemens adhuc ſupereſt, longa iam uenerabilis ætate, utpote triceſimũ & ſextũ in epiſcopatu habens annũ; & poſt multiplices militiæ cœleſtis agones, ad pręmia remunerationis ſupernę tota mente ſuſpirans.

10 *Ordinatus eſt in eccleſia ſancta Ceciliæ martyris in die Natalis eius.*

11 *Vides primum eſſe ſignum receptæ fidei templorum & monaſteriorum ædificatioẽ*

His temporibus miraculum memorabile & antiquoꝝ ſimile in Britannia factum eſt. Nanqꝫ ad excitationem uiuentium de morte animæ quidam aliquandiu mortuus ad uitam reſurrexit corporis, & multa memoratu digna, quæ uiderat, narrauit. E quibus hic aliqua breuiter perſtringenda eſſe putaui.

Ex cap. 13.

Erat paterfamilias in regione Nordanhimbroꝝ, quæ uocatur Incuningum, religioſam cum domo ſua gerens uitam. Qui infirmitate corporis tactus, & accreſcente per dies, ad extrema perductus, primo tempore noctis defunctus eſt: ſed diluculo reuiuiſcens, ac repente reſidens, omnes, qui corpori flentes adhæſerant, timore immenſo percuſſos, in fugam conuertit. Vxor tantũ, quæ eum amplius diligebat, quanuis multũ tremens, & pauida, remanſit. Quam ille conſolatus: Noli, inquit, timere, quia iam uere ſurrexi à morte qua tenebar, & apud homines ſum iterũ uiuere permiſſus. Non tamen ea mihi, qua ante conſueuerã, conuerſatione, ſed multum diſsimili ex hoc tempore uiuendũ eſt. Statimqꝫ ſurgens, abijt ad uillulæ oratoriũ, & uſqꝫ ad diem in oratione perſiſtens, mox omnem, quam

poſſederat,ſubſtantiam, in tres diuiſit portiones,è quibus unam coniugi, alterum filijs tradidit, tertiam ſibi ipſi retentam ſtatim pauperibus diſtribuit. Nec multo poſt ſeculi curis abſolutus,ad monaſterium Mailros,quod Tuidi fluminis circunflexu magna ex parte clauditur,peruenit,acceptaq; tonſura,locũ ſecretæ manſionis, quam præuiderat abbas, intrauit; & ibi uſq; ad diem mortis in tanta mentis & corporis contritione durauit, ut multa illum,quæ alios laterent, uel horrenda uel deſideranda uidiſſe, etiã ſi lingua ſileret,uita loqueretur.

Narrabat autem hoc modo, quod uiderat: lucidus,inquiens,aſpectu, & clarus erat indumento,qui me ducebat. Incedebamus autem tacẽtes, ut uidebatur mihi,cõtra ortum ſolis ſolſtitialem. Cumq; ambularemus, deuenimus ad uallem multæ latitudinis ac profunditatis, infinitæ autem longitudinis,quæ ad læuam nobis ſita,unũ latus flammis feruentibus nimium terribile,alterũ furenti grandine ac frigore niuium omnia perflante atq; urente,non minus intolerabile præferebat. Vtrunq; autem erat animabus hominũ plenum, quæ uiciſsim hinc inde uidebantur quaſi tempeſtatis impetu iactari.Cũ enim uim feruoris immenſi tolerare non poſſent, proſiliebant miſeræ in mediũ frigoris infeſti.Et cum neq; ibi quicq; requiei inuenire ualerent, reſiliebant rurſus urendæ in mediũ flammarum inextinguibilium.Cumq; hac infelici uiciſsitudine lõge lateq;, prout aſpicere poteram,ſine ulla quietis intercapedine innumerabilis ſpirituum deformium multitudo torqueret,cogitare cœpi,quòd hic fortaſſe eſſet infernus,de cuius tormentis intolerabilibus narrare ſæpius audiui.Reſpondit cogitationi meæ ductor,qui me præcedebat:Non hoc,inquiens,ſuſpiceris;nõ enim hic infernus eſt ille,quem putas.

At cum me hoc ſpectaculo tám horrendo perterritũ paulatim in ulteriora produceret,uidi ſubito ante nos obſcurari incipere loca, & tenebris omnia repleri. Quas cũ intraremus,intantum paulisper condenſatæ ſunt, ut nihil præter ipſas aſpicerem, excepta duntaxat ſpecie & ueſte eius,qui me ducebat.Et cũ progrederemur ſola ſub nocte per umbras, ecce ſubito apparent ante nos crebri flammarũ terrarum globi aſcendentes quaſi de puteo magno,rurſumq; decidentes in eundem. Quò cũ perductus eſſem, repente ductor meus diſparuit, ac me ſolũ reliquit in medio tenebrarum, & horrendæ uiſionis. At cũ globi ignium ſine intermiſsione modo alta peterent,modo ima barathri repeterent, cerno omnia quæ aſcendebant faſtigia flammarum plena eſſe ſpiritibus hominũ,qui inſtar fauillarum cum fumo aſcendentiũ,nunc ad ſublimiora procederent, nunc retractis ignium uaporibus relaberentur in profundum. Sed & fœtor incomparabilis cum eiſdem uaporibus ebulliens, omnia illa tenebrarum loca replebat.

Et cum diutius ibi pauidus conſiſterem,utpote incertus quid agerem, quò uerterem greſſum,quiúe mihi finis maneret, audio ſubito poſt terga ſonitũ immaniſsimi fletus ac miſerrimi, ſimul & cachinnum crepitantem quaſi uulgi indocti captis hoſtibus inſultantis. Vt autẽ ſonitus idem clarior redditus ad me uſq; peruenit, conſidero turbam malignorũ ſpirituũ, quæ quinq; animas hominum mœrentes eiulantesq;,ipſa uero multũ exultans & cachinnans medias illas trahebat in tenebras.E quibus uidelicet hominibus,ut dinoſcere potui,quidam erat attonſus ut clericus, quidã laicus,quædam fœmina. Trahentes autẽ eos maligni ſpiritus, deſcenderunt in

in medium barathri illius ardentis. Factumq́ eſt ut cum longius ſubeunti bus eis, fletum hominum, & riſum dæmoniorum clare diſcernere nequirẽ, ſonum tantum adhuc promiſcuum in auribus haberem.

Interea aſcenderunt quidam ſpirituũ obſcurorum de abyſſo illa flammiuoma, & accurrentes circundederunt me, atq; oculis flammantibus, et de ore ac naribus ignem putridum efflantes angebant; forcipibus quoq; igneis, quos tenebant in manibus, minitabantur me comprehendere, nec tamen me ullatenus contingere, tametſi terrere præſumebant. Qui cũ undiq; uerſus in hoſtibus, & cæcitate tenebrarũ concluſus, huc illucq́ oculos circunferrem, ſi forte aliunde quid auxilij quo ſaluarer adueniret, apparuit retro uia qua ueneram, quaſi fulgor ſtellæ micantis inter tenebras, q̃ paulatim creſcens, & ad me ocius feſtinans, ubi appropinquauit, diſperſi ſunt, & aufugerunt omnes, qui me forcipibus rapere quærebant, ſpiritus infeſti. Ille autem qui adueniens eos fugauit, erat ipſe qui me ante ducebat. Qui mox conuerſus ad dexterum iter, quaſi contra ortũ ſolis brumalem me ducere cœpit. Nec mora exemptum tenebris in auras me ſerenę lucis eduxit. Cumq́ me in lucem apertam duceret, uidi ante nos murum permaximum, cuius neq; longitudini hinc uel inde, neq; altitudini ullus eſſe terminus uideretur. Cœpi autem mirari, quare ad murũ accederemus, cum in eo nullam ianuam, uel feneſtram, uel aſcenſum alicubi conſpicerẽ.

Cum ergo perueniſſemus ad murũ, ſtatim neſcio quo ordine fuimus in ſummitate. Et ecce ibi erat campus latiſsimus ac lætiſsimus, tantaq́ fragrantia uernantiũ floſculorum plenus, ut omnem mox fœtorem tenebroſę fornacis, qui me peruaſerat, effugaret admirandi huius ſuauitas odoris. Tanta autem lux cuncta ea loca perfuderat, ut omni ſplẽdore diei, ſiue ſolis meridiani radijs uideretur eſſe præclarior. Erantq́ in hoc campo nimia hominum ablatorũ conuenticula, ſedesq́ plurimæ agminum lætantium. Cumq; inter choros felicium incolarum medios me duceret, cogitare cœpi, q̃ hoc fortaſſe eſſet regnum cœlorum, de quo prędicare ſæpius audiui. Reſpondit ille cogitatui meo: Nõ, inquiens, hoc eſt regnum cœlorũ, quod autumas. Cumq; procedentes tranſiſſemus ad has beatorũ mãſiones ſpirituum, aſpicio ante nos multo maiorem luminis gratiam q̃ prius, in qua etiam uocem cantantiũ dulciſsimam audiui; ſed & odoris fragrantia mi ri tanta de loco effundebatur, ut is, quem antea deguſtans quaſi maximũ rebar, iam permodicus mihi odor uideretur: ſicut etiam lux illa campi florentis eximia, in comparatione eius, quæ nunc apparuit, lucis, tenuiſsima prorſus uidebatur & parua. In cuius amęnitate loci cũ nos intraturos ſperarem, repente ductor ſubſtitit. Nec mora, greſſum retorquẽs, ipſa me uia qua uenimus, reduxit.

A

Heus tu qui negas eſſe locum purgatorium in quo poſt mortem animæ defunctorum luant pœnas peccatorum, quid dicis hoc in loco? Forte reſpondeas non uocari hic purgatorium locum. At uide paulo infra ubi ductor ſerui Dei declarans ei omnia uiſa, expreſſe dicit hunc locum eſſe examinendarum & caſtigandarum animarum, quæ tamen in die iudicij ad regnum cœlorum peruenient.

Cumq; reuerſi perueniremus ad manſiones illas lætas ſpirituum candidatorum, dixit mihi: ſcis quæ ſunt iſta omnia, quę uidiſti? Reſpondi ego, Non. Et ait: Vallis illa, quã aſpexiſti flammis feruẽtibus, & frigoribus horrendam rigidis, ipſe eſt locus, in quo examinandæ & caſtigandæ ſunt animę illorũ, qui differentes confiteri & emendare ſcelera, quæ fecerunt, in ipſo tandem mortis articulo ad pœnitentiam confugiunt, & ſic de corpore exeunt; qui tamen quia confeſsionem & pęnitentiam uel in morte habuerunt, omnes in die iudicij ad regnum cœlorũ peruenient. Multos 12 autem preces uiuentium, & eleemoſynæ, & ieiunia, & maxime, celebratio

12

Ecce quomodo ſuffragijs uiuorum liberantur animæ a pœnis purgatorij, inter quæ maxime eſt Miſſarũ celebratio.

miſſarum,ut etiã ante diem iudicij liberentur, adiuuant. Porro puteus ille flãmiuomus,ac putridus,quẽ uidiſti,ipſum eſt os gehennæ,in quo quicũque inciderit,nunquã inde liberabitur in æuum. Locus uero iſte florifer,in quo pulcherrimã hãc iuuentutem iocundari ac fulgere conſpicis, ipſe eſt, in quo recipiuntur animæ eoꝝ, qui in bonis quidem operibus de corpore exeunt, non tamen ſunt tantæ perfectionis,ut in regnum cœlorũ ſtatim mereãtur introduci, qui tamen omnes in die iudicij ad uiſionem Chriſti, & gaudia regni cœliſtis intrabunt. Nã quicunq; in omni uerbo, & opere, & cogitatione perfecti ſunt,mox de corpore egreſsi,ad regnũ cœlorũ perueniunt,ad cuius uicinia pertinet locus ille, ubi ſonum cantilenæ dulcis cũ odore ſuauitatis,ac ſplendore lucis audiſti.

Tu autẽ qui nunc ad corpus reuerti,& rurſum inter homines uiuere debes,ſi actus tuos curioſius diſcutere,& mores, ſermonesq́; tuos in rectitudine ac ſimplicitate ſeruare ſtudueris, accipies & ipſe poſt mortem locum manſionis inter hæc,quæ cernis,agmina lætabũda ſpirituũ beatoꝝ. Nanque ego cũ ad tempus abſceſsiſſem à te,ad hoc feci, ut quid de te fieri deberet,agnoſcerem. Hæc mihi cum dixiſſet, multũ deteſtatus ſum reuerti ad corpus, delectatus nimiũ ſuauitate ac decore loci illius, quẽ intuebar, ſimul & conſortio eorũ, quos in illo eſſe uidebã. Sed inter hæc neſcio quo ordine, repente inter homines me uiuere cerno. Hæc & alia quæ uiderat idem uir Domini,non omnibus paſsim deſidioſis, ac uitæ ſuæ incurioſis referre uolebat,ſed illis ſolummodo,qui uel tormentorũ metu perterriti,uel ſpe gaudiorum perẽnium delectati, profectum pietatis ex eius uerbis haurire uolebant.

Deniq; in uicinia cellæ illius habitabat quidam monachus nomine Henigilis,presbyteratus etiã, quem bonis operibus adornabat, gradu præ-
13 eminens,qui adhuc ſupereſt, & 13 in Hibernia inſula ſolitarius ultimã uitæ ætatem pane cibario,& frigida aqua ſuſtentat. Hic ſæpius ad eundem uirũ ingrediens,audiuit ab eo,repetita interrogatione,quę et qualia eſſent quæ exutus corpore uiderat. Per cuius reuelationẽ ad noſtrã quoq; agnitionem peruenere, quæ de his pauca perſtrinximus. Narrabat autẽ uiſiones ſuas etiã regi Alfrido,uiro undecunq; doctiſsimo, & tam libenter tãque ſtudioſe ab illo auditus eſt,ut eius rogatu in monaſterio ſupramemorato indutus, ac monachica ſit tonſura coronatus, atq; ad eum audiendũ ſæpiſsime,cũ illas in partes deueniſſet, accederet. Cui uidelicet monaſterio religioſæ ac modeſtæ uitæ Abbas & presbyter Ediluald tempore illo præerat, qui nunc epiſcopalem Lindisfarnenſis eccleſiæ cathedram condignis gradu actibus tenet.

In Hibernia inſula ſolitarius ultimam uitæ & ætatem pane cibario ut frigida aqua ſuſtentat.

Accepit autem in eodẽ monaſterio locum manſionis ſecretiorem, ubi liberiꝰ continuis in orationibus famulatui ſui conditoris uacaret. Et quia locus ipſe ſuper ripam fluminis erat ſitus, ſolebat hoc creber ob magnam caſtigandi corporis affectũ ingredi,ac ſæpius in eo ſupermeantibus undis immergi; ſicq; ibidẽ quandiu ſuſtinere poſſe uidebatur, pſalmis uel precibus inſiſtere,fixusq́; manere,aſcendente aqua fluminis uſq; ad lũbos, aliquando & uſq; ad collũ,atq; inde egrediens ad terram, nunquam ipſa ueſtimenta uda uel algida deponere curabat, donec ex ſuo corpore calefierent,& ſiccarentur. Cumq; tempore hyemali defluentibus circa eũ ſemifractarum cruſtis glacierũ, quas & ipſe aliquando contriuerat, quo habe-

ret locũ ſtandi ſiue immergendi in fluuio, dicerent, qui uidebant: Mirum frater Drichelme (hoc enim erat uiro nomen) quod tantam frigoris aſperitatẽ ulla ratione tolerare præuales. Reſpondebat ille ſimpliciter (erat nã que homo ſimplicis ingenij, ac moderatæ naturæ) Frigidiora ego uidi. Et cũ dicerent: Mirumq́ cur tã auſteram tenere continentiam uelis. Reſpondebat: Auſteriora ego uidi. Sicq́ uſq; ad diem ſuæ uocationis inſatiabile cœleſtium bonorũ deſiderio, corpus ſenile inter 14 quotidiana ieiunia domabat, multisq́; & uerbo, & conuerſatione, ſaluti fuit, 14 *Inter quotidiana ieiunia corpus ſenile domabat.*

At contra fuit quidam in prouincia Merciorũ, cuius uiſiones ac uerba, necnon & conuerſatio, plurimis, ſed non ſibimet profuit. Fuit autẽ temporibus Cœnridi, qui poſt Edilredũ regnauit, uir in laico habitu atq; officio militari poſitus: ſed quantũ pro induſtria exteriori Regi placens, tantum pro interna illimet negligentia diſplicens. Admonebat ergo illum ſedulo ut confiteretur, & emendaret ac relinqueret ſcelera ſua, priuſquam ſubito mortis ſuperuentu tẽpus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verum ille frequenter licet admonitus, ſpernebat uerba ſalutis, ſeſeq́ tempore ſequenti pœnitentiam acturũ eſſe promittebat. Hæc inter, tactus infirmitate, decidit in lectũ, atq; acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingreſſus rex, qui diligebat eum, multũ hortabatur, ut uel tunc antequã moreretur, pœnitentiam ageret commiſſorũ. At ille reſpondit, non ſe tunc uelle confiteri peccata ſua, ſed cum ab infirmitate ſua reſurgeret, ne exprobarent ſibi ſodales, quod timore mortis faceret ea, quę ſoſpes facere nolebat, fortiter quidem, ut ſibi uidebatur loquutus, ſed mirabiliter, ut poſt patuit, dæmoniaca fraude ſeductus. *Ex cap. 14.*

Cumq́ morbo ingraueſcente, denuo ad eũ uiſitandum ac docendum Rex intraret, clamauit ſtatim miſerabili uoce: Quid uis modo? quid huc ueniſti? non enim mihi aliquid utilitatis, aut ſalutis potes ultra conferre. At ille, noli ita loqui. uide ut ſanum ſapias. Non, inquit, inſanio, ſed peſſimam mihi ſcientiã certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc eſt? Paulo ante, inquit, intrauerunt domũ hanc duo pulcherrimi iuuenes, & reſederunt iuxta me, unus ad caput, & unus ad pedes, protulitq; unus libellũ perpulchrum, ſed uehementer modicum, ac mihi legẽdum dedit; in quo omnia quæ unquã bona feceram intuens ſcripta reperi, & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt codicem, neq; aliquid mihi dicebãt.

Tunc ſubito mihi ſuperuenit exercitus malignorum & horrendorum uultu ſpirituũ, domumq; hãc & exterius obſedit, & intus maxima ex parte reſedens impleuit. Tunc ille qui & obſcuritate tenebroſæ faciei, & primatu ſedis maior eſſe uidebatur eorũ, proferens codicẽ horrendę uiſionis, & magnitudinis enormis, & ponderis pene importabilis, iuſsit uni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferre. Quẽ cum legiſſem, inueni omnia ſcelera, non ſolum quæ opere uel uerbo, ſed etiam quæ tenuiſsima cogitatione peccaui, manifeſtiſsime in eo tetricis eſſe deſcripta literis. Dicebatq; ad illos, qui mihi adſederant, uiros albatos & præclaros: Quid hic ſedetis ſcientes certiſsime, quia noſter eſt iſte? Reſponderunt, uerum dicitis, accipite, & in cumulum damnationis ueſtræ ducite. Quo dicto, ſtatim diſparuerunt; ſurgentesq́ duo nequiſsimi ſpiritus, habentes cultra in manibus, percuſſerũt me, unus in capite, & alius in pede: qui uidelicet modo cũ magno tormento transfodiunt uiſcera mea, & interiora corporis

mei penetrant, moxq́; ut ad inuicem peruenient, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus, in inferni clauſtra pertrahar.

Sic loquebatᷓ miſer deſperans, & poſt non multo defunctus, pœnitentiam, quam ad breue tempus cum fructu ueniæ facere ſuperſedit, in æternũ ſine fructu pœnis ſubditus facit. De quo conſtat, quia, ſicut beatus Papa Gregorius de quibuſdam ſcribit, non pro ſe iſta, cui non profuere, ſed pro alijs uiderit: qui eius interitũ cognoſcentes, differre tempus pœnitentiæ, dum uacat, timerent; ne improuiſo mortis articulo præuenti, impœnitentes perirent. Quòd autem codices diuerſos per bonos, ſiue malos ſpiritus ſibi uidit offerri, ob id ſuperna diſpenſatione factum eſt, ut meminerimus facta, & cogitationes noſtras, non in uentũ diffluere, ſed ad examen ſummi iudicis cuncta ſeruari, ſiue per amicos angelos in fine nobis oſtendenda, ſiue per hoſtes. Quòd uero prius candidum codicem protulerunt Angeli, deinde atrũ dæmones, illi per paruũ, iſti enorme, animaduertendũ eſt, quòd in prima ætate bona aliqua fecit, quæ tamen uniuerſa praue agẽdo iuuenis obnubilauit: Qui ſi e contra io errores pueritiæ corrigere in adoleſcentia, ac benefaciẽdo a Dei oculis abſcondere curaſſet, poſſet eorum numero ſociari, de quibus ait Pſalmus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

Hanc uerò ſequentem hiſtoriam, ſicut a uenerabili Antiſtite Pectelmo didici, ſimpliciter ob ſalutem legentiũ, ſiue audientiũ narrandam eſſe putaui. Noui autem ipſum fratrem, quem utinam non noſſem, cuius etiã nomen, ſi hoc aliquid prodeſſet, dicere poſſem, poſitũ in monaſterio nobili, ſed ipſum ignobiliter uiuentem. Corripiebatᷓ quidem ſedulo a fratribus, ac a maioribus loci ad caſtigatiorem uitam conuerti admonebatur: Et quamuis eos audire noluiſſet, tolerabatᷓ tamen ab eis longanimiter ob neceſsitatem operũ ipſius exteriorũ; erat enim fabrili arte ſingularis. Seruiebat autem multũ ebrietati, & cæteris remiſsioris uitæ illecebris, magisq́; in officina ſua die, noctuq́; reſidere, quam ad 15 pſallendũ aut orandum in eccleſia, audiendumq́; cũ fratribus uerbum uitæ concurrere cõſueuerat. Vnde accidit illi, quod ſolent dicere quidam: Quia qui nõ uult eccleſiæ ianuã ſpõte humiliatus ingredi, neceſſe habet ianuam inferni non ſponte damnatus introduci. Percuſſus enim languore, atq; ad extrema perductus, uocauit fratres, & multũ mœrens ac damnato ſimilis, cœpit narrare quia uideret inferos apertos, & Sathan dimerſum in profundis Tartari, Caiphãq; cũ cæteris, qui occiderant Dominũ, iuxta eum flammis ultricibus contraditũ. In quorum uicinia, inquit, heu, miſero mihi locum aſpicio æternæ perditionis eſſe præparatum.

15 *Ad pſallendum & orandum in eccleſia. Ecce quod eccleſia ẽt propter orationes fabricata eſt, nec tantũ propter auditionẽ uerbi Dei.*

Audientes hæc fratres cœperunt diligenter exhortari, ut uel tũc poſitus adhuc in corpore, pœnitentiam ageret. Reſpondebat ille deſperans: Non eſt mihi modo tempus mutandi uitam, cum ipſe uiderim iudicium meum iam eſſe completũ. Talia dicens, ſine 16 uiatico ſalutis obijt: & corpus eius in ultimis eſt monaſterij locis humatum: neque 17 aliquis pro eo miſſas facere, uel pſalmos cantare, uel ſaltem orare præſumebat. O quam grandi diſtantia diuiſit Dominus lucem a tenebris. Beatus protomartyr Stephanus paſſurus mortem pro ueritate, uidit cœlos apertos, uidit gloriã Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei; et ubi erat futurus ipſe poſt mortem, ibi oculos mentis ante mortẽ miſit, quo lætior occumberet in mortẽ. At

16 *Sine uiatico ſalutis obijt. Vides quod morituris Chriſti fidelibus datur ſãctiſsima Euchariſtia ?*

17 *Vides quod pro ani*

contra

contra ſaber iſtæ tenebroſæ mentis, & actionis, imminente morte, uidit apertа Tartara, uidit damnationem diaboli, & ſequacium eius, uidit etiã ſuũ infelix inter tales carcerem, quo miſerabilius ipſe deſperata ſalute periret, ſed uiuentibus, qui hæc cognouiſſent, cauſam ſalutis ſua perditione relinqueret. Factũ eſt hoc nuper in prouincia Berniciorum, ac lõge lateq́; diſfamatum, multos ad agendam, & non differendam ſcelerũ ſuorum pœnitudinem prouocauit. Quod utinam ex hac etiam noſtrarum lectione literarum fiat.

malis defunctorum Miſſæ fiunt, pſalmi cantantur, & orationes fundantur?

VITA HEDDI ET ADHELMI OCCIDENtalium in Anglia Saxonum epiſcoporum, per Venerabilem Bedam presbyterum ſcripta.

Habetur lib. 5. hiſtoriæ Anglicanæ eiuſdẽ cap. 18.

ANno Dominicæ incarnationis DCCV. Alfrid rex Nordanhimbrorũ defunctus eſt anno ſui regni XX. nec dũ impleto. Cui ſuccedens in imperiũ filius ſuus Oſred, puer IX circiter annorum regnauit annis XI. Huius regni principio antiſtes Occidẽtalium Saxonũ Heddi, cœleſtem migrauit ad uitam. Bonus quippe erat uir ac iuſtus, & epiſcopalem uitam ſiue doctrinam magis inſito ſibi uirtutũ amore, quam lectionibus inſtitutus exercebat. Deniq; Reuerẽdiſsimus antiſtes Pectelin, qui cum ſucceſſore eius Adhelmo multo tẽpore adhuc diaconus ſiue monachus fuit, referre eſt ſolitus, quod 1 in loco quo defunctus eſt, ob meritum ſanctitatis eius multa ſint patrata miracula, hominesq́; prouinciæ illius ſoliti ablatũ inde puluerem 2 propter languentes in aquam mittere, atq; ad huius guſtum ſiue aſperſionem multis ſanitatem ægrotis, & hominibus, & pecoribus conferre. Propter quod frequenti ablatione pulueris ſacri foſſa ſit ibidem facta non minima.

1 Ecce quomodo miracula quæ fiunt in loco mortis ſanctorum, uel ad ſepulchra eorũ teſtimoniũ perhibent merito ſanctitatis eorum.

Quo defuncto, epiſcopatus prouinciæ illius in duas parrochias diuiſus eſt. Vna data Danieli, quam uſq; regit. Altera Adhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſsime præfuit; ambo & in rebus eccleſiaſticis, & in ſcientia ſcripturarũ ſufficienter inſtructi. Deniq; Adhelm cum eſſet adhuc presbyter & abbas monaſterij quod Maildubiurbem nominant, ſcripſit iubente ſynodo ſuę gentis libiũ egregium aduerſus errorem Britonum, quo uel paſcha non ſuo tempore celebrant, uel alia per plura quæ eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt. Multosq́; eorum qui occidentalibus ſaxonibus ſubditi erant Britones, ad catholicam dominici Paſchæ celebrationem huius lectione perduxit. Scripſit & de uirginitate librum eximium, quem in exemplũ Sedulij, geminato opere, & uerſibus exametris, & proſa compoſuit. Scripſit & alia nonnulla utpote uir undecunque doctiſsimus, nam & ſermone nitidus, & ſcripturarum ut dixi, liberalium eccleſiaſticarumq́; erat eruditione mirandus.

2 Vides quod etiam res exteræ aliquo modo ad ſanctos pertinentes, & hominibus & pecoribus quandoque gratias ſanitatũ præſtant?

Quo defuncto, pontificatum pro eo ſuſcepit Fortheri, qui uſq; hodie ſupereſt, uir & ipſe in ſcripturis ſanctis multum eruditus, quibus epiſcopatum adminiſtrantibus ſtatutum eſt ſynodali decreto, ut prouincia auſtralium Saxonũ quæ eatenus ad ciuitatis Ventanæ, cui tunc Daniel præerat, parrochiam pertinebat, & ipſe ſedem epiſcopalem ac proprium haberet epiſcopum. Conſecratusq́; eſt eis primus antiſtes Eadberecht, qui erat in monaſterio abbas beatæ memoriæ Vilfridi epiſcopi, quod dicitur Sel-

ſen. Quo defuncto, Eolla ſuſcepit officium pontificatus. Ipſo autem ante aliquot annos ex hac luce ſubtracto epiſcopatus uſq; hodie ceſſauit.

Habetur lib. 5. hiſtoriæ eiuſdem anglicanæ cap. 21. 22. et 23.

VITA ACCÆ EPISCOPI HAGVSTALDENSIS, & ut gens pictorum in Anglia catholicos eccleſiæ mores circa obſeruationem Paſchæ & tonſuram ſuſceperit, per uenerabilem Bedam preſbyterum ſcripta.

ANno poſt obitum Vilfridi epiſcopi proximo, ideſt quinto Oſredi regis, reuerendiſsimus pater Adrianus abbas cooperator in uerbo Theodori beatæ memoriæ epiſcopi, defunctus eſt, & in monaſterio ſuo in 1 eccleſia beatæ dei genitricis ſepultus, qui eſt annus quadrageſimusprimus ex quo a Vitaliano papa directus eſt cũ Theodoro; Ex quo autem Britanniam uenit. xxxix. cuius doctrinæ ſimul & Theodori inter alia teſtimoniũ perhibet, quod Albinus diſcipulus eius, qui monaſterio ipſius in regimine ſucceſsit, intantum ſtudijs ſcripturarũ inſtitutus eſt, ut Græcam quidem linguam non parua ex parte, Latinam uerò non minus quàm anglorum, quæ ſibi naturalis eſt, nouerit.

1 *Sepultus in eccleſia beatæ dei genitricis.*

Suſcepit uero pro Vilfrido epiſcopatum Haguſtaldenſis eccleſię Acca presbyter eius, uir & ipſe ſtrenuiſsimus, & coram Deo & hominibus magnificus qui & ipſe eccleſiæ ſuæ, quæ in beati 2 Andreæ apoſtoli honorem conſecrata eſt, ædificiũ multifario decore ac mirificis amplιauit operibus. Dedit nanq; operam (quod & hodie facit) ut acquiſitis undecunq; reliquijs beatorum apoſtolorum, & 3 martyrũ Chriſti, in uenerationem illorum poneret altaria, diſtinctis porticibus in hoc ipſum intra muros eiuſdem eccleſiæ. Sed & hiſtorias paſsionum eorum unà cum cæteris eccleſiaſticis uoluminibus ſumma induſtria congregans, ampliſsimam ibi ac nobiliſsimam bibliothecam fecit: Nec non 4 & uaſa ſancta, & luminaria, aliaq; huiuſmodi, quæ ad ornatum domus dei pertinent, ſtudioſiſsime parauit. Cantoremq; egregiũ nomine Maban, qui a ſucceſſoribus diſcipulorum beati Papæ Gregorij in Cantua fuerat cantandi ſonos edoctus, ad ſe ſuoſq; inſtituendos accerſijt, ac per annos xij. tenuit, quatenus & quæ illi non nouerant, carmina eccleſiaſtica doceret, & ea quæ quondam cognita longo uſu uel negligentia inueterare cœperant, huius doctrina in priſcũ renouarentur ſtatum. Nam & ipſe epiſcopus Acca cantator erat peritiſsimus, quomodo etiam in literis ſanctis doctiſsimus, in catholicæ fidei confeſsione caſtiſsimus, in eccleſiaſticæ quoq; inſtitutionis regulis ſolertiſsimus, extiterat, & uſq; dum ſuæ præmia deuotionis accipiat, exiſtere non deſiſtit, utpote qui a pueritia in clero ſanctiſsimi ac deo dilecti Boſa Eboracenſis epiſcopi nutritus, atq; eruditus eſt, deinde ad Vilfridum epiſcopũ ſpe melioris propoſiti adueniens omnem in eius obſequio uſq; ad obitũ illius expleuit ætatem. Cum quo etiã Romam ueniens, multa illic, quæ in patria nequiuerat, eccleſiæ 6 ſanctæ inſtituta utilia didicit.

2 *Eccleſia in honorem beati Andreæ Apoſtoli conſecrata.*

3 *Ecce quomodo cum reliquijs ſanctorũ dedicantur altaria.*

4 *Vides tẽplorum cultum, & uaſa illorum grata eſſe Deo et placere illi, aliàs ſancti uiri nunquam his rebus operã dediſſent.*

5 *Quid dicis tu irriſor cantuũ eccleſiaſtici, cum priſci illi patres adeo intenti ei fuerint? quod nequaquã feciſſent, ſi Deo non placere crediſſent.*

6 *Vides quod inſtituta ſanctæ eccleſiæ utilia Romæ didicit, quia ipſa eſt omnium eccleſiarum magiſtra.*

Eodem tẽpore Naitan rex Pictorum, qui ſeptentrionales Britannię plagas inhabitant, admonitus eccleſiaſticarũ frequenti meditatione ſcripturarũ, abrenunciauit errori, quo eatenus in obſeruatione paſchæ cũ ſua gente tenebatur; & ſe ſuoſq; omnes ad catholicam obſeruantiam dominicæ reſur

rectionis temporis celebrandam perduxit. Quod ut facilius, & maiori au
ctoritate perficeret, quæſiuit auxilium Anglorum, 7 quos iamdudum ad
exemplum ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ ſuam religionem inſti
tuiſſe cognouit. Siquidem miſit legatarios ad uirū uenerabilem Colfridū
abbatem monaſterij beatorū Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad
oſtiū Muri amnis, & iuxta amnem Tina, in loco qui uocatur Ingiruū, cui ip
ſe poſt Benedictū, glorioſiſsime præfuit, poſtulans ut exhortatorias ſibi li
teras mitteret, quibus potentius confutare poſſet eos, qui paſca non ſuo
tempore obſeruare præſumerent. Simul & de tonſura modo uel ratione,
qua clericus inſigni deberet, expetijt, quod ipſe his nō parua ex parte eſſet
imbutus. Sed & architectos ſibi mitti petijt, qui 8 iuxta morem Roma
norum eccleſiam de lapide ingente ipſius facerent; promittens hanc in ho-
norem beati Apoſtolorum principis dedicandam. Se 9 quoque ipſum cum
ſuis omnibus morem ſanctę Romanę & apoſtolicę eccleſię ſemper imita-
turū: In quantum duntaxat tam longe a Romanorum loquela & natione ſe
gregati, hunc ediſcere potuiſſent. Cuius religioſis uotis ac precibus fauēs
reuerendiſsimus abbas Colfrid, miſit architectos quos petebat, et literas
ſcriptas in hunc modum.

7 *O miſeri Angli, qui alias religionem neſtram ad exemplum ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ inſtituiſtis, quis uos faſcinauit nūc ut in eadem religione nō perſiſtatis?*

8 *Vult ædificare eccleſiam lapideam iuxta morem Romanorum, quæ poſtea in honorē principis apoſtolorum ſit dedicanda.*

Domino excellentiſsimo & glorioſiſsimo regi Naitano Colfrid in do-
mino ſalutem. Catholicam ſanctę paſchę obſeruantiam, quā a nobis, rex
deo deuote, religioſo ſtudio quæſiſti, promptiſsime ac libentiſsime tuo de
ſiderio, iuxta quod ab apoſtolica ſede didicimus, patefacere ſatagimus.
Scimus namque cęlitus ſanctæ eccleſię donatam, quotiens ipſi rerū domini
diſcendę, docendę, cuſtodiendę ueritati operam impendunt: Nam & uere
omnino dixit quidā ſecularium ſcriptorum; quia feliciſsimo mundi ſtatu
ageretur, ſi uel reges philoſopharentur, uel regnarent philoſophi. Quod ſi
philoſophia huius mundi uere intelligere de ſtatu huius mundi, meritoque
diligere potuit hunc mundū, quanto magis ciuibus patrię cęleſtis in hoc
mundo peregrinantibus optandū eſt, & totis animi uiribus ſupplicandū,
ut quo plus in mundo quique ualent, eo amplius eius qui ſuper omnia eſt,
iudicis mandatis auſcultare contendant, atque ad hæc obſeruanda ſecū eos
quoque, qui ſibi commiſsi ſunt, exemplis ſimul, & auctoritate inſtituant.

9 *Ecce quod eadem eſt Romana & apoſtolica eccleſia, cuius mores rex ſe imitaturū pollicetur.*

Tres ſunt ergo regulę ſacris inditę literis, quibus paſchæ celebrandi tē
pus nobis præfinitū, nulla prorſus humana licet authoritate mutari. E qui
bus duæ in lege Moyſi diuinitus ſtatutę, Tertia in Euangelio per effectum
dominicę paſsionis & reſurrectionis adiuncta eſt. Pręcipit enim lex, ut pa
ſcha primo menſe anni, & tertia eiuſdem menſis ſeptimana, id eſt, a quin-
tadecima die uſque ad uigeſimam primam fieri deberet. Additum eſt per
inſtitutionem apoſtolicam ex Euangelio, ut in ipſa tertia ſeptimana diem
dominicam expectare, atque in ea temporis paſchalis initium tenere debea
mus. Quam uidelicet regulam triformem, ſi quis rite cuſtodierit, nunquā
in adnotatione feſti paſchalis errabit.

Verum ſi de his ſingulis enucleatius ac latius audire deſideras, ſcriptū
eſt in Exodo, ubi liberandus de Ægypto populus Iſrael, primū paſcha fa
cere iubetur, quia dixerit dominus ad Moyſen & Aaron: Menſis iſte uobis
principiū menſium, primus erit in menſibus anni. Loquimini ad uniuerſum
cætū filiorum Iſrael, & dicite eis: Decima die menſis huius tollat unuſquiſ
que agnū per familias, & domos ſuas. Et paulo poſt; & ſeruabitis eū uſ-

que ad quartam decimam menſis huius. Immolabitq́; eum uniuerſa multitudo filiorꝝ Iſrael ad ueſperam. Quibus uerbis manifeſtiſsime conſtat, quòd ita in obſeruatione paſchali mentio fit diei quartędecimę, ut non tamen in ipſa die quartadecima paſcha fieri pręcipiat; ſed adueniente tandẽ ueſpera diei quartędecimę, id eſt, quintadecima luna, quę initium tertię ſeptimanæ faciat, in cœli faciem prodeunte, agnus immolari iubeatur; & quòd ipſa ſit nox quintędecimę lunę, in qua percuſsis Ægiptijs Iſrael eſt a longa ſeruitute redemptus. Septem, inquit, diebus azyma comedetis. Quibus item uerbis tota tertia ſeptimana eiuſdem primi menſis decernitur ſolennis eſſe debere. Sed ne putaremus eoſdem ſeptem dies a xiiij. uſque ad xx. eſſe computandos, continuo ſubiecit. In die primo non erit fermentum in domibus ueſtris. Quicunq; comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael a die primo uſq; ad diem ſeptimum, & cętera uſque dum ait: In eodem enim ipſa die educam exercitum ueſtrum de terra Ægypti.

Primũ ergo diem azymorũ appellat eum, in quo exercitum eorũ eſſet educturus de Ægypto. Conſtat autem quia non quartadecima die in cuius ueſpera agnus eſt immolatus, & quæ proprie paſcha ſiue phaſe dicit̃, ſed quintadecima ſunt educti ex Ægypto, ſicut in libro Numerorꝝ apertiſſime ſcribit̃. Profecti igitur de Rameſſa quintadecima die menſis primi, altera die fecerũt Phaſe filij Iſrael in manu excelſa. Septem ergo dies azymorꝝ, in quarum prima eductus eſt populus domini ex Ægypto, ab initio (ut diximus) tertię ſeptimanæ, hoc eſt a quintadecima die menſis primi, uſq; ad xxi. eiuſdem menſis diem completã, computari oportet. Porro dies xiiij extra hunc numerũ ſeparatim ſub paſchę titulo pręnotat̃, ſicut Exodi ſequentia patenter edocent. Vbi cũ dictũ eſſet, In eadem enim ipſa die educam exercitum ueſtrũ de terra Ægypti, protinus additum eſt: Et cuſtodietis diem iſtum in generationes ueſtras ritu perpetuo. Primo menſe quartadecima die menſis comedetis azyma, uſq; ad diem uigeſimã primam eiuſdem menſis ad ueſperũ; ſeptem diebus fermentum non inuenię̃t in domibus ueſtris. Quis enim non uideat a quartadecima uſq; ad uigeſimam primã non ſeptẽ ſolũmodo, ſed octo potius eſſe dies, ſi & ipſa quartadecima annumeretur?

Sin autẽ, ut diligentius explorata ſcripturæ ueritas docet, a ueſpera diei quartędecimę uſq; ad ueſperam uigeſimę primę computauerimus, uidebimus profecto, quòd ita dies. xiiij ueſperam ſuam infeſti paſchalis initiũ prorogat, ut non amplius tota ſacra ſolennitas, quàm ſeptem tantũmodo noctes cum totidẽ diebus comprehendat. Vnde uera eſſe probat̃ noſtra diffinitio, quia tempus paſchale primo menſe anni, & tertia eius hebdomada celebrandum eſſe diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada, quod a ueſpera quartædecimæ diei incipit, & in ueſpera uigeſimæ primæ completur.

Poſtquam uero paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, diemq́; nobis dominicam, quę apud antiquos una uel prima ſabbati ſiue ſabbatorꝝ uocat̃, gaudio ſuę reſurrectionis fecit eſſe ſolennem: ita hanc apoſtolica
10 traditio feſtis paſchalibus inſeruit, ut nihil omnimodis de tẽpore paſchæ 10
legalis præoccupandum, nihil minuendũ eſſe decerneret, quin potius ſtatuit ut expectaret̃ iuxta pręceptum legis, primus anni menſis, ac expectaretur quartadecima dies illius, necnon expectaret̃ ueſpera eiuſdem. Et cũ

Apoſtolica traditio hanc feſtis paſchalibus inſeruit.

hęc in ſabbatũ forte incideret, tolleret unuſquiſq; agnum per familias, & domos ſuas, & immolarēt eum ad ueſperam, ideſt, pręparent 11 omnes eccleſiæ per orbem, quæ unam catholicam faciunt, panem & uinũ in 12 miniſteriũ carnis & ſanguinis agni immaculati, qui abſtulit peccata mundi, & præcedente congrua lectionũ, orationum, cerimoniarum paſchaliũ ſolennitate, offerant hæc domino in ſpem futurę ſuæ redēptionis. Ipſa eſt enim eadem nox, in qua de Ægypto per ſanguinem agni Iſraelitica plebs erepta eſt: Ipſa eſt, in qua per reſurrectionem Chriſti liberatus eſt a morte æterna populus omnis dei. Mane autem illuceſcente die dominica, primam paſchalis feſti diem celebrarent. Ipſa eſt enim dies in qua reſurrectionis ſuę gloriam dominus multifario pię reuelationis gaudio diſcipulis pa refecit. Ipſa prima dies azymorũ, de qua multum diſtincte in leuitico ſcriptum eſt: Menſę primo quartadecima die menſis huius ad ueſperam phaſe domini eſt, & quintadecima die mēſis huius ſolennitas azymorum domini eſt. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit celeberrimus ſanctuſque.

11 Notas quod omnes eccleſiæ per orbem, unã catholicam faciunt &c.

12 Vides quod dicit panem & uinum in miniſterium carnis & ſanguinis agni immaculati, non autem in miniſterium figuræ carnis & ſanguinis offerant &c.

Si ergo fieri poſſet, ut ſemper in diem quintum decimum primi menſis, ideſt, in lunam quintamdecimã dominica dies incurreret, uno ſemper eodemq; tempore cũ antiquo dei populo, quanquam ſacramentorũ genere diſcreti ſicut una eademq; fide, paſcha celebrare poſſemus, quia uero dies ſeptimanę non æquali cũ luna tramite percurrit, decreuit apoſtolica 13 traditio, quę per beatũ Petrum Romę predicata; per Marcũ Euangeliſtã & interpretem ipſius Alexandrię confirmata eſt; ut adueniente primo mēſe, adueniente in eo ueſpera diei quartędecimę, expectarēt etiam dies dominica a quintadecima uſq; ad uigeſimam primam diem eiuſdem menſis. In quacunq; enim harũ inuēta fuerit, merito in eo paſcha celebrabitũ. Quia nimirum hęc ad numerũ pertinet illarũ ſeptem dierum, quibus azyma celebrari iubētũ. Itaq; fit ut nunquam paſcha noſtrũ a ſeptimana menſis primi tertia in utramuis partem declinet, ſed uel totam eam, ideſt omnes ſeptem legalium azymorũ dies, uel certe aliquos de illis teneat. Nam & ſi ſaltem unũ ex eis hoc eſt ipſum ſeptimum apprehenderet, quē tam excellenter ſcriptura commēdat, Dies autem (inquiens) ſeptimus erit celebrior & ſanctior, nullũq; ſeruile opus fiet in eo, nullus arguere nos poterit quod non rectũ dominicum paſchę diē, quem de euangelio ſuſcepimus in ipſa, quam lex ſtatuit tertia primi menſis hebdomada celebremus.

13 Ecce quomodo ſanctæ eccleſiæ inſtituta ab apoſtolica traditione profecta ſunt.

Cuius obſeruantiæ catholica ratione patefacta patet econtrario error irrationabilis eorum, qui præfixos in lege terminos nulla cogente neceſſitate, uel anticipare, uel tranſcendere præſumunt. Nanq; ſine ratione neceſſitatis alicuius anticipant illi tempus in lege preſcriptum, qui dominicum paſchæ diem a quartadecima menſis primi, uſq; ad uiceſimam putant lunam eſſe ſeruandam. Cũ enim a ueſpera diei tertiędecimę 14 uigilias ſanctæ noctis celebrare incipiũt, claret quod illam in exordio ſui paſchæ diē ſtatuunt, cuius nullam omnino mentionē in decreto legis inueniunt. Et cũ uiceſima prima die menſis paſcha dominicũ celebrare refugiunt, patet profecto q; illam per omnia diem a ſua ſolennitate ſecernunt, quã lex maiorem præ cæteris feſtiuitatibus ac memorabilem ſæpenumero commendat. Sicq; diem paſchæ ordine peruerſo, aliquando in ſecunda hebdomada totam compleant, & nunq; in hebdomada tertiæ ſeptimanæ ponant.

14 Vigilias ſãctæ noctis celebrare incipiunt.

Rurſumq́ quia ſextadecima die menſis ſæpe dicti, uſq; ad uiceſimam ſecundam paſcha celebrandū magis autumant. Non minore utiq; errore, tametſi altero latere, à recto ueritatis tramite diuertunt, & ueluti naufragia ſcyllæ fugientes, in carybdis uoraginem ſubmergendi decidunt. Nam cū a luna xvi. primi menſis oriente, ideſt a ueſpera diei quintædecimæ paſcha incipiendum doceant; nimirū conſtat, quia quartamdecimam diem menſis eiuſdem, quam lex primitus, & præcipue cōmendat, a ſua prorſus ſolennitate ſecludunt: ita ut quintæ decimę, in qua populus dei ab Ægyptiaca ſeruitute redemptus eſt, & in qua dominus ſuo mundū ſanguine a peccatorum tenebris liberauit, in qua etiam ſepultus ſpem nobis poſt mortem beatæ quietis tribuit, uix ueſperam tangat idemq́ pœnā erroris ſui in ſemetipſos recipientes, cū in uiceſima die menſis paſchæ diem ſtatuunt dominicū, legitimos utiq; terminos paſchæ aperta tranſgreſsione uiolant, utpote qui ab illius diei ueſpera paſcha incipiant, in qua hoc lex conſummari & perfici debere decernit: Illam in paſcha diem aſsignent primā, cuius in lege mentio nulla uſquàm reperit, ideſt, quartæ primā ſeptimanæ: Qui utriq; non ſolū in diffinitione & computo lunaris ętatis, ſed & in mēſis primi nonnunq; inuentione falluntur. Quæ diſputatio maior eſt, quàm epiſtola hæc uel ualeat compræhendere, uel debeat. Tantū hoc dicam, quod per æquinoctiū uernale ſemper inerrabiliter poteſt inueniri; quòd menſis iuxta computum lunę primus anni eſt, qui eſſe debeat ultimus. Equinoctium autem, iuxta ſententiam omniū Orientalium & maxime Ægyptiorum, qui prę cęteris doctoribus calculandi palmam tenent, xij Kal. Aprilis die prouenire cōſueuit, ut etiam ipſi horoloica inſpectione probamus. Quęcunq; ergo luna ante ęquinoctiū plena eſt, quartadecima uidelicet, uel quintadecima exiſtens, hæc ad præcedentis anni nouiſsimū pertinet menſem, ideoq́ paſchę celebrando habilis non eſt. Quæ uero poſt ęquinoctium, uel in ipſo ęquinoctio ſuum pleniluniū habet, in hac abſq; ulla dubietate, antiquos paſcha celebrare ſolitos, & nos, ubi dominica dies aduenerit, celebrare debere noſcendum eſt.

Quod ita fieri oportere, illa nimirū ratio cogit, quia in geneſi ſcriptum eſt, quod deus fecit duo magna luminaria, luminare maius, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut pręeſſet nocti: Vel ſicut alia dicit ędicio: luminare maius inchoationem diei, & luminare minus inchoationem noctis. Sicut ergo prius ſol a medio procedens orientis, æquinoctium uernale ſuo præfixit exortu: Deinde luna ſole ad ueſperam occidente, & ipſa plena a medio ſecuta eſt orientis, ita omnibus annis, primę lunę menſis eodem neceſſe eſt ordine ſeruari, ut non ante ęquinoctiū ſed uel ipſo ęquinoctij die, ſicut in principio factum eſt, uel eo tranſcenſo pleniluniū habere debeat. At ſi uno ſaltem die plenilunium tempus ęquinoctij pręceſſerit, non hanc primo menſi anni incipientis, ſed ultimo potius præteriti lunā eſſe adſcribendam; & ideo feſtis paſchalibus inhabilem memorata ratio probat.

Quòd ſi myſticam quoq; uos in his rationem audire delectat, primo menſe anni, qui etiam menſis nouorum dictus eſt, paſcha facere iubemur, quia renouato ad amorem cœleſtiū ſpiritu mentis noſtræ, ſacramenta dominicæ reſurrectionis & ereptionis noſtræ celebrare debemus. Tertia eiuſdē menſis ſeptimana facere præcipimur, quia ante legem & ſub lege promiſſus, tertio tempore ſeculi cū gratia uenit ipſe, qui paſcha noſtrū immolare

tur Chriſtus, qui tertia poſt immolationem ſuæ paſsionis die reſurgens a mortuis, hanc dominicam uocari, & in ea nos annuatim paſchalia eiuſdē reſurrectionis uoluit feſta celebrare. Quia nos quoq; ita ſolum ueraciter eius ſolennia celebramus, ſi per fidē, ſpem, & claritatem paſcha, id eſt, trāſitum de hoc mundo ad patrem cū illo facere curamus. Poſt æquinoctiū ueris & plenilūniū menſis præcipimur obſeruare paſcha, ut uidelicet primo ſol longiorem nocte faciat diem, deinde luna plenū ſuæ lucis orbem mundo præſentet, quia primo quidem ſol iuſtitiæ in cuius pennis eſt ſanitas, id eſt dominus Ieſus, per reſurrectionis ſuæ triumphum cunctas mortis tenebras ſuperauit, ac ſic aſcendens in cœlos, miſſo deſuper ſpiritu eccleſiam ſuam, quæ ſæpe lunæ uocabulo deſignatur, interna lucis gratia repleuit.

Quem uidelicet ordinem noſtræ ſalutis propheta contemplatius aiebat. Eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo. Qui ergo plenitudinem lunæ paſchalis ante æquinoctium prouenire poſſe contenderit, talis in miniſteriorum celebratione maximorum a ſanctarum quidem ſcripturarū doctrina diſcordat. Concordat autem eis, qui ſine præueniente gratia Chriſti ſe ſaluari poſſe confidunt, qui & ſi uera lux tenebras mundi moriendo, ac reſurgendo, nunq; uiciſſet, perfectam ſe habere poſſe iuſtitiam dogmatizare præſumunt. Itaq; per æquinoctialem ſolis exortū, per plenilunium primi menſis hunc ex ordine ſubſequens, id eſt, poſt completam diem eiuſdē menſis quartamdecimā, quæ cuncta ex lege obſeruanda accepimus, expectamus adhuc monente euangelio in ipſa hebdomada tertia tempus diei dominicæ, & ſic demū uotiua paſchæ noſtri feſta celebramus, ut indicemus nos non cū antiquis excuſſum Ægyptiæ ſeruitutis iugū uenerari, ſed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui dei populi liberatione præfigurata, in Chriſti reſurrectione completa eſt, deuota fide, ac deuotione colere, ut quæ reſurrectionis etiam noſtræ, quam eadem die dominica futurā credimus, ſpe nos certiſsima gaudere ſignemus.

Hic autem, quem uobis ſequendū mōſtramus, computus paſchæ decennouali circulo continetur. Qui dudum quidem, hoc eſt ipſis apoſtolorum temporibus iam ſeruari in eccleſia cœpit, maxime Romæ & Ægypti, ut ſupra iam diximus. Sed per induſtriā Euſebij, qui a beato martyre Pamphilio cognomen habet, diſtinctius in ordinē compoſitus eſt; ut quod eatenus per Alexandriæ pontificem in ſingulis annis per omnes eccleſias mandari conſueuerat, iam deinde congeſta in ordine ſerie lunæ quartædecimæ, facillime poſſet ab omnibus ſciri; cuius computū paſchalem Theophilus Alexandriæ præſul in centum annorum tempore Theodoſio imperatori cōpoſuit. Item ſucceſſor eius Cyrillus, ſeriem nonaginta & quinq; annorum, in quinq; decennoualibus circulis comprehendit. Poſt quem Dionyſius eximius totidem alios ex ordine pari ſchemate ſubnexuit qui ad noſtra uſq; tempora pertingebant. Quibus termino appropinquantibus, tanta hodie calculatorum exuberat copia, ut etiā in noſtris per Britanniam eccleſijs plures ſint, qui mandatis memoriæ ueteribus illis Ægyptiorum argumētis, facillime poſsint in quotlibet ſpacia temporum paſchales protendere circulos, etiamſi ad quingentos uſq;, ac xxxij. uoluerint annos; quibus expletis, omnia quæ ad ſolis & lunæ menſis & ſeptimanæ conſequentiam ſpectant, eodem quo prius ordine currunt. Ideo autem circulos eoſdem tem-

o.q 33

porum inſtantiũ uos mittere ſuperſedimus: quia de ratione tantũ temporis paſchalis inſtrui quærentes, ipſos uobis circulos paſchæ catholicos abundare probaſtis.

Verum his de paſcha ſuccincte, ut petiſtis, ſtrictimq́; commemoratis, tonſuram quoq;, de qua pariter uobis literas fieri uoluiſtis, hortor ut eccleſiaſticam, & Chriſtianæ fidei congruam habere curetis. Et quidem ſcimus, quia neq; apoſtoli oẽs uno eodemq́; ſunt modo attonſi, neq; nunc eccleſia catholica, ſicut una fide, ſpe, et charitate in deũ conſentit, ita etiam una atq; indiſsimili totũ per orbem tonſuræ ſibi forma congruit. Deniq; ut ſuperiora, ideſt, patriarchaꝝ tempora reſpiciamus, Iob exẽplar patientię, dum ingruente tribulationum articulo caput totondit, probauit utiq;, quia tempore felicitatis capillos nutrire conſueuerat. At Ioſeph & ipſe caſtitatis, humilitatis, pietatis, cęterarumq; uirtutũ executor, ac doctor eximius, cum ſeruitio abſoluendus attonſus eſſe legĩt, patet profecto, quia tẽpore ſeruitutis inconſis in carcere crinibus manere ſolebat. Ecce uterq; uir dei diuerſum ab altero uultus habitum foris pręmonſtrabat, quoꝝ tamen intus conſcientia in parili uirtutum ſibi gratia concordabat.

Verum & ſi profiteri nobis liberum eſt, quia tonſuræ diſcrimen non noceat, quibus pura in deũ fides, & charitas in proximum ſincera eſt; maxime cum nunq; patribus catholicis, ſicut de paſchę, uel fidei diuerſitate cõflictus, ita etiam de tonſuræ differentia legatur aliqua fuiſſe controuerſia. Inter omnes tamen, quas uel in eccleſia, uel in uniuerſo hominũ genere reperimus tonſuras, nullam magis ſequendam nobis amplectendamq́; iure dixerim ꝙ eam, quam in capite ſuo geſtabat ille, cui ſe dominus confitenti ait: Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ędificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prętualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœloꝝ. Nullam magis abominandã, deteſtandamq́; merito cunctis fidelibus crediderim ꝙ eam, quam habebat ille, cui gratiam ſancti ſpiritus comparare uolenti dixit idem Petrus: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum dei exiſtimaſti per pecuniam poſsideri. Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone hoc.

Neq; uero ob id tantum in coronam attondimur, quia Petrus ita attõſus eſt; 15 ſed quia Petrus in memoriam dominicæ paſsionis ita attonſus eſt, idcirco & nos qui per eandem paſsionem ſaluari deſideramus, ipſius paſsionis ſignum cum illo in uertice, ſumma uidelicet corporis noſtri parte, geſtamus. Sicut enim omnis eccleſia, quia per mortem ſui uiuificatoris eccleſia facta eſt, ſignum ſanctæ crucis eius in fronte portare conſueuit, ut crebro uexilli huius munimine a malignorum ſpirituum defendatur incurſibus, crebraq́; huius ammonitione doceatur, ſe quoq; carnem ſuam cum uitijs & concupiſcentijs crucifigere debere: ita etiam oportet eos q uel monachi uotum, uel gradum clericatus habent, arctioribus ſe oportet pro Domino continentiæ frenis aſtringere, formam quoq; coronæ, quam ipſe in paſsione ſpineam portauit in capite, ut ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, ideſt, exportaret, & auferret a nobis, ſuo quenque in capite per tonſuram præferre: Vt ſe etiam irriſiones & opprobria pro illo libenter ac prompte omnia ſufferre paratum ipſa etiam frontis ſpicio doceant, & coronam uitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſemper expectare, proque huius perceptione, & aduerſa ſe mundi,

15 *Clericalis & Monaſticæ tonſuræ ratio.*

& pro-

& proſpera contemnere deſignent.

Cæterum tonſuram eam, quam magnum Simonem ferunt habuiſſe quis rogo fidelium nõ ſtatim cum ipſa Magia primo deteſtetur? & merito exuflet aſpectu qui in frontis quidem ſuperficie coronæ uidetur ſpeciem præferre, ſed ubi ad ceruicem cõſiderando perueneris, decurtatam eam, quam te uidere putabas, inuenias coronam: Vt merito talem Simoniacis, & nõ chriſtianis habitum conuenire cognoſcas, qui in præſenti quidẽ uita a deceptis hominibus putabantur digni perpetuæ gloria corone, ſed in ea, quæ hanc ſequitur uitam, non ſolum omni ſpe coronæ priuati, ſed æterna inſuper ſunt pœna damnati.

Neq; uero me hæc ita proſecutum æſtimes, quaſi eos, qui hanc tonſuram habent, condemnandos iudicem, ſi fide & operibus unitati catholicę fauerint, imo confidẽter profiteor plurimos ex eis ſanctos, ac Deo dignos extitiſſe; ex quibus eſt Adamnam abbas & ſacerdos Colunnienſiũ egregius, qui cum legatus ſuæ gentis ad Alfridum regem miſſus, noſtrum, quoque monaſterium uidere uoluiſſet, miramq; in moribus ac uerbis prudentiam, humilitatem, religionem oſtenderet: Dixi illi inter alia colloquens. Obſecro ſancte frater, qui ad coronam te uitæ, quæ terminũ non habet tẽdere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? Et ſi conſortiũ beati Petri quæris cur eius, quẽ ille anathematizauit, tonſuræ imaginẽ imitaris, & non potius eius, cũ quo in ęternum beatus uiuere cupis, etiam nunc habitũ te quantũ potes diligere mõſtras? Reſpondit ille: Scias pro certo, frater mi dilecte, quia etſi Simonis tonſuram ex conſuetudine patriæ habeã, Simoniacam tamen perfidiã tota mente deteſtor ac reſpuo: Beatiſsimi autẽ apoſtolorum principis, quãtum mea paruitas ſufficit, ueſtigia ſequi deſidero. At ego, credo inquã uere quod ita ſit, ſed tamen indicio ſit, quod ea, quę apoſtoli Petri ſunt, in abdito cordis amplectimini, ſi quæ eius eſſe noſtis, etiam in facie tenetis. Nãque prudentiam tuã faciliime diiudicare reor, quod aptius multo ſit eius, quẽ in corde tuo abominaris; euiusq; horendã faciem uidere refugis, habitum uultus a tuo uultu Deo iam dicato ſeparare: & e contra eius, quem apud Deum habere patronũ quæris, ſicut facta uel monita cupis ſequi, ſic etiam morem habitus te imitari condeceat.

Hæc tunc Adamnano dixi, qui quidẽ quantum conſpectis eccleſiarum noſtraꝝ ſtatutis profeciſſet, probauit, cum reuerſus ad Scotiã multas poſtea gentis eiuſdem turbas ad catholicã temporis paſchalis obſeruantiã ſua predicatione correxit. Tametſi eos, qui in Hu inſula morabantur, monachos, quibus ſpeciali rectoris iure præerat, necdum ad uiam ſtatuti melioris reducere ualebat. Tonſurã quoq;, ſi tantum ſibi authoritatis ſubeſſet, emendare meminiſſet. Sed & nunc tuam prudentiam rex admoneo,

16 ut ea, quæ unitati catholicæ & apoſtolicæ eccleſię concinant, una cũ gente, cui te rex regum, & Dominus dominorũ præfecit, in omnibus ſeruare contendas. Sic enim ſit, ut poſt acceptã temporalis regni potentiã, ipſe beatiſsimus apoſtolorum princeps cęleſtis quoq; regni tibi, tuiſq; cũ cæteris electis libens pandat introitũ. Gratia te regis æterni longiori tempore regnantem ad noſtram omnium pacem cuſtodiat incolumen, dilectiſsime in Chriſto fili. 16

Hoc ſi conſideraſſent hæretici, nunquã ab unitate catholica & apoſtolica eccleſia receſsiſſent, priuatas ſequẽdo opiniunculas.

Hæc epiſtola cũ præſente rege Naitano, multiſq; uiris doctoribus eſſet

lecta, ac diligenter ab his, qui intelligere poterant in linguā eius propriam interpretata, multū de eius exhortatione gauiſus eſſe perhibetur, ita ut ſurgens de medio optimatū ſuorum conſeſſu, genua flecteret in terram, Deo gratias agens, ꝙ tale munuſculū de terra Anglorum mereretur accipere. Equidē & antea noui, inquit, quia hæc erat uera paſchæ celebratio, ſed in tantū moderationem huius temporis obſeruandi cognoſco, ut parum mihi omnimodis uidear de his antea intellexiſſe. Vnde palam profiteor, uobisq́ qui aſsidetis præſentibus proteſtor, quia hoc obſeruare tempus paſchæ cum uniuerſa mea gente perpetuo uolo: Hancq́ accipere debere tonſuram, quam plenā eſſe rationis audimus, omnes qui in meo regno ſunt, clericos decerno. Nec mora, ꝙ dixerat, regia authoritate ꝑfecit. Statim nā que iuſſu publico mittebantur ad tranſcribendū, diſcendum, obſeruandū per uniuerſas pictorum prouincias circuli paſchæ decennoualis, obliteratis per omnia erroneis LXXXIIIJ. annorum circulis. Attondebantur omnes in coronā miniſtri altaris ac monachi. Et quaſi nouo diſcipulatui beatiſsimi apoſtolorum principis Petri ſubdita, eiusque tutanda patrocinio gens correta gaudebat.

Nec multo poſt illi quoq́, qui inſulam Hu incolebant, monachi Scotticæ nationis, cum his, qui erant ſubditi monaſterijs, ad ritum paſchę ac tōſurę canonicū Domino procurante perducti ſunt. Siquidē anno ab incarnatione Domini. Septingēteſimo ſexto decimo, quo Oſredo Occiſo Cœnredus gubernacula regni Nordanhimbrorū ſuſcepit, Cum ueniſſet ad eos de Hibernia Deo amabilis, & cū omni honorificentia nominandus pater ac ſacerdos Ecgberecht, cuius ſuperius memoriā ſępius fecimus, honorifice ab eis, & multo cum gaudio ſuſceptus eſt, qui quoniam & doctor ſuauiſsimus, & eorū quę agenda docebat, erat executor deuotiſsimus, libenter auditus ab uniuerſis, immutauit pijs, ac ſedulis exhortationibus inueteratam illam traditionem parentum eoꝝ, de quibus apoſtolicum illū licet proferre ſermonem, quod emulationem Dei habebant, ſed non ſecundū ſcientiam: catholicoq́ illos atq́ apoſtolico more celebrationem, ut diximus, pręcipuę ſolennitatis, ſub figura coronę perpetis agere perdocuit. Quod mira diuinę conſtat factum diſpenſatione pietatis, ut quoniam gēs illa, quā nouerat ſcientiam diuinæ cognitionis, libenter ac ſine inuidia populis Anglorū communicare curauit; ipſa quoq́ poſt modum per gentē Anglorum in eis, quæ minus habuerat, ad perfectam uiuendi normā perueniret. Sicut e contra Britones, qui nolebāt Anglis eam quam habebāt fidei Chriſtianæ notitiā pandere, credentibus iam populis Anglorū, & in regula fidei catholicæ per omnia inſtructis, ipſe adhuc inueterati & claudicantes a ſemitis ſuis & capita ferri ſine corona prætendunt, & ſolennia Chriſti ſine eccleſiaſtica Chriſti ſocietate uenerantur. Suſceperunt autem Huenſes monachi docente Ecgberechto ritus uiuendi catholicos ſub abbate Duumchado, poſt annos circiter LXXX. ex quo ad prædicandum genti Anglorum Aidanum miſerunt antiſtitem.

Manſit autē uir Domini Ecgberecht annos xiij. in præfata inſula, quā ipſe uelut noua quadam relucente gratia eccleſiaſticæ ſocietatis, & pacis, Chriſto conſecrauerat. Anno uero incarnationis dominicæ. DCCXXIX. quo paſcha dominicū octauo kal. Maij die celebrabatur, cum miſſarum ſolennia in memoriā eiuſdem dominicæ reſurrectionis celebraſſet, eodem

die & ipſe migrauit ad Dominũ, ac gaudium ſummæ feſtiuitatis, quod cũ fratribus quos ad unitatis gratiam conuerterat inchoauit, cum 17 domino, & apoſtolis, cæteriſq́; cœli ciuibus compleuit; imo id ipſum celebrare ſine fine non deſinit. 17

Anima sãcti uiri iuit ad cœlum.

Mira autem diuinæ diſpenſatio prouiſionis erat, quod uenerabilis uir non ſolum in paſcha tranſiuit de hoc mundo ad patrem, uerũ etiam cũ eo die paſcha celebraretur, quo nunquã prius in eis locis celebrari ſolebat. Gaudebant autẽ fratres de cognitione certa & catholica tẽporis paſchalis; lætabantur de patrocinio pergentis ad Dominũ patris, per quem fuerant correcti. Gratulabatur ille quod eatenus in carne ſeruatus eſt, donec illum paſchalem diem ſuos auditores, quem ſemper antea uitabant, ſuſcipere, ac ſecum agere uideret. Sicque certus de illorum correctione reuerẽdiſsimus pater exultauit ut uideret diem domini, uidit & gauiſus eſt.

VITA SANCTORVM PRIMITIVÆ ECCLEſiæ Monachorum per D. Ephræm Ediſſenæ Eccleſiæ diaconum ſcripta.

Eſt ſermo primus in libro ſermonum eius.

DOlor me compellit edicere, & infirmitas mea cõminatur mihi, ut ſileam. Mœrores me proloqui uehementer perurgent, & deiecta mea ſilentium me habere compellunt. Quia ergo ab utroq; coarctor, expedit mihi enarrare magis, ut dolorum cordis mei quoddam refrigerium capiam. Animus meus ſauciatus eſt, & oculi mei lachrymas concupiſcunt. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut pro uulneribus animę meę indeſinẽter diebus ac noctibus fleã? Necnon & iam inſtitutionis noſtrę deſidia & mollicies, quę temporibus noſtris effecta eſt tepida, qũo repleta eſt uulneribus, & ignorat? Elatio ſi quidem eius, qualitatem uulnerum ſuorum conſiderare non ſinit, ne quando poſsit recipere ſanitatem.

Nam inſtitutionem 1 illam ſanctam quę fuerat in diebus patrum noſtroꝝ, quis digne narrare poſſet, qui in uniuerſam terram quaſi quędã luminaria refulſerunt? Conuerſabant quippe in ea quaſi inter ſpinas & tribulos, hęreticoꝝ uidelicet, atq; impiorũ, quaſi precioſi lapides, ac ſplendidę margaritę. Quoꝝ conuerſationẽ meminiſſe caſtam ac ſobriam, ædificatio eſt. Ipſi enim inimici eoꝝ attendentes, imitatores eorum fieri geſtiebant. Quis enim humilitatem eorũ cernens, non protinus compungebatur? Aut quis eorũ modeſtiam aut quietẽ intuens, non confeſtim admirando obſtupuit? Si quis amator pecuniaꝝ, parſimoniam & ęrumnam ac nuditatem eorũ aſpiciens, non totũ mundum odio habuit ac diſpexit? Quis fraudator aut arrogans, ſobriam eorũ uitam attendens, non ilico ad ęquitatem ſemetipſum conuertit? Quis autem fornicator aut prophanus, orationi eos cernens inſiſtere, non ſtatim caſtam ac pudicam ſectatus eſt uitam? Quis uero iracundus ac furore plenus, eoꝝ modeſtiam intuens, non omnem rancoris amaritudinẽ commutauit? Hic enim in carne poſiti certauerunt, nunc autem ibi conſtituti, lętantur, quia Deus glorię requieuit in eis, & homines ędificationem animæ per eos inuenerunt.

1

Tu qui detrahis Monachis, uide antiquorum illorum uitam, & confundere.

Noſtra aũt inſtitutio rectas deſerẽs uias, ꝑ pręrupta & aſpera incendit itinera. Non eſt enim hoc tempore qui propter deũ a facultatibus ſuis ab

ſcedat,neq; qui ob æternã uitam renunciet ſeculo, & aliꝭ ſemetipſum ſubiꝭciat,ut humilitatẽ Chriſti per illorũ doctrinam diſcere poſsit. Non eſt mitis neq; humilis,uon eſt quietus, non eſt diſciplinatus aut firmiter ſtabilitus,nec eſt qui iniuriam perpeſſus ſuſtineat, non eſt, cui ſi maledicatur, patienter ſufferat. Verũ omnes ſunt contradictores, omnes iracundi atq; furibundi,& omnes pigritia torpentes, omnes ad amaritudinem prõpti, & omnes ad ornatum ueſtiũ faciles,omnes inanis gloriæ cupidi,omnesq; uani,ſui amatores ac tumidi. Etenim qui uenit inſtitui,ante quam inſtituatur,alios inſtituere cupit,& docere antequam diſcat,appetit. Priuſquam erudiat,promulgare uult iura ac leges,& antequã diſcat ordines ſyllabarũ,philoſophari incipit. Priuſquam ſubiꝭciatur prọ ſalute animæ ſuæ, uult habere ſubiectos,& antequam maiorũ iuſsis obtemperet, arripit iubentis officiũ,& antequam rationẽ et uirtutem diſcretionis iuſtruatur,inſtruere cupit ac monere uſurpat. Si autem quis prouectior ſit, aut in gradu præceſſerit,cũ authoritate quadã inſolenter in moribus imperat, ſin autem iunior,contradicit atq; reluctatur ſenioribus. Si autem ex locuplete fuerit, honorẽ ſibi uſurpat expetere, quia Chriſtũ humilem & obedientem uſq; ad mortem ſuperbus imitari dedignatur. Si uero ex inope, de requie ſciſcitatur, ſi autem operarius fuerit, digitos continuo ſtudet teneros ac delicatos habere.

Quis eſt itaq; dilectiſsimi,qui noſtram inſtitutionem non defleat? Ab renunciantes ſiquidẽ ſeculo,quæ terrena ſunt,ſentimus, loquimur, cogitamus & ſapimus. Et quidẽ agricolæ contemnunt terram, & nos qui uidemur ſpirituales eſſe, colligati ſumus in ea. Ad rẽ precioſam uocati ſumus, & ubi aduenimus ignoramus. O fratres chariſsimi,ad quid uenimus? Ad continentiã uocati ſumus, & eſcarum exquiſitarũ delitias excogitamus,& induſtriã adhibemus. In nuditatem uenimus & de amictu ueſtimentorũ contendimus,& de eorũ ſplendore ſoliciti ſumus. In ſubiectionem uocati ſumus, & imperantibus contradicimus. In modeſtiam, manſuetudinem, humilitatem & quietem uenimus, & omnes quaſi feræ agreſtes efficimur.

Eſt ſermo eius de Aſceſi qui habetur To. 2. operum eius ſol. 6.

VITA MONACHORVM TEMPORE DIVI Baſiliꝭ per eundem deſcripta.

1 Tu qui dicis Monachiſmum eſſe nouitiũ inſtitutum & quod antiqui Monachi non utebantur eo modo uiuẽdi quo nunc utũtur boni & ueri religioſi,lege quæ hic ſequuntur omnia, & uidebis in quantis errorum tenebris uerſere hæc effutiens.

MOnachum 1 oportet cum primis nihil in uita, quod iuris ſui proprium ſit,poſsidere,corpus quietũ, habitum non ſordentẽ ſed honeſtũ,uocem moderatam,ſermonem compoſitũ habere,in cibo, potioneq; minime turbulentũ eſſe,ſedatumq; potius,& grauem, corã natu ſe maioribus ſilere,prudentiores ſe auſcultare, aduerſus æquales charitatem tenere,minoribus conſiliũ cum charitate dare, ab hominibus ſe nequam,eſt carni deditis, curioſis & nimio plus cupidis rerum gerẽdarum abducere,multa intelligere,pauca loqui,in ſermone non præſidentem aut temerariũ eſſe,neq; in colloquiꝭs nimium,non eſſe ad riſum procliuem,uerecundia ſeſe commendare,oculos habere ad terram deiectos, animũ ad cœlum erectũ, non ſuperiorũ imperio repugnare, ſed alacri ac libenti animo obtemperare,manibus laborare,aſsidue nouiſsimorũ meminiſſe, ſpe gaudere,in tribulatione patientiam adhibere,continenter orare, in omnibus

bus gratias agere, aduerſus omnes humilitatem tenere, odiſſe arrogantiã, ſobriũ eſſe, peruigilem & attentum, & cor a prauis cogitationibus caſtũ cuſtodire, in cœlo ſibi per mandatorũ obſeruationem theſauros recondere quotidianas ſuas & cogitationes, & actiones omnes diligenter examinare, neutiquam ſe uitæ huius negocijs, aut ſuperuacaneis ſermonibus immiſcere, non curioſius in deſidiũ uitam inquirere, ſanctorumq́ſolum patrum uiuendi inſtituta imitari, ſi quos recte, aut cũ uirtute aliquid facientes uiderit, illis gratulari, non item inuidere, eiſdem in aduerſis ſociũ mœroris eſſe, & lachrymarũ, & qui in eo ſtatu ſint, eorũ uicem magnopere miſereri, non etiam condemnare, a peccato reſipiſcentem probris non inſectari, ſeipſum nunquam iuſtificare, peccatorẽq́ ſe in primis, & corã Deo, & coram hominibus appellare, ordinem deſerentes admonere puſillanimes conſolari, miniſtrare infirmis, pedes ſanctorũ lauare, in hoſpitalitate amoreq́ fraterno diligentem eſſe, cũ conſortibus & domeſticis fidei pacẽ tenere, hæreticum hominẽ auerſari ac deuitare, approbatos libros lectitare, apocryphos ne attingere quidem omnino.

De patre & filio, & ſpirituſancto cũ nemine diſputare. Sed Trinitatem increatam coeſſentialem firme, libereq́, & credere & confiteri, & ſe percontantibus ſic reſpondere. Oportere nos, ſicut traditum accepimus baptizari, credere autẽ eo modo, quo baptizati ſimus, glorificare uero quẽadmodũ credidimus, negocijs & ſermonibus honeſtis uerſari, prorſus ab omni ſe iureiurando abſtinere, pecuniam ad uſuram non dare, non frumẽtũ, non uinum, non oleum, ut maiore ſibi menſura reddantur, a crapula ſe & ebrietate, & caducæ uitæ huius ſolicitudinibus temperare, nihil in conſuetudine cũ alijs per dolum agere, nihil omnino de aliquo ſecus loqui, nemini detrahere, neq; detrahentem aliũ libenter audire, non facilem eſſe ad ea credenda quæ de altero ſecus dicantur, iracundiam ſibi dominari non ſinere, non praua cupiditate ulla uinctũ detineri, non temere proximo ſuc cenſere, conceptæ aduerſus aliquem iræ tenacior ne ſis, non malũ pro malo reddere, maledictis inceſsi potius quam inceſſere, pulſari, quam pulſare, iniuriam accipere, quam facere, fraudari, quam fraudare.

Potiſsimum autem debet ſe monachus a congreſsione mulierum abſtinere, itemq́ a uini uſu, quia uinũ, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & in præceptis domini pro uiribus exequendis, nequaquam animum deſpondere, tædio anxie affici, ſed laborum ſuorũ præmium, laudemq́ a domino expectare, & ſempiternæ uitæ optare fruitionem, & Dauid uerba illa aſsidue ante oculos habere, ac dicere; Prouidebam dominum in cõſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear, & ut filiũ quidem addecet, toto corde, totaq́ fortitudine, menteq́ tota, ac uiribus Deum diligere, ut ſeruum uero reuereri, ac metuere, obedireq́, & cum timore, ac tremore animę ſuæ ſalutem operari, ſpiritu feruere, indutum eſſe omnimodam armaturam ſpirituſſancti, & currere non in incertum, & pugnare non tanquam qui aërem uerberet, & in corporis infirmitate, & animi mendicitate: aduerſarium ſuperare, omnia ſibi aſsignata, & ex ordine præſcripta munera exequi, & ſe inutilem appellare, gratias agere ſancto et glorioſo ac metuendo Deo, nihil per contentionem aut inanis gloriæ ſtudium facere, ſed Dei cauſa tantummodo, ut placeat Deo. Quoniam diſsipauit Deus oſſa eorũ, qui placere hominibus, ſtudent prorſus nunquã glo

riati,neq; ſuimetipſius laudes prædicare, neq; prædicanti alteri aures libē ter præbere,in occultoq; non aucupandæ laudis cauſa humanæ,omnia fa cientem ſeruire,ac ſolam,quæ a Deo eſt,laudem quærere,deq; honorifico glorioſoq; eius aduentu cogitare, de migratione ex hac uita, de repoſitis ijs,qui recte uixerint bonis, ſimiliterq; de parato igne,diabolo & angelis eius,& præter hæc omnia, apoſtoli uerba illa in memoria habere, Non

2 Si cuſtodientibus mādata Domini datur multa retributio, merces copioſa, & corona iuſtitiæ, ergo homines habent meritum apud Deum. Quod tamen ſemper intellige ex dono & gratia eius, & non aliter.

eſſe condignas paſsiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuela bitur in nobis,& illud una cū Dauid dicere, Cuſtodientibus 2 mandata eius retributio multa,merces nimirum illa copioſa eſt, & coronæ iuſtitię, æterna tabernacula, uita finem nunquam habitura, gaudium inenarrabile,perpetua manſio apud patrem & filium & ſpiritum ſanctum, qui eſt uerus in cœlo Deus,faciei ad faciem manifeſtatio,choreæ cum angelis,cū patribus.cum patriarchis,cum prophetis,cū apoſtolis, cum martyribus, cum confeſſoribus,cū omnibus denicq;,qui ab ęterno placuerunt Deo, in quorū numero ſtudioſe quæſo operā demus, ut nos quoq; cenſeri poſsimus,& inueniri gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum Amen.

Eſt ſermo eiuſdem de inſtitutione Monachorum To.2.fol.39.

ITEM DE EISDEM PER eundem Diuum Baſilium.

3 Vide quale ſit Monachi propoſitum, & an ſit illud quod noſtri temporis hæretici mētiuntur.

Monachorum uitæ ratio 3 unum ſibi tantummodo propoſitū habet,animæ ſalutem,& quicquid prodeſſe ad eū finem poteſt, id ut tanquam Dei mandatū cum timore obſeruet. Neq; enim ipſa Dei mandata quicquam aliud ſpectant,niſi,ut ſalutem adipiſcatur is,qui ipſis auſcultauerit. Conuenit igit̄ ut quemadmodū qui in balneum ingrediuntur,ueſtimentis ſe omnibus denudant,ita & qui colendę pietatis cau

4 Ecce quomodo uero monacho neceſſaria eſt Euangelica paupertas, quæ eſt rerū, pecuniarum & affectionum omnium ultronea renunciatio.

ſa ad ſolitariam uitam accedunt, omni 4 rerū uitæ huius materia exuti, genus uitæ,quod eſt ſecundū philoſophiam,ingrediantur. In hoc autem il lud caput eſt,& in quo pręcipue elaborare Chriſtianus debet,uitioſas animi affectiones,diuerſas ac uarias,quibus illius anima infici ſolet, abſe ſegregare. Deinde oportet, ut qui ad excellens hoc & ſublime uitæ genus aſpirat, is pecunia ſua omni ſe ſpoliet. Siquidem earum rerum, quæ ſunt cum materia coniunctæ,ſolicitudo,procuratioq; magnopere mentem atque animum diſtrahunt.

Quoties igitur plures inuenti fuerint, qui eodem ſibi cuncti propoſito fine,uitam unà inter ſe agere decreuerint, hoc cū primis firme tenere illi debent,ut cunctorū una omnino mens ſit, & uoluntas una, & idem prorſus deſideriū, & ut,iuxta legem quam ſancit apoſtolus, omnis quæ in unum conuenerit,multitudo,corpus unū efficiatur, ex diſsimilibus inter ſe mem

5 Vides qd' uerus Monachus nihil poſsidet quaſi proprium et peculiare,etiam ſi ueſtimentum ſit, aut uas, aut aliquid eorum q̄ uitæ ſociali cōducūt &

bris coagmentatū. Hoc autem aliter nullo modo legitime confici poteſt, niſi apud eos illud probe ſtabilitū teneatur, ut 5 nihil quicquam ſuū cuiuſquam eſſe præciſe & peculiariter dicat̄,non ueſtimentum, non uas, nō aliud quippiam eorū, quę ad ſocietatem uitæ conducunt,ea re, ut ſingula hæc utilitati cōmuni,non autem priuato ſibi uendicantis cōmodo ſeruiāt. Et quemadmodum ueſtimentū, quod contractius eſt,amplioris ſtaturæ corpori conuenire non poteſt,itemq; contra,quod iuſtæ ſtaturę habile eſ ſet,id exiguo corpori non conuenit,ſed quicquid unicuiq; aptū eſt, id uti-

le eſt,& commodũ,item quoq; ſeruari in reliquis rebus idem debet, ut lectus uidelicet,ut ſtragulę ueſtes,ut calidũ indumentum,calceamentumq; eius ſint,quibus ualde his opus ſit,non autem eius qui illa poſsideat. Vt enim medicamento non is utitur, qui ſanus eſt,ſed qui ſautius,ſic ĳs etiam quę leuandi cauſa corporis inuenta ſunt,is uti debet, non qui delicatulus eſt, ſed qui imbecillus.

Quoniam autē uaria ſunt hominũ ingenia, neq; ſimiliter de rebus utilibus omnes iudicant,tollēdę cauſa omnis,quę oriri poſſet, perturbationis, ſi unuſquiſq; uidelicet eũ maxime ſequi ritũ uellet,quem adamaſſet,illud curandũ eſt,ut qui omnium teſtimonio omnibus in rebus prudētia,& grauitate,uitęq; ſanctitate,cęteris omnibus pręſtare iudicatus fuerit,hic deligatur,qui cęteris pręſit,quo uidelicet uirtutis, quę in ipſo ſit,fructus promiſcuè in cunctos redundet, qui eũ ſunt imitati. Vt enim ſi plures pictores, omnes ſeparatim quiſq; unius oris alicuius formam effingant, effictæ illæ omnes imagines ſimiles inter ſe ſint, eodem modo ſi multiplicia multorũ ingenia animi unius alicuius conſtantes mores ſibi imitandos propoſuerint,pręclarę in cunctis uitæ forma eluceat neceſſe eſt.

Delata igitur ad unum quempiam de communi omniũ conſenſu, poteſtate,priuatæ cuiuſq; ſeparatim omnes faceſſere uoluntates debēt, ſeſeq; cuncti deinceps,ad magiſtri ſui mentem conformare,& pręcepto apoſtoli obtemperare,qui excellentioribus poteſtatibus ſubiectos eſſe omnes iubet,cum qui ipſis reſtiterint, ipſi ſibiĳpſis damnationem inueniant. Porrò 6 uera perfectaq; ſubiectorum aduerſus moderatorem ordinis obedientia in eo cernit, ſiquis ex eius conſilio non à rebus modo flagitioſis abſtineat,ſed ſi ne ea quidem,quę laudabilia ſunt,ſine ſententia illius faciat. Nā abſtinentia, & omnis corporis incommodorũ perpeſsio,utiliter hæc quidem comparata,ad aliquid ſunt,at ſiquis proprię obſequens uolũtati ſpretis conſiliĳs antiſtitis ſui,id facere uoluerit,quicquid ipſi collibitum ſit, hic plus erit, quod faciet mali,quàm quod boni. Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,& 7 pręmium obedientię maius debetur,quam rectè facto cum continentia.

6 Ecce ſecundum uotũ in monacho, quod eſt abſoluta in omnibus ſuperiori praſtanda obedientia.

7 Maius pramium debetur obediētiæ, quã rectè facto cum continentia.

Porro nihilominus communi ęqualiq; inter ſe omnes charitate eſſe animati debent,atq; naturaliter homo quiſq; aduerſus ſua ipſius mēbra eſt, quilibet enim ęqualiter ſanum totũ ſuum corpus uult, quãdo læſo uno aliquo membro dolor ex eo in totũ corpus redundat. Verum enim ſicut in nobiſipſis, & ſi ſingularum corporis noſtri partium dolor, æquè in totũ corpus permaneat, ſunt tamen membra alia aliĳs nobiliora(neq; enim ſimiliter affecti ſumus,& cũ ex oculo & cum ex pedis digito laboramus, etiam ſi utrinq; iuxta angat dolor) ſic quoq; in cuncto cōuentu ſeruari debet, ut uidelicet cum æqualiter miſericordia ex malis cuiuſq; moneamur, & ſimiliter charitate aduerſus omnes ſimus propenſi nihilominus tamen ĳs, qui utiliores ſint,maiorem ut æquum eſt,honorem habeamus.

Quoniam autem æquali prorſus inter ſe uiciſsim charitate complecti omnes debent, iuſtitia uiolatur quotieſcunq; in cōmuni conuentu priuatæ aliquę coitiones reperiuntur,aut ſodalitates. Qui enim unum aliquem magis q̃ cęteros diligit,is, quod nō perfecte cæteros diligat de ſeipſos indicio eſt. Quo circa ſimiliter ex conuentu reĳcienda ſunt, & turpis & indecora content io,atq; amor iſte ſingularis. Siquidem ex contentione ini

micitiæ,ex amore autem ſingulari ſodalitateq́;,ſuſpiciones, inuidiæq́;' oriũtur. Vbiq́; enim ęqualitatis defraudatio,inuidiæ odijq́;' materia,ac ſeminarium exiſtit ijs,qui ea defraudantur. Quare factum eſt ut præceptũ etiam à domino nobis ſit, ut bonitatem imitemur illius, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper iniuſtos nihilominus atq́; ſuper iuſtos. Quemadmodũ igitur Deus promiſcue omnibus lucem impartitur, ſic imitatores Dei,charitatis ipſorum radium æqualiter communicare omnibus debent, quandoquidẽ ubi deliquiũ patitur charitas,eo prorſus eius loco odium ſuccedit. Quod ſi ut Ioannes ait, Deus charitas eſt,ſine dubio neceſſe eſt diabolũ odium eſſe. Vt igitur qui charitatem habet,is Deũ habet, ſic qui odium habet,is diabolum in ſeipſo nutrit. Quo circa ęqualis ſimilisq́;'ab omnibus tenenda aduerſus cunctos charitas eſt,unicuique autem ſeparatim pro cuiuſq́; decoro, honos habendus.

In his autem,quos hoc modo charitas inter ipſos coniunxerit, ac copularit,ad maioris amoris cumulũ conciliandum, nihilo plus momenti afferet naturalis ſanguinis neceſsitudo, neq́; ſi aliquis quidem frater alicuius germanus ſit,filiusue,aut filia, huic maiorem charitatem q̃ ceteris conſanguinitatis uinculum conciliabit. Qui enim in rebus huiuſmodi naturam ſequitur, is plane declarat ſeipſum nondum ex toto à naturali deſeciſſe affe-

8 ctu,ſed adhuc regi carnis imperio.Sermo futilis, & quę familiatibus ac mutuis congreſsionibus mentis importuna naſci ſolet diſtractio, prorſus exterminantor,at ſi quid ad animarum ædificationem utile ſit,de hoc tantummodo ſermo habeatur. Quin in ijs ipſis quoq́; quę utilia ſunt ordinis modeſtięq́;' & temporis ad loquendum idonei habenda ratio eſt, & quæ dicenda,ea ab ijs dici debent,quibus permiſſum ſit loqui.Quod ſi ex inferiorum numero aliquis ſit, is tandiu expectato, quoad à ſuperiore ad loquendum fuerit inuitatus.

Heus tu qui dicis antiquos monachos uagari ſolitos, & quandocunque noluiſſent, è monaſterio receſſiſſe.& iterum ad illud rediiſſe, fuiſſeque eis ſemper ire et redire liberum, uide quantum ſit mendacium tuum, cum nulli ex priſcis monachis licitum eſſet monaſterium exire, niſi propter neceſſitatem, idque ſtatuto quodam tempore.

Suſurrationes uero,atq́; in aurẽ locutiones, & quę per nutus fieri ſolẽt, ſignificationes,hęc omnia à fratrũ conuentu longiſsime ſubmouentur. Nã & detractionis ſuſpicionem habet ſuſurratio, atq́; nutu fit ſignificatio, ea fratri indicio eſt maliciosum aliquem dolum in re obſcure latere.Porro ex iſtiusmodi rebus odia, ſuſpicionesq́;' naſcuntur. Quoties uero de re inter ſe colloquiũ haberi conueniet, uocis modũ ipſis neceſsitas ipſa definiet; ut ſcilicet cũ eo qui propinquior ſit,preſsius agatur, qui autẽ remotior, is altiore aliquanto uoce appelletur. Illud autẽ ut aliquis in dando alicui cõſilio hortationeue de re aliqua adhibenda, maiore,aſperioreq́; utatur uocis ſono, hoc,ut res contumelioſa,è conuentu prorſus amouetur. Egredi 8 uero extra monaſterium, præter quam ubi ſtatutis temporibus neceſſitas poſtulauerit,nemini licitum eſto.

9 *Vide tu qui hoc negas, an etiam ante tempora Hieronymi fuerint monaſteria uirginum.*

Verum quoniã non uirorũ modo conuentus ſunt, 9 ſed etiam uirginũ cætera quidẽ omnia quæcunq́; hactenus præcepta tradidimus,ęque utrisque communia ſunt. Vnũ tamen illud ſcire conuenit,longe accuratiorem, maioremq́;' in fœminarũ uita,quam in uirorum, diſciplinam requiri, 10 ueluti uoluntariæ paupertatis uirtutẽ,quietem,atq́; ſilentiũ, obedientiam ſtudiũ in ſorores,cautionem in publicum prodeundi, diligentem quibus cum colloquiũ ſit animaduerſionem,parẽ inter ipſas mutuo beneuolentiã, & illud quod nulla ſeorſum apud eas conuenticula ſint. In his enim omnibus in uirginũ uita accurandis,maiore quodã multo opus eſt ſtudio.Por-

10 *Ecce uirtutum omnium quæ religioſorũ propriæ ſunt catalogus.*

ro cui

ro cui communis diſciplinæ commiſſa moderatio fuerit, ea non quæ iucunda ſororibus ſint, quærito, neq; illud ſtudeto, ut illarum cupiditatis gratificetur, ſed illud agito ſemper, ut retenta grauitate, ſeueritateq́;, ſe illæ & metuant ſimul, & reuereantur. Siquidē ſcire illud debet eorum omniū, quæ in communi cōmiſſa delicta fuerint, rationem ſe apud Deū reddituram. Similiter q́; ſorores ipſæ totius congregationis neutiquā à magiſtra ſua illa quærunto, quæ ſuauia, ſed quæ utilia ſint, ac fructuoſa, neq; de ĳs quæ ſibi imperentur, litigioſæ cū ea diſputanto. Huiuſmodi enim conſuetudo meditatio quedā, acuia eſt ad rebellionem, ſed ſicut præceptis domini, reiecta omni diſceptatione, autoritatē ſummam tribuimus, ſcientes quod omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, etiam utilis eſt, ſic ſorores quoq; iuſſa antiſtitis ſuæ omni cū animi expletione ſuſcipiunto omniaq́; quæ ſibi data ab illa conſilia fuerint, alacri animo exequuntor, non ex triſtitia, neceſsitateue, ut uidelicet ipſarum obedientia mercedē promereatur. Neq; uero modo in eo conſilĳs illius obtemperanto, cū ea doceantur quę ad maiorem quandā arctioris diſciplinę ſeueritatem ſpectent, uerū in eo etiam ipſi auſcultanto, quandocunq; uel à ieiunio ceſſare, uel idoneū ad reficiēdas amiſſas uires cibū ſumere ipſas iuſſerit, aut aliud quippiam eorum, quę ad laborum leuamen pertineant, ita poſtulante uſu, faciendum adhortetur, cū illud planiſsime ſibi habeant perſuaſum, legem eſſe, quicquid ab illa dicatur.

Quoties uero ex neceſsitate aliqua inciderit ut de re aliqua earum, quę quotidianus uitę uſus requirit, facienda uerba ſint apud uirum aliquem, ſiue apud eū, cuius procuratio illa ſit propria, ſiue apud aliū quemuis, cuius ad id quod quęritur, utilis eſſe opera poſsit, ſane eſſe antiſtes ipſa debet, quę loquatur, adhibitis ſecū de ſororum numero una, alteraue; quę propter ſpectatam ipſarum ſuperioris uitę probitatem, & ętatis maturitatem, ſine periculo in conſpectum & colloquium uenire alicuius poſsint. Si uero ſit aliqua, cui ipſi ſeorſum utile aliquid in mentem uenerit quod dicat, hęc de eo cum magiſtra communicato, atque ita quod dicendum fuerit, per illam dicetur.

VITA SANCTORVM MONACHORVM TEMpore Diui Ioannis Chryſoſtomi uiuentium, per eundem conſcripta.

Habetur in ſermone xx. inter xxxv. ſermones eiuſdem To. 2. cui eſt inſcriptio. Quod diſpenſatio rerum tuarum, per te ipſum exequenda ſit fol. 317.

ESto ad orandū diligentio, ſanctornm uirorum curam ſuſcipito, eorum dico, qui uere ſunt ſancti, qui in ſolitudinibus conſidunt, qui emendicare nequeunt, qui Deo adhærent. Inter longius ſuſcipe, tum & tua alĳs impartire, plurimum, enim utilitatis afferet iſtiuſmodi per te datio.

Spectabis enim in ea eremo tuguriolum, uidebis & diuerſorium, oculis ſolitudinē luſtrabis, ita ut cum illo per cauſam pecunias dilargiendi cōceſſeris, & animam plerunq; des integre, detentuq́; efficiere illis cōſeruus, & hoc ſeculo alienus, & hoſpes. Magnum quidem & præclarum eſt, pauperes intueri & inuiſere. Melius enim eſt, inquit, ingredi domum luctus, quam domū lætitię, inde nanq; incenditur ad uirtutem animus. Nam ſi laſciuientibus cæteris & ipſe arriſeris, erit id tibi quædam ad luxum, & incōtinentiam incitatio, ſin autē, mœſtitia corripieris. In domo autē luctus, nihil eiuſmodi, nam ſi delitiæ deerunt, dolore carebis. ſi uero inerunt, abſti-

nebis. Certiſsimę lachrymarum,ſedes monaſteria ſunt,ubi ſaccus & cinis,
1 ubi ſolitudo,ubi riſus nullus,uel rerum præſentium obturbatio, ubi ie-
iunium,& humi cubatio. Sunt nanq; ibi omnia nidore,et illecebris uacua,
& quanuis interpellatione & inquietudine libera, inſuper portus trãqui-
liſsimi ſunt,quos qui inhabitãt,ueluti ignes ſunt, qui cũ e loco editori emi
cent,lucem uel eminus aduentantibus exhibent, cumq; uel in portu reſede
rint, cæteros ad ſuam alliciunt tranquillitatẽ neq; ſe intuentes pati nauſra
gium ſinunt,uel in tenebris degere,qui ad ſe oculos intenderint.

1 Vide quam mira dicat ſanctus pater de religioſa monachorũ conuerſatione, de abſtinentia & parcitate ueſtitus et uictus, ac illorum bono exẽplo. Ex quo conijcere poteris, qui monachis detrahunt, eſſe improbiſsimos homines, & a uera pietate prorſus alienos.

Aditos itaq; iſtiuſmodi uiros, utere eorũ contubernio,accedito inquã,
& ſanctorum pedes amplexare, quos prehenſare longe uenerabilius eſt,
quam aliorũ complecti caput. Dic mihi complectuntur nonnulli ſtatuarũ
pedes,quoniam figuram,& imaginem preferant imperatoris tu ne,illum
qui Chriſtum continet tenebris à pedibus? Sancti itaque ſunt iſtiuſmodi
pedes,uel ſi uiliſsimi fuerint,inquinatorum uero neq; caput ipſum honore
dignum. Siquidẽ ſanctorum pedes permagna operati ſunt, nam & excru-
ciare ſolent,cũ à ſe excuſſerint puluerem. Cũ igitur quiſpiam ſanctus apud
nos fuerit, nihil uile illius ducemus. Sancti enim ſunt omnes 2 qui ut re
cte credunt & uixerint,uel ſi nulla ædiderint ſigna, uel dæmones eiecerint,
ſancti ſunt etenim.

2 Audis hæretice, quod sãcti ſunt omnes, qui ut recte credunt & uiuunt. Qui ergo ut recte credunt non uiuunt, omnino ſancti non ſunt, nec erunt.

Ad monaſterium ſancti uiri diuertere, tale eſt quale foret e terris ad cę
los,ſubuolare,nõ enim tibi in eo licebit,quæ domi plerunq; intueri, nam,
& monachorũ cœtus ille perpurus eſt,ſilentiumq; apud eos, & quies plu
rima. Hoc meum tuũ longe abeſt,apud quos,ſi ad diem unum, ſeu binos
manſeris,eo maiorem ſenties uoluptatem, cum enim primum dies illuxe-
rit,quinimmo ante ipſius diei lucem,ædidit uocem gallus, nihil tum ibi ſi-
mile ſpectabis,quod domi ſolemus,ſtertunt ſerui & familia, erunt occlu-
ſæ fores,mortuis omnes ſimilimi præ ſomno uidebuntur, quatiat & aſina-
rius tintinnabula. Sed mox omnes per monaſterij præſidem excitati, ſom
no excuſſo,modeſte conſurgunt,ſtatuenteſq; ſanctum illum chorum,ſta-
timq; tollentes manus, 3 ſacros decãtant hymnos,neq; enim ut nos ex-
cutiendo ſomno,& ſopore multo,horarum longiori indigent ſpacio. Ipſi
enim ſimul ac e ſtratis attollimur, ad multam horam oſcitando, & cor-
pus diſtrahendo reſidemus, mox ad ſecretum accedimus egerendi gratia.
deinde manus,faciemq; abluimus,poſt hęc ueſtem induimus, & calceos,
hoc pacto temporis plurimum teritur. Apud hos autẽ nihil huiuſmodi,ne
mo ſeruum euocat, cum quiſq; ſibi faciat ſatis, non multis indiget indu-
mentis,nec ſomni excuſſore opus habet,ſed ut primũ aperuit oculos, præ
abſtinentia ſimilis apparet ei,qui multum, ac diu uigilauerit. Nam cum
nullo cor fuerit cibo grauatum,aut ſuffuſum, nec longius illi neceſſarium
eſt ad leuandum tempus,quin leuior ocyus ſe,& terſis manibus attolit.

3 Sacros decãtant hymnos.

Somnus præterea illis modeſtus eſt,& ſobrius, nemo enim ibi ſterten
tem quempiam uiderit,aut anhelantem, neque inter quietem corpore ia-
ctabundum,uel nudũ,ſed dormiunt ſane cubantes modeſtius, quam uigi
lent cæteri, quod profecto e quadã bene inſtituti animi moderatione effi-
4 citur. Hi proculdubio, & ſancti ſunt, & inter homines angeli habendi. Plu
rimus enim Dei timor areto, & profundo ſomno haud quaquam eos ſi-
nit ſoporata mente mergi, quin leuior ille duntaxat imminet ad quietem,
aqua uel eorum inſomnia minus aliena, ſunt enim uanis, & monſtruoſis

4 Si ſancti ſunt monachi, & inter angelos habendi, quomodo in

imaginibus,uel præſtigijs uacua. Vnde,ut diximus, ædente gallo uocem, cum monaſterij præpoſitus uel unum pede pupugerit, omnes excitauit, neq; enim ibi nudos cubare fas eſt,inde expergefacti,ilico ſtantes prophe ticos hymnos,concinnitate ſumma,& modulatis carminibus decantant, eo modulatu & ſymphonia,ut neq; cithara,neq; fiſtulę ullę, neque aliud muſicum id genus inſtrumentū,talem ędat ſonum,qualem audire licet integerrimis uiris illis,altiori quadam quiete, & animi tranquillitate ſuccinentibus,qui 5 cantus & ſuauitate referti ſunt, & diuino amore oppleti.In noctibus,inquit,extollite manus ueſtras ad Deū,et illud, Vigilat anima mea ad te Deus,quoniam lux ſunt pręcepta tua in terra.Item & Dauitici cantus quam multos lachrymarū concitant fontes,cum canens Dauid illud pronunciat,Defatigatus ſum in meo luctu,lauabo per noctes ſingulas lectum meū,& in lachrymis ſtratū meum rigabo.Et rurſum, Quoniam cinerem tanquam panem manducabam.Quid eſt homo,quoniam illius es memor?Homo uanitati factus eſt ſimilis, & dies noſtri tanquam umbra decedunt.Et illud, Ne timeas cum ditabitur homo,ſeu cum fuerit aucta gloria domus eius.Et qui habitare facit pares moribus in domo.Et ſepties in die laudaui te ſuper iudicia iuſtitiæ tuę. Et rurſum, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicijs æquitatis tuæ.Et illud,Deus erue animam meā de manu inferi. Et,ſi ambulauero in medio umbrę mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es. Item,Non timebo à timore nocturno,à ſagitta uolante in die, à negotio in tenebris perambulante,ab occurſu & dæmonio meridiano. Et æſtimati ſumus tanquam oues iugulationis.

re unquam reprehendi poterant? Quod ſi aliqui mali ſūt, damnatio, non inſtitutum.

5 *Ecce qualis monachorum cantus.*

Itaque oſcitantibus nobis,ocioſeque torpentibus, ſtertentibuſque,uel ſupinis cubantibus, & fallacias animo uerſantibus innumeras, 6 canunt illi iſtiuſmodi angelis una, laudate dominum de cœlis, concinentibus.At ubi primum dies illuxerit, quieſcunt illi,idque temporis quod nos ad laborem,illi habent ad quietem.Clareſcente uero die,cum per cauſam impenſas computandi,uel dimittendi ad forum alios euocamus, hicque principibus coram pœnas ueritus adſtat trepidus, alius ſe in tabernaculum confert,alius arti ſe, & operi cuius eſt gnarus accommodat, rurſum illi matutinas incœptant preces,& hinc ſe ad ſacrarum lectionem ſcripturarum conuertunt.

6 *Habes hic ſucceſsiue per ordinem ſeptem horas canonicas adorandum,etiam antiquis monachis fuiſſe in conſuetudine.*

Sunt & qui ſcribendi artem edocti,libros ſcriptitant,& deſtinatis cellulis ſe quiſque tacitus continet.Precationes poſtmodum, quæ tertia, ſexta,& nona hora,& ueſperi inſuper dicuntur,abſoluunt, ita ut quadripartita die ſingulis partibus, uarijs Deum laudibus honorent. Igitur uelcentibus,ridentibus,& laſciuientibus reliquis,ac multo cibo diſtento uentre diſtractis,hi ſeſe hymnis applicant,cum eis nondū cibi, & menſæ ſit tempus,neque illa horum ſenſibilium cura.Sumpto uero cibo,cum ſe primum quieti dederint,hiſdem incumbunt laudibus.Huius uero mūdi homines, uel dies dormitant,at illi & 7 noctes ducunt inſomnes, quare lucis progeniti merito poſſunt appellari,ſiquidem id tempus quod reliquis ſomnolentiæ maiorem in partem inſumunt, oneroſique ex cibo, & graues prodeunt,abſtinent hi,& impaſti manent,& orationibus ſtudent. Veſperi autem iterato ociantibus cæteris,certatimq; ad balneas properantibus, ad breue laboribus ſoluti, nulla ſeruorum excitata caterua, nullo per domū

7 *Sancti monachi & noctes ducebant inſomnes.*

diſcurſus,aut tumultu, neque uarijs & gulam irritantibus appoſitis epulis
8 diſcumbunt, 8 pane duntaxat plerique contenti,& ſale,alij oleo his adie-
Vide uictûs tenuitatem et parcitatem in ſanctis monachis. cto,& qui infirmiores fuerint,oleribus & leguminibus ueſcuntur.

Diuinis interea laudibus haud intermiſsis,cum paululum conſederint,
ſingulis ſtorijs,& 9 humi cubant,ad quietem ſolum, non ad delicias pa
9 ratis. Nullus ibi principum terror,nulla dominorum increpatio, neque ul
Vide & humi cubationes. la ſeruilis trepidatio eſt,nullus ibi fœmineus tumultus, nulla puerorũ ob-
turbatio,non multæ ſunt apud eos apothecæ,aut condendarum rerũ gra
tia parata loca,nulla abundans,& ſeruata ueſtis,auri, & argenti nihil,cu-
ſtodiæ nullæ,nullum ærarium, uel aliud iſtiuſmodi quippiam, ſed omnia
oratione, & diuinis laudibus, & fragrantia ſpiritali ſunt plena, nihil ibi
quod carni indulgeat.

Prædonum incurſus haud uerentur,cum nihil habeant, cuius poſsint ia
cturam pati,ſiquidem,& pecunijs carent,corpus tantum habent,& ani-
mam, hæc ſi diripiant, profuiſſe potius uiderentur, quam damni aliquid
intuliſſe,quãdo eſſent per eos his corporis uinculis ſoluti. Mihi enim, Pau
lus,inquit,uiuere Chriſtus eſt,& mori lucrum. Vox itaque exultationis in
tabernaculis iuſtorum. Nullus præterea ibi eiulatus, aut lamentatio exau
ditur,uel gemitus,uacat iſtiuſmodi mœrore domicilium illud, aut ulula-
tu,moriuntur ſane inter eos nonnulli,cum haudquaquam ſint corpore im-
10 mortales,neque tamen mortem pro morte ducunt.ſuos enim 10 canti-
Sancti hi uiri cum cãticis ſepeliunt ſuos mortuos. cis præmittunt mortuos,præcedere illos exiſtimantes,non emori.

Quod ſi è ſuis quempiam obiiſſe mortem enuncietur, gaudio ſummo,
& lætitia afficiuntur,quinimmo, neque illum audebit quiſpiam 11 mor-
11 tuum appellare,ſed uiuendi finem feciſſe dicet. Proinde gratiarum actio,di
Non audent ſuos mortuos appellare, ſed ſinem uiuendi feciſſe dicunt. uina affatim laus & ſuauitas oritur,optantibus ſingulis ſe talem uitæ finẽ
habituros,eoque modo ſeculi huius certamen excedere,ab agoneque hoc
& laboribus requieſcere,& Chriſtum ipſum intueri.

At ſi quis eorum ægrotauerit,nullæ exprimuntur lachrymæ,nullus ge
mitus,ſed orationi iterato incumbitur,nulla medicorũ manu, ſed fide tan-
tum plerunque ſubleuatur, & ægrotus conualeſcit, quod ſi uel medico
opus habuerit, permagna patientia ac tolerantia præſtatur. Non adeſt
præterea uxor ſoluta crines,non liberi futuram orbitatem deplorantes,nõ
ſerui orantes efflaturum mox ſpiritum, ſeſe cuinam commendatos relin-
quat,ſed horum omnium liber animus,unum illud & ſolum aduertit, uti
ultimo ſuo efflatu decedat Deo gratus. Verum ſi in morbum aliquem in-
ciderint,nulla crapula, uel nimio ſtomachum grauãte cibo eũ incurrunt,
quin potius erunt eius morbi cauſæ quauis laude cumulatæ, nulla ægro-
tantium culpa exortæ, nam uel ex lucubratione immodica, aut cibi lon-
giori abſtinentia,languorem inferunt,unde & curantur facilius, quando
his ſe nequeunt malis eximere, niſi deſierint æque laſſeſcere, ut cœperant
& defatigari.

Dicet quiſpiam, licebit ne iſtiuſmodi uiros in media Chriſtiani populi
frequentia ſpectare? Nos uero ita reſpondemus,nõ ea mente iſtorum nos
uitam explicaſſe,ut uideantur qui in eccleſijs uiuunt contemnendi, quam
multi enim ſunt plerunque iſtiuſmodi ſanctitate uiri,& ſi haud propalam
uel in ipſo Chriſtianorum conuentu medio,neque ex eo quod alienas cir-
cunuagatur domos,aut in foro uerſantur, uel alijs præſunt, parui illos fa-

cimus, eo minus quo & Deus illud iniunxit; Iudicium inquiens, pupillo facite, & uiduam iuſtificate. Diuerſæ enim ſunt ad uirtutem uiæ, ſiquidem & margaritæ inter ſe differunt plurimum, uel ſi omnes idem ſint nomen ſortitæ, tamen hæc fulgentior eſt, & rotunda, illa uero haud parem habet decorem, ſed alium quendam, & uarium. Qualis uero ille ſit explicabimus, quemadmodum enim corallum artificio quodam productas in longum lineas nonnunquam habet, circunciſoſque angulos, & expolitos, coloremq́; a candido & ſi diuerſum, longe tamen delectabiliorem, uiridis etiam iniectus color, præter omnem uiriditatem iuuat. Item, & flos quidã coniunctũ habet cum innata fragantia, & ſanguinis colorẽ, alius autẽ qui glaucus fuerit, glaucitate ipſa mare uincit, alius etiam erit purpureo colore ſplendidior, & iſtiuſmodi pleroſq́; alios uidemus, inſuper, & ſolis colores uarios eſſe inuenire quis facile poterit, ſic & his ſimiles dici uiri ſancti poſſunt, quorum nonnulli propria quadam exercitatione, & induſtria ſibi ipſis, plerique uero eccleſię, profuere.

VITA MONACHORVM INSVLAE LIRINENſis per Diuum Cæſarium epiſcopum Arelatenſem ſcripta.

Eſt homelia nona inter homelias eius ad eoſdem habita.

MIror fratres dilectiſsimi, dominum meum patrem ueſtrum, tanta ſe humilitate deijcere, ut a me imperitiſsimo ſanctis & eruditis auribus ueſtris, exhortationis uelit ſermonem proferri. Per hanc ergo admirabilẽ humilitatem, a me quaſi ab arente riuulo, guttas deſiderat miniſtrari paruiſsimi riuuli uobis in Chriſto uiuis fontibus.

Quid ergo nunc faciam pauper, & dolens? Vbi potero inuenire, quod uobis eſurientibus iuſtitiam, poſsim apponere? Vbi inquam, requiro, quã in me facultatẽ non habeo? Beata prorſus tam ſancti patris ueſtri, quã ueſtra humilitas, quæ cũ pene uirtutum meritis altius ſublimari non poſsit, hanc humilitatem qua adhuc creſcere, & in maiorem dignatur gloriæ cumulum ſubleuare. O fœlix, o beata habitatio inſulæ huius, ubi tam ſanctis quottidie & tam ſpiritualibus lucris gloria domini ſaluatoris augetur, & tantis damnis diaboli minoratur nequitia.

Beata inquam, & fœlix inſula lirinenſis, quæ cũ paruula & plena eſſe uideatur, innumerabiles tamẽ montes ad cœlum miſiſſe cognoſcitur. Hæc eſt, quæ eximios nutrit monachos, & pręſtantiſsimos, per oẽs prouincias erogat ſacerdotes. Ac ſic quos recipit filios, reddit patres, & quos nutrit paruulos, reddit magnos. Quos uelut tyrannos excipit, reges reddit. Nã omnes quoſcunq́; fœlix & beata habitatio hæc ſuſcepit, charitatis & humilitatis pẽnis ad excelſa uirtutum culmina Chriſti ſublimare conſueuit. Quæ res cum pene in cunctis habitatoribus loci iſtius fuerat conſumata fœliciter, in me tamen reſiſtentibus meis meritis non probatur impleta.

Cum enim paruitatẽ meam hæc ſancta inſula uelut præclara mater, & unica ac ſingularis bonoꝝ omnium nutrix, brachijs quondam pietatis exceperit, & non paruo ſpacio educare uel nutrire contenderit, licet reliquos ad uirtutum culmen euexerit, mihi tamen quia cordis duritia contradixit, omnes negligentias auferre non ualuit. Et ideo cum omni humilitate ſupplico, & tota cordis contritione obſecro, ut ego peculiaris alumnus

ueſter,ſic precum ueſtrarum ſuffragijs merear adiuuari, ut hoc ipſum quod in iſto loco nutritus ſum,non mihi iudicium pariat,ſed profectum. Ego tamen fratres chariſsimi, dum precibus ſancti patris ueſtri contradicere nõ præſumo,non paruam notam temeritatis excipio.Cumq; conſidero quales quantosq; edocere præſumam,ſub grandi pudore humilitatis mea cõſciencia contremiſcit.

Quid ergo dicturus ſum ſanctis,cum ſim ipſe multis negligentijs obligatus?Quid dicturus ſum peritiſsimis imperitus? Splendidis quid loquar obſcurus?Tepidus quid dicam feruentibus?In portu fœliciſsimo conſtitutis,quid debeam in medio pelagi mundi huius nimijs fluctibus fatigatus?Præcipuis Chriſti iugiter delitijs ſaginatis, ego mendicus ubi inueniã quod digne inferre præualeam? Attamen ſanctis orationibus ueſtris credo iam me inueniſſe quid facere debeam.Quid enim,niſi ſacrificium contriti cordis,& humiliati exhibeã? Vt quod in me implere non poteſt bonorum operum facultas,ipſa ſaltem obtinere poſsit humilitas.

Ecce præparo exceptorium cordis mei influenti per uos aquæ diuinæ. Vos enim in ueritate cognoſco,de quibus dominus dixiſſe legit, Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Quia ergo de uobis tanquam de ſpiritualibus fontibus aquas uiuas mannare & gaudemus, et credimus.irrigate aridũ, ſaturate famelicum, refocillate lapſum, abluite multis negligentijs inquinatum.Et quaſi boni ac ſpirituales illius cœleſtis medici diſcipuli,orationum ſuffragijs miniſtrate, & ſublimium medicorum medicamenta porrigite.Et quia quod nos uerbis tantummodo prædicamus,uos operibus implere gaudemus, obtinete,ut quia ſumus ueſtri peculiares amatores operum ueſtrorum uel ex aliquo mereamur eſſe participes.

Quia ergo de ueſtra conuerſatione non ſolum homines in mundo, ſed etiam angeli gloriantur in cœlo, ſanctis precibus laborare contendite, ut
1 cum uobis ante æternũ iudicem 1 meritorum gloria tribuetur,nobis,uel peccatorum uenia concedatur. Et ne ſancti patris ueſtri precibus ad integrum uidear contradictor exiſtere,cum grandi humilitate,& reuerentia, etiam quæ ueſtra ſunt inſinuare præſumo.Supplico, humiliſque charitate commoneo,ut domino meo patri ueſtro amorem ſemper impendere,ſubiectionem, & perfecte charitatis obedientiam ſanctitas ueſtra iugiter ſtudeat exhibere,ut ſicut uos gaudetis in domino de ſancti patris ueſtri meritis,ita & ille gratuletur ſemper de profectibus ueſtris.

1 Cum uobis ante æternum iudicem meritorũ gloria tribuetur.

2 Et quia per ſanctam obedientiam ueſtram, & immaculata opera ueſtra uniuerſus mundus uos admiratur & diligit, & totius humani generis uos debitores eſſe cognoſcitis, oportet ut honorem, & amorem quem ab hominibus excepiſtis,aſsiduis orationibus,& immaculatis actibus recompenſetis.Ab oriente enim uſque in occidentem, omnibus pene locis in quibus Chriſtiana religio colitur,glorioſiſsimæ famæ ueſtræ conuerſatio,ad Chriſti gloriam prædicatur.Iure igitur a uobis exigitur, ut quod in uobis creditur,hoc etiam probetur.

2 Si in omni opere bono iuſtus peccat, ut uult hereticus, quomodo habent hi ſancti monachi opa immaculata? Vides miſer homo, quod hæc tua doctrina nec ſacris literis, nec ſanctorum patrũ dictis conſonat?

Agite ergo domino auxiliante quod ſemper egiſtis,& ita charitatem, humilitatem,manſuetudinem,uel obedientiam cuſtodite, ut quod in uniuerſo mundo de uobis creditur, immaculatæ ſemper conuerſationis operibus augeatur,ut quicunque uos uidere meruerit,illam ſententiam poſ-

ſit ex ore proferre quam protulit regina illa, quæ in typum eccleſiæ Salo monem deſiderauit expetere, ut cum uos unuſquiſque quaſi templa Chriſti uiuentia, bonorum operum margaritis impleta, uirtutum aromatibus odoriferis referta meruerit contemplari, continuo in exultationis uocem prorumpens cum Regina illa clamet & dicat, uerus ſermo eſt, quem in terra mea de conuerſatione ſanctæ huius inſulæ audieram. Ecce in ueritatē probaui, quia mihi uix media pars fuerat nunciata, quia multa maiora oculis meis uidere merui, quam auribus prius audiui. Cum ergo uos unuſquiſque uelut angelos in terra poſitos expetere ac uidere meruerit, & talis gaudens ex ore ſuo uerba protulerit, ac per totum mundum fœliciter nunciauerit, conſiderate, & uidete quantum & uobis gloria augeatur, & per uniuerſum mundum quam deſiderabilia, & ſancta uniuerſis eccleſijs lætitia generetur.

Ante omnia fratres uigilantiſsime ſemper metuendum eſt, ne animis ueſtris cogitatio illa ſurrepat, ut credamus quod nobis ad beatam uitam ſola laus humana ſufficiat, & non conſideremus quales ipſi ſimus, ſed quales ab alijs eſſe uideamur, ne forte negligentes, non de uirtutum meritis, ſed de ſola opinione ſeculari curemus. Sed utilem ſententiam cogitemus, quia ſicut uera laus ornat, ita falſa caſtigat. Et illud quod quidam de ſapientibus dixit, Si ueræ ſunt laudes tuæ, præconia ſunt, ſi falſę, ſunt conuitia.

Sed ut hæc tam ſancta & præclara perfectio ueſtra impleri poſsit, non paruo animi labore opus eſt. Quis 3 enim ſine labore poſsit linguam ſuam a detractionibus ammouere, murmurationibus uel ocioſis ſermonibus finem imponere, cogitationum immunditias uigilantiſsimo corde repellere? A maledicto, uel iuramento quaſi a ueneno mortifero abſtinere, uanitati reſiſtere, iracundiam refrenare? Quis eſt qui ſine cōpunctione cordis, ambitum honoris, uel deſiderium clericatus, uere humilitatis amore repudiauit ac reſpuit? Quis unquam ſine labore potuit ſanctæ obedientiæ pia colla ſubmittere, nunquam ſenioris arbitrium repræhendere, contra nullum hominem odium in corde ſeruare, non ſolum fratres, ſed omnes homines, etiam perſecutores pro Chriſti amore diligere, pro bonis orare, ut ſemper ſanctis operibus augeantur, pro malis ſupplicare, ut corrigi celerius mereantur? Quis autem ſine labore poterit orationi inſiſtere, lectionibus uacare? Quis inquam, hæc omnia ſine gratia Dei, grandi intentione cordis implebit? Sed hæc omnia fratres, donec in conſuetudinem mittantur, laborioſa eſſe uidentur. Et 4 ut uerius dicam, tandiu impoſsibilia iudicantur, quamdiu humanis uiribus obtineri poſſe putantur. Cum uero a Deo obtineri, & per Dei gratiam impleri poſſe creduntur, nec dura, nec laborioſa, ſed leuia, & ſuauia comprobantur, ſecundum quod dominus dixit, Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Quod iugum, quia iam a uobis fœliciter portatur & ſuauiter ſuſtinetur, orate ut illud etiam paruitas noſtra ſuſcipere, & ad finem mereatur baiulare, ut cū in illa æterna beatitudine uobis data fuerit gloria, nobis uel peccatorum uenia concedatur. Pręſtante domino noſtro Ieſu Chriſto: Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

3 *Ecce quam breui ſermone totam ueri Monachi uitam comprehendit.*

4 *Vide pulcherrimam regulam, quomodo pcepta & conſilia domini ſint leuia & facilia, rite laborioſa.*

Eſt ſermo 63. inter ſermones paruos eiuſdem.

VITA EORVM QVI MONASTICÆ SVNT addicti profeſsioni, per D. Bernardum Abbatem clareuallenſem conſcripta.

DEntes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Spiritus ſanctus de cuius ſecretiori fonte canticorum flumen emanat: in his (ut ſentio) dentibus myſteria nobis non parua commendat. Non ſunt hi dentes de quibus dicitur; Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, uel de quibus ad uirum ſanctum uox diuina proclamat, per gyrum dentium eius formido. Dentes iſti lacte candidiores. Quippe ſponſæ ſunt, cuius ſpeciem concupiuit altiſsimus, quæ non habet maculam neque rugam. Cum enim tota candida ſit, candidior probatur in dentibus. Noua tamen & inaudita comparatione in illius laudes perorat dicens: Dentes tui ſicut grex tonſarum.

Quid in hac rogo ſimilitudine dignum eſt, ut eam de cœleſtibus arcanis deſcendiſſe credamus? Magnum prorſus, & magno animo magnifice ſentiendum ſpiritus enim eſt qui loquitur: qui cum loquitur, nec unum poteſt iota uacuum præterire. Aliquid profecto eſt in his dẽtibus inuolutum, quod euolutum ſacratioris intelligentiæ præſignet arcanum. Dentes enim candidi ſunt & fortes; carnem non habent, carent corio, nihil intra ſe pati poſſunt; non eſt dolor ſicut dolor eorum: clauſi ſunt labijs ne uideantur, indecens eſt cum uidentur niſi ridendo: toti corpori maſticant cibum; nullum inde ſaporem habent, non facile conſumuntur. Per ordinem poſiti ſunt, ſuperiores alij, & alij inferiores, & cum inferiores moueantur, ſuperiores nunquam.

Huiuſmodi dentes ego arbitror homines 1 monaſticæ profeſsionis, qui uiam compẽdioſiorem, & ſecuriorem uitam eligentes, de toto eccleſiæ corpore quod candidum eſt, candidiores eſſe uidentur. Quid enim illis candidius, qui totius immunditias ſpurcitiæ euitantes, cogitationum ſicut actionum peccata deplorant? Quid fortius illis, quibus tribulatio pro ſolatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur? Iſti carnem non habent, quia in carne carnem obliti, audiunt ab Apoſtolo: Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. Corio carent, quia nitorem & diſtenſionem mundanarum ſolicitudinum non habentes, in pace, in idipſum dormiunt & requieſcunt. Nihil morari intra ſe patiuntur, quia nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputant, aut intra ſe, aut in conſcientijs ſingulorum. Hinc eſt illa ueſtra opportuna importunitas, qua tam ſæpe fatigatis nos, ut multoties etiam cum neceſſe non ſit, multum in his diei expendatis.

1 *Huc adeſte oẽs quotquot inueterato odio contra monachos armamini, & uidete quam ſancta, quam proba, quam pia eorum ſit conuerſatio, qui in monaſterijs degunt, & quantopere a ſanctis patribus diuino afflatis ſpiritu, hic & alibi commendetur. Vt paſsim quilibet intelligat, angelicum pene hoc inſtitutum, iniuſtiſsime a peſsimis hominibus lacerari.*

Non eſt dolor ſicut dolor eorum, quia nihil tam horrendum, & horribile eſt, ſicut murmur & diſſentio in congregatione. Clauſi ſunt labijs ne uideantur, ſicut & nos materialibus uallis circuncingimur, ne ſecularium oculis & acceſſui pateamus. Indecens & ſi appareant, niſi interdum forte ad riſum, quia nihil turpius quam monachus per urbes & caſtella diſcurrens, niſi cum illa cogit, quæ operit multitudinem peccatorum. Charitas enim riſus eſt: quia hilaris eſt. Læta quidem, non tamen diſſoluta.

Toti

Toti corpori maſticant cibum dentes, quia ipſi pro toto eccleſiæ corpore, uidelicet tam uiuis quam 2 mortuis orare ſunt conſtituti. Nullum inde ſaporem habere debent, nullã ſibi gloriam aſsignare, ſed dicere cum propheta: Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Nõ facile conſumuntur, quia quanto annoſiores, tanto feruentiores, & eo rapidius currunt, quo uicinius appropinquant ad palmam. Per ordinem poſiti ſunt: Vbi enim aliquid ordinatum eſt, ſi hic non eſt: ubi cibus & potus, uigilare & dormire, laborare & quieſcere, ambulare & ſedere, & cætera omnia, in numero, & menſura, & pondere conſtituuntur? Superiores & inferiores ſunt, quia inter nos prælati & ſubditi ſunt, & ſic ſuperiores inferioribus iunguntur, ut inferiores a ſuperioribus non diſcordent. Cum autem inferiores moueantur, ſuperiores nunquam moueri debent, quia & ſi ſubditi quandoque turbantur: prælatorum eſt in mente compoſita perdurare.

2 *Orationes monachorum ſunt tam pro uiuis quam pro defunctis.*

Sicut grex tonſarum inquit. Quam bene monachi tonſis ouibus comparantur, quia reuera tonſi ſunt, quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in propeietate relictum eſt. Quæ aſcenderunt de lauacro. Lauacrum baptiſmus eſt, de quo aſcendit, qui ad celſitudinem uitæ perfectioris intendit. Deſcendit autem, qui ſe uitæ mancipat inhoneſtę. Omnes gemellis fœtibus, quia & uerbo pariunt, & exemplo. Et ſterilis non eſt in eis, quia nullus eſt infœcundus.

Habetur libro 1. de uirginibus prope finem.

VITA VIRGINVM BONONIENSIVM, ET de puella Virgine quæ ad ſacras aras confugit, per D. Ambroſium Epiſcopum Mediolanenſem ſcripta.

SI hominem amarent filiæ ueſtræ, per 1 legem poſſent eligere quem uellent. Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet? Contuemini quam dulcis pudicitiæ fructus ſit, qui Barbaricis quoq; inoleuit affectibus. Ex ultimis infra ultraque Mauritaniæ partibus deductæ 2 uirgines hic ſacrari geſtiunt, & cũ ſint omnes familiæ in uinculis, pudicitiæ tamen neſcit eſſe captiua. Profitetur regnum æternitatis, quæ mæret iniuriam ſeruitutis.

1 *Per legem eligere poſſent quem uellet. Facit hoc contra ſciolos noſtros qui dicunt filios familias contrahere non poſſe matrimonia ſine parentum conſenſu, & ſi contraxerint, eſſe nulla & irrita, donec cõſenſus superueniat.*

Nam quid de Bononienſibus uirginibus loquar, fæcundo pudoris agmine, quæ mundanis ſe delitijs abdicantes, ſacrarium uirginitatis incolunt ſine contubernali ſexu, contubernali pudore prouectæ ad uicenarium numerum, & centenarium fructum, relictoque parentum hoſpitio, tendunt 3 in tabernaculis Chriſti indefeſſæ milites caſtitatis? Nunc canticis ſpiritualibus perſonat, nunc uictum operibus exercent. Liberalitatis quoque ſubſidium manu quærunt.

2 *Vides quod ex ultima Mauritania deducebantur Bononiã uirgines, ut ibi deo conſecrarentur.*

Quod ſi inueſtigandæ uirginitatis inoleuerit odor, nanque præ cæteris ſpeculandi uenatum pudoris explorant, totis curarum ueſtigijs prædam latentem uſq; ad ipſa cubilia perſequuntur: aut ſi liberior alicuius uolatus affulſerit, totis 4 omnes uideas aſſurgere alis, concrepare pennis, emicare plauſu, ut caſto pudicitiæ choro cingant uolantem, donec albenti delectata comitatu, in plagas pudoris & indaginem caſtitatis, domus patriæque oblita ſuccedat.

3 *Ecce quam antiquo tempore fuerint monaſteria uirginũ. et unde quis eis eſſet modus uiuendi.*

4 *Cur adeo commendaret ſanctus pater Bononienſium uirginum ſtudium in perquirendis uirginibus, & in ſuum conſortium applicandis, niſi uirginitas ſtatus eſſet Deo ualde charus & dilectus?*

5 *Vide an ſanctiſsimus uir hortetur uirgines ad matrimonium, ut faciunt Moderni dogmatiſtae an ad ſeruandam perpetuam uirginitatem?*

Bonum itaque ſi uirgini ſtudia parentum quaſi flabra pudoris aſpirēt. Sed illud glorioſius, ſi tenerae ignis aetatis, etiam ſine ueteribus nutrimentis ſponte ſerapiat in fomitem 5 caſtitatis. Dotem negabunt parentes? ſed habes diuitem ſponſum, cuius contenta theſauro, patriae ſucceſsionis emolumenta non quaeras. Quanto dotalibus praeſtat compendĳs caſta paupertas? & tamen quam audiſtis aliquando propter ſtudium integritatis, legitimae factam ſucceſsionis extorrem.

Contradicunt parentes? ſed uolunt uinci, reſiſtunt primo, qui credere timent. Indignantur frequenter, ut diſcas uincere: abdicationem minantur, ut tentent, ſi potes damna ſeculi non timere. Quaeſitis blandiuntur illecebris, ut uideant ſi uariarum mollire te non queat blanditia uoluptatum. Exerceris uirgo, dum cogeris. Et haec tibi prima certamina anxia parentum uota proponunt, uince prius puella pietatem. Si uincis domum, uincis & ſeculum.

Sed eſto, maneant uos damna patrimonĳ. Nonne caducarum & fragilium diſpendium facultatum, futura coeli regna compenſant? Quanquam ſi uerbis coeleſtibus credimus, nemo eſt qui reliquerit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem aut filios propter regnum Dei, & non recipiat ſepties tantum in hoc tempore, in ſeculo autem uenturo uitam aeternam poſsidebit. Crede fidem tuam Deo, quae homini pecuniam credis, foenerare Chriſto. Bonus depoſitae ſpei cuſtos, multiplicatis fidei tuae talentum ſoluit uſuris. Non fallit ueritas, non circunſcribit iuſtitia, non decipit uirtus. Quod ſi non creditis oraculo, uel exemplis credite.

Memoriae noſtrae puella dudum nobilis in ſeculo, nunc nobilior Deo, cum urgeretur ad nuptias a parentibus & propinquis, ad ſacroſanctum altare confugit. Quo enim melius uirgo recurreret, quam ubi ſacrarium uirginitatis offertur? Ne is quidem finis audacię. Stabat ad aram Dei pudoris hoſtia, uictima caſtitatis, nunc capiti dexteram ſacerdotis imponens, precem poſcens, nunc iuſtę impatiens morę, ac ſummum altari ſubiecta uerticem, Num melius, inquit, quam altare uelabit, quod ſanctificat ipſa uelamina, frontem? Plus talis decet flammeus, in quo caput omnium Chriſtus quotidie conſecratur.

Quid agitis uos propinqui? quid exquirendis adhuc nuptĳs ſolicitatis animum? Iam dudum prouiſas habeo. Sponſum offertis, meliorem repperi. Quaslibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, potentiam praedicate. Habeo eum cui nemo ſe comparet, diuitem mundo, potentem imperio, nobilem coelo. Si talem habetis, non refuto optionem, ſi non reperitis, non prouidetis mihi, ſed inuidetis.

Silentibus caeteris unus abruptius, quid ſi, inquit, pater tuus uiueret, innupta te manere pateretur? Tum illa maiori religione, moderatiore pietate, & ideo fortaſſe defecit, ne quis impedimentum poſſet afferre. Quod ille reſponſum de patre, de ſe oraculum, maturo ſui probauit exitio. Ita caeteri eadem quiſque metuentes, fauere coeperunt qui impedire quaerebant, nec diſpendium debitarum attulit uirginitas facultatum, ſed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puellae deuotionis praemium, parentes cauete offenſionis exemplum.

Libri tertĳ Finis.

1004740

D. CODERONI - Legatoria - Registri Restauro - Tel. 352775

Digitized by Google